INSTITVTIONES.

IMPERATORIS SEMPER MAXIMI

DIVI IVSTINIANI ELEMENTA CI-

uilis facultatis prima, ac velut Iuris ipſius Candidatorum Nutritiæ Cu-
næ, cum his haud dubiè omnibus, quæ etiamnum coëundi, ſimúl-
que excudi contigit. Adiectis præterea ad marginem Obſer-
uationibus Annotationibúsque, nec paucis, nec pœnitēdis nul-
libi certè, ſi quando alia, aliáque viſa eſt litera, prætermiſsis le
ctionū varietatibus. Et quod omnium primū fuit, repur-
gatis tū in litera, tum in gloſ. erratorū multis millibus,
citatisqué perperā Legum, Paragrap. Cano. Titulo-
rúmque capitibus, fideliſsimè (corrogatis in hoc
prece pretióque, quā vetuſtiſſ. exemplaribus)
doctiſsimorū virorum opera reſtitutis.

*Quæ omnia nunc recens Typis & Forma uenuſtioribus, & fidelior inempe labo-
re elegantiora, illuſtrioraq́; multò ſunt reddita.*



LVGDVNI,

Apud Hugonem à Porta, & Antonium Vincentium.

M. D. LI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Ex Legato Illustriss: Coccini.

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV

Extraict du priuilege du Roy.

IL eſt permis à Hugues de la Porte Marchant libraire Citoyen de Lyon par octroy & ſpecial priuilege du Roy, d'imprimer ou faire imprimer & expoſer en vēte le Cours de Droit Ciuil, corrigé veu & collationé ſur L'exemplaire & Archetype de Florence, enrichy & doué de pluſieurs Annotations, qui ne permettent le lecteur heſiter & muſer en beaucoup de paſſages auec les Inſcriptions des Chapitres ou Loix, qui par cy deuant n'auroyent eſté miſes en lumiere: & ſemblablement auec vn Repertoire fort ample, & general ſur tout le Droit Ciuil, Lequel n'a encores eſté imprimé. Et par ledict priuilege defenſes & inhibitions ſont faictes par ledict Seigneur à tous autres de n'imprimer, ou faire imprimer, ny expoſer en vente, ou diſtribuer dedās ſon Royaume, terres & ſeigneuries, ledict Cours de Droit Ciuil, auec leſdictes Corrections, Annotations & Inſcriptiōs de nouueau adiouſtees: enſemble ledict Repertoire en quelque volume que ce ſoit, ſans le conſentemēt dudict de la Porte, iuſques au temps & terme de dix ans: à compter du iour & date de la premiere Impreſſion faicte dudict Cours Ciuil, auec leſdictes Corrections, Annotations, & Inſcriptions: & ce ſur certaines peines amplement contenues audict Priuilege. Donné à ſainct Denis en France l'vnzieſme Iour de Iuing, L'an mil cinq cens quarante & neuf, & de ſon Regne le troyſieſme. Signé

Par le Roy en ſon Conſeil.

Lalement.

Seellees de Cire Iaune à ſimple queue.

Aegidii Perrini Arremarenſis in Iuſtiniani vitam, ad clariſsimum virum Ioannem Raguyerum Abbatem Arremarenſem, Epiſtola nuncupatoria.

IVſtiniani principis res geſtas memoratu dignas, in diuerſis ſparſas authoribus, ſumma vigilia, curaque nuper a nobis collectas, & in vnũ veluti faſcẽ compreſſas, tibi offerimus (clariſsime vir) vt & ipſius Imperatoris, & eorum quibus cum illo, vel interceſsit amicitia, vel efferbuit bellum, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionẽ, variaſque virtutes contemplari queas, atque adeo, vt rerum omnium memorabilium per id temporis geſtarum multiplici notitia mentem recrees. magna enim te hiſtoriæ oblectatione (vt cæteras tuas virtutes omittam) teneri in confeſſo eſt. In quas ego totus iampridem incubuiſſem, niſi earum prædicationi vnicam tuam reluctari modeſtiam ſubinde viderem. Quæ huiuſmodi certe eſt, vt cum laudanda libenter facias, ea tamen feciſſe te non libenter audias. Ab his igitur (quoniam ita velle te haud dubie ſcio) prudens faceſſo, ſimulq; te oro, vt ſi quando labor hic noſter, quem tua ſuſcepi cauſa, inuidæ multitudinis iudicio eleuatus, mordicus a detractoribus impetatur, quod vitare nemo me hercule poterit, niſi, qui nihil omnino ſcribet, eius tu in primis aſſertor mihi ſis, atque propugnator. Vale.

Iuſtinianus Iuſtini ex ſorore nepos.
Iuſtinianus Suarij filius.
Iuſtinian. a Iuſtino imperatore adoptatus.
Declaratus iſtitu. locus.

IVſtinianus maior, Iuſtini primi ex ſorore nepos, genere Thrax, ignotis parentibus & obſcuris natus, maiores nullos habuit claros, ſed vel armentarios tantum, vel ſuarios. In pueritia Iuſtini auunculi, ex boum cuſtode gregarij militis facti, ſatelles fuit pediſſequus. hinc Iuſtino ex gregario ad Imperatorium culmen fraude ſublato, per omnes dignitatum honores gradatim aſcendens, ab eo eſt ad prætorij præfecturam euectus, conſulq; deſignatus. Nono autem Imperij anno Iuſtinus eundem adoptauit primum, dein conſortem Imperij fecit: & quarto poſt menſe deceſsit. Quo vita functo, Iuſtinianus Imperauit ſolus. Non ergo naturalis Iuſtini filius fuit Iuſtinianus (vt voluit gloſſ. in proœ. Inſtit. & alius quidam non indoctus) ſed adoptiuus ſolum. & ita intelligi debet tex. in. § eſt & aliud. de dona. & in. §. pe. quib. nõ eſt permiſ. fa. teſt. Inſti. ciuil. Inciderunt aũt Iuſtiniani principatus primordia in eum, qui quintus & viceſimus fuit ſupra quingenteſimũ humanæ ſalutis annum. Quo aũt auſpicio ad Imperatoriã peruenerit dignitatem, ſcribit Ammonius monachus lib. ij. vbi multa narrat, quæ a fide hiſtorica mihi videtur prorſus aliena, atq; in primis Iuſtinianũ ipſum poſt accept ũ Imperiũ vulgare ſcortũ ſibi matrimonio copulaſſe, & ob id in grande ſuorum procerum odium incidiſſe, ac pleroſque ex capitali ſententia dãnaſſe. Duas habuit vxores, alterã Antoninã, ſi plerũq; vi Ammonio credimus. Antoninæ Beliſarij vxoris ſorori filios ha rem, quã priuatus in delitijs habuerat cõcubinã. Alterã vero Theodorã, cuius ab eo frequens fit in authenticis mentio, & huius meminerũt pleriq; omnes, præter Ammoniũ, hiſtorici, qui de Iuſtiniani rebus ſcripſere: nihil tamẽ hic penitus liberorũ ex duabus reliquit vxoribus, præter vnicã filiam Iuſtini iunioris matrẽ. Nec mirũ: vſu

Iuſtinianus quando regnare cœpit.
Ammonius monachus a fide hiſtorica alienus.
Iuſtinian. meretricẽ duxit vxorem.
Iuſtiniani vxores duæ.
Antonina Iuſtin. vxor.
Theodora Iuſtin. vxor.
Iuſtinia. vnicam habuit filiã.
Magni plerũq; viri filios habuere inutiles.
Mundus dux Solonã capit.

enim ſæpe venit quemlibet prope illuſtriũ virorũ, aut ſine liberis interire, aut tales plerũque filios habere, vt melius fuerit rebus humanis conſultũ, ſi ſine poſteritate deceſsiſſent. Sed vt propoſitũ repetamus opus, plurima certe & maxima bella non ſuo, ſed legatorũ ſuorum marte geſsit Iuſtinianus. Nã per Mundũ, ſui exercitus ducẽ, Dalmatiã inuaſit, & Solonam vrbẽ munitiſsimã vi cepit, in qua victoria Mũdus ipſe cũ filio occiſus eſt. Mauros quoque Aphricam infeſtãtes ductu Ioannis præfecti ſui oppreſsit: inde Beliſariũ patriciũ hominẽ Græcũ, militaris diſciplinæ peritiſsimum, in Perſas rebelles cũ exercitu miſit, quos ille breui deuicit, & iura Imperij Ro. toto Oriẽti aſſeruit: cum victoria redeũtem, & aureo curru triumphantẽ, magna lætitia Iuſtinianus excepit, idẽq; dux triũpho inſignis, & bello clarus in Aphricã mox profectus, Vãdalorũ gentẽ deleuit, & Gilimerẽ eorũ regẽ vi cepit, catenisq; aureis vinctũ (q; ferro ligatũ eum ſe non ducturũ promiſiſſet) Conſtãtinopolim vna cũ ſorore, & regia familia in triũphum egit, Anno lxxiiij. vt ſcribit Volater. vel vt Pau. diaconus vult. xcvj. ex quo Gẽſericus in Aphricã primum ingreſſus eſt. Cum autẽ ad cõſpectum Imperatoris veniſſet, iuſſuſq; eſſet rex adorare Iuſtinianum, fertur eum pleno ore ſemper riſiſſe, atque interrogatũ, dixiſſe ridere ſe fortunæ humanæ viciſsitudinẽ, vt qui modo Rex fuiſſet, iam ſeruiret. Hic Beliſarij triumphus maior fuit, quã Perſicus et pretioſior. Supellex enim Regis diſtincta auro lapilliſq; & margaritis, ac ſeptem vaſa auro plena, & nõnulla gemmis in triumphũ acta ſunt, vt ſcribit Pompo. Lætus in rebus Gotthicis. Poſt hæc Aphricam repetẽs, Vãdalos redintegratis viribus bellũ renouãtes, Iuſtiniano ſubdidit, ac penitus deleuit; interfecto eorũ rege Gũtarith ſub pacis dolo (Nã dolus, an virtus, quis in hoſte requirat?) victor inde Romã reuerſus, crucẽ aureã librarum centũ pretioſis gemmis ornatam, in qua res ab eo geſtæ cælatæ fuerunt, diui Petri Baſilicæ obtulit. hic Vandalorũ finis fuit, anno videlicet quinto ſupra centeſimum, ex quo Aphricã primũ occupauerunt, vt ipſemet Iuſtinianus ſcribit in. l. j. in prin. C. de offic. præfect. præ. Aphri. & in proœ. Inſti. §. j. cum ait, Poſt tanta temporũ ſpatia. Quamuis Procopius dicat Vandalorum finem fuiſſe capto Gilimere. quod verũ eſſe nõ poteſt: cũ poſtea, vt diximus, vires ipſi redintegrarint. Ob quas tã inſignes victorias memorabile illud templũ, qd' agian ſophian Græci vocãt, id eſt, ſanctã ſapientiã, CHRISTO optimo maximo. Eſt enim Chriſtus patris ſapientia, Conſtantinopoli incomparabili magnitudine conſtruxit. Cõdidit & ſanctum Paulũ, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatum. His Iuſtiniani ſucceſsibus perculſus Theodatus Gotthorum Rex, per legatos conatus eſt bellum, quod ei a Iuſtiniano imminebat, deprecari. Nam cum Amalaſiunta mulier cordata, & Iuſtiniano cõfœderata, mortuo Atalarico eius filio Gotthorum rege adhuc impubere, eum in regno ſociũ aſciuiſſet, iſque beneficij collati immemor ipſam iuſsiſſet necari, audita Iuſtinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarſit iracũdia. Sentiẽs ergo Theodatus ſibi inſenſum eſſe principẽ, apud eum factorũ impunitatem impetrare adnixus eſt, nec eam obtinuit: fuiſſetque ei continuo bellum illatum, ſed vt ſine maiore Italiæ motu ea res conficeretur, legati in Galliam miſsi ſunt a Iuſtiniano, ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, vt Theudebertus alij Theodebertum vocant, eius neceſſarius ex Narbo. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iuſtinianus, conceptas contra Theodatum belli vires in Vitigem, Theodato interim e medio ſublato, conuertit, & Beliſarium ad liberandam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primum vi cepit, hinc Romam cum exercitu volente populo ingreſſus, varia belli fortuna cum

Ioã. præfectus Mauros opprimit.
Beliſarius Patricius Perſas vincit.
Beliſarius triumphat aureo curru.
Vãdali ſũdũtur a Beliſario.
Gilimer Rex catenis aureis vincitur.
Gilimer Iuſtinian. adorare iuſſus pleno ore ſemper ridet.
Fortunæ humanę vices.
Beliſarij triũphus.
Gũtarith vincitur.
C V. annos Vãdali Aphricã occuparunt.
Procopius.
Sophiæ tẽplum a Iuſtinia. cõditum.
Sanctus Paulus.
Theodatus Gotthorum rex.
Amalaſiunta necatur.
Cauſa odij Iuſti. in Theodatum.
Clodomitus hic rex erat Aureliorum filius Clodouei regis primi Francorũ Chriſtiani.
Theudebertus rex Metenſiũ & Galliæ Narbonẽſis Clodouei ex fratre nepos.

Vitige ſæpe conflixit: ac tandem eum apud Rauennam cum vxore, liberis, præcipuiſq; Gotthorum proceribus, ac magna vi auri atque argenti captum, ad Iuſtinianum Conſtantinopolim deduxit. Narrant hiſtoriarum ſcriptores, atque in primis Procopius, Theudebertum Frãcorum regem fœderis cum Iuſtiniano prius icti, vel immemorem, vel potius violatorem, huius belli initio octodecim Burgundiorum milia in Vitigis auxilium miſiſſe: quem Vitigim cũ Beliſarius viciſſet, Francos quoque ipſos belli ſocios & auxiliares viciſſe creditur. Adde quod idem Theudebertus Francorum Rex, vt ſcribit Procop. cum ſexaginta hominum milibus, vel vt Volaterranus, Theodericus huius Theudeberti pater cum armatorũ milibus octoginta, in Italiã poſtea veniens, & Gotthorum & Beliſarij copias improuiſo impetu diſsipauit, & mox cum pabuli penuria in varios languores inciderent, vt eſt Gallorum fatum, Italiam infeſto agmine petentium, cum paucis eſt in Galliam reuerſus, dimiſsis in Italia Bucellino & Amingo ducibus qui & ipſi aliquanto poſt tempore a Narſete ſuperati & occiſi cum reliquo exercitu in Italia fuere: vt ſcribunt Anton. Sabel. Procop. & Paulus Diacon. Ob quas victorias Iuſtinianus forſan ſe Francum vocat: quanquam Ioannes Faber haud ſatis hiſtoriæ gnarus, in prooemio Inſtitutionum ciuilium, non de noſtra, ſed Germaniæ Francia Iuſtinianum cognomento Francum dici falſo putat. Nam ante tempora Clodouei ipſius Theudeberti aut Francos ipſos Sicambricos, ſeu (vt Faber vult) Germanicos, & in penitiorem commigraſſe Galliam, eamque totam fere occupaſſe nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adſtipulatur Blondus Forliuienſis de inclinatione Imperij Romani, Francos a Iuſtiniano victos eſſe aſſerens. Ad hæc Regino Monachus libro annalium primo author eſt Narſetem Iuſtiniani patricium, cum Bucellino & Amingo Theudeberti Frãcorum Regis ducibus (qui Italiam deprædabantur) pugnaſſe, eoſque interfeciſſe. Reginoni ſubſcribit Ioannes Tritemius de origine Francorum, & ipſe etiam Ammonius, ac Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eoſdem Francorum Duces prope Tarentum fuiſſe a Narſete oppreſſos affirmans, vel vt Rapha. Volater. ſcribit apud Cannetum Campaniæ oppidum. Scribit Procopius in libro ſecũdo de bello Gottico, Beliſarium in huius belli initio hæc ad Theudebertum ſcripſiſſe: Satius eſt ſecure ſua vt quiſque poſsideat, quam dum aliena nimium appetit, de ſuis rebus periclitetur. Superato Vtige, Gotthi, qui per Italiam remanſerant, abſente Beliſario, regem ſibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui confeſtim Florentiam obſedit: ſed a Iuſtiniani ducibus (quos Beliſarius in Italia dimiſerat) repulſus eſt, qui cum paruo interdicto tempore Neapolim cepiſſet, Beliſarius ad curam Belli Italici rurſus a Iuſtiniano delectus, in Italiam reuerſus eſt. Interim Totilas Rex, Italiæ ciuitates miris cladibus direptionibuſque afflixit, Romamque infenſo agmine ingreſſus diripuit, incenditque: & partem murorum euertit, ciueſque varie iactauit, & vrbem penitus deſolatam, ac ſine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romam quadraginta diebus in ſolitudine fuiſſe, & tredecim emicuiſſe flammam. Pari crudelitate Florentiam in Hetruria ſolo æquauit: quibus cladibus Dei flagellum cognominatus eſt, vt ſcribit Raphael Volaterranus in Geſtis Gotthorum. Verum Platina in Leone primo non hunc, ſed Attilam flagellum Dei vocitatum eſſe vult. Blondus Forliuienſis de inclinatione Romani imperij author eſt, capta a Totila vrbe, Ruſticianam nobilem mulierem, Romæ inter mendicantes inuentam, in iudicium a Gotthis fuiſſe arreptam, quod Theodorici regis ſtatuas frangi feciſſet, in patris ſui Symmachi & Boetij coniugis vltionem, qui Theodorici iuſſu fuerant interfecti. de facto nihil ambigebatur. Cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos plus valuit apud Totilam, quam regia maieſtas,

Vitigis Gothorũ rex.
Vitigis a Beliſario captus in triũphũ agitur.
Theodebertus fœdifragus
Theodoricus Clodouei filius.
Frãci Gothos ãmul Græcosq; fundũt.
Bucellinus Amingus.
Francia Narſete ſuperati.
Francus Iuſtinianus quare dictus.
Ioannes Faber neſciuit hiſtorias.
Frãci Galliam occuparunt ante tempora Clodouei.
Blõdus hiſtoricus.
Regino monachus
Nerſe.
Ioannes Tritemius.
Matthęus Palmerius.
Franci apud Cãnetum victi a Narſete.
Beliſarij ad Theudebertum epiſtola.
Totilas Gotthorũ rex.
Totilas Italiæ ciuitates cladibus afficit
Roma incenditur a Totila.
Roma ſine vllo habitatore relicta.
Totilas flagellum

abſoluta a rege eſt, ac ne qua vis illi fieret, diligenter cautum. Scribunt Procopius & Petrus Crinitus, Beliſarium ad Totilam (cum is de euertenda vrbe Romana cogitaret, vt eũ a tam infando cõſilio deflecteret) literas his verbis miſiſſe, Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romamque deleueris: rem haud ſane alienã, ſed tuam perditũ ibis: ſin victus eris, ſeruata vrbe gratias immortales, deleta vero humanitatẽ nullam a victore expectare debes, Vale. quam quidem epiſtolã refert Procopius, Totilam ſæpe perlegiſſe, ęquoque animo eius admonitionem accepiſſe, & ab incœpto diruẽdæ vrbis opere deſtitiſſe. Verum cum media iam plus parte deflagraret, tota fere incẽdio conſumpta eſt. vnde & Frãcorum Rex Totilæ eius filiã obnixius vxorem petenti, nuptui dare noluit: quod diceret eum non eſſe Italię regem, qui Romam rerum dominam, & Italiæ caput incendiſſet. Beliſarius autem Romam deſolatam protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. Septem enim & viginti dierum ſpatio, foſſa, vallo, propugnaculis, omnifariamque munitionibus, aduerſus omnem vim extrariam, hoſtilemque impetum, ipſam vrbem inſtruxit: Totilamque iterum reuertentem magna vi repulit: quem ſi fugientẽ Beliſarius fuiſſet perſecutus, Gotthicæ victoriæ laudem Narſeti ademiſſet, poſt cuius digreſſum claues vrbis Conſtantinopolis ad Iuſtinianum miſit, vt ſciret vrbem iterum a ſe in libertatem eſſe aſſertam. Denique cum imparẽ viribus ſe eſſe cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perſeueraret, per Antoninam vxorem, quã ipſe præmiſerat, a Iuſtiniano miſsionem impetrauit, vt ſcribit Procopius. Alij a Iuſtiniano reuocatum ferunt ob falſam affectati Imperij ſuſpicionem, quod ſcilicet Vitige capto, Gotthi ei omnes regnum Italiæ obtuliſſent: quod tamen, vt ſcribit Procopius, omnino recuſauit: vtcunque res habeat, conſtat hercle eum poſt multas victorias, & peractos triumphos, exitum tandem habuiſſe magnis plerunque viris, & optime de Republica meritis communem. Nam Iuſtiniani iuſſu, ſiue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipſum principẽ erat authoritas, odio, quin potius inuidia, ſeu veteris (vt dixi) belli ſuſpicione excæcatus eſt, eidemque oculi crudeliter exempti: qui tam graui, tamq; iniqua oppreſſus fortuna, tuguriolum ſibi prope viam conſtitui fecit, in quo reliquum vitæ tranſigeret, victũ quæritans: & hoc ſub inde prætereuntibus dictitãs: Date ſtipem Beliſario, quem rerum proſpere geſtarum magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excæcauit. Hæc Procopius & Petrus Crinitus. Ammonius vero monachus ſcribit reuocatum quidem a Iuſtiniano per inuidiam fuiſſe Beliſarium, ac patriciatus dignitate priuatum, qui cum priuatam agens vitã, duodecim milia hominum ſemper ſecum haberet, Iuſtinianũ Imperio a Floriano deiectum reſtituit: atque ob id in Iuſtiniani gratiam eum rediſſe, Italiamque denuo cum exercitu aduerſus Francos petiſſe, & ad poſtremũ cum paucis contra multos Francos fortiter magis, quam prudenter præſtantem occubuiſſe. Et qui multarũ ſub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, a Francorum legato victũ, vita ſimul & nominis ſui gloria ſpoliatum eſſe. Qua in re tantum abeſt, vt Ammonio accedam, vt nihil minus credam. Veri enim mihi ſimile non eſt Beliſarium a Iuſtiniano reuocatum, belli miſſionem turpiter ac ignominioſe paſſum, omnibuſque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere, vel conſueuiſſe, vel potuiſſe, vtpote, cui ex facultates vix eſſe poterant, vt tantum hominũ toleraret, nec ſi tantæ fuiſſent, permiſiſſe Iuſtinianum credam. Fuit autem Beliſarius vir alioquin militaris diſciplinæ peritiſſimus, tanta adhæc comitate, quanta dux illius ętatis, quod ſciam, nullus: vt iuxta diuiti inopique comis, faciliſque ſemper occurreret. Exegit hic a militibus ſeuere abſtinentiam, vt ne ex humili quidem plebe pateretur violari quenquam, nec militaribus viſis

ex arbo

Dei cognominatus.
Florentia ſolo æquata.
Ruſticiana Boetij vxor, Romę inter mẽdicãtes inuenta.
Theodoricus Gothorũ rex.
Symmachus Theodorici iuſſu occiſus.
Boetius philoſophus & ſenator Romæ.
Beliſarij ad Totilã epiſtola.
Roma rerum dñа.
Romam Beliſarius mira celeritate inſtaurat.
Beliſarius miſsionẽ impetrat.
Gotthi Beliſariũ regem facere voluerũt.
Solẽt magni viri miſerabilem plerunque exitum habere.
Beliſarius excęcatus
Beliſarius ſtipẽ a prętereuntibus petit.
Beliſariũ virtus extulit, inuidentia excæcauit.
Beliſarius Iuſtinianũ in regnum reſtituit.
Beliſariũ a frãcis occiſum ſcripſit Ammonius monachus.
Beliſarij laus.

Militum diſciplina ſub Beliſario maxima.

Miles inſolens nihil victoriarũ parit.

Beliſarij religio & pietas.

ex arboribus fruges poma ve temere decerpi. Hæc diſciplinæ militaris ſeueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab inſolenti milite, quales hodie noſtrates omnes fere videas, cõſequi poſsis? Porro ſubuerſa militiæ diſciplina, cum id militi licuit quod libuit, nihil expectari poteſt aliud in caſtris, quã ſeditio, quam pauor, fuga, ſeruitus, & iniectum ceruicibus iugum. Iam & in eo non paruum bellicæ virtutis exemplũ extitit Beliſarius: quod octo circiter Grecorum milia, eius ductu ducenta fere Gotthorum milia ex Italiæ poſſeſsione propemodum deiecerunt. Et cum bello talis eſſet Beliſarius, religio pietaſque præcipue illi curæ fuit. Intulit enim ex Vãdalorum, vt diximus, manubijs crucem auream centum pondo, gemmis diſtinctam, beati Petri templo, Ceroſtrata itẽ duo magni pretij. Aedificauit ęre ſuo xenodochia duo. Fanum quoque vnum, prædijſque ditauit: de cuius laudibus ita ſcribit Suidas, Beliſarius dux corporis, tũ pulchritudine, tum proceritate ac faciei formoſitate facile omnes ſuperabat: facilem & acceſsibilem vnicuique ſe præbẽs allocuturo, adeo vt pauperi & inglorio cuique ſimilis eſſet. Amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maxime ſui temporis dona largiebatur: in agricolas tanta parcimonia ac prouidentia vtebatur, vt bellãte Beliſario, nullum vnquam violari contigeris. Vendebãtur enim ab ipſis omnia venalia iuxta ſententiam, ſegetibus vero florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteriens iumentum eas depaſceretur. Fructus autẽ in arboribus maturos exiſtẽtes nulli omnino tãgere licebat: fuit inſuper prudẽs & valde fortis. Et in Beliſario hæ quidem fuere virtutes. Cæteri Iuſtiniani, præter Narſetem, duces, qui poſt illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi conſilio, comitate, abſtinentia: quo contigit, vt breui cũ ipſo duce belli quoque fortuna ſit mutata.

Germanus patricius Iuſti. frater patruelis.

Narſes eunuchus.

Totilas a Narſete vicitur.

Alij dicunt non dignitate priuatum Beliſarium, ſed fama belli Parthici (quod iminere videbat Iuſtinianus) ab eo a rebus Italicis in Græciam reuocatũ, idque Pomponius Lætus, & Anto. Sabel. literarum monumentis tradidere. Eo autem in Græciam abſcedente Germanus patricius Iuſtiniani Auguſti frater patruelis vir impiger, & militari diſciplina clarus, contra Totilam (qui abſente Beliſario Romam receperat, & eam inſtaurare ciueſque reuocare ſtudebat) miſſus, in Illyria morbo occubuit: in cuius locum Narſes eunuchus a Iuſtiniano ſuffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges ſuperauit, & occidit.

Theias occiditur.

Narſetis laus.

Narſes plura votis quã armis eſt cõſecutus.

Valebat hic Narſes plurimum gratia apud Auguſtum, adminiſtrabatq; eius aulam arbitrio ſuo vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem conſilio, ſed religione ac pietate maior, qui multo plura ſit votis cõſecutus, quam vi & armis.

Iuſtinianus leges in epitomen redegit.

Duo milia librorũ leges olim cõtinebãt.

Digeſta.

Pãdectæ.

Inſtitutiones.

Nouella.

Volumen.

Codex Iuſtiniani.

Iuſtinianus haud multo poſt quam Italia a Gothis, a Vãdalis vero Aphrica armis vindicata eſt, atque adeo poſtquã omnis Libya Romano Imperio reddita, multaque præterea ab eo interim bella feliciter geſta, vt eius gloria domi iuxta foriſque conſpicua eſſet, ad ciuilem Reipublicæ ſtatum in primis reparandum animum appulit, & immẽſam legum congeriem ad communem ſtudioſorum vſum in breuem coarctauit formam: cũ incondita prius & ſparſa ciuilis illa iuris corpulentia obrueret magis adoleſcentum ſtudia, quam inſtrueret. Nam ad duo fere milia librorum volumina in quinquaginta libros digeſsit, horum congeſtum Digeſta appellant, ſunt qui Pandectas vocent, ꝙ iuris ſcientiæ omnimodam contineant doctrinam. Edidit & Epitomen legum, partitus materiã, alioquin vberrimam in quatuor libros, Inſtitutiones paſsim vocãt. Nouas quoq; leges, quas ipſe ſtatuerat, in vnum Codicem redegit, Nouellamq; nuncupare voluit: hodie Voluminis nomen ſibi vendicat. Omnes dein principum conſtitutiones, quæ in multis ſparſim voluminibus habebãtur, in duodecim contraxit libros, Iuſtiniani Codicem vulgo nuncupant.

Iuſtinian. prius bella geſsit deinde iura digeſsit.

Accur. lapſus.

Ex prædictis igitur palam eſt Iuſtinianum Imperatorem, primum quidem omnium poſt adeptum ab eo Imperium, bella in Gotthos Vandaloſque geſsiſſe, atque his proſpere confectis, immenſa veteris prudentiæ volumina, in Epitomen redegiſſe: id quod ipſe teſtatur in Proœmio Inſtitutionum. §. Quorum vtrãque. ibi, Poſt tanta temporum ſpatia. & in. l. ij. in principio. ibi, poſt bella enim Parthica &c. C. de veteri iure enucleando. & in. l. j. §. merito igitur. C. de Iuſtiniano Codice confirmando. Nec obſtat. C. de emẽda. codi. do. Iuſtin. in princip. §. igitur. vbi Accurſius aſſerit Iuſtinianum leges prius emendaſſe, quam arma tractaſſe.

Codices duos fecit Iuſtinia.

Ordo librorum iuris.

Codex vetus.

Digeſta.

Inſtitutiones.

Codex nouus.

Nouella.

Nam licet in ipſo Imperij ſui initio leges antea ſparſas in vnum corpus colligere propoſuerit, cœperitq;: bellis tamẽ varijs ab inſtituto auocatus, nihil ille perfectum aut abſolutum reliquit, præter veterem illum Codicem, quem finitis poſtea bellis, ſubſtituto illi nouo Codice penitus abrogauit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem ſeruauit. Nam antequam bella gereret Iuſtinianus, Codicem illum, qui a nobis nũc deſideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano ſcilicet, Theodoſiano, & Hermogeniano codicibus edidit: dein bellis ab eo geſtis, ex multis legũ milibus quinquaginta Digeſtorum libros contraxit. Tertio Inſtitutiones ciuiles: inde eum, qui hodie circunfertur, Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas ſeu paruum, quod vocant, volumẽ in lucem emiſit, vt recte ſcripſit Accurſius in Proœmio Inſtitutionum. §. j.

Iuſtinia. ſcripſit de incarnatione.

Iuſtinianus inter porcos genitus & educatus.

Tribonianus iuris architectus.

Iuſtinianus nec bellum geſsit vllã nec legem nouit.

Tribonianus vir improbus & a Chriſto alienus.

Triboniani mores & ingeniũ.

Hæc de iuris ſtructura a Iuſtiniano compacta Pomponius Lætus, cęterique pene omnes hiſtoriarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Antoñ Sabel. & Platina in Bonifacio ij. Iuſtinianum ipſum nõ modo iura condidiſſe, ſed de Chriſti quoque Incarnatione pie ſimul & eleganter ſcripſiſſe. Cæterum tantum abeſſe putat Suidas Græcus iura a Iuſtiniano fuiſſe cõdita, vt eum ne elementarium quidem fuiſſe, ſed prorſus analphabetum ſcripſerit. Quod ſi ita habet res, fieri me hercle non poteſt, vt homo ignariſsimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iuriſconſultorum ſcripta intellexerit: totque leges callere, & in ordinem redigere potuerit. Conſequens igitur eſſe dicemus, non Iuſtinianum (vtpote literarum omnino expertem, iuriſque ciuilis prorſus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum, & educatum) ſed Tribonianum eius quæſtorem, virum doctiſsimũ, Pandectarum fuiſſe totiuſque iuris architectum: ꝙ & ipſe in proœmijs Inſtit. Digeſtorumque plane teſtatus eſt. Multum itaque debet, cum in rebus bellicis Iuſtinianus Beliſario, Narſeti, Ioanni, ac Mundo inclytis belli ducibus: tum vero in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiuſdem farinæ viris, qui ipſius Iuſtiniani gloriam domi militiæque famigeratam reddiderunt. Nam cum nulli vnquam interfuerit bello, nec legem nouerit vllam, multas tamen de hoſtibus victorias eum retuliſſe, iuraque condidiſſe, & ea omnia in ipſis cordis penetralibus clauſa habuiſſe conſtans fama prædicat. Qua ex re maiorem retuliſſet gloriã Iuſtinianus, quam ſi Imperij fines longius protraxiſſet: nihilque ei ad ſummam defuiſſet laudem, ſi fons publici priuatique iuris iniquo & peſtilenti authore caruiſſet, id eſt, ſi non Triboniani viri, me hercle improbi, impijque opera in condendis legibus vſus fuiſſet Iuſtinianus. Quod ſane efficit, vt eius inconſtantia non parum ſuggillaretur. Nam vt ait Suidas, Tribonianus Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus a fide Chriſtiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iuſtiniano regi perſuaſit eum non eſſe mortem oppetiturum, ſed in cœlum vna cum carne aſſumendum. Fuit autem quæſtor Iuſtiniani, qui naturæ potentia & dotibus pollens, ad tantum eruditionis faſtigium peruenit, vt nemini ſui temporis facundia & eruditione cederet. Cæterum ſtudio auaritiæ vſque adeo deditus, vt ius faſque venale haberet,

Tribonianus ſtudio pecunię feliciter ſemper incubuit.

ſingulis diebus, vt plurimum leges irritans, ac raſas faciens: prout viſus eorum, a quibus pecunias acceperat, requirebat: cũ annos multos in honore vixiſſet, morbo tandem deceſsit, ſtudio pecuniæ ſemper quo ad vixit feliciter incumbens, nec ob id vlla prorſus iniuria ab aliquo affectus. Quod ſcilicet ſermone blando comique erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditiõnis facile obſcuraret.

Tribonianus leges fixit precio atque refixit.

Procopius tamẽ libro belli Parthici primo refert fuiſſe Tribonianum vna cum Ioanne, vt populi ſeditiones ad tempus ſedaret a Iuſtiniano quandoque deiectum: vt non abſimilem illi fuiſſe arbitrer, quem Vergilius libro vj notat, qui leges fixit pretio, atque refixit.

Proculus, vir ꝓbus.

Qui Procopius cum Proculum laudare vellet: Erat, inquit, Proculus Imperatoris aſſeſſor magiſtratum quæſtoris gerens, vir in primis iuſtus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiam conſcripſit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota eſſe debeat, tametſi eum Iuſtinianus vbique laudet, verum facile eſt indocto imponere regi.

Tribonianus accieſas magis quã cõpendioſas fecit Pãdectas.

Adde, quod Tribonianus, & qui cum eo operam conſarcinandis Iuris ciuilis libris dederunt, immenſam illam legum multitudinem, inclementium medicorum more ad viuum reſecantes, acciſas nobis Pandectas verius, quam compendioſas (vt Gulielmus Budęus vir doctiſsimus rectiſsime ſcribit) dederunt. nimia enim religione verentes, ne de fece, vt dicitur, duodecim tabularum hauſiſſe aliquid viderentur, id eſt, de priſca nimis & obſoleta antiquitate, dũ de liquido tantum & nitido promere volunt, aridiora proculdubio volumina, nec ſitim quorundam ſatis explentia reliquerunt, prorſus vt in Pandectis ſtruendis dormitaſſe verius credantur, quam recte aliquid & compendioſe digeſsiſſe.

Iuſtinia. vixit annis. lxxx.

Iuſtinianus anno, ex quo imperare cœpit, quadrageſimo, vel vt aliꝭs placet, vndequadrageſimo, cum annum agens quadrageſimum Imperij habenas ſuſcepiſſet, amens & ſtultus iampridem factus, in ægritudinem tandem incidens, Iuſtinũ ex filia nepotem, conſortem Imperij fecit, caputque eius diademate ornauit, fortunæque fauentis ſignum in eius cubiculum miſit, nec multo poſt ingraueſcente morbo, non ſanus mente deceſsit.

Iuſtinianus imperauit annis xl.

Iuſtinianus amens interijt.

Qui ex quo Auguſtalem adeptus eſt ſedem, veterẽ Romani Imperij gloriam inclinatam iam prope & elapſam, in priſtinam vindicauit maieſtatem, eamque mirum in modum auxit, & firmiorem, quam antea reddidit, maximus certe & auguſtiſsimus princeps, niſi auaritiæ & delirij Eutichiani reus fuiſſet.

Iuſtinianus auarus.

Nam licet in ipſo principatus ſui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Chriſtianiſsimus (authoribus Suida Græco, ac Io. ij. pontifi. max. in epiſtola, Inter claras. in ſi. C. de ſum. Tri. & fide catho. & eius nomen Ioan. Fab. in ſanctorum cathalogo apud hiſtoricos ſcriptũ ſe legiſſe dicat: vulgoque id multis iam ſeculis in Aureliorum, aliꝭſque iuris ciuilis ſcholis receptum ſit, earum videlicet bidellis Iuſtinianum inter diuos relatum palam proclamãtibus) graui tamẽ poſtea hæreſis Eutichianæ infamia reſpersus eſt.

Iuſti. Ioã. Fa. ſcribit iter diuos relatum.

Iuſtinianus hæreticus.

Cum prius Calcedonenſe cõcilium, quo ipſius Eutichetis opinio damnata eſt, probare ſe aſſeruiſſet, literis hac de re vna cum muneribus ad Ioann. eum, quem nuper dixi ſecũdum publice miſsis. Quod & ipſemet teſtatur in. l. iiij. ad ſi. C. de ſum. Tri. & fide catho. & in Auth. de eccle. titu. col. ix.

Agapetus j. pontifi. maxi.

Agapeti libere dictum.

A quo Agapetus primus pontif. maxi. ad eum a Theodato Gotho ad excuſandum Amalaſuntæ mortem orator miſſus, de Eutichiana hæreſi diu tentatus, conſtantiſsime renuendo dixiſſe fertur, Ego ad Chriſtianiſsimum principem venire optaui, ſed Diocletianum inueni. qua ſermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad ſanitatem redierit, Anthemiumque eius authorem mali, Conſtantinopolitanum præſulem, in exilium miſerit, & Mennam catholicum in eius locũ ſuffecerit: in quã tamen hæreſim haud ita multo poſt relapſum eſſe eum in confeſſo eſt, inſtigante præſertim Theodora Auguſta, & Triboniano eius quæſtore viro a Chriſtiana religione prorſus alieno.

Anthemius hæreticus.

Menna Conſtantinopo. prę ſul.

Iuſtinianus in hæreſim relapſus.

Theodora Auguſta malę ſentiens de fide

Hæc ſiquidem Theodora cum Silueno pontifici, mortuo Agapeto iuſsiſſet, vt pulſo Menna Conſtantinopolitano antiſtite Anthemium ab exilio reuocaret, idque negaſſet Siluerius ſe facturum, ꝙ pontificia dignitate incolumi pręſtari nõ poſſet, excanduit fœmina inſolens, & quæ ſibi nihil non licere arbitrabatur, ſcripſitque ad Beliſarium, vt Silucrio pulſo, Vigilium diaconum (cuius impulſu Anthemium reſtitui Theodora petebat) in eius locũ ſubſtituat.

Siluerius ponti. maxi.

Beliſarius Antonina Beliſarij vxor Siluerium põtificatu priuat.

Beliſarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat, quæ ſubornatis a Vigilio teſtibus (qui Siluerium dicerent conſilia agitaſſe de vrbe Romana Gotthis prodenda) hominem cogit ſe dignitate abdicare, pallioque depoſito monaſtica ſe cuculla induere, ſicque in Pontiam relegatus inſulam breui poſt tempore deceſsit, ac tandem in martyrum ordinem relatus eſt, cuius feſtum celebratur duodecimo calendas Iulias.

Siluerius ĩter martires relatus.

Qui Siluerij legendam, quam vocant, ſcripſere: dicunt eum ab æmulis accuſatum, quod per literas & nuntios Vitigi pollicitus eſſet, Aſinariam ſe Gotthis portam noctu patefacturum, Lateranenſi domui, quã tum pontifex incolebat, proximam. eamque ob rem a Beliſario appellatum, ibique accidiſſe, vt cum Siluerius ad ducem veniret, aſsideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accerſita languebat adhuc e via, & vt eſt mulierum in poteſtatibus intemperies, inſolenſque & importuna loquacitas: vbi hæc Siluerium ad ſe venientem vidit procul, ſtolida voce correptũ inclamat, Quo meo, bone vir, quoue Beliſarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa, ac ne poteſtate quidem Siluerio diluendi criminis facta, põtificium ei cultũ detraxit, ac ſeponi iubet.

Aſinaria porta.

Mulierũ ĩtemperies.

Vigilius in Siluerij locum ſuffectus.

Et hæc quidem geſta ſunt Iuſtiniano palam non iubente, ne incõſtantiæ argueretur: cum & ipſe Anthemium in exiliũ miſiſſet, ſed conniuenter omnia ferẽte. Siluerio ad hũc modum Vigilij fraude & calumnia relegato, Vigilius ipſe ex Theodoræ Auguſtæ & Antoninę Beliſarij cõiugis ſententia, põtificiam ſedem arripuit, qui cum in creatione ſua Theodoræ Imperatrici promiſiſſet reuocaturum ſe Anthemium, paulo ante, vt dictum eſt, ob hæreſim Eutichianam a Conſtantinopoleos pontificatu pulſum cœpit imperioſa mulier inſtare, vt Anthemium reſtitueret, quod ſe facturum Vigilius cum pertinaciter negaret, malis promiſsis ſtandum non eſſe aſſerens, indignata Theodora Vigilium vi ad ſe adductum, & fœminæ mandata facere nolentẽ, ita cædi iuſſit, vt parum ab internicione abfuerit, eumque in Euphemię templum furtim elapſum, & inde a tortoribus violẽter extractum, iniectoque in eius collum laqueo, per totam vrbem ad veſperam vſque diſtractum, tandem in carceres mitti præcepit: vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus.

Vigilius malis promiſsis ſtare recuſat:

Vigilius cæditur.

Vigilius ignominioſe a tortore ꝑ vrbem Cõſtan. trahitur.

Clerici autem qui eum ſecuti fuerant, partim in exilium acti, partim vero in metalla damnati ſunt. Tam fœdam ignominiam, & verbera, & laqueos, & carceres paſſus eſt Vigilius, in domo principali, Iuſtiniano ipſo (qui paulo ante venientem eum Conſtantinopolim ſumma cũ veneratione exceperat, ac præcedente clero & populo, ad Auguſtiſsimum ſophiæ templum perduci iuſſerat,) non ſolum, vt par eſt credere, audiente, ſed vidente etiam, & patienter ferente. Adde, ꝙ cum alterum iam annum pene exactum in vinculis fuiſſet Vigilius, tentauit Iuſtinianus per Pelagium (qui Roma ad eum venerat rogandum, vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret) flectere eius animum, vt Anthemium reſtitueret: ad poſtremum, quia ſententiam mutare noluit, flagro adhibitus eſt permiſſu principis, ac per vrbem iterum laqueo diſtractus, & demum in carceres reiectus. Inde plures annos in vinculis fuit vigilius, nec prius ſolutus, quã Narſes extremã manũ rebus Goticis impoſuit. Hęc ideo ſcripſi, vt intelligat cupida legum iuuentus, non tam pium fuiſſe Iuſtinia-

Pelagius.

Vigilius iterum per vrbẽ Cõſtan. diſtractus.

Vigi. Narſetis interuentu vinculus ſolutus.

num, quā Ioannis Fab. ſcripta prædicant. Verum fertur ipſe Iuſtinianus inclinante iam, & ingraueſcente eius ætate parum fuiſſe, vt diximus, mentis compos, quam nacta occaſionem Theodora Auguſta, vt eſt mulierum animus gloriæ & principatus appetens, magnam adminiſtrationis partem ad ſe trahebat. Inciderunt in Iuſtiniani huius principatum adminiſtrationes pontificum Romanorum ſeptem, quorum primus Felix quartus, qui vt morientes vngerentur, inſtituit. Bonifacius ſecundus, qui ſanxit ne epiſcopus ſibi ſacerdotij ſucceſſorem legeret, & profanam a clero plebem, cum res fieret diuina, diſcreuit. Tertio loco Ioannes ſecundus, qui Anthemium hæreticum Conſtantinopoleos archiepiſcopum damnauit, cuius Iuſtinianus damnationē per literas publice laudauit. l. iiij. §. ſuſcipimus. verſi. & ſanctarum patrum. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. & grādia ad eum miſit dona, aureum ſcyphum gemmis ornatum, & alia multi pretij munera, quæ Vaticano templo illata ſunt. verum eo mortuo Iuſtinianus mutata mox voluntate, in Eutichianam hæreſim lapſus, eam conſtantiſsime catenus amplexus eſt, donec ipſum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integram ſeruauit. Hic eſt ille Ioannes qui ſcripſit epiſtolam, Inter claras. C. de ſumma Trinitate & fide Catho. Agapetus quoque primus, quem a Theodato Gotthorum Rege ad Iuſtinianum Imperatorem, qui Amalaſiuntæ reginę vltioni imminebat, miſſum fuiſſe nuper dicimus, eunq; ab hæreſi Eutichiana ad orthodoxam reuocauit fidem: quo vita functo, iterum deſipuit Iuſtinianus. Ad hæc Siluerius primus vir ſanctus, qui calumniam paſſus eſt apud Beliſarium accuſare Vigilio diacono, vt paulo ante a nobis ſcriptum eſt. Dein & Vigilius ipſe eius nominis primus, quē nuper nemini varijs contumelijs verberibuſque iuſſu Thodoræ fuiſſe affectū, ꝙ Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet: in quibus & extinctum eum veterem calumniæ culpam optimo fine compēſaſſe ſcribit Raphael Volaterranus. Alij nō extinctum ſcribunt, ſed longo carcere fuiſſe detentum, ac tandem Narſetis precibus liberatum, Romamque reuertentem calculi morbo Syracuſis perijſſe. ab hoc Vigilio ſynodus quinta Conſtantinopoli, Iuſtiniano adhuc in humanis agente celebrata eſt, vbi contra Theodorum Coriarium ſtatutum fuit, vt virgo Maria theotocos, id eſt, Deipara, ſeu Dei mater appellaretur, Anno a Chriſti natali cccccxl. vnde & diuam annā Theotoci, id eſt, Dei genitricis matrem eſſe recta dicimus: licet in eccleſiaſticis illis libris, quæ Breuiaria vulgo appellant. Teodoci matrem eam eſſe corrupte ſcriptū ſit. Quod ſi vera ſunt hæc, quæ de quinta ſynodo authore eodem Vigilio, ſub Iuſtiniani principatu congregata ſcripſimus (ſicuti certe veriſsima eſſe nemo neſcit literatus) a fide haud dubie abhorrent, ac velut ex diametro diſtant, quæ de eadem re in literas miſit Gratianus in decretis canonicis: is nanque non Vigilij pontificatu, ſed Iulij quintam ipſam ſynodum vniuerſalem fuiſſe coactam author eſſe fertur in capitulo, ſexta. & capitulo ſequenti. §. Quinta. decimaſexta diſtinctione. Quod nulla ratione fieri potuiſſe tam me hercle palam eſt, quā

Iuſti. inter diuos non fuit relatus.

Iuſt. extremis die. mētis impos fuit.

Mulier principatus appetens.

Iuſti. imperante ſede pontifi. Ro. vij. Felix. iiij. pōtifi. maxi. Bonifa. ij. ponti. maxi. l. iij. & epiſtola inter claras. C. de ſum. trini. ſcriptæ ſunt antequam Iuſti. in hęreſim laberetur.

Agapetus. j. ponti. maxi.
Siluerius. j. pontif. maxi.

Vigilius. j. pontif. maxi.

Theotoci mater Anna dicta.

Correctus locus in vita diuę Annæ.

Gratianus a quibuſdā videtur lapſus.
Iulij pōti. Rom duo tātū fuere.
Iulius ſecūdus ponti. maxi.
Iulius prior pontif. maxi. ſe-

cæli ſydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi Iulij nomen fuere adepti, quorum vterque multis a Iuſtiniano diſtat ſeculis. de Iulio enim ſecundo. nihil ambigitur, quippe quem vidimus ipſi, nongentis amplius poſt Iuſtinianum annis. Priorem autem Iulium Conſtantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo eum, quem nuper dixi, Iuſtinianum anteceſſit, inter quem & Iuſtiniani Imperij primordia, viginti interceſſere Romani pontifices. Ex quo cōſtat quintū concilium non Iulio præſide, vt ſentire videtur Gratianus, ſed Vigilio Iuſtiniani contemporaneo fuiſſe indictum. Cæterum malim ego dicere textum in. d. §. Quinta, eſſe corruptum: & expuncta inibi dictione Iulij, in eius locum Vigilij, verbum eſſe ſubſtituendum, quam fateri tantum virū, tam fœde, in re maxime aperta, fuiſſe lapſum. Simili errore laborauit Paulus diaconus, in Iuſtiniano minore quintam ſynodum tempore Iulij factam fuiſſe falſo aſſerens. Vigilio ita, vt poximo eſt loco a nobis proditum, vita functo, Pelagius primus extremis Iuſtiniani temporibus ſacram Romæ tenuit ſedem: qui vt clerici ſeptem horas canonicas, penium ſeruitutis eccleſiaſticæ, quotidie obirent, conſtituit. Et vt hæretici ſecularium manu coërcerentur, ſi ad ſanitatem trahi aliter non poſſunt. Conijciuntur in principijs huius tempora viri ingenio & eruditione illuſtres. Caſsiodorus Rauennas, qui ex conſule monaſticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis ſcripſit, cum multa prius de republica ſcripſiſſet ſenator. Priſcianus Cæſarienſis, qui in grammatica arte tam multa ſcripſit, quā nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus Euangelicam eſt hiſtoriam complexus. Iuſtinianus Valentianæ eccleſiæ antiſtes. rerum diuinarum ſtudio non obſcurum nomen adeptus. Dionyſius Abbas, qui Romæ Paſchalem calculum mira arte compoſuit. Probantur & Facundi ſcripta ea tempeſtate in Eutichianos edita. Adde & Amalaſiuntam Atalarici Gotthorum regis matrem, cui tantā fuiſſe indolem ſcribit Caſſiodorus: vt ſine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquentem, cum Græce Latineque ſciret egregie, & linguas omnium gentium teneret, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum populo Romano: quæ cum filium bonis artibus, moribuſque inſtituere conata eſſet, optimo eius conſilio nihil æque obſtitit, ac eorum, qui puerum regebant auaritia, nihil minus ad ſuas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quam frugi & moderatum habere principem. Habuit illud Iuſtiniani ſeculum, & viros ſanctitate claros, Benedictum monaſticæ vitæ inſtitutorem in Caſsino mōte. Maurum eius diſcipulum in Gallia, Germanum & Genoueſam Pariſijs. Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem martyrij lauream ſub eodem Iuſtiniano adeptum, ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Chriſtianum, qui ſub ipſo ineuntis Iuſtiniani principatus articulo fatalem obiſſe diem.

dit tempore Conſtātini magni.

Vigilius Iuſtiniani contemporaneus.

Gratianus a calūnia defenſus.
Pauli diaconi lapſus.
Pelagius. j. pontif. maxi.
Viri illuſtres tēpore Iuſtin.
Caſsiodorus.
Priſcianus.
Arator.
Iuſtinianus antiſtes.
Dionyſius abbas Facūdus.
Amalaſiūta regina græce, Latineque docta.
Auaritia aulicorum pricipi ꝑnicioſa.
Principū inſtitutores ab auaritiæ vitio alieni eſſe debent.
Benedictus abb.
Maurus abbas.
German. antiſtes.
Genoueſa.
Brigida.
Siluerius martyr.
Clod. rex.

FINIS.

Carmina Rubricarum primi libri Inſtitutionum, quæ ſunt numero vigintiſex.

Iuſtitia, ius naturæ, perſonaq; ſubſunt.
Ingenuos, debent libertini ſociare.
Non omnis dominus ſeruos ſic liberat, vt vult.
Fuſia lex, iuris alieni, patria virtus.
Nubet, adoptauit, ſoluet, tutela, dabitq;
Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.
Eſt fidus tutor, eſt Attilianus, & author.
Finit, curator, teneatur ſatiſdare tutor.

De iuſtitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure perſonarũ. De ingenuis. De libertinis. Quibus ex cau. ma. nõ licet. De lege Fuſia Caninia tollen. De his qui ſui vel alie. iu. ſunt. De patria poteſtate. De nuptijs. De adoptionibus. Quibus mod. ius pa. po. ſol. De tutelis. Qui teſtamẽto tutores dari poſſunt. De legitima agnatorũ tutela. De capitis dimin. De legitima patronorũ tutela. De legitima parentũ tutela. De fiduciaria tutela. De Attil. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorũ. Quibus mod. tut. finitur. De curatoribus. De ſatiſdatione tutorum vel cura. De excuſa. tuto. vel curat. De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus.

Rubricæ ſecundi ſunt vigintiquinque.

Res, corpus, ſeruit, vſusfructus ſit & vſus.
Eſt vſucapiens, eſt donans, eſt alienans.
Quæro, teſtari, miles, permittere non vult.
Exhæres, hic inſtituit, bis ſubſtituendo.
Infirmat, vel inofficit, hæres qualia, legat.
Hinc adimit, falcat, committit, ſingula, Codex.

De rerum diuiſione, & acquirẽdo ipſarũ dominio. De rebus corporalibus & incorporalibus. De ſeruituti. ruſtico. prædio. & vrbano. Da vſufructu. De vſu & habitatione. De vſucapionibus, & longi tempo. præſcrip. De donationibus. Quibus alienare licet, vel nõ. Per quas perſonas nobis acquiritur. De teſtamentis ordinãdis. De militari teſta. Quibus nõ eſt permiſ. facere teſt. De exhæredatione liberorũ. De hæredibus inſtituẽdis. De vulgari ſubſtitu. De pupil. ſubſti. Quibus mod. teſt infirmẽtur. De inoffi. teſta. De hære. quali. & diffe. De legatis. De adeptione legato. De lege Falcidia. De fideicommiſſarijs hæred. & ad ſenatuſcõſultum Trebel. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. De codicillis.

Rubricæ tertij ſunt triginta.

Fert, inteſtatus, agnatis, Tertyll. & Orfic.
Cognatis, gradibus, ſeruus, libertus inhærent.
Signo libertes, poſſeſſus, & arrogo quærens.
Poſt addicta bona, ſucceſsio dupla receſsit.
Obligo re, verbis, duo, cum ſeruis ſtipulantur.
Diuidit, eſt & inutilis, atque fideiubet omni.
Litera, conſenſus, emit & locat, hinc ſociabit.
Et poſt mandatum, quaſi contraho, quærito, tollo.

De hæreditatibus quæ ab inteſta. deferuntur. De legitima agn. ſucceſsione. De ſenatuſconſulto Tertyliano. De ſenatuſcõſulto Orficiano. De ſucceſsione cognatorum. De gradibus cognationum. De ſeruili cognatione. De ſucceſsione libertorũ. De aſsignatione libertorum. De bonorũ poſſeſsionibus. De acquiſitione per arrogationem. De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur. De ſucceſsionibus, quæ fiebãt per bono. venditiones, & ex ſenatuſconſulto Claud. ſublatis. De obligatiõibus. Quibus mod. re contra. obligatio. De verborum obligatio. De duobus reis ſtipulandi, & promittendi. De ſtipulatione ſeruorũ. De diuiſione ſtipulationũ. De inutilibus ſtipu. De fideiuſſoribus. De literarum obligationibus. De obligatio. ex cõſenſu. De emptione & venditione. De locatione & conductione. De ſocietate. De mandato. De obligationibus, quæ quaſi ex contrac. naſcuntur. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur obligatio.

Rubricæ quarti ſunt octodecim.

Delictum, rapit, Aquilijs, iniuria ſubſit.
Et quaſi delinquens ago, vel gero. noxia, pauper.
Per quos, ſatiſdabo, perpet, & excipiens, replicabo.
Sunt interdicta, cum pœnis, officioq;.
Publica iudicia reperis in fine locata.

De obligationibus, quę ex delicto naſcũtur. De vi bono. rapto. De lege Aquil. De iniurijs. De obligationibus, quæ ex quaſi delict. naſcuntur. De actionibus. Quod cũ eo qui in aliena eſt poteſtate negotium geſtum eſſe dicitur. De noxalibus actionibus. Si quadrupes paupe. feciſſe dicatur. De his per quos agere poſſumus. De ſatiſdationibus. De perpetuis et temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes trãſeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna teme re liti. De officio iud. De publicis iudicijs.

Finis titulorum Inſtitutionum, qui ſunt numero nonagintanouem.

Digeſti veteris CLV. Rub. continentur LXV. carminibus ſequentibus, eo textis artificio, vt præter principale intentum, aliquid ſententiæ videantur habere, quorum declaratione ſubiunximus.

Et primo primi libri.

Ius

Ius,& origo patent,leges quoque parte priori.
Conſtituit,ſtatus,ac alienus,adoptat,& eſt res,
Datq; ſenatores,conſul,pratorius,vrbis.
Sunt quaſtor,prator,vigilum praſectus , habendi.
Officium pariter proconſulis vtile noſcas.
Vult his Auguſti,praſes,vel Caſaris addi.
Cenſor Alexandri,ius mandat,& aſsidet inde.

De iuſtitia & iure. De origine iuris ciuilis,& om.magiſt.& ſuceſsione iuris prudẽtium. De legibus & ſenatuſcõ.& lon.conſuetudine. De conſtitutionibus princ. De ſtatu hom. De ijs,qui ſui vel alieni iu.ſunt. De adoptionibus,emãcipationibus , & alijs mod.quibus pa.poteſtas ſol. De rerum diuiſione & qualitate. De ſenatoribus. De offi.conſulis. De offi.præfec.præt. De offi.præfec.vrb. De officio quæſtoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigil. De officio proconſ.& leg. De officio præfecti Anguſtalis. De offi.præſidis. De offi.procuratoris Cæſaris,& rationalis. De offi.iuridici Alexandriæ. De officio eius,cui mãdata eſt iuriſdictio. De officio aſſeſſorum.

Secundi libri Rubricæ.

Eſt iuriſdictio,ſtatuens in parte ſecunda.
Si quis ius dicens,vocat in ius,non ierit tunc.
Iuſsit lex,vt eant,qui ſunt in iura vocati.
Eximat hos nemo,leges quos ſatiſdare cogunt.
Si noxalis agat,per quem ſit,cautio ſiſti.
Feriat,edendo,pactum,ſi tranſigat vllus.

De iuriſdictione omnium iudicũ. Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit ipſe eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti non obtẽp. De in ius voc. Si quis in ius vocatus non ierit,ſiue quis eum vocauerit,quem ex edicto non debuit. In ius vocati, vt eant , vel ſatis aut cautum dent. Ne quis eum,qui in ius vocatur,vi eximat. Qui ſatiſdare cog. vel iuramento promittant,vel ſuæ cõmittatur promiſsioni. Si ex nox.cauſa agatur, quemadmodũ caueatur. De eo per quẽ factum erit,quo minus quis iudicio ſiſtat. Si quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa fac. non obtemperauerit. De ferijs & dilat. & diuerſis temporibus earum : & ex quibus cauſis feriæ non impediuntur. De edendo. De pactis. De tranſactionibus.

Tertij libri Rubricæ.

Poſtulat,inſamat,procurat,nomine terna.
Geſta negotia ſunt his,atque calumnia iuncta.

a Diſcrimine.i.nulla differentia habita: nec ætatis manumiſsi: vt etiam infans poſsit manumitti, imo etiā in ventre: cum quantū ad hoc habeatur pro iam nato: vt.ff.de ſtatu ho.l.qui in vtero. nec domini manumittē tis: dum tamen habeat xx.annos: vt .titu.j.§.eadē. nec modo manumittendi, ſcilicet in teſtamento, ſeu inter viuos quoquo modo: vt.ſ.eo.§.multis. ADDITIO. Not. quod licet verba ſint generalia, reſtringi tamen poſſunt & debent per aliam.l. ſpecialiter loquentem. cōcor. l.quamuis.ff.de in ius voc.l.& gradatim.§.ſed ſi lege.ff. de mune.& ho. per Bart.in.l.j.ff.quod vi aut clam. per canon.in.c.item cum quis.extra de reſtit.ſpo. & ideo ſi ſtatutum dictauerit, quod contra inſtrumentum publicum nulla poſsit opponi exceptio: poteſt tamē opponi, ſi alio ſtatuto permittatur, ſecundum Chriſtopho.

modo diſcrimine [a] habito (ſicut iam antea [b] obſeruabatur) ciuitate Romana [c] decorauimus [d]: multis modis additis [e], per quos poſsit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola [f] eſt in præſenti [g] præſtari.

TITVLVS VI.

QVIBVS EX CAVSIS MANVmittere non licet.

Manumiſsio facta inter viuos in creditorum fraudem iure non ſubſiſtit: licet tamē domino quantumuis oberato ſeruum ſuum liberum hæredemq; facere, modo nemo alius ex teſtamento extiturus ſit hæres.

NOn tamen cuicunque [h] volenti manumittere licet: nam is, qui in fraudem [i] creditorum manumittit [k], nihil agit [l] †[1] quia lex Aelia Sentia [m] īpedit libertatē.

b Antea. ſcilicet, quam veniret iſta praua conditio.

c Ciuitate Romana. id eſt plena libertate.

d Decorauimus. id eſt, honorauimus.

e Additis. ſcilicet à nobis eis quos habuimus.ſ.e.§.multis autem. & ſunt additi nouem. Primus ſi dominus ægrotantem ſeruum ſuum eiecit. Secundus ſi ancillam vendiderit, ne proſtituatur: & proſtituta fuerit: vel venditor ſibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipſum reuertentem proſtituit poſtea. Tertius ſi ſerui pileati defuncti funus præceſſerunt. Quartus ſi expreſſe eum velle eſſe Latinum. Quintus ſub conditione relicta libertate, hæres ante conditionem manumiſerit. Sextus ſi in iudicio liberali à domino ſuperatus ſeruus fuerit: & pretium pro eo domino ſolutum fuerit, et ipſe poſtea receperit. Septimus ſi ancillam ſuam maritauerit alicui libero. Octauus, ſi coram actis filium nominauerit ſeruum ſuum. Nonus ſi inſtrumenta ſeruitutis reddiderit coram teſtibus. Et probātur hi modi. C. de la. libertate tollen.l.vnica. §.ſed ſcimus. vſque in fine legis.

f Sola. ſcilicet libertas plena.

g In præſenti. id eſt, in conſuetudine.

QVIBVS EX CAVSIS MAnumittere non licet.

De varijs modis manumittendi dixit: ſed quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnibus cauſis: ideo hoc titulum ſubiecit, ſecundum Porc.

NOn tamen. Iſte titulus diuiditur in octo partes. Primo qualiter quis inter viuos in fraudem creditorum ſeruum proprium manumittere non poteſt. Secundo qualiter in vltima voluntate cum libertate hæredem inſtituit. Tertio qualiter in vltima voluntate inſtituit ſimpliciter. Quarto qualiter præſumatur, quod manumittat in fraudem creditorum. Quinto qualiter minor xxv. annis prohibetur manumittere, niſi certis cauſis. Sexto, quæ ſint cauſæ iuſtæ. Septimo an cauſa ſemel approbata poſsit improbari. Octauo ſi quis attigerit decimum & octauum annum, poteſt in teſtamento manumittere. Secunda ibi.§.licet autem. Tertia ibi, Idemque. Quarta ibi, in fraudem. Quinta ibi.§.eadem lege. Sexta ibi, Iuſtæ autem. Septima ibi, in.§.Semel. Octaua ibi, Cū ergo. CASVS. Ad euidentiam not. quod in hoc tit. ponuntur duo caſus ſpeciales, in quibus dominus non poteſt ſeruos ſuos manumittere. Primus quando in fraudem creditorū fit manumiſsio: quia tunc nō valet, exēplum, vt quando aliquis debitor debet aliquam pecuniam, & nihil habet in bonis, vel ſaltem non habet bona ſufficientia ad ſoluēdum ſuis debitoribus, niſi vendat vel det in ſolutum ſeruos: & iſtos ſeruos manumittit, vt illos nō det ſuis creditoribus in ſolutum, & vt eos creditores fruſtret debito ſuo: tunc talis manumiſsio nō valet, quia eſt facta in fraudem ſuorum creditorum, id eſt, vt fraudet ſeu defraudet ſuos creditores debito, niſi in caſu, ſcilicet quādo ipſe dominus inſtituit ſeruum ſuum hæredem, & liberum eum eſſe vult: vt in prin. titu. vſque ad.§.eadem lege. Secundus caſus eſt, quando dominus eſt minor xxv.ann. quia ſimiliter non valet, niſi in caſu, ſcilicet coram iudice, & cauſa cognita fiat manumiſsio. hoc dicit vſque ad finem titu. Et hoc præſuppoſito, dic in hoc princip. quod quamuis videatur ex his, quæ.ſ.tit. proxi. habuimus, quod quilibet poſsit ſeruum ſuum manumittere: tamen ſciendum eſt, quod nō eſt licitum cuique volenti manumittere ſeruum ſuum, illum manumittere: quia ſi habeo creditores, & in eorum fraudem ſeruos meos manumittam, vt efficiar non ſoluendo, nihil ago. hoc dicit vſque ad.§.licet autem. Franc.

h Non tamen cuicunque. quamuis.ſ.tit.j.§.multis. &.§.fina. dictum ſit quemlibet manumittere poſſe: nō tamen &c. [2] ſic.j.de exhære.lib.in prin. Accur.

i In fraudem. hoc expone.j.eo.§.in fraudem.

k Manumittit. ſcilicet inter viuos, vel in vltima voluntate, ſcilicet non inſtituendo. nam tunc eſſet liber & hæres: vt.j.proxi.§.&.ff.qui & à quibus.l.ſi mortis.

ADDITIO. Et dicit hic Iaſon, quod ſi in teſtamēto ponatur clauſula, quod valeat iure contractus, erit irreuocabile: quia contractus in eo celebratus, reuocari non poteſt, vt hic: de quo vide Bar. & Ange.in.l.ſtipulari hoc modo.ff. de verbo.obliga.

l Nihil agit.ſ.vt noceat creditoribus [3]: vt.ff.qui & à quibus.l.ſi mortis. ſibi tamen nocet, ſi velit reuocare: vt.C.de ſer.pig.da manu.l.ſi creditoribus.

m Quia lex Aelia Sentia. Similis eſt ratio, quia lex vult: vt.j.de vſucap.§.furtiuæ. & illa inhibet vſucap. rei furtiuæ. Accur.

Licet autem. Diuiditur iſte.§.in quatuor partes. Primo ponit vnum dictum. Secundo illud reſtringit. Tertio ponit rationem primi dicti modificati. Quarto rationem rationis. Secunda ibi, ſi modo. Tertia ibi, Valde. Quarta ibi, Ne iniuria. CASVS. Sed quid domine Imperator, iam video, quod regulariter ſtatutū eſt, quod debitor manumittens in fraudem creditorū, nihil agit. pro Deo dicatis mihi, quæ fuit ratio huius ſtatuti? Ad hoc reſpond. Iuſtinianus dicens: Amice, ratio huius ſtatuti eſt: quia in hoc, quando debitor in fraudem creditorum manumittit, lex Aelia ſentia impedit libertatem. Sed domine, pro Deo, nunquid generaliter hæc regula eſt vera, ita quod nullam patiatur

[1] Frequēs eſt hæc apud Iuriſconſultos locutio, vt in.l.vlti.ff.de libe.& poſthu.& in.l.niſi.ff.de tutel.& ratio.diſtra. habetque nonnihil prouerbialis ſchematis, quo ſignificatur inanis & fruſtranea alicuius opera.

[2] Idē Pe. hic.

[3] Et ſic eſt nulla ipſo iure: alias enim eſſet irreuocabilis. vt.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff.de minor. ſecus in alijs reuocabilibus: vt.l.ſi ſciens. in ſi.ff.de cōtra.empt. & ita no.glo.in.l ſi noxali.in prin.ff.de noxa.la.

BIBLIOTECA ... ROMA

inſtantiam? Ad hoc reſpon. Iuſtin. & dicit quod non: nam certe licitum eſt domino, qui ſoluendo non eſt, ſeruum ſuum cum libertate in teſtamento ſuo hęredem inſtituere: licet hoc in fraudem faciat creditorū, vt iſte ſeruus fiat liber, hæreſq; neceſſarius dño ſuo. & hoc eſt verū, ſi nullus alius inſtitutus fuit in illo teſtamento: aut forte, quia inſtitutus morte præuentus eſt. aut qualibet alia cauſa impeditus hæres exiſtere non potuit, aut forte noluit, & hoc eadem lege Aelia Sentia prouiſum eſt: vt liceat domino, qui ſoluendo non eſt, ſeruum ſuū ſibi hęredem neceſſariū inſtituere. Et domine, pro Deo, quæ eſt ratio legis Aeliæ Sentiæ, vt permittat in caſu iſto domino ſeruū ſuū manumittere? Et reſpon. Iuſti. Certe amice optima fuit ratio: multum enim proſpiciendū erat, vt egeni homines, quibus nullus hæres eſſet exiturus, ſaltem ſeruum ſuum hæredem habeant neceſſarium, qui quidem & ſeruus hæres īſtitutus creditoribus domini poſsit ſatisfacere: vel ſi ipſe nō ſatisfecerit, creditores res hæreditarias nomine ſerui inſtituti diſtrahāt: ne memoria defuncti, ſi nomine ipſius res hæreditarias diſtraherent, quadam iniuria afficiatur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. Idemque iuris. Franciſcus de Aret.

Licet[a] autem domino, qui ſoluendo non eſt in teſtamento ſeruū[b] † ſuū cum libertate hæredem inſtituere, vt liber fiat, hæreſq; ei ſolus[c] & neceſſarius[d]: ſi modò ei nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres ſcriptus ſit: aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa hæres ei non extiterit[e]. Idq; eadem lege[f] Aelia Sentia prouiſum eſt, & rectè[g]. Valde enim proſpiciendum erat, vt egentes[h] homines, quibus alius hæres exiturus non eſſet, vel[i] † ſeruū ſuum neceſſariū hęredem haberēt[k], qui ſatisfacturus eſſet creditoribus: aut hoc eo[l] non faciente[m], creditores res hæreditarias ſerui[n] nomine vendant: ne iniuria[o] defunctus afficiatur.

a Licet. id eſt, licitum eſt.

b Seruum. ſcilicet vnum, & non plures: vt. ff. de hær. inſti. l. ei qui ſoluendo. in fi. cum. l. ſeq. & etiam in fraudem creditorum: vt. C. de neceſ. ſer. l. j. in princi. niſi ſpecialiter pignori datus fuerit: vt. ff. de hære. inſtitu. l. pignori. qui non poteſt fieri neceſſarius, niſi dominus creditori ſatisfaciat: vt dicta. l. pignori.

c Solus & in caſu etiam cum alio: vt. ff. de hære. inſtit. l. ſi is. & l. qui ſoluendo.

d Neceſſarius. quia ſiue velit, ſiue nolit, cogitur eſſe hæres: vt. j. de hære. quali. & diffe. §. j. niſi in tribus caſibus, quos habes. ff. de hær. inſtit. l. ſi ſeruo.

e Non extiterit quo vltimo caſu ſeruus inſtitutus eſt hæres.

f Eadem lege. ſ. quæ prohibuit: eadem & ex iuſta cauſa concedit: vt hic. & j. eo. §. eadem. Accur.

g Et recte. ſcilicet eſt prouiſum.

h Egentes. Not. φ prodeſt paupertas: quia fauet paupertati. ſic. ff. de tranſac. l. cum hi. § ſi in annos. & C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinādam. § pe. ff. de offic. præt. l. libertas. § fin. Arg. contra. ff. de exc. tut. & cu. l. ſpadonē. §. fi. & ī auth. de teſt. §. j. col. vij. & illud,

Pauper vbiq; iacet. licet contra dicatur:

Cantabit vacuus coram latrone viator. Accur.

i Vel. pro ſaltem.

k Haberent. ſic. ff. de interrog. act. l. & quia. in princ. & j. de bono. poſſeſ. §. quos autem.

l Eo. ſeruo, nunc libero facto.

m Non faciente. i. non ſatisfaciēte creditoribus. Ac.

n Serui. quondam: ſed modo liber eſt.

[illegible] cum libertate [illegible], cenſetur etiam data libertas.

[illegible] etiam id conceſſum videri, ſine quo illud conſiſtere non poteſt.

Idemq; iuris eſt, & ſi ſine libertate[p] ſeruus hęres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio[q] non ſolùm in domino, qui ſoluendo non eſt, ſed generaliter cōſtituit noua humanitatis ratione: vt ex ipſa ſcriptura[r] inſtitutionis[s] etiam libertas ei cōpetere videatur. Cùm non ſit[t] veriſimile, eum, quem hæredem ſibi elegit, ſi prętermiſerit libertatis dationem, ſeruum remanere voluiſſe, & neminem ſibi hæredē fore.

In creditorum fraudem manumiſsio facta videtur, ſi manumiſſoris facultates tempore quo manumittit, æri alieno pares non ſint, vel [illegible] futuræ.

Et de hac dictione quondā, vide gloſ. ſingularē. l. j. ſuper verbo, olim. ff. de ope. no. nunt. & in in. §. ſed aliquādo. infra de vſucap.

o Iniuria. quo ad famam: quæ etiam poſt mortē quis damnatur: vt. ff de acc. l. ex iudiciorū.

Idemq; iuris eſt. Diuidit in tres partes. Primo ampliat §. præcedentē. Secūdo ampliationē extendit. Tertio rationē ſubdit. Secūda ibi, Quod noſtra. Tertia ibi, Cū non ſit. CASVS. Dñe, iam video φ licet dño, qui ſoluēdo non eſt ſeruum ſuum cū libertate hæredē inſtituere. Sed ponamus φ aliquis inſtituat ſeruum ſuū hæredem, nulla facta mētione libertatis: nunquid valebit talis inſtitutio? Ad hoc rńd. Iuſtin. φ ſic. nā certe idem iuris erit, qū aliquis ſeruum ſuū hæredem inſtituit omiſſa datione libertatis, ac ſi eundem cauſa libertatis expſſa inſtituiſſet. Et hoc noſtra cōſtitutio nō ſolum in dño, qui ſoluēdo non eſt, quadam noua humanitatis rōne, ſed in quolibet dño ſeruum ſuū inſtituēte generaliter conſtituit: vt ipſe ſeruus inſtitutus ex ipſa inſtitutione beneficium libertatis cōſequatur: licet dominus ipſum inſtituēdo, libertatē non expreſſerit: cum non videatur veriſimile dñm, qui ſeruū ſuum ſibi hæredem elegit, voluiſſe ipſum in ſeruitute remanere, licet dationem libertatis prætermiſerit: & ita neminem ſibi hæredem exiſtere hoc dicit vſq; ad. §. in fraudē. Fran.

p Sine libertate. nō quod dicat, inſtituo te ſine libertate: quia tunc non eſſet hæres: vt ſtatim dicetur in fine huius. §. ſed prætermiſit dationem libertatis: vt in fi. §.

q Cōſtitutio. qua fit liber & neceſſarius hæres: vt. C. de neceſſa ſer. hæred. inſti. l. quidam. in prin. Accur.

r Scriptura. ſic ex datione tutelæ: vt. j. qui dari tut. poſ. in pri. de qua pdixit modo: et. C. de nec. ſer. l. qdā.

s Inſtitutionis. Arg. φ aliquo cōceſſo, illud cōcedit ſine quo illud eſſe nō poteſt: vt. ff. de iuriſd. om. iu. l. ij.

t Cū nō ſit. hæc eſt noua ratio, de qua pdixit modo: ſed lex ipſa antiqua fuit: vt. j de hę. iſt. §. j. q eſt cōtra.

In fraudē. Diuidit iſte §. in tres partes. Prīo quāſi præſumatur manumiſsio in fraudem. Secūdo qū propter fraudē impediatur manumiſsio ſiue libertas, cū rōne. Tertio ex rōne infert. Secūda ibi, Præualuiſſe. Tertia ibi, itaque. CASVS. Dñe Imperator, vos dixiſtis mihi. ſ. quod debitor qui manumittit in fraudē creditorū, nil agit. pro Deo exponatis regulā iſtā, & dicatis mihi: qs in fraudē manumittere dicit? Ad hoc rū. Iuſti. & dicit: Amice

† Sic quædam ſunt permiſſa in vltima voluntate quæ non inter viuos. ſecū dum Ang. Aegi. per.

† Neque enim opprobrioſa tere pōt, cuius bona publice veneunt. Hinc Cic. pro Quintio, Hercule, inquit, cuius bona ex edicto poſsidentur, huius fama omnis & exiſtimatio cū bonis ſimul poſsidentur. De quo libelli in celeberrimis locis proponūtur, huic ne perire quidē tacite obſcureque licebit. & quæ ibidē ſubſequūtur in candem ſentētiam.

† Sic eadē lex vnum pmittit & phibet diuerſa ratione. Por. Aegi. per.

† Truffa eſt: imo paupertas nunquā pdeſt ſed in quibuſdā caſibus potius pauperi fauetur, quam diuiti ſecundū Petrum de Bel. per. & dixit Cy. in di. l. ſi quis ad declinādā §. fin. quod à tali pdeſſe

liberetnos deus.

† Vbi pœna erat extraordinaria & pecuniaria. alias ſecus: vt. l. fina. ff. de in ius vocā. & l. Pedius. ff. de incend. rui. naufr. Angel. & Ia.

† Et vide ibi gl. ſup verbo innouationem. ſed Chri. hic exponit noua. i. ſingulari: q alia ratione lex antiqua moueri non potuit: rgu. capit. erit lex. j. diſt. & l. ſcire leges ff de legi.

Amice, certe ille dicitur in fraudẽ creditorũ manumittere, qui iam eo tẽpore, quo imponit libertates, eſt ſoluẽdo. ſed poſt per donationem libertatis deſinit eſſe ſoluendo. & hæc ſunt vera de rigore iuris. Præualuiſſe tamen videtur de æquitate non aliter reuocari libertates, niſi debitor manumittens animũ fraudãdi habuerit, quãuis bona eius creditoribus non ſufficiãt. Sæpe enim ſperant homines plus habere in ſuis facultatibus, quã habeãt. Sic igitur demũ intelligimus libertates datas ab eo reuocari poſſe, qui ſoluendo non eſt: cũ vtroq; mõ creditores fuerint defraudati, et conſilio manumittẽtis, & re ipſa. i. quia ſicut ipſe manumiſſor eos fraudare ꝓpoſuit, ita in rei veritate fraudati ſunt amboꝗ; iam datis libertatibus, bona eius creditoribus non ſufficiant. Et hæc dicũtur vſque ad illũ. §. eadẽ lege Ælia Sentia. Frã.

Libertas i fraudẽ data an poſſit reuocari.

In fraudem [a] autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, ſoluendo [b] non eſt [c]: vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſoluendo eſſe.

Non aliter poteſt ſemel data poteſtas impediri, niſi & decipiendi animo, & ipſo rei euentu fraudati fuerint creditores.

Præualuiſſe [d] tamen videtur (niſi animũ quoque fraudandi manumiſſor habuerit) non impediri libertatem [e]: quamuis bona eius creditoribus nõ ſufficiãt. Sæpe [f] enim de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperant homines. Itaq; tunc intelligimus impediri libertatem, cum vtroque modo [g] non fraudantur creditores, id eſt, & conſilio [h] manumittentis, et ipſa re, eo quòd eius bona nõ ſunt ſuffectura creditoribus.

Minor annis viginti non aliter ſeruum manumittere poteſt, quàm cauſa cognita, & iuſta manumiſſionis cauſa: quæ autem ſint iuſtæ cauſæ, hic traditur.

Eadem [i] lege Aelia Sentia domino minori [k] viginti annis non aliter manumittere permittit, quàm ſi vindicta [l] apud conſilium [m], iuſta cauſa manumiſſionis adprobata, fuerint manumiſſi. Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ [n] hæ ſunt: veluti, ſi quis patrem [o],

Eadem. Iſte. §. cum. §. ſeq. diuidit in tres partes. Primo ponit, qualiter minor xx. an. nõ poteſt manumittere, niſi ex cauſa. Secũdo ponit, quæ ſunt cauſæ iuſtæ. Tertio limitat vnã prædictarũ cauſarũ. Secũda ibi, Iuſtæ. Tertia ibi, Et ſeruus.

CASVS.

[Do]mine, iam vidi vnũ impedimentũ manumiſſionis, quod interuenit ratione fraudis: nũquid eſt adhuc aliqd' aliud impedimẽtũ, quod obeſt manumiſſioni? Ad hoc rñ. Iuſt. quod ſic. Nam certe eadẽ lege Ælia Sentia ſtatutum eſt dominum minorẽ viginti ann. nõ poſſe aliter ſeruum ſuũ manumittere, niſi iuſta cauſa manumiſſionis fuerit apud iudicẽ approbata. Sed poſtea domine, pro Deo dicatis mihi, quę ſunt iuſtæ cauſæ manumiſſionis? Ad hoc reſpondet: Amice, iſtę cauſæ manumiſſionis ſunt iuſtę: veluti, ſi quis habeat filiũ vel filiam, naturalem etiam, aut fratrem, aut ſororẽ, aut nutricẽ, aut pædagogũ, aut educatorem ſuũ, aut eum, qui eũ aluit, & velit manumittere: aut ſi quis velit collactaneũ ſuũ manumittere: aut ſeruum ſuum gratia procuratoris habendi: qui manumiſſus nõ minor xvij. ann. manumittatur: vel ſi velit manumittere ancillam, vt eam ducat in vxorem. Nam certe omnes iſtæ cauſæ iuſtæ videntur. ita tamen in hoc caſu minori xx. annis, ancillam ſuam manumittere permittitur, ſi intra ſex menſes à tẽpore manumiſſionis cõnumerandos vxorẽ ducat, niſi aliqua iuſta cauſa ſuperueniens matrimoniũ impediat. & h. d. vſq; ad illum. §. ſemel. Fran. de Are.

[a] In fraudem. ſic ff. eod. ti. ſ. qui & à qui. ma. li. non fi. l. in fraudem.

[b] Soluendo. cum & ſciat ſe habere creditores: vt. ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

ADDITIO. Et dicit Ang. ꝙ hoc probatur, ſi erat de facto ſuo, & nõ de longinquo. Argu. l. fi. ff. pro ſuo. & eſt tex. in. l. ſi quis cum haberet. ff. quæ in frau. cre. Ac.

[c] Non eſt. & nunc erit prius ſoluendo.

[d] Præualuiſſe. nam quidã dicebant, ꝙ ſufficiebat ſolus euentus: & alij dicebant, ꝙ exigebatur vtrunq;. ſ. fraus & euentus: & iſta ſententia pręualuit. Tamen ex prædictis videbatur ſufficere euentum ſolũ. tamen &c.

[e] Non impediri libertatem. hic diligenter attẽde, ꝙ ſi directe detur libertas: non ſolũ inter viuos, ſed etiam in vltima voluntate duo neceſſaria ſunt. ſ. conſiliũ, hoc eſt fraus, & euentus: vt hic, & ff. ea. l. in fraudẽ. & C. eod. l. j. In fideicõmiſſaria ſufficit ſolus euentus: vt. C. qui ma. non poſſ. l. fi. Et eſt ratio: quia facilius libertas de facto data ab hærede reuocat', quã à defuncto (cuius diſpoſitio videbatur lex) vt. ff. de fideicõ. lib. l. iiij. §. ſi in fraudem. Alia ratio no. C. eo. l. fi. In alijs autem alienationibus, quæ in fraudem creditorũ fiunt: dic vt j. de act. §. item ſi quis in fraudem.

[f] Sæpe. reſpondet tacitę obiectioni. quõ poteſt eſſe animus bonus: cum ipſa veritate fraudet eos? Rñ. Sępe enim &c. Sed arg. contra. C. de reſcin. ven. l. quiſquis.

ADDITIO. Solue iſtud cõtrarium, & dic, quod hoc procedit in vltimis voluntatibus: niſi contrarium aliqua ſuadeat qualitas: vt in auth. ſed cum teſtator. cum glo. C. ad. l. Aqui. ibi vero inter viuos in rebus immobilibus, ſeu mobilibus & prætentibus, quæ peruenerunt ab antiquo: alias ſecus, ſecundum Ang. Are. hic.

[g] Cum vtroq; modo. ſ. cum fraus & euentus interuenit, vt ſubijcit. & facit ad hoc. ff. qui & à qui. ma. li. nõ fi. in. l. in fraudem.

[h] Conſilio. no. quẽ teneri de conſilio. Sed contra. ff. man. l. ij. §. fi. ſed hic fuit fraus: ideo fuit tale conſilium obligatorium: quia fuit fraudulentum.

[i] Eadem. ſcilicet, de qua habita eſt mentio. ſupra eodem. in princip.

[k] Minori. Sufficit ergo. ſi non ſit minor xx. annis, etiam ſi nõ ſit maior: vt quia tetigit vltimum diem viceſimi anni: vt. ff. de manu. l. j. ſicut in teſtamento, fauore ſui: vt. ff. de teſta. l. qua ætate. ADDITIO. Quando autem tempus cœptũ habeatur pro cõpleto, vel non, diſtingue not. vt per Chriſtoph. hic.

[l] Vindicta. hoc expone vt. ĩ. ti. j. §. multis.

[m] Apud conſilium. i. apud locũ illum, vbi habetur ſuper hoc conſiliũ. i. deliberatio. & ſic ponitur id, quod ſit pro eo vbi fit: vt. ff. de iuſti. & iu. l. pe. §. fi. [1]. Vel dic apud eos, qui præſunt conſilio: vt ſunt omnes habentes ordinariã iuriſdictionem, etiam minimi magiſtratus [2]: cum hoc ſit de voluntaria iuriſdictione: vt. ff. de offi. procõ. & le. l. ij. & in auth. de defen. ci. §. iuſiurandũ. in fi. & in glo. & quicquid. & glo. pe. col. iij.

[n] Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ. facit. ff. de ma. vin. l. ſi minor. cum l. ſeq. vſq; ad. l. apud. vbi iuſtæ cauſæ connumerãtur: connumeratur enim inter iuſtas cauſas manumittendi, ſi dominum à periculo vitæ, vel infamiæ liberauit ſeruus: vt. ff. de manumi. vind. l. iuſta. Accurſius.

[o] Patrem. Sed qualiter poteſt filius habere ſeruum ſuum

[1] Preſumitur autem fraus, ſi ſciat ſe habere creditorem: vt. l. ſi quis cũ haberet. ff. q in fraudẽ. Aegi. per. Quia in ea non eſt volũtas teſtatoris: vt eſt tex. nota. ſecundũ Ia. in. l. ſi pater in prin. ff. de his quæ in frau. nam non videtur mãdaſſe illicitũ. ſ. ꝙ fraudentur creditores. l. creditor. §. fina. ff. mãda. Itẽ nec hæredis: q[uia] videtur facere ex debito: nõ ſua voluntate: vt eſt tex. in. l. j. C. deli. & eorum liber. & ita hãc glo. approbat Iaſon, quãuis Ang. teneat glo. l contrariã.

[2] Et hæc vera ſecundum quã tex. nõ ſuperfluit cũ cõſiliũ, & verbũ vindicta, expoſitũ vt in gloſſ. ij. ſupra, de lib. ſint diuerſa: & ſic eſt ſpeciale hic vt hæc manumiſſio fiat in loco maiorum: quia exigit plenam cauſę cognitionem. alias ſecus: vt ibi not.

[4] Iſta gl relata ad textum eſt falſa. quia tũc manumiſſio nõ competit iure magiſtratus, nec eſt delegabilis: vt. ff. eo. l. ij. cũ glo. j. ſed procedit ĩ maiore manumittẽte, ſecundũ Pe. An. & Ia. hic.

ſuum patrem, vel econtra: vel frater fratrem ſuum, ſiue ſororē? Reſp. tenc poteſt: vt quia inſtituit dominus filium ſerui ſui hæredē, vel filium ancillæ, vel econtra: & ſic de alijs, quo caſu ſic inſtitutus hæres liber & dominus eſt omniū bonorum, quorū dominus fuerat teſtator: vt. ī. eo. §. j. &. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes. in princ. Item poteſt eſſe, vt ſi habeat quis filiū ex ancilla ſua: nam eſt ſeruus & filius: vt. C. commu. de manu. l. fi. & econtra, ſi ſeruus habeat filiū ex domina: nā filius eſt & liber & dominus: cum ventrem ſequatur quo ad ſtatum: vt. C. de rei vend. l. partum. licet poſsint ipſe & domina accuſari: vt C, de mu. quæ ſer. propr. l. j. &. j. de hæ re. inſti. §. j.

aut matrē; filiū, filiāve, aut fratres, ſororesve naturales [a], aut pædagogum [b], aut nutricē, aut educatorē, aut alumnū [c], alumnāve, aut collactaneum [d] manumittat, aut ſeruum, procuratoris habendi gratia, aut ancillā matrimonij habendi cauſa: dum tamen intra ſex menſes in vxorem ducatur [e], niſi iuſta cauſa [f] impediat. Et ſeruus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & ſeptem [g] annis manumittatur.

Semel approbatum, ſiue iuſtū, ſiue iniuſtum ſit, non poteſt reprobari.

a Naturales. et legitimos: vel naturales tantū. Accur.

Pædagogus.

b Pædagogum. ſ. qui ab initio inſtruit pueros. & dicitur à pais, qđ eſt puer, & agogos, qđ eſt ductor: quaſi ductor, ſiue gubernator. puerorū.

c Alumnum. paſsiue, quem vel quam alumnus aluit, vt differat à ſuperiori educatore.

d Collactaneum. qui ſimul mecum lactauit: quem fratrem Bononienſes appellant.

e Ducatur. præſtito ſuper hoc ſacramento: vt. ff. de manu. vind. l. ſi collactaneus. in fi.

f Iuſta cauſa. vt infirmitas. quæ tribuit dilationē: vt ff. ſi quis cau. l. ij. §. iij. & iiij. &. ff. de re iudi. l. quæ ſitū. vel alia qualibet iuſta: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. j. in fi.

g Decem & ſeptē annis. Sed quomodo minor xxv. ann. pōt eſſe procurator: vt. C. de procu. l. exigendi. & ff de procu. l. minor? Rñ. hic ad negotia fuit, non aūt in iudicio eſſe pōt [1]. ſic alias eſt differētia inter hos procuratores: vt. ff. man. l. ſi procuratorē. §. j. Accur.

Procurator eſt duplex.

1 Et hæc eſt veritas hodie deciſa in. c. qualiter. de procu. lib. vj. fallit tñ in caſu dictæ. l. exigēdi. ſecundū do. hic. Et ſic not. quod vbi articulus dubius de iure ciuili, ē clarus de iure ca. ſequimur ius. c. etiā in terris imperij: ſecundum por. Aegi. per.

Semel autem. CASVS. Domine, iam video q nō licet minori xx. ann. ſeruum ſuū ſine iuſta cauſa manumittere. Sed ponamus, quod aliquis minor xx. an. volens manumittere ſeruū ſuum allegabat iuſtam cauſam corā iudice: puta quod ſeruus ille, quē voluit manumittere, fuit ſibi ſocius in armis, vel in ſcholis: & iudex illam cām tanq̄ iuſtam approbauit: vnde talis minor ſeruo impoſuit libertatē: poſtea procedēte tempore apparuit illā cauſam fuiſſe iniuſtam: nunquid occaſione illius cauſæ nō iuſtæ, poterit libertas data reuocari? Ad hoc rñ. Iuſti. quod non. Cauſa enim à iudice ſemel approbata, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, nunquam poſtea retractabitur. & hoc vſq; ad illum. §. cum ergo.

h Cauſa. ſ. manumiſsionis.

i Adprobata. ſ. apud concilium.

k Siue falſa. quaſi dicat, ſi dixit filium, licet non ſit, vel patrem, vel ſimilia: licet hæc ita non ſint, ſecundum quoſdam, quod reprobo, cum id quod falſum ſit, nihil ſit, nec præſtet cauſam: vt. ff. de verbo. ſignific. l. Paulus. &. C. ſi ex fal. inſtr. per totum &. ff. de excep. l. qui agnitis. Vnde dic vera, id eſt, iuſta: falſa, id eſt, iniuſta: vt quia dixi eum ſocium meum fuiſſe in armis, vel in ſcholis, quod inducebā pro iuſta cauſa, & talis fuit cā, vel ſimilis approbata: licet non debuerit approbari. & ſic vera ponitur pro iuſta. ſic. ff. de leg. j. l. ſi fideiuſſor. §. j. &. ff. de in inte. reſt. l. omnes. ſic econtra iuſta pro vera: vt. ī. ti. j. in pün.

l Non retractatur. ſic. ff. de manu. vin l. iuſta quia nihil facile immutandū eſt ex ſolēnibus: vt. ff. de in inte. reſt. l. diuus. Sed cōtra. ff. de excuſ. tut. l. ſed & reprobari. j rñ. ſed hoc fauore libertatis: illud fauore ſanitatis. Ac.

ADDITIO. Ex hac glo. dicit Bald. q poteſtas, quæ duxit vicariū vſq; ad annū: ſi ignarus reperiatur poteſt remouere. & hoc fauore Reipu. quam debet adminiſtrare ſecundum Chriſto.

Semel autē cauſa [h] adprobata [i], ſiue vera ſit, ſiue falſa [k]: nō retractatur [l].

Minori annis viginti, non antea licet proprijs ſeruis teſtamento libertatem dare, quàm decimumoctauum annum attigerit.

Illud nota, Mediam viam eligendam.

Cùm ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Aeliam Sentiam conſtitutus [m] eſſet: eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet teſtamentum [n] facere, & in eo ſibi hæredem inſtituere, legataq; relinquere poſſet: tñ ſi adhuc minor eſſet

Cum ergo. Diuidit iſte. §. in quatuor partes: qa primo ponit vnū dictū. Secūdo cōtra illud adducit plures rōnes. Tertio pro eo adducit alias rationes. Quarto ad cōcordiam reducit mediam eligēs viā: et rationē annectit. Secunda ibi. Quod non erat. Tertia ibi, Sed cum. Quarta ibi, Ideo non.

CASVS Domine, iam video quid ſtatuit lex Aelia Sentia, circa minores manumittere ſeruos ſuos volentes. quid vobis videtur de ſtatuto. l. Aeliæ Sentiæ: nūquid hodie obſeruandū eſt? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicens, Amice, certe nobis videtur prima facie ex ſtatuto. l. Aeliæ Sentiæ quoddā ius intolerabile emergere. Cū enim minoribus xx. an. authoritate le. Aeliæ Sentiæ certus modus manumittēdi ſit ſtatutus: ex hoc ſtatuto cōtingebat: vt licet minor, q. quatuordecim annos impleuerat, teſtamentū poſſet cōdere, & in eo hæredem inſtituere ſibi, & legata relinquere: ſi tamen adhuc minor xx. an. fuerat, libertatem vni ſeruo dare nō poterat, quod nō videtur aliquatenus ferendum. Cum enim huiuſmodi minori omniū bonorum ſuorū libera diſpoſitio in teſtamento cōcedatur: ſatis videtur abſurdum, quod ei beneficiū manumittēdi denegetur. Quare enim non ſimiliter vt de cæteris rebus ſuis, ita & de ſeruis ſuis in vltima volūtate, quemadmodū voluerit diſponere cōceditur: vt ipſis libertatis beneficiū poſsit impertiri? Hoc nō videtur rationi conſentaneum. Veruntamen cum libertas inæſtimabilis res ſit: & idcirco minori xx. an. eā præſtare ſeruis ſuis antiquitas prohibuit: ideo his rationibus moti, quodā modo viam mediam eligimus, & nō aliter minori xx. ann. cōcedimus dare ſeruo teſtamento libertatē, niſi compleuerit xvij. ann. & parū xviij. ann. attigerit. Cum enim antiquitas huiuſmodi ætatis hominibus pro alijs in iure poſtulare conceſſerit: nō videmus rationē, cur ſtabilitas iudicij ſui intantū eos iuuare nō credatur: vt ſaltē in dicta ætate conſtituti, libertatē ſeruis ſuis in vltima voluntate poſsint imponere. h. d. vſq; ad fi. Franc. de Are.

m Conſtitutus. nā cum dicit ſine cauſa, nō poſſe manumitti: ergo ecōtra, cū cauſa valet manumiſsio. ſic. ff. de edē. l ſi quis ex argē. §. prætor. &. §. prohibet. &. ff. de pact l iuris gentiū §. prætor. &. §. dolo malo.

n Teſtamētum. ſi eſt maſculus: fœmina vero in duodecim: vt. ff. de teſta. l. qua ætate. &. ff. de lib. leg l. Aurelio. §. Caius.

viginti annis, libertatē ſeruo dare non poſſet. Quod non erat ferendū. nam cui totorū ſuorū bonorū in teſtamēto diſpoſitio data erat, quare non ſimiliter ei, quemadmodū alias res, ita & de ſeruis ſuis in vltima voluntate diſponere, quēadmodum voluerit, permittimus: vt & libertatē eis poſsit præſtare? Sed cùm libertas[a] inæſtimabilis res ſit, et propter hoc ante viceſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dare prohibebat: ideo nos mediam[b] quodāmodo viam eligētes, non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamēto dare ſeruo ſuo cōcedimus, niſi decimūſeptimum annū impleuerit[c], & decimūoctauū attigerit. Cùm enim antiquitas[d] huiuſmodi ætati, & pro aliis poſtulare[e] conceſſerit: cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſſint peruenire[f].

TITVLVS VII.

DE LEGE FVSIA CANINIA tollenda.

Poteſt quis in teſtamento omnibus ſeruis libertatē dare ceſſantibus omnibus aliis impedimentis ſicut inter viuos, non obſtante ſtatuto legis Fuſiæ Caniniæ. Arc.

Lege Fuſia † Caninia † certus[g] modus[h] conſtitutus erat in ſeruis teſtamento manumittendis: quam[i] quaſi libertates impedientem[k], & quodammodo inuidam[l], tollendā eſſe cenſuimus. cùm ſatis fuerat inhumanum, viuos quidē licentiam habere totam ſuam

a Sed cum libertas. vſque huc allegando innuit, quod eodem tēpore poſsit manumittere, quo teſtari: nūc econtra duas rationes cōſiderat: & quia inæſtimabilis eſt libertas: tamen ſi vendat quis ſe, pretium ad venditorē non tranſit: imo penes emptorē eundē dñium remanet[1]: vñ eſt inæſtimabilis: vt hic, & ff. de re iu. l. libertas. & ff. de tabul. exhi. l. j. §. fi. & quia antiquitas aliter ſtatuebat, cui eſt deſeruiendū: vt C. de teſt. l. teſtamēta. quare viſis allegationibus ſoluit mediam eligens viam. ſic. j. de rer. di. §. cū ex aliena. licet ſit argu. cōtra ff de neg. geſ. l. Neſennius. in fi. & ff. de in rē ver. l. ſi pro patre. §. idē quæritur.

ADDITIO. Dic, quod aut maior eſt præſumptio pro vna parte, quā pro alia: et tūc nō eligitur media via: vt l. Neſennius. & quod ibi no. gl. cōtra ſententiā Ruſtici, in fi. ſecus, quā nō eſſet maior præſumptio pro vna parte, quā pro alia. ita no. in l. ſed & ſi lege. §. adeo. ff. de pet. hęr. Ang. Aret. & Iaſ.

b Mediam. nota mediā viam ſectādā. ſic. ff. ſi pars hęr. pet. l. antiqui. & j. de rer. di. §. cum ex alie.

c Impleuerit. ſed hodie ex quo teſtari pñt, & libertates relinquere pñt: vt in auth. vt ſpō. lar. col. ix. § j. quod exaudi ſi in vltima voluntate velit quis libertatem relinquere. quod patet ex hoc verbo relinquere: quod in d. auth. ſaltē in ſummario Bart. poſitum eſt, quod ad morientes tantum ſpectat: vt ff. de tabu. exhib. l. j. §. fina. Sed quid ſi inter viuos velit quis manumittere? Reſpon. non poteſt: niſi habeat xx. annos, vel niſi cauſa cognita ſit: cum nec liber iſte, nec authen. loquatur, niſi in vltima voluntate. Vnde ſeruatur tenor eiuſdem legis Æliæ Sentiæ, cum non ſit correctus: vt C. de appella. l. præcipimus. in fine.

ADDITIO. Et ſic cum alias de contractu ad vltimas voluntates bonum ſit argu. l. ſeruum filij. §. cum, qui. ff. de leg. j. Imo ſecundum Iaſo. æquiparantur in terminis proprijs: vt j. tit. proxi. & C. eo. ti. no. ſecundū cōmuniter doctores. quod lex noua corrigens in vno caſu, non trahitur ad alium ſimilem rationem habentem vel æquiparatum.

d Antiquitas. vt ff. de poſtu. l. j. §. initium.

e Poſtulare. id eſt, deſiderium amici ſui vel clientuli ſui coram iudicibus exponere: vt ff. de poſtu. l. j. §. j. non autem pro ſe poterit eſſe in iure: vt C. de autho. præſt. l. clarum. & eſt ratio: quia quando pro alio accedit, ſibi imputet, qui tali cōmittit cauſam ſuam: vt ff. de mino. l. cum mandato pro ſe vero non: quia ſemper reſtituuntur. Accur.

f Peruenire. interrogatiue legas, & reſpō. non eſt ratio, quare ſit diuerſum: eſt ergo idem ius ſtatuendum: vt ff. de verb. obl. l. à Titio. in fi. nam vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum eſt: vt ff. ad l. Aquil. l. illud. et C. ad l. Fal. l. vlti. Accur.

DE LEGE FVSIA &c.

Viſo de quibus [illegible] manumiſſio [illegible] a lege Fuſia Caninia [illegible]

Lege Fuſia. Diuiditur in duas partes. primo facit mētionem legis Fuſiæ Caniniæ. Secūdo eā corrigit. Tertio aliam rationem aſsignat. Secunda ibi, Quā quaſi. Tertia ibi, Cum ſatis. CASVS. Acceſſi ad Iuſtinianū, & ita quæſiui ab eo: Domine, vos vultis tractare de lege Fuſia Caninia. Dicatis mihi, quid ſtatutum fuit in l. illa? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicens, Amice, in lege Fuſia Caninia certus fuit modus conſtitutus in ſeruis in vltima volūtate manumittendis: vt licet quis inter viuos arbitrio ſuo poſſet ſeruos manumittere: tamen in teſtamento vltra quam ij. vel iij. forte propter prohibitionem legis Fuſiæ Caniniæ non poterat libertatem præſtare, quam quidem legem Fuſiam Caniniā quaſi inuidam, & libertatibus impedimentum afferentem, tollendam eſſe iudicauimus, & eam in perpetuum ſilere exiſtimauimus: & ad ipſam tollēdam tali ratione moti eramus. Satis enim videbatur nobis abſurdum atque inhumanum viuos habere licentiam totam familiam ſuam arbitrio ſuo manumittere, niſi aliquatenus iuſta cauſa impedimentum manumiſsioni præſtaret: & huiuſmodi licentiam ad mortem tendētibus auferre. hoc dicit Franciſcus de Arc.

g Certus. vt vltra duos vel tres forte non poſſent manumittere in vltima voluntate: vt. j. eo. in fin.

h Modus. i. numerus.

i Quam. ſcilicet legem Fuſiam Caniniā: forte à quodam, qui Caninius nominabatur, inductam: vt in Publiciana dicitur: vt. j. de actio. §. namque ſi cui. in fine. nam canis ſeruabat naturam, qui ſtat in palea, qui nec ſibi poteſt habere paleam, nec alij permittit accipere: ſic nec ſibi poterat tenere ſeruos. quia moriebatur: vt j. de dona. §. j. nec libertatem patiebatur eis dari: vnde merito Caninia dicitur: vt ſit conueniens nomen rei: vt. j. de dona. §. eſt & aliud.

k Impedientem. i. impedimentum afferentem.

l Inuidam. Not. contra inuidos. ſic. C. de cadu. tollend. in princi.

Sed hoc probat Chriſto. hic per l. j. ff. qui. ad liber. p cl. non lic. & glo. ſup ver. maior. in. §. pen. ſupra de iu. perſ. ad ultim tex. reſpōdet, quod hic non libertas, ſed ſeruitus putatiua æſtimatur cū emptor putet eum ſeruū vt not. in di. glo.

Si eſt præſumptio maior pro vna parte quā pro alia, nō eligitur. Angel. & Ia. Aegid. per.

Hæc gl. eſt ſing. ad hoc quod ſtatutū in vltima voluntate nō extēditur ad expoſitionem inter viuos: ſecundum Angel. & Iaſ. Aegi. per.

Sententia tamen contra eū lata valet: ſed reſcinditur p in integ. re. l. eū & maiores. ff. ſi ad uer. rē iud.

Iſta ratio glo. nō eſt bona ſecūdū An. hic. ideo dic aliter vt per eū.

4 Iſtā continuationē ſequitur Pe. hic.

† Vide annotatio. noſtras hic. Egi. per.

† Huius legis Fuſiæ Caniniæ nō facile apud veterū quēquam mētionem reperias, præterquā apud Flauiū Vopiſcū, qui in vita Taciti Seruos, inquit, omnes vrbanos manumiſit vtriuſque ſexus, intra centum tamē, ne Caniniā tranſire videretur.

Addit

ADDITIO. Intellige iſtã glo. eſſe veram actiue, non paſsiue, ſecundum Per. vnde Hora. inuidiam placare paras virtute relicta: vt. l. nec quicquam. §. ff. de officio procons. & leg.

a Familiam. i. omnes ſeruos, qui familia dicũtur: vt ff. de ver. ſig. l. pronuntiatio. §. j.

b Cauſa. vt fraus vel ætas manumittentis: vt. ſ. tit. j. in prin. & §. ea.

c Morientibus. ſed quomodo poteſt aliquid eis adimi, cum nihil habeant: nã mors omnia abſtulit: vt in auth. de nup. §. deinceps. col. iiij. Reſ. dic morientibus, id eſt*, ad mortẽ tendentibus: quia laborabant in extremis, vel quaſi: vel etiam erãt ſani, ſed timore mortis hoc faciebant: vt. ff. de don. cau. mor. l. iij. iiij. v. & vj.

d Adimere. Nota hic argu. quod ea, quæ fiunt inter viuos, trahũtur ad volũtates vltimas[e], ſic e contra. ff. de pactis. l. pactũ. & C. de leg. l. fi. ff. de pignor. act. l. non eſt mirum.

familiam[a] libertate donare, niſi alia cauſa[b] impediat libertatem: morientibus[c] autem huiuſmodi licentiã adimere[d].

TITVLVS VIII.

DE HIS, QVI SVI VEL ALIENI iuris ſunt.

Hic ponitur ſecũda diuiſio perſonarum ... membri. Et cognito vno de cõtrariis ... & reliquum: cũ contrariorum ſit eadem diſciplina. Arct.

Sequitur de iure perſonarum, alia diuiſio[e]. Nã quedã perſonæ ſui iuris ſunt[f], quædam alieno[g] iuri ſubiectæ. Rurſus earum, quæ alieno iuri ſubiectę ſunt, aliæ ſunt in poteſtate[h] parentum, alię in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus, quæ iſtę perſonæ ſunt: ſimul intelligemus[i], quæ ſui iuris ſunt. Ac prius inſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.

... dominorum ſeruorum ... in eum non (niſi ex legitima cauſa) ſæuire licebit, quinimo vſque adeo dominorum aſperitas coercetur ... iuſto pretio vendere cogãtur: cum Reipublicæ interſit, ne quis re ſua abutatur.

In poteſtate itaque dominorũ ſunt ſerui. Quæ quidem poteſtas iuris

DE HIS, QVI SVI VEL ALIE. &c.

... prima diuiſione perſonarum[a], reſtat videre de ... Textus ſeipſum ſatis continuat.

Sequitur. Totus iſte ti. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit duo genera perſonarum. Secundo, qui ſunt in poteſtate dominorum, & quo iure fuit introductum eorũ dominiũ. Tertio ponit nouum ſtatutũ, reſtringens poteſtatem circa mortem: & puniens contra facientes. Quarto aliam reſtrictionẽ poteſtatis etiã circa ſententiam de occidendo. Quinto ponit verba nouæ conſtitutionis. Secũda ibi, In poteſtate. Tertia ibi, Sed hoc tẽpore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuidit hoc principiũ. Primo ponit vnã diuiſionẽ perſonarũ bimembrẽ. Secundo ſecundũ ſubdiuidit membrũ. Tertio dicit ſe velle tractare de ſecũdo mẽbro ſubdiuiſiõis. Secũda ibi, Rurſus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Arc. CASVS. Dicit Iuſti. cõtinuãdo ſubſequẽtia precedẽtibus. Viſa prima diuiſione de iure perſonarũ, quædã alia diuiſio ſubſequitur talis: Quędã enĩ perſonæ ſui iuris ſunt, quędã alieno iuri ſubiectæ ſunt. Illarũ q̃ alieno iuri ſubiectę ſunt, quędã in poteſtate parẽtũ ſunt, quędã in ptãte dominorũ. Sed dñe, de qbus vultis prius tractare: vtrũ de his q̃ ſui iuris ſunt, an de his, q̃ alieno iuri ſubiectę ſunt? Ad hoc rñ. Iuſt. q; primo dicturus eſt de his, q̃ alieno iuri ſubiectæ ſunt. Nã ſi cognouerimus, q̃ ſunt illę pſonæ, q̃ alieno iuri ſubiectę ſunt, certe ſimul itelligemus, q̃ ſui iuris ſunt. Vñ videmus primo de his pſonis, q̃ ptãti dñorũ ſubiectę ſunt. Et. h. d. vſq; ad illũ. § in poteſtate itaq;.

e Alia diuiſio. quæ eſt de iure ciuili, cum in ea ius gentium diſtinguatur: vt. ff de iuſti. & iu. l. ius ciuile[f]. ſuperior aũt quam habuimus. ſ. de iur. perſo. ſ. rurſo. eſt de iure gentium: cum non ſit ſeruitus iure naturali cognita: vt. ſ. de lib. §. j.

f Sui iuris ſunt. Hic reſtringit primũ membrũ primę diuiſionis poſitæ. ſ. de iu. perſo. vt non comprehendat quoſdã liberos homines. ſ. filiosfamil. Itẽ ſtatim cũ dicit alieno iuri &c. ampliat ſecundum membrũ dictæ diuiſionis: vt cõprehendat etiã quoſdã liberos ſ. filios ſ. Cũ ergo fiat additio & detractio dictæ diuiſioni, iã eſt de iure ciuili hæc diuiſio: vt. ff. de iuſti. & iure. l. ius ciuile. At ſuperior de iure perſonarũ fuit ſecũdũ ius naturale & gentiũ, vt ibi diximus, & ideo inmutabile: vt. ſ. de iure nat. gẽ. et ciui. §. pe. Ac.

g Quędã alieno. Quædam neutro iure tenent: vt filij, quorũ patres ſunt capti ab hoſtibus: vt. j. quib. mod. ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Nam & aliæ quædam ſunt in pendẽti: vt. ff. de vſufru. l. ſed & ſi qs interdum. §. j. & in auth. de non eligẽ. §. hoc autem. coll. j. & hoc ſecundum quoſdam. Nos contra[k], nam ſui iuris ſunt, cum enim pater ſit ſeruus hoſtium, & in eorum poteſtate: vt. ff. de iure perſo. §. ſerui. ergo alium habere nõ poteſt in poteſtate: vt. ff. de acqui. re. do. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. poſſ. l. cum hæredes. circa med. & ff. ad legem Iul. de adulte. l. ſic eueniet. & præterea eorum ratio, vel ſentẽtia eſt abſurda, qui dicunt, qđ hæc diuiſio recipiat mediũ: vt. C. de ſen. paſ. l. fi. circa prin. Et de hoc dic, vt per An. in. d. §. ſi ab hoſtibus.

h Poteſtate. hoc verbum quinq; modis acipitur: vt ff. de verb. ſig. l. poteſtas.

i Simul intelligemus. nam vt dicit Ariſtoteles: Contrariorum eadem eſt diſciplina: vt hic, & .j. de tute. j. reſpon. & ff eod. l. j. Et eſt hic arg. q; per notitiam vnius immediatorũ peruenitur ad alterius notitiam. & faciunt ad hunc. §. ff. de procur. l. Pomponius. § ſed & is ver. nam cum. & ff. eo. l. j. & ff. de præt. ſti. l. j. §. ſtipulationum iſtarum. j. de tute. circa princi.

In poteſtate. Diuiditur in tres partes. Primo ponit, qui ſunt in poteſtate dominorũ. Secundo vnde dicta poteſtas deſcendit. Tertio duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi, Nam apud. Ang. Arc.

CASVS. Domine, iam video, quod vos prius intenditis tractare de dominica poteſtate: dicatis ergo mihi, ſi placet, qui ſunt in poteſtate dominorum: & vnde deſcendit poteſtas, quam domini habent in ſeruos? Ad hoc reſpond. Iuſtinianus dicens, certe in poteſtate dominorum ſunt ſerui: & hæc poteſtas, quam habent domini in ſeruos, de iure gentium eſt, quæ tali liquet ratione. Nam apud omnes gentes perpendere poſſumus peræque dominis in ſeruos vitæ nec iſque poteſtatem fuiſſe, & quodcunque per ſeruum acquiritur, id domino acquiri cenſetur. Cum igitur ius gentium ſit, quod peræque apud omnes gentes cuſtoditur, manifeſtum eſt

* Facit ad ſtatutum, quo cauetur ſi quis portauerit frumẽtum extra, et reperiatur in via portãs quod non debet puniri, quia non portauit ſicut q morit, nõdum mortuus eſt, ſecũdũ Por. Aeg. per. Argui põt de contractibus ad vltimas volũtates.

e Hoc verum ſi contractus & vltima voluntas conueniunt in rationis identitate. Fa. Ange. Aeg. per.

f Idẽ Pe. hic.

g Imo eſt de iure gẽtium, ſecũdũ Petrũ hic.

h Quod eſt verum quo ad patriam poteſtatem, ſecus quoad dominicã: vt. j. eo. §. in poteſtate, quod diſtinguit vt in. §. ſerui. ſupra, de iure perſonarum.

Iſta glo. in hoc reprobatur, qa innuit eos eſſe ſeruos: quod eſt falſum ſecundum Angel. & Por. hic.

* Et male Ia. & Por. Aeg. Per.

* Dic q̃ inſpectio futuro ſtatu ſunt in pẽdenti: ſed inſpecto p̃ſenti ſunt ſui iuris. Por. Aeg. per.

Quod eſt verũ in directo cõtrarijs & quo ad cognitionẽ, vt hic. ſecus quoad effectus vel iuris diſpoſitionẽ: vt contraria eſt ratio. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. ff. de verb. obli. & l. j. ff. ſol. matri. & l. pen. C. de ſol.

gentium [a] eſt. Nam apud omnes peræquè gentes animaduertere [b] poſſumus, dominis in ſeruos vitæ, necisq́; poteſtatem eſſe [c]: & quodcunq; per ſeruum adquiritur [d], id domino adquiri [f]. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet [g] ſine cauſa legibus [h] cognita [i], in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Nam ex cõſtitutione [k] diui Antonini, qui ſine cauſa ſeruũ ſuũ occiderit, non minus puniri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum [l] occiderit.

N[illegible] dominorum aſperitas in[illegible] [illegible]rcetur. Et ex cauſa [illegible] [illegible] ſuam vẽdere: & [illegible] non eſt dene[illegible] [illegible] . [illegible] fraudans legem, punitur. Aret.

eſt iſtam poteſtatem de iure gẽtium originẽ ſumpſiſſe. & hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ſed hoc tẽpore. Frãc.

a Iuriſgentium. i. de iure gentium introducta: vt. ſ. de iur. perſo. § ſeruitus.

b Animaduertere. i. in animo vertere & cogitare, vt dicit Ca.

c Eſſe, improprie ponitur pro fuiſſe, vt ſtatim colligitur. & ff. eo. l. j. & erat eadẽ patris in filium: vt colligitur ſecũdum vnam literam. ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. & . j. de noxal. act. §. fin. in princ & in gloſ. j. C. de patria poteſta. l. fina.

d Adquiritur. ſcilicet iuſte, ſecũdum quoſdam: vt. ff. de acquir. poſ. l. quod ſeruus. in fi. Sed certe hoc eſſe non poteſt. nam ſi acquiritur, ergo domino: quia ſibi nõ: vt. j. per quas perſo no. acquir. §. item vobis. & . ff. de acquir. hære. l placet. quare dic, q́ ſemper domino quæritur, etiam ſi quid per dolum, vel metum ſeruus acquiriat: vt. ff pro emp. l. ij. §. Celſus. & . §. Põponius. & . §. ſi ſeruus. [1] Sed hoc ſolo inſpecto, an quæratur: puta ſi ſeruus ſtipuletur operas à liberto: vt. ff. de ſtipul. ſeruo. l. antepenul. vel ſi aliud factum ſit in ſtipulatione: vt. j. de ſtipu. ſeruo. §. ſed cum factũ. niſi in caſibus. quod dic vt. j. de ſtip. ſer. §. ſed cũ. Nec obſtat dicta l. quod ſeruus. quia non quærit domino, vt ſibi remaneat: nam tenetur reddere. Sed nũquid libertas data à domino, vel à lege (quod ſit interdum: vt. C. de ſerui. qui pro præmio liber. acc per totum. & in authẽ. de mona. §. ij. col. j.) domino quæritur? Reſponde non. nam licet quæratur ſeruo, libero tamen nõ poteſt dari libertas: vt. j. de act. §. ſic itaque. & . ff. de fidec. lib l. generaliter. §. ſi homini. tamen eo ipſo momento ſic ſit liber, vt dominum non habeat. [2] Et ſi hæc oppoſitio eſt de puncto, ſic & alias: vt hic vadit Romam, & hic facit murum. non eſt tamen verum eum iuiſſe, vel opus feciſſe: licet ſit in vltimo momento perficiendi. Similis quæſtio ſit. ff. quod metus cau. l. extat.

e Domino. vel quaſi domino: vt fructuario, & bon. fid. poſſ. quibus quæritur ex iis cauſis: vt j. per quas perſo. nob. acqui. §. de his.

f Acquiri. Nota hic duos effectus dominicæ poteſtatis: & eſt tertius: vt nõ torqueatur in dominum, niſi in caſibus: vt. C. de quæſt. l. j. & l. ſeruos. Accur.

Sed hoc tempore. CASVS. in hoc. §. vſque ad finem talis eſt. Domine, iam video, quæ ſit poteſtas dominorum in ſeruos ſecundum iura antiqua: nunquid licebit dominis adhuc eandem poteſtatem in ſeruos exercere? Reſpond. Iuſtin. quod non. Nam hoc tempore nullis hominibus, qui ſub noſtro imperio ſunt, licet ſine cauſa legibus approbata in ſeruos ſuos ſupra modum ſæuire. Ex conſtitutione enim Diui Pij Anton. cauetur: vt qui proprium ſeruum occiderit ſine legitima cauſa, non minus puniatur, quam qui alienum ſeruum interfeciſſet. Et non ſolummodo illos, qui ſeruos occidunt, puniri iubemus: ſed etiam hi, qui maiorẽ aſperitatem, quam æquum ſit, in ſeruos exercent, eiuſdem principis conſtitutione coercentur. Nam idẽ princeps conſultus à quibuſdam præſidibus prouinciarum, quid iuris eſſet de his ſeruis, qui propter ſæuitiam dominorum ad ædes ſacras, & ad ſtatuas principum confugiunt: in reſcripto ſuo præcepit, vt ſi ſæuitia dominorum circa ipſos ſeruos intolerabilis videatur, cogãtur ipſi domini ſeruos bonis conditionibus vendere: & pretium de ſeruis venditis habitum dominis detur. Sed domine, quid videtur vobis de hoc ſtatuto diui Pij Anton. Et certe dicit Iuſtin. nobis videtur ipſum recte ſtatuiſſe. Expedit enim Reipubli. ne quis re ſua male vtatur. Et verba ſcripta ipſius principis ad Aelium Mar. proconſulẽ miſſa, ſunt hęc: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe, id eſt, non diminutam à quoquam, nec cuiquã hominum ius ſuũ in aliquem detrahi æquum eſt: verũtamen in caſu iſto ipſorum dominorũ intereſt ne auxiliũ contra eorum ſæuitiam, vel intolerabilem iniuriã ipſis ſeruis iuſte deprecantibus denegẽt. Nam ſi permitteretur eis ſæuitiam ſuã in ſeruos ſuos exercere: aut forte ſeruos ſuos occiderent: aut eos fugitiuos efficerent: & ſic ipſis ſeruis & eorum pretio carerent. Et ideo otu Aeli Mar. de querelis ſeruorum, qui ex familia Iulij Sab. propter eius ſæuitiam ad ſtatuas principum confugerunt, diligenter cognoſce: & ſi tu cognoueris eoſdem durius habitos, quam æquum ſit, & intolerabili iniuria affectos, venundari iube: ita q́ de cætero in poteſtatem Iulij Sabini non reuertantur. & ſi idem Iulius Sabinus huic noſtræ cõſtitutioni fraudem fecerit, ſciat nos hoc delictum aduerſus ſe ſeuerius executuros. hoc dicit. Fran. de Are.

g Licet. id eſt, licitum eſt.

h Legibus. quia ſi ſeruus ſciat inſidias domino parari & ipſi auxilium non tulerit, ſupplicium debet præſtare, quod mortem interpretamur. Sed & ſi accuſauerit eum criminaliter (excep. crimi læſæ maieſt.) aut ſi dominum viderit periclitantem, & non adiuuerit, vel ſe immiſcuerit vxori ſuæ, vel alijs modis.

i Cognita. vt quia cum vxore ſua inuenerit: vel in ſimili delicto, quo caſu etiã occidere licet: vt. ff. de verborum oblig. l. qui ſeruum. & . ff. de leg. j. l. quid ergo. la. j. §. ſi hæres. & . ff ad legem Iuliam, de adult. l marito. §. j. ſi autem alias deliquerit, vel domino non obedierit: legitime eum corrigere poteſt, non tamen vltra modum boni viri arbitrio comprehenſum: vt. C. de emenda. ſeru. l. j. Sed nunquid ſine cauſa verberare poteſt? Reſpond. ſic modice, ſecundum Ioan. [3] vt. C. de emenda. ſer. l. j. licet Pla. dixit quod non, aliter ſi nimis corripiat ſine culpa, tenetur vel vendere, vel dare: vt hic ſequitur, & . ff. eodem titulo. l. j. ADDITIO. Hæc gloſ. communiter approbatur, & dicunt docto. idem in marito erga vxorem, & in magiſtro erga ſcholarem, in patre erga filium, in abbate erga monachũ: quia poteſtas tributa magiſtro erga ſcholarem, intelligitur tributa marito in vxorem. l. ſed & ſi quemcunque. §. fina ff. ad legem Aquil. Chriſtopho.

k Conſtitutione. cuius verba ſunt. ſ. eodem. §. fina.

l Alienum ſeruum. Sed certe, qui alienum ſeruum occidit lege Aquilia tenetur: vt. ff. ad legem Aquiliam l. ſecunda. in princip. & infra ad legem Aquil. in princip. quæ actio hic locum habere non poteſt, cum non domino, imo contra dominum daretur: quod eſſe non debet: vt. ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. legis. Sed dic, quod hoc, quod hic dicitur, eſt verum quantum ad criminalem pœnam legis Corn. de ſica. vt. ſ. de publi. iud. §. item lex. quæ pœna tam in ſeruis, quam in liberis locum habet: vt. ff. ad legem Corn. de ſica l. j. § j [4] Interdum etiam ciuiliter tenetur, ſi alterius intereſt, vt credi

[1] Et hoc cõmuniter ſecundum doct. in domino vel etiam poſſeſſore ex re peculiari acquiſita, vbi eſt multũ iuris: & ideo non opus eſt animo, cum acquiratur etiã ignoranti l. cum pater. §. ſurdo. ff. de le. ij. ſecundum la. ſecus in ea. q̃ habet multum facti. vt in principio. & illa omnia poſſunt dici de filio reſpectu patris, vel fratris, quo ad illicite aquiſita, vt hic per Ang.

[2] Intelligo illud verum in ijs, quæ nunquam poſſunt quæri domino,

Sed bene ipſi ſeruo: alias ſecus etiam momento: vt dic. l. Placet. in glo. alleg. ſecũdum. la.

[3] Iſta opinio Io. approbatur hic p Pe. de Bel. p. & Ang.

[4] Niſi probaret eum nõ ex vulneribus mortuum, vt q̃a poſt triduũ ſurrexit: et cũ baculo incesſit: vt no. glo. in l. j. C. de emen. ſeruo. ſecũdum la. hic.

vt creditoris: vt. ff. de pig. l. ſeruum quem quis. vel fructuarij: vt. ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi proprietatis. & ff. de dolo. & l. eleganter. §. ſi ſeruum vſuarium.

Sed &. Diuiditur iſte. §. in quinque partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud exemplificat, & rationē reddit. Tertio ponit verba reſcripti, de quo ſit mentio in principio. §. Quarto concludit. Quinto minatur officiali non obſeruanti legem iſtam. Secunda ibi, Nam Antoninus conſultus. Tertia ibi, Cuius reſcripti. Quarta ibi, Ideoque. Quinta ibi, Qui Sabinus.

i Martianum. pro conſulem Acticæ, alias Buticæ, ſeu Vticæ vrbis: vt. ff. eo. l. ij. in prin.

k Dominorum. Hinc inde allegat, & primo duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

l Illibatam. id eſt, non diminutam.

Sed & maior [a] aſperitas dominorum, eiuſdem principis conſtitutione coërcetur. Nam Antoninus cōſultus [b] à quibuſdam præſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad ædem ſacram [c] vel ad ſtatuas † principum confugiunt, præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſęuitia dominorum, cogantur [d] ſeruos ſuos bonis conditionibus [e] vēdere: vt pretium dominis daretur: & rectè [f]. expedit enim Reipublicæ, ne ſua re quis malè [g] vtatur [h]. Cuius reſcripti ad Aeliū Martianum [i] miſsi, verba ſunt hæc: Dominorum [k] quidem poteſtatē in ſeruos ſuos illibatam [l] eſſe oportet: nec cuiquā hominum ius ſuum detrahi. ſed dominorum intereſt [m], ne auxilium contra ſæuitiam vel famem, vel intolerabilem iniuriam [n] denegetur [o] his, qui iuſtè deprecātur. Ideoq; cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſacrā ſtatuam confugerunt. & ſi vel durius habitos, quā ęquū eſt, vel infami [p] iniuria adfectos eſſe cognoueris: venire iube, ita vt in poteſtatem dñi nō reuertantur. Quòd ſi meæ conſtitutioni fraudē [q] fecerit: ſciat me admiſſum ſeuerius exequuturum.

TITVLVS IX.

DE PATRIA POTESTATE.

IN poteſtate [r] † noſtra ſunt liberi noſtri quos ex iuſtis [s] nuptijs procreauimus. Nuptiæ [t] autem, ſiue matrimonium, eſt viri & mu-

DE PATRIA poteſtate.

quia ſacrā dixit de his, qui ſunt in poteſtate dñorum: ideo ſubiūgit de his, qui ſunt in poteſtate parentum: vt prom. ſerat. ṡ. tit. j. §. j. Arc.

† Cōcor. cum hoc tex. ca. vlti. extra de conuer. infid. in me. ibi, cū autem.

† Hic mos fugiēdi ad ſtatuā manauit à ſeruo Vedij Pollionis æquis Ro. q̄ fugit ad pedes Augusti Cæſaris, apud ipſum Vedium ciuitatis. vide Senecā. Porro ne quis in alterius inuidiā ad ſtatuas imagineas ve confugiat, cenſuit Senatus, vt eſt relatum à Caliſtrato in. l. capitaliū. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis.

a Maior. i. magna, vel maior quā æquum ſit.

b Conſultus. id eſt interrogatus. ſic ff. de pac. l. itē quia. §. fina. Vnde illud, Conſulo te quęrēs: tibi conſulo, conſilium dans. Accur.

c Aedem ſacram. ad quæ loca olim, & hodie cōfugiūt. circa q̄ diſtingue, vt diximus in auth. de man. prin. §. neque autem. in glo. cogentur. col. la. iij. ADDITIO. Et iuuantur ſecundum Ioan. Fab. & Ange. quando ſine armis, nullo præcedente delicto, ſed propter domini ſæuitiam. vel etiam ſui criminis grauiorem punitionem confugiunt: vt hic, alias non: vt l. ſi ſeruus. & l. fina. §. adijcientes. verſi. & hoc quidem. C. de his, qui ad eccle. confug. & c. inter alia. extra de immu. eccle. Sed de iure canonico nō iuuatur delinquens in eccleſia c. fina. extra eo. titu. alias ſic, niſi eſſet publicus latro: vt dicto. c. inter. & idē per omnia intelligas de cœmiterio: vt xvij. q. iiij. c. ſi quis contumax. Ange.

d Cogantur. Nota hic, quod aliquis cogitur vendere rem ſuam.

e Bonis cōditionibus. ſ. vt pretium habeat: & ad dominum primum non reuertantur: vt. ṡ. §. proxi. & ṡ. §. ſed hoc. in fin. & ne ſimili pœna anteriorū afficiantur, vel ne exponantur, vel proſtituantur, vel exportētur, vel vendantur amodo: vt. j. proxi. & §. fina. Accur.

f Rectè. ſcilicet præcepit.

g Male. quia intereſt principis locupletes ſub ſe habere ſubiectos vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. conſiderauimus. col. ij. quod non contingeret ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere. Et nota, q illud idem quod intereſt priuati principaliter, & Republi. ſecundario: vt. ṡ. dixi. de iuſti. & iur. §. fina. Argu. contra. ff. ſol. ma. l. etiā. §. licet. † & l. ſi cōſtāte. §. ſi maritus. Ac.

† Solue ſecundū do. hic: Et dic non teneri de culpa vt ibi: ſed de ſæuitia & dolo vt hic, quę & facti qualitate præſumūtur: vt l. j. ff. de do. excep.

h Vtatur. Nota, q quandoque detrahitur res inuito dño propter odium dñorum: vt hic, quādoque fauore religionis: vt. ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrum. quādoq; fauore libertatis: vt. j. de dona. in fi. quādoq; fauore vltimę voluntatis: vt. ff. de leg. j. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & hoc eſt cōtra regulā: vt. C. de cōtrah. emp. l. inuitū. Ac.

m Intereſt. id eſt, eis proderit, vt ſeruos nō perdant. & dic, denegetur, ſcilicet à nobis. vel dic, intereſt. i. ad eos pertinet, ne denegetur, ſcilicet à dominis: cū forte vxor, aut filij, vel alij domini familiares inferant hoc, ſed prima verior.

n Iniuriam. quā patiuntur iure naturali inſpecto, nō iure ciuili: vt. j. de iniur. §. ſeruis.

o Denegetur. ſic ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. qd' autē.

p Infami. id eſt, infamata, ſeu magna iniuria.

q Fraudem. vel euidentem, quia nō obedit: vel callidā, dicens non eſſe illum ſeruum, qui fugit.

IN poteſtate. Totus iſte ti. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere, qui ſunt liberi in noſtra poteſtate. Secundo definitionē nuptiarū vel matrimonij. Tertio, qui habent filios in poteſtate. Quarto ex prędictis infert ſpecificando q primo dixerat. Secunda ibi, Nuptiæ. Tertia ibi, Ius autē. Quarta ibi, Qui igitur. CASVS. Acceſsi ad Iuſtinianū, & quæſiui ab eo, Domine, vos vultis tractare de patria poteſtate, dicatis ergo mihi, qui ſunt in patria poteſtate. Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicēs: In poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. Sed quid dñe? iam video qui ſunt in patria pote. dicatis mihi, quid eſt matrimoniū, ſeu nuptiæ? Ad hoc rñ. Iuſtin. q nuptiæ ſiue matrimoniū. eſt viri & mulieris cōiunctio, indiuiduā vitæ retinēs cōſuetudinem. & hoc vſq; ad illum. §. ius autem. Franciſcus Accur.

r In poteſtate. Hoc verbum multis modis ſumitur: vt. ṡ. proxi. titu. diximus. §. j.

s Ex iuſtis. quæ ſint iuſtæ, dicitur. j. tit. proxi.

t Nuptiæ. & dicuntur ab obnubendo. i. velando: quia velatæ in ecclesia debent, vt ait Iſido. Sed matrimonium dictū ideo, quia mulier nubit, vt mater fiat: & hæc duo nomina (licet diuerſis rōnibus) idē ſignant. Itē coniugiū, & cōnubiū, & cōſortiū: vt. ff. de ritu nup. l. in eo iure. §. hoc caput licet hoc vltimū quādoq; inter ſeruos accipiatur: vt. C. de ſer. fug. l. ſi. inter quos proprie dicitur contuberniū: vt. C. de inceſt. nup. l. cum ancillis.

In quibuſdam ex cp. non eſt, ſacram.

† Et ideo ab ea potius quam à patre denominatur, quia maiora ſuſtinet onera: eſt enim ante partum onerofa, in partu dolorofa: & poſt partū laborioſa. vt extra, de conuer. infide. ca. ex literis.

Coniun

Coniunctio.animorū,nō corporum tantū [i] :vt.ff. de reg.iur.l.nuptias.& illa coniunctio animorū ſignifi cat vnionē,quæ conſiſtit inter Deū, & iuſtā animam. Vnde Apoſtolus, Qui adhæret Deo,vnus ſpiritus eſt cum eo. Reliquū.ſ.coniunctio corporū,deſignat con-

lieris coniunctio [a], indiuiduam [b] vitæ conſuetudinem continens.

Patria poteſtas iure Romano inſtituta fuit:ſoliq; Romanis propria ac peculiaris eſt.

Ius autem [c] poteſtatis,quod in liberos habemus,proprium eſt ciuiū Romanorū [d]. Nulli enī alij ſunt homines,qui talem in liberos habeāt poteſtatem,qualem nos habemus.

Filij ex legitimis nuptijs progeniti,omnesq; per ſilerum ſtirpem deſcendētes,in patria ſunt poteſtate:ex filia verò nati,nequaquam.

Qui igitur ex te,& vxore [e] tua naſcit̄, in tua [f] poteſtate eſt. Itē, qui ex filio tuo & vxore eius

formitatē,quæ conſiſtit in carne inter Chriſtū, & ſanctā eccleſiā.i. humanū genus. Vnde euangeliſta, Verbū caro factū eſt:& habitauit in nobis.

[ADDITIO.] Vide c. debitum. extra de biga.

[b] Indiuiduā.quo ad affectionē: ſic ſ. de iuſtit.& iure.in prin. Actu enī plerunq; fit ſeparatio, tam iure veteri,quā nouo permittente: vt.C.de repud.l.cō ſenſu.in princ.& in in auth.de nup.§.ſi ergo.coll.iiij.& in auth.vt lic.mat.& auię.§.qa vero.co. Sed nūquid hāc affectionē habet aliquis ad concubinā quādoq;? Certe ſic:& idō adijcias huic definitioni, diuini & humani iuris cōmunicatio:vt.ff.de ri.nup.l.j. Diuini:quia eiuſdem ſectæ debent eſſe:vt nō ſit vnus Chriſtianus,& alter Iudæus:vt.C.de iudæ.l.ne quis. Humani:quia forū viri ſequitur vxor:vt.ff.ad muni.l fi. §.ij.ſed ſecus eſt in concubina,vel qualibet minus legitima vxore:vt.ff.ad muni.l.de iure.§.fi.licet concubinatus iure permittēte ſit.ff.de cōcu.l.in cōcubinatu.in fi [a]. Neq; valet oppoſitio de matre ad filium: quia ibi non eſt talis cōſuetudo,qualis ad vxorē:vt.j.ti.j.§.ergo.& in auth.quomo.opor.epiſ.§.j.col.j.& §.volumus autem.ibi, Sed aut ſolæ &c.

[b] Ius autem. CASVS. Domine,dicatis mihi ſi placet, quorū propriū eſt ius pat.pot. Ad hoc rñ.Ius pat. pot.quod in libero habemus,propriū eſt ciuiū Romanorum.i.liberorū omnium de Romano Imperio. Nulli enim homines ſunt,qui talē poteſtatē habeant in liberos,qualē nos habemus. Sed domine,dicatis mihi, qui ſunt in pat.pot. Ad hoc rñ. Iuſtin. Amice,diximus, q̄ illi ſunt in pa.po.noſtra,quos de iuſtis nuptijs procreauimus. Ex hoc igit̄ manifeſte liquet,q̄ illi,qui ex te,et legitima vxore tua naſcūtur,in tua poteſtate ſunt, vt proprij tui filij,& qui ex filio tuo & vxore eius naſcūtur, vt nepotes:& idē eſt in pronepote,& cæteris deinceps per maſculinā lineam deſcendētibus. Sed quanq; dixerim nepotes natos ex filio,in tua eſſe poteſtate:ſecus tamē in nepotibus natis ex filia. Nam qui ex filia tua naſcuntur,in poteſtate tua non ſunt,ſed in poteſtate patris eorū.& hæc dicuntur vſq; ad fi.ti. Fr.de Are.

c Ius autem.quod cōſiſtit in ſeptē.Primo:quia neceſſitate famis pater filiū vendere poteſt,vel obligare: vt C.de pat.qui fil.diſtr.l.ij. Secūdo:quia ab eo in ius vocari nō poteſt:vt.C.de in ius voc.l.fi. Tertio:quia nec cum eis agēdo,iudicium habere poſſumus:vt.ff.de iud. l.lis. Quarto:quia per eum acquirimus: vt.j.per quas perſo.no.acqui.§.j. Quinto:quia in iudicio cōtra aliū ſine licentia noſtra eſſe nō poteſt:vt.C.de bo.quæ lib. l.finali.§.j [t]. Sexto:quia eo inuito ſua bona aduentitia adminiſtramus:vt.j.p quas perſ.no.ac.§.j. Quidam tamen dixerūt,q̄ alimenta ad inuicē hoc iure pręſtantur,quod falſum eſt:cū in emancipatis etiā hoc ſit: vt.ff.de lib.agn.l.ſi quis à liberis.in prin. Item ciuilis obligatio inter nos eſſe non poteſt:vt.j.de inutil.ſtip. §.item inutilis [t]. Eſt & octauus,vt poſſim petere filium in meā poteſtatem. Circa quod diſtingue: quia aut à nullo detinet̄,aut ab aliquo,ſi ab aliquo:volens,an inuitus. Primo caſu petam cum per officium iudicis. ff.de li.exhi.l.iij.§.hoc autē.& pręiudiciali actione in rē agā; vt.j.de ac.§.præiudiciales,nō interdicto,niſi in caſu, vt ſi volo eū adire hæreditatē,in qua factus eſt hęres:vt.ff. de acquir.hære.l.ſi qs mihi.§.iuſſum. & de lib.exhib.l.ſi cum. Io ſecūdo eodem auxilia locū habent.& plura.ſ. rei vēdicatio de iure Ro. vt.ff.de rei ven.l.j. In tertio locum habet interdictum de lib.ho.exhi. Item actio in rē de iure Quiritum:vt.ff.de rei ven.l.j.§.j.& de lib.exhib.l.j.j.reſpon. Accur.

[t] Adde hic ſeptimum ſecūdum doct. quia in atrocioribus delictis filius, q eſt in poteſtate patris, nō excuſatur p pter iuſſū patris: & i delictis atrocioribus mitius puniturr: licet non excuſetur in totum: vt.ff. de reg.iur. l.ad ea.ſecūdū Pet. de Bel.p. hic.

naſcit̄,id eſt,nepos tuus, & neptis: æquè in tua ſunt poteſtate: & pronepos,& proneptis, & deinceps cæteri. Qui autē ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt [g], ſed in patris eorum.

TITVLVS X.

DE NVPTIIS †.

Maſculi decimumquintum annum attingentes,& fœminæ duodecimum iuſtas coire nuptias quas in poteſtate conſtituti,non,niſi patre aſſentiente,contrahere poſſunt modo talis ſit pater, qui conſenſum præſtare valeat.

Iuſtas autē nuptias in-

† In ſcriptis quibuſdam exēpla. legitur, de iuſtis nuptijs.

d Romanorum.i.omnium,qui ſunt de Ro.Imperio. aliæ vero gentes quædam, vt ſeruos tenent filios: vt Sclaui,aliæ vt prorſus abſolutos,vt Francigenæ,ideo caute dicit.j.talem qualem.

ADDITIO. Dum dici, q̄ filij Francigenarum non ſunt in poteſtate parentū:adde q̄ hanc glo.in hoc reputat vnicam & ſingul. Bal.in.c.j.§.ſi duo fratres.alias il le.§.eſt.c.ij.in ti.de fratri.de nouo benefic.inueſt. Hāc etiam glo. Bal.cōmendat.in.c.j.an maritus ſuc.vxo.in benefi.& vide totum in.l.pe.in fi.char.C.qui teſt.fac. poſſ.& in.d.c.j.an mari.ſucc.vxo.in benefi.dicit Bal. q̄ iſta glo.eſt ſingul. Et eam etiam dicit ſing.la.ad hoc quod refert Franciæ nō eſt ſub Imperio Romano. Iaſ.

e Et vxore.aliud ſi ex concubina:vt.j.titu.j.§.fina. vel inceſto coitu natus:vt in auth.quib.mod.nat.effi. leg.col.vj.§.fi.

f In tua.ſi tamen tu ſis tui iuris,non alias:vt.ff.ad.l. Iul.de adul.l.ſic eueniet.

g Non ſunt.quia qui naſcuntur,patris familiam ſequuntur:vt.j.de legi.agna.tu.§.j.

ADDITIO. Et in hoc ſequitur conditionem patris: vt.ff.de ſta.ho.l.cum legitimæ.

DE NVPTIIS.

Suprà § titu.proxi.in prin.dictum eſt,quòd in poteſtate noſtra ſunt liberi,quos ex iuſtis nuptijs procreauimus. ideo hic ſubiungitur inter quos dictæ iuſtæ nuptiæ contrahuntur. Accur.

§ Iſtā continuationem ſequūtur Per.de Bel. Per. & Ange. hic.

Iuſtas autem. Iſte ti.diuiditur in viij.partes. In prima ponit,qui poſſunt contrahere matrimonium, & qualiter, ſubijciendo quæſtionem de filio & filia furioſi. Secunda ibi, Ergo non omnes. vbi ponit generaliter & ſpecialiter quaſdā eſſe perſonas,inter quas nō põt eſſe matrimoniū.ſ.inter aſcēdentes & deſcendētes. Tertia ibi,inter

eas

ter ſe ciues Romani [a] cōtrahunt, qui ſecundum præcepta [b] legū coëunt: maſculi quidē puberes [c], fœminæ autem viri potētes [d]: ſiue patres familiarum [e] ſint, ſiue filijfamiliarū: dum tamē ſi filij familiarū ſint, cōſenſum habeant parentū, quorum ſunt in poteſtate [f] †. Nam hoc fieri debere, & ciuilis [g] & naturalis [h] ratio ſuadet intantum, vt iuſſus parētis præcedere debeat [i]. Vnde [k] quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius vxorem ducere poſsit [l]. Cumq́; ſuper filio [m] variabatur: noſtra proceſsit deciſio [n]: qua [o] permiſſum eſt ad exemplū filiæ furioſi [p], filiū quoque furioſi poſſe, & ſine patris interuentu matrimonium ſibi copulare, ſecundum datum [q] ex noſtra conſtitutione modum.

eas. vbi ponit inter quas perſonas ex collateralibus etiam coniūctis per adoptionē poteſt fieri, & nō fieri matrimoniū. Quarta ibi, Affinitatis. vbi ponit inter quas perſonas nō poteſt fieri matrimoniū ratiōe affinitatis. Quinta ibi, Illud certū. vbi ponit qualiter matrimoniū prohibet rōne ſeruilis cognationis. Sexta ibi, Sunt & aliæ. vbi ponit generaliter quaſdā eſſe alias perſonas, inter quas non pōt cōſtitui matrimonium. Septima ibi, Si aduerſus annullat matrimonia cōtracta contra iuris præcepta, & quicquid ſecutū eſt exinde, & punit contra faciētes. Octaua ibi, Aliqñ. vbi ponit de filijs naturalibus, & qūo poſſunt legitimari. Itē pars principalis diuidit in tres partes. Nā in prima ponit dictū generale. In ſecūda illud declarat. In tertia determinat incidētē qōnē. Secūda ibi, Maſculi. Tertia ibi, Vnde quæſitū. ſecundum Por.

CASVS. Acceſsi ad Iuſtin. & ita quæſiui ab eo, Domine, vos vultis tractare de nuptijs: dicatis igitur mihi, q̄ ſunt iuſtę nuptiæ: ad hoc tñ. Iuſt. dicēs, ꝙ iuſtę nuptię ſunt, quas inter ſe ciues Ro. i. liberi hoïes ſecundū pręcepta legū contrahūt, videlicet maſculi puberes, & fœminę viri potētes. & hoc eſt verū ſiue ſint patresfamil. q nuptias cōtrahunt: ſiue filijfa. dūtñ filijfa. de cōſenſu parentū, in quorū ſunt ptāte, nuptias contrahāt. Nā ꝙ fil. fa. de cōſenſu parentū, in quorū eſt poteſtate, debeat cōtrahere, tā ciuilis, quā naturalis ratio ſuadet: intantū etiā ꝙ iuſſus parentū in matrimonio à fi. fa cōtrahēdo præcedere debeat. vnde quia cōſenſus parentum requirit, apud veteres dubitatū fuit & quæſitum, vtrum filiusfa alicuius furioſi poſsit nubere & cōtrahere matrimoniū, cū pater furioſus conſentire nō poſsit? Et certe licet de filia de facili cōſenſerint antiqui. ſ. ꝙ ipſa poſsit ſine conſenſu patris nubere: in filio tñ varij in varias ſentētias declinauerūt: ſed tandē ad huiuſmodi dubitationē veterū ſopiendam: noſtra proceſsit cōſtitutio: cuius authoritate pmiſſum eſt, vt ad exēplum filiæ furioſi, filius furioſi ſine paterni cōſenſus interuētu vxorē ducere poſsit, ſecundū tñ modū in eadem cōſti. expreſſum. h. d. vſq; ad. §. ergo. Fran.

a Ciues Romani. i. liberi homines: vt. ſ. de lib. §. fin. ſerui ergo nō faciunt matrimoniū, ſed contuberniū [1]: vt hic, & C. de inceſt. nup. l. cum ancillis. & in auth. de nup. §. ſi vero decretū. ver. ſi vero ab initio. col. iiij. Sed aliud eſt iure canonū [2], quod præualet. vt in authē. de eccle. ti. in prin & in gl. col. ix. vbi dicitur, ꝙ canones ſunt ſeruandi pro legibus.

b Præcepta. quæ ſunt. ĩ. eo. ti. per totū. & ff. e. & C. e. ti. p totū, vt colligemus ĩ magna gl. ĩ. e. §. ſunt et alij.

c Puberes. i. maiores xiiij. ann. vt. ĩ. q. mo. tu. fi. ĩ pri.

ADDITIO. Hæc gloſſ. non bene loquitur. nam licet quo ad tutelas & teſtamēta ille appelletur pubes, qui xiiij. annū cōpleuit, ſi vir ſit, aut xij. ſi mulier fuerit: quo tamen ad matrimonia contrahenda appellātur puberes, q̄ primum coire poſſunt: non igitur in matrimonio copulando pubertas cognoſcitur ex annorum numero, ſed ex poteſtate coëundi. c. puberes. extra de deſpon. impu. ſecundum Chriſtoph.

d Viri potentes. i. maiores xij. annis, ĩ. quib. mo. tut. fi. j. tñ. ſed in ſpōſalibus vij. anni ſufficiūt: vt. ff. de ſpōſalib. l. in ſponſalibus. Sed nunqd hodie xv. anni ſunt neceſſarij ad matrimoniū: vt in authē. de temp. nō ſol. pe §. nouimus. col. vij. tñ. lex illa conſuetudinē & frequentiam hominum ponit, aliud de iure, vt hic. Item quid ſi aliquis ante, qu iamſtud tempus attingat, inuentus ſit ſufficiens ad matrimoniū? Videtur ꝙ nubere poſſit: vt. ff. quan. dies le. ce. l. pe. quaſi felici diplomate vſus: vt. ff. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita [3]. Sed cōtradicitur imo l. Iul. de adulterio & ſtupro cōmiſſo poterit puniri: vt. ff. de adul. l. inter liberos. j. tñ. et eſt ꝓ hoc. ff. de cō. l. j. §. fi. Si aūt de facto intra dictū tempus vxorē quis acceperit, tunc erit vxor, cū ad ætatem prædictā peruenerit: vt. ff. de ri. nup. l. minorem. ADDITIO. Pro notatis in hac glo. vide. c. puberes. extra de deſpon impu. vbi opinio gloſſ. videtur reprobari. Et pro fine huius gl. vide. c. j de deſpō. imp. li. vj An aūt mulier poſsit cōtrahere matrimoniū ante xij. an. Dic ſecundū Ioā. de Pla. ꝙ ſic, vt puta propter pacē: vt. c. ij. de deſpō. impub. Item ſi malitia ſuppleat ætatem: vt. c. j. de coniu. ſeruo. & c. de illis. de deſpō. impu. quia maius periculum eſt in ea, quā in maſculo: propter calidiorē ſanguinem ad luxuriandū, & fragilitatem ſexus: vt in gl. quæ incipit. Nam de filia.

e Patres familiarū. ſ. qui ſunt iuris ſui: cuiuſcunq; ætatis ſint: ſic & matresfa. Sed filij & filięfa. qui ſunt in poteſtate cuiuſcunq; ætatis ſint: vt. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. l. nam ciuium. Accur.

f In poteſtate. quid ergo de emācipatis? Videtur idē: vt. C. eo l. viduæ. ſed illud conſilium eſt [4], non præceptum. Quod autem poſsit filius emancipatus, dicitur ff. de contratab. l. iij. §. ſi emancipatus. & ff. de rit. nup. l filius emancipatus.

g Et ciuilis. quia eſt in poteſtate de iure ciuili Ro. vt ſ. tit. j. §. ius.

h Et naturalis, quia pater: vt. ff. de iuſti. & iu. l. ij. vel quia proauus: vt. ĩ. de pup. ſubſt. §. ij.

i Debeat. alias non valet: vt. ff. de ſta. hom. l. Paulus reſpondit [5]. videtur tamen conſentire, niſi contradicat expreſſe: vt. ff. de ſpon. l in ſponſalibus. in fi.

k Vnde. quia patris conſenſus exigitur.

l Poſsit. Videtur ꝙ non, cum pater non poſsit conſentire: vt. ff. de iure cod. l. ij. §. furioſus.

m Super filio nam de filia facile conſenſum fuit: quia forte calidior ſanguis eſt in ea: vt authentic. de non eligen. §. cum igitur. collatio. j. vel verius proter fragilitatem ſexus. Arg. ĩ. quib. alie. licet. in princ. ſed prima non placet.

n Deciſio. i ſententia vel lex: vt. C. eo. l. ſi furioſi.

o Qua deciſione.

p Furioſi. idem & ſi captus fuerit, & abfuit pater per triennium, vel ſi neſcitur, an viuat, vel nō: vt. ff. de ritu nup. l. ſi nepos. §. fi. & l. ſi ita.

q Secundum datum. ſcilicet, cum authoritate curatoris patris, & dote, ſecundum quantitatem patrimonij patris data: vt. C. eodem. leg. ſi furioſi. in fin. ſed iure canonum ſufficit conſenſus eorum, de quorum matrimonio agitur, ſed illud forte in alijs, non in filijsfamilias intelligitur, vel credo, quod hoc corrigitur: quia ita honeſta eſt res contrahere matrimonium, ſicut

& iuſ

1 Simile eſt in ca. ſane. ij. extra de cle. coniu. vbi matrimonia contracta p ſacerdotes dicūtur contubernia.

† Ex contrario parentes nō debent cōtēnere adfectum ac cōſenſum filiorum, quos matrimonio alteri iungere cogitantq; exemplo Bathuelis q Rebeccam filiā ſuam elocaturus Iſaac, conſuluit ipſius filiæ volūtatē. Gene. 24.

2 Circa tamen domini præiudicium. c. j. & ibi gl. extra de cōiug. ſeruo. quā verum intelligē, niſi dño ſciente & non cōtradicēte: vt. C. de lat. lib. tol. vel altero cōiu-

gum errante in cōditione perſonæ, ſi errantis fiat cōditio deterior. alias ſecus, ſecundū Io. Fa. & An.

3 Dic ꝙ de iure ciui. pubertas attēdi tur ex annis: vt. l. ſi vxor. §. ſi minor. ibi mox apud. ff. ad l. Iuli. de adul. & l. minorē. ff. de rit. nu. & ita loq tur gl. hic. ſed de iu. ca. attenditur libertas ex poteſtate coëūdi. vt. c. puberes. extra de deſpō. im.

† Si conſilium ſit reuerētię, eſt de neceſsitate obediendum: ſecus ſi perfectionis. gl. eſt ord. in. c. ad aures. de æt. & qua. q eſt glo. fi.

5 Quod verum eſt de honeſtate, non de neceſsitate. vt. xxvij. q. ij. c. ſufficiat. ĩ gl. j. & xxvij. q. iiij. hoc factū, in glo. et extra de ſponſa. ca. cum locū. & de rapto. ca. cū cauſā. Ia. Vel quod hic dicit, verū eſt de iure ciuili: ſecus de iu. can. Ac gi. per.

& intrare monaſterium[1]: vt in authen. de ſanc. epiſ. §. ſed & hoc præſenti. colla. ix.

Ergo. Diuiditur in quinque partes. Primo ponit vnum dictum. Secundo ponit rationem dicti. Tertio ſuum dictum ſpecificat. Quarto ponit, quid reſultat cõtrahendo cũ aliqua de prohibitis hic. Quinto extẽdit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, nam à quarũdam. Tertia ibi, Inter eas. Quarta ibi, Et ſi tales. Quinta ibi, Et hęc adeo. CASVS. Dicit Iuſtinianus inferendo ex præcedẽtibus: ex quo dictũ eſt ſupra, ꝙ liberi homines, qui ſecundum pręcepta legũ coiẽrunt, iuſtas nuptias cõtrahũt: ergo manifeſte patet, ꝙ non licet nobis quamlibet vxorem indiſtincte ducere. Nam à quarũdam mulierum nuptijs, cum quibus leges contrahi vetãt, abſtinendum eſt. Nã inter eas perſonas, quæ parentum vel liberorum locũ inter ſe obtinent, nuptiæ contrahi non poſſunt: veluti inter patrem & filiã, vel auiam & nepotem, vel matrem & filium, vel auum & neptem nuptiæ prohibitæ ſunt. Et non ſolum inter iſtas perſonas, ſed etiam inter omnes ſuperiores & inferiores directo exiſtentes vſque in infinitum. Et ſi tales perſonæ inter ſe coiẽrint, nefarias atque inceſtas nuptias inter ſe contraxiſſe cenſentur: & hæc intantum ſunt vera, vt etiam ſi aliqui per adoptionem loco parentum vel liberorum ſibi cœperint: inter eos tamen nuptiæ conſiſtere non poſsint, & licet etiam per emancipationem adoptio diſſoluta fuerit, idem tamen iuris erit: vt ſi aliquam adoptaueris tibi in filiam aut neptẽ: licet poſtea eam emancipaueris, eam tamen in vxorem ducere non poteris. hoc dicit vſque ad. §. inter eas. Franciſcus de Are.

a Ergo. quia ſecundum præcepta legum fiunt matrimonia. ergo &c.

b Non omnes. ſcilicet mulieres.

c Quarundam. ſcilicet mulierum.

d In infinitum. adeo, vt ſi Adam hodie viueret, non poſſet habere vxorem, ſecundum Ioan. vt. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ conſiſtere. ADDITIO. Et hæc vera, ſiue ſint ex legitimo matrimonio, ſiue non: vt. ff. de ritu nupt. l. & nihil. ſecundum Ioan. de Pla. & Ang.

e Idem iuris. vt non poſsint coniungi. ADDITIO. Dic ſecundum Pet. de Bel. perti. ꝙ hoc eſt propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: alias diffamaretur: quia in copulãdis nuptijs ſemper inſpicitur honeſtas: vt. l. ſemper. ff. de ritu nup. ſecundum Io. de Pla. & Ange.

Inter eas. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere in tranſuerſalibus. Secundo illud ſpecificat in tranſuerſalibus cõiunctis per ſanguinem. Tertio de coniunctis per adoptionem. Quarto infert ex prædictis vnum caſum. Secunda ibi, Sane. Tertia ibi, Sed & ſi. Quarta ibi, Et ideo. CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus in linea recta: an eadem ſit obſeruatio in linea tranſuerſali? Reſpondet Iuſtinianus ꝙ ſic. Nam certe inter eas perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam obſeruatio: licet non tanta, quanta eſt in linea directa. Nam certe inter fratrem & ſororem, nuptiæ omino prohibitæ ſunt: & hoc ſiue habuerint eundem patrẽ tantum & matrem diuerſam: ſiue eandem matrem tantum, & patrem diuerſum. Et non ſolummodo inter fratrem & ſororẽ naturales nuptiæ prohibitę ſunt, ſed & inter adoptiuos. Nã ſi aliqua mulier, cœperit tibi eſſe ſoror per adoptionem: quandiu durat adoptio, inter te & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt, ſi tamen per emancipationem poſtea diſſoluta adoptio fuerit, iã ceſſat tibi ſoror eſſe: vnde eã in vxorem ducere poteris: cum nec naturali, nec ciuili iure tibi cõiuncta ſit. Et non ſolummodo ſi ipſa fuerit emancipata, eam ducere poteris, ſed etiam ſi tu à patre emancipatus fueris, nihil inter te & ipſam nuptijs contrahendis obſtabit. Vnde ſi quis generum ſuum velit adoptare: primo debet filiam ſuam emancipare: & ſimiliter ſi quis voluerit nurum ſuam, id eſt, vxorem filij ſui in filiam adoptare, primo debet filium ſuum eiuſdem mulieris maritum emancipare. nam ſi eſſet in poteſtate eiuſdem: nuptiæ non poſſent inter eos conſiſtere. Et non ſolum prohibitæ ſunt nuptiæ inter prædictas perſonas, ſed etiam non licet alicui fratris ſui vel ſororis ſuæ filiam ducere, nec etiam neptem: licet ipſa in quarto gradu ſit. Cuius enim filiã ducere vxorem quis non poteſt: nec eius neptem ducere poterit. Sed licet filiam ſororis naturalis in vxorem ducere non poteris: ſecus tamen eſt in filia ſororis adoptiuæ. Nam filiam ſororis illius mulieris, quam pater tuus in filiam adoptauit, ducere non prohiberis vxorem: quia neque iure naturali, neque iure ciuili filia ſororis adoptiuæ tibi coniuncta eſt. Sed etiam filiam vel neptem ſororis naturalis vxorem ducere non poteris. Liberi quoque duorum fratrum, vel ſororum, vel liberi fratris ex vna parte, & ſororis ex alia, nuptias inter ſe contrahere poſſunt. Item amitam tuam vxorem ducere non poteris: nec etiam materteram: quia parentum loco habentur. Et eadem ratione magnam amitam & magnam materteram vxorem ducere prohiberis. hoc dicit vſque ad. §. affinitatis quoque. Franciſcus de Aret.

f Sed non tanta. ſcilicet vſque ad gradum ſeptimum, ſecundum canones: vt. xxv. quæſt. iij. cap. progeniem. & capi. de conſanguinitate. & capitulo in copulatione. & capitulo nulli. Sed ſecundum leges vſque ad quartum: vt infra eodem. § fratris. Idem hodie iure canonico[2]: vt extra de conſanguinita. & affinit. non debet

Aſcendentes cum deſcendentibus naturali, vel adoptiuo vinculo coniunctis nuptias celebrare nequeunt, idem quoque iuris eſt, etſi emancipatione ſoluta ſit adoptio.

Ergo[a] non omnes[b] nobis vxores ducere licet. nam à quarundam[c] nuptijs abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas, quæ parentum † liberorumve locũ inter ſe obtinent, contrahi nuptię nõ poſſunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, vel matrem & filium, vel auiam & nepotem, & vſque in infinitũ[d] †. Et ſi tales perſonæ inter ſe coiẽrint: nefarias atque inceſtas nuptias cõtraxiſſe dicũtur. Et hæc adeò vera ſunt, vt quamuis per adoptionem parentũ liberorũve loco ſibi eſſe cœperint, non poſsint inter ſe matrimonio iungi: intãtum vt etiam diſſoluta adoptione, idem iuris[e] maneat. Itaq; eam, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis eſſe cœperit, non poteris vxorem ducere, quãuis eã emãcipaueris.

Inter fratrem & ſororem ex vtroque, vel altero parente progenitos, coniugium conſiſtere nequit: quod vero ad adoptiuos fratres (quandiu adoptionis vinculum permanet) etiam trahitur: eo vero ſoluto, nil obſtat nuptijs contrahendis.

Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam ſimilis obſeruatio: ſed non tanta[f]. Sanè enim inter fratrem ſororemq; nu-

[2] Scilicet excluſiue: ſed de iure ciuili incluſiue: vt j. e. §. duorũ. & ideo hanc gl. reprehendit hic Ia.

debet. & ca. vlti. Sed tamē aliter accipitur gradus ſecūdum canones, quā ſecūdū nos: vt dicetur .j. de grad. cog.

a Quandiu. ſic ff. de verb. obli. l. ſi ſtipulatus fuero. in fine. alias ſi ſtipuler. §. j. ſic ff. de libe. & poſthu. l. ſi quis poſthumos. in fine.

ſtate: vt .j. titu j. §. illud. & ff. de adoptio. l. ſi pater. ac ipſa mater adoptata eſt mihi coniuncta per agnationē per matrem, in cuius poteſtate eſt. ff. de adopt. l. qui in adoptionem. Accurſius.

Duorum. Diuiditur in tres partes. Primo ponit de duobus conſobrinis. Secūdo de amita. Tertio de matertera. Secūda ibi, Item amitam. Tertia ibi, Item nec materteram.

ptiæ prohibitæ ſunt: ſiue ab eodem patre eademq́; matre nati fuerint, ſiue ex altero eorū. Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit: quādiu [a] quidem cōſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt. Cùm verò per emācipationem adoptio ſit diſſoluta [b]: poteris eam vxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris: nihil eſt impedimēto nuptijs. Et ideo conſtat, ſi quis generum [c] adoptare velit: debere eū [d] antea [e] filiam [f] ſuam emācipare. & ſi quis velit nurum [g] adoptare: debere eū antea filiū ſuū emancipare.

Filiam, vel neptem fratris, vel ſororis, non poteſt quis ducere in vxorem. Accu.

Fratris verò, vel ſororis filiā, vxorem ducere nō licet. Sed nec neptem fratris, vel ſororis quis ducere poteſt: quāuis † quarto gradu ſint. † Cuius [h] enim filiam vxorē ducere nō licet, neq; eius neptem permittitur.

Filiam ſororis adoptiuæ poteſt quis ducere in vxorem. Accu.

Eius [i] verò mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam nō videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure [k] tibi coniungitur.

Filij duorum fratrum, vel ſororum poſſunt ſimul contrahere matrimonium inter ſe. Angel. licet ... canonico, ... impedimento ... filij legitimi ... copulari nō poſſunt, teſte Accurſio hic, cum ſub... Doctores.

Duorum [l] autem fratrum, vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis coniungi poſſunt.

Nec poteſt cum amita etiam adoptiua, vel matertera matrimonium contrahi: nec etiam cum magna amita & magna matertera. Accurſius.

Item amitam [m], licet adoptiuā [n], ducere vxorem nō licet. item nec materteram [o]: quia parentū loco habētur. Qua ratione, verū eſt, magnā quoque amitam, & materteram magnam [p] prohiberi vxorem ducere.

b Diſſoluta. quia ipſa eſt emācipata: vt differat à ſequenti caſu.

c Generum. i. maritum filiæ.

d Eum. ſcilicet patrem.

e Antea. id eſt, primo.

f Filiā. hoc ideo: quia emācipatione facta deſinit eſſe agnata patri: ergo per patrem non poteſt fieri agnata tali filio adoptiuo: vt ff. de adop. l. qui in adoptione. hodie vero non deſinit: vt .j. de leg. agn. ſuc. §. fi. & ita hoc conſilium hodie non valet. ADDITIO. Sed hæc gloſ. communiter reprehenditur: quia & ſi nō quo ad facultatem ſuccedendi, deſinit tamen quo ad famili[æ] nomen. & ad cōtra. §. ſed hodie. .j. titu. j reſpon. ſecundum Chriſtophorū, quod quāuis in poteſtatē nō tranſeat, iura tamē adoptionis conſequitur: vt. C. de in ius voc. l. fina. & l. adoptiuum Vel ſecundum Iaſonem tranſit: ſed habetur pro non trāſeunte: vt. d. l. fina. Iaſon.

g Nurum. id eſt, vxorem filij: vt probatur .j. eo. affinitatis.

Fratris. Diuiditur in tres partes, Primo ponit dictum. Secundo illud extendit. Tertio rationem reddit. Secunda ibi, Sed nec. Tertia ibi, Cuius enim.

h Cuius. ſed opponitur, filiam aui vel auiæ non poſſum ducere: tamen neptem poſſum, quæ eſt mihi conſobrina: vt .j. eo. tit. § duorum? Reſpon. hanc regu. ſtricte intelligi in eo caſu, in quo loquitur. & in omni ſimili, ſcilicet quando ego & ille cuius filiam ducere nō poſſum, ſumus in gradu primo ad ſtipitem, & in poteſtate eiuſdem: & ſic cuius, ſcilicet fratris vel ſororis meæ filiam &c. & hoc in naturalibus, ſecus in adoptiuis; vt .j. § proxi. ADDITIO. Intellige iſtud verum, quando per adoptionem non contrahitur cognatio: vt ibi, ſecundum Ang. & Iaſ. alias ſecus.

i Eius. Sic conſtrue. non videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quam pater &c.

k Ciuili iure. de naturali conſtat: De ciuili ſic probo, illa filia ſororis adoptiuæ non eſt in poteſtate matris: vt .j. de hæred. quā. & di. §. qua de cauſa. ergo nō trāſit in poteſtatem illius, qui adoptat matrem, licet mater tranſeat: quia illi tranſeunt cum alijs, qui ſunt in pote-

l Duorum. hoc ſecūdum leges: vt hic, & C. eo. l. celebrandi. ſecus iure cano. Vel dic hūc §. loqui de adoptiuis. ſecus in naturalibus. Accur.

m Amitam. quæ eſt ſoror patris.

n Adoptiuā. ab auo paterno.

o Materteram. Nota caute, quia non repetit adoptiuam materterā &c. quia matertera vel auunculus non fit adoptione. vt hic, & .ſ. eo § eius. & ff. eo. l. ſi qua. §. fin. ſed contra videtur ff. de ritu nup. l. per adoptionem. §. pe. Reſ. illud intelligitur quādo adopto in nepotem, quaſi ex filia natū, vel in pronepotem quaſi ex nepote natū ex filia: quod poſſum, ſicut ſi nullum haberē filiū: vt .j. ti. j. §. licet. tunc enim ſoror & frater eius loco cuius filij facta eſt adoptio, eſt matertera & auunculus: alij mihi filij ſunt, vt patet: & ſic non imitatur naturam: quia aliter nepos ex filia naturali & legitima non eſt in poteſtate: hic autem cum ſcis concordantijs, loquitur, quādo aliquam adopto in filiam: hæc quidem nō erit matertera filijs natis ex alia mea filia naturali & legitima. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Reſpon. quia altero caſu, ſcilicet quando adopto in nepotem ex filio: eſt commodum materteræ & auunculo: quia maiores quidem parentes imperant minoribus: quod ſecus eſt in aduerſo caſu. ex hac dependet alia, vt naturales & legitimi ſint adoptiuo ſubiecti, & eſt ridiculum. ecōtrario caſu eſſet æquum. ADDITIO. Hanc rationē reprobāt Chriſtopho. & Iaſ. hic: tum, quia inter collaterales non eſt huiuſmodi reuerentia: vt not. in. §. inter eas. .ſ. eo. tum, quia idem videretur dicendum in patruo & amita. Itē quia eſſet contra ver. eius vero. .ſ. eo. Et aſſignant aliā rationem: quia in dicto. §. fi. adoptatus agnaſcitur exiſtenti in agnatione adoptantis, puta filiæ: hic autē non exiſtentibus, puta filijs filiæ, quod fieri non poteſt: vt ff. de adoptio. l. qui adoptionem.

p Materteram magnā. magna matertera ſoror auiæ maternæ eſt; amita magna ſoror aui paterni eſt: vt .j. de grad. cog.

† Vnica rō eſt huius: quia ego ſum illi loco parētis, nam quarto gradu de iur. ciui. poſſunt cōtrahi nuptiæ. Aegi. per. † alias, ſit ſ. neptis ſororis aut fratris quę eſt mihi iūcta quarto gradu. & caue referas ad filiā ſororis quia hæc nō eſt mihi iūcta niſi tertio gradu. Aegi. per. † Vel melius ſecundū Iaſ. dic vt .j. in gl. ſuper verbo mater. teram magnā. in fi.

† Et hoc cōmuniter tenetur: ex quo ſequitur quod filij Iudeorum obſeruantiū hūc. §. nō ſunt legitimi quia tā eis quā nobis hæc lex correcta cenſetur. arg. l. Iudæorum C. de iud. Ang.

Iſta cõi-ter appro-batur: pro qua facit gloſ. in. §. quarto gra du. in ver-bo, auũcu lus. j. de gradi. ſe-cun. la.

grad. cogna. §. quarto. Sed quid de fratre aui materni? Reſpon. eſt patruus magnus : vt. C. de ſuc. edic. l. j. licet Pla. cõtra: vt ibi notat. Sed cum ſint in quarto gradu, quare prohibentur: vt. ſ. eo. §. fratris? Reſpon. quia hæ perſonæ ſunt de ſuperioribus tranſuerſalibus, quæ

Affinitatis veneratione, eam quæ olim mihi priuigna, nurus, ſocrus, vel nouerca extitit, vxorẽ ducere non licet: multoq; minus licebit, ſi adhuc mihi ſit priuigna, nurus &c.

Quoties eiuſdem diſpoſitionis duæ ſunt rationes, ſublata è duobus altera, non ob id ceſſat diſpoſitio, reliqua remanente.

Adfinitatis quoq; veneratione à quarundam[a] nuptijs abſtinere neceſſe eſt. Vt ecce priuignã[b], aut nurum vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco ſunt[c].

Quod ita, ſcilicet accipi debet[d], ſi fuit † nurus aut priuigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt[e]: id eſt, ſi adhuc nupta eſt[f] filio tuo: alia ratione[g] vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duobus nupta eſſe nõ poteſt. Item ſi adhuc priuigna tua eſt: id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt: ideo eam vxorem ducere non poteris: quia duas vxores eodem tempore habere non licet[h].

Cum ſocru vel nouerca præſenti vel præterita matrimoniũ contrahi non poteſt. Aret.

habentur loco parentum: vt in hoc. §. & quia ipſa eſt in primo gradu ſtipitis: vt not. ſ. eo. §. ſed nec neptem. Et ſic not. caute, quod ordo tranſuerſaliũ ſubdiuitur in tres partes, ſupra, infra, & ex latere: vt. j. de grad. §. iij. iiij. v. & vj. & maior eſt abſtinentia verſus ſuperiores: vt hic, & inferiores: vt. ſ. eo. §. fratris. quã tranſuerſales: vt. ſ. eo. §. duorum.

Affinitatis. Diuiditur in ſeptem partes. Nã primo ponit quandã ꝓhibitionẽ in genere. Secundo illã prohibitionem exemplificat in nuru & priuigna. Tertio rationem prohibitionis factæ de nuru & priuigna aſsignat. Quarto dictam prohibitionem de nuru factã modificat. Quinto rationẽ dictæ modificationis aſsignat. Sexto modificat prohibitionem circa priuignam. Septimo rationem dictæ modificationis aſsignat. Secunda pars incipit ibi, Vt ecce. Tertia ibi, Quia vterque. Quarta ibi, Quod ita, ſcilicet. Quinta ibi, Quia eadẽ. Sexta ibi, Item ſi. Septima ibi, Quia duas. CASVS. Domine, iam vidi de impedimentis nupt. interuenientibus ratione cognationis, tam ex linea directa, quam ex tranſuerſali. Nunquid adhuc plura ſunt impedimẽta nupt? Reſpon. Impera. quod ſic. Nam non ſolum ratione cognationis: ſed etiam ratione affinitatis impediuntur nupt. Ratione enim affinitatis à quarundam mulierum nuptijs abſtinendum eſt. Nam priuignã vel nurum tuam vxorem ducere prohiberis: quia vtraque illarum tibi loco filiæ eſt: licet hęc ſpecialis prohibitio locum habet, ſi fuit nurus tua, & nunc nõ eſt: vel ſi fuit priuigna tua, & nunc non eſt. Nam ſi eſt adhuc nurus tua, id eſt, ſi adhuc conſtat matrimonium inter ipſam, & filium tuum adhuc viuentem: naturali, generali, & communi ratione tibi nubere nõ poterit: quia viuente filio tuo marito eius, nec tibi, nec cuiuis alij nubere poterit. Eadem enim mulier duobus viris ſimul nubere non poteſt. & idem iuris eſt in priuigna tua. Nam priuigna tua, ſi adhuc eſt priuigna tua, id eſt, ſi mater eius adhuc tibi nupta eſt, ſpecialis prohibitio nuptiarũ inter te & ipſam contrahendarum locum nõ habet: quia durante matrimonio inter te & matrem eius generali & communi ratione non poteris cum ipſa contrahere: quia eodem tempore duas habere vxores nõ poteris. Et nõ ſolum inter has perſonas prohibentur nuptiæ ratione affinitatis, ſed etiam inter plures alias. Socrũ enim tuam, id eſt matrem vxoris tuæ, vel nouercã tuã, id eſt, vxorem patris tui vxorẽ ducere prohiberis: quia vtraque iſtarũ loco matris tibi eſt. & hæc ſimiliter ꝓhibitio ſpecialis, ſicut in caſu ſuperiori, tunc demũ locũ habet, cum ſolutum fuit matrimonium, quod in cauſa affinitatis. Nam ſi adhuc eſt tua nouerca. i. ſi adhuc patri tuo nupta eſt, generali ratione nuptiæ inter te, & ipſam prohibẽtur: quia viuente patre tuo marito eiuſdem, nec tibi, nec cuiuis alij nubere poteſt: quia eadem mulier duobus ſimul & eodem tempore nupta eſſe non poteſt. & idem iuris eſt in ſocru tua. Nam ſi adhuc eſt ſocrus. i. ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt: generali rõne cum ipſa contrahere prohiberis: quia ſimul duas vxores habere nõ poteris. Sed ponamus quod Petrus filiũ ex vxore legitima habuit: ſimiliter & Berta ex marito iã mortuo habuit filiã. ponamus ꝙ Petrus mortua vxore contrahit matrimonium cum Berta, certe durãte matrimonio inter Petrũ & Bertã, filius Petri, quẽ habuit ex alia vxore cũ filia Bertæ, quam ſuſcepit ex alio marito: licite poterit matrimoniũ contrahere: & licet filij ex matrimonio inter Bertam & Petrũ contracto nati, eorum fratres ſint communes: ipſi tamen nec naturali nec ciuili iure coniũguntur. Sed ponamus, quid ſi diuortiũ ſit celebratũ inter Petrũ & vxorem ſuam: & Berta poſt diuortium contrahat cum ſecundo marito, & ex eo ſuſcipiat filiam: modo quęritur, vtrũ Petrus quondam maritus Bertæ, poſsit contrahere cum filia Bertæ ex ſecũdo matrimonio natam? Et videbatur ꝙ ſic. nam iſta filia Bertæ non eſt priuigna Petri quondã mariti Bertæ: quia priuigna proprie dicitur filia vxoris tuæ, quã habuit ante, quã tibi nuberet: ſed iſta filia nata fuit ex ſecundo matrimonio poſt diuortium inter Bertam & Petrum celebratum: ergo non eſt propria priuigna Petri. Iulianus tamen in hoc caſu dicit ab huiuſmodi mulieris nuptijs ratione honeſtatis eſſe abſtinendum. & hoc probat per duo argumẽta à ſimili. Sponſa enim filij non eſt nurus patris, & tamẽ à nuptijs huiuſmodi mulieris abſtinẽdum eſt: quia neque pater cum ſponſa filij, nec filius cũ ſponſa patris contrahere poterunt. A ſimili concludit: licet enim huiuſmodi filia non ſit priuigna Petri quondam mariti eiuſdem Bertæ: tamen inter ipſam & Petrũ matrimonium conſiſtere non poteſt. hoc dicit vſque ad. §. illud certum. Franciſcus.

Affinitatis. Eſt autem affinitas regularitas perſonarum ex nuptijs coniunctarũ, omni carens parentela, ſcilicet[2]: vt. ff. de gradi. affini. l. non facile. §. affines. & §. ſciẽdum eſt. ideo dicitur ex nuptijs: quia ſine nuptijs contrahi nõ poteſt[3], ſed ſecundum canones etiam ſine nuptijs[4]. Sed cum vxor videatur affinis viro: quare permittitur matrimonio vti? Reſpon. non eſt affinis, ſed cauſa affinitatis[5]: ſicut vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri. Accur.

a Quarundam. ſcilicet mulierum.

b Priuignam. Hæc nomina exponũtur ſtatim ꝓxi. in verſ. quod ita &c.

c Loco ſunt: facit ad hoc. ff. ſolu. matri. l. quia. & l. rei iudicatæ. §. fina.

d Accipi debet. ſcilicet hæc prohibitio.

e Nurus tua eſt. quæ contineãtur appellatione iſtarum, dic vt. ff. de rit. nup. l. adoptiuus. §. nũc videamus.

f Nupta eſt. arg. ſumitẽ hic, & ex ꝓxi. §. qd' ſi qs habet gñale auxiliũ, non debet petere ſpãle: vt. ff. de mi. l. in cãx. j. rñ. & de ver. ob. l. doli. & ff. de edẽ. l. qdã ſũt.

g Alia ratione. non ſolum ſupradicta.

h Non licet. imo efficitur infamis: vt. C. ad legẽ Iul. de adul.

† Sic verba præteriti temporis ſunt ab negatiua ꝑſentis ſecũdum. Po. Ac. Per.

2 Vel ideo dicitur affinitas quia vnus tẽdit ad finẽ alterius et econuerſo: ſecũdũ Chriſto.

3 Hoc reprobat Ange. quo ad matrimonium prohibẽdum: per. l. adoptiuus. §. contra pudorẽ. verſ. idẽ tamen. ff. eo. & ff. de ritu nupt. l. & nihil intereſt.

4 Vide ca. diſcretionem & ca. ſemper. extra de eo q co. con. vxo.

5 Contrarium tenẽt Chriſt. & la. in vxore, licet ſit ſecus i ſpõſa.

de adult l.cum qui. ADDITIO. Idem in habente duas ſponſas.vel concubinas,ſeu vxorem & concubinam:vt eſt gloſ.nota in.§.ſi vero effuſa.ſuper verbo, conſiſtente.in authen.quibus modis nat.eff.c.ſui.licet de facto non obſeruetur:vt hic per Iaſ.

Socrum. Diuiditur in quatuor partes:quia primo ponit vnum dictum prohibitiuũ, cum ratione. Secundo illud modificat. Tertio modificatũ declarat circa nouercam, cum ratione. Quarto declarat circa ſocrum, cum ratiõe. Secũda ibi, Quod & ipſum. Tertia ibi, Alioqu. Quarta ibi, Itẽ ſi.

a Socrũ.quæ ſint hæ perſonæ,dic vt ff.e.tit de ritu nup. l.adoptiuus. §.nũc videamus.

b Prohibitũ: iure affi. & ad hoc refertur illud, Quod & ipſum,&c.

c Affinitate. Hęc litera ſibi contraria videtur. nam ſi diſſoluta eſt affinitas, non ergo debẽt nuptiæ ratione affinitatis impediri. Sed dic diſſoluta &c.id eſt,diſſoluto matrimonio, ꝑpter qđ contingit affinitas: ſed ipſa affinitas non eſt diſſoluta. ADDITIO. Concordat cum hac gloſ.c.fraternitatis.§.porro. & ibi gloſ.xxxv.quæſt. decima.quo ad matrimonium:ſecus quo ad alia:vt iij. quæſt.vij.§.affinitatis. Ang.

Socrum[a] quoq; & nouercam prohibitum[b] eſt vxorem ducere:quia matris loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum affinitate[c] procedit. Alioqui ſi adhuc nouerca[d] eſt : id eſt, ſi adhuc patri tuo nupta eſt : communi iure impeditur tibi nubere : quia eadem duobus nupta eſſe nõ poteſt. Itẽ ſi adhuc ſocrus eſt: id eſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt : ideo impediũtur tibi nuptiæ : quia duas vxores habere non potes[e].

Filius ex vxore præmortua contrahere poteſt matrimonium cum filia vxoris ex marito præmortuo.

Mariti[f] tamẽ filius ex alia vxore,& vxoris filia ex alio marito,vel cõtrà[g], matrimoniũ rectè cõtrahunt:licet habeãt[h] fratrem ſororemve[i] ex matrimonio poſtea[k] cõtracto natos.

Etiam ob publicam honeſtatem, à quibuſdam nuptijs abſtinendum: quamuis nullum cognationis vel affinitatis obſtaculum adſit.

Si vxor tua poſt diuortium ex alio filiam procreauerit;hæc nõ eſt quidem priuigna[l] tua : ſed Iulianus ab huiuſmodi nuptijs abſtineri † debere ait. Nam conſtat, nec ſponſam filij, nurũ eſſe[m]: nec patris ſponſam nouercam eſſe : rectius[n] tamen & iure facturos[o] eos,qui ab huiuſmodi nuptijs abſtinuerint.

Inter ſeruos etiam manumiſſos cognatio impedit matrimonium contrahendum.

Illud certum eſt, ſeruiles[p] quoque cognationes[q] ĩpedimẽto nuptijs eſſe,ſi fortè pater & filia, aut frater & ſoror manu-

d Nouerca.ſic dicta,quaſi nocens arcus, vel quia noua eſt area,quaſi ſine fructu. & facit.ff.de inoffi.teſt. l.iij.in fine.&.l.iiij.

e Non potes.alias non poſsis,ſcilicet eodem tẽpore ſubaudi:vt.ſ.proxi.§.

f Mariti.licet inter ſe frater & ſoror prohibeantur: vt.ſ.eo.§.inter eas tamen &c.

g Vel contra. id eſt,econtrario.

h Habeant. illi minores.

i Ex matrimonio maiorum.

k Poſtea. ſ. poſt natiuitatem iſtorum. & ſic aduerbium, poſtea, determinat dictionem contracto. Vel dic quod determinat verbum,habeant & dic contracto,ſcilicet prius. [1] Nam qui ex eo matrimonio,ſcilicet maiorum,naſcuntur,fratres ſunt ex parte matris illi qui natus eſt,vel nata prius ex fœmina. Idem dicas econtra, quod erit frater vel ſoror ex parte patris illi qui fuerat ex illo patre natus:& tamen iſti nullo iure ſibi adinuicem iunguntur. viro enim cognati vxoris iungũtur, & non alijs cognatis viri. Item econtra:quia cognati viri vxori iunguntur,non autem alijs cognatis vxoris. [2] Vnde reprobatur quorundam opinio, qui dixerunt, quod nullus de arbore ducit alium. Nam in ea continentur cognati viri & vxoris:& tamen iunguntur,vt hic dicitur. Nec inter ſe ante matrimonium inter duos cognatos viri & vxoris contractum ſuccedunt:vt.C. commu.de ſucceſ.l.amitæ.nec poſtea,niſi ſicut facit vir vxori deficiente omni parentela, & excluſo fiſco [3]:vt C.vnde vir & vxor.l.prima.& in authẽ.ibi aſsignata. Accurſius.

l Priuigna.quia illa eſt priuigna mea, quæ ex mea vxore eſt nata ante, quam eſſet vxor, & fœminæ ille eſt priuignus, qui ex marito natus fuit ante, quã ſuus eſſet maritus,vt.ſ. eo.§.affinitatis. & §.ſocrum. Sed hæc poſtea fuit nata. Tamen dicit Iulianus abſtinẽdum ratione honeſtatis [4], vt ſubijcit,&.ff.de ritu nup.l.ſi qua.§. ſi vxor. &.l.ſemp. & ad hoc inducit duo argumẽta. Nã &c. Accur.

m Nurũ eſſe. Licet ſit ſponſa tamẽ non eſt nurus ante, quàm eius fiat vxor. [5] & econtra, licet ſit ſponſa patris : quia tamẽ non eſt vxor patris adhuc, ideo non eſt filij nouerca:vt hic, &. ff.de ritu nupt.l.ſi qua. §.j. & tamen licet nulla ſit affinitas, eſt abſtinendum:vt ſubijcit, Rectius &c.

n Rectius. A' ſimili concludit in caſu propoſito primo in hoc.§.

o Facturos : ſcilicet ſcimus, vel conſtat.

Illud certum eſt. CASVS. Domine,vidi de impedimentis nuptiarum interuenientibus,tam ratione cognationis,quam etiam ratione affinitatis: nunquid adhuc ſunt plura impedimenta nuptiarum? Reſpondet Iuſtinianus quod ſic. Non ſolum enim impediũtur nuptiæ ratione cognationis inter liberas perſonas, ſed etiam inter ſeruos. Nam ſeruiles cognationes præſtant impedimentum nuptijs:veluti ſi pater & filia manumiſsi fuerint, & frater & ſoror. Nã inter iſtas perſonas obſtante cognationis impedimento, licet ad libertatem peruenerint, nuptiæ conſiſtere non poſſunt. Sunt & aliæ perſonæ multæ,quæ propter diuerſas cauſas inter ſe matrimonium cõtrahere prohibentur:quas quidem perſonas in latioribus libris Digeſtorum ſeu Pandectarum enumerari permiſimus.hoc dicit vſque ad.§. ſi aduerſus. Franciſcus.

p Seruiles.id eſt,dum durant ſerui.

q Cognationes.id eſt, conſanguinitates, quæ ſunt inter ſeruos, & impediunt nuptias inter eos. Item affinitates:vt hic,&.ff.de ritu nupt.l.adoptiuus. §. ſeruiles. Sed quomodo hoc,cũ nulla cognatio ſit inter eos: vt.j.de capi.dimi.§.quod autem?Sed illud in iure ſuccedendi & in tutela vel hæreditate dicitur : hoc autem in iure ſanguinis,quod nullo iure ciuili tolli poteſt:vt hic,&.ff.de reg.iur.l.iura ſanguinis.& per conſequens etiam in prohibitione matrimonij. Sed nonne & alia ratione inter eos matrimonium impeditur : quia ſunt ſerui:vt.ſ.eo.§.j.reſpon.&.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis?Reſpon.durante ſeruitute hæc ſunt duo impedimenta:& eis manumiſsis durat hoc vnum,vt ſequitur.

† Imo quia ſi noua domus princeps à patre ſuppleta, quaſi via ex ... ad accerſendam familiam.

[1] Intellige prius ſcilicet quã iſti duo cõtrahant matrimoniũ. Ia.

[2] Facit capi pe.et.c. quod ſup his. extra de cõſang. & affinita.

[3] Iſtam reprobãt Ioan.Fab.& Angel.hic quia nõ reperitur iure cautum & contrariũ ibi no. quãuis Io. de Pla.eã ſequatur.

[4] Quæ oritur etiã ex ſponſalibus de futuro & de facto contractis vt non poſsit cõtrahi cũ aliquo primi contrahentis conſãguineo: vt.c.vnico. de deſpon.imp. in.vj. An.

[5] Idem in ſponſa alicuius, quã nullus conſanguineorum ſpõſi poteſt ducere vxorẽ. vt in.c. ſpõſam.extra de ſpõ. & matri.

[6] Sic per ſola ſponſalia nõ cõtrahitur affinitas ſed per nuptias ſecũdũ. Ang.hic.

Matrimonium xij. modis impeditur.

Manumiſsi

a Manumiſsi fuerint. vel ambo: & tunc tantũ eſt impedimentũ ſanguinis, vel vnus tantũ: & tunc duo ſunt quæ impediunt: vt modo diximus.

b Enumerari. poſſunt autẽ enumerari quatuordecim modi, cum his quos in hoc titu. habemus. Primus eſt ratione ſeruitutis: vt. ſ. eo. ᵹ. j. reſpõ. & C. de inceſt. nu. l. cum ancillis. Secundus eſt ratione ætatis. vt mares minores quatuordecim an. fœminæ minores duodecim: vt j. eo. ij. reſpon. Tertius eſt ratione ſanguinis: quod in tria diuiditur, aſcendentes, deſcendentes: & collaterales: vt ſ. eo. §. ergo. & §. inter eas. & §. fratris. & §. eius. & §. duorum. Quartus ratiõe adoptionis. vt. ſ. eod. §. ergo. & §. inter eas. in fine. vtriuſque. Quintus ratione affinitatis præſentis præteritæ & futuræ: vt. ſ. eo. §. affinitatis. & §. ſocrum. & §. ſi vxor. Sextus ratione matrimonij. Nam ſi habet vnam, non debet habere alteram eodem tempore, alias eſt infamis: vt. ſ. eo. §. ſocrum. in fi. & §. affinitatis. in fi. C. ad leg. Iul. de adult. l. cum. Septimus per ſenatuſconſultũ, quod vetat fieri matrimonium inter tutorẽ & curatorem, & filios eorum ad quõdam pupillã, & adultam ſuam vel patris[1]: vt. C. de interdict. matr. inter tut. l. j. Octauus per legẽ Papiam & Iuliam, ſcilicet, inter ſenatores & eorum liberos & libertas, vel alias vilis conditionis fœminas: vt. ff. de ritu nupt. l. Papia. & C. de nupt. l. ſi libertam. quod capitulum hodie correctum eſt: vt in authent. vt liber. decæ. §. ſi quis autem. colla. vj. Nonus eſt, vt inter præſidem, & ſibi ſubiectam ratione iuriſdictionis: vt. C. de nupt. l. & ſi contra. & C. ſi quacunque præd. pot. l. j. Decimus eſt per conſtitutionem principis: vt cum ea quam quis de ſacro fonte leuauit: vt. C. de nup. l. ſi quis alumnam. in fine. Idem ſeruatur de ipſa commatre: licet noſtro iure cautum non reperiatur[2]. Vndecimus eſt ratione honeſtatis: vt. ſ. eo. §. ſi vxor. & ff. eo. l. ſi qua. Eſt & duodecimus ratione ordinis annexi: vt cum clericis in ſacris ordinibus conſtitutis: vt in authen. quomo. opor. epiſco. §. neque autem. coll. j. & in authen. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi quis. colla. ix[3]. Eſt & tertiuſdecimus: vt in monialibus, & conuerſis monachis: licet non ſint in ſacris ordinibus conſtituti: vt in authen. de monachis. §. antepe. coll. j. & in authent. de nup. §. diſtrahuntur. verſic. per occaſionem. col. iiij. Et decimuſquartus in muliere rapta, quæ proprio nubit raptori. quod prohibetur: vt in auth. de rapt. mul. quæ ra. nubunt. §. j. colla. ix.

ADDITIO. Iſti aũt modi poſſunt cõprehendi his ver. Æ tas, cõditio, numerus, monachatus & ordo: Optio, nobilitas, ſanguis, tutela, poteſtas, Fons ſacer, affinitas, raptus repugnat honeſtas: Irrita quæ faciunt cõnubia legibus, hæc ſunt. Angel.

Si aduerſus. Iſte. §. cũ. §. ſe. diuidit in ſex partes. Primo ponit dictũ ſuũ annullans. Secũdo infert. Tertio rationẽ aſſignat. Quarto infert alium effectũ quo ad notionẽ. Quinto infert alium effectũ quo ad exactionẽ dotis, & donationis propter nuptias. Sexto ad dit alias pœnas. Secunda pars ibi, Itaq. Tertia ibi, Nã nec. Quarta ibi, Vnde ſolent. Quinta ibi, Sequitur ergo. Sexta ibi. §. ſequen. ſcilicet ibi.

: Secus de iure canonico vt in ca. pen. ex tr. de ſecũ. nup. ſecũdum doct. huc.

: Iſte modus eſt ſuperfluus ſecũdum Iaſ. q̃ poſitus eſt ſupra, in quinto.

: Secus in conſtitutis in nõ ſacris vel minoribus ordinibus: q̃ ſi incedant in habitu & tonſura gaudẽt priuilegio. c. ſi quis ſua decre. xviij. quæſtio. iiij. in priuilegio ſori. vt. c. j. de cle. cõiug. li. vj.

In vul. oli æditione ſic ſcriptum erat, vel à græca voce σποράδην, quaſi vulgo concepti: vel Sp. id eſt quaſi ſine patre ſilij. Atq̃ ita legiſſe videt Theophilus græcus in ſtitutionũ paraphraſte.

Ratio nem huius etym. red dit Plutar. in Romanis quæſti. ita ſcribens: Quũ veteres in quit, Romani cum plura nomina vnis literis aut binis terminis vt ſignarẽt veluti P. Cn. Ser. et Sex. hoc eſt Publios, Cneos, Seruios & Sextos. quæ patrum ſorẽt prænomina. Spurium itidẽ binis literis ita notabant, ſp. quæ deſcriptio & orbatos parẽtibus indicabat: quoniã ſi quos ſine parẽtibus dicerent. Sp. tãtum ſcriptitabant. Quo factum eſt, vt ſpurios etiam vocarent eos qui incerto genere crederẽtur Hæc ille. Vide ſi libet Cr. lſ. de hone. diſci. xx. c. v. & Caſtellianum Cottam i dictione Spurij.

missi fuerint[a].

Vbi generaliter qualiter eſſe perſonas; inter quas non poteſt conſiſtere matrimonium. Angelus.

Sunt & aliæ perſonæ, quæ propter diuerſas rationes nuptias contrahere prohibentur: quas in libris Digeſtorum ſeu Pãdectarum ex veteri iure collectarum enumerari[b] permiſimus.

Vbi nuptiæ contra legum interdicta celebratæ fuerũt: ibi neq: nuptiarum, neq. viri, neq: vxoris, neq: dotis vllum ius erit vel appellatio. ad hæc contrahentes, pœnis his traditos, vbiſq. plures incurrant.

Si aduerſus ea, quę diximus[c], aliqui coiërint: nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque[d] hi, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriã poteſtatem[e] pertinet) quales ſunt hi, quos mater vulgò[f] concepit. Nã nec hi[g] patrem habere intelliguntur: cùm & his pater incertus ſit[h]. vnde ſolent ſpurij appellari παρὰ τὴν σποράν[i], et ἀπάτορες, quaſi ſine patre[k] filij. Sequit[l] ergo, vt diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donatiõis exactiõi[m]

Qui autem. CASVS. Domine, iã vidi ſatis de impedimentis nuptia. di catis mihi, qualiter puniuntur illi, qui contra præcepta legum iniuſtas nuptias contrahunt? Ad hoc reſpondet Iuſtinianus dicens, quod ſi aliquid aduerſus præcepta legum tradita ſuperius egerint: nec erit ibi vir, neque vxor, neq̃ matrimonium, neq̃ dos ibi intelligetur: nec filij ex illo coitu illicito poteſtati patris ſubijcient. Sed quantũ ad poteſtatẽ patris pertinet, tales erunt quales ſunt hi, quos mater vulgo cõcepit. Nã nec hi vulgo concepti patrem habere intelligunt: quoniã pater eorũ incertus eſt: vnde ſolẽt filij ſpurij appellari à Gręca voce ſic dicti: vel quaſi vulgo concepti. vel quaſi ſine patre filij. vnde diſſoluto tali illicito coitu, dos per actionẽ ex ſtipulatione repeti nõ poterit. Cum enim ibi nullum intelligatur matrimoniũ, neq̃ dos ibi eſſe poterit: & ſi dos ibi non ſit, ſequitur q̃ repetitioni dotis locus eſſe nõ poterit. Et non ſolũ iſtas pœnas patiuntur illi, qui prohibitas nuptias contrahunt, ſed innumeræ aliæ pœnæ, quæ in ſacris conſtitutionibus cõtinentur, eis infligũtur. & hoc dicit vſq̃ ad. §. aliquando. Fran.

c Diximus. vt. ſ. eod. per totum. & etiam adiecimus in proxi. §.

ADDITIO. vide Clemen. j. de conſan. & affin.

d Itaq. bene infertur: vt. ſ. ti. j. in princ.

e Ad patriam poteſtatem. propter hunc caſum poſuit de nuptijs poſt titulum de patria poteſtate.

f Vulgo. ſcilicet, qui patrem demonſtrare non poſſunt, vel illicitum[4]: vt. ff. de ſta. ho. l. vulgo.

g Nec hi. ſ. vulgo. concepti: vel dic, hi de quibus loquimur. ſ. illicite concepti.

h Incertus ſit. Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus & omnis: Cui pater eſt populus, non habet ille patrem. & ſecundũ hoc dic his. ſ. vulgo cõceptis. Vel dic hi s. ſ. inceſtuoſis: & tũc dic iuris fictione eſt incertus.

i A Græca voce ſporadem. Sporadem græce, dicitur latine vulgo, paſſim & ſparſim: & ita legi vult Alciatus, lib. pertermiſſorũ. j. in dictione ſpurius: nec pr[illegible]peram, vt video: cũ in vetuſtis meis exẽplaribus eius dictionis veſtigia inuenerim.

k Sine patre. iure ciuili inſpecto.

l Sequitur: bene infert, cũ enim ſine matrimonio eſſe nõ poteſt. ſ. dos: & vbi non eſt dos, actio dotis non eſt: vt. C. de do. ante nup. l. ſi. ibi, Sicut enim &c.

m Exactioni. ſcilicet per actionem ex ſtipulatu, quæ datur pro dote: vt. j. de actionib. §. fuerat. Sed nunquid per condictionem ſine cauſa vel ob cauſam quaſi ob cauſam datam fuerit, nec cauſa fuit ſecuta? Reſpondet Placenti. quod ſic, ſiue ignorans, ſiue ſciens dederit: vt. ff. de condiction. ſine cauſa. lege finali.

Hoc verũ niſi vterq; ſcilicet maſculus & fœmina vel alter tantũ ignorauerit: q̃a tunc filij ſunt legitimi. ca. ij. in ſi. qui filij ſint legi. & ſuccedunt parenti etiã ſcienti. ca. ex tenore. extra eod. tit. & ideo qui eos dicit ſpurios debet probare, ſecundum An. hic.

ſed Ioan. dat talem conditionem, ignoranter non ſcienter danti: vt. C. de condict. ob cau. da. l. j. & ff. de cond. cau. da. l. j. §. fi. & l. ij. nec immerito: cum turpiter danti nulla ſit repetitio: vt. ff. de condict. ob turp. cauſam. l. ſi ob turpem. & hæc omnia locũ habent, quando nõ fuit ſecutum matrimonium.

locus ſit. Qui autẽ prohibitas [a] nuptias contrahunt, & alias pœnas [b] patiuntur: quæ ſatis conſtitutionibus continent̃.

Naturales liberi, curiæ oblati legitimi fiunt: & patris poteſtatẽ ſubintrant. Item ex ea nati, cum qua iuſtas contrahere nuptias licebat, connubio ſubſecuto, dotalibusq; inſtrumentis confectis, atque legitimi cenſentur, atque qui ex matrimonio nati ſunt.

Aliquando autem euenit, vt liberi, qui ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parẽtum non ſunt [c], poſtea redigant̃ in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui dum naturalis [d] fuerat, poſtea curiæ [e] datus, poteſtati patris ſubijcitur. Nec non is [f], qui à muliere libera procreatus, cuius matrimonium minimè legibus interdictum [g] fuerat, ſed ad quam † pater conſuetudinem habuerat: poſtea ex noſtra cõſtitutione [h] dotalibus inſtrumentis [i] compoſitis in poteſtate patris efficitur. Quòd & alijs liberis, qui ex codẽ matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio [k] præbuit.

a Prohibitas. per aliquẽ de quatuordecim modis. licet Ir. has pœnas impoſuit tantum eis, qui inceſtas nuptias faciunt, vel nefarias: non qui alias inutiles: vt in authen. de inceſt. nup. §. j. collat. ij.

b Alias pœnas. vt eſt amiſsio honorum, & incurſus infamiæ: vt. C. de inceſt. nup. l. qui cõtra. & l. ſi quis inceſt. hodie vero & confiſcatio bonorum, & exilium, & ſinguli ſiue dignitatis depoſitio, et verberatio ſimul eis imponitur: vt in authẽ. de inceſt. nupt. §. ſancimus. col. ij.

Aliquando. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi. ſ. tit. proxi. præcedenti, quod illi ſunt in poteſtate parentũ, qui ex iuſtis nuptijs procreantur: nunquid ſunt aliqui, qui ſtatim vt nati ſunt in poteſtate parentum nõ ſtant? Et dicit Imperator, quod ſic. Cõtingit enim quod liceat aliqui in poteſtate patris beneficio natiuitatis ab initio non fuerunt, poſtea tñ legis authoritate poteſtati patris ſubijciantur, vt in tali caſu: pone quod aliquis habeat tantũ filium naturalẽ, ſi pater iſte filiũ naturalem ſeruitio principis vel præſidis prouinciæ det, vel curiæ alicuius ciuitatis offerat, per iſtã oblationẽ filius patris poteſtati ſubijcitur, & ius legitimi filij in bonis patris cum cæteris legitimis in omnibus conſequitur. Item pone, quod aliquis habeat licitam concubinã, ad quã conſuetudinem habeat: cuius matrimonio legibus non ſit interdictũ. & ex ipſa concubinatu prolẽ procreauerit: ſi poſtea maritali affectione ductus vir cõtrahat matrimoniũ, & dotalia conficiat inſtrumenta, ſecundũ noſtræ cõſtitutionis tenorẽ, non ſolũ filij poſt dotalia inſtrumenta procreati, ſed etiã ante matrimoniũ celebratum nati, tanquã legitimi patris poteſtati ſubijciunt̃, et iura legitimorũ in bonis patris beneficio noſtræ cõſtitutionis obtinebunt. h. d. vſq; ad fi. Franc.

c Parentum non ſunt. hoc mirabile per duo probat exempla.

d Naturalis ſcilicet tantum.

e Curiæ. cum enim vult aliquis naturalem filiũ tantum, qui in poteſtate patris non eſt (vt hic, & ſ. tit. j. in princip.) facere in poteſtate: detur in ſeruitium Imperatoris vel præſidis prouinciæ. Nam in poteſtate efficitur loco meriti patris, & efficitur legitimus loco meriti filij: vt in auth. qui. mod. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. col. vj. Accur.

f Necnon is. nunc ponitur aliud exemplum.

1 Quod Ang. intelligit verũ ſiſte nõ vere: quod no. pro ſtatutis: vt eſt text. in. l. iij. C. de natu. li. & quare ſuccedãt vide hic per eũ.

g Interdictum. nam aliam vxorem non habuit tempore concubinatus: alias contra: vt C. de con. l. j.

ADDITIO Et tunc quid ſi cum ea per diſpenſationem matrimonium contraxerit: vide Chriſtophor. & Iaſon. hic.

Poteſtas patria etiam adoptione conſtituitur, cuius duæ ſunt ſpecies: altera arrogatio dicitur altera adoptio: illa principis authoritate eos, qui ſunt ſui iuris arrogamus: hac verò in alterius poteſtate exiſtentes imperio magiſtratus adoptamus.

TITVLVS XI.

DE ADOPTIONIBVS †.

NOn ſolùm autem natura-

h Conſtitutione. vt. C. de natu. lib. l. cum quis.

i Inſtrumẽtis. ſed nũquid ſine inſtrumẽtis eſt matrimoniũ tale? Dicunt quidã quod nõ: vt Pla. & Azo. quando decorati maximis dignitatibus faciunt matrimoniũ: vt in authẽ. vt lic. ma. & aui. §. quia vero. legẽ dudum. coll. viij. melius aũt. ff. qui. mo. na. effi. legi. §. illud quoq;. verſ. hæc ergo caſta. colla. vj. Sed dic quod matrimonium nudo cõſenſu perficitur ſine ſcriptura: vt in authen. de nupt. §. nuptias. coll. iiij. & ff. de reg. iur. l. nuptias. Sed filij primogeniti non ſunt legitimi, ſi dotalia inſtrumẽta nõ ſunt facta [2]: vt hic, & facit ad hoc. C. de natu. lib. l. cum quis. & l. nuper. & l. fin. & in auth. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. j. co. j. ix. & i authen. de fi. ante do. inſtru. na. circa med. col. iij. & in authen. de ince. nup. §. fi. col. ij. & de triẽ. & ſemiſ. § fi.

k Conſtitutio. vt. C. de na. li. nuper. ſed ſi nõ fecerit eã ſibi vxorẽ: adhuc tñ huiuſmodi naturales ſunt alendi à patre. Item ſuccedunt ex teſtamẽto in totum, ſi pater vult legitimis nõ exiſtentibus, vel parentibus iam defunctis: alias liberi in vnam vnciã tantũ permittunt naturales ſuccedere. ſuperiores quando ipſi tantũ ſuperſunt nõ impediunt eos, niſi in ſua legitima, quæ ſuperioribus debet̃. ab inte. vero duas habẽt vncias paternæ ſubſtantiæ cũ mater eorum viriliter diuidẽdas. quando nõ ſunt aſcendentes nec deſcendentes. Alunt & ipſi patrem & hoc in licite natis: ſed nõ, ſi illicite nati ſunt: imo ab omni beneficio ſunt excluſi: vt in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. diſcreris. vſq; in fi. conſti. col. vj. [3]

† Alias quã & ſolam.

2 Dic quod hodie de iure cano. etiã in/ſternis imperij ſine dictis inſtrumentis tenet matrimoniũ & filij efficiuntur legitimi: vt habetur in. c. tãta qui filij ſint legit. ſecundũ Angel. & Ia. hic. Filij naturales tantũ, an ſuccedant.

3 Dic quod de iure cano. debentur eis alimenta. de hoc eſt tex. ſingu. in ca. cum haberet. extra de coqui cogno. conſan.

† Gellius lib. 5. cap. 19. docet adoptionẽ genus eſſe trãſitus ſeu cõmigrationis in alienam familiã. quo loco explicat vetereſ conſuetudinẽ eius itẽque adrogationis. vetuſtiſsimum autẽ eſſe adoptionis vſum ex eo conſtat, quod Moſes adoptatus ſit à filia Pharaonis, vt habetur Exo. c. ij.

DE ADOPTIONIBVS.

Quia ſupra dixit de nuptijs, ex quibus acquiruntur filij legitimi & naturales, dicit nunc de adoptionibus ex quibus acquiruntur filij legitimi tantùm. Vel ſic, Supra qualiter filij noſtri ſunt in noſtra poteſtate, dixit: nunc aũt qualiter alieni ſubijciuntur poteſtati noſtræ. Au. Ar

NOn ſolũ. Iſte tit. diuidit̃ in nouẽ partes principaliter. Primo ponit quod adoptiui ſunt in poteſtate adoptãtis. Secundo qualiter fiat adoptio & arrogatio. Tertio primũ dictũ limitat & declarat. Quarto de impubere, qui ſe arrogandum dedit. Quinto quod adoptans debet ſaltem adoptatũ præcedere xviij. an. Sexto, quando aliquis vt nepos vel pronepos adoptat̃. Septimo, in quibus adoptatus æquiparatur naturali. Octauo. in quibus cõueniunt, & in quibus

bus non adoptio & arrogatio. Nono, quod ſerui adoptati à dominis ſunt liberi. Secunda ibi, Adoptio. Tertia ibi, ſed hodie. Quarta ibi, Cum autem. Quinta ibi, Minorem. Sexta ibi, Licet autem. Septima ibi, In pluzimis. Octaua ibi, Illud. Nona ibi, Apud Catonem.

CASVS. Acceſsi ad dominum Iuſtinianum: & ita propoſui corã eo, Domine, vos vultis tractare de adoptionibus: pro Deo, quæ ratio mouit vos ad tractandum hic de adoptionibus? Ad hoc rñ. Iuſti. dicẽs, Amice. ſ. tractauimus de iſa, qui ſunt in pat. pot. & quia non ſolum naturales liberi & legitimi, de quibus ſ. diximus, ſunt in parentũ poteſtate, ſed & adoptiui: idcirco de adoptiuis hic tractare intẽdimus. Et hæc vſq; ad. §. adoptio autem.

les [a] liberi, ſecundum ea, quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verũetiã ij, quos adoptamus [b].

Authoritate principis arrogantur, qui ſui iuris ſunt; ſed magiſtratus imperio, qui ſunt ſub poteſtate alterius. Accurſius.

Adoptio [c] autem duobus modis fit: aut principali reſcripto [d], aut imperio magiſtratus [e]. Imperatoris authoritate adoptare quis poteſt eos, easve, qui, quæve ſui iuris ſunt: quæ ſpecies adoptionis dicitur adrogatio [f]. Imperio magiſtratus adoptamus eos, easve, qui, quæve in poteſtate parentum ſunt: ſiue primum gradum liberorum obtinent, qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem [g], qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

Filiusfamilias extraneo in adoptionem datus, iura patris naturalis minimè ſoluuntur, quamuis illi ab inteſtato ſuccedat. Vni autem ex aſcendentium, eius poteſtati ſubijcitur.

Annotatio, Duo vincula non fortiora eſſe.

[f] Sed hodie ex noſtra cõſtitutione [h], cùm filiusfamilias à patre naturali [i] extraneæ perſonę in adoptionem datur, iura patris naturalis minimè diſſoluuntur, nec quicquam ad patrẽ adoptiuũ trãſit: nec in poteſtate eius eſt: licet ab inteſtato iura ſucceſsionis ei à nobis tributa [k] ſint. Si verò pater naturalis [l] nõ extraneo,

a Naturales. ſub. & legitimi: quare diſtingue, quia filiorum alij ſunt naturales & legitimi, vt ex legitimo matrimonio nati: vt hic, & ſ. de pa. po. in prin. Alij naturales tantum, vt nati ex concubina: vt. ſ. titu. j. §. finali. Alij legitimi tantum: vt adoptiui, de quibus hic tit. loquitur. Alij nec naturales nec legitimi iuris præſumptione: vt inceſtuoſi vel alias illicite nati: vt in authẽ. quibus modis nat. effi. ſui. §. fina. col. vj. Alij ſunt, qui prius non fuerunt legitimi, ſed nunc ſunt. i. efficiuntur duobus modis: vt in authẽ. quibus modis nat. effi. ſui. §. j. & ſ. titu. j. in fine.

b Adoptamus. ſcilicet in poteſtate noſtra ſunt: & hoc iure veteri: vt hic, & ff. eo. l. j. ſed hodie diſtinguitur: vt. j. eo §. ſed hodie.

c Adoptio. Diuiditur iſte. §. in tres partes. Primo ponit in genere dictum bimembre. Secũdo exemplificat, & ponit exemplum primi membri. Tertio exemplum ſecũdi membri. Secũda ibi, Imperatoris, Tertia ibi, Imperio. CASVS. Dñe, iam video, quę ratio mouet vos ad tractandum de adoptio. dicatis ergo mihi, ſi placet, quot modis fiat adoptio? Rñ. Iuſti. ꝙ adoptio fit duobus modis, ſcilicet reſcripto principis, aut imperio alicuius magiſtratus. Sed domine, ponatis mihi exẽplum quando fit adoptio reſcripto principis, & in quo caſu fit imperio magiſtratus alicuius. Ad hoc reſp. Iuſti. ꝙ quando aliquis adoptat eum qui ſui iuris eſt, tunc neceſſe eſt fieri adoptionẽ authoritate ſiue reſcripto principis. & hæc ſpecies adoptionis, quando. ſ. ille qui ſui iuris eſt, alieni poteſtati ſubijcitur: eſt primo & ſpeciali nomine arrogatio. Imperio autem magiſtratus adoptantur illi qui ſunt in poteſtate parentũ, ſiue obtineãt primum gradum liberorũ, qualis eſt filius & filia, ſiue inferiorẽ gradũ obtineãt: vt nepos neptis, & deinceps pronepos & proneptis. Et hoc vſque ad. §. ſed hodie.

c Adoptio. eſt autem adoptio ſecundum Pla. & Io. legalis actio ad ſolatium eorum, qui liberos nõ habẽt: pene. i. fere naturam imitans. Sed certe & ab ijs, qui liberos habent, fit adoptio: vt. ff. eo l. nec ei §. præterea. & j. e. §. licet. quare ſic poteſt ſimpliciter definiri. Adoptio [2] eſt legitimus actus per quem fit quis filius qui non eſt pene naturam imitans. & hæc eſt veritas: vt. ff. eo. l. j. & j. eo. §. minorem.

d Reſcripto. hoc eſt vel ante ipſum principem, vel ante alium magiſtratum delegatione facta per reſcriptum à principe: vt. C. eo. l. ij. in fin. & l. arrogatione. [3] Sed quid ſi Imperator non eſt? Reſpõ. nõ poteſt fieri [4], licet imperium ſemper ſit: vt in authẽ. quomo. opor. epiſ. §. fina colla. j.

e Magiſtratus. ſ. cuiuſcunque ordinarij, etiam defenſoris ciuitatis: qui minimus eſt: vt in auth. de defen. ciui. §. nulli. collat. iij. Nec mirum, cũ ſit de voluntaria iuriſdictione: vt. ff. de offi. procon. & leg. l. ſecunda.

f Arrogatio. qa adoptator interrogatur, an velit eum quem adoptat ſibi iuſtum filiũ eſſe, & adoptatus an id fieri patiatur: vt ff. eo. l. ij. [5] Vnde verſus:

Arrogo quis ſuus eſt, ſed habet meus eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum, ſed patris permanet idẽ. Acc.

g Inferiorem. id eſt, ſequentem.

Sed hodie. Diuiditur in duas partes. Primo ponit quando pater dat filium in adoptionem extraneo. Secundo quando dat auo materno vel paterno. Secunda ibi, Si vero pater. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſupra, quod illi qui adoptantur, ſunt in poteſtate patris adoptiui. nunquid hoc indiſtincte eſt verum? Ad hoc reſpondet Imperator dicens, Amice, certe ſecundum iura antiqua omnes adoptiui indiſtincte tranſibant in poteſtatem patris adoptantis: hodie autem ſecundum iura noua ſecus. Nam hodie ſtatutum eſt in noſtra conſtitutione, cum filius naturalis à patre ſuo naturali alicui extraneæ perſonæ in adoptionem datur, ſi pater naturalis filium ſuum naturalem dederit in adoptionem auo ſui filij materno, vel etiam proauo materno: vel ſi ipſe pater naturalis à patre ſuo emancipatus fuerit, & filium auo vel proauo paterno in adoptionem dederit: in hoc caſu, quando iſte filius datur in adoptionem alicui de aſcendentibus in linea directa: quia in vnam perſonam concurrunt naturalia & adoptionis iura, manet ſtabile ius patris adoptiui: vtpote naturalis cognationis vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo annexum: & ideo in filiam & poteſtatem huiuſmodi matris adoptiui amodo efficietur. & & hæc vſque ad illum. §. Cum autem impubes. Franciſcus.

h Conſtitutione. vt. C. de adop. l. cum in adoptiuis.

i Naturali. & legitimo.

k Tributa. i. in prædicta conſtitutione. [6] & facit ad hunc. §. j. de hæred. quæ ab inteſt. defe. §. ſed ea omnia. ver. inuenimus. & j. de hære. lib. §. circa adoptiuos. & infra de inoffi. teſta. §. ij.

l Pater naturalis. & legitimus.

1 Tu dic ꝙ iſte tex. poſſet ſtare ſine ſubauditione ii referretur ad. §. fin. tit. pręceden. tamen aducre te quã ibi, non loquitur de naturalibus tãtum: qa ibi naturales tãtum nõ ſunt in poteſtate. vt ibi dicitur: ſed qñ ſunt legitimi nati. la.

2 Iſtã definitionẽ ſequitur Io. de Platea hic.

3 Et ſic eſt delegabilis: quia cõpetit iur. magiſtratui l. j. ff. de offic. cõſulis mã. eſt iur. nec plenã cauſæ cognitionẽ requirit. vt per Bart. in. l. nec quicquã. §. vbi decre. ff. de off. procõ. & lega. la.

4 Sed de iu. canoni. fieret authoritate apoſtolica: cũ mortuo Imperatore ſuccedat eccleſia in adminiſtratiõe: vt ca. licet. extra de fo. cõp. ſecũdũ Angel. & Iaſ. hic.

5 No. ar. qd' in matrimonio cõtrahendo ſpõſus debet prius interrogari quam ſponſa. de quo vide gl. in. l. ij. in princi. ff. eo.

6 Etiã cõcurrẽtibus legitimis & naturalibus quãuis inter ſe nil habeãt parentelæ: quod not. ſecũdũ Ange. & ideo nõ tranſit in poteſtatẽ, qa per emancipationẽ priuatur hęreditate veri uſq; ſecundum cõem opin. vt. l. cũ in adoptiuis. C. e. ſed cum hodie nemo emãcipatur inuitus §. generaliter. in auth. qui. mo. na. eff. ſui videtur iſte. §. eſſe correctus. de quo vide Iaſ. hic.

ſed auo filij ſui materno[a], vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus[b], etiã auo vel proauo ſimilimodo[c] paterno vel materno filium ſuũ dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt[d] in vnam perſonã, & naturalia, & adoptionis iura[e]: manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatũ, & legitimo adoptionis modo† conſtitutum: vt & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

Impuberis arrogatio, cauſa cognita celebratur: caueatq́; arrogator ſe bona arrogati (ſi intra pubertatem obierit) illis reſtituturũ, ad quos peruentura erant adoptione non facta.

Cũm autem[f] impubes per principale reſcriptum[g] adrogatur, cauſa cognita[h] adrogatio[i] fieri permittitur: & exquiritur cauſa adrogationis, an honeſta[k] ſit expediatq́; pupillo. Et cũ quibuſdã conditionibus adrogatio fit: id eſt, vt caueat[l] adrogator perſonę publicæ[m]†, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtituturum ſe bona illis, qui ſi adoptio facta nõ eſſet, ad ſucceſſionẽ eius venturi[n] eſſent.

Arrogatus non niſi cauſa cognita emancipatur: cui propria bona reſtitui debent, iubeturq́; arrogator quartam bonorum ſuorũ illi relinquere.

Item non aliter emancipare eum poteſt adrogator, niſi cauſa[o] cognita dignus emãcipatione fuerit: & tũc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedẽs

a Materno. in cuius poteſtate prius non erat: ſed modo efficitur, vt ſubijcitur: vt ſ. de pa. pot. in fin. Accur.

b Emancipatus alias cũ eſſet in poteſtate aui, quomodo adoptaret cum quẽ habet? Certe non poteſt plus eſſe quam filius vel nepos: vt hic, & ff. eo. l. ſi pater. §. ſi duos. & intellige emancipationis tẽpore filium nõ eſſe conceptũ, qui nunc datus in adoptionem, alias in poteſtate aui remãſiſſet: vt j. titu. j. §. fina.

c Simili modo. i. ſimilem facias diſtinctionem. nã materno proauo indiſtincte: paterno vero ſecundum quõo diſtinxit in auo, datur in adoptionẽ.

d Cõcurrũt. Sed ſi ego adoptẽ filiũ fratris mei: nũquid poteſtati meę ſubijcitur? Reſpon. ſecũdum Ioan. ꝙ non: & quod hic dicitur naturalia expone, id eſt, natiualia: qa ab eo auo cõtrahit natiuitatem & originem: quod non eſt in filio frĩs mei.

e Iura. vnde pręferendus eſt ei in quem vnũ ius tantum cõcurrit. & ſic duæ rationes vel plures p̃ualent vni: vt in authen. de conſang. & vter. fra. §. quia igitur. verſicu. vult autem. in gloſ. meliores. colla. vj. & C. de edi. diui Adria. tol. l. fi. niſi vna ſit melior duabus: vt colligitur. ff. de inof. teſt. l. nã & ſi. & ff. vnde lib. l. ſcripto.

f Cum autem. Diuiditur in quinque partes. Primo quod arrogatio fiat cauſa cognita. Secundo quod ſit iuſta cauſa. Tertio ponit caſum ſub quo fiat. Quarto quod non poteſt arrogator ipſum emãcipare ſine cauſa. Quinto quod quartam partem bonorum ſuorum eidem ſiue in vltima voluntate, ſiue inter viuos relinquat. Secunda ibi, Et exquiritur. Tertia ibi, Et cum. Quarta ibi, Item nõ aliter. Quinta ibi, Sed & ſi. Are.

CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ꝙ illi qui ſui iuris ſunt, authoritate principis arrogãtur. Pone igitur quod ſit aliquis impubes ſui iuris, qui habet opulentam hæreditatem: nunquid poterit quilibet indiſtincte authoritate principis ipſum arrogare, & in poteſtatẽ ſuam redigere? Ad hoc rñ. Imperator quod non. Cum enim aliquis impubes arrogatur, in hoc caſu arrogatio non indiſtincte. i. nõ inconſulte permittitur, ſed quæritur cauſa arrogationis, an ſit honeſta & an ipſi impuberi expediat. Item arrogatio fit cum quibuſdam conditionibus, videlicet vt pater arrogator cautionẽ cum fideiuſſionibus promittat: vt ſi ipſe pupillus arrogatus ante pubertatem deceſſerit: reſtituat omnia bona ſua integre illis, qui ſi adoptio non eſſet facta, ad eius ſucceſſionem fuiſſent venturi. Item non alias poterit iſte pater arrogator iſtum impuberẽ authoritate principis arrogatum emancipare, niſi prius cauſa cognita dignus inuentus fuerit emancipatione: & tunc neceſſe habet eidem omnia bona ſua reſtituere. Item ſi iſte pater arrogator iſtum filium impuberem in teſtamento ſuo exhæredauerit, vel inter ipſos viuos ipſum ſine cauſa emãcipauerit, iubetur quartam partem patrimonij ſui eidem arrogato relinquere, præter bona quæ ad patrem arrogatorem tranſtulit: & preterea bona quorum vſumfructũ poſt arrogationem patri arrogatori acquiſiuit. h. d. vſq; ad. §. minorem natu Franciſcus.

g Reſcriptum. vt quia ſui iuris eſt: vt ſ. eo. in principio.

h Cognita. quæ autem in cauſę cognitione vertũtur, per ordinẽ ſcripta ſunt. ff. e. l. ſi pater. §. in arrogationibus. & l. ſeq. vſq; ad. §. ſi. Et quædã etiam hic dicuntur in perſonã impuberis, quæ & ibi dicũtur. ADDITIO. De quibus vide Ange. hic, qui dicit ꝙ ſi fuerint quæſitæ vel per delegatum à principe: vt. l. ij. C. e. vel etiã per ordinariũ ipſius impuberis: quamuis non bene pronuntiauerit, actus tamẽ tenebit: vt no. glo. in. l. cũ hi. §. ſi p̃tor. ff. de trã. Ang. Are.

i Arrogatio. vt quia ſui iuris eſt: vt ſ. eo. in prin.

k An honeſta. i. nõ eo ꝓpoſito: vt eius res deuoret: vt. ff. e. l. nec ei. §. eorum.

l Vt caueat. id eſt, vt cautionem promittat, ſine fideiuſſore tamen. C. de verb. ſignifi. l. ſancimus.

m Perſonæ publicæ. hoc eſt tabellioni qui ſeruus publicus dicitur: vt. C. eo. l. ij. alias enim ſeruus purus tabellio eſſe non poteſt: vt. C. de tab. l. generali. lib. x. Sed certe ideo ſic dicitur. quia publice ſeruit.

n Venturi. vel iure ſucceſſionis ex teſtamẽto vel ab inteſtato. vel dic tit. vniuerſali, vel ſingulari, vt legatarius. omnibus enim conſulitur hac ratione pupillo decedẽte in pupillari ætate: alias ſi poſtea pupillaris ſubſtitutio euaneſcit vt hic, & ff. e. tit. non aliter. & l. his verbis. & j. de pup. ſubſt. §. j. Sed nõne ſine hac cautione facta admittũtur ſupradictæ perſonæ ex teſtamẽto? Rñ. non, cũ teſtamentum ſit ruptũ minima capi. di. ſ. arrogatione. ſ. quib. mod. teſt. infir. §. non tñ. Item nũquid legitimi ſine hac cautione admitterentur? Rñ. nõ: quia pôt arrogator omnia iure peculij occupare: vt. ff. de caſt. pec. l. ij. Hæc tñ cautio omiſſa, pro facta habetur. vt. ff. e. l. his verbis. in fi. vt alias. C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. j. Sed quare legitimi nõ ſtipulãtur, etiã vltra pupillarẽ ætatẽ: cũ & poſtea erant admittẽdi ad ſucceſſionem ſi adoptio facta non eſſet? Reſpon. illud eſt de fortuna, & aduentitium erat. vnde non fuit conſiderandum: vt. ff. qui & à qui. l. Iulianus. potuiſſent enim poſt pubertatẽ teſtm̃ feciſſe: vt ſ. qb. ex cau. §. cũ ergo.

o Niſi cauſa. veluti ſi ita hæres inſtituit iſte adoptatus, ſi emãcipatus fuerit: & tunc quartã perdit, quam tũc deberet habere de bonis arrogãtis: vt. j. proxi. rñ. & ff. ſi qd in frau. pat. l. fi. ſecũdum quoſdã. Vel dic ꝙ tũc nõ perdit quartã: vt. j. ꝓxi. rñ. probatur: ꝙ cũ iſto cõtinuatur: & quod in dicta. l. cõtinetur, intelligitur qñ erat iuſta cã cõtra filiũ: vt qa ꝓuocabat p̃rem ad irã: et ſtm̃, vt etiã exhęredari potuerit: et bñficiũ collatũ vel cõferẽdum

† Alias cõtractum.

† Perſonã publicã hoc loco interpretatur Theophilus tabellionẽ. Notarius nõ poteſt eſſe ſeruus. Satiſdatio arrogatoris quibus prodeſt.

Et ideo ex alijs ſubſtitutionibus: qa nõ filij ſed patris teſtamentũ cenſet: ꝙ non rũpitur ꝑ arrogationẽ filij: peteretur ab arrogatore tanquã debitũ arrogati. ſecundũ docto. hic.

Secus tamẽ ſi premoreretur arrogator ex quo euã tabulæ pupillares cõualeſcerent: vt hic per Ange.

Iſta eſt vera ſecundum Io. de plat. & eã tenet gl. & Salic. in. l. ij. C. eo.

† Et hæc eſt vera ſecũdũ doct. hic: qui dicunt hanc quartã debere dari in vltima voluntate ꝓpter verbum relinquere hic poſitũ: ſecus in alijs bonis propter verbũ tũc. Iaſon.

dum reuocari: vt. C. de reuo. do. l. ſi. & in auth. vt li. de cætero. §. illud. ver. qui etiam. col. vj. & ſecundum hoc intellige pro reſpon. quod ſequitur.

a Exhæredauerit. vel præterierit: vt. ff. eo. l. ſi arrogator. Accur.

b Iubetur. nota, non cauet ſicſe relicturum: tunc enim non valeret: vt. C. de inuti. ſtipu. l. ex eo. &. C. de inoffic. teſt. l. ſi quando. §. cui iubet per legem vt ſic faciat.

c Quartam partem. Quid ergo ſi alios filios ſex vel plures habeat: nunquid hic plus, quã alij habet? Reſpon. ſic, ſecundum Bul. quaſi debeat imputari ei quare arrogauerit. Vel dic (vt puto) quartam ſuæ partis per cõditionem ex. l. diui Pij: vt hic, &. ff. eo. l. ſi arrogator. &. ff. de inoff. teſta. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. & hoc ad inſtar naturalium & legitimorum: vt. ff. de inoffic. teſt. l. Papinia. §. quoniam. &. C. de inoffic. teſta. l. cum quęritur. & leg. parentibus. Abſurdũ eſt enim hunc legitimũ plus iuris habere. quàm naturalem & legitimum: vt. ſ. eo. §. ſed hodie. in ſi. Accur.

pater cum exhæredauerit [a], vel viuus ſine iuſta cauſa emancipauerit: iubetur [b] quartam [c] partem bonorum ſuorum ei relinquere: videlicet prę ter bona, quæ ad patrem adoptiuum tranſtulit, & quorum commodum [d] ei poſtea adquiſiuit.

Quod natura fieri non poteſt, nec arte poterit: ars enim naturæ eſt imitatrix.

Minorem natu [e] maiorem non poſſe adoptare placet. Adoptio enim naturam imitatur [f]: & pro mõſtro eſt [g], vt maior [h] ſit filius, quàm pater. Debet itaque is, qui ſibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id eſt, octodecim annis [i] præcedere.

Carens filio poteſt alium adoptare in locum nepotis, vel pronepotis. h. d. Aret.

ADDITIO. Et hanc approbant cõmuniter docto. & an ſit hodie aucta hæc quarta per authẽt. nouiſsima. C. de inoff. teſt. vide glo. in. §. hoc obſeruandum. in au de trien. & ſemiſſ.

d Commodum. Repete, & præter ea bona. ſ. aduenticia. quorum cõmodum filius arrogatus poſt arrogationem acquiſiuit patri. ſ. vſumfructum. nam & hęc acquiſita reſtituit: non dico vſumfructum ipſum, quẽ debet lucrari pater: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. ſi quis itaque. ad inſtar mariti in rebus dotalibus: vt ff. fami. erci. l. ſi filia. §. j. & ſic hoc verbum præter, non excludit: vt hic, &. ff. de pig. act. l. j in ſi. &. ff. de procu. l. ſed & hæ. §. pen. & facit. ff. de vulg. ſubſt. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.

Minorem natu. CASVS. Domine ego ſum quidam iuuenis, & habeo amplum & magnũ patrimoniũ meum: & habeo quendã vicinum valde diſcretum & prouidum virum iam bene ſexagenarium: cuius conſilium in multis extitit mihi fructuoſum, poſſum ne ipſum arrogare vel adoptare in filiũ? nunquid licet mihi hoc facere? Rñ. Imp. ꝙ non: quia certe minor natu maiorem adoptare vel arrogare nõ poterit: & hoc tali ratione: quia adoptio imitatur naturã: ſed cõtra naturã, & pro monſtro eſſet, quod filius maior eſſet tẽpore patre. vnde dico tibi, ꝙ ille qui per arrogationẽ ſibi filiũ facere vult: debet plena pubertate, id eſt, xviij. an. filiũ arrogatum vel adoptatũ excedere. Item nõ ſolũ poteſt quis adoptare vel arrogare aliquẽ in filium. ſed etiã in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis poteſt quis adoptare: quãuis etiam filium non habeat. & tam filium alienum poteſt quis adoptare in locũ nepotis, quã etiam alienũ nepotem in locũ filij, ſed ſi aliquis in locum nepotis aliquem adoptet quaſi ex filio adoptiuo, aut ex filio naturali, quẽ habet in poteſtate: in eo caſu filius patri adoptanti debet conſentire, ne ipſe nepos ipſo inuito adoptatus, ſuus hæres agnaſcatur. Si enim filius adoptioni à patre factæ cõſentiat: tunc mortuo auo iſte nepos adoptatus in poteſtate patris, ſuus hęres efficietur. ſed licet in hoc caſu, conſenſus filij requiratur, ſecus tamen eſt in caſu econuerſo. Nam ſi auus nepotem ex filio natum alij in adopotionẽ dederit, non eſt neceſſe conſenſum filij interuenire. h. d. vſq; ad. §. in plurimis. Franc.

Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quãuis filium quis non habeat [k].

Poteſt quis filium alienum in nepotem ſuum, & nepotem alienũ in filium ſuum adoptare.

Et tam filium alienũ quis in locũ nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij [l].

Quando quis adoptat aliquem, vt nepotem ex filio ſuo legitimo & naturali, vel legitimo tantum, debet interuenire conſenſus filij: ſed non econtra, quando auus dat in adoptionem nepotem ſuum ex filio. Aret.

Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex eo filio, quem habet iam adoptatũ, vel quaſi ex illo, quẽ naturalẽ in ſua poteſtate habet, eo caſu & filius cõſentire debet [m]: ne ei inuito ſuus hæres

e Natu. id eſt, natiuitate. ſic. ff. de minor. l. j. §. j.

f Imitatur. plerunque. quandoq; tamen non: vt. j. e. §. ſed & illud. &. §. in plurimis.

g Pro mõſtro eſt. i. non ſecundum naturam, ſed cõtra naturam: vt & alias. ff. de ſtatu homi. l. non ſunt liberi.

h Maior. ſ. tempore, non perſona.

i Octodecim annis* .i. tot annos debet habere plus adoptans, quã adoptatus, qui faciunt vnã plenam pubertatẽ tanti tẽporis. Sed nũquid qui plures adoptat, debet pluribus vicibus præcedere in tanto tẽpore? Rñ. nõ, vt puto: cum ſecundũ naturã etiam in vno anno ex diuerſis fœminis, vel etiã vna poſsit habere filios plures, & in hoc adoptio imitat naturã, vt hic. Et no. pluribus modis dici plenã pubertatẽ. nã interdũ quatuordecim anno. vt. j. quib. mo. tut. fini. §. j. &. ſ. ti. j. j. rñ. alias xv. ann. vt in auth. de temp. nõ ſo. pec. ſuper dote. §. generaliter. col. vij alias xvij. an. vt. ſ. qui manu. nõ poſ. §. ſi. &. ff. de poſtul. l. j. §. pueritia. interdum xviij. ann[l]: vt. ff. de ali. & cib. leg. l. Mela. Accur.

k Non habeat. vel licet vxorem non habeat: quo caſu tamen eſt contra naturam: vt. ff. eod. l. & qui vxores. Accurſius.

l In locum filij. Item nepotem ex vno quaſi ex altero natũ: vt. ff. eo. l. ſi pater. §. qui duos. non autem loco fratris: vt. C. de hære. inſti. l. nec apud.

m Cõſentire debet. quod nõ eſt in alijs cognatis, qui poſſent ſperare ſucceſsionẽ: vt. ff. e. l. cũ adoptio. Et ſi quidẽ filius cõſentiat, bene eſt: & recidet nepos adoptiuus in poteſtatẽ ſuam. ſ. filij, mortuo patre: vt. ff. eo. l. ſi quis nepotem. Si autẽ non cõſentiat filius, tũc agnaſcitur, id eſt, appropinquatur, ſeu agnatus fit ei. i. auo hic nepos. & ſuus efficitur hæres, etiam filio inuito: nec recidit in poteſtatem eius: ſiue dicas eum ſuccedere vt filium, licet non ſit filius, ſiue vt nepotem, quaſi ex

* Aetates ſunt ſeptẽ: infãtia durat ad. 7. annũ. pupillaris ætas ad. 14. ĩ mar. pueritia ſeu pubertas ad. 18 adoleſcẽtia ſeu plena pubertas ad 25. iuuentus ſeu virilis ætas ad. 50. & quãdoque ad. 60. ſenectus ad 80. decrepitus ad 100. annũ. Aegi. per.

l Sed hæc gl. aut male aut improbe loquitur, ſecundum Chri. quia nullum tẽpus plenã pubertatẽ conſtituit niſi xviij. annorum. Ang.

adnaſcatur. Sed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionẽ: non eſt neceſſe filium cõſentire[a].

Adoptiuus pater adoptatum filium in poteſtate ſua conſtitutum, vel arrogatum, alteri in adoptionem dare poteſt, haud ſecus quam naturalis pater poſſit.

In plurimis[b] autem cauſis aſsimilatur is, qui adoptatus vel adrogatus eſt ei, qui ex legitimo matrimonio natus eſt. & ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud prætorem, vel præſidem prouinciæ non extraneum[c] adoptauerit: poteſt eundem in adoptionem alij dare.

Qui ſecundum naturam liberos generare nequeunt, nec ſecundum artem ſibi parare queunt.

Sed & illud vtriuſq;[d] adoptionis cõmune eſt: quòd & hi, qui generare nõ poſſunt[e]: quales ſunt ſpadones[f], adoptare poſſunt: caſtrati autem non poſſunt.

Fœminæ non poteſt adoptare, niſi eidem propter amiſſos liberos ex principis indulgẽtia cõcedatur.

Annota, Fœminas filios in poteſtate non habere: quò fit, vt viribus poteſtatis patriæ minimè fruantur.

Fœminæ quoque adoptare nõ poſſunt[g]: quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent[h]: ſed ex indulgentia[i] principis ad ſolatium liberorum amiſſorum[k] adoptare poſſunt.

Adrogatus non ſolũ in adrogãtis conuolat poteſtatem: ſed etiam liberi, quos in poteſtate habet.

Illud propriũ eſt adoptionis illius, quæ per ſa-

altero filio præmortuo natum: quo caſu æqualiter cũ patruo admittatur: vt. j. de hære. quæ ab inteſta. §. cum autem. Alij dicunt hoc totum, ei inuito, id eſt, filio inuito: & agnaſcatur. i. iuxta eum quaſi naſcatur quo ad ſucceſsionẽ, quod ſatis in idem redit. Alij hoc totũ, ei inuito, id eſt, auo inuito: qui voluntate filij propoſuerat adoptare: nunc autem contra propoſitum ſuũ facit: & hic dicitur inuitus ratione propoſiti primi. Et ſecundũ iſtos, hic nepos inuito auo & filio adoptatus non ſuccedit vna cum filio: ſed demum eo mortuo. prima verior eſt. Sed quare hic filius impediret matrimoniũ ſui filij, etiam auo volente, & non impedit hunc ciuilem actũ: vt. ff. de rit. nupt. l. oratione. §. j? Rñd. quia matrimonium eſt vinculum magis indiuiduum: vt. ſ. de pat. po. §. reſpõ. ADDITIO. Et ſic iſta gloſſ. intelligit hunc text. tripliciter ibi, ei inuito. Primo diuiſim, vt exponatur ei: ſcilicet auo, inuito, ſcilicet filio. Secundo & tertio coniunctim, vt illa verba in totum referãtur, vel ad filium, vel ad auum: contra quæ facit. d. l. ſi quis nepotem. Iaſon.

a Conſentire. ſed videtur quod ſic. nam lęditur filius in duobus, & in hæreditate ſiue in bonis, quæ ad filiũ ſuum proponebat ex voto tranſmittere: vt. ff. vnde libe. l. ſcripto hærede. quod non facit: vt. j. de hære. quæ ab inteſt. deſer. §. at hi. & quia in poteſtatẽ illius trãſit, quare in patris ſui naturalis poteſtatem non recidit iure iſto veteri: vt. ſ. e. §. tñ. Ad primum reſpondeo: quia alio modo poteſt euitare, inſtituendo eum. Ad ſecundum dico, quod non poteſt æſtimari patria poteſtas: vt. ff. de lega. j. l. filiusfamilias. §. ſecundum vulgarẽ [1]. Sed hodie vterque timor ceſſat. nam & ſuccedet, & in ſuam poteſtatem recidet: vt. C. de adoption. l. cum in adoptiuis. §. ſcimus. & ſ. eod. §. ſed hodie.

In plurimis. CASVS. Dicit Iuſtinianus, quod in plurimis ille qui adoptatus vel arrogatus eſt, aſsimilatur ei, qui ex legitimo matrimonio procreatus eſt: vnde ſi quis eum qui ſui iuris eſt authoritate principis arrogauerit: vel eum qui in parentis poteſtate eſt, non extraneum apud prætorem vel præſidem adoptauerit: poterit eundem, ac ſi eſſet filius ſuus naturalis & legitimus, alij in adoptionem dare. Et non ſolum prædicta in vtraqua ſpecie adoptionis communia ſunt, ſed etiam illud vtriuſque ſpeciei adoptionis commune eſt, quod illi qui generare non poſſunt, nihilominus adoptare poſſunt: quales ſunt ſpadones. Ab hoc tamen generaliter excipiuntur caſtrati, quibus natura beneficium generãdi denegauit. Caſtrati enim adotare non poſſunt. Et idem eſt in fœminis. Fœminæ enim neque adoptare, neque arrogare poſſunt: & hoc ea ratione: quia nec naturales liberos habent in poteſtate: verumtamen ex indulgẽtia principis ad ſolatium liberorum pro Republi. amiſſorum eis adoptare permittitur. h. d. vſq; ad. §. illud proprium. Franc.

b In plurimis. quandoque enim eſt contra: vt. j. de hęredi. quæ ab inteſta. §. minus. ſecundum Azo. Item in eo quod adoptiuus pater non tenetur eum inſtituere: vt. j. de hæred. quæ ab inteſta. §. ſed ea omnia. ver. cum nec neceſsitas.

c Extraneum. vt ſic tranſeat in ſuam poteſtatem: vt. ſ. eodem. §. ſed hodie.

d Vtriuſq;. quarum vna hodie vocat arrogatio, alia adoptio: vt. j. eo. §. Imperatoris.

e Non poſſunt. qui omnes eunuchi vocãtur: ſed ab hoc genere detrahit caſtratos, qui generare non poſſunt, id eſt, caſte ſic natos, vt nunquam potuerint generare.

f Spadones. quibus teſticuli vel genitalia abſciſſa ſunt cultello vel ſpatha, et eſt ratio: quia fortius eſt impedimentum naturæ, quam accidentis: vt hic, &. ff. de lib. et poſthu. l. ſed eſt quæſitum. §. j. & ij. Et nota, quod vulgariter promiſcue appellantur. Accur.

g Non poſſunt. ſed ipſæ arrogari poſſunt: vt. ff. eo. l. nam fœminæ. Accur.

h Habent. Nota fœminas non habere filios in poteſtate, & facit ad hoc. ff. de ſuis & legi. l. nulla. &. j. de hęre. qual. & diffe. §. cæteri. &. ff. de contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta. Accur.

i Sed ex indulgentia. de nouo iure concedenda [2]: vt C. eo. l. mulierem.

k Amiſſorum. in acie principis: vt hic innuit. &. j. de excu. tut. §. ſed & ſi in bello. ff. de inoff. teſta. l. ſi ſuſpecta. §. fi. Sed nunquid & tunc habebit in poteſtate? Videtur quod ſic, cum beneficia principum ſint extendẽda: vt in authen. conſti. quæ de digni. §. penul. colla. vj. & ff. de conſtit. princ. l. fina. Sed tamen contra dico ad inſtar, ſcilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: vt. ſ. eod. in. §. minorem [3]. & facit ad hoc. C. eo. l. mulierem. Accur.

Illud proprium. CASVS. Domine, iam vidi in quibus ſpecies adoptionis & arrogationis conueniũt, & in quibus differunt. Nunquid eſt adhuc alia differentia inter eas? Reſpondet Imperator, quod ſic. Nam illud eſt proprium & ſpeciale adoptionis illius quæ per ſacrum oraculum, id eſt, per principem & reſcriptum principis fit: vt ſi ille, qui ſe in arrogationem dederit, liberos in poteſtate ſua habuerit: non ſolum ipſe in poteſtatem patris arrogatoris tranſeat, ſed etiam omnes liberi eius, quos in poteſtate habet, poteſtati arrogatoris tanquam nepotes vna cum eo ſubijciantur: & hoc factum fuit in perſona diui Auguſti, quendam Germanicum in filium arrogare volentis: & iſte Germanicus nolebat conſentire: vnde non potuit procedere arrogatio

Patria poteſtas eſt ineſtimabilis.

1 Sed facit contra gl. ſecundum Iac. quia ſi de ineſtimabili agitur præiudicio: videtur neceſſarius eius cõſenſus.

Spadones qui dicantur, quid que intereſt iter ſpadones caſtratos thlibias, & eunuchos, nemo meo iudicio melius explicat, quam Anto. Augu. li. emẽdatio. iij. ca. v. vide etiam quæ de hac reſcrib. Alc. in. l. Spadonum. ff. de verb. & rer. ſignifica.

2 Scilicet à pricipe: non autẽ à comite palatino, ſecundũ Ange. qui idẽ quod hic, dicit etiã in baſtardo per eã legitimãdo.

3 Et ad cõtrarium reſpondent hic do. q& imo debẽt moderari ſecundum ius cõmune. l. ex facto. in pri. ff. de vulg. & pu. ſub.

gatio ſua, ſed diuus Auguſtus cuidam nomine Tyberio iniunxit, vt ille Germanicum arrogaret: quo facto princeps arrogauit Tyberium, & ille habuit Tyberiũ in filium, & per conſequens Germanicum filium adoptiuum Tyberij habuit in nepotem. Et hæc dicuntur vſque ad. §. Apud Ca. Fran.

crum oraculũ[a] fit, quòd is, qui liberos in[b] poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtati adrogatoris ſubijcitur: ſed etiam liberi[b] eius in eiuſdem fiunt † poteſtate tã quã nepotes. Sic etenim diuus Auguſtus[c] nõ antea Tyberium adoptauit †, quàm is[d] Germanicũ adoptaſſet: vt protinus[e] adoptione facta[f] inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem naniſcuntur.

Apud Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos † ſi à domino adoptati[g] ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari †. Vnde & nos eruditi, in noſtra conſtitutione[h] etiam eum ſeruum, quem dominus actis[i] interuenientibus filiũ ſuum nominauerat, liberum eſſe conſtituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum non ſufficiat.

a Dic qđ oraculum eſt qđ ad orationẽ alicuius vel preces conceſſum eſt: vel eſt diuina volũtas ore hominis expreſſa. per gl. in l. digna vox. C. de legi. Aeg. Per.

† Alias, veniunt.

† Huius adoptionis meminit Sueto. in vita Tyberij Cęſaris.

† Et ſic ex nominatione alicuius acquiritur: vt hic, & in c. per tuas cum gl. ſuper verbo appellauit poſt me. ibi, item eſt hic arg. extra qui filij ſint legi.

† Hic tex. eſt ſing. ſecũdum Ia. co. de Rauẽ. ad hoc quod probans ſe filium alicuius videtur probare ſe legitimum. Ac. gi. per.

a Oraculum. i. id eſt, per principẽ, vt de eo, qui ſui iuris eſt: & ideo tranſit etiam hodie in poteſtatem arrogatoris: vt. ſ. codem. in princip. ideo ſic dictum: quia oramus, ſiue deprecamur eum, vt in talibus præſtet hoſtibus authoritatem. Accur.

b Liberi omnes nati & naſcituri, & etiam reuerſuri ab hoſtibus: vt. ff. eo. l. ſi paterfamilias. in princi. fallit hoc ff. de oper. liber. l. operæ.

c Diuus Auguſtus. Hic Imper. volebat adoptare quẽdam nomine Germanicũ, & hic Germanicus noluit cõſentire: vnde nõ poterat ꝓcedere adoptio: vt. j. tit. j. §. ſi pater. & ff. eo. l. ij. in princ. vnde Auguſtus callide ſuaſit cuidam nomine Tyberio, vt illum Germanicum adoptaret, quod fecit: & hunc Tyberium poſtea arrogauit princeps: quare & per conſequens habuit Germanum loco nepotis.

d Is. Tyberius.

e Protinus. i. ſtatim.

f Adoptione facta. à principe.

Apud Catonem. CASVS. Domine, iam video quid iuris, quando aliquis adoptat liberum hominem: dicatis mihi ſi placet, quid iuris eſt, ſi aliquis dominus adoptauit ſeruum ſuum? Reſpond. Iuſtinia. Imper. dicens, Amice: antiqui referunt in hoc caſu ſe meminiſſe bene ſcriptum apud Catonem, vt ſi ſerui fuerint adoptati, ex hoc poſſe eos conſequi libertatem. Vnde nos authoritate Catonis eruditi, illo ſeruos, quos dominus actis interuenientibus in filios adoptauerit: in conſtitutione noſtra liberos eſſe conſtituimus, licet hoc eis ad ius filij conſequendũ non poſsit ſufficere: & hæc ſunt, quæ dicuntur vſq; ad ſ. tit. Fran. de Are.

g Adoptati. ſ. à domino. ab extraneo autem non poteſt etiam libertus: vt. ff. eo. l. ſi pater. in ſi.

h Conſtitutione. vt. C. de lat. lib. tol. l. vnica. §. ſimili quoque modo.

i Actis. i. coram iudice: dicendo hæc verba, veni huc fili[i], ſecundum Azo. vel vt puto, corã iudice agebatur vt filius fieret adoptiuus, & inde facta fuit ſcriptura, nõ tamen res peruenit ad perfectionem: vt differat à proximo caſu ſuperiori. Aliud ſi extra iudicium talia fierent, vel agerentur: vt. C. de liber. cauſ. l. penulti. & ſic collige ex hoc & ſuperiori reſp. quod ſi id quod ago, non valet vt ago: valet tamen, vt valere poteſt: ſic C. de latin. liberi. tol. l. vnica. §. ſimili quoque modo.

i Idem ſi huiuſmodi verba blanda & adulatoria proferantur in teſtamẽtis: quia Arg. contra. ff. de iur. codic. l. j. & ff. de pact. l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio.

ADDITIO. Reſpondent doctores, ꝙ ibi conſtabat teſtan tem nolle codicillari.

QVIBVS MODIS IVS PAT. &c. *Supra viſum eſt quomodo dominica poteſtas conſtituatur, & cõſtituta tollatur, ſubſequenter viſum eſt qualiter patria poteſtas conſtituatur. Sequitur de iure videre, quibus modis diſſoluatur, ſecundum Porcum.*

diſponũt. l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicõ. libert. enũtiatiua autẽ an debeant verificari puta ſi dicatur, Sẽproniũ filium vel fratrẽ hæredem inſtituo. vide hic per Ang.

TITVLVS XII.

QVIBVS MODIS IVS PATRIÆ POTESTATIS ſoluitur.

Mortuo patre, mox ſui iuris filius efficitur: mortuo verò auo, ita demum nepos ſui iuris euadit, ſi non ſuperſit ei pater, in cuius recidat poteſtatem.

Videamus nũc quibus modis hi, qui alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberentur.

Videamus. Totus iſte titulus diuiditur in ſex partes. Primo qualiter diſſoluitur patria poteſtas morte naturali. Secundo qualiter morte ciuili ex delicto proueniẽte. Tertio qualiter propter dignitatem à filio acquiſitam. Quarto qualiter propter captiuitatem patris vel filij. Quinto qualiter emancipatione. Sexto qualiter per dationem in adoptionẽ auo paterno, vel materno. Secũda ibi, Cum autẽ. Tertia ibi, Filius. Quarta ibi, Si ab hoſtibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & ſi pater. Itẽ hoc principiũ ſubdiuidit in quatuor: quia primo ponit de quo eſt tractaturus. Secundo qualiter: alias. ſ. dixit de ſeruis. Tertio qualiter filij liberentur à patria poteſtate, generaliter tñ. Quarto dictam reſponſionẽ diuidit. Secũda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Hi vero. Quarta ibi, Sed hoc.

CASVS. In princ. iſtius tit. dicit Iuſti. continuãdo proceſſum ſuum. Videamus nunc de illis, qui alie. iur. ſubſint. qualiter à nexibus illius iuris liberentur. Sed tamẽ de liberatione ſeruorũ qualiter à do. po. lib. nihil in hoc ti. dicetur, Qualiter enim ſerui de poteſtate dominorũ eximanť: per ea quæ in ti. de liberti. & de manumiſ. ſer. diximus exponiť. Sed quid dñe Imp. video ꝙ vultis tractare in ti. iſto qualiter liberanť liberi à poteſtate parẽ. Dicatis ergo mihi ſi placet aliquẽ modum tollendi pat. pot. Ad hoc rñ. Imp. dicens, Amice, liberi in pot. pat. exiſtẽtes per mortem naturalẽ parentis, ſui iuris fiunt. hoc tñ nõ eſt ſine diſtinctionis remedio accipiendũ. Nam mortuo patref. liberi in primo gradu exiſtentes, vtpote filius vel filia generaliter ſui iuris efficiunť, ſed per mortem aui nepotes, qui in eius poteſtate fuerũt, nõ omnino ſui iuris fiunt: ſed ita demum, ſi poſt mortem aui in patris ſui naturalis poteſtatẽ non ſunt recaſuri. vñ ſi tẽpore mortis ipſius aui pater ipſorum nepotũ vixerit, & in patris ſui naturalis poteſtate ſit: nec ante mortẽ eius de poteſtate ſua exiuit: in hoc caſu nepotes ex eo poſt mortẽ aui in poteſtatẽ eius recidunt: nec per mortem aui ſui iuris efficiuntur. ſed ſi moriente auo pater nepotũ, aut mortuus fuerit, aut ꝑ emãcipationẽ de patris ſui ptãte liberatus: tũc ni potes

ex eo

ex eo, qui in poteſtatem patris iam mortui vel emancipati recidere nõ poſſunt, per mortem aui ſui iuris fiũt. h. d. vſq; ad. §. cum autem. Fran.

a. Et quidem. q. d. quid ſit circa ſeruos de abſolutione poteſtatis eorũ, diximus. ſ. de lib. §. j. & §. multis.

b A poteſtate. ſubaudi dominica.

c Parentis. ſtricte accipe pro his tantum, qui ſunt ſuperiores ex linea maſculina. Nam fœminæ non habent in poteſtate filios: vt ſ. ti. j. §. fœminæ. generalius accipitur ſ. tit. ij. §. j.

d Eo. ſ. parente.

e Hoc. ſ. quod dixi morte ſuperioris inferiores effici ſui iuris.

f Patre. ſ. familias. ſubaudi ſupra quem nullus eſt ratione poteſtatis.

g Non omnimodo. i. generaliter.

h Sed ita. ſ. fiunt ſui iuris.

i Eorũ. ſ. nepotũ.

k In poteſtate. et non exiuit, nam ſi exiuit, & poſtea redijt: quia eſt arrogatus: non recideret filius in poteſtatem eius: vt. ff. de adopt. l. ſi pater filium & eſt ratio: vt ibi not.

Et quidem[a] quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate[b] dominorũ, ex his intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittẽdis ſuperius expoſuimus. Hi verò qui in poteſtate parentis[c] ſunt: mortuo eo[d], ſui iuris fiunt. Sed hoc[e] diſtinctionem recipit. Nã mortuo patre[f], ſanè omnimodo filij filiæve ſui iuris efficiuntur. Mortuo verò auo, non omnimodo[g] nepotes, neptesque ſui iuris fiunt: ſed ita[h], ſi poſt mortem aui in poteſtatem patris ſui recaſuri non ſunt. Itaque, ſi moriente auo pater eorum[i] viuit, & in poteſtate patris ſui eſt: tunc poſt obitum aui in poteſtate[k] patris ſui fiunt. Si verò is[l], quo tempore auus moritur, aut iã mortuus eſt[m], aut per emancipationem exĳt de poteſtate patris: tunc ĳ, qui in poteſtatem eius cadere nõ poſſunt, ſui iuris[n] fiunt.

Deportatio patris aut filij, patriæ poteſtatis vinculum ſoluit, reſtitutio verò principis, id in priſtinum ſtatum reponit.

Cum autem is, qui ob aliquod maleficiũ in inſulam deportatur[o], ciuitatem amittit: ſequitur, vt qui eo modo[p] ex numero ciuium Romanorũ tollitur, perinde quaſi eo mortuo[q], deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari[r] ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. Sed ſi ex indulgentia † prin-

ADDITIO. Scilicet, quod ius ſemel quæſitũ, nepoti nõ debet tolli per arrogationẽ: per regulã iuris, ius noſtrũ. Alia enim ratio ibi poſita reprobatur. quod facit vt poſt impetrationem vacaturæ nubens nõ obtineat: etiam ſi vxor moriatur. Ange *.

* Facit cõtra graduatum nominatum qđ vxore poſtea ducta & eademq; mortua prioribus nominationibus vti nequeat. Aegi. per.

l Is. ſ. filius prædictus.

m Mortuus eſt. ſ. filius prædictus.

n Sui iuris. niſi in caſu: vt quando per dignitatem filius ſui iuris factus fuiſſet: vt in auth. conſti. quæ de digni. §. illud. collat. vj.

Cum autem. Diuiditur in quinque partes. Primo de deportatione patris. Secundo de deportatione filij. Tertio de indulgentia principis. Quarto de relegatis. Quinto de ſeruis pœnæ. Secunda ibi, Pari ratione. Tertia ibi, Sed ſi ex indulgẽtia. Quarta ibi, Relegati. Quinta ibi, Pœnæ. Aret.

CASVS. Domine laudabiliter video qualiter morte naturali tollitur patria poteſtas: nunquid pluribus modis tolli poterit? Reſpondet Imperator quod ſic. Nam nõ ſolum morte naturali, ſed etiam ciuili tollitur patria poteſtas. Si quis enim ob aliquod maleficium perpetratum per ſententiam deportationis ciuitatem amiſerit: ſequitur vt liberi eius, qui tali modo tollitur de numero ciuium Romanorum: perinde deſinant in ſua poteſtate eſſe, ac ſi morte naturali in poteſtate eius eſſe deſinerent. Eadem ratione & ſi liberi in poteſtate exiſtentes deportati fuerint: per deportationem deſinunt in poteſtate parentum eſſe. Et hæc ſunt vera durante deportatione. Nam ſi ex indulgẽtia principis reſtituti fuerint: per omnia priſtinum ſtatum recipiunt. Et hæc omnia vera ſunt in deportatis: ſecus tamen eſt in relegatis. Nam parentes relegati nihilominus retinent in poteſtate liberos ſuos: & ſimiliter in caſu conuerſo, liberi relegati in parentum poteſtate nihilominus remanent. Et non ſolummodo prædictis caſibus morte ciuili tollitur patria poteſtas, ſed etiam in hoc caſu. Nam ſi aliquis pœnæ ſeruus effectus fuerit: deſinit habere liberos in ptãte. Sed domine, dicatis mihi, quis intelligitur ſieri ſeruus pœnæ? Ad hoc reſpon. quod illi ſerui pœnæ efficiuntur, qui in metallum dannãtur, et qui beſtijs ſubijciũtur. Et hæc vſq; ad illum. §. filiusfami. Franc.

Deportare poſſunt quatuor iudices.

Cum autem. Dictum eſt. ſ. qualiter ſoluitur patria poteſtas morte naturali: nunc ponit, quãdo morte ciuili. Accurſius.

o Deportaſ. hic no. quod hæc ſentẽtia deportatiõis vt valeat. i. vt ſtatum & ciuitatem perdat nõ poteſt dari, niſi à quatuor iudicibus. ſ. ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat: & à præfect. præto. & & à præfec. vrb. ff. de pœ. l. ij. §. j. & de le. iij. in. l. j. §. à præfecto. & . ff. de inter. & releg. l. inter pœnas. §. j. Itẽ credo in ſenatoribus, qui parẽ ſententiã i. parem habent effectum principi, vel maiorem, quam prædicti: vt. ff. à qui. appel. non licet. l. j. §. j[1]. Si autem alius iudex talem ſententiam det: non valet: nec mandatur executioni, niſi princeps approbet eam, vel inſulam, ſiue locum aſsignet: vt. ff. de lega. iij. l. j. §. ij. & §. deportatos & . ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. l. ſi quis. §. eius. in glo. j. Quæ autem ſint delicta pro quibus in inſulam debent deportari: dicimus. j. de public. iudic. per totum titulum, ſed relegare poteſt quilibet, qui habet merum imperium: vt. ff. de inter. & releg. l. relegatorũ. j. reſpon. Et nota quod primo de media[2], ſecundo de relegatiõe, tertio de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam poteſtatem: ſed relegatio nõ ſic, cum ſtatus non ſit mutatio, nec capi. diminutio.

† Alias principali.

In quibuſ dã exemp. pœnæ autẽ pater ſeruus &c.

[1] Sed tunc videtur obſtare. l. j. C. de ſen. præf. prę. Pro cuius ſol. Iaſ. dubitat: dicens à ſententijs Senatorũ forte nõ poſſe iam ſupplicari.

p Eo modo. id eſt, per iſtam deportationem in inſulam.

ADDITIO. Et ex iſto text. not. Angel. quod dictio perinde, importat ſimilitudinem: ſed non omnimodam, maxime in pœnalibus: vt per Bartol. in. l. ſacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecu.

q Mortuo. not. deportatum mortuum. ſ. ciuiliter. ſic ff. de contra tab. l. j. §. quidam filium. & . ff. pro ſoc. l. verum. §. ſocietas. ver. intereunt.

r Pari. hic not. vbi eſt eadem vel ſimilis ratio, idem ius conſtituatur. ſic. ff. de verbor. obligatio. l. à Titio. circa fin. & j. quod cum eo, qui in alie. po. §. ſi igitur. in fin. & . ff. de eden. l. quidam. §. nũmularios. in glo. quia. & . ff. ad leg. Aqui. l. illud. Arg. contra. ff. de colla. bon. l. ſi quis. in fi. j rñ. ibi, hoc in patre.

[2] Contrarium tenet Iaſ. p. l. iij. ff. de inter. & relega. de quo. j. de cap. dimi. in prĩ.

ADDITIO. Solue ſecundum Io. Fab. & Ange. hic, quod ibi non erat eadem ratio per omnia.

Princip

cipis [a] reſtituti fuerint: per omnia priſtinum ſtatum [b] recipiunt. Relegati autem patres in inſulā, in poteſtate liberos retinent [c]. Et ex contrario, liberi relegati in poteſtate parentum remanent.

Seruitus pœna patrium poteſtatem tollit. Angelus.

Pœnæ [d] ſeruus effectus, filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum [e] damnantur †: & qui beſtijs [f] ſubijciūtur.

Sola patriciatus dignitas filiū à patria poteſtate eximit.

Filiusfamilias ſi militauerit [g], vel ſi ſenator, vel conſul factus fuerit: remanet in poteſtate patris. Militia enim, vel conſularis dignitas de patris poteſtate filium non liberat [h]. Sed ex conſtitutione [i] noſtra ſumma † patriciatus [k] dignitas illico [l] Imperialibus codicillis pſtitis, filiū à pria poteſtate

a Principis. alias principali. Sed nunquid per alium poterit reſtitui? Rñ. non niſi forte per ſenatorem, qui poteſt reſtituere ad ſtatum: vt. ff. de poſtul. l. j. §. cum qui. ver. de qua. &. §. an autem.

b Statum. ſ. quantum ad honores vel ordines & ſimiliæ: vt. C. de ſen. paſ. l. j. ergo & patriam poteſtatem: & hoc vult dicere. Sed contradicitur C. de ſent. paſ. l. in inſulam. &. l. ſi pater. Sol. hic ſpecialiter ad omnia fuit reſtitutus, ſecundū M. & ſic facias pūctum ibi, per oia. hāc reprobo: quia ſemper intelligitur ad omnia reſtitui, niſi contradixerit expreſsim: nā verbum, ſcilicet reſtituo, generale eſt: vt ff. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantum referendum, cui debet reſtitui filius in poteſtatem: ſed filio reſtituto nō ſic: quia ſic noceret ei reſtitutio. ar. C. de legi. & con. l. quod fauore. Sed hāc opinionem reprobo. nam libertus deportatus & reſtitutus in libertinitatem recidit: vt. ff. de iu. patrona. l. ſiue libertus. Dic ergo intereſſe vtrum princeps dicat hæc verba, reſtituo te: & tunc ad omnia reſtitutus videtur, vt hic. an hæc, indulgeo tibi. quo caſu de pœna tantum remittēda cogitaſſe videtur: vt in contrarijs ar. C. de ſen. paſ. l. generalis. & l. tutor. & l. cum indulgentia. & C. de gene. abo. l. ſi. Accur.

Alias dantur.

c Retinent. nota differentiam inter deportatum & relegatum quo ad familiam: vt hic, et. ſ. proxi. § Item hic bona retinet, ille non: vt. ff. de interd. & relega. l. j. Item hic ciuitatem retinet, ille non: vt. ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. ſiue ad tēpus. & §. ad tempus. Item quod hic ad tempus vel in perpetuū, ille autem tantum in perpetuum deportatur: vt. ff. de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum. §. hæc eſt differentia. ſed in libertate non eſt differentia. nā vterque liber remanet: vt. ff. de bonis damn. l. ſed & ſi alia. §. j. Sed bannitos noſtri temporis quibus comparabimus? Reſpon. ſi tantum eſt maleficium, vt etiam cum ciuitate bona ſua publicentur vel de iure, vel de conſuetudine ciuitatum: tunc deportato comparabo, alias relegato: vt argu. ff. de bonis damn. l. j. non autem dico, quod poſsit deportari à pſide de iure: vt. ſ. §. pxi. diximus, nec relegari aliquis poteſt à defenſore ciuitatis, cum ſit de imperio mero relegatio: vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. in fine. §. collat. iij. ADDITIO. Vnde verſus, Qui deportantur, ſemper pœna cruciantur. Pœna relegatis eſt temporis, eſtque perennis.

Deportatus & relegatus differunt.

Hoc verum niſi eſſet relegatus in perpetuū: qa poteſt ſibi per ſententiā adimi pars bonorum. l. relegati. in fi. & l. relegatorū. §. ad tempus. ff. e. tit. Ang.

Iſtā cōmuniter reprobāt doc. hic.

d Pœnæ. i. ſupplicij. ſupplicium enim ſuus dominus eſt, non fiſcus: vnde ei nihil quærit: vt. ff. de ijs, quæ pro non ſcrip. ha. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit ſeruus ex ſupplicio: vt in authenti. de nupt. §. quod autem. & §. ſi vero. columna quarta. ADDITIO. Dic iſtud eſſe verum ſi remanet viuus: ſecus ſi in eo fiat executio mortis naturalis: vel ſaltē præſens ab habente poteſtatem capitaliter condemnetur: quia eius teſtamentum non valet, niſi in male ablatis reſtituendis ſed in abſente ſecus: quia valet teſtamentum, ſecundum Angelum hic.

Ingenuus ex ſupplicio non fit ſeruus.

e In metallum. id eſt, in opus metalli, ad fodiendum metallum vel etiam deportandum. & hi ne fugerēt, ligabantur, & pondere quodam opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij vero erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur. & qui hinc fugiebant, in metallum ponebantur. Alij vero erant, qui in miniſterium vel in ſeruitium metallicorum tantū ponebantur. ex hoc ſi perpetuo ſieret, erant ſerui, alias contra: vt. ff. de pœn. l. aut damnum. §. inter eos. & §. quiſquis. & §. in miniſteriū. Sed quid ſi prouincia non habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius ſimilis conditionis? Reſpon. in vicinā prouinciam mittebantur: vt. ff. de pœ. l. aut damnum §. eſt pœna. Alij ſunt in opus publicum perpetuo dati vel ad tēpus, qui ſunt ſimiles relegatis: vt ff. de pœn. l. quidā. ſed huiuſmodi pœnæ non ſunt in vſu hodie. Accur.

f Beſtijs. deducendis forte. vel etiam vt comederet cum eis, vel alia beſtialia faceret. de hac pœna dic vt not. ff. de pœ. l. qui vltimo.

Filiusfamilias. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo reddit rationem. Tertio excipit à dicto. Quarto aſsignat rationem. Secunda ibi, Militia. Tertia ibi, Sed ex conſtitutione. Quarta ibi, Quis enim. CASVS. Domine, pono qđ aliquis filiusfamilias factus fuerit miles & ſenator vel conſul: nunquid liberatur à patria poteſtate? Reſpon. Imperator quod non. Nam militia vel conſularis dignitas filium à patria poteſtate non liberat, ſed ex conſtitutione noſtra ſumma dignitas patriciatus filium à vinculis patriæ poteſtatis liberat. Quis enim patiatur patrem quemlibet poſſe filium ſuum à nexibus ſuæ poteſtatis per emancipationem relaxare, & Imperatoriam celſitudinem non valere eum, quem ſibi elegit patrem, ab aliena eximere poteſtate? quaſi dicat hoc nullatenus eſt tolerandum: & ideo prædictæ dignitatis adeptione filius incontinenti à patria poteſtate liberatur. Et hæc vſque ad illum. §. ſed ab hoſtibus. Franciſcus.

g Militauerit. id eſt, miles factus fuerit: ad quod multa ſunt neceſſaria: vt in authen. de mand. princip. §. fin. verſi. ſi quidem. in gloſ. j. col. iij. diximus etiam in. l. penultima. ff. ex quibus cauſis maio. vbi ſex requiruntur ad hoc, quod quis ſit miles. Vel dic militauerit, id eſt, in exercitio militiæ fuerit.

h Non liberat. hoc eſt iure iſto. nam nulla dignitas præter patriciatum releuat filium à poteſtate patris, vt ſubijcit: ſed hodie xij. ſunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem curialem à curiali conditione: vt. C. de decur. l. ſi. lib. x. & illæ eædem liberant à patria poteſtate: vt in authen. conſti. quæ de dig. §. j. & §. generaliter. collatio. vj. vnde cum ſit ibi conſul, corrigitur quod de eo dicitur.

i Conſtitutione. vt. C. de conſulibus. lege finali. libro duodecimo.

k Patriciatus. erat enim patricius, quaſi principis pater. vnde Salluſtius, O patres conſcripti. nam ſcripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel alias.

l Illico. Hoc eſt ſpeciale in patricio & conſule; hodie etiam vt ſola collatione, id eſt datione codicillorum, id eſt, dignitatis ſcriptæ, vel per aliquod priuilegium

ſiant ſui

Quod facit ſecūdū Chr. quod vacante ſede p mortem prælati, ſi opus ſit chriſmate: quærēdi ſunt epiſcopi vicini: & eſt gl. in cap. ſi epiſcopus à paganis. de ſup. negl. prælat. li. vj.

† Vide in hunc locū Al. in. xij. lib. C. tit. de cōſu. & non ſpar. pec. & Budęum in. l. vlti. ff. de ſenatoribus. vterque em Accurſiū taxat in interpretatiōe dictionis patricius.

liberat[a]. Quis enim[b] patiatur, patrem quidē poſſe per emācipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare: imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem † elegit[c], ab aliena eximere poteſtate?

Captiuitate patris aut filij pendet magis, quàm interceditur patriæ poteſtatis propter poſtliminij ius. Retrò enim fingitur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus regreſſus eſt.

Si ab hoſtibus[d] captus fuerit parens: quamuis ſeruus hoſtium fiat: tamen pendet[e] ius liberorum propter ius poſtliminij[f]: Quia ij, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint: omnia priſtina iura recipiunt. idcirco[g] reuerſus etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminiū fingit eum, qui captus[h] eſt, in ciuitate ſemper fuiſſe. Si verò ibi deceſſerit: exinde, ex quo captus[i] eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur. Ipſe quoq; filius nepoſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus propter ius poſtliminij, ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpēſo eſſe. Dictū eſt autē poſtliminiū, à limine, et pòſt. Vnde eum, qui ab hoſtibus captus eſt, et in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nam limina ſicut in domo finē quendam faciunt: ſic & imperij finem eſſe limen, veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus.

ſiant ſui iuris etiam ſine adminiſtratione: in alijs decē, tunc demum cum cœperint adminiſtrare: vt in authen. conſtitu. quæ de digni. §. j. in gloſ. codicillos. colla. vj. quæ eſt. C. de epiſc. & cleri. auth. ſed dignitas. &. C. de decur. l. fina. lib. x. Item in tertio caſu cum ordinatur epiſcopus: qui eſt etiam vltra ſupradictos caſus: vt in authen. conſti. quæ de digni. §. palam. colla. vj. ADDITIO. Et nota, quod vbi electio eſt neceſſaria ex parte vtriuſque: vt quia eligentes coguntur eligere: & electus cōſentire: quæritur ius ex ſola electiōe etiā abſenti et ignoranti. l. illud. ff. de tut. & cura. dat. ab his. Sed ſi nō ſit neceſſaria ex parte electi, vt in epiſcopo: quæritur ius ante acceptationem. c. ſi tibi abſenti. de præben. lib. vj. Itē vbi fit electio per viam facultatis, vt à populo vel domino. Sed eſt ſpeciale in patricio & cōſule, vt hic. Ange.

a Liberat. ſcilicet dignitas.

b Quis eñ. quaſi dicat, ſi quilibet pater etiam viliſsimus filium ſuum emancipat quando vult: vt. j. eo § admonendi. &. §. præterea. quare hoc Imperator non poterit facere? Vel dic in caſu electi patricij, quaſi dicat: cum ipſe pater patricij poſſit emācipare, & ad hoc compellatur cum alapis & verberibus: vt in auth. conſti quæ de digni. j. reſpon. colla. vj. quare & ipſe Imperator &c.

c Elegit. quod raro fit vt. C. de conſulibus. l. fin. lib. xij. ſecundum M.

Si ab hoſtibus. Diuiditur in tres partes principales. Primo loquitur, quando pater fuit captus. Secūdo quando filius. Tertio declarat quid ſit poſtliminium. Secunda ibi, Ipſa quoque. Tertia ibi, Dictum eſt. Are.

CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, quod per mortē ciuilem tollitur pat. pot. nunquid generaliter eſt verū? Reſpon. Imperator quod non. Nam ſi aliquis paterfa. ab hoſtibus captus fuerit: quamuis ſeruus hoſtium efficiatur: tamen pat. pote. omnino non extinguitur: ſed propter ius poſtliminij in tempus futurum ſuſpenditur. Illi enim qui ab hoſtibus capiuntur, ſi in ciuitatem reuertantur: omnia priſtina iura iure poſtliminij recipiunt. vnde & iſte pater ab hoſtibus captus, ſi reuerſus fuerit, liberos in poteſtate habebit: quia ius poſtliminij eum qui ab hoſtibus captus eſt, ſi poſtea reuerſus eſt, fingit in ciuitate ſemper fuiſſe. Si vero apud hoſtes deceſſerit: filij ſui iuris effecti ſunt. Si ipſe quoque filius aut nepos ab hoſtibus captus fuerit: ius pat. pot. in ſuſpenſo erit iure poſtliminij. Sed domine dicatis mihi ſi placet, vnde dicitur poſtliminium? Ad hoc reſpondet Imperator, quod poſtliminium dictum eſt à limine, & poſt. Nam eum qui ab hoſtibus captus eſt, cum poſtea ad fines noſtros redierit, poſtliminio reuerſum recte dicimus. Sicut enim limina in domibus quendam finem faciunt: ita finem imperij, limen eſſe omnes veteres voluerunt. vnde etiam limen dictum eſt, quaſi finis & terminus quidam. & hac ratione eſt, vt qui ab hoſtibus vltra limen, id eſt, vltra metam & finem imperij ducebatur, poſtea eodem limine reuertebatur, quo amiſſus fuerat. Sed pone, quod aliquis eſt captus intra fines imperij: & ibidem victis hoſtibus recuperatus: nūquid cenſetur ipſe poſtliminio reuerſus? Et videtur quod non, cum non fuerit vltra limen, id eſt, metam vel finem imperij? Reſpond. Imperator quod iſte poſtliminio rediſſe cenſetur. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. præterea. Franc. de Aret.

d Ab hoſtibus. Hoſtes ſunt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt ff. de cap. & poſtli. re. l. hoſtes.

e Pendet. hic colligitur quoddam hominum genus eſſe in pendenti: vt diximus ſupra, de is qui ſunt ſui vel alie. iuris. §. primo. Sed certe quod hic dicit, pendet, verum eſt propter iuris fictionem, nam quo ad veritatem ſui iuris eſt filius: vt. ff. de teſta. l. lege Cornelia. in fine, & ff. de liberis & poſthu. l. penultima. &. C. de ſenten. paſ. l. fina. ibi. quod maxime &c. &. ff. ad Macedo. l. prima. § primo. nam pater ſeruus eſt hoſtium: vt ſupra, de iure perſona. §. ſerui. ergo aliū in poteſtate habere non poteſt: vt. ff. ad legem Iuliam, de adulte. l. ſic eueniet. Dic ergo, quod nulla præterita vel præſentia pendent inſpecto ſtatu præſenti, ſed futuro: vt infra de verborum obligation. §. conditiones.

ADDITIO. Etiam quo ad teſtamentum vel contractus filij ſuper aduentitijs acquiſitis ante captiuitatem, nec in alium translatis quouis titulo præter, quā hæreditario: alias ſecus ſecundum Angelum. Aret. ſed ſecundum Iaſonem non pendet contractus filij, niſi patris præiudicium concernant.

f Poſtliminij. Eſt autem poſtliminium ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus conſtitutum: vt colligitur. ff. de capi. & poſtli. reuer. l. poſtliminium. j. reſpon. Accur.

g Idcirco. quia reuerſi omnia iura recuperant.

h Captus & reuerſus: vt ff. de cap. retro.

i Captus intra fines noſtros, nec vltra deductus, ita impropriè reuerſus dicitur poſtliminio. Vel dic captus fuerat vltra fines: & tunc dicitur etiam rediſſe antequam ad limina rediret: quia ſic recuperat ſtatum, licet impropriè. & facit ad hunc. §. ff. de capti. l. in bello. §. j. item ad idem. ff. de vi & vi armata. l. qui poſſeſſionem.

Præterea. Diuiditur in ſex partes. Primo qualiter per emācipationem liberatur filius à patria poteſtate. Secundo

a Patrem i. ſenatorē, inquit Nebriſſ. in lexico ſuo iuris ciuilis. in ver. pater.

† Seruius tamen, vt in topicis ad Trebatium teſtatur Cicero, dici vult à poſt & liminiū illud productionem eſſe verbi ſicut in finitimo legitimo æditimo non plus eſt timum quā meditullio, tulliū.

Hoſtes qui dicantur.

Filius captus ab hoſtibus i veritate eſt ſui iuris.

i Exceptæ poſſeſsione rerū ſuarum. l. denique et. l. nec vtilem ff. ex qui. cau. ma. Ia.

. Quia fuit recuperatus antequā excederet fines. Ang. Per.

Secundo qualiter fiebat emancipatio de iure antiquo. Tertio, qualiter fiat hodie. Quarto, quod pater habet legitimam in bonis emancipati, ſicut patronus in bonis liberti. Quinto, quod pater legitimus eſt tutor filij impuberis emancipati. Sexto, quod nepotē poteſt emancipare retento filio in poteſtate, & ecō tra. Secūda ibi, Sed emancipatio. Tertia ibi, Noſtra. Quarta ibi, Et tūc. Quinta ibi, Et præterea. Sexta ibi, Admonendi. Areti.

Casus. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollitur patria poteſtas: nunquid adhuc tolli poteſt pluribus modis? reſpō. quod ſic. Nam certe poſt ſupradictos modos tollitur emācipatione patria poteſtas. Sed Domine, dicatis mihi qualiter fit emancipatio? Ad hoc rū. Impe. quod aliter olim fiebat emancipatio, & aliter hodie fit. Nam olim, aut per antiquam legis obſeruationē fiebat, quę per imaginarias vēditiones & manumiſsiones ab imaginario emptore factas celebratur: aut per imperiale reſcriptū: ſed noſtra prouidentia hæc per quandā conſtitutionē in meliorē ſtatū reformauit. Statutū enim eſt cōſtitutione noſtra, vt antiquorū fictione ſublata parentes ad cōpetētes iudices, vel magiſtratus directa via intrent: & ibidē filios, vel filias, & deinceps liberos cæteros à ſua poteſtate dimittant. & ex tempore emancipationis factæ eadē iura præſtātur parenti in bonis liberorū ab ipſo emācipatorū, q̄ tribuūtur patrono ī bonis liberti: & etiā ſi aliqs eorū emācipatorū impubes fuerit, parēs qui emācipauit, per emācipationē eius tutelā nanciſcitur. Et hęc vſq; ad. §. admonendi. Fran.

Ab eo poſtliminium dictum eſt: quia idem limē reuertebatur, quod amiſerat. Sed & qui captus, victis hoſtibus recuperatur: poſtliminio rediſſe exiſtimatur.

Emancipatio apud quemuis magiſtratum (etiam citra antiquam ſolemnitatem) facta, patriæ poteſtatis vinculo ſoluit: verum pater ex emancipati bonis ſibi iura debitam portionem conſequitur: itemque (impuberis filii) legitimam tutelam.

Præterea [a] emancipatione quoque deſinunt liberi [b] in poteſtate parentum eſſe: ſed emācipatio antea quidem, vel per antiquam legis obſeruationem procedebat [c], quæ per imaginarias [d] venditiones, & intercedentes manumiſsiones celebrabatur, vel ex imperiali reſcripto [e]. Noſtra autem prouidentia, etiam hoc in melius per conſtitutionem [f] reformauit: vt fictione [g] priſtina exploſa [h], recta via [i] ad cōpetentes iudices, vel magiſtratus [k] parentes intrent [l]: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps à ſua manu [m] dimittant. Et tunc [n] ex edicto [o] prętoris in bonis [p] huiuſmodi filij vel filiæ, nepotis vel neptis, qui quæ ve à parente manumiſſus [q] vel manumiſſa fuerit: eadem iura præſtantur parenti, quę tribuūtur patrono [r] in bonis liberti. Et præterea ſi impubes ſit filius vel cæteri, ipſe parens

a Præterea, non ſolum ſupradictis modis, ſed præterea &c.

b Liberi. Generale nomen eſt ad omnes inferiores: vt. j̄. ti. ij. § fi.

c Procedebat. id eſt, ea demum ad effectum perducebantur. Accur.

d Per imaginarias. i. fictitias [1]. ſic &. ff. de regu iur. l. imaginaria. nam pater vendebat filium pro vno nummo forte: & emptor eū manumittebat, vt hic, &. ff. de capi. dimi. l. liberos. § j. &. C. eo. l. ſi j. reſponſ. & facit ad hoc. j̄. de teſta. § j. & propter hoc dicebatur filius capite minui. Sed cum hodie talia non fiant, vt ſequitur: nunquid dicitur capite minui? Rn. ſic: quia ſtatum ſuū mutat ad minus: vt. j̄. de cap. di. j. rū. &. §. minima.

e Ex imperiali reſcripto. & hoc modo etiā ſine venditione fiebat: vt puto.

Additio. Et erat ratio, ſecundum Ang. hic, quia fruſtra precibus imploratur, quod datur à iure. l. j. in gloſſ. fi. ff ad municip.

f Per conſtitutionem. vt. C. de emancip. lib. in fine.

g Fictione. alias functione, id eſt, vſu. alias factione.

Additio. Quæ fictio non debet deduci in genere: puta quod cōtractus ſit ſimulatus, ſed in ſpecie. & qualiter præſumatur, vel probetur per teſtes. vide per Angel. hic.

h Exploſa. i. expulſa. ſic. j̄. de fideicom. hæred. §. ſed quia ſtipulationes.

i Recta via. vel indirecta: non curo. vel dic, id eſt, recto iure.

k Vel magiſtratus. quoslibet etiā ſi non habent merū imperium vel mixtum: vt in authen. de defen. ci. §. iuſiurandum. verſicu. & quicquid aliud. & ibi gloſſ. coll. iij. & etiam extraordinarios: vt duo Bononieñ. coram iudice Mutiñ. vt. ff. de manu. vind. l. etiam. §. fi. &. C de iud. l. vlti. alias pen.

l Intrent. ſi iudex eſt in domo, idem vbicunq; ſit, dummodo non ſit in loco turpi: vt. ff. de iuſti. & iu. l. pen. ff. de arbit. l. ſi cum dies. §. penul.

m Sua manu. i. debet capere eum per manum, & relaxare eū per verba ad hoc idonea [2]. Vel dic manu. i. poteſtate. nam quandoq; & non capta manu emancipātur: vt. C. de emanc. lib. l. penul. Accur.

2 Et ita cōmuniter obſeruatur, ſecundum Ange. quando fit inter præſentes ſecus ſi inter abſētes, vt hic ſequitur.

n Et tunc. i. extunc. nā prius occuparet pater omnia iure peculij: vt. j̄. qui. non eſt permiſ. face. teſt. § j. & eſt ſimile tunc. ff. de condi. & demon. l. iiij. in fi. & ſi cer. peta. l. lecta. circa prin. ibi tunc eo amplius. & in glo. tūc. &. ff. de vul. ſubſt. l. in pupillari. §. j.

o Ex edicto. ſ. poſito. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j in fi. j. reſponſ.

p In bonis. acquirendis vel acquiſitis: vel à patre ſibi nunc collatis.

q Manumiſſus. i. emancipatus. impropriè enim ponitur: vt. ff. quando act. de pecu. eſt anna. l. prima. §. alienatio.

Additio. Quod eſt verum de ſtricto iure. C. ſecus de iure. ff. ſecundum Ia. propter. l. Pantonius. ff. ſi à pa. quis fue. manu.

r Patrono. patronus autem ſuccedit liberto in totū ab inteſtato, filijs non extantibus: ex teſtamēto, in tertia parte bonorum liberti: liberis exiſtentibus, in nihilū: licet olim eſſet aliter: vt. j̄. de ſucceſſ. libe. §. j. & ij. &. §. ſed noſtra. Sic erit hic in patre. Sed hæc ſimilitudo interdum fallit. nam interdum habet totum pater, vt ſi filius turpem perſonam inſtituit hæredem: vt. ff. ſi à patr. quis fuer. manumiſſ. l. Pantonius. in principio. Interdum nihil ex ſucceſsione vel alio modo: vt in ſex caſibus, ſcilicet, quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item quando filius eſt miles, & habet caſtrenſia: vt. ff ſi à pa. quis fuer. manu l. j. §. ſi parens. &. § eſt & alius. &. ff. de milit. teſta. l. ſi à milite. §. fina. l. ſequen. Item filijs alijs patris licet hæredibus, non datur: vt. ff. ſi à pa. quis fue. manu, l. j. §. fi. ſecus eſt in filijs patroni. Itē quando emancipauit coactus; vt. ff. ſi à pa. quis

Patronus qualiter ſuccedit liberto.

Pater quibus caſibus ſuccedit filio. & qbus non.

Actio Caluiſiana.

Actio Caluiſiana.

quis fue.manu.l.j.§.ſi.Item Caluiſiana nō ita patri vt patrono datur:vt.ff.ſi à pa.quis fue.ma.l.j.§.ſi pater s. &.l.non vſq;. Item nec operas à filio vt à liberto patronus habet, vel poteſt habere:vt.ff.ſi à pa.quis fuer. ma.l.pen.licet hæc prædicta ſpecialia in patrono vera non ſint:vt colligitur ex generali capite illius tituli, ſi à pa.quis fue.ma.l.j.j.rñ.& ij.& in ſpecialibus caſibus, q in illo titulo ponūtur, vt dictū eſt. Sed ſecundum hoc ſemper videtur pater amittere:cum ſemper præmium emācipationis habeat hodie:vt.j.p quas perſo.nob.acquir.§.hoc quoq;.& C.de bo quæ lib.l.cū oportet.§.pen.Sed dic iſtud legale, nō conuentionale præmium eſſe: & ideo licitum,nec puniendum:vt.C.de admi tut.l.ſancimus. creationem ibi, nō enim debet. &.C.ad.l.Iul.de adult.l.Gracchus.verſ.q& legitime.

ADDITIO. Dic, quod de conſuetudine aliter obſeruatur:quia pater in emancipatione donat aliquid filio, ſecundum Angel.& Ia.hic.

a Ex manumiſſione.i.ex emancipatione.

ex manumiſſione[a] tutelam eius nanciſcitur[b].

[illegible]

Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe[c] ei,qui filium & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate habebit[d]: filium quidem de poteſtate dimittere:nepotē verò vel neptem retinere. & econuerſo, filium quidem in poteſtate retinere:nepotem verò, vel neptē manumittere[e], vel omnes[f] ſui iuris efficere. Eadem et de pronepote, & pronepte dicta eſſe intelligantur.

Adoptatus ab aſcendente (ſi præſes adoptioni non contradicat) à patris naturalis ſoluitur poteſtate, & in adoptātis poteſtatē trāſit.

Sed & ſi pater filium, quē in poteſtate habet, auo, vel patrono naturali ſecundum noſtras conſtitutiones[g] ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis interuenientibus apud competentem iudicem manifeſtauerit, præſente eo[h], qui adoptaē, & non contradicente[i]: necnō eo præſente, qui adoptat: ſoluitur quidē ius poteſtatis patris naturalis: tranſit[k] autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionem eſſe plenisſimam antea diximus[l].

Conceptus prius, quàm pater emanciparetur, auo ex pluribus aſcendentium in adoptionem daretur, in auita remanet poteſtate: nō ita ſi poſtea conceptus ſit.

Illud autem ſcire oportet, quòd ſi nurus tua ex filio[m] tuo conceperit, & filium poſtea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus, quod

nem plenisſimā eſſe, quando ea quæ diximus, concurrunt. Et hæc vſq; ad illum.§.illud autem. Fran.

g Conſtitutiones.vt.C.de adop.l cum in adoptiuis. &.ſ.de adop.§ ſed hodie. &.§.ſi vero.

h Præſente eo.niſi ſit infans:vt.C.de eman.lib.l.pe. Accur.

i Non contradicente. Nō: pati enim conſenſui cōparari.ſic qui tacet, aſſirmat.ſic ff.de pigno.l.fideiuſſor. ij.§ pater.in ſi.& . ff.ſol.ma.l.ij.§.ſi. Argu cōtra ff de a'o.l.ij.§.j.& de procur.l. filiusfamil.§.j. Accur.

Tacens affirmat.

Sed ibi erubeſcentia tacuit, quo caſu non videtur conſentire, ſecūdū Iaſ.per tex. in.l.pen.ff.de furt. vel pro ſolutiōe diſtingue vt per Ange. Are.hic.

Sed ibi ſecundum Chri.requiritur expreſſus cōſenſus pro forma.

k Trāſit ergo nō tollit patria poteſtas, ſed trāsfertur. Ad quid ergo hic caſus in hoc titulo ponitur? Rñd.quia & ſi non tollit incōmutabiliter, tollitur tñ quo ad primum.idem dico in eo, qui iudicatur in poteſtate mea non eſſe. nā non efficit ſui iuris: cū ſentētia non faciat ius, imo remanet in poteſtate: licet quo ad me pro emācipato habeatur:vt.ff.de condi.inde.l.Iulianus.in prin.&.l.vlt.

b Nanciſcitur.concordat huic verbo.j.de legi.pat. tut.& j.de fid.tu.in princ.

Admonendi. CASVS. Dicit Iuſti.in hoc.§.quod ſi parens filium, & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate retinuerit, vel ecōuerſo, liberum erit arbitriū ei, à nexibus ſuæ poteſtatis nepotem vel neptem dimittere, & filiū in ſua poteſtate retinere; vel in ſuo arbitrio erit omnes ſimul ſui iuris efficere.

c Liberum arbitrium eſſe.niſi in caſibus: vt.j.eo.in ſi.dicemus.& facit ad hunc.§.ff.de adop l.liberum.

d Habet.vt.ſ.de pa.po.§.qui igitur.

e Manumittere.i.emancipare.

f Vel omnes.repete, liberum eſſe. Accur.

Sed & ſi pater. CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tollit pat.po.nunquid adhuc pluribus modis tolli poterit? Rñ.quod ſic.nam per tranſlationem poteſtatis tollitur patria poteſtas quantū ad ipm, quem poſt in poteſtate habuit pater. Si enim pater filium ſuū, quem in poteſtate habet auo filij ſui, vel proauo paterno, vel materno, ſecundū tenorē noſtrarū cōſtitutionū in adoptionē dederit, & hoc ipſum corā iudice cōpetente actis interuenientibus manifeſtauerit, præſente filio, qui in adoptionē datur. & nō contradicente hmōi adoptioni, & etiā eo præſente, cui in adoptionē datur: in hoc caſu quia in vnā perſonā concurrūt: & naturalia, & adoptionis iura: ius poteſtatis naturalis patris omnino diſſoluitur, & in huiuſmodi patrē adoptiuum transfertur: in cuius perſona cōſtituimus adoptio-

l Diximus:vt.ſ.ti.j.§ ſi vero. Accur.

Illud autem. Diuiditur in tres partes. Primo dicit de filijs ante emancipationem patris conceptis. Secundo de conceptis poſtea. Tertio quod filius non poteſt cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, Quod ſi poſt. Tertia ibi, Et quidem. Aretinus.

CASVS. Ponamus, quod aliquis habeat filium in poteſtate: & vxor iſtius filij ex eo cōceperit; & poſtea eundem filium emancipauerit, vel in adoptionē dederit.modo quæritur, vtrum partus ante emancipationē conceptus, et poſtea ęditus, naſcatur in poteſtate aui nihilominus? Reſpon. Iuſtinia.quod ſic. ſed ſi poſt emācipationē conceptus fuerit, ſecus erit: quia tunc partus ex ea ęditus, in poteſtate parentis emancipati, vel aui adoptiui erit. Et ſciendū, quod in parentum poteſtate exiſtentes nullo modo poſſunt compellere parētes eos de ſua poteſtate dimittere. Et hæc vſq; in ſi.tit. Franc. de Aret.

Illud. Hic.§.tradit duo præcepta:vt.ſ.de adopt.§. ſed hodie. Accur.

m Ex filio.ſcilicet, naturali & legitimo. ſecus in legitimo tantum, vt in adoptiuo. nam tunc filio emancipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, ſecundum quoſdam:vt.ff.de capit. diminution.l liberos.§. emancipato.&.ff.de adoption l ſed etiam nepos. Vel melius dic in eo idē, quod in naturali, vt in fine huius tituli.&.ff.de adoptionib.l.liberum.& .ff.de capt. & poſtli.

ſili.reuer.l.ſi me tibi. Accurſius.

Ex ea naſcitur.ſecus in ancilla prægnante manu- ...iſſa vel alienata:vt.ſ.de inge.§.ſufficit .ff.de acqui. ...um domi.l.fina.& .C.de proba.l matrem.

Et quidem.hoc eſt ſecũdum præceptum:& repete, ...re oportet,quod ...que &c.

ex ea naſcitur [a], in poteſtate tua naſcitur. Quòd ſi poſt emancipationem, vel adoptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtati ſubijcit.

Pater non cogitur inuitus emancipare filium, niſi ex cauſa.

Et quidem [b] neq; naturales [c] liberi, neq; adoptiui vllo penè [d] modo poſſunt cogere parẽtes de poteſtate ſua eos dimittere.

Naturales.ſub- ...di,et legitimi nã ...turales tantum ...n ſunt in pote- ...te:vt.ſ.de nupt. ...ſinali.

Pene. hic not. ...ẽra regulã, quod ...llius filius poteſt ...mpellere patrem ...emancipet eum: ...od fallit in qua- ...or caſibus:& id ...dicit pene, vt ſi ...ter agnouerit le- ...tum ſibi relictũ ...ꝫ contemplatio- ...,vt libros emã- ...paret. nam tunc ...ompellitur extra ...dinem e nancipa ...:vt. ff de cõdi.& ...monſtra.l. ſi cui ...g...tum.Item ſi Ti ...ıs adoptauit pri- ...legium ſuũ,com ...llitur emãcipare ...m eo pubere fa- ...o, ſi probauerit ...bi non expedire ...e in poteſtate:vt.ff.de adop.l.nonnunquam.& l.ſe- ...en. Item in quolibet adoptiuo:vt.ff.de minor.l.iij. ...ſi quis minor. Item ſi filiæ peccandi neceſsitatem im ...na:vt.C.de epiſco.aud.l.ſi lenones. Item ſi filium ...ale & contra pietatem affecerit:vt.ff.ſi à pa.quis fuc. ...a.l.fina. Item econtra filius non poteſt compelli,vt ...ancipetur: vt in authen.quibus modis nat.effic. ...i.§ generaliter.col.vij. ADDITIO. Niſi ex pre- ...ſtis cauſis,ſecundum Bart.in.l.quidam cum filium. ...de verb.oblig.& Ia.hic. Sed Ange.tenet cõtrarium: ...i quando filius agnouiſſet legatum ſibi relictum cõ- ...mplatione emancipationis.& not.in dicta l.quidam. ...eiſdem cauſis,quem poſſe inuitum emancipari, ex ...ibus poteſt exhæredari.

TITVLVS XIII.

DE TVTELIS.

Ponit triplicem ſpeciem perſonarum. Et cognito vno de contrariis, cognoſcitur & reliquum. hoc dicit. Aret.

DE TVTELIS.

...mperator continuat hunc titu. Vel ſic, Dictum eſt ſu- ...de quadam diuiſione perſonarum: quia quædã ſunt ...i iuris, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt. Verum quia ...reperire aliam diuiſionem: quia quidam ſunt in tute- ...& ideo ſequitur videre de tutelis.

Tranſeamus nunc. Iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ſubdiuidit primum membrum perſonarum poſitum.ſ. titu.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. Secundo definit, quid ſit tutela. Tertio, qui ſunt ...tores, & vnde dicantur. Quarto, qui ſunt illi qui poſ- ...nt tutores ex teſtamento dare. Secunda ibi, Eſt au- ...m. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permiſſum. Aret.

CASVS. Iuſtinianus dicit hic continuando pro- ...miſſum ſuum. Nunc tranſeamus ad aliam diuiſionem ...rſonarum. Nam ex his perſonis, quæ in poteſtate ...on ſunt: quædam ſunt in tutela, vel in cura: quædam ...eutro iure tenentur. vnde videamus de illis perſonis, quæ ſunt in tutela vel cura. Nam cognitis illis perſonis, quæ ſunt in tutela vel cura: cæteras quoque perſonas, illas videlicet quæ neutro iure tenentur, ſimul intelligemus. Prius enim inſpiciamus de illis perſonis, quæ ſunt in tutela. & hæc dicuntur vſque ad illum.§. eſt autem tutela. Franciſcus.

Tranſeamus nũc ad aliã [e] diuiſionẽ pſonarum. Nam ex his [f] perſonis, quæ in poteſtate non ſunt [g], quædam vel in tutela ſunt, vel in curatione: quædam neutro [h] iure tenentur. videamus ergo de his, quæ in tutela, vel in curatione ſunt. ita enim [i] intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac prius diſpiciamus de his, quæ in tutela ſunt [k].

Illud ex tutelæ finitione nota tutorem primariò perſonæ tuendæ cauſa datum, ſecundariò bonorũ.

Eſt autem tutela (vt Seruius [l] definiuit) vis † ac poteſtas [m] in capite li...

e Ad aliam.nam diximus duas:vt.ſ. de iur.pſo.in prin. & ſupra, de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.in princ.

f Ex his. Nota ergo, qđ hic ſubdiuidit illud membrum: quædã ſui iuris ſunt: quod eſt oppoſitũ illi, quædã alieno iuri ſubiectæ ſunt: vt ſupra, de his qui ſui vel alieni iuris ſũt.

g Non ſunt. qui ergo in tutela vel cura ſunt, ſui iuris ſunt. Filiusfamilias ergo non poteſt habere tutorẽ vel curatorem: vt hic, &.C.de cura. furio.l.fina.in princip..Sed cõtra.C. de ſenten. paſ.l.finali.§.j.quia filius eius, qui eſt apud hoſtes, eſt in tutela: & tamen non eſt ſui iuris: vt ſupra titu.j.§.ſi ab hoſtibus.ſed ibi vere non erat in poteſtate, cum pater deportatus eſſet, vt diximus ſupra titulo primo.§.cum autem.

h Neutro.nec tutela nec cura.

i Ita enim.quia contrariorum eadem eſt diſciplina: vt hic, & ſupra, de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. in principio.

k In tutela ſunt.de alijs dicetur.j.de cura.

Eſt autem. CASVS. Domine, iam video quod vultis de illis tractare, qui ſunt in tutela. Dicatis ergo ſi placet, quid eſt tutela? Reſpon. Iuſtinianus definiendo tutelam. Tutela (prout Seruius iuriſconſultus definit) eſt vis ac poteſtas &c. Et definitionis partes in caſu mutari non poſſunt. & hoc vſque ad illum.§.tutores autem ſunt &c. Sed domine, iam video quid eſt tutela: dicatis ergo qui ſunt tutores? Ad hoc reſpon. Iuſtinia. quod tutores ſunt, qui eam vim & poteſtatem acceperunt: ex qua vi & poteſtate nomen ſuum acceperunt. Nam dicuntur tutores à tuendo, quaſi tuitores, id eſt, defenſores: ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur. Et hæc vſque ad illum §.permiſſum.

l Seruius.nomen eſt iuriſconſulti. & facit ad hunc.§. ff.eodem.l.j.

m Vis ac poteſtas.id eſt, violenta poteſtas. nam datur tutor inuitus: cum enim ſit munus publicum: vt infra, de excu.tut & cura.in princip.ibi: exemplo cæterorũ munerum, ergo inuitus datur: vt.C.de decur.l.nullus. libro decimo. Item inuito datur: vt.ff.de tut.& curat. da.ab his.l.necnon.&.ff.de tute.l.ij. Vnde patet, quod hic eſt alia poteſtas, quam patris in filium, & domini in ſeruum: cum illa ad cõmodum ſit: vt infra, per quas perſo.not.acquir.§.j.& ſupra, de his qui ſui vel alieni iuris ſunt.§.ſecundo.hæc vero ad onus, tenetur enim de dolo & lata culpa: vt.C.arbi.tut.l.ij. Item per hoc quod datur inuito, differt à curatore, qui volẽti datur: vt.j.de

† Vis ac poteſtas i definitiõe tutelæ idẽ fere ſignificant: niſi quod per vim ſignificatur facultas, quã ex ingenuitate qs habet, poteſtas autẽ facultatẽ legibus conceſſam indicat.

[n] Niſi in his in quibus patris authoritas vel conſenſus nõ ſufficit: vt qa nõ de ipſius ſed filij commodo vel in commodo tractatur: quo caſu datur curator bonis. vt.l.ſi.§.ſin autẽ in ſecunda C. de bo. quæ liber. cuius ſola authoritate in criminalib9 vel actionibus perſonalibus poteſt filius eſſe i iudicio: vt per Ange. & Ia.hic.

vt.j.de cura.§.item inuiti. &.ff.eo.l.ij.§.ſi pupillus. Vel dic, vis ad cogendum; poteſtas ad imperandum.

a Libero. nam niſi ſit liber pupillus, non poteſt habere tutorem, cum ſi ſeruus ſit, non ſit ſui iuris: quod eſt neceſſe: vt.ſ.eo in prin. Item & ſi dubius eſt, poteſt habere tutorem: vt ff.de tut.& cur.da. ab his.l.ei qui. Eſt tamen caſus vbi ſeruo datur tutor: vt ff.de tuto.& cura. da.ab his.l.ſi impuberi.j.reſpō.cui tamen legi ſignatur contra.ff.ad Treb. l.ſi res aliena.§.ſi ſeruus.&.l.cogi.§.fina.& his duabus eſt alia cōtra.ff.eo.tit.l.mulier.§.non eſt. Quæ legū contrarietas ita ſoluif, cum libertas fideicommiſſaria & hæreditas relinquitur ab eodem præſtanda: poterit ſeruus cogere, vt inſtitutus hæreditatē adeat, & tunc datur etiam ſeruo tutor. vbi vero ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta eſt: non poteſt niſi prius præſtita ei libertate. tunc enim coget aliū hæredē hæreditatem adire, & ſibi reſtituere, ſecundum Ioan.

Per hoc differt à patria pote. à qua filius nō liberatur pubertate vt pupillus à tutela. ſecū dum Nic. ægi. Per. Tutor qñ que ſeruo datur.

...bero [a], ad tuendum [b] eū, qui propter [c] ætatem [c] ſe ipſe defendere nequit, iure ciuili [d] data [e] ac permiſſa.

Ille eſt tutor, in quem cadit definitio tutelæ. Aretinus.

Tutores autē ſunt, qui eam vim [f] ac poteſtatem habent: exq; re ipſa [g] nomen acceperunt. Itaque appellātur tutores, quaſi tuitores atque defenſores [h]: ſicut æditui dicuntur, qui ædes [i] tuentur.

Conceſſum eſt patri, impuberibus filijs, quos in poteſtate habet, teſtamento tutorem dare. Item nepotibus, modo eo mortuo non ſint in eorum patris recaſuri poteſtatem.

Permiſſum eſt itaque [k] parentibus, liberis impuberibus [l], quos in poteſtate [m] habent, teſtamento [n] tutores [o] dare: & hoc in filios, filiasq; procedit omnimodo. Nepotibus verò, neptibusq; ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortē eorū in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit [p]: nepotes ex eo non poterunt [q] ex teſtamento tuo tutores [r] habere, quāuis in poteſtate tua fuerint, ſcilicet quia mortuo te, in patris ſui poteſtatem recaſuri ſunt.

Poſthumo quoque (qui ſi viuo patre natus eſſet, in eius poteſtate futurus fuiſſet) teſtamento tutor dari poteſt.

Cùm autem in cōpluribus [s] alijs cauſis poſthumi pro iam natis habeantur: & in hac cauſa placuit, non minus poſthumis, quàm iā natis teſtamēto tutores dari poſſe: ſi modò in ea cauſa ſint: vt ſi viuis parentibus na-

b Ad tuendum. per hoc etiā remouet patriam poteſtatem, quæ non eſt ad tuendum, ſed ad gubernandum prout vult, & ſibi acquirendum.

c Per ætatem. ad differentiam curatorum, qui dantur furioſis, & mente captis, qui propter morbum ſe defendere non poſſunt: vt.j.de cur.§.furioſi. Accur.

d Iure ciuili. Nota tutelam eſſe de iure ciuili, licet omnes fere contractus ſint de iuregentium: vt.ſ.de iur. natur.§.ius autem.

e Data.ſ.à lege vel iudice: permiſſa vero à teſtatore dicitur: vt.j.e.§.permiſſum. Vel dic, data perſonæ principaliter permiſſa, ſecundario rebus: vt.j.tit.j.§.certe. &.j.de excu.tuto.§.datus.

f Eam vim. quæ eſt dicta.ſ.proxi.§.

g Ex quereipſa.i.vi & poteſtate.

h Defenſores. & ſecundum hoc etiam curatores ſunt tutores: ſecundum Ioan. & plerunque ſic appellantur: vt.ff.de leg.iij.l.cum filio.§.j.&.ff.de mino l.j.§.ij.

ADDITIO. Hanc gloſ. probat Ia. quia licet alluſio vocabuli conueniat: non tamen procedit: quia repugnat definitio: vt not. Bart. in.l.j.de teſt.

i Qui ædes. vt eſt præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt: vt.ff.de offic. præfec.vigil.l.iij.§.ſciē dum. Accurſius.

Permiſſum eſt. Diuiditur in tres partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud modificat. Tertio modificationem exemplificat. Secūda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque. Aret. CASVS. Domine, ex quo vultis tractare de tutelis, & teſtamentaria tutela, quæ dignior eſt: dicatis ergo in primis, qui poſſunt dare tutores in teſtamento, & quibus? Ad hoc reſpō. Amice, permiſſum eſt parentibus, qui liberos tempore mortis in poteſtate habent, liberis ſuis impuberibus in teſtamento ſuo dare tutores. & hoc in filijs, & filiabus generaliter locum obtinet: ſed ſecus eſt in nepotibus, & neptibus, & cæteris liberis in remotiori gradu conſtitutis. Nepotibus enim & neptibus ita demum poſſunt parētes in teſtamento ſuo tutores dare, ſi poſt obitū eorum huiuſmodi nepotes in patris ſui poteſtatem recaſuri non ſunt. vnde ſi in tempore mortis me filium tuum, & ex me nepotes & neptes in poteſtate tua habeas, nepotes & neptes in teſtamento tuo tutores accipere nō poterunt: licet in poteſtate fuerint: quia ſtatim poſt mortē tuam in poteſtatē patris ſui ſunt recaſuri. Sed pone: Domine, iam video quod parētes in teſtamēto ſuo liberis ſuis impuberibus tutores dare poſſunt, ſed nunquid permittitur parentibus dare poſthumis ſuis tutores in teſtamēto? Reſpō. Imperat. quod ſic. Nam cū pluribus alijs cauſis poſthumi pro iam natis habeantur, ſtatutum eſt in hac cauſa non minus poſthumis, quam etiam iam natis tutores à parentibus in teſtamento dari poſſe. & hoc eſt verū, ſi in hac cauſa ſint poſthumi, vt ſi viuis parentibus eſſent nati, in eorum poteſtatem caderent. Et hæc vſque ad illum.§.ſed & ſi emancipato. Franciſcus.

k Permiſſum eſt itaq;. quia quædam generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela eſt vel teſtamentaria, vel legitima, vel datiua: itaq; prius de teſtamētaria, vtpote de digniore videamus in hoc titulo, & ſequenti. De legitima autem dicetur.j.de leg.agna.tu. vſque ad tit.de Atti.tu. de datiua dicetur.j.de Atti.tu.per totū.

l Impuberibus. etiam inuitis: vt.ff.de tu.l.muto.hoc etiam prætori & præſidi licet: vt.ff.de tu.& cura.dat. ab his.l necnon.&.l.nec mandante.§.fina.

m In poteſtate. naturalibus etiam dare poſſunt in ijs, quæ ſibi relinquuntur: vt.C.de confir.tu.l.fina.

n Teſtamento. vel codicillis teſtamento confirmatis: vt.ff.de teſta.tute.l.iij.

o Tutores. ſed non curatores: vt.j.de cura.in princi.

p Tua ſit. & nunquam exiuit, alioquin non recidit: vt.ff.de adopt.l.ſi pater filium.& de hoc dixi.ſ.titu.j. §.j. Accurſius.

q Non poterunt. licet miles ſit teſtator: vt.ff.de teſta.tut.l.ſecunda.

r Tutores. ſi autem filius vel emācipatus eſt vel mortuus: tunc nepotes ex eo ſunt ſui iuris mortuo auo: vt ſupra titu.j.§.j.in fin. vnde ex teſtamento aui poſſunt habere tutorem, vt hic innuitur.

s In compluribus. vt quoties de commodo eorum quæri

t Et eſt ratio, quia tūc nō dicitur dari tutor perſonæ, ſed hæreditati ſiue rebus. l.pater.§.j.ff.de teſta.tute.& ſi dixeritis, nonne tutor datur perſonæ? Reſpond. verū quando datur à lege vel à iudice, qui habet ſubditos in poteſtate: vel à teſtatore habēte pupillū in poteſtate, ſecundum Chri.

uæritur:vt.ff.de ſta.ho.l. qui in vtero. non ſi de com
odo aliorum:vt.ff.de verb.ſig.l.quod dicimus.vel ſi
: incommodo matris:vt.ff.de ſta.ho.l. Imperator.ij.
io caſu non habetur pro iam nato.
Fierent.vt quia ex vxore naſciturus erat vel nuru:
iud ſi ex concubi
,niſi in his quæ ſi
dimitteret:vt.C.
confir.tu.l.ſi.ta-
: enim tunc non
ſcerentur in pote
ſe.ſ.de nup.§.ſi.
Sed & ſi emanci-
to. CASVS. Do
ne iam video,qđ
rmiſſum eſt pa-
ibus liberis ſuis
puberibus in ſua
teſtate exiſtenti-
s in teſtamento
o dare tutores.
l pone,quod pa-
in teſtamēto fi-
emancipato de-
rit tutorem:nun-
ld valet in caſu
o tutoris datio?
id.quod non:ſed
men licet in caſu
o de iure non te-
t tutoris datio:
amen de facto pa
in teſtamento ſuo filio emancipato tutorem de-
it:iſte tutor à patre de facto datus,ex præſidis ſen-
tia confirmandus eſt omnimodo,id eſt, ſine inqui-
one. Et hæc dicuntur vſq; in fi.tit. Franc.
Confirmandus.nō ergo valebat datio per ſe:cum
n eſſet in poteſtate:vt.ſ.eo.§.permiſſum. Sed nun-
d hic tutor confirmatus dicitur teſtamentarius? qđ
ſet,præferretur legitimo:vt.j.tit.ij. in prin.an da-
us? quod poteſt admitti,& facit pro hoc.ff.de verb.
nific.l.lege.& in authen.de defen.ci.§.ſi de cætero.
.iij.ita legitimus tutor huic præfertur: vt.j.de At-
u.in prin. & ideo gloſſauit,id eſt, ſine inquiſitio-
non quod vellet eum confirmari, ſi alius eſſet legi-
us:ſed quia non quæritur an ſit locuples, vel non.
l ar.contra.ff.de cur.fu.l.ſi furioſo puberi.
Sine inquiſitione. id eſt,quia non ſatiſdat, ſcilicet
pupilli ſaluam fore. Item locuples ſit, vel non.hoc
n non quæritur:vt.ff.de confir.tut.l.j.Sed aliud in
re dante tutorem filio. ibi enim & ſi nō ſatiſdetur,
en cum inquiſitione datur:vt.d.l.dicitur. &.C. de
fir.tut.l.j.Sed quare diuerſum in matre dante tuto
filiæ? Rūd.in memoriam præcedentis poteſtatis:vt
quæſti.l.vnius.§.ſeruus primo.&.ff.qui pe.tuto.
acit ad hoc.j.de ſatiſda.tuto.& cura.in prin.&.ff.
be agno.l.j.§. Iulianus. &.C.de epiſco.audien.l.
eationibus. Sed argumentum contra. ff. de in lit.
n.l. videamus.

ſcerentur,ſui hæredes,& in poteſtate eorum fierent [a].

Emancipato, inutiliter teſtamento datur tutor: datus tamen etiam ſine inquiſitione à iudice confirmandus eſt.

Sed & ſi emancipato filio tutor à patre datus fuerit teſtamento: confirmandus [b] eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine inquiſitione [c].

TITVLVS XIIII.

QVI TESTAMENTO TVTORES dari poſſunt.

Filiusfamilias etiam tutor teſtamento rectè datur. Item proprius ſeruus cum libertate, quinetiam ſi non facta libertatis mentione, tutor datus ſit, tacitè libertas data videtur in errore quaſi liber datus ſit.

DAri autem tutor poteſt teſtamēto, non ſolùm paterfamilias [d], ſed etiam filiusfamilias [e]. Sed & ſeruus proprius teſtamento [f] cum libertate rectè tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate [g] tutorem datum, tacitè libertatem directam [h] accepiſſe vide-

QVI TESTAMENTO tutores dari poſſunt.

Dictum eſt ſuprà in.§.permiſſum.tit.j.quibus dari tutores. Reſtat videre,qui poſſunt dari tutores. ideo ... ponitur hic titulus. Accur.

DAri autem. Totus iſte titulus diuiditur in quinq; partes. Primo qui poſſunt tutores dari. Secundo quomodo ſeruus alienus poteſt in teſtamento tutor dari. Tertio quan-
...rioſus vel minor tutor datur. Quarto quando ad
...um tempus,vel ſub conditione,vel certę rei datur.
Quinto quando filijs vel filiabus datur: quibus datus videatur. Secunda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furioſus. Quarta ibi, Ad certum tēpus. Quinta ibi, Si quis filiabus. Et hoc principiū ſubdiuiditur in quatuor partes. Primo quod paterfamilias & filiusfamilias poteſt tutor dari. Secūdo quādo ſeruus proprius datur cum libertate. Tertio qđ ſi ſine libertate, tūc tacite videtur ſibi data libertas. Quarto quando credebatur liber. partes de ſe patent. CASVS. Domine, iam vultis tractare qui poſſunt tut.da.in teſtamento. Ad hoc reſpondet Imper. Amice, tutor in teſtamento dari poteſt,non ſolum paterfamilias, ſed etiam filiusfa. & nō ſolum liberi homines in teſtamento tutores dari poſſunt, ſed etiam ſerui. Nā quis ſeruum proprium in teſtamento ſuo cum libertate tutorē dare poteſt, & non ſolum ſi libertatem expreſſerit, tenebit tutoris datio: ſed etiam ſi proprium ſeruum ſine libertate in teſtamento tutorem dederit. Ex ipſa enim datione tutelæ ipſe ſeruus videtur directam libertatē accepiſſe:& per hoc adminiſtrationē conſequitur. & hoc verum eſt, quando teſtator qui dedit eum in tutorem, ſerui conditionem non ignorauit. Nam ſi per errorem quaſi liberum eum dedit, aliud erit dicendum: quia in eo caſu nec liber,nec tutor erit. Et hæc vera ſunt in pprio ſeruo. Sed ſi ſeruus alienus pure in teſtamento datus tutor fuerit, cum liber erit: puta teſtator ita dixit, Stichum ſeruum Petri cum liber erit,tutorem do:vtiliter datus videtur. & hoc eſt verū in ſeruo alieno. Sed ſi proprium ſeruum eo modo dederit tutorem, videlicet cum adiectione,cum liber erit, inutiliter dediſſe intelligitur. Sed pone,quidam ſatis inconſulte prouidēs liberis ſuis, dedit eis quendam furioſum tutorem, vel forte minorem vigintiquinq; ann.quid iuris eſt in hoc caſu? Ad hoc reſpon. Imper.quod ſi furioſus vel minor vigintiquinque ann.tutor datus fuerit:tunc demum tutor erit,cum furioſus compos mentis factus fuerit, aut maior vigintiquinque ann. extiterit. Et hæc vſq; ad illum.§.ad certum tempus. Franc.

d Paterfamilias.niſi ſit mutus vel ſurdus [i] quia tutor & loqui & audire debet:vt.ff.de tut.l.j.§.penul. &.§. fi. ADDITIO Et ideo taciturnitas ſeu patientia tutoris non haberetur pro authoritate:vt not. gloſ.in.l. iij.ff.de autho.tuto. poſſet tamē eſſe procurator ad negotia,ſed non curator:vt per Ange.& alios hic.

e Filiusfamilias. [k] cum enim tutela ſit ius publicum: vt.j.de excu.tut.in prin.non curatur ius pat.po.vt.ff. ad Treb.l.nā q.j.tn̄.ff.de his qui ſui vel alie.iur.ſunt. l.filiusfamilias. quo caſu pater de peculio tenetur, niſi agnoſcat.tunc enim, ſcilicet quādo agnouit,inſolidū: vt.ff.de tu.l.ſi filius.&.ff.de admi.tu.l. Lucius Titius.

f Teſtamento. ſed à præſide tutor dari non poteſt ſeruus:vt.C.qui dari tut.poſ.l.in ſeruili.

g Et ſine libertate.nō expreſſo hoc, q ſine libertate det,ſed omiſit libertatis dationē: vt.ſ. qui ma nō poſ. §.licet.in fi.&.C.de neceſ.ſer.l.quidam.§.illo. Accur.

h Directam. imo videtur quod fideicommiſſariam:

[i] Scilicet penitus: alias ſecus. l.ſi.ff.de legi.tut. Itē hoc verū in pſonalibus vt hic, etiā ſi talis morbus ſuperuenerit: quia deſinit ipſo iure etiam ſi ad motus labiorum intelligeretur, vt hic per Bald. Secus tamen in muneribus patrimonialibus. l.omnes.§.j.ff. de mune.ri. & hon.

[k] Nam in his, q̄ ſunt publici iuris, filius habetur p patre, maxime i his quæ repreſentāt duplicem perſonam: vt ſunt magiſtratus. ſed in his in q̄bus repreſen. ſimplicem perſonam, vt in teſtamenti factiōe nō habetur p patre, ſecūdum Nic. Aegi. per.

vt.C.de fideicom.li.1.& ſi non adſcripta [1].contra. Sed certe hic teſtamento: vt hoc ſit ibi alia voluntate, puta codicillis vel per epiſtolam. Vel dic, quod ibi alienum credebat, hic ſuum ſciebat. Item alia ratione non videtur valere datio: quia ille ſolus datur tutor, qui teſtamẽti habet factionem: vt.ff.de teſt.tu.l.teſtamẽto tutores.ſ.ñ. illud intellige in paſſiua ſignificatione: in qua etiam ſeruus dicitur habere teſtamenti factionem, vt ĵ.de hæredum qual. & dif.§.teſtamenti.

ri, & per hoc rectè tutorẽ eſſe. Planè ſi per errorem quaſi liber tutor datus ſit [a]: aliud dicendũ eſt [b].

Alienus ſeruus ſub conditione libertatis futuræ tutor in teſtamẽto creari poteſt; proprius autem ſub cõditione prædicta tutor inutiliter datur.

Seruus autem alienus purè inutiliter [c] teſtamẽto datur [d] tutor: ſed ita, cùm liber erit, vtiliter datur. Proprius autẽ ſeruus inutiliter eo modo [e] tutor datur.

Tutor creatus, qui eſt inhabilis ratione alicuius accidentis annexi temporale impedimentum præſtantis: eo ceſſante, tutor efficaciter erit. Arc.

Furioſus, vel minor viginti quinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cùm compos [f] mentis, aut maior viginti quinque annis fuerit factus.

Ad certum tempus ex certo tẽpore, vel ſub cõditione, & ante hæredis inſtitutionem tutor dari poteſt: ſecus autem ad rem certam, vel cauſam. Arc.

a Datus ſit.ſ. proprius ſeruus, licet hoc non ſit veriſimile: vt.C.de reſcind. ven.l.quiſquis. ſed forte ex cauſa hæreditaria nouiter habebat: vt ff.de reg.iu. l.qui in alterius. & ĵ.de vſucap.§ quod autem.

b Dicendum eſt. ſ. vt neque liber, neque tutor ſit. idem multo magis in alieno, vt.ff.de fideicõ. lib.l. generaliter.§. ſi quis tutorem. & ff.de teſta.tu.l.ſi quis tutorem.

c Inutiliter. ſ. vt ſtatim ſit: ſed cum liber erit.

d Datur. quia directo non erit liber, ſed [2] per fideicõmiſſum: vt.ff.de teſt.tute.l. ſi hæreditas.§. ſi.& . C.de fideicõ. lib.l.& ſi nõ adſcripta.

e Eo modo.ſ.cũ liber erit. nam non erit tutor[3]. inutilis enim dicitur etiam ſtipulatio propter inutilem adiectionem: vt.ff.de ſtip.ſer.l.ſed ſi ſibi [2], vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac ſi non eſſet adiecta: vt & alias.ĵ.de hæred.inſti.§.impoſſibilis. vel dic tertio ſecundum P. non erit tutor nunc, ſed conditione extante. hæc non placet: quia ſic non eſſet differentia inter ſuum & alienum [3]. ſed prima verior eſt: vt ff.de reg.iur l.actus. ADDITIO. Quæ lex procedit etiam in teſtamentaria tutela, quando ſcilicet conditio eſt prohibita, vt hic. alias ſecus: vt.ĵ.proxi.§.ſecundum Io. Fa.& alios hic.

f Compos. ſiue hoc dictum fuerit à teſtatore, ſiue nõ: vt.ff.e.l.ſi hæreditas.§.ſi furioſus.& facit ad hoc.ff.de iudi.l.cum furioſus.ĵ.reſpon.

Ad certum. CASVS. Domine quidam ſub conditione dedit tutorem, nunquid tenet datio in iſto caſu? Reſpon. Impe. quod ſic. Nam ad certum tempus, & ex certo tempore, & ſub conditione, & ante hæredis inſtitutionem tutorem dari poſſe non dubitatur. Certæ autem rei: vel cauſæ tutor dari non poteſt: quia tutor principaliter perſonæ, & non cauſæ vel rei datur. & hoc in ſecunda parte vſque ad illum.§.ſi quis filijs. Franciſcus.

g Ad certum tempus. vſque ad paſcha.

1 Ex quo not. quod mouens ad dignitatẽ ſcienter inhabilẽ, videtur cũ eo diſpenſare ſi põt: nõ alias. l. ij.C.ſi ſeruus aut liber.ad decu. aſpir. lib. x. ſecũdũ Ang.

2 Dic quod teſtator videtur rogare hæredẽ vt ſeruum hunc emat & manumittat, ſecũdũ Nic. Aegi. per.

2 Imo ibi vitiat inutilis adiectio: ſecundũ Ange. hic.

3 Quamuis opinio Pla. ſit reprehẽſibilis: iſta tamen ratio reprehenſionis eſt falſa p.l. ſed ſi hæreditas.§.ſi.ff. de teſt.tu. ſecundum Ang.

h Ex certo. id eſt, à paſchate in antea: vt.ff.de actioni.& obliga.l.obligationum.§.j.

i Vel ante hæredis. contra videbatur.ĵ.de leg.§.ante hæredis. Accurſius.

k Poſſe dari. à teſtatore, non à iudice: vt. ff.de regu. iuris.l.actus. Accurſius.

Ad certum tempus [g], vel ex certo [h] tempore, vel ſub conditione, vel ante hæredis [i] inſtitutionem poſſe dari [k] tutorẽ non dubitatur. Certæ autem rei [l] vel cauſæ [m] tutor dari non poteſt: quia perſonæ [n], nõ cauſæ, vel rei tutor datur.

Filiorum appellatione, poſthumi quoque primi gradus continentur, non etiam ulteriores: liberorum autem appellatione, etiam nepotes [illegible] poſthumi vel nati, quocunque [illegible] gradus [illegible].

Si quis filiabus ſuis vel filijs tutores dederit: etiã poſthumæ vel poſthumo [o] dediſſe videtur: quia filij [p] vel filiæ appellatione, & poſthumus & poſthuma cõtinentur. Quòd ſi nepotes ſint: in appellatione filiorum † & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoque dati videantur, ſi modò liberos dixerit.

l Certæ autẽ rei. ſcilicet Aphricanæ, vel Syriacæ vtiliter datur: vt.ff.de teſtamen. tut.l.ſi tamen tutor.

m Cauſæ. ſcilicet certæ: vt ad rei vendi. ſed videtur contra.C.de in lit.dan. tut.l.ad litẽ. ſed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contra.ff. de teſtamen.tute.l.ſi tamẽ tutor. ſed ibi vniuerſitati rerum datur, non rei certæ.

n Perſonæ. ſcilicet pupilli principaliter: vt cũ inſtruat bonis moribus, & etiam ſalaria præſtet magiſtris eius: vt.ff. de adminiſtra.tuto. l.cum plures.§.cum tutor.& .C. de ali. præſtan.l fin. ad hoc eñ principaliter datur. ſecundario autem rebus datur: vt ĵ.de excuſatio.tutorum.§.datus. ſed in curatore econtra. nã principaliter rebus, ſecundario perſonæ datur: vt.C. de nupt.l. in copulandis.

† Vide in hanc rem. Alcia.lib. iij. par. c. xiiij.

Si quis &c. CASVS. Ponamus Titius in teſtamento dedit tutorem liberis ſuis in hunc modum: Filijs & filiabus meis Mæuium tutorem do. & poſtea deceſſit vxore prægnante relicta: demum procedente tempore peperit poſthumum & poſthumam: nunquid in caſu iſto iſtis poſthumis tutor datus videtur? Ad hoc reſpon. Impera. quod ſic. Nam ex quo filijs & filiabus tutorem dedit: & poſthumo, & poſthumæ intelligitur dediſſe. Filij enim vel filiæ appellatione poſthumus & poſthuma cõtinentur. Sed pone, quod nepotes poſthumi nati ſunt ex vxore filij, quam pater tempore mortis habuit in poteſtate: nunquid huiuſmodi poſthumis nepotibus tutores dari intelliguntur? Rñ. Impe. quod refert, quibus verbis vſus eſt teſtator dando tutorem. Nã ſi teſtator dixit ſic, liberis meis tutorem do: tunc nõ ſolum filijs, ſed etiam nepotibus poſthumis dediſſe intelligitur. Cæterum ſi pater dando tutorem ita dixi filijs meis tutorem do, in hoc caſu filiorum appellatione nepotes non continebuntur. Aliter enim nepotes, & aliter filij appellantur. Sed ſi pater ita dixit, poſthumis meis tutorem do. poſthumorum appellatione non ſolũ filij poſthumi, ſed etiam cæteri liberi in remotiori gradu naſcituri continebuntur. h.d. vſque ad fi. Fran.

o Poſthumo. ſ. filio.

p Quia filij. hæc dictio filij, comprehẽdit poſthumũ & poſthu

posthumam:cum maſculinũ poſsit cõcipere fœminũ. ſed hæc dictio filiæ,non cõprehendit vtrunq;: & nec poſthumũ,cum fœmininũ non cõcipiat maſculinũ:vt.ff.de leg.ij.l.ſi ita ſcriptũ.in prin.&.ff.de le.iij. i duos.&.l.ſeruis legatis. Itẽ no.quod appellatiõe torum, etiã non ti cõtinentur,cũ corum cõmodo ctatur: vt.ff.de .ho.l.qui in vte.&.ſ.tit.j.§.cum tem. & facit.ff. teſt.l.ſi quis ita. j.&.l.ſi quis filia s.&.l.quod ſi.

Si filios.ſ.dixe .Accur.

Non continentur.ſcilicet nepotes.

Appellãtur.ab nnibus in vſu vel nſuetudine: ſed cũdum veram ſignificationem vex (quia filius dicitur philos, quod eſt nor)etiã nepos di tur filius, & etiã ulibet,quẽ aliqs lligit paterna dilectione:vt.ff.de ver. .l.liberorum.§. & Papyrius. videtur cõtra.

Cæteri. etiam i,ſecundũ quoſ n, ꝙ falſum eſt: ff.de verb.ſign. omen. Dic ergo cæteri.ſ.ex filijs naſcituri, qui ſui thumi ſunt per leg. Velle.vt.ff.de iniuſt.rup.teſt.l. oſthumorũ.&.ſ.de exhæ.li.§.poſthumi.&.ff.de li. & poſthu.l.Gallus.j.reſpon.

Cæterùm ſi filios[a] :non continebuntur[b]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur[c]. Planè, ſi poſthumis dederit† : tã filij poſthumi, quàm cæteri[d] liberi continebuntur.

TITVLVS XV.

DE LEGITIMA AGNATORVM tutela.

Ceſſante teſtamentaria tutela, locum eſt legitimæ: quæ quidem ad proximos defertur agnatos, non etiam ad cognatos. Agnati autẽ ſunt per virilis ſexus cognationem coniuncti: cognati verò fœminini ſexus perſonas.

QVibus[e] autem teſtamẽto tutor datus non eſt, his ex lege duodecim tabularum[f] adgnati ſunt[g] tutores, qui vocantur legitimi.

Sunt autem adgnati† cognati per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi à patre cognati[h]: veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius nepoſvé ex eo[i]: item patruus[k], & patrui filius, nepoſvé ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iungũtur, adgnati[l] nõ ſunt, ſed alias naturali iure cognati. Itaque amitæ[m] tuę filius, non eſt tibi adgnatus, ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure[n] cõiungeris: quia qui ex ea naſcuntur, patris, non matris familiam[o] ſequuntur†.

LEGITIMA AGNATORVM TVT.

upra duobus titulis præcedentibus dictum eſt de tuteſtamentaria, hic autem ponitur de tutela legiti, quæ ſequitur teſtamentariam. Ange.

QVibus autem. Totus iſte titu.diuiditur in quatuor partes. Primo ponit qualiter lex xij tab.dat agnatos in tutores pupillis, deficientibus tutoribus teſtamentarijs. Secun qui ſunt agnati, & qui non ſunt. Tertio qualiter in genda ſunt illa verba poſita hic in principio: vide, quibus autem in teſtamento tutor datus non ſit. arto qualiter ius agnationis perimitur. Secunda Sunt autem. Tertia ibi, Quod autem. Quarta ibi, agnationis. Et ſubdiuiditur hoc principiũ in tres es: quia primo dicit qualiter deficiente tutela teſtamentaria, vocantur legitimi. Secundo, qui ſint agna ertio, qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Ter ibi, At qui.

CASVS. Domine, iam video quod vultis tractare legitim. agnator. dicatis ergo mihi, quando locum habet huiuſmodi tutela? Reſpondit Imperator, d deficiente teſtamentaria tutela, locum habet legi gnat. tute. Nam quibus impuberibus liberis tutor in teſtamento à parente datus non fuerit: his ex le xij. tabul. agnati ſunt tutores: & iſti agnati ex lege tabula. ad tutelam vocati legitimi tutores appel tur. Sed pone; domine, iam video quando legitima agnat. tute. habet locum, & vnde deſcendit: dicatis modo mihi, qui dicuntur agnati? Reſpond. Impera. quod agnati ſunt cognati per virilis ſexus cognationem cõiuncti. & dicuntur agnati, quaſi à patre cognati: quia ab eodem patre natus, tibi agnatus eſt, vt fratris filius, & etiam nepos ex eo. Item patruus eſt tibi cognatus, & filius patrui, & nepos ex eodem filio patrui natus. Sed qui per fœminini ſexus cognationes iunguntur, nõ ſunt agnati, ſed alias naturali iure cognati. vnde amitæ tuæ filius nõ eſt tibi agnatus: ſed tãtum naturaliter cognatus: quia per fœmininam lineam. ſ. per amitam tuam tibi coniungitur: & tu inuicem illi eodem iure coniungeris: quia qui agnaſcuntur patris, non matris familiam ſequuntur. Et hæc vſque ad. §. quod autem lex. Fran. de Aret.

† Ad hoc vt aliqui ſint agnati oportet ꝙ habeãt cõmunem ſtipitem maſcu. generis: vt patruus meus & pater ſi ſunt ex eodem patre. Itẽ qđ ipſi nõ habeant maiorem fœ. generis: & ſic filius amitæ meæ non eſt mihi agnatus Aegi. per.

e Quibus. ſcilicet pupillis.

f Duodecim tabularum. quos ipſa lex vocat verbis et ſentẽtia: & niſi gerant, eorum periculo agitur: vt.ff.eo.l.legitimos. alias autem quandoq; ex ſententia legis dantur: non ex verbis: vt.j.ti.ij & iij.

† Cõcor. c.ex parte M. cũ gl. vni.in pri. extra, de appe.&.c. ij. iũct. gl. ſuper ver. poteſtate. de cõuer. infid.

ADDITIO. Qui facto inuentario & præſtito iuramento de vtilibus faciendis, & prætermittendis inutilibus: promitendo etiam expreſſe ipſum pupillum defendere & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore: nam ante adminiſtrabunt, quam ſibi per iudicem adminiſtratio decernatur. leg. iij. §. final. ff. de adminiſtra. tuto. Angelus.

g Agnati ſunt. ſi ſint maiores xxv. ann. vt. j. de fidu. tu. in fi. & maiores lxx. ann. alias excuſantur: vt. j. de excu. tu. §. item maior.

h Cognati. nomen ergo cognationis generale eſt: agnationis nomen ſpeciale. nam omnis agnatus eſt cognatus: ſed non conuertitur: vt hic, & infra, de legitim. agnat. ſucceſsio. primo reſpon. &. ff. eod. l. ſunt autem.

Cognatio & agnatio ſe habẽt ſicut genus & ſpecies.

i Ex eo. filio fratris.

k Patruus. repete ſi fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin eſt cognatus: vt. C. de leg. hære. l. fi. §. ſed nec. &. §. cum autem.

l Agnati. etiam ſi maſculus interueniat: vtputa ſi ſint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fratris ſui patris non erit agnatus, ſed cognatus, inſpecto fœminino ſexu propter quem adinuicem ſunt cognati, ſecundum Ioan.

m Amitæ. ſed ipſa amita eſt tibi agnata: quia per patrem tuum tibi coniungitur.

n Iure. ſ. cognationis.

o Familiam. i. agnationem: licet & alias multas habeat ſignificationes: hæc dictio, familia: vt. ff. de verb. ſig. l. l. pronuntiatio. §. familiæ, & facit. C. de verb. ſig. l. fi. &. ſ. de pat. pot. §. fin.

Quod autem. CASVS. Domine, Titius laborans liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habuit tempore mortis, Mæuium tutorem dedit, ſed viuente adhuc Titio teſtatore deceſsit Mæuius: iſti impuberes adhuc tutore carent. Agnati autem proximi ab onere adminiſtrationis ſe nituntur excuſare tali ratione. Dicunt enim, quod legitima agnatorum tutela ex. l. xij. tab. locum habet. cum tutor in teſtamẽto datus nõ eſt. Cum autem in teſtamento patris ſui iſtis impuberibus tutor datus fuerit: dicunt ſe ab onere excuſari. Domine, pro Deo dicatis mihi, quid iuris eſt in hoc caſu? Ad hoc rñ. Impera. dicens: Amice, iſti agnati fruſtra nituntur ſe excuſare in hoc caſu ab onere tutelę, male enim intelligunt §. l. xij. tab. qui ab ab inteſtato proximos agnatos ad tutelam vocat.

Quantum ad tutelam pertinet: ... qui cum teſtatus ſit, tutorem teſtamento non dedit, aut datto effectum ſortita non fuit.

Quod autem lex duodecim tabularum ab inteſtato vocat ad tutelam adgnatos: non hanc habet ſignificationem [a], ſi omnino [b] non fecerit teſtamentum is, qui poterat tutores dare: ſed ſi (quantũ ad tutelam pertinet) inteſtatus deceſſerit: quod tunc quoque accidere intelligitur: cũ is, qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit.

Non enim hanc ſignificationẽ habet tantum, vt ſi ille, qui tutorem in teſtamento dare poterat, omnino teſtamẽtum non fecerit, tunc demũ vocentur agnati ſed etiam ſi quantũ ad tutelã pertinet, inteſtatus deceſſerit, quod tantum valere poterit, ſi is, qui in teſtamento datus fuerat, viuente teſtatore deceſſerit. Cum igitur in hoc caſu propoſito id contigerit, manifeſtũ eſt, quod agnati ab onere tutelę nõ poterũt prædicta ratione excuſari. Et hæc vſq; ad illum. §. ſed agnationis. Fran. de Are.

a Significationem. ſ. tantum.

b Si omnino. vel aliud cõtingat, ꝙ tantundẽ valeat: ꝙ diximus. j. de hære. quæ ab inteſta. j. rñſ. & facit. ff. quod cuiuſq; vni. no. l. j. §. & quidem.

ADDITIO. Et ille proprie dicitur inteſtatus, qui potuit teſtari, & nõ eſt teſtatus: ſed dicitur inteſtabilis, qui teſtari nõ poteſt. quod not. pro ſtatutis, ſecundum Chriſtoph. & Iaco. hic. Et deficiente teſtamentario legitimo, vel datiuo, quis in locũ deficientis admittatur, an legitimus, an datiuus: vide Ange. hic.

Sed agnationis. CASVS. Domine, iam video, quando habet locum leg. agna. tut. & qui ſunt agnati: & etiam quomodo intelligantur verba. l. xij. tab. quibus agnati vocantur ad tutelam: nunquid eſt aliqua differentia inter ius agnationis, & ius cognationis? Reſpond. quod ſic: quia ius agnationis omnibus modis, capitis diminutione plerunque perimitur. Nam nomen agnationis à iure ciuili deriuatum eſt: ſed ius cognationis, quod ab origine nomen ſumpſit, & à iure naturali deſcendit, non omni capitis diminutione mutatur. Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrumpere poteſt: naturalia autem nequaquam. hoc dicit vſque ad finem. Franc.

Agnati p̃ferũtur cognatis in duobus.

Agnatorũ prærogatiua facile ꝑditur.

1 Iſta glo. refertur ad ius nouũ de quo in l. iiij. ff. c. ſecus de iure antiquo vt ibi no. Ange.

c Sed agnationis quidem ius. Nota diligenter hunc §. Eſt autem ius agnationis, & ius cognationis, ſiue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, ſcilicet, vt præferantur in hæreditatibus agnatorum mortuorum: vt. j. de legiti. agna. ſucc. primo reſponſo. Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum: vt. ſ. eodem titul. primo reſponſ. his autem deficiẽtibus, in hæreditatibus & tutelis cognati ſuo iure admittuntur: inter quos etiam agnati vocantur, qui deſierunt eſſe in iure agnatorum, vel deſierunt habere iura agnatorum. vt per cap. di. vt. j. de hære. quæ ab inteſt. §. admonendi. Illud autem ius prærogatiuum, quod habent agnati: quia vltra iura communia habẽt per. l. xij. tabu. facile perdũt: vt omnibus modis capitis diminut. id eſt, per omnem capit. di. vt per maximam, vel per mediã: de quibus duobus non eſt dubiũ: cum & iura cognationis perdãtur: vt j. titu. j. §. quod autem. Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hic dicitur. & ff. de capit. dimi. l. tutelas. niſi in duobus caſibus tantum [1], vt inter tres fratres, licet alter emancipetur: vt C. de legi. tut. l. iij. & iiij. Itẽ inter patrem & filium: vt. j. de leg. ag. ſuc. §. fi. & ꝓpter hos duos caſus, qui de minima cap. di. excipiũtur, dicit hic plerunq́. at iura cognationis non cõmutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima ca. dimi. & eſt ratio, vt ſubijcit.

Agnationis ius (cum ciuile ſit vinculum) capitis diminutione tollitur: cognationis verò non ita.

Annotato, Nil tam naturale eſſe, quàm genere quodq; diſſolui, quo ligatum eſt.

Sed adgnationis quidem ius [c] omnibus modis † capitis deminutione † plerunque perimitur.

Nam [d] adgnatio, iuris ciuilis nomen eſt [e]. Cognationis verò ius, non omnibus modis cõmutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidẽ iura corrumpere poteſt: naturalia [f] verò non vtique [g].

d Nam. pro quia.

e Agnatio iuris ciuilis nomẽ eſt. i. à. l. xij. tab. eſt inducta hæc prioritas agnatorũ: ſed ius cognationis eſt naturale nomẽ [2]: nã ratione ſanguinis hoc nomẽ impoſitum eſt: vnde & vnũ ius ciuile poteſt per aliud facile tolli: vt hic, & ff. de reg. iur. l. nihil eſt.

f Naturalia. i. iura cognationis ſic dicta: quia ea quis conſequitur per natiuitatẽ: vt. ſ. de adopt. §. ſed hodie. in fi. §. non ſic de facili tolluntur.

g Vtique. i. certe nõ tollunẽ capitis diminutione: cũ ſint immutabilia hæc iura: vt. ſ. de iu. nat. §. ſed naturalia. Item nec ea, quæ naturalẽ æquitatẽ habent: vt. ff. de cap. di. l. eas. & l. legatũ. Item no. quia quędã cognatio eſt ciuilis tantũ, vt per adoptionẽ: vt. ff. de adopt. l. qui in adoptionẽ. Item naturalis tantũ. vt ad filios naturales tantũ. Item naturalis & ciuilis: vt ad eos, qui legitimi ſunt. & de hac intelligitur hic: vt. ff. de grad. aff. l. non facile. §. j. Itẽ no. quia ciuili iure hęc. ſ. tutela. & hęreditas tribus modis deferuntur: vt ex verbis & ſententia legis xij. tab. vt in agnatis. Itẽ ex ſentẽtia tantũ: vt. j. de leg. pat. tut. & j. de fiduc. tu. Itẽ ex alijs legibus veteribus vel nouis: vt. C. de cap. di. l. tutelas. quã quidam medium vocant. Nunquid ergo hęc omnia facile perdũtur per omnẽ cap. dimi? Rñ. ſic in duobus primis tantũ [3]: non in tertio: vt hic, & in. d. l. tutelas. Itẽ quęro, an futuras tutelas acquirẽdas, & hæreditates tantũ tollat: an etiam præteritas adimat? Rñd. futuras tantũ: vt. ff. vnde lib. l. fi. Quid enim potuit diuinare lex deferens hęreditatem vel tutelam de futura cap. di. vt. C. de teſta. l. iubemus. in fi. Certe nullo modo: vt. ff. mand. l. fideiuſſor. j. reſpon. Hodie vero iſtam differentiã agnationis quærere nõ oportet: cũ agnati ante cognatos nihil habeant: vt in auth. de hære. ab inteſt. venien. §. ex ijs. col. ix. Item nota, quod licet prædicta iura cognationis tollantur maxima & media capitis diminutione: ipſa tamen conſanguinitas non tollitur: vt. ff. de regu. iur. l. iura ſanguinis.

† Id eſt p̃ omnem capitis diminutionẽ.

2 Et ideo ſi ſtatutũ vtatur verbis naturalibus: puta filius, pater, mater, frater et ſoror, non attendimus ius ciuile. ſed ſolum naturale, vt ſic comprehendatur etiam naturalis & ſpurius & etiã ſeruus: vt. d. l. tutelas. ſecundum Ang. hic.

† Nebriſſen. in lexico ſuo iuris ciuilis, in dictiõe deminuo, annotatũ eſſe ait à Ludouico Bol. in Pãd. Flo. ſemper per e, ſcribi, nõ per i, deminuo: deminutio.

3 Et quãuis tũc deferatur p nominanaturę, puta patri, vel fratri: ſunt importãtia agnationem: q facilius tollitur. & ſic non obſt. d. l. tutelas. ſecundum Iaſ.

Cõſanguinitas nunquam tollitur.

De cap

DE CAPITIS DEMINVTIONE.

Continuatur, quia ſupra viſum eſt de legitima agnatorum tutela: & quia ius agnationis capitis diminutione corrumpitur. §. fin. ſupra tit. j. meritò ſequitur videre capitis diminutio ... Per.

TITVLVS XVI.

DE CAPITIS DEMINVTIONE†.

Hoc principium nō ſummatur: quia breue, & quia ponit definitionem. Are.

Eſt autem capitis diminutio, prioris ſtatus[a] mutatio[b]: eaq́ tribus modis accidit. Nā aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor (quā quidam mediam[c] vocant) minima.

Qui perdit ciuitatem, & libertatem patitur maximam capitis diminutionem.

Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatem, & libertatem amittit: quod accidit ijs, qui ſerui pœnę efficiūtur atrocitate[d] ſententiæ: vel libertis[e] vt ingratis erga patronos cōdemnatis: vel ijs, qui ſe ad pretium participandum venumdari paſſi ſunt[f].

Per deportationem, vel aquæ & ignis interdictionem, contingit media capitis diminutio. Are.

Minor ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur: libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdi-

Eſt autem. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primo ponitur quid ſit capitis diminutio, & quotuplex ſit. Secūdo de maxima capitis diminutiōe. Tertio de media. Quarto de minima. Quinto remouet certa dubia. Secūda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus aūt. Et hæc diuiſio ſufficit: licet alij aliter diuidant. CASVS. Domine iā video, quod vultis tractare de cap. di. Dicatis igitur mihi quid eſt ca. diminutio? Reſpon. Imper. quod capitis diminutio eſt prioris ſtatus commutatio. Sed pone: Domine, video quid eſt ca. di. ſed ſi placet dicatis mihi quot modis fit capitis diminutio. Et reſpon. Imp. quod cap. dimi. fit tribus modis. Aut enim eſt maxima capitis diminutio, aut minor quam quidam mediam vocant: aut minima. Sed pone: Domine iam video, quot modis fit capi. dimi. Dicatis ergo mihi, quando locum habet capi. dimin. maxima: quando minor, & quando minima? Ad hoc reſpon. Imp. dicens, quod maxima capi. dimi. eſt, quando aliquis ob aliquod enorme delictum ciuitatem ſimul & libertatem amittit, quod contingit in ijs, qui atrocitate ſententiæ ſerui pœnæ efficiuntur: vel etiā in libertis, qui propter ingratitudinem contra patronos cōmiſſam, in ſeruitutē rediguntur: vel etiā in ijs, qui in maiores. xxv. annis. ad participandum pretium ſuæ venditionis ſe venundari paſsi ſunt. Minor autem, ſiue media cap. dimi. eſt, cum aliquis ob delictum ſuum ciuitatem amittit: ſed tamen retinet libertatem: quod in eo accidit, cui ignis & aqua interdicitur, & qui in inſulā deportatur. Minima capi. di. eſt, cum quis ciuitatem ſimul & libertatem retinet, qui ſtatum ſuum tātum commutat: quod accidit in ijs, qui ſui iuris fuerunt, & ſe in arrogationē poſtea dederunt: & ita alieno iuri per ſpeciem arrogationis ſubiecti eſſe cœperunt. Et ſimiliter in caſu cōuerſo, cum ij, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, per emancipationem ſui iuris efficiuntur: veluti ſi filiusfa. emancipatus à patre fuerit. Nam in hoc caſu minimam ca. di. pati intelligitur. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ſeruus autem. Fran. de are.

a Status. hic ſtatus conſiſtit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia. i. iure agnationis. Cum enim primum libertatem quis perdit, per conſequens & duo vltima perdit & tunc maximam cap. di. patitur. Cum vero ſecundū perdit: per cōſequēs perdit & vltimū, ſed nō primū: & tunc dicitur media cap. di. Cū vero vltimū perditur, nō perduntur duo prima: & tunc minimam cap. di. patitur: vt. j. §. j. ij. & iij. &. ff. e. l. Sed P. dicit ſtatutū hominis. i. conditionem, in qua quis plurimum poteſt.

b Mutatio. non ergo accipitur hic ad literam, vt dicatur capitis dimi. qñ caput abſcinditur: ſed qñ ſtatus mutatur, vt caput ſtatus dicatur: vt. ff. ad Tertyl. l. j. §. capitis. Sed videtur hæc definitio non conuerti cū ſuo definito. nam morte patris filius mutat ſtatum: quia fit ſui iuris: vt. ſ. qui. mo. ius pat. po. ſol. §. j. nō tñ dicitur capite minui. vt. ff. ad mace. l. ſi filiusfa. §. fi. Sed dic ſubaudiri hic, facto hominis interueniente[1]: vt emancipatione, vt deportatione patris, vel ſimili modo, vel etiā quaſi facto quod dico propter filios arrogati: quia vna cū patre mutant ſtatū: vt. ff. e. l. liberos. ſ. de adop. §. pē. Arg. contra in authē. conſti. quæ de dig. §. palā. colla. vj. vbi nō ab homine, ſed à lege quis efficitur ſui iuris. At moriente patre nō interuenit factum hominis: imo magis Dei. Quid ſi interficiatur pater? Reſpon. idem: quia mors ſemper Dei diſpoſitione aduenit.

ADDITIO. Dicite quod mors ſemper euenit diuina diſpoſitione. vnde illud, Homo es, ergo morieris. & illud Phi. Separatur hoc ab hoc: tanquam perpetuū à corruptibili. Et Seneca, Prima dies dedit extremum: ſed modus mortis relictus eſt proprio arbitrio & libero. vnde ſcriptum eſt, Sapiens dominabitur aſtris. de quo diſputabunt theologi. Chriſto.

c Mediam ſic. ff. de au. & ar. l. qui lancem. &. ſ. de libertinis. §. libertinorum.

d Atrocitate. eſt autem atrox & dura hæc ſententia: licet iuſte feratur: vt. ſ. qu. mo. ius &c. §. pœnę ſeruus. ſed hodie propter huiuſmodi pœnas nemo ingenuus fit[3] ſeruus. vt in auth. de nup. col. iiij. §. quod autem prius. &. §. ſeq. Accur.

e Libertis. ſ. cōdemnatis vt ſubijcit, & ꝙ dicit ingratis, alias eſt, ingrati. i. ingratitudinis. quæ reuocatio fit per actionem ingrati: vt dicunt quidam: vt. C. de lib. & eo. lib. l. fi. & pe. vel per vtilem rei ven. ſecundum alios ad inſtar donationis cauſa mortis, quę reuocatur: vt. ff. de do. cau. mor. l. ſi mortis cauſa res. vel (ꝙ eſt verius) accuſatione vel actione extraordinaria, per quam officium iudicis imploratur: vt. C. de lib. & eorū lib. l. non eſt[3]. & fit hæc reuocatio propter omnē offenſa, & etiā leuem: vt. C. de lib. & eo. lib. l. ij. non autem fit propter omiſsionem obſequij: vt. C. de li. cau. l. ſolo. niſi in caſu, vt cum denegat alimenta. vt. ff. de lib agn. l. alimēta. §. Imperatoris. Nam tunc etiā occidere velle videt eū: vt. ff. de li. agn. l. necare[4]. & hoc niſi remiſerit ius patronatus: tunc enim ex his cauſis ſolū reuocatur, ex quibus & donatum: vt in auth. vt lib. dec. §. illud. col. vj. quæ cauſæ ſunt numeratæ. C. de reuo. dona. l. vl. & hęc vera ſunt, cum quis ex voluntate propria manumittit: vt. C. de lib. & eo. lib. l. j. & ij. ſed ſi non ex voluntate, non reuocaret: vt. C. de li. et eo. li. l. j. Sed quid ſi manus in patronū iniecit? Rñ. Dānatur in metallū: ſi vero conuicia dixerit mittitur in exilium: vt. ff. de iur. pa. l. j.

f Paſsi ſunt. hic multa ſunt neceſſaria: vt. ſ. de iure perſo. §. penul.

1 Hanc ſubauditionē improbat Ia. & ad contrariū reſpō. quod ibi filius nō mutat familiā & ſic nec ſtatū. l. familiæ. ver. ſic. cū iure ff. de ver. ſignifi. illud exēplū reprobat Ia. per. l. iij. ff. de inter. & relega.

3 Iſta communiter tenetur in. d. l. ij. in glo. allegata: ſecundū Angē.

4 Idem in filio emācipato & vaſallo patri vel domino alimenta denegātibus: & in donatario omniū bonorum vel maioris partis, vt no. glo. in d. l. fin. ſecus in parte quātitatis, vt per Bald. & Chri.

a Interdictum. hanc pœnam in vſu non habemus, ſed eius loco ſucceſsit deportatio: vt. ff. ad. l. Iul. pecu. l. iij. ſed inſtar excommunicatorum habebantur, quibus talia denegabantur. Sed videtur hunc etiam fieri ſeruum, licet hic denegetur. ff. de var. cog. l. cognitionum. in fi. contra. ſed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt nõ poſsit facere teſtamentũ. cui ſic|eſt interdictum: vt. ff. de iniu. rup. teſta. l. ſi quis filio. §. eius. non quod fiat ſeruus vere.

b In inſulã. ſecus ſi in metallũ, vt. ſ. q bus mo. ius pa. po. ſol. §. pœnæ. in caſu tamen etiam libertatem perdit dãnatus in inſulã: vt C. vt nemo pri. l. ij. §. cum autem.

c Subiecti eſſe. vt in arrogatis.

d Vel cõtra. alias eſt in litera: ſi filius à patre emãcipatus fuerit, eſt capite mi nutus: & ſecundũ hoc, eſt expoſitio huius verbi, vel cõtra. alias vero hoc totum deeſt: & tũc idem ſubintelligo. Alij dicunt, quãdo ſui iuris nõ eſt, trãſfertur in poteſtatẽ alterius, puta aui materni, vel etiam paterni: vt. ſ. de adop. §. ſed hodie. q caſus eſt contrarius illi quando qui ſui iuris eſt, in arrogationem datur. Sed quare filiusfa. cum emancipatur, capite minui dicitur? Reſpon. propter imaginariam vẽditionem, quæ fiebat: vt. ſ. qui. mo. ius pat. po. ſol. §. præterea. in prin. Sed cũ hodie non fiat hæc venditio: vt in eo. §. continetur, videtur quod hodie nõ minuatur capite. Sed certe illa ſola nõ erat ratio: imo & alia, quia mutat familiam: vt. ff. e. l. liberos. in prin.

ctũ [a] fuerit: vel ei, qui in inſulam [b] deportatus eſt.

Per emancipationem vel arrogationem contingit minima capitis diminutio. Arc.

Minima capitis deminutio eſt, cùm ciuitas retinetur et libertas: ſed ſtatus hominis cõmutatur. quod accidit ijs, qui cum ſui iuris fuerint: cœperũt alieno iuri ſubiecti eſſe [c]: vel contra [d]: veluti ſi filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus.

Nemo poteſt dici perdere, quod non habet. Vel ſic, Priuatio præſupponit habitum. Arc.

Seruus autem manumiſſus capite nõ minuitur [e]: quia nullum caput habuit.

Remotus à dignitate non perdit ſtatum. Vel ſic, Qui non turpiter à dignitate remouetur, nõ dicitur capite minui. Arc.

Quibus autem [f] dignitas magis, quàm ſtatus permutatur, capite non minuuntur, & ideo à ſenatu motos, capite nõ minui conſtat [g].

Cognationis ciuiles effectus, nõ minima, ſed media aut maxima capitis diminutione tolluntur.

Non abre dixi ciuiles effectus quoniam ſanguinis iura, nullo ciuili iure dirimi poſſunt: regula iuris.

Quòd autẽ dictũ eſt [h], manere cognationis ius etiam poſt capitis deminutionem: hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio [i]. Nam ſi maxima capitis deminutio interueniat, ius quoque cognationis [k] perit, vtputa ſeruitute alicuius cognati: & ne quidem ſi manumiſſus [l] fuerit, recipit cognationẽ. Sed & ſi

Seruus autem. CASVS. Quidam manumiſit ſeruũ ſuum, nunquid in caſu iſte ſeruus manumiſſus capite diminutus cenſetur? Reſpond. Impe. q non. Seruus enim manumiſſus capitis diminutionem non patitur: quia ante manumiſsionem nullum caput habuit. Sed pone, quod aliquis ſit ab ordine ſenatorum remotus: nũquid in caſu iſto capite minuitur? Reſpon. Imper. quod non. Nam dignitas eius qui ab ordine ſenatorum remouetur, magis quam ſtatus commutatur. Cum igitur capitis diminutio ſit prioris ſtatus commutatio: manifeſtũ eſt ab ordine ſenatorum remoto nullam pati capitis diminutionem. Et hęc dicuntur vſq ad illum. §. quod autem. Fran. de Are.

e Non minuitur. i. eius ſtatus non mutatur: cum primo nullum habuerit ſtatum: vt hic, &. ff. e. l. liberos. in fi. & l. ſeq. ſed contra eſt. C. de bon. proſcrip. l. j. Sed dic, quod ibi crimine capitali ſeruus accuſatur. i. tali q eſſet aliàs in libero capitale. Item quid ſi quãdoque habuit caput: quia fuit liber, & nunc ſeruus eſt, & manumittatur? Reſpond. idem: quia præſens tempus conſidero. Accurſius.

f Quibus autem. dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui, vt. ſ. e. in prin. autem, pro ſed: ſed quibus dignitas &c.

g Conſtat. vt. ff. de ſena. l. iij. & hic ſi fuerit remotus propter turpitudinem: non poteſt iudicare: vel teſtimonium dicere: vt. ff. ad leg. Iul. re. l. eadem. §. j. &. ff. de ſena. l. ij. Accur.

Quod autem. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi. ſ. ti. proxi. §. fi. quod ius cognationis durat etiam poſt capitis diminutionem: nunquid generaliter hoc eſt verũ in qualibet cap. dimi. Ad hoc reſpon. Impe. quod nõ. Nam quod dictũ eſt manere ius cognationis poſt capi. dimi. hoc intelligendum eſt de minima capi. dim. interueniente: quia per illam ius cognationis nõ perimitur, ſed ſi maxima cap. dimi. interueniat: vtputa ſi aliquis de cognatis in ſeruitutẽ redactus fuerit: tunc in caſu iſto ius cognationis amittit: & licet poſtea bñficio manumiſsionis ad libertatem peruenerit, non tamen ius cognationis recuperabit. Et non ſolum maxima, ſed etiam media capit. diminu. ius cognationis perimitur, veluti ſi quis in inſulam deportatus fuerit. Nam etiam in iſto caſu ius cognationis amittit. Et hæc vſque ad illum. §. cum autem. Franciſcus de Aretio.

h Quod autem dictum eſt. ſupra titulo proximo. §. finali.

i Cognatio. i. ius cognationis à prætore inductum, ex quo ad bo. poſ. vocantur per vnde cogna. j. de hær. quæ ab inteſt. §. admonendi.

k Cognationis. i. ius ſuccedendi, & ad tutelam vocãdi perit. ſed ipſa conſanguinitas non perit: vt. ff. de reg. iur. l. iura ſanguinis. cum ſit de iure naturali: vt. ſ. de iure natu. §. penul. contra. &. ſ. de nupt. illud contra. Sed qualiter cognatis defertur, imo agnatis: vt. ſ. titu. j. in prin. Reſpon. poſt agnatos: vt. j. de hære. quæ ab inteſta. §. admonendi.

l Si manumiſſus. aliud ſi reſtituturus, ſecundum Ioã. vt. ff ad Tertyl. l. j. §. filio qui mortis. contra. &. C. de ſen. paſ. l. fi. contra. &. ff. de contra tabu. l. j. §. fi. & l. ij. contra [2]. Item contra eſt in eo qd' hic dicit tolli ius cognationis per maximam & mediam capitis diminuti. ff. de rebus dubijs. l. ſi cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale: vt. ff. eodem. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quæ per adoptionem conſtituitur: vt infra de leg. agna. §. per adoptio. &. ff. de adoptioni. l. qui in adop. hic vero de naturali cognatione: vt. ff. de gradibus affinj. l. non facile. §. j. & ſic ibi de minima capi. dimi. loquitur. Item contra j. de ſerui. cogn. in ñuc. j reſpon. Solu. hic loquitur in his qui primo fuerunt liberi, & poſtea ſerui: quod eorum

1 Communiter tamẽ inſolidũ p obligationibus, contractis ſub patria poteſtate. vt l. j. §. j. ff. e. niſi in caſibus not. i. l. j. &. ff. quod cum eo. vbi poteſt excipere qd' non cõdemnet niſi quatenus facere pòt. l. pater filio. ff. qd' cũ eo. per Ange. & Io. Fa. hic.

2 Ibi caput capitur naturaliter: hic ciuiliter: vt nota. in. l. contraria. Aeg. per.

2 Et eſt ratio differẽtiæ ſecundũ Chriſt. quia reſtitutio intelligitur vt fiat pleno iure, vt. d. l. fi. ſed manumiſsio delet tantum nubeculam ſeruitutis. l. manumiſſiões. ff. de iuſt. & iu.

rum delictocontingit: vnde non debent habere cōmodum: vt. ff. ſol. ma. l. ſi ab hoſtibus. §. j &. ff. de minori. l. Papinianus. ibi, indignum &c. licet ibidem illa ratio corrigatur. ibi vero ſemper fuerūt ſerui. Vel illa noua corrigit iſtā. nam ex Græca conſtitutione illa eſt extracta, vt ibi dicitur.

a Sed & ſi in inſulam. hic ponit exemplũ de media: ſed. ſ. modo poſuit exemplum de maxima.

b Cognatio. i. ius cognationis: vt. ſ. proxi. §. diximus.

in inſulam[a] quis deportatus ſit: cognatio[b] ſoluitur.

Tutela defertur proximiori in gradu: & ſi plures ſunt de eodem gradu, defertur ad omnes. hoc dicit. Aret.

Cùm autem ad adgnatos tutela pertineat[c]: non ſimul ad omnes pertinet: ſed ad eos tantùm, qui proximiores gradu[d] ſunt: vel ſi plures eiuſdē gradus ſunt, ad omnes pertinet: veluti ſi plures[e] fratres ſunt, qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

Cum autē. CASVS. Vos dixiſtis mihi. ſ. in tit. præced. in princ. quod tutela impuberum agnatorũ ad agnatos ex lege xij. tabu. pertinet. Pono ergo, quod plures ſint agnati ex diuerſis gradibus cōſtituti: nunquid ſcilicet ad omnes pertinebit? Rñd. quod non. Nam quod dictum eſt tutelam ad agnatos pertinere, nō intelligendũ eſt, quod ad omnes pertineat: ſed ad eos tā tum, qui ſunt in ꝓximiori gradu conſtituti. vnde ſi plures ſunt qui eūdem gradum cognationis obtineant: veluti plures fratres: omnes ex le. xij. tab. ad tutelā vocantur. Et hæc dicuntur vſq; ad fi. huius ti. Fran. de Are.

TITVLVS XVII.

DE LEGITIMA PATRONORVM tutela.

c Pertineat. vt. ſ. ti. j. j. reſpon.

d Gradu. facit ad hunc. §. ff. de leg. iij. l. ſi plures. &. j. de legi. ag. ſuc. §. ſi plures. &. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. ſi ad plures. Hodie vero hic. §. corrigitur: quia æqualiter tā ad agnatos, quā cognatos defertur tutela, ſicut hæreditas: vt in authen. de hære. ab inteſt. §. ex his. col ix.

ADDITIO. Et ſic lex noua corrigens vnũ ex ſpecificatis à lege veteri, cenſetur etiam corrigere aliud: vt hic, &. l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & per Ange. in. §. j. ſ. de iure naturali.

e Si plures. alias iſti duo verſiculi deſunt, Si plures fratres ſunt, qui vnum gradum obtinēt, pariter ad tutelam vocantur. ſed ego habeo. Accur.

DE LEGITIMA PATRONORVM tutela.

Quia ſuprà viſum eſt de legitima agnatorum tutela: & quia eſt & alia, quæ appellatur legitima, ſcilicet tutela patronorum: ideo de ea tractaturus ſubdit de legitima patronorum tutela. Port.

Ex eadem. Diuiditur in ſex partes. Primo qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secundo quomodo vocatur: & eſt legitima à lege xij. tab. proueniens. Tertio illud per rationem probat. Quarto confirmat per exemplum. Quinto exemplum probat per rationem. Sexto rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cum & agnatos. Quinta ibi, Quia plerunq;. Sexta ibi, Ideo autem. Arc.

CASVS. Domine, quare intenditis hic tractare de leg. pa. tu.? Ad hoc reſpon. Impe. Amice, tractauimus de leg. ag. tu. quæ ex verbis & ſententia legis xij. tab. deſcendit: ſed quia legi. pa. tu. ex mente eiuſdē legis ad patronos & libertos eorum pertinet, idcirco de ea hic tractare intēdimus. Et hæc eadē tutela legitima ſicuti ſuperior appellat. Non tamen ideo legitima dicit, quod aliquid de ea nominatim in verbis legis xij. tabul. expreſſe fuiſſet introductũ. Sed dñe, pro Deo, quæ ratio mouit iuriſconſultos ad talē interpretationē faciendā? Ad hoc reſpon. Imp. Amice, hæc fuit ratio, quæ mouit iuriſconſultos. Lex enim xij. tab. iuſsit hæreditates libertorum & libertarum ad patronos & liberos eorũ pertinere, ſi inteſtati deceſsiſſent: vnde eoipſo crediderunt iuriſconſulti veteres, ꝙ lex xij. tab. vellet, ꝙ etiā eorū tutela ad patronos & liberos ſimiliter deberet pertinere. & ad iſtam tacitam voluntatem præſumendam tali ratiōe mouebantur: quia lex xij. tabul. proximos agnatos ad hæreditates agnatorum ab inteſtato mortuorũ vocat: & eoſdem agnatos ad impuberum agnatorum tutelā vocat. conſimiliter ergo in caſu propoſito dicebant, quod ſicuti patroni & liberi eorũ ad ſucceſsiones libertorum ab inteſtato ex lege xij. tab. vocantur: ita debere eos ex mente eiuſdē legis ad onus adminiſtrationis tutelæ vocari: quia plerunq; vbi eſt ſucceſsionis emolumentum, ibi & onus tutelæ eſſe debet. Sed domine, pro Deo, quare dixiſti, plerunq;? Ad hoc reſpō. Impe. Ideo autem plerunque diximus: quia ſi aliqua fœmina filium ſuum impuberem manumiſerit, ipſa quidem ad ſucceſsionem eius ab inteſtato vocatur: alius tamen quam ipſa eiuſdem tutor erit. hoc dicit vſque ad fin. Franciſcus.

Patroni ad libertorum tutelam ex ſententia legis xij. tabu. vocātur: cùm ipſi inteſtatis libertis ſuccedant. Vnde par eſt, vt is onus tutelæ ſubeat, ad quem hæreditatis emolumentum pertinet.

Ex eadem[f] lege duodecim tabularum, libertorum[g], & libertarum tutela ad patronos[h], liberoſq; eorum pertinet. Quæ & ipſa[i] legitima[k] tutela vocatur: non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem[l], ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quòd hæreditates libertorum libertarumque, ſi inteſtati deceſsiſſent,

f Ex eadem. ſcilicet. per interpretationem, non ex verbis eius, vt ſubijcit. &. ff. de legit. tut. l. tutela. j. reſponſ. Accur.

g Libertorum. ſ. impuberum.

h Ad patronos. quocunque modo manumittentes: niſi libertas detur à lege: vt. ff. de leg. tut. l. tutela. vſq; ad. §. fi. Accur.

i Quæ & ipſa. quaſi dicat, non ſolum aliæ quædam legitimæ ſunt, ſed & iſta.

k Legitima. ſcilicet ex mente legis, nō ex verbis: non tamen ſatiſdant, niſi eorum perſonæ ſint vulgares, & minus honeſtę, vt aut modus tutelę: quia magnũ patrimoniũ vel magna tutela nimis, aut perſona: quia ſuſpecta, vel non diligens pupillum. vel non honeſta: aut cauſæ admittat. i. recipiat ſatiſdationē: vt. ff. eo. l. legitimos. §. j. & ij. li. et al. j legitimi indiſtinctè ſatiſdāt: vt. j. de ſatiſda. tu. §. j.

l Per interpretationem. ſ. iuriſconſultorum.

i A qbus licitum eſt recedere ſecundũ Angel. ꝓpter tria. Primo ꝓpter iniquitatē inſurgentem. Secūdo ꝓpter legis ratio nem repugnātē. Tertio ꝓpter eorũ vſum loquēdi cōtrarietatē. l. librorũ. §. qd' tamen Caſsius. ff. de le. iij.

iuſſerat lex [a] ad patronos liberosve eorũ pertinere: crediderunt veteres [b], voluiſſe legem [c], etiam tutelas ad eos pertinere †. Cùm & adgnatos, quos ad hæreditatem lex vocat [d], eoſdem & tutores eſſe iuſſerit [e]. Quia plerunque vbi ſucceſsionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideo autem diximus plerunque [f], quia ſi à fœmina impubes manumittatur: ipſa ad hæreditatem vocatur, cùm alius ſit tutor [g].

Aequitas vbi eadem eſt, ibidem et idem ius ſtatui debet.

†Nã vbi onus, & emolumentum, & econtra: vt. xij. q. iiij. charitatẽ. in. c. accedẽtibus. in gloſ. j. ibi: itẽ vbi. extra de præſcrip.

a Lex. ſ. xij. tab. vt. ȷ. de ſuc lib. ȷ. reſpon.
b Veteres. ſ. ſapientes.
c Legem. ſ. eandem xij. tabu.
d Vocat. ſ. lex xij. tab. vt. ȷ. de leg. agna. ſuc. §. ȷ.
e Iuſſerit. vt. ſ. de legi. agn. tu. ȷ. rñ. & ſic notabis hic quod vbi eſt eadẽ æquitas, idem ius debet ſtatui. ſic ff. ad legem Aquil. l. illud. & ff. de fur. l. ȷ. §. ȷ.
f Plerũque. quare hoc dicit, ſtatim ſubijcit. & facit ad hoc hanc regulam ff. de reg. iur. l. ſecũdum naturam. & ȷ. de contrahen. emp. §. cum autẽ. & C. de furt. l. ſi. §. ſed cũ in ſecũda. & C. de cadu. toll. l. ȷ. §. pro ſecundo. et. ff. de pericu. & commo. rei ven. l. id quod.
g Tutor. & ita apud alium eſt hæreditas, & apud alium tutela, ſcilicet agnatũ vel cognatum: vt hic, & ff. de legi. tu. l. ȷ. §. ȷ. Item minor vigintiquinque annis manumittens ſuccedet in hæreditate, vt patronus. non tamen erit tutor: vt. ȷ. de ſi du. tu. in ſi. & C. de legit. tute. l. vlti. §. finali.

ADDITIO. Et qualiter mater auia vel proauia poſsint eſſe tutrices vel curatrices: & an alijs præferantur legitimis, & transeundo ad ſecunda vota, vel inhoneſte viuẽdo. quomodo tutrices eſſe deſinant, vide Ang. hic.

TITVLVS XVIII.

DE LEGITIMA PARENtum tutela.

Ex extenſione iuriſconſultorum pater emancipatus eſt legitimus tutor, filio emancipato. Aretinus.

DE LEGITIMA PARENTVN TVT.

Quia ſuprà viſum eſt de legitima patronorum tutela: & quia eſt & alia quæ legitima appellatur, vt parentum: ideo de ea ſubdit. Porc.

EXemplo. Diuiditur in tres partes. Primo, quod tutela quæ defertur emancipatori, eſt ſimilis illi, quæ defertur patrono. Secundo, quod etiam eſt legitima. Tertio exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipſa. Tertia ibi, Nam ſi quis.

CASVS. Dicit hic Iuſtinia. quod exemplo patronorum eſt alia tutela parentum per interpretationem iuriſconſultorũ ex mente legis xij. tabu. recepta. & ſicut ſuperior legitima appellatur, ita & iſta. Nam ſi parens filium vel filiam, vel nepotẽ vel neptem ex filio, vel deinceps impuberes emancipauerit: ipſe legitimus tutor eorum erit. Et hæc dicuntur per totum titulum. Franc. de Arc.

h Recepta. ſ. per interpretationem iuriſconſultorũ: vt ſuperior cum deſinebat eſſe agnatus: niſi cõtracta fiducia emanciparet, quod hodie ſemper præſumitur: vt ſupra de legit. agna. ſucceſſ. §. ſi. vnde hodie eſt ſemper legitimus.

i Tutor erit. ſ. qui emãcipauit, ſi ipſe eſt maior xxv. ann. vt infra titul. ȷ. in fin. & facit ad hoc. ſ. quibus modis ius patr. poteſt. po. ſol. §. & preterea ſi impubes. & ȷ. tit. ȷ. ȷ. reſpon.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà viſum eſt de legitima parentum tutela. Verum quia alia eſt, quæ fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus intitulauit de fiduciaria tutela.

EXemplo patronorũ recepta [h] eſt, & alia tutela, quæ & ipſa legitima vocatur. Nam ſi quis filium vel filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit: legitimus eorũ tutor erit [i].

TITVLVS XIX.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

Pater vigeſimumquintum ſuperans annum, filij ſui ab alio emancipati, poſt cuius mortem fiduciarius eſt tutor, itẽ frater, emancipati fratris: filius verò mortui patroni, legitimus tutor erit.

ESt & alia tutela [k], quæ fiduciaria appellatur [l]. Nam ſi pater filium vel filiam, nepotem vel neptem, vel

ESt & alia. Diuidit in quinque partes. Primo ponit dictum. Secundo illud exemplificat. Tertio ponit diuerſum in filio patroni. Quarto diuerſitatis rationem aſsignat. Quinto ponit aliud dictũ. Secunda ibi, Nam ſi. Tertia ibi, At q. Quarta ibi, Quoniam. Quinta ibi, Ita tamen.

CASVS. In hoc princi. dicit Iuſtin. quod eſt quædam alia tutela, quæ appellatur fiduciaria, quæ habet locũ in tali caſu. Si parens filium, vel filiã, vel nepotes, vel neptes ex filio: vel deinceps impuberes emãcipauerit, ipſe le. tu. eorũ nãciſcit, ſed mortuo ipſo parẽte eorũ deniq; legitimo tutore, ſi liberi eius virilis ſexus perfectę ętatis extiterint: ipſi eorundem impuberũ emancipatorũ poſt obitũ parẽtis fiduciarij tutores efficiunt. Et hęc dicuntur vſq; ad. §. at qui. vbi dicit Iuſti. qđ hoc videt ſtare nõ poſſe: & hoc tali rõne: quia ſi patronus legitimus tutor libertorum impuberũ deceſſerit: liberi eius in eadẽ tutela ipſi parẽti ſuccedũt, & ſimiliter legitimi tutores efficiunt. à ſimili videt in caſu ꝓpoſito, ꝙ ſicuti pater legitimus tutor erat, ita & filij ſui in eadẽ tutela ei debebãt ſuccedere: & ſimiliter legitimi tutores exiſtere. h. d. vſq; ad verſi. quoniã. vbi rñ. Iuſt. ad opinionẽ prædictã in hunc modum: non eſt mirũ, ſi ſecus ſit in caſu propoſito de filio patroni. Nam in caſu propoſito ſi filius defuncti, qui in fiduciariam tutelã fratris recidit, in poteſtate patris ſui ſemper fuiſſet: poſt mortem patris, ſui iuris eff. ctus fuiſſet, nec in poteſtate fratrũ ſuorũ aliquatenus recidiſſet: & ſic nõ eodẽ iure fuiſſet apud fratrẽ, quo extiterat apud patrẽ: donec in eadẽ tutela erit apud fratrẽ, in qua erat apud patrẽ. Sed ſecus eſt in liberto. Nam ſi ſeruus in poteſtate domini tẽpore mortis fuiſſet: eodẽ iure poſt mortẽ domini futurus eſſet apud liberos ipſius domini, in quo extiterat apud ipſum dominum viuentem. Nec igit mirũ, ſi idẽ manumiſſus incidit in eandẽ tutelã apud liberos patroni, in qua fuerat apud ipſum patronum. Et hoc vſq; ad illum. §. ita tamen. Fran.

k Eſt & alia tutela. i. alio nomine vocata.
l Fiduciaria appellatur. de qua dicitur. ȷ. §. quo defuncto. Accur.

Impub

deinceps impuberes [a] manumiſerit [b]: legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo [c] defuncto, ſi liberi [d] eius virilis ſexus exiſtant: fiducarij tutores filiorum ſuorũ [e]: vel fratris, vel ſororis [f], & cæterorum efficiuntur. Atqui [g] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, ſi non eſſet à viuo patre emancipatus, poſt obitum eius ſui iuris efficeretur, nec in fratrum poteſtatem recideret [h]: ideoq́ nec in tutelam [i]. Libertus autem ſi ſeruus manſiſſet, vtique eodem iure [k] apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet. Ita tamen hi ad tutelam vocantur: ſi perfectæ [l] ſint ætatis, quod noſtra conſtitutio [m] in omnibus tutelis & curationibus obſeruari generaliter præcepit [n].

TITVLVS XX.

DE ATTILIANO TVTORE [o], ET EO, qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Ceſſante teſtamentaria & legitima tutela, locus eſt datiuæ, id eſt, à iudice dandæ.

SI cui nullus

a Impuberes. nam ſi puberes, non erit eorũ curator legitimus: vt. ff. de excu. tu. l. amiciſsimos. §. Lucius [1]. Argu. contra authen. vt ij, qui ob. ſe hab. per. §. j. collatio. vj. Ioan.

b Manumiſerit. i. emancipauerit: vt. ff. quando act. de pecul. eſt an. l. j. §. j. & facit. ſ. ti. j. & ff de leg. tut. l. tutela. §. fi. & l. ſeq.

c Quo. ſ. patreſa. qui erat tutor filiorum & nepotum. Accur.

d Si liberi. qui remanſerunt in poteſtate patris. Idẽ pu to & ſi filij fuerunt emancipati. Si autẽ tam impuberes, q̃ puberes remanſerunt in poteſtate, ipſo iure recidũt in poteſtatẽ ſui patris illi, q filij ſunt: ſed fratres recidũt in tutelã fiduciariã ſemper: vt. ſ. quib. mo. ius pat. pote. ſol. §. j. & ſ. de tut. §. permiſſum.

ADDITIO. Iſtã glo. reprehẽdit Iac. quia tunc erit legitima ex mẽte & verbis. l. xij. tabul. per text. in terminis in l. tut. in princip. ff. ad Velleia.

e Filiorum ſuorum. ſ. nepotum defuncti.

f Sororis. ſed certe frater videt eſſe legitimus: vt. C. de exc. l. aduerſus. quæ eſt cõtra. Sed certe qui fiduciarius eſt, legitimus eſt per interpretationem, licet aliud nomẽ habeat. ſ. fiduciarius: & illum reſpectum habuit ibi, vt legitimum fiduciarium appellaret.

ADDITIO. Iſtam gl. reprehẽdunt cõmuniter omnes doct. hic per hunc tex. in verſi. atqui. & ad contrarium reſpondent, quod loquitur in fratre non emancipato: quem inter agnatos vocat. l. xij. tabu. ſecus in emancipato, vt hic.

g Atqui. pro certe. alias atquin: & tũc dic. at pro ſed: & quin pro certe. & eſt oppoſitio, quare filij patronorum ſunt legitimi: vt. ſ. de le. pa. tu. j. rñ. & iſti filij non ſic. ad quod rñdet: quoniã filius &c. Sed hæc ratio nõ tenet, niſi inter fratres, qui nõ dicunt recidere in poteſtatẽ fratrum ſuorũ: ſed filij. i. nepotes erant recaſuri in poteſtatem ergo in tutelã legitimam [2]. Sed reſpondeo, non recidunt filij iure hæreditario in poteſtatẽ: ſed iure paternitatis & filiationis. At ſeruus ſi non eſſet manumiſſus: iure hæreditario erat futurus ſeruus apud filios dñi: & niſi eſſent hæredes, non eſſent dñi: ſed filius etſi non ſit hæres patris: tñ filium ſuũ in ptãte habet: vt. ſ. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. j. Erat & alia rõ iure veteri: quia emãcipatione tollebat ius agnatiõis minima ca. di. etiã inter patrẽ & filiũ, niſi eſſet emãcipatus contracta fiducia, nedũ inter fratres. vt. C. de legi. tut. l. iiij. & ſ. de leg. ag. tu. §. fi. ſed hodie corrigit: vt. d. l. iiij. C. & j. de leg. agn ſuc. §. fi. Vnde dicũt quidã, vt Azo, hodie fiduciariam eſſe legitimã ex verbis et ſentẽtia. l. xij. tab. ex quo hæc ſecunda ratio ceſſat. ſed poteſt dici cõtrarium: quia remanet prima.

ADDITIO. Forſitan facilius & melius habebitur intellectus totius ti. ſi dixerimus ſolos fratres tutores fiduciarios ſuorum fratrum, & nunquã filiorum ſuorũ, & exponamus tex. in principio filiorũ ſuorũ. ſ. defuncti, vel fratris: & exponetur vel, pro id eſt, vt ſit ſenſus, quod liberi virilis ſexus perfectæ ætatis ſint tutores fiduciarij fratrum ſuorũ, qui ſunt filij patris defuncti, vt notum eſt. & hoc euidenter apparet per rationem quã ſubiungit tex. vbi ſola de fratribus mentio fit. Iaſ.

h Recideret. dicũt quidã, quod ſi non eſſet emancipatus, nõ erat futurus in poteſtate fratris, ſicut erat patris: & ideo emancipatus nõ ita erit apud fratrẽ, ſicut erat apud patrem. i. in ſimili tutela.

i Nec in tutelã. ſ. legitimam, ſed fiduciariam. Accur.

k Eodẽ iure. ſeruus enim ſi nõ manumittatur, erit in poteſtate filij patroni iure hæreditario: ſed filius in poteſtate patris iure patriæ poteſtatis. Accur.

Ita tamen. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, quod mortuo patre legitimo tutore impuberũ liberorũ emancipatorũ cæteri liberi eorundem fiduciarij tutores erũt. Eſt ne hoc generaliter verum ſine diſtinctione ætatis? Rñ. quod non. Nam impuberum emancipatorũ liberi virilis ſexus nanciſcuntur tutelã, ſi legitimam ætatem. i. xxv. an. cõpleuerint, quod noſtra cõſtitutio non ſolum in fiduciarijs tutelis, ſed generaliter in omnibus tutelis & curationibus obſeruari præcepit. Et hæc vſq; ad fin. Franc.

l Perfectæ. i. xxv. an. nam quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de xxv. annis intelligitur: vt. C. de iis, qui ven. æta. impe. l. fin. & ff. de leg. iij. l. cum filio. §. fina.

ADDITIO. Et per quæ alia verba intelligatur hæc ætas: & an iſte minor poſsit eſſe executor vltimæ voluntatis, procurator, iudex, arbiter, aduocatus, de ancianis. vel de alio regimine ciuitatis: vide Ang. hic.

m Conſtitutio. vt. C. de leg. tu. l. fi.

n Præcepit. ſ. vt ſit perfectæ ætatis, & eſt ratio: vt. j. de excu. tu. §. minores xxv. an. Accur.

DE ATTILIANO TVTORE &c.

Suprà viſum eſt de teſtamẽtaria tutela: & ſubſequẽter de legitima. Verùm quia ceſſante teſtamentaria & legitima, opus eſt prouidere de datiua, ideo ſubdit de Attiliano tutore. Porcius.

o De Attiliano tutore. id eſt, de eo tutore, qui dabatur per legem factam ab Attilio: vt in textu exponitur.

SI cui. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit ius antiquum circa dationem tutoris. Secundo ponit ius nouũ. Tertio ponit ius nouiſsimũ. Quarto ponit nouum caſum, videlicet, quod naturali æquitati cõuenit impuberes eſſe ſub tutoribus: & quod finita tutela tenẽtur ad rationem reddendam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos aũt. Quarta ibi, Impuberes. Item prima ſubdiuiditur in alias quatuor partes. Primo ex quibus

1 Et hanc cõmuniter approbat doc. & ad contra reſpondent, q loquitur in certis caſibus ibi expreſſis: q non eſt dare curam legitimã: niſi in furioſo, ꝓdigo vel mente capto. §. furioſi. j. de curator. & l. de creationibus C. de epiſ. aud. cũ ſi.

In pleriſq; exem. deſunt hæc verba, filiorũ ſuorum eaque tãquam adulterina rejecit Aemilius Ferretus atq; etiam Frãciſcus Balduinus.

2 Iſtã partem dicit Iaſ. eſſe tutiorẽ. nec obſt. iſte tex. ibi, Filiorũ ſuorũ: quia debet intelligi. ſ. aui defuncti: & alternatiua vel, ponitur pro id eſt, cum cadat inter duo idem importantia: iuxta glo. in tit. ff. ſi ager vectig. vel emph. pe. nec ſequẽs ſolu. gl. eſt bona, q2 ſecundum eam idẽ eſſet dicẽdũ in auo emãcipati.

Aetas perfecta quæ eſt.

quibus legibus ipſe tutor dabatur deficiẽte omni tutore teſtamẽtario & legitimo, & à quibus dabatur. Secũdo, qñ teſtamẽtario dato ſub cõditione, vel in diẽ pure tutor datur. Tertio, quid ſi teſtamentarius tutor ſit captus ab hoſtibus. Quarto, quomodo iſtæ leges ab vſu receſſerunt: & cauſam propter quam. Secunda ibi, Sed et ſi. Tertia ibi, ab hoſtibus. Quarta ibi, Sed ex his.

CASVS. Domine, iam video qđ vultis tractare de datiua tutela: dicatis igitur mihi, quãdo locum habet datiua tutela, & à quibus dantur tutores datiui? Ad hoc reſpon. Imp. Amice: Si cui nullus omnino tutor neq; teſtamentarius neq; legitimus ſit: tũc demum habet locum datiua tutela: & illis, qui neque teſtamentarium, neq; datiuum habent tutorem, olim quidẽ ſecũdũ iura antiquiſſima dabatur tutor authoritate le. Attil. in vrb. Ro. à prętore vrbis. & à maiore parte tribunorũ plebis, ſed in ꝓuincijs dabatur tutor eiuſdem à præſidibus prouinciarũ authoritate le. Iul. & Titiæ: & non ſolummodo ſi nullus tutor, ſed etiam licet in teſtamẽto tutor datus fuerat, cũ ſub conditione, aut in diem certũ dabatur. nã ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut in diem dabatur: authoritate legũ prædictarũ, interim quis tutor dari poterat in defectum tutoris ſub conditione vel in diẽ dati: qui pendente conditione vel die poterat adminiſtrare. Quandoq; etiã ſi pure datus fuerat tutor teſtamento: tamen nihilominus datiuus tutor locũ habuit, quãdiu hæres ex teſtamẽto nõ adijt. tãdiu enim ex eiſdem legibus tutor dabaẗ, & in omnibus his caſibus tutor ille datiuus in defectum teſtamẽtarij datus deſinebat tutor eſſe conditione vel die aduenitẽte, vel hærede ex teſtamento hęreditatẽ adeunte. Itẽ in alio caſu prędictus tutor dari ſolebat. Nã ſi teſtamẽtarius tutor, vel etiã legitimus ab hoſtibus captus fuerat: in defectũ tutoris capti, alius tutor ex eiſdẽ legibus dabatur: & iſte loco capti ſubrogatus deſinebat eſſe tutor captiuo in ciuitatẽ reuerſo. Nam reuerſus in ciuitatẽ adminiſtrationẽ tutelæ iure poſtliminij recipiebat. & hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ſed ex his legibus. Franc.

omnino tutor [a] fuerat: ei dabatur in vrbe quidem à prętore vrbano, & maiore [b] parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in prouincijs verò à pręſidibus prouinciarũ ex lege Iulia & Titia.

Quoties ſpes eſt teſtamentarij [illegible], datiuus habet locum, qui tutor eſt, quamdiu teſtamentarij impedimentum ceſſat. Aret.

Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo [c] datus fuerat: quandiu conditio aut dies pendebat, ex eiſdẽ legibus tutor † alius interim dari poterat. [d] Item ſi purè datus fuerat: quandiu ex teſtamento nemo [e] hæres exiſtebat [f], tandiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat [g] eſſe tutor, ſi conditio [h] extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

† Quidã reijciunt hęc, alius interim.

Impedimentis [illegible] teri teſtamentario, quod tamen ſperatur tolli de iure communi, datur interim tutor à iudice, qui deſinit eſſe tutor, impedimento teſtamentarij ceſſante. Aret.

Ab hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur [i], qui deſinebat [k] eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat: nam reuerſus recipiebat tutelam iure poſtliminij [l].

Item lege Attilia, & lege Titia, non cauebatur de ſatiſdatione tutoris: ideo ex his deſierunt tutores dari. Aret.

Sed ex his [m] legibus [n] tutores pupillis deſierũt dari poſteà, quã primò [o] conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores ex inquiſitione [p] dare cœperunt: deinde prætores ex conſtitutionibus. Nam ſupradictis [q] legibus,

a Tutor fuerat ſ. ex teſtamento. nam quandiu teſtamentaria tutela supereſt, non eſt locus alij. Item nec legitima. nam nec datiua tunc locum habet: vt. C. qui dare tu. poſſ. l. ſi ſororis.

b Et maiore. i. duobus. Erant enim tres: vt ar. C. de offi. præt. l. ij. & ff. de ori. iu. l. ij. §. iiſdem.

c Ex die certo. vt à paſchate in antea ſis tutor.

d Dari poterat. & hodie datur [1]: vt. ff. de teſt. tut. l. ſi quis ſub conditione.

1 Scilicet in his tribus tantũ,

e Nemo nã ſi vnus de pluribus hæredibus adierit, valet tutela: vt. ff. de teſt. tut. l. ſi nemo. Item in libertate in teſtamento relicta: vt. ff. de teſt. ma. l. teſtamẽto. §. teſtamento.

f Exiſtebat. Sed quid ſi nullus fuit inſtitutus cum pupillo: ſed tantũ pupillus eſt hęres? Poteſt dici, qđ authoritate iudicis adeat: vt. C. de iu. deli. l. ſi infanti. & tũc valebit tutela, et incipit tutor adminiſtrare. Accur.

ADDITIO. Vide plenius hãc quæſtionẽ per gl. in. l. ſi nemo. j. ff. de teſta. tute.

g Deſinebat. i. ille, qui ſic erat datus in ſubſidium, deſinebat cũ teſtamentarius venit, vt ſubijcit.

h Conditio. Hic tutor tacite vſq; ad diem vel cõditionẽ exiſtentẽ daẗ, expreſſe nõ poteſt: vt ff. de reg. iu. l. actus. Quod procedit in cõditione intrinſeca prouenietẽ ex natura rei: ſecundum Chriſtopho. vt hic, & l. muto. §. ſub conditione. ff. de tut.

i Petebatur. Nec erat locus legitimę: vt. ff. de leg. tuto. l. j. §. ſi apud.

k Qui deſinebat. i. iſte talis, qui erat datus in ſubſidium.

l Iure poſtliminij. quo iure etiam omnia alia recuperat: vt. ſ. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. nec de adminiſtratis interim tenetur hic reuerſus: vt arg. ff. ſi quis cau. l. iiij. §. illud ſciendum.

ſed nõ per l. Attilianã, vel Titiã q̃ illæ ſunt ſublatę: vt infra eod. §. ſed ex his.

2 Etiã ſi fuerit inſtitutus in re certa, alijs vniuerſaliter inſtitutis nõ adeuntibus, vt ibi not. Bar. per. l. j. §. ſi ex fũdo. ff. de hære. inſti tu. Ang.

Sed ex his. CASVS. Dñe, iam vidi à quibus ſecundum iura antiqua dabantur tutores. dicatis mihi ſi placet, qualiter illa iura antiqua correctionẽ receperũt. Et certe dicit ipſe, frater, poſtquã conſules ceperunt dare per inquiſitionẽ tutores pupillis vtriuſq; ſexus & prætores per conſtitutiones noſtras: tunc ex ſupradictis legibus deſierũt tutores dari. Nam in illis legibus, neq; de cautione à tutoribus danda rem pup. ſal. for. nec de compellendis tutoribus ad adminiſtrationem tutelæ quicquam cauebatur. Et hęc dicuntur vſq; ad illum. §. ſed hoc iure vtimur. Franc.

m Sed ex his. nunc recitat ſecũdum ius: nam quatuor ſunt iura. quæ in hoc ti. notari poſſunt.

n Legibus ſ. Attilia, & Iulia: & Titia: vt. ſ. eod. titu. in princip.

o Poſtea quam primo. alias, quam primum.

p Ex inquiſitione. ſ. inquirendo facultates eorum, an ſint pares oneri iniuncto: vt. j. de excu. tu. §. ſed & propter. Itẽ bona cõuerſatio requiritur, vt & alias in patre arrogatore: vt. ff. de adop. l. nec ei. §. eorum. & ſ. de adop. §. cum autem.

q Nam ſupradictis. Bene dico, q; deſierũt p has leges tutores dari. poſtea quam cõſules dederunt ex inquiſitione; & bonum fuit propter duas rationes quas ponit

ult. Nam pro quia &c.

a Fore. hanc cautionem præſtant tutores & cura. vt ff. rem pu. ſal. fo. l. non quaſi. §. j. & l. & ſi ad ſpecies.

b De compellendis. ſ. captis pignoribus: vt. j. de ſatiſ da. tu. §. penul.

Sed hoc iure. CASVS. Domine, iam vidi qualiter iura antiqua correcta fuerunt & qualiter ſecundum mediam iuris prudentiã tutores dabãtur. Ideo dicatis mihi ſi placet: à quibus dãtur hodie tutores ſecũdũ iura moderna? Ad hoc rñ. Imper. Amice, hoc iure hodie vtimur vt præfectus vrbis vel prętor ſecundum ſuam iuriſdictionem, & in prouincijs præſides tutores pupillis poſsint dare. Et non ſolum prę̨ſides in prouincijs hoc facere poſſunt, ſed etiã magiſtratus delegatione eis facta à præſidibus, videlicet ſi non ſint magnæ facultates ipſius pupilli. Et hęc ita obtinebant primo tempore noſtri imperij. Nos tamẽ poſtea quia difficultatem eſſe in expectanda iuſsione prę̨ſidum pꝑpendimus: huiuſmodi difficultates hominum per conſtitutionem noſtram reſecare curauimus. Vnde in cõſtitutione noſtra ſtatuimus vt ſi facultas pupilli vſque ad quingentos ſolidos valeat defenſores ciuitatis, vna cum eiuſdem ciuitatis religioſiſsimo epiſcopo, vel aliæ publicæ perſonæ. i. magiſtratus vel iudices Alexandriæ non expectata iuſsione præſidum, tutores vel curatores dare poſsint, legitima cautione rem pupilli, ſaluam fore, ſecundum eiuſdem conſtitutionis normam à tutoribus interponenda, eorum videlicet periculo, qui huiuſmodi ſatiſdationem accipiunt. Et hæc vſque ad illum. §. impuberes autem. Franciſcus.

neque de cautione à tutoribus exigẽda, rem ſaluã pupillis fore [a], neque de compellẽdis [b] tutoribus ad tutelæ adminiſtrationẽ, quicquam cauebatur.

De iure nouo. Romæ præfectus & prætor, in prouincijs præſides, vel magiſtratus eorum iuſſu, ſi facultates pupilli non ſunt magnæ, dant tutores. Arc.

Sed hoc iure vtimur [c], vt Romæ quidem præfectus [d] vrbi, vel prętor ſecundum ſuã iuriſdictionem [e]: in prouincijs autem Præſides ex inquiſitione tutores crearent [f]; vel magiſtratus iuſſu [g] Præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.

Iure nouo, ſi pupilli facultates aureis quingentis non fuerint ampliores, à quocunque iudice vnà cũ ciuitatis epiſcopo tutor datur cautione ab eodem præſtita, rem pupilli ſaluam fore: cuius cautionis periculum ad recipientem ſpectat.

Nos autem per conſtitutionẽ [h] noſtram huiuſmodi difficultates hominum reſecantes, nec expectata iuſsione [i] Præſidũ, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingẽtos ſolidos [k] † valeant: defenſores ciuitatũ: vnà [l] cùm eiuſdẽ ciuitatis religioſiſsimo antiſtite, vel alias [m] publicas perſonas. i. magiſtratus, vel iuridicũ Alexandrinę [n] ciuitatis, tutores vel curatores creare legitima cautela ſecũdũ eiuſdem conſtitutionis normam præſtanda: videlicet eorum [o] periculo, qui eam [p] accipiunt.

Aequum eſt, vt regatur impubes, qui neſcit ſe regere.

c Sed hoc iure vtimur. Hoc eſt tertium ius, quod erat tempore Iuſtiniani: & hodie eſt quartum additũ, quod eſt. ĩ. proxi. §.

d Prę̨fectus. ad prę̨fectum cognitiones criminales [1], ad prætorem ciuilia negotia veniebant: vt pater. ff. de of. præ. vr. per totum ti. & ff. de of. præ. per totũ ti. Sed tutelam dabat vterqꝫ, vt hic. Accur.

e Iuriſdictionem. præfecti vrbis eſt iuriſdictio vſque ad c. milliaria: ſed prætoris Romæ tantum: vt. ff. de of. præfe. vr. l. j. §. cum vrbem. & in ſum. Azo. de of. præt. Dabunt ergo eum & ei, qui eſt de ſua iuriſdictione: vt ſtatim in præſide notabis.

f Crearent. ſ. eum qui eſt de ſua iuriſdictione, dabit: vt. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ius dandi. Si vero ibi non inueniantur idonei: etiam in alio loco quæret, & præſidi nũtiabit: vt. ff. e. de tu. & cu. da. ab his. l diuus. Item ei, qui ſit de ſua iuriſdictione: vel ratione originis, vel ratione poſſeſsionis, vel ratione domicilij: vt. ff. e. de tu. & cu. l. j. §. vl. & l. diuus. Si autem in altero horũ trium locorum non inuenitur, ſed in quarto loco, reducendus eſt ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelã accipiet: vt. C. qui pe. tu. vel cu. l. j. Accur.

g Iuſſu præſidum. ergo delegatur. Sed cõtra. ff. de tu. & cu. da. l. nec mandante. Sed ibi mandatum eſt, ꝙ non importat neceſsitatem [1], hic iuſſus qui importat: vt. ff. ꝙ iuſ. l. j. §. j. & ff. mã. l. j. Vel ibi erãt magnæ facultates pupilli: hic paruæ. Sed certe & ſi ſint paruæ: adhuc videtur idem. nam datio tutelæ eſt miſti imperij: vt. ff. de tu. l. muto. §. tutoris datio. vbi dicitur, quod tutoris datio illi ſoli cõpetit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel ſenatuſconſultum, vel princeps, ergo non poteſt delegari: vt ff. de of. eius cui mã da. & iur. l. j. j. reſp. Sed dic, ꝙ non põt delegari non habẽti iuriſdictionẽ: ſed habenti ſic: vt. ff. e. de tu. & cur. dat. ab his. l. ius dandi. & hic dicitur. Sed quę ſunt magnæ facultates? Rñ. quinquaginta aurei: vt. C. de deſen. ci. l. j. Vel decẽ libræ auri: vt ĩ authẽ. de app. §. ij. col. iiij. vel. ccc. aurei: vt in aut. de deſen. ci. §. & iudicare. col. iij. Vel verius vſqꝫ ad quingẽtos ſolidos ſunt paruæ: ſi vltra, ſunt magnæ, vt. ĩ. pxi. §. ADDITIO. Quod verũ, quo ad materiã iſtã, alias autem relinquitur iudicis arbitrio iuxta conſuetudinẽ, vulgi opinio. & qualitatem perſonarum: vt hic p doc.

h Per conſtitutionem. quam non habemus.

i Iuſsione. i. delegatione, ſiue præcepto. Nam in hoc differt à mandato: quia mãdatũ ex voluntate eſt, ſed iuſſus neceſsitatis: vt. ff. ꝙ iuſ. l. j. §. ij. & ff. man. l. j.

k Solidos. i. aureos: vt. ĩ de pœ. teſti. §. ſi. [2] quorum ſeptuaginta & duo faciunt libram auri: vt. C. de ſuſ. & ar. l. quoties lib. x.

l Vna. id eſt, ſimul.

m Vel alias. hoc quando extra ciuitatem, vt in municipio. nam magiſtratus municipalis dabit.

n Alexandrinæ. hoc quando tutor datur in ciuitate Alexandrina.

o Eorum. ſ. tabellionum & aliorum: nõ vero ipſorũ maiorum iudicum: qui habent poteſtatem dandi tantũ: vt. ĩ de ſatiſ. tu. & cu. §. pe. & §. ſi. qui ſunt contra.

p Eam. ſ. ſatiſdationem.

Impuberes aũt. CASVS. Dñe, iã video à quibus dabãtur tutores olim iure antiquo: & etiã qbus dãtur hodie ſecũdũ cõſtitutionẽ veſtrã, pꝛ deo dicatis mihi, ſi placet qualr̃ huiuſmodi impuberes ſunt in tutela. Ad hoc rñ. Imp. amice, certe naturali rõni conuenit: & etiã iuri cõſentaneũ eſt: vt impuberes in tutela ſint: vt videlicet illi q pfectę ętatis nõ ſunt, aliorũ tutela regant̃. Sed dñe Imp. dicatis mihi ſi placet, quo iure cogunt̃ tutores finita tutela reddere rõnẽ ſuę adminiſtrationis? ad hoc. rñ. Imp. Amice, cũ tutores pupillorũ pupillarũqꝫ negotia adminiſtrẽt: finita adminiſtratiõe actores tutelę rõnẽ adminiſtrationis ſuę reddere cõpellunt̃. Et hęc vſqꝫ ĩ ſi. Fr.

Impube

[1] Sed ſpõtaneã obſequij præſtationẽ. Aegi. per.

† Solidus quid ſignificet, vide Budæũ li. v. de aſſe & partibus eius, quo loco explicat quid dicat̃ libra auri in iure.

Facultates, quæ dicantur magnæ.

2 Ex quo infert la. quod ſtatutũ loquẽs de moneta ſimpliciter debet intelligi ſecundũ pręſumptionẽ alterius ſtatuti. Sed inter cõtrahentes talis locutio itelligitur ſecundum cõmunem curſum regionis.

a Impuberes. hic. §. eſt generalis ad omnes præceden tes ti. de tutelis.

b Iuri. i. æquitati.

c Gerant. alias egerunt, id eſt geſſerunt, alias gerũt.

d Poſt pubertatem. ſed & ante, ſi finita tutela fuerit prius: vt. ff. de tu. et ra. diſt. l. niſi finita. alias (id eſt niſi eſſet finita tutela) nõ naſcitur actio tutelæ: ſed aliç actiones natæ ſunt: ſed non exercentur: vt. ff. de tu. & ra. diſt. l. ſi tutor. §. fina. & l. ſed non dantur.

ADDITIO. Ratio diuerſitatis eſt: quia actio tutelç eſt generalis: & ſufficit eam ſemel naſci, & non ſæpius per ſingulas cauſas, ſecundum Ia. Ang. tamẽ tenet contra iſtam gl. & de caſibus in quibus poſsit exerceri etiam durante tutela, ſe remittit ad nota. in. l. ij. C. de admi. tu.

e Tutelæ iudicio. i. actiõe tutelç, quæ datur in ſimplũ: & propter dolum, & culpam latam & leuem. Eſt & alia alia actio qua tutor tenet. ſ. de rationibus diſtrahẽdis. ſic enim nominat: vt ff. de contra. act. tu. l. ij. & datur in duplũ, & propter dolum tantum: & in duplo continetur rei perſecutio. Prior datur contra tutorem, & contra hæredes: poſterior contra tutorem tã tum: vt. ff. de tu. & ra. diſt. l. j. §. pe. & l. ij. Item vna intentata, altera denegatur, licet plus ſit in ea: & econtra: ſecus in actione tutelæ & furti: quæ ſecum cõpetit: vt. ff. de tu. & ra. diſt. l. j. §. in tutela.

Actio tutelæ & actio de rationibus diſtrahendis differunt.

Impuberes a autẽ in tutela eſſe, naturali iuri b conueniens eſt: vt is, qui perfectç ætatis non ſit, alterius tutela regatur.

Tutela finita, adminiſtrationis ratio redditur: nec antè conueniendus eſt tutor tutelæ iudicio, quàm officium expirarit.

Cùm ergo pupillorũ, pupillarũq; tutores negotia gerant c: poſt pubertatem d tutelæ iudicio e rationem reddunt.

TITVLVS XXI.

DE AVTHORITATE TVTORVM.

Pupillus etiam ſine tutoris authoritate conditionem ſuam meliorem facere poteſt, deteriorem non poteſt: quò fit, vt in cõtractibus vltrò citroq; obligatorijs contrahentem ſibi obliget, ipſe autem illi nõ obligetur.

Authoritas autem tutoris in qbuſdã cauſis neceſſaria pupillis eſt: in quibuſdã nõ eſt neceſſaria. vt ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulentur non eſt neceſſaria f tutoris authoritas. quòd ſi alijs promittant g pupilli: neceſſaria eſt h tutoris authoritas. Nanque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris authoritate: deteriorẽ verò nõ aliter, quàm cum tutoris authoritate. Vnde in ijs cauſis, ex quibus obligationes mutuç naſcuntur: vt in emptionibus, venditionibus i, locationibus, conductionibus, mãdatis depoſitis k, ſi tutoris authoritas non interueniat: ipſi quidem, cum his contrahunt, obligantur: at inuicem pupilli nõ obligantur l.

Hæreditatem adire, honorũ poſſeſsionem petere, aut fideicõmiſſariã hæreditatẽ ſuſcipere, nõ, niſi cũ tutoris authoritate, pupillus põt.

DE AVTHORITATE TVTORVM.

Dictum eſt ſuprà qualiter tutores creantur: hic quando creati ſunt, qualiter ſe regere debeant, & authoritatẽ præſtare. Are.

Authoritas autem. Totus iſte titulus diuiditur in tres partes principales. Primo ponit in quibus caſibus neceſſaria eſt authoritas tutoris, & in quibus non. Secundo quando iſta authoritas debeat impertiri. Tertio remouet quoddam dubium Secunda ibi, Tutor autem. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars vſq; ad §. neque tamen. ſubdiuiditur in quatuor. Primo ponit dictum bimembre. Secundo exemplificat quodlibet ex dictis membris. Tertio rationem annectit. Quarto infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, vt ecce. Tertia ibi, Nanque. Quarta ibi, Vnde in his.

CASVS. Domine, vos vultis tractare de autho. tuto. nunquid ſemper eſt neceſſaria tutoris autho. Reſpon. Impera. quod non. In quibuſdam enim cauſis non eſt neceſſaria. ſi enim pupilli ſtipulantur ſibi dari aliquid: in eo caſu non eſt neceſſaria tut. autho. ſecus eſt tamen in caſu econuerſo. Si enim ibi pupilli aliquid alijs promittant, ad hoc vt ipſi ex illa promiſsione cum effectu obligentur: neceſſaria eſt tut. authori. Meliorem enim ſuam conditionem poſſunt facere ſine tutoris authoritate: deteriorem vero nequaquam facere poſſunt, niſi tutoris authoritas interueniat. Vnde in illis cauſis ex quibus ex vtroque latere naſcitur obligatio, vt in emptione, venditione, locatione, cõductione, mandato & depoſito, niſi tuto. autho. interueniat: illi qui cum pupillis contrahunt, obligantur: ſed pupilli eis nequaquam obligati ſunt. Et hæc vſque ad illum. §. neque tamen. Franciſcus.

f Non eſt neceſſaria. vt. C. de contrahen & com. ſtipula. l. neque. & l. j. C. de authoritate præſtan.

g Promittant. quia tunc eſt veriſſimile, quod male agãt. & facit ad hoc j. quibus alie. li. vel non. §. nunc admonendi. & §. at ex cõtrario. & j. de inutil. ſtip. §. pupillus. & ff. de acqui. rer. domi. l. pupillus. & ff. de pact. l. contra iuris: . Idem de muliere ſuper dote paciſcente: vt. ff. de pac. do. l. de die. Idem in alimentario tranſigente: vt. ff. de tranſac. l. cum hi. §. quid ergo. Item facit. C. de contra. & com. ſtip. l. neque.

h Neceſſaria eſt. in duobus tamen caſibus obligatur pupillus ſine tu. autho. ff. de ac. & ob. l. furioſus. vbi. ſ. ex re actio venit.

i Venditionibus. ſi autem pupillus petat rem ex venditione repellitur exceptione doli mali: niſi pretium dare velit: vt. ff. de reſcinden. venditio. l. ſi id quod. §. vltimo. in fine.

k Depoſitis. Pupillus tamẽ doli capax tenetur depoſiti, ſi quid doli cõmiſit, vel locupletior factus ſit: vt. ff. depo. l j. §. an in pupillum. Accur.

l Non obligatur. & ſic no. quod contractus claudicat quandoque, vt hic: & ff. de actione empti. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo argumen. contra. ff. de arb. l. litigatores. §. penulti. & ſi. in authen. de non eligen. ſecundo nuben. §. proſpeximus. col. j. Item hoc eſt verum niſi locupletior ſit pupillus, alias excipitur ſi agat & cõtra poterit agi: vt. ff. de adminiſtratione tutorum. l. ſi minoris. & C. pro emptore lege finali. & eo. lege quinta. §. primo. & de reſcindenda venditione. l. ſi id quod §. finali.

Neque tamen. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſupra ꝙ licet pupillo meliorem facere cõditionẽ ſuã ſine tu. aut. Pone igitur, quod aliqua lucroſa hæreditas delata ſit alicui pupillo: nunquid poterit illam hæreditatem ſine tuto. aut. adire? Rñ. Imper. quod non. Licet enim

1 Intellige ꝙ valet authoritas ĩ contractibus ex quibus poteſt vtilitatẽ reportare: alias nõ quæ etiam cum authoritate tutoris donare nõ poteſt. C. de admin. tut. l. non omni. ſecũ dum Ia. & Pet.

2 De hoc qñ contractus claudicat, eſt bona glo. in. c. de illis. ext. de deſpõ. impu. quẽ vide. & in. c. j. iũcta gl. ſi. extra de eo qui du. in matrimonium.

3 Dic ꝙ hoc eſt ſpeciale fauore pupilli, ſecundum Ang.

enim dictum fuerit generaliter ſupra quod licet eis facere conditionẽ ſuam meliorẽ ſine tu. auth. hoc tamen fallit in caſibus ſpecialibus. Neq; enim hæreditatẽ adire, neq; bonorum poſſeſsionẽ petere, neq; hæreditatẽ ex fideicõ. ſuſcipere poterit: niſi tu. autho. interueniat: quãuis lucroſa ſit. & hoc ideo ſtatutũ eſt, ne ille damnum inde habeat. & hoc vſque ad. §. tutor autem. Franciſc. de Aret.

Neque tamen hæreditatem [a] adire, neque bonorum poſſeſsionem [b] petere, neque hæreditatem ex fideicommiſſo [c] ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris [d] authoritate (quãuis illis lucroſa ſit [e]) ne vllum [f] damnum habeant [g].

Tutor præſens debet authoritatem interponere, aliàs non valet.

Tutor autẽ ſtatim in ipſo negotio præſens [h] †, debet author fieri [h], ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit [i]: poſt tempus [k] verò, vel epiſtolam [l]: aut per nunciũ † impoſita authoritas, nihil agit.

Tutor ſibi authorari non poteſt: nemo enim in rem ſuam author fieri poteſt.

Si inter tutorem pupillumq; iudicio [m] agendum ſit: quia ipſe tutor

a Hæreditatem. quæ ex teſtamento vel ab inteſtato defertur. ſ. iure ciuili: vt. ff. de pe. hær. l. j. ij. & iij. Et hæreditas eſt ſucceſsio in vniuerſum ius, quod habuit defunctus tẽpore mortis ſuæ, deducto ęre alieno: vt. ff. de verb. ſigni. l. nihil.

b Bonorum poſſeſsionem. ex teſtamẽto, vt ſecundũ tabulas, vel ab inteſtato, vt vnde liberi. & ſimiles, quæ ſunt omnes de iure prætorio: vt. j. de bo. poſſ. §. quos autem. Et eſt bonorum poſſeſsio ius perſequendi retinendiq; patrimonij, quod cuiuſq; fuerit, cũ is moritur: vt. ff. de bo. poſſ. l. iij. §. bonorum. Hoc tamen in bo. poſſ. fallit in caſu, cũ pupillus non habet tutorẽ. tunc enim prætor authoritatem tutoris poteſt ſupplere: vt. C. qui admit. ad bo. poſſ. l. bonorum. Idem in hæreditate: vt. C. de iur. deli. l. ſi infanti. in fi.

ADDITIO. Et alios caſus in quibus iudex ſupplet defectum tutoris vel impedimentũ, vide per Ange. hic. Et procedunt in iuriſdictione volũtaria, & quñ ex actis apparet, quod iudex facit ex certa ſcientia: item vbi tutor ſolus ſufficeret: alias ſecus, ſecundum eum.

c Ex fideicommiſſo. vt per ſenatuſconſultũ Trebellianũ: vt. j. de fideicõ. hær. §. ſed quia. Idem dico & ſi bona velit recipere cauſa ſeruandarũ libertatum: cũ & ibi poſsit timere damnum: quia eſt ſucceſsio in vniuerſum ius: vt. j. per quas perſo. no. acqui. §. fi.

d Tutoris. i. adminiſtratoris, cui adminiſtratio ſit cõceſſa in teſtamento: alioquin nõ valet: nã & ſi ab eo, qui tutelã non gerit, ſciens aliũ gerere eam: dominus non efficiatur: vt. ff. eo. l. iiij. Item nunquid curatoris pupilli ſufficit authoritas ad adeundã hæreditatem, vel bonn. poſſ. delatam pupillo? Rñ. non: vt. ff. de appel. l. cum in vna. §. tutor. vſq; ad fi. legis.

e Lucroſa ſit. i. appareat lucroſa: ne occaſione lucroſæ adeat dãnoſam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicõmiſsis. & alijs oneribus: & ita obligatur: ſed nõ poteſt obligari ſine tutoris authoritate: vt. ſ. eo. in princi. Sed ſi obijciatur: ceſſante cauſa &c. hoc raro accidit, quod hæreditas nõ ſit oneroſa: ſed frequẽter contrariũ: & ad ea quę frequentius accidũt, iura adoptãtur: vt. ff. de leg. & ſenatuſcon. l. nam ad ea.

ADDITIO. Et quãuis gloſ. in. l. ſi quis mihi bona. §. j. in glo. hæreditatẽ. ff. de acquir. vel omit. hæ. teneat contrariũ, iſta tñ eſt veritas pro qua facit. quia neceſſe eſt adeuntẽ cognoſcere cauſam ſuæ aditionis: puta ex teſtamẽto, vel ab inteſtato, tanquã agnatus, vel cognatus: vt. l. qui in aliena. ff. de acqui. hær. quod pupillus diſcernere non poteſt: ſecundum omnes hic.

f Ne vllũ. Eſt & alia ratio, etiã ſi ſit lucroſa: quia litibus & ſumptibus vexaretur: vt. ff. de mi. l. minoribus xxv. an. Et his eiſdẽ etiã rationibus nec in iudicijs ciuilibus vel criminalibus, poteſt eſſe ſine tutoris authoritate: vt. ſ. ſi aduer. rẽ iud. l. cũ et minores. & C. de aut. pñſt. l. clarũ. Niſi in quatuor caſibus: vt in poſſeſsione momẽtanea: vt. C. ſi per vim vel alio mo. l. j. & C. q leg. perſo. l. momẽtaneæ. in gl. iij. Itẽ in violato thoro minor ſine curatore accuſat: vt. ff. de adult. l. ſi maritus. ij. §. lex. ſed hoc in adulto. Itẽ ſi veniã ætatis impetret: vt. C. de his, q ve. æta. impe. l. j. & ij. Itẽ in interdicto de libero homine exhibendo: vt. ff. de li be. ho. exhi. l. quod & lex. §. ſed & ſi mulier.

g Damnum habeant. quia forte ſubeſt æs alienum latens. Accur.

Tutor autem. CASVS. Domine, iam video in quibus caſibus tut. autho. debet interuenire. dicatis mihi, ſi cordi eſt, qualiter debeat iterponi tuto. aut. Ad hoc rñ. Imp. Amice, tutor in ipſo negotio à pupillo ſuo contrahendo debet perſonaliter intereſſe. & quod actũ eſt à pupillo laudare, ſi hoc pupillo ſuo prodeſſe exiſtimauerit. Nam tutoris authoritas poſt tẽpus vel per epiſtolam interpoſita nihil agit. Et hæc vſq; ad illũ. §. ſi inter tutorem. Fran. de Aret.

h Author fieri. i. probare & laudare, quod fit per pupillum: vt. ff. eod. l. etiam.

i Exiſtimauerit. nõ enim cõpellitur. Primo: quia eſt iniquũ. Secũdo: quia tenetur pupillo dãnum reſarcire tutor: vt. ff. eo. l. ſi tutor. Accur.

ADDITIO. Sic etiam filius nõ poteſt adire hæreditatẽ ſine volũtate patris: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. pe.

k Poſt tempus. ſ. non modicũ: alias valet authoritas: vt. ff. de acqui. hæ. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. quæ eſt contra. & eſt ratio: quia videntur ineſſe, quæ incontinenti fiunt: vt. ff. ſi cer. pe. l. lecta. §. dicebam. & ibi glo.

l Per epiſtolam. No. caute, & redde ſingula ſingulis. nã dixerat duo. ſ. ſtatim. ad quod refertur, poſt tẽpus &c. Item in ipſo negotio præſens. ad quod refert hoc per epiſtolã quæ inter abſentes mittitur: vt. j. de oblig. ex conſenſu. §. ideo. in fi. Idem & ſi alio modo inutiliter authorizetur: vt. ff. eo. l. j. §. fi. & l. ſeq.

Si inter tutorẽ. CASVS. Domine, iam vidi qualiter debeat interponi tut. auth. dicatis mihi modo, ſi aliquod iudiciũ agendũ ſit inter tutorem & pupillũ: quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc Imp. dicit: Amice, ſi iudicium inter tutorẽ & pupillum agendũ ſit: in caſu iſto nõ prætorius tutor (vt olim cõſueuit fieri) conſtituetur: ſed loco eius curator dabitur & interueniente ipſo curatore iudiciũ peragetur: & finito iudicio deſinet eſſe curator. Et hęc dicũtur vſq; in fi. ti. Fran. de Are.

m Iudicio. ſ. rei vẽdicationis, vel alterius perſonalis, vel realis actionis: præter actionem tutelæ: quæ cõtra tutorẽ erit danda: quæ durante officio non datur: vt. ff. de tuto. & ratio. diſtra. l. niſi finita. §. fin. & l. cum adhuc. & idem in vtili generali negot. geſto. quæ datur contra curatorem adulcis: vt. ff. de adminiſtrat. tuto. l. cum curatore. & C. de admini. tuto. l. ij. & l. rationes. Sed certe nec aliæ videntur interim poſſe intendi: vt ff. de tuto. & ra. diſtra. l. ſed non dantur. Sed illud intelligo, vt ipſemet exerceat, non dantur: ſed per procuratorem ſic: vt hic dicitur. Item nunquid hæc correcta ſunt hodie per auth. vt ij qui ob. ſe perhi. ha. res mi. §. j. colla. vj. cum nullus creditor, vel debitor poſsit eſſe tutor vel curator? Reſpon. q ſic: niſi in tutore teſtamentario, in quo poterit adhuc hodie hic. §. loqui cũ ſides

† Ratio ſecũdũ Bar. quia oculus certior aure, per. §. agnatidis. infra, de gradi. cogna. Aeg.

Si tamen ſit infans, poteſt ſoli tutori fieri reſtitutio. l. reſtituta. §. fin. ff. ad Tre. & ſolus tutor adire. l. ſi infanti. C. de iure delib. alias ſecus. l. potuit. C. eo. Itẽ poteſt ſolus bonor. poſſ. agnoſcere: quia in facto conſiſtit: ſecundũ Ange. & Ia.

Iſtam ſequitur Ange. hic.

Iſtam rationem ſequitur Bar. in. l. potuit. C. de iu. deli.

Contrariam tenet Ia. quod poteſt eſſe quod ſuppleatur, quæ ſuppleatur per officium iudicis præſentia. vt no. Bal. in §. iti ſacramẽta. in ti. de pace iu. fir.

† Abundant hæc, aut per nũcium. nec habẽtur in l. obligari. §. tutor. ff. eod. vnde ὑμέτερον. hoc ad verbum ſumptum eſt.

Bonorum poſſeſsio.

Ratio quare ſolus pupillus nequit adire hæreditatẽ quia non habet diſcretionem: nec cognoſcit cauſas aggrendę hæreditatis, quod requiritur: vt. l. pupillus. ff. de acqr. heredi. Aegi. per.

Ant. Augu. emendatio. lib. iij. ca. vij. legendũ cẽſet, nec vllum dãnũ habeat.

Idẽ Tu. li. epiſtol. ij. par. iij. Aegi. per.

Iudicium verũ inter tutorem et pupillum poſsit eſſe.

Sic nec debitor nec creditor eccleſiæ põt eſſe matricularius eiuſdem Aegi. per.

fides talis tutoris ab ipſo teſtatore ſit cõprobata: vt. j. de ſatiſda. tut. vel cur. §. j. & C. de epiſco. aud. l. de creationibus. in prin. Vel idẽ in eo qđ in alijs, vt in præd. auth. diximus. Itẽ & circa reales actiones hunc. §. hodie facimus loqui: cum in eis non ſit obligatio, vnde authen. ceſſat: vt. j. de act. §. j. Accur.

Et iſta eſt communis opi. ſi teſtator ſciuerit: non ſi ignorauerit, ſecũdum Ang.

in rem ſuam[a] author eſſe non poteſt[b]: non prętorius tutor (vt olim[c]) cõſtituitur: ſed curator[d] in locum eius datur[e]: quo interueniente, iudicium peragitur: & eo[f] peracto, curator eſſe deſinit.

a In rem ſuam. & pupilli, quæ ſua dicitur, cum bene adminiſtrat: vt. ff. de furt. l. interdum. ij. §. qui tutelam.

b Author eſſe nõ poteſt. facit ad hoc ff. de verb. ſigniſ. l. quod dicimus. & C. ne qs in ſua cauſa. l. vnica. & C. de teſti. l. omnibus. & ff. eo. l. v. j. m̃. argu. contra. C. de ſideicõ. l. ſi. ibi, cum ipſe ſibi iudex & teſtis &c. Ratio autem textus præſens eſt: quia ſequeretur, vt in eodẽ negotio eſſet quis actor & reus, quod eſt inconueniens. Accur.

Poteſt tamẽ in cõſequẽtiam etiã ad ꝓpriam rem authorare, & ſibi ſoluere, ac tradere rẽ debitã etiã immobilẽ ſine iudice: vt. l. ſiſtulas. ff. de cõt. em.

Dic qđ ibi improprie dicitur iudex & teſtis.

c Vt olim. Nam olim in tali caſu dabatur tutor prætorius, ꝙ hodie non eſt: vt hic dicitur.

d Sed curator. C. de in lit. dan. tut. l. j.

e Datur. etiam inuito: vt. ff. de tu. l. iij. §. idẽ Caſsius.

f Et eo. ſ. iudicio.

TITVLVS XXII.

QVIBVS MODIS TVTELA finiatur.

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR.

Dictum eſt de ingreſſu tutelarum: & ſuprà titu. j. de progreſſu. reſtat de fine: ſicut eſt in operibus naturæ ingreſſus, proceſſus, & finis. Aret.

Notandum eſt, quod modi qui tutelam finiri faciũt, ſunt octo: & ad iſtos omnes alij modi poſſunt reduci. Et ſunt hi, Suſpicio, qñ tutor remouetur tanquã ſuſpectus. Crimen, quando propter crimen deportatur, vel in ſeruitutem redigitur. Mors naturalis pupilli vel tutoris. Conditio adimpleta. Status. i. capitis diminutio, vbi ſtatus mutatur: vt qñ capitur ab hoſtibus, vel arrogatur. Ætas. ſ. pubertas. Tempus adueniens. ſ. ſi ad certum tẽpus datus ſit tutor. & ſit finitum tempus. Cauſa: quando propter aliquã cauſam tutor excuſatur. Vnde verſus: Suſpicio, crimen, mors conditio, ſtatus, ætas, Tempus, cauſa ſolent tutelæ ponere metas.

Tutela multis modis finitur.

Pupilli. Totus iſte tit. diuiditur in vij. partes. Nã primo ponitur qualiter pubertate tutela finitur: & quæ ſit pubertas. Secundo qualiter arrogatione, vel deportatione, vel ſeruitute pupilli, vel temporis finitione. Tertio qualiter morte pupilli. vel tutoris. Quarto capitis diminutione tutoris. Quinto etiam minima diminutione pupilli. Sexto propter aduentum temporis vel conditionis. Septimo propter remotionem factam de tutore. Secunda ibi, Item finitur. Tertia ibi, Simili modo. Quarta ibi, Sed & capitis. Quinta ibi, Sed pupilli. Sexta ibi, Præterea. Septima ibi, Deſinunt. Item prima ſubdiuidit in tres. Nam primo ponit qualiter tutela finiatur pubertate. Secundo qualiter pubertas accipiatur de iure antiquo. Tertio qualiter de iure nouo. Secunda ibi, Pubertatem. Tertia ibi, Noſtra autem.

CASVS. Domine, vos vultis tractare, quibus modis tut. fin. Dicatis ergo mihi aliquem modum, quo tutela finiatur. Ad hoc reſpond. Imperator: Amice, dico tibi generaliter, quod pubertate pupilli vel pupillæ tutela finitur. Cum enim pupilli pupillæve puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Sed domine, dicatis mihi quando cenſentur pupilli ad pubertatẽ peruenire? Ad hoc reſpon. Imp. Amice, aliter olim æſtimabatur pubertas in maſculis, hodie aliter. Veteres enim non ſolũ ex numero annorum. ſed etiam ex inſinuatione habitudinis corporis pubertatem in maſculis æſtimari volebant: quã in fœminis ex aſpectu corporis æſtimari, impudicum eſſe exiſtimabant. Noſtra autem maieſtas dignũ putauit eſſe caſtitate temporũ noſtrorũ hoc, quod ipſis antiquis in fœminis viſum eſt eſſe impudicum, in maſculos etiã extendere. Et ideo ſacram cõſtitutionem noſtrã promulgauimus: ꝑ quam cõſtituimus pubertatẽ in maſculis poſt decimũquartum annum cõpletum initium accipere, ſed normam antiquitatis in fœmineis perſonis ſatis bene poſitam, in ſuo ſtatu integrã & illibatam reliquimus: vt videlicet ipſæ fœminæ poſt xij. ann. completos, prout antiquitus bene erat ſtatutum, viripotentes eſſe cedantur. Secundus modus finiendæ tutelæ eſt, ſi pupillus dederit ſe arrogandum alicui. Qualiter autem det ſe arrogandum: vide. ſ. de adopt. Tertius eſt, ſi pupillus deportetur. Quartus modus eſt, ſi pupillus efficiatur ſeruus: vt quia cum ſit libertus alicuius, reuocatur in ſeruitutem propter ingratitudinẽ. Quintus modus eſt, ſi ab hoſtibus pupillus capiatur. Sextus modus eſt, ſi alicui pupillo datus ſit tutor in teſtamẽto hac forma: vt ſit tutor vſque ad certam cõditionem: puta vſq; dum nauis veniret ex Aſia. Nam conditione exiſtente deſinit eſſe tutor. Septimus eſt, ſi moriatur pupillus vel tutor. Octauus eſt, ſi tutor patiatur maximam vel mediam capit. diminutio. quia cuiuſcunq; generis tutor ſit, deſinit eſſe tutor. Quid autem ſi patitur tutor minimam capit. dimin. puta quia arrogandum ſe dederit: an deſinat eſſe tutor? Reſpond. ſi legitimus erat tutor, bene deſinit eſſe tutor: ſed ſi erat teſtamẽtarius vel datiuus, tunc non deſinit eſſe tutor. Nonus modus finiendæ tutelæ eſt, ſi pupillus patiatur quãcunq; capit. dimi. quãuis de minima habuimus. ſ. in ſecũdo modo. Decimus, ſi alicui pupillo datus ſit tutor in teſtamẽto hac forma, vt eſſet tutor vſque ad certum tempus: puta vſq; ad Paſcha. Nam aduenięte paſchate, deſinit eſſe tutor, Vndecimus eſt, ſi à tutela remoueatur tanquam ſuſpectus: vt. ſ. de ſuſpec. tuto. & cur. per totum. Duodecimus, ſi iuſta ex cauſa ſe excuſauerit à tutela, quam iam incœperat adminiſtrare: vt. j. de excu. tu. per totũ. h. d. vſque ad ſi. tit. Franc.

[illegible]

Pupilli[g] pupillæq; cum puberes eſſe cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam ex habitu[h] corporis in maſculis æſtimari volebant.

Pupilli qui ſunt.

Iudicare an iudex debeat ſecũdum cõſcientiam.

Dic ſ qđ eſt notum iudici vt iudici, debet iudicare ſecundum cõſcientiã. ſi vt priuato, ſecundũ allegata. ſecũdum Por. Quod verum eſt in iudice qui eſt. j. legẽ. nã ſi eſt. ſ. vt papa & priceps vtcunque ſit ei nota veritas, debet ſecũdũ eã iudicare. l. j. C. ſi aduer. vẽ. Aegi. ꝑte.

g Pupilli. Nota, quod pupilli ſunt, qui de poteſtate patris impuberis exierunt, vel morte, vel emancipatione: vt. ff. de verbo. ſignificatio. l. pupillus. primo reſponſ. licet impropriè dicatur aliquando pupillus, qui eſt in poteſtate: vt. ff. de verb. obliga. l. ſi. §. ſi pupillus. Accurſius.

h Ex habitu. i. aſpectione, vtrum haberet barbam vnam vel alteram: vt. j. innuit: & facit. ff. de minorib. l. minor xxv. ann. adito præſide ex aſpectu &c. Et nota pro opinion. Mar. qui ſecundum conſcien. ſuam dicebat iudicem debere iudicare: & facit. ff. de ſer. l. ij. in ſine. & ff. ſin. regundo. l. ſi irruptione. §. ſi. in gloſ. penulti. Accurſius *.

ADDITIO. Vide tu canoniſta not. per gloſſ. in c. j. extra

liberi non proſunt ᵃ; in adoptionem autem dati, naturali patri ᵇ proſunt. Itē nepotes ex filio proſunt, vt in locum patris ᶜ ſui ſuccedant: ex filia nō proſunt ᵈ.

Item demum liberi à præfato munere immunitatem præbent, ſi ſuperſtites fuerint, mortui verò non, niſi glorioſe pro republ. in acie ceciderint.

Filij autē ſuperſtites ᵉ tantū ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti ᶠ autē non proſunt. Sed ſi in bello amiſsi ſunt, quæſitum eſt, an proſint. Et conſtat eos ſolos ꝓdeſſe, qui in acie ᵍ amittuntur. Hi enim qui pro Republica ceciderūt †; in perpetuum per gloriam viuere ʰ intelliguntur.

Procurator fiſci excuſatur à tutela vel cura. Aretin.

Item diuus Marcus in ſemeſtribus ⁱ reſcripſit, eum, qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura, quandiu adminiſtrat ᵏ, excuſari poſſe.

Reipublicæ cauſa abſens, à tutela & cura recenter delata excuſatur: ſuſceptam autem quandiu abeſt, non adminiſtrat: reuerſus verò, intermiſſæ onus ſtatim reaſſumit.

Itē qui reipublicæ cauſa abſunt ˡ à tutela vel cura excuſantur ᵐ. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores dati, deinde Reipublicæ cauſa abeſſe cœperint: à tutela vel cura excuſantur ⁿ, quatenus Reipublicę cauſa abſunt,

a Non proſunt. & hoc dico ad excuſationem: vt hic, & ff. de vac. mu. l. ſextūdecimū. §. adoptiui. maxime hodie, cum nihil ad patrem adoptiuū trāſeat: vt. ſ. de ado. §. ſed hodie. Sed olim bene acquirebāt ei, ſcilicet patri adoptiuo. Aegid. Per.

b Naturali patri. licet adoptiuo non proſint: vt. ſ. ꝓxi. reſpon. & ſecūdum hoc pūcta ibi, dati. Vel dic dati in adoptionē naturali patri. i. auo vel ꝓauo, proſunt, ſcilicet arroganti: cum tranſeant in familiam eius: vt. ſ. de adop. §. ſed hodie. in fin. §. & §. ſeq. & ſecundum hoc fiet hic mentio illius noui iuris: & punctabis ibi, naturali patri.

c In locum patris. Apparet quod eo mortuo tantum proſunt: eo autem viuo nō proſunt: vt hic cum dicit, in locū patris &c. & C. de his qui nu. lib. l. ij. & iij. lib. x. Sed nunquid omnes loco vnius computantur? Reſpō. quidam quod non, Sed contradicunt leges expreſſe: nā loco vnius numerantur quotcunque ſunt: vt in Græca. l. ff. eo. l. ij. §. quotcunque. nam etiam in ſucceſsione loco vnius computantur: vt. j. de hære. quæ ab inteſta. §. cum filius. arg. ff. de contratab. l. j. §. j.

d Non proſunt. quia non ſunt in poteſtate ſua: vt. ſ. de pat. pote. § fina. hæc ratio non eſt bona: vt. ſ. eo. in prin. dicit enim de emancipato. vnde dicas, non ꝓſunt auo materno: quia alij proſunt: vt. C. de teſta. milita. l. quinta. & fin.

e Superſtites. id eſt, viui.

f Defuncti. idem & in nō natis, licet conceptis: quia quo ad hunc caſum non ſunt pro iam natis: vt. ff. eo. l. ij. §. qui autem in ventre. Accur.

g In acie. ſ. principis: vt. ſ. de adop. §. fœminæ.

h Per gloriam viuere. not. mortuum viuere per gloriam: vt. ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. ſi quis in collatione. ² Et econtra quis fingitur mortuus, qui viuit per vituperium, vt deportati: vt. ff. de contratab. l. j. §. j. & §. pe. in fi. & ff. de do. inter vi. & vxo. l. cū hic. §. ſi donator. vbi ſeruus viuit, & tamen pro mortuo reputatur quo ad ius ciuile: vt. ff. de regu. iur. l. quod atti nec. & l. ſeruitutem.

Item diuus Marcus. CASVS. Dñe, iam vidi qualiter quis excuſatur ab onere tutelæ vel curatę: nunqd pluribus modis poterit cōpetere excuſatio? Rñ. ꝙ ſic. diuus enim Marcus reſcripſit in Semeſtribus ſui adminiſtrantem res fiſcales durante adminiſtratione poſſe ſe ab onere tutelæ vel curæ excuſare. hoc dicit vſq; ad. §. item qui. In quo ſic figura caſum. Titius cauſa Reipu. abſens datus eſt tutor vel curator, quæritur ab Imperatore, an poſsit ſe legitime excuſare? Rñ. Imperator, ꝙ qui abſentes cauſa Republi. dati ſunt tuto. vel curato. ab onere adminiſtrationis tut. vel curatę. excuſantur. hoc dicit vſq; ad verſi. ſed & ſi. in quo ſic figuretur caſus. Vidimus qualiter abſens datus tutor vel curator excuſatur. Sed quid ſi aliquis datus tutor vel curator Reipublicæ cauſa abeſſe incipiat, an ſimiliter excuſetur? Rñdet dominus Imperator, quod non ſolū illi qui in abſentia dati erant, poſſunt excuſari: ſed etiam ſi primo fuerāt dati tutores vel curatores, & poſtea cœperunt abeſſe cauſa Reipu. à tutela vel cura excuſantur, & interim curator loco eorum datur: quibus reuerſis curator loco eorum ſubrogatus deſinit curator eſſe: & ipſi adminiſtratiōis onus recipiunt: nec in caſu iſto poſt reuerſionem anni habent vacationē: vt Papinianus libro quinto reſponſorum ſcripſit. Hoc enim ſpatium indulgetur his, qui poſt verſionem ad nouas tutelas vel curas vocantur: non autem eis qui priſtinæ adminiſtrationis onus recipiunt. hoc dicit vſque ad. §. & qui poteſtatem.

i In ſemeſtribus ⁎. i. in ſex menſibus, quibus dabāt operam ſtudio. cum alternis ſex menſibus dabant operam Imperatores bello, & ſtudio: vt. ff. de origine iuris. l. ij. §. ex his. in princ. vltimæ chartæ. Vel dic, quod nomen erat libri in illis ſex menſibus compoſiti: quod in idem recidit.

k Adminiſtrat. qui dicitur procurator fiſci. & facit ad hunc. §. ſ. de cur. §. item in loco.

l Abſunt. vel abſuturi ſunt: vt. ff. de procur. l. filiuſfamilias. §. fi. ADDITIO. Quia paria ſunt eſſe, vel de proximo ⁎ ſperari. l. pe. ff. de milita. teſta. quod facit an licentiatus gaudeat beneficio doctorum. de quo dic, vt ibi per doctores.

m Excuſantur. hoc primū rñ. loquit, quādo eo exiſtente in abſentia Reipu. cauſa datus fuit tutor vel curator: quo caſu perpetuo excuſat, ſi per viginti ann. militauerit: compleuerit militiæ ſpatiū, & nō ignominioſe miſſus eſt. Alias qui intra quinquennium miſſus eſt: puta quia infirmus nullam habet excuſationē: qui poſt quinq; ann. habet annum: qui poſt viij. ann. habet bienium: qui poſt xij. habet triennium: qui poſt xvj. habet quadriennium: qui poſt xx. excuſationem perpetuam habet: vt dictum eſt, & ff. eo. l. ſed & milites. §. j. ij. iij. iiij. & v. & §. qnq;. vſq; ad. §. qui autem poſt. Accur.

n Excuſantur. ſi hoc poſtulauerint prius, & etiā aliū actorem vel curatorem petierint, alias non: vt. C. ſi tu. Reip. cauſa. l. j. & ff. de adminiſt. tu. l. tutores. §. qui ſe.

Et qui

† Tul. in ſomni. Scipio. dicit omnib⁹ q patriā ſeruarunt, iuuerunt, auxerūt, certum eſſe in cælo & definitum locū vbi beati ſempiterno æuo fruuntur. Aegi. per.

² Idem in eo qui ingreſſus eſt religionē etiam beati Frāciſci ſecūdū omnes hic: arg. l. miles & ibi glo. ff. de re iu.

⁎ Tu dicito Semeſtrium appellatiōe, notari libros quibus res geſtæ & adminiſtratę ſex menſibus explicabantur: vti & Annales, qui res vnius anni geſtas continerent dicti ſunt.

⁎ Et quod parum diſtat, nihil diſtare videt ait Ariſto. Aegi. p.

Milites à bello miſsi quot annos excuſationis habent.

& interea curator loco eorum datur, qui ſi reuerſi fuerint: recipiunt onus tutelæ. Nec anni habent vocationem: vt Papinianus libro quinto reſponſorum ſcripſit. Nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas vocati.

Publicam habens iuriſdictionem, à ſuſcipienda tutela excuſatur: ſuſceptam autem non deponit.

Et qui poteſtatem[a] aliquam habent, ſe excuſare poſſunt: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam[b] tutelam deſerere non poſſunt.

Propter litem quam quis habet cum pupillo, non excuſatur à tutela, niſi ſit omnium, vel maioris partis bonorum. Aret.

Item propter litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi forte[c] de omnibus bonis, vel hæreditate[d] controuerſia ſit.

Tria tutelæ non affectatæ onera ſeparatorum patrimoniorum, quandiu adminiſtrantur, immunitatem tribuunt.

Item tria onera[e] tutelæ non adſectatæ, vel curæ præſtant vacationem, quandiu adminiſtrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela, vel cura eorūdem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

Paupertas, infirmitas, & literarum imperitia ſimplicitati annexa, vacationem à munere tutelæ tribuunt.

Sed & propter paupertatem excuſationem tribui, tam diui Fratres, quàm per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem[f] ſe oneri iniuncto poſſit docere[g].

Infirmitas excuſationem præſtat à tutela vel cura. Are.

Itē propter aduerſam

Et qui poteſtatem. CASVS. Viſum eſt ſuperius de pluribus perſonis qualiter ſe poſſunt excuſare à tut. vel cur. Nunc quæritur à domino Imperatore, an ſint aliæ perſonæ, quæ poſſint excuſari? Reſpond. Imper. quod non ſolum prędicti à tutela vel cura excuſantur, ſed etiā qui aliquā poteſtatē habēt: vt prę fectus vigilum, vel annonæ: quia tūc illi à ſuſceptiōe tutelæ vel curæ durante officio ſuo ſe poſſent excuſare: vt diuus Marcus reſcripſit: ſed tutelam ſuſceptā occaſione poteſtatis non poſſunt deſerere. Sed nunquid ſi aliqs datus tu. vel cura. habeat litem cum pupillo vel cū adulto poterit occaſione litis ſe excuſare? Rñ. φ nō, niſi de omnibus bonis ipſius pupilli, vel forte de hę reditate aliqua ipſi pupillo delata controuerſia fuerit. In hoc enim caſu excuſatio habebit locū. Et hęc dicunt vſq; ad. §. itē tria. Aretì.

a Poteſtatem. vt quia ſit prę fectus vigilum vel annonæ: vt. ff. eo. l. adminiſtrantes[1]. & ſimiles, qui poteſtates vocantur: vt. C. de mod. mul. l. eos. ſecus ſi ſit circa latus principis, cœptam enim non complebit: vt. ff. eod. l. iuriſperitos. in principio. Accurſius.

b Sed ſuſceptam. vt. ſ. proxi. §.

c Niſi forte. Imo & ſine forte, vel etiam ſi de maiori parte bonorum pupilli ſit controuerſia: vt. ff. eo. l. propter litem. j. reſpon. & facit. C. eod. l. ſi vt allegas. & ſ. de authori. tuto. §. fina. & C. qui dare tuto. poſſ. l. creditorem. ſed hodie non poteſt creditor vel debitor eſſe tutor: vt in authentic. vt ij, qui ob. ſe hab. per. §. j. collatio. vj.

d Hæreditate. ſ. ipſi pupillo à patre delata, vel à quocunque non curo. propter magnitudinem enim litis ponis de hæreditate.

Item tria. CASVS. Domine, nunquid ſunt adhuc plures modi, quibus tutor vel cur. ab onere adminiſtrationis poterūt excuſari? Reſpond. quod ſic: Nam tria onera tutelę, vel curæ non affectatæ quandiu adminiſtrantur, tribuunt excuſationem: ita tamen in caſu iſto intelligenda ſunt tria onera, vt tut. vel cur. plurium pupillorum eiuſdem hæreditatis: vtputa fratrum vel nepotum, pro vna tutela computentur. Nam non numerus pupillorum, ſed ſeparatio patrimoniorū facit plures tutelas, & non ſolum in prædictis modis locum habet excuſatio. Et hoc vſque ad. §. ſed & propter. Franciſcus Aretinus.

e Item tria onera. No. dicit onera. quatuor enim poſſet habere tutelas, quæ ſibi excuſationem non darent. ſi ſint leues vel leuiſsimæ, vt hic[2]. Item not. quod dicit tria onera, tres enim poſſet habere, & tñ pro vna cōputarentur: puta fratrum, vt ſequitr. Non enim numerus pupillorū plures tutelas facit, ſed patrimoniorū ſeparatio: vt. ff. e. l. tria. & l. ſi is[3]. Itē quod dicit nō affectatæ, nota, nam ſi dediſſet operā, & ſic affectaſſet eas habere nō prodeſſent: quia nō viderent onèroſæ: vt alias qui data opera Reipublicæ cauſa abeſt: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. & qui data. & facit. ff. ſi quis cau. l. ij. § ſi tamen.[5] & ff. ad le. Cor. de fal. l. vxori. §. ij. iuxta illud. Hoc portat leuiter, qđ portat quiſq; libenter. Item hæc tria onera in domo vna eſſe ſufficit: vt ſi pater vel filius generat, omnes excuſantur: ſed non cōputantur, niſi ob aliū tutorē teneātur: vt ff. eo. l. diximus. §. ſi. & l. ſeq. & ff. de ritu nupt. l. ſi quis tutor. Item Honorarius hoc nomine non cōputatur: vt ff. eod. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis.

ADDITIO. Item duæ excuſationes imperfectæ diuerſi generis: puta duę tutelæ cum duobus filijs: non faciūt vnā plenā. l. excuſant. §. amplius. ff. eo. & an vnus teſtis cū fama probet in criminalibus. vide Ang. hic.

Sed & propter. CASVS. Titius volens facere teſtamentū ſuū, Mæuiū vicinū pauperem, & adeo in rebus tenuē, vt nō habeat vnde viuat, niſi ex ſuis operis: in ſuo teſtamento filijs ſuis impuberibus tutorem, aut puberibus cura. inſtituit. Quærebatur à domino Impera. an iſte Mæuius propter ſuam paupertatē poſsit ſe excuſare ab adminiſtratione huiuſmodi tutelæ? Rñ. dominus Iuſti. quis excuſat à tutela, vel cur. propter paupertatem, ſi ſit adeo pauper, vt nō poſsit adminiſtrationi tutelæ vel curæ intendere: ſed habeat neceſſe operari, vt viuat. & hoc tam diui fratres, quam diuus Marcus reſcripſerunt. Et hanc paupertatē debet probare is qui ad tutelam, vel curā vocatur. Fran. Are.

f Imparē. i. ſi nō habeat tantū in bonis[*], quantū pupillus cui datr tutor: vt hic. ff. eo. l. paupertas. Alias aūt dicitur pauper, qui non habet quinquaginta aureos in bonis: vt. ff. de accu. l. nonnulli. Vel dic verius eū eſſe hic pauperē & imparē oneri, qui ſic laboribus eſt implicatus propter paupertatem, vt tutelæ ſupereſſe non poſsit: cum forte in agro cum tota die eſſe oporteat. Nec enim placet prima expoſitio. cum hoc munus magis in obſequio perſonæ, quam in aliqua erogatione conſiſtat: vnde paupertas talis non nocet: dummodo poſsit ſupereſſe tutelæ: vt. ff. de mune. & ho. l. cura. § inopes. & ſ. ti. j. §. ſi.

g Docere. i. probare.

Item propter. CASVS. Titius in extremis vitę cōſtitutus Mæuiū in ſuo teſtamento tut. aut cu. ſuis filijs dedit: qui quidem Mæuius adeo infirmitate detinebatur

1 Melius facit. l. lex, athletę. §. gētium. ff. eo. vbi dicit Barto. qđ officiales publici, vel anciani ſunt immunes à gabellis vel collectis extraordinarijs, non or. Ang.

2 Itē ſi altera ipſarū vel etiam quarta ſuperueniēs ſit breui tēpore finienda: puta inſra ſemeſtre. l. non tantum in prin. ff. eo.

3 Ex quo textu infert Bart. vnum furtū magnū æquipollere tribus & ꝓ eo ſuſpēdi poſſe. Et quomodo intelligatur furtum vnum vel plura, vide in. l. cū qui. §. idē ſcribit. ff. de furtis. Ang.

Tutor per quam paupertatem à tutela excuſatur. Paupertas non excuſat à tut.

* Ratio: quia onus tutelæ nō eſt reale: ſed perſonale: nec iniungitur cuiquā reſpectu patrimonij, ſed perſonæ ſecundū Ange. Argi. per.

4 Iſta cōmuniter approbatur ꝓ do.

tur

tur, vt ſuis rebus ſeu proprijs negotijs intereſſe nequiſ-ſet. iſte Mæuius voluit ſe excuſare ab adminiſtratione huiuſmodi tute. vel cur. propter ſuam infirmitatē: qua tenebatur, quærebatur a domino Impe. an iſta excuſatio eum reddat immunē ab onere tut. vel cur.? Reſpon. dominus Imperat. quod propter aduerſam valetudinē, per quā quis proprijs rebus adminiſtrādis ſupereſſe nō poſsit: excuſatio locum habebit. h.d. Fran. de Are.

valetudinem[a], propter quam ne ſuis quidem negotijs intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

Homo ſimplex & ignarus literarum, habet à tutela excuſationem.

Similiter eos, qui literas neſciunt[b], excuſandos eſſe, diuus Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarū poſsint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.

A capitali inimico tutor teſtamento datus, excuſatur: videtur enim datus vt debitis implicetur, & negotijs inuoluatur.

Item ſi propter inimicitias[c] aliquem teſtamēto tutorem pater dederit: hoc ipſum præſtat ei excuſationem: ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum promiſerant[d].

a Aduerſam valetudinem. vt ſi eſt ſurdus, vel mutus, vel perpetua valetudine detentus: vt C. qui. mor. ſe excu. l. j. qui morbus prout durauerit, excuſat. Sed furor nō excuſat, ſed interim curator datur, ſecundum Ioan. vt ff. eo. l. non ſolum. §. fi. & ſeq. duabus legibus legib. vſq; ad. §. ſunt & alij. Sed quidem ex ſupradictis etiā ſi velint, non admittuntur: vt ſurdus & mutus: vt. ff. de tutel. l. j. §. pen. & §. fina. Quare dic, q; quantum ad eos impropriè ponitur excuſatio: vt. j. eo. l. minores *.

* Nā morbus dat vacationē ipſo iure, & ſic volens nō admittitur. l. lumi nibus. C. qui da. tu. poſ. Aegi. per.

Similiter. CASVS. Vidimus ſuperius qualiter propter penuriam rerum temporaliū et ſanitatis quis à tutela excuſatur: ſed quia eſt alia penuria, quę dicitur ignorantia: ideo quęrebatur à domino Impera. an imperitia literarū quem poſsit à tutela vel cura excuſare? Reſpon. dominus Impera. quod etiam ratione imperitiæ literarū poſsit quis à tut. vel cur. excuſari. Diuus enim Pius reſcripſit eum qui literas neſcit, ab onere adminiſtrationis tutelæ vel curæ excuſandū eſſe. Not. quod dictio quāuis, in medio. §. poſita poteſt poni aduerſatiue. Item poteſt poni correctiue, ſine determinatione. ſ. vt etiam imperiti literarū poſsint eſſe tut. vel cura. ſi ſint experti in negotijs. & hoc vltimū verius eſt. h. d. Fran.

b Literas neſciunt. & ſimplices ſunt vel rudes, aliud ſi ſunt ſagaces in negotijs: tunc enim nō excuſantur, vt vt ſubijcit: quāuis &c. vt. ff. eo. l. athletæ. §. pe. & fi. & no. literatū ad aliqua admitti, ad quæ nō recipitur illiteratus[7] vt. C. de poſtu. l. ij. & in auth. de iudi. §. j. in gl. qui ex ſe. col. vj. Et no. melioris conditionis eſſe ſapientem, quam ſtultum.

7 Sic de iure canonico illiteratus nō poteſt obtinere beneficiū: vt ca. cū noſtris. extra de cōceſ. præben. vbi p Inno.

Item ſi propter. CASVS. Si pater in teſtamēto aliquem tut. propter inimicitias dederit: puta ſic dicendo, Titium tutorē pupillis filijs meis do, vt debitis ſupponaſ, & à pupillis vexeſ: eo ipſo quod pater hoc expreſſit, iſte Titius tutor datus poterit ſe ab onere adminiſtrationis excuſare: ſicuti per contrariū nō excuſantur illi, qui promiſerūt patri pupillorū ſe eorundē tutelam adminiſtrare. Sed pone quod datus fuit tutor quibuſdam pupillis: & ipſe hoc ſolū adducit in excuſationē, quod erat ignotus patri pupillorū: nunquid rōne talis excuſationis ab onere adminiſtrationis liberaſ? Rñ. Imp. quod nō. Nā diui fratres reſcripſerūt nō eſſe admittendā excuſationē eius, qui habet ſolū pro rōne, qđ patri pupillorū ignotus fuerit. Itē ſi aliquis exercuerit capitales inimicitias cū patre pupillorū, nec poſtea recōciliatio interuenit: poterit ſe ab onere tut. vel cu. excuſare. rō iuris eſt. Et ſi aliquis ſtatus quæſtionē à patre pupillorū paſſus erit, vel ſi ille quæſtionē ſtatus moueat: in vtroque caſu locū habet excuſatio. Et. h. d. vſq; ad. §. itē maior lxx. Fran. de Aret.

Eò quòd quis non cognoſcit patrem pupilli, nō excuſatur à tutela. Aret.

Non eſſe autem admittendam excuſationē eius, qui hoc ſolo vtitur, quòd ignotus[e] patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt.

Inimicitiæ capitales, ſi reconciliatio non ſit ſecuta, præſtant vacationem à tutela.

Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum, vel adultorum exercuit, ſi capitales[f] fuerunt: nec reconciliatio interuenit: à tutela[g], vel cura ſolent excuſare.

Qui paſſus fuit controuerſiam ſtatus à patre pupilli, habet vacationem. Are.

Item is, qui ſtatus controuerſiam à pupillorū[h] patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.

c Inimicitias. vt quia ideo cū dedit tutorem, vt debitis ſupponaſ, & à pupillo vexeſ. Et no. qđ tribus caſibus excuſat inimicitia: vt ſi expreſſerit vt dictū eſt, vt hic. Itē & qñ īteruenit poſt teſtamentū. Item & ſecūdū quoſdā etiā qñ ante teſtamētū: ſi tñ fuit capitale certamē. In quarto caſu nō: vt ſi ante teſtamentum facta fuit, et nō capitalis: quia videtur remiſiſſe, ex quo in teſtamēto dedit tutorē: vt. ff. e. l. athletæ. §. dat remiſsionē, put eſt ibi ī litera prius: vt &. j. eo. §. inimicitiæ.

Inimicitiæ tribus caſibus excuſat à tutela.

d Promiſerāt. licet alias habeant excuſationē: vt hic, &. ff. de teſta. tut. ex ſentētia. in fi. & hoc vbi promiſit, vel ſic ſe iactauit. Quid aūt ſi in teſtamēto ſe tutorē ſcripſit? Rñ. non erit tutor, niſi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eū cōfirmauerit: vt in. d. l. ex ſentētia. & tūc de cætero erit tutor. &. ff. ad. l. Cor. de fal. l. vxori. §. j. Accur.

e Ignotus. ſed is excuſatur, qui ibi domicilium non habet, vbi datus eſt: vt. ff. eo. l. fi. in fi.

ADDITIO. Quod eſt verū, ſecundū Ang. ſi ibi conſtituerit domiciliū: alias aūt non eſt opus excuſatione, cū à iudice dari nō poſsit: vt eſt gloſ. in. l. neq;. C. q da. tu. poſ. Et qua actione teneaſ, ſi ſponte geſsit, & an teſtis debeat cognoſcere contrahentes: vide hic, cū determinant q; ſic, ſi deponant de facto contrahentis.

f Si capitales. capitales accipe, vel quia accuſabat cū de aliquo crimine, quod ingerebat pœnā capitis. i. ſtatus: vel quod ingerebat pœnā ſanguinis, vel inſidiabaſ vitæ ipſius, ſecundū Azo. Et no. hic fieri aliquid rōne inimicitiæ, quod nō fieret alias. ſic. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. cū quidā. &. l. licet autē. &. ff. de lib. cau. l. ſi pariter. §. quod ſi adhuc. Nā inimicus iudex eſſe nō poteſt: vt. ff. de procu. l. filiusfamilias. §. fi. l. vel exilio.

Inimicitiæ dicūtur capitales dupliciter.

g A tutela. vel datiua vel legitima: ſi autem teſtamentaria. dic vt. ſ. in glo. vt quia &c.

h A pupillorum patre. vt quia pater pupillorū quādoq; dixit hunc, quem dat modo tutorē, ſuū ſeruū fuiſſe vel libertū. Iſtæ enim ſunt quæſtiones de ſtatu: vt. j. de ac. §. præiudiciales. Et eſt ratio: quia mortis accuſationi hæc quæſtio aſsimilatur: vt. ff. quod me. cau. l. iſti quidem. §. j. Idē eſt cōtra, ſi hic mouet quæſtionem ſtatis ipſis pupillis: vt. ff. eo. l. athletæ. §. amplius. Accur.

Addit

ADDITIO. Intellige iſtud verum, ſi non ſtudioſe vel per calumniam mouit quæſtionem: vt ibi: alias ſecus, quod facit vt teſtis non repellatur à teſtimonio contra eum, qui ipſum accuſauit vel percuſsit ſtudioſe, vt ipſum excluderet, ſecundum Ang. hic.

Item maior.

CASVS. Domine, iam vidi plures modos, quibus tutores vel curatores excuſantur: nunquid adhuc poterunt pluribus modis excuſari? Rñd. quod ſic: quandoque enim excuſantur ratione ætatis. nam ſi maior lxx. ann. tutor vel curator datus fuerit, ratione ætatis ſe excuſare poterit. Et non ſolum ratione ſenectutis, ſed etiam ratione minoris ætatis, ſecundū iura antiqua excuſatio locū habebit. Minores enim xxv. an. olim ab onere adminiſtrationis tutelæ vel curæ excuſabantur: hodie vero per conſtitutionem noſtrā ad tutelæ vel curæ adminiſtrationē aſpirare prohibenſ, intātum videlicet: vt de cætero excuſatione opus nō ſit. Nam & ſi vellent,

Maior ſeptuaginta annis à tutela ſe excuſat: minor viginti quinque non admittitur. Arc.

Item maior ſeptuaginta annis [a] à tutela & cura ſe poteſt excuſare †. Minores autem viginti quinque annis, olim quidem excuſabātur: noſtra autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam aſpirare: adeò vt nec excuſatione [b] opus ſit.

Qua conſtitutione [c] cauetur, vt nec pupillus ad legitimā tutelam vocetur, nec adultus: cùm ſit inciuile eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrādis egere noſcuntur, & ab alijs reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire [d].

Miles militans, tutor eſſe non poteſt.

nullo modo admitterentur. In conſtitutione enim noſtra expreſſe cauetur, vt nullus pupillus ad tutelā legitimā vocetur, nec adultus. Inciuile enim nobis videtur eos, qui in rebus ſuis adminiſtrandis alieno auxilio egere noſcuntur, & ſub alijs reguntur: aliorum tutelam & curam ſubire. Et idem in milite in expeditione militari exiſtente ſeruandū erit, vt ipſe etiam volens ad tutelæ vel curæ adminiſtrationē non admittatur. Et hæc dicuntur vſque ad. §. qui autem vult. Fran.

a Septuaginta annis. ſ. iam cōpletis: vt. ff. de iure immu. l. iij. & ad Treb. l. qui filium & filiam. §. j. alias nō eſſet maior: vt. ff. de mino. l. iij. §. minorem [1]. ſed in alio perſonali publico munere ſtatuitur tempus lv. ann. vt C. qui ætate. l. fi. li. x. Et not. ratione ſenectutis aliqua fieri, quæ alias non fierent: vt hic, & ff. de iure immu. l. ſemper. j. rñ. & C. de poſtul. l. prouidendum.

b Nec excuſatione. ſed larga ſignificatione, etiam qui prohibentur, excuſantur: vt. ff. de poſtul. l. j. §. initium. & C. qui morbo. l. vnica. & ff. de tutel. l. j. §. pe. & fi. & j. eo. §. penul. & fi. & facit ad hoc. ff. de reg. iur. l. eius eſt nolle. Accur.

c Conſtitutione. C. de leg. tu. l. fi. & facit. ſ. de fiduc. tu. §. fi. Accur.

d Subire. facit ad hoc in auth. de ſanct. epiſ. §. damus autem. ibi, qui enim alios. col. ix. & ff. de eden. l. ſi quis ex argen. §. prætor ait. ibi prohibet. & in glo. vt edat.

e Idem & in milite. i. in militia exiſtente: ſecus in veterano: quod dic vt diximus. ſ. eo. §. itē qui reipublicæ. Ad hoc aūt, quod aliquis ſit miles, ſex ſunt neceſſaria, vt diximus in auth. de man prin. §. fi. & in. l. pen. ff. ex quib. cau. maio. & j. de mil. teſt. ſuper ti.

ADDITIO. Et refert Ang. quod milites noſtri tem

† Hic Cato apud Cic. in ſenectute, quā ob rē & legibus, & inſtitutis vacat ætas noſtra muneribus ijs, quæ non poſſunt ſine viribus ſuſtineri.

[1] Quando autem requiratur annus cōpletus vel ſufficiat cœptus, vel quando tēpus requiraſ de momento ad momētum dic vt ibi p gl. Bart. & doc. Ange.

poris gaudent priuilegijs, dummodo in eis ſit eadē ratio, & cauſa priuilegij concedendi.

f Nec volens. & ita ipſo iure nō tenet datio: vt hic, & C. qui da. tu. poſ. l. militiæ. niſi à cōmilitone detur: vt. ff. e. l. propter magiſtratū. §. fi [2]. Aliud in cæleſti milite, vt in clerico, qui admittitur vſque ad quartum gradū: vt in auth. de ſanc. epi. §. presbyteros. colla. ix. quā habes C. de epi. & cle. ſuper. l. generaliter.

Idem & milite [e] obſeruādum eſt, vt nec volens [f] ad tutelæ onus admittatur.

Docentes Grammaticam, vel Rhetoricam, vel Medicinam, vel Romæ, vel in patria ſua, intra numerum deputatum, excuſantur à tutela. Aret.

Item Romæ Grammatici [g], Rhetores, & Medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt, à tutela & cura habent vacationem.

Plures vacationis cauſas habens, ſi in quarundam probatione defecerit, alijs intra præſcriptum à lege tempus vti non prohibetur.

Qui autem vult ſe excuſare †, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non proba-

ADDITIO. Dic quod imo hodie vſque ad decimū gradum ſicut ad ſucceſsionem, ſecundū Ioā. de Plat. per. §. ſi vero neque. in authent. de hære. ab inteſta. de iure tamen canonico omnis electus vel promotus epiſcopus, & monachi poſſunt ſuſcipere tutelam ex cauſa pietatis, quāuis nō cogātur, niſi in ſubſidium, & pro miſerabilibus perſonis lxxxvj. diſt. peruenit. & xvj. q. j. c. generaliter. in gloſſ. j.

g Grammatici. i. magiſtri de Grammatica. & idem dicas de ſequentibus. Et adiunge his ſophiſtas, id eſt, Dialecticos: ita vt oēs, qui docent triuium, excuſentur: vt hic, & ff. eodem. l. ſi duas. §. j. & hoc ſi doceant Romæ, vbi eſt communis patria: vt. ff. ad municip. l. Roma. & hic. Item ſi in patria ſua: vt hic ſubijcit. Item oportet, quod ſint intra numerum. habebat enim quælibet ciuitas numerum ſecundum ſuam quātitatem, & Grammaticos, & Dialecticos, & Rhetores, & Phyſicos, ſiue medicos: ita tamen quod nulla vltra decem haberet, quibus hanc immunitatem daret: vt. ff. eodem. l. ſi duas. §. fi. Sed aliud videtur in ijs, qui docent quadriuium, vt Muſicam, Aſtronomiam, Geometriam & Arithmeticam: nam non videntur habere excuſationem: vt. ff. eod. l. Geometræ. Quid de legum doctoribus? Non excuſantur, niſi Romæ: vt. ff. eodem. l. ſed & reprobari. §. fina. & §. penul. vel niſi in conſilium principis ſint aſſumpti: vt ff. eod. l. iuriſperitos. Vltra numerum autem vel extra patriam ſuam nemo excuſatur: niſi ſint multum diſciplinati: vt. ff. eodem. l. ſed & reprobari. §. amplius. Itē philoſophos, qui docent in naturalibus conſtat excuſationem habere: vt. ff. eodem. leg. ſed & reprobari. §. amplius.

Qui autem vult ſe excuſare. CASVS. Domine, quidam datus fuit tutor vel curator, qui multas & varias habuit excuſationes: & quaſdā ex illis propoſuit, & alias proponere prætermiſit: poſtea excuſationes propoſitas in proceſſu iudicij probare non potuit: nūquid alias excuſationes, quas ab initio non propoſuit, adhuc proponere poterit? Reſpondeo quod ſic, Qui enim ſe excuſare vult: ſi plures habeat exceptiones, & quaſdam ex ijs, in exordio litis propoſitas nō probauerit: alias exceptiones ſibi competentes, licet ab initio omiſſas, attamen intra ſtatutum tempus proponer

[2] Sed Iac. de Are. ibi tenet contrarium & illum tex. intelligit. l veterano.

† Cōcor. cū hoc. §. c. paſtoralis. cū glo. ſuper ver. audiatur. in prin. extra de except.

Scientiæ triuiales excuſant tutores.

Scientiæ quadriuiales nō excuſāt à tu.

Doctor leg. an excuſetur a tutela.

ponere & probare non prohibetur. Et hæc vſq; ad illum. §. qui aũt excuſare ſe volunt, non appellant &c: Fran. de Aret.

a Alijs vti. dũmodo in initio omnes propoſuerint, ſecundum quoſdã [1]: alias non poteſt: vt. ff. eodẽ. l. ſcire oportet. §. ſufficit. verſ. ſcire autẽ. Vel quod verius eſt, ſecundum Io. dic qđ illud quod ibi dicit, quod ſimilis eſt ei qui ſe nõ excuſauit, qui oẽs prius nõ propoſuit: verũ eſt quoad non nominatas: quia oportet ꝙ adhuc proponat, ſi non eſt lapſum tẽpus: vt hic, &. ff. eod. l. propter litẽ. § j. &. ff. de except. l. nemo. &. ff. de tranſa. l. cum hi. §. ſi prætor. contra. C. de inoffi. teſta. l. cõtra maiores. Sed ibi ab initio duas proponere non potuit: quia ſibi eſſet cõtrarius. & ita verum eſt.

[1] Et tunc ſufficit ꝙ vnam probet, & hęc tẽpora ei currũt etiã ſi ignorauerit, ius ſibi competere ſecundum doct. hic.

uerit: alijs vti [a] intra tẽpora [b] conſtituta non prohibetur.

Qui ſe à tutela immunem dicere vult, ſi intra centum milliaria à loco, in quo tutor deſtinatur conſtitutus ſit, excuſationis cauſa intra dies quinquaginta continuos, ex quo nouit ſe tutorem, proponat: qui vero ſupra centum diſtat, pro ſingulis viginti milibus vnam diẽ habet: & extra hos dies triginta, ſic tamen vt collectis omnibus nõ minus ſint, quàm quinquaginta dies.

Qui autem excuſare ſe volunt, non appellant [c]: ſed intra quinquaginta dies [d] continuos, ex quo cognouerunt [e] ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare [f] debent, cuiuſcũque generis ſint, id eſt, qualitercunq; dati fuerint [g] tutores, ſi intra centeſimũ lapidem [h] ſunt ab eo loco, vbi tutores dati ſunt. ſi verò vltra centeſimum habitãt: dinumeratione facta viginti milium [i] diurnorum, & amplius triginta dierum [k]: qui tamen [l] (vt Scæuola dicebat) ſic debent computari [m], ne minus ſint, quàm quinquaginta dies.

b Tempora. quæ ſint iſta tempora, habes. j. proxi. §.

Qui autem excuſare. CASVS. Domine, datus fui tut. cuidam pupillo, & ego habebã tres liberos in vrbe, vel quatuor in prouincia, vel quaſdam alias excuſationes mihi competentes, vnde à donatione tutelæ volebam appellare. iudex non admiſit appellationẽ meã, dicatis mihi quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc reſpon. Iuſtin. Amice, iudex contra te iuſte proceſſit. Qui enim ab onere adminiſtrationis tutelæ, vel curæ ſe voluerint excuſare: ab ipſa datione nõ debent appellare: imo intra quinquaginta dies continuos connumerandos, ex quo nouerunt ſe datos eſſe tu. excuſationes ſibi competentes debent corã iudice proponere cuiuſcunque generis ſint, hoc eſt, ſiue à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice dati extiterint. & hæc ſunt vera, ſi intra centeſimum miliare à loco in quo dati fuerint, habitent. Alio enim modo facienda eſt computatio, ſi vltra centeſimum miliare ab eo loco, in quo dati fuerant, habitent. Tunc enim pro ſingulis viginti miliaribus donec venerint ad locum, in quo dati fuerunt, cõputabitur eis vnus dies: & cum venerint ad eundem locum, numero reſultanti ex computatione dierum, ex beneficio legis adijcietur ſpatium xxx. dierum: intra quod, poterunt ſe excuſare. Sed tamen vt Scæuola dicebat: in hoc caſu, ſi minor numerus ex computatione dietarũ, & adiectione xxx. dierum reſultet, quam ſpatium l. dierũ: de æquitate ita erit facienda computatio vt illi, qui habitant vltra centeſimũ miliare ad ſuas excuſationes proponẽdas, nunquã minus habeant, quã l. dies. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. datus autem tutor. Fran. de Are.

c Non appellant. ſed contra ff. de appella. l. cum in vna. §. tutor. Sed ibi appellatũ fuit ab ipſa ſententia lata contra excuſationẽ. ſed ab ipſa datione appellari nõ poteſt: vt hic, &. ff. quan appella. ſit. l j. § ſi quis tutor. Sed in alijs muneribus contra: quia à datione appellatur: vt C. de appella. l. ij, qui. &. C. de temp. & re. ap. l. j. & C de decur. l. ij. li. x.

d Intra quinquaginta dies. ita tamẽ quod intra quatuor menſes contineantur iſti quinquaginta dies: licet cognouerit ſe forte datũ circa finem quatuor menſiũ: vt. ff. eo. l. quinquaginta. arg. eius quod eſt. ff. ad legem Iul. de adul. l. mariti. §. præterea. & hoc ſecundũ quoſdam. Vel dic, quod hi quatuor menſes currunt à die cognitionis: ſicut & quinquaginta: & hoc quantũ ad curſum cauſę. Sed initium eſt vſque ad quinquaginta dies: & ſic parum vltra duos menſes poteſt hæc cauſa durare poſt l. dies: & ſic intelligitur prædicta lex quinquaginta. Et quod ibi dicit in ſi. ex die nominationis, ſubaudi & cognitionis [2]. alias vero regulariter triennio durãt lites: vt. C. de iudi. l. properandum. in princi.

e Cognouerunt. Sed nunquid in dubio præſumetur eũ ſcire, vel ignorare ſemper? Reſpon. videtur ꝙ ſemper ſcire præſumatur, etiã ex die nominationis, ſaltem extunc, quando ad eum notitia venire potuit: niſi probet ſe ignoraſſe: vt. C. de peri. tu. l. ſi tutor. Sed tñ cõtradico. ſ. vt præſumatur ſemper eũ ignoraſſe: niſi probetur eius ſciẽtia: vt. ff. de admi. tut. l. hoc autem. &. C. qui mil. poſſ. vel non poſſ. l. ſuper ſeruis. in glo. ij. lib. xij. &. ff. de prob. l. verius. Nec obſt. prædicta. l. ſi tutor. quia ibi publice erat notũ: vnde nec iſte tutor potuit ignorare: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Vel ꝙ dicit ibi, idque liquidis probationibus oſtenderis. ſ. eo quod nõ probetur contra, vel aliter, vt ibi ſolet dici.

Appellari an poſſit ab iniunctione munerum.

[2] Et hoc ne incidamus in abſurdũ: videlicet quod prius præſcribat tẽpore cognitionis. l. quatuor mẽſiũ, quã propoſitionis. ſ. quinquaginta dierum: ꝙ non cõtingit in di. l. mariti. cũ ibi omne tempus detur ad initiandũ accuſationes nõ autem ad perficiẽdum: & ſic nõ ob. Ia.

f Se excuſare. ſ. dando initium excuſationi, vt modo diximus, & eam redigendo in ſcriptis, per libellum: vt ff. eo. l. ſcire oportet. §. oportet autem. nõ tamen ſolus libellus hic ſufficit, niſi & probet excuſationẽ, quæ ibi continetur: vt. ff. eo. l. excuſare. Accur.

ADDITIO. Quod facit vt terminus datus ad ſopponendum ſeu excipiendum, intelligatur etiã datus ad oppoſita ſeu excepta probandũ, ſecundũ Chriſtoph. hic.

g Dati fuerint. ſiue à teſtatore, ſiue à lege, ſiue à iudice: vt. j. ti. j. §. ij.

h Lapidem. ſ. miliarium. lapidibus etenim ſignabantur miliaria.

i Viginti milium. vt pro vnoquoq; die viginti miliaria computentur: vt. ff. ſi quis cau. l. j.

k Triginta dierum. ſ. debet dari terminus, intra quẽ ſe excuſent. Vel dic, excuſare ſe debens facta dinumeratione xxx. dierum &c.

l Qui tamen. repete, debent ſe excuſare intra illos triginta dies: qui tamen &c.

m Computari. caueas ne fallaris in hac computatione. ſi enim per centum miliaria abeſt vel minus: tantum habet dies quinquaginta, ſi autem abeſt vltra etiam per vnum miliarium, habes pro quibuslibet xx. miliaribus vnam diem: & ſic pro centũ miliaribus habet quinque dies: cum quinquies viginti faciant centum. Item forte vnum diem: quia vltra eſt per miliarium vnum, vel parum plus. Item triginta dies habet: & ſic habet xxxvj. dies: & ita eſt in deteriori conditione, qui remotior eſt. Sed tamen, vt ſubijcit, ita eſt facienda computatio, ne ſint minus, quàm quinquaginta dies. Et ſic apparet. ꝙ niſi per xxj. dietas, vel plus ſit vltra centeſimum miliarium: non prodeſt adiectio triginta dierum: vt hic, &. ff. eo. l. ſcire. §. aliud autem.

Datus

Datus autem tutor. CASVS. Domine, quidam in teſtamento ſuo habens quinquaginta duo patrimonia in prouincijs, tutorem dedit ſic dicendo Titium tutorem do pupillo meo. Modo quæro à vobis, vtrum teneatur ex illa datione adminiſtrare res exiſtẽtes in alia prouincia, quam in qua habet domicilium: videtur enim mihi, ꝙ ipſo iure non debeat teneri de adminiſtratione exiſtentium in alia ꝓuincia: ita quod nõ ſit ſibi opus aliqua excuſatiõe vti. Ad hoc reſpondet Iuſtinia. Amice, tutor in teſtamẽto datus, ad vniuerſum patrimoniũ pupilli datus intelligitur vnde dicitur, quod ipſo iure non eſt liberatus ab onere adminiſtratiõis alterius ꝓuinciæ, ſed ſi vult non teneri, neceſſe habet carũ nomine ſe excuſare. Et hæc dicũtur vſque ad illum. §. qui tutelam.

Tutor ſimpliciter datus, totius patrimonij tutor eſt.

Datus autem tutor, ad vniuerſum patrimoniũ [a] datus eſſe creditur.

Cuius pupilli quis tutelam geſſit, eius curam ſubire non cogitur.

Qui tutelam alicuius geſsit, inuitus curator eiuſdem fieri non compellitur [b]: intantum, vt licet paterfamilias, qui teſtamento tutorem dedit, adiecerit, ſe eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam ſuſcipere non cogendum [c], diui Seuerus † et Antoninus reſcripſerunt.

Maritus etiam ſi ſe immiſcuerit in curam vxoris ſuæ, habet excuſationem. Areti.

a Patrimonium. facit. ff. eo. l. ꝓpter litem. §. fi. Sed contra. ſ. qui da. tut poſ. §. certe. Solue vt ibi.

Qui tutelam. CASVS. Domine, datus fui tutor cuidam pupillo, & adminiſtraui tutelam eius: & iam pubertate adueniente finita eſt tutela. modo idem adultus quondam pupillus meus me petit in curatorem ſibi dari, & iudex me inuitum cogere vult ſuſcipere onus adminiſtrationis: ego quæro à vobis quid iuris eſt in hoc caſu? Reſpon. Imper. Amice, iudex te ad hoc cogere non poteſt. Qui enim tutelam alicuius geſsit, inuitus curator eidem fieri non compellitur, & hoc intantum eſt verum, vt licet teſtator qui in teſtamẽto ſuo tutorem dederit, illum eundem curatorẽ ſe dare adiecerit, tamen in hoc caſu diui Seuerus & Anto. reſcripſerunt illum inuitũ nullo modo cogendum eſſe adminiſtrationem curæ ſuſcipere. Item ſi maritus fuerit datus curator vxori ſuæ, ijdem principes reſcripſerunt eum poſſe ab onere curæ ſe excuſare, licet adminiſtrationi rerum vxoris ſuæ ſe immiſcuerit. Et hæc vſque ad illum. §. ſi quis autem. Franc. de Are.

b Non compellitur. quaſi ſufficiat ei tantum ſeruiſſe: vt. C. de nego. geſt. l. tutori.

c Non cogendum. facit ad hoc. C. eo. tit. l. curator. Sed contra eſt ad hunc. §. C. eo. l. liberos. §. fi. Sed ſpeciale eſt in liberto, vt non excuſetur licet tutor fuerit.

d Maritum. idem de ſponſa: vt. ff. eo. l. j. § fina.

e Curatorem. ſed procurator poteſt eſſe: vt. C. de procu. l. maritus. ideo autem nõ ponit hic tutorẽ: quia aliqua vxor non eſt pupilla: vt. ſ. de nup. in prin.

f Excuſare. impropric ponitur. nam & ſi vellet non admitteretur: vt. C. qui da. tut. poſ. l. maritus. Et eſt ratio: quia propter affectũ vxor. omnia ſibi remitteret. Et hęc omnia ſunt vera, vbi datus eſt curator poſt, quã fuit ſponſus vel maritus: ſi vero prius fuit tutor vel curator, non poſſet poſtea eſſe maritus: vt. C. de interdic. ma. per totũ ti. Item hic maritus, qui poſt matrimoniũ fuit datus curator ignorans forte, alium debet petere ſubſtitui: vt. C. eodem l. amplisſimi. & l. licet.

ADDITIO. Dic hoc eſſe verum de iure ciuili, ſed aliter de iure canonico vt habetur in. c. pe. extra de ſecun. nup. ſecũdum Chriſtophorum.

g Immiſceat. ſed ſi alius, ſcilicet de prædictis qui excuſationem habent ſe immiſcuit, non poſſet ſe excuſare: vt. C. ſi ex fal. al. l. ij. & iij.

Iidem reſcripſerunt, maritum [d] vxori ſuæ curatorem [e] datũ, excuſare [f] ſe poſſe, licet ſe immiſceat [g].

Falſis excuſationibus liberatus, non eſt excuſatus. Areti.

Si quis autem falſis [h] allegationibus excuſationem tutelæ meruerit: nõ eſt liberatus [i] onere tutelæ.

Si quis autem. CASVS. Domine, quidam datus fuit mihi tutor: iſte tutor ad excuſationem ſuam dicebat ſe habere tres liberos in vrbe, cũ non haberet niſi vnum vel duos forte: & iudex admiſit eius excuſationẽ: & ita falſis allegationibus ſe excuſauit: dicatis mihi quid iuris eſt i caſu iſto? Rñ. Impe. Amice, qui falſis allegationibus ab onere tutelæ ſe excuſat, nõ eſt liberatus ab onere adminiſtrationis: imo ex tempore dationis tenef: & ideo dico tibi, ꝙ tutor tuus nõ obſtãte excuſatione ſua, quã ꝑ falſas allegationes obtinuit: de periculo adminiſtrationis tibi tenef. Et hæc dicuntur vſque ad fin. ti. Frãc.

h Falſis. vbi veritas fuit mutata. nam falſum nihil aliud eſt, quam immutatio veritatis: vt in authenti. de fide inſtru. in prin. col. vj.

i Non eſt liberatus. imo ex tempore dationis tenef: vt. C. ſi ex fal. al. l. j. in fi. & facit ad hunc. §. ff. de re iu. l. diuus. & de excep. l. qui agnitis. &. C. ſi ex fal. inſti. per totum tit. Quid ſi eſt iniuſta excuſatio, licet nõ falſa vel non gratioſa? Reſpond. poteſt adhuc idem dici, vt non teneat in minoris præiudicium: vt. C. ſi ex fal. alle. l. j. Quid ſi per ignorantiam? Reſpon. idem: vt. C. ſi ex fal. al. l. vlti. licet alias ſententia gratioſa teneat: vt ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. cum Prætor.

TITVLVS XXVI.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS, vel curatoribus.

Tutores ſuſpecti, à tutela remouendi ſunt, cuius rei cognitio magiſtratibus hic ſcripta data eſt.

SCiendũ eſt,

DE SVSPECTIS TVTORIbus, vel curatoribus.

Quia ſupra viſum eſt de tutoribus & curatoribus, ac etiam eorum excuſationibus: & quia hi aliquando non excuſantur, imo inuiti tanquam ſuſpecti remouentur, ideo de his ſubdit. Porcus.

SCiendum. Totus iſte titulus, diuidiẽ principaliter in quinque partes. Primo vnde habuit exordium crimen ſuſpecti. Secũdo qui poſſunt de ſuſpecto cognoſcere. Tertio qui poſſunt fieri ſuſpecti. Quarto qui poſſunt accuſare tutorẽ de ſuſpecto. Quinto qb cau. qs ſit ſuſpectus, & ſi accuſaẽ de ſuſpecto, qd ſequiẽ. Secũda ibi, Datũ. Tertia ibi, Oſtendimus. Quarta ibi, cõſequens. Quinta ibi, ſuſpectus. CASVS. Dñe, iam video, ꝙ vultis tractare de ſuſp. tu. dicatis mihi, ſi ſedeat animo: vnde deſcẽdit crimẽ ſuſpicionis? Rñ. Imp. ꝙ ex. l. xij. tab. deſcẽdit. Et hæc vſque ad illũ. § datũ eſt aũt. Sed pone: Domine, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpitiõis: dicatis modo mihi, q poſſunt de hoc crĩe cognoſcere, & ſuſpectos tu. ab adminiſtratiõe remouere? Rñ. Iuſti. remouẽdi ſuſpectos tu. ab adminiſtratione datũ eſt ius Romæ pretori, in ꝓuincijs aũt in pſidibus ꝓuinciarũ, & ẽt delegato à ꝓcõſule. Et hęc vſq ad illũ. §. oſtẽdimus.

Suſpecti

Alciat. lib. diſpũ. iij. ca. viij. in ſi. dicit Actũ verũ, vna cũ Antonino imperaſſe, vt hic legẽdum ſit diuus Seuerus et Antoninus. Idem vult Nebriſſen. in lexico iuris ciuilis in dictione Antoninus. Pius tñ Antoninus Bartoli nus i ſi. an nota. ſuarũ in leges de ordine imperato. dicit poſt diuum Iulianum occiſum Seuerum imperaſſe vna cum filio Antonino, cognomẽto Caracallo tu diſpice.

Intellige verũ ſi ſpõte per patronũ fuit liberatus: ſecus ſi per fideicõmiſſum. vt. l. libertus. §. pe. & §. nequaquã. ff. eo. ſecũdũ Ange. hic.

Suſpicio ꝓpter crimen ꝙ cõmittit tutor vel curator ſecũdũ Angel. Aegi. per.

Iſtud dictum gl. reprobatur: & eſt ratio, qa reuocatio curatoris pẽdet mero arbitrio domini. vt. l. mã. §. itẽ mandatũ.

ſecundum Ange. hic.

Falſum eſt imutatio veritatis.

ſuſpecti crimē [a] ex lege [b] duodecim tabularum deſcendere †. Datum eſt autem ius remouendi tutores ſuſpectos Romæ [c] Prætori [d], & in prouinciis Præſidibus [e] earum, & legato proconſulis [f] †.

Suſpecti crimen aduerſus cuiuſcunq; generis tutores intentari poteſt: patronus tamen tutor quaſi ſuſpectus remotus, infamiam non incurrit.

Oſtendimus [g], qui poſſint de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et quidem omnes tutores [h] poſſunt fieri ſuſpecti: ſiue ſint teſtamentarij, ſiue non ſint, ſed alterius [i] generis tutores. Quare & ſi legitimus fuerit tutor, accuſari poterit. Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicēdum [k]: dummodo meminerimus, famæ patroni parcēdū [l] eſſe †, licet vt ſuſpectus remotus fuerit.

Suſpecti accuſatio quaſi publica eſt, id eſt, cuilibet de populo competens: vſque adeo, vt etiam mulieribus (modo pietate aut propenſo amore pupilli moueantur) accuſare conceditur.

Conſequens eſt, vt videamus, q poſſint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi publicā [m] eſſe hanc accuſationem: hoc eſt, omnibus patere.

a Suſpecti crimen. i. huius criminis accuſationem, ſed licet de ſuſpecto. Vel ſimplicius crimen ſuſpecti, id eſt, ſuſpicionis.

b Ex lege. ex quo eſt legitimum crimen, nunquid ſe inſcribet qui accuſabit? Reſpon. poteſt dici ꝙ ſic. vt. ff. de priua. deli. l. ſi. et de mun. & hono. l. reſcripto. §. ſi quis. Alij contra: vt. ff. eo. l. iij. §. preterea. Sed illud poteſt intelligi quando ſine accuſatore res ꝓcedit. Aliud eſt ſi cū accuſatore: vt dictum eſt. ſ. Sed quę erit hic pœna talionis cum accuſator non ſit tutor vt remoueatur? Reſpō. infamia vt. j. eo. §. ſuſpectus. ij. Item quia quandoq; erit puniēdus vltra remotionem: vt. j. eo. §. ſed ſi quis ꝑſens.

c Romæ. ſic in auth. de defen. ciui. §. iuſiurandum ibi, non habente. columna tertia.

d Prætori. & illi cui à prætore mandata eſt iuriſdictio: vt. ff. eo. l. j. §. ij. Sed dicunt quidam quantum ad cognitionem, non quantum ad remotionem: & dicit tantum eſſe ſpeciale in legato à proconſule, vt ipſe poſſit remouere: non ſic in legato à præſide, ſed cognoſcere tantum poteſt.

e Præſidibus. ſub hoc vocabulo continetur proconſul. vt. ff. de officio præſi. l. j.

f Legato proconſulis. i. delegato à proconſule. Sed hic non habet ordinariam iuriſdictionem, ergo remouere non poteſt: vt. ff. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. quæ eſt contra. Sed dicunt quidam nomen præſidis ibi generale eſſe, vt etiam hunc delegatum, & ſic omnem delegatum comprehendat: vt. ff. de offic. præſi. l. j. Sed verius eſt in hoc legato duo eſſe ſpecialia: vnum eſt, vt de hoc crimine poſſit cognoſcere & definire: vt hic, &. ff. eo. l. j. §. j. &. §. cui autem. &. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdic. l. cognitio. Item & aliud, vt de omni crimine cognoſcat, licet non pronuntiet; vt. ff. de offi. procon. l. ſolent. Reſtat ergo, vt per alium delegatum hoc fieri non poſſit, niſi per iſtum, & prætoris: vt. ſ. ꝓxi. dixi.

ADDITIO. Tu dic, quod ſi accuſatio ſit ad remouendum, poteſt cognitio demandari, non autem remotio, niſi fiat à lege: quia tunc poteſt demandari ipſius declaratio. Sed remotio per ſententiam, nō poteſt fieri, niſi per delegatum proconſulis vel prætoris, vt hic, vel etiam principis. argu. l. à iudice. C. de iudi. Si vero fiat ad puniendum, nullus delegatus, nec etiam ipſe prętor, ſed ſolus præſes prouinciæ cognoſcit: vt dicto. §. ſuſpecti. &. l. j. §. fina. cum. l. ſeq. ff. eo. Ang.

Oſtendimus. CASVS. Domine, iam video vnde deſcendit crimen ſuſpicionis, & qui poſſunt de illo crimine cognoſcere. dicatis modo mihi, qui poſſunt accuſari de ſuſpicione? Et reſpondet Imperator: De ſuſpecto poſſunt accuſari, ſiue ſint teſtamētarij, ſiue alterius generis tutores. vnde & ſi legitimus ſit, adhuc idem dicendū erit, videlicet vt accuſari poſſit. Sed pone quod ſit legitimus tutor, vt patronus liberti ſui: nunquid poterit de ſuſpecto accuſari? Reſpondet, certe ſic: verūtamen famæ patroni parcetur; vt nihilominus integra maneat, quamuis vt ſuſpectus remotus fuerit. Et hæc vſque ad. §. conſequens eſt. Franc.

g Oſtendimus. vt. ſ. proxi. §. &. ff. de ſuſpec. tut. l. j. §. oſtendimus.

h Omnes quidem tutores. i. omnis generis tutores, ſiue ſint teſtamentarij, ſiue datiui, ſiue legitimi: nō autē omnes, id eſt, boni & mali: quia boni etiam ſi pauperes ſint, non remouentur: vt. j. eo. §. vlti. ponit ergo genera ſingulorū tutorū, & non ſingula ſub generibus poſita, ſeu ſingula generū: ſic & alias. ſ. quib. mo. tute. ſini. §. ſed & capitis. &. j. de fideiuſ. in princi. & ff. de pecul. l. quam Tuberonis. §. peculium. &. ff. de iuſti. & iur. l. j. §. ius naturale. Sed nūquid eadem ſeruantur in quolibet alio curatore, puta furioſi vel ꝓdigi? Rn̄. ſic, vt. ff. eo. l. iij. §. nō tantum. &. §. ſed & ſi quis. Accurſius.

i Alterius. puta datiui.

k Dicendum. ſ. vt poſſit accuſari & remoueri. Sed certe imo videtur debere curator adiūgi tam patrono, quam cuilibet legitimo, non autem remoueri: vt. ff. eo. l. ſi tutor. quæ eſt huic contraria? Reſpon. illud eſt cōſiliū, nō præceptū. ſic & alias. ſ. de nup. l. viduæ. in gl. j.

l Parcendum. ſed qualiter parcetur cum condemnatus ob dolum, ſtatim ſit infamis: vt. j. eo. §. ſuſpectus autem? Reſpon. cauſa non exprimatur in ſententia: vt. ff. eo. l. hæc enim. in prin. j. reſpon.

Conſequens eſt. CASVS. Dicit Iuſtinianus continuando materiam ſuam. Ex quo vidimus qui poſſunt accuſari ſuper crimine ſuſpicionis: conſequens eſt, vt videamus qui poſſunt accuſare ſuſpectos. Et ſciendum eſt hanc accuſationem de ſuſpecto, quaſi publicam eſſe, hoc eſt, omnibus patere. Non enim ſolum maſculi ad hanc accuſationem procedere poſſunt, ſed etiam mulieres ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini admittuntur. Sed licet mulieres admittantur, non tamen omnes: ſed illæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine ductæ ad hoc procedunt, vtputa mater ipſius pupilli, vel nutrix, vel etiam auia, vel ſoror. Et non ſolummodo iſtæ mulieres admittuntur, ſed etiam ſi qua alia fuerit, cuius magnam pietatem Prætor intellexerit: quæ quidem mulier verecundiam ſexui muliebri competentem non egrediatur, ſed pietate quaſi mota, iniuriam pupilli ſuſtinere non poſſit: ad iſtam accuſationem eam admittit. Sed hodie nunquid poterunt impuberes, qui in tutela ſunt, ſuos tutores de ſuſpecto accuſare? Et reſpondet quod non: ſed licet impuberes tutores accuſare non poſſint: puberes tamen in cura exiſtentes, curatores ſuos de conſilio neceſſariorum ſuorum ſuper crimine ſuſpicionis arguere poſſunt. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Et hæc vſque ad illū. §. ſuſpectus autem eſt qui. Franc.

m Quaſi publicam. ideo dicit quaſi, quia nō cuilibet indiſtincte accuſare permittitur: vt ſtatim probatur. Publica autē dicitur quaſi populica, id eſt, cuilibet de populo competens: vt. j. de publi. iudi. §. j.

Accuſans de ſuſpecto ſe debet inſcribere, quando agitur criminaliter, ſecus ſi ciuiliter.

† Id eſt eſſe crimē ciuile. lo. de pla.

† Hinc inferunt nōnulli cognitionem ſuſpecti tutoris non meri imperij, ſed mixti eſſe: cū mādata iuriſdictione imperium, ꝙ merum eſt, non trāſeat. l. j. & ſi. ff. de offi. eius cui mā. eſt iuriſdict. porro legatus proconſulis iuriſdictionē nō habet niſi à proconſule mādatam. l. legati. ff. de offic. procō. & leg.

1 Quo caſu iudice per inquiſitionē ꝓcedēte nō oportet cauſam ſuſpiciōis exprimere, nec ſequitur infamia, ſecundum Bal.

Legatus procōſulis duo habet, ſpecialia.

Omnes tutores poſſunt fieri ſuſpecti, an ſit vera ꝓpoſitio.

† Et ſic patronus remotus à tutela non efficitur infamis: vt hic, & in ca. p tuas. in glo. ſup ver. amoueri. i me. extra de ſi mo.

Sed ſecūdū hoc nū quā ꝓprie eſſet dare iudiciū publicū: cum ſemper fœminæ repellantur. Dic ergo quaſi pub. ſecundum Ioannem Fa. qa deſiſtens nō incidit i Turpillianum: vt di. §. ſuſpecti vel qa poteſt ꝓcurator conſtitui.

Procedunt

a Procedunt. etiam impudice. & facit ad hoc. C. eo. l. pietatis. §. fi. & ff. eo. l. j. §. conſequens. & ff. de procu ra. l. fœminis. ſecus in alijs accuſationibus: vt. ff. de accuſa. l. qui accuſare. et ſecus in poſtulatione: vt. ff. de poſtul. l. j. §. ſexum. Sed contra. ff. de reg. iur. l. ij. cum ſuis concord. Solu. hoc eſt ſpeciale. Item in eo quod dicit matrem admitti, eſt cõtra. ff. de in lit. iur. l. videamus. In prin. ver. ſed nec. Sed certe ſi iuraret in litẽ pro filio, prius matri committeretur, quaſi eſſet iudex, ꝗ̃ ſi filij nomine accuſaret: cum magis ſit in iudicis arbitrio, vtrum ſit ſuſpectus iudicandus, vel nõ. Sed non ſi ſacramẽtum eſt in arbitrio iudicis, maxime iure nouo, ſecundum quod non refrenatẽ ſecundũ quoſdam, poſtꝗ̃ eſt præſtitũ: vt in auth. de iudi. §. oportet. coll. vj. vel licet poſtea taxetur: raro vel parum minuit de eo quod iurauit. Accurſius.

Quinimo & mulieres admittũtur ex reſcripto diuorum Seueri & Antonini: ſed eæ ſolæ, quę pietatis neceſsitudine ductæ, ad hoc procedunt [a]: vtputa mater, nutrix quoque, & auia: poteſt & ſoror. Sed & ſi qua alia mulier fuerit, quam prætor propenſa [b] pietate intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem [c], ſed pietate productam non ſuſtinere [d] iniuriam pupillorũ: admittet eam [e] ad accuſationem.

Impuberes de ſuſpecto non accuſant, ſed puberes ſic. Are.

Impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum [f] ſuſpectos poſſunt arguere: & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Qui mala fide in tutela verſatur (tametſi diues ſit) ſuſpectus eſt. Et qui tutor deſignatus eſt, nec adhuc adminiſtrationem attigit, quaſi ſuſpectus remoueri poteſt.

Suſpectus [g] autem eſt, qui non ex fide [h] tutelam gerit, licet ſoluendo ſit: vt Iulianus quoque ſcripſit. Sed & ante, quã incipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum remoueri [i]: idem Iulianus ſcripſit: & ſecundum eum conſtitutum eſt.

Tutor ob dolum remotus, infamiam incurrit: ob culpam verò integra fama à tutela abit.

Suſpectus autem remotus, ſi quidem ob dolum [k], famoſus eſt [l]: ſi

b Propenſa. i. magna. Accur.

Calphurnia fuit mulier inuerecunda.

c Egredientem. quod fecit Calphurnia: vt. ſ. de poſtulan. l. j. §. ſexum.

1 Iſta ſolutio non eſt bona propter text. in. l. ij. ff. e.

d Suſtinere. ſubaudi poſſe.

e Eam. ſcilicet fœminam.

f Neceſſariorum. ſ. parentum. & facit. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. adoleſcens.

Suſpectus autem eſt. CASVS. Domine, iam video qui poſſunt accuſare de ſuſpect. dicatis mihi ſi placet, quis intelligitur ſuſpectus? Ad hoc reſpon. Imp. quod ille ſuſpectus eſt, qui non ex fide tutelam pupilli ſui gerit: licet ſoluendo ſit. & ita Iulianus ſcripſit. Plus etiam dicit, videlicet, quod tutor ante, quã incipiat tutelam adminiſtrare, poterit quaſi ſuſpectus remoueri. & hoc ſecundum Iuli. conſtitutum eſt. Et hæc vſque ad illũ §. ſuſpectus autem remotus. Fran.

2 Et hæc eſt bona ſecundũ quã in accuſatione tantum nõ in remotione ſit differentia: qa ita ꝓpter culpam ſicut ꝓpter dolum remoueri poterit ſiue impediri adminiſtrare iuxta diſtinctionẽ Ange. hic: nõ autem de ſuſpecto accuſari, niſi propter dolũ ſecundum Iaſ.

g Suſpectus. ſic. j. eo. §. nouiſsime. Accur.

h Ex fide. ſcilicet bona.

i Remoueri. quia forte in alijs tutelis male ſit verſatus: vt. ff. eod. l. iiij. §. ſi autem. & dic remoueri, ſed non accuſari: vt. ff. eo. l. hæc enim. in ſi. quæ huic eſt contraria [1]. Vel ibi non poſſunt accuſari ſuſpecti ex verbis xij. ta. ſed ex ſententia ſic, vt hic dicitur. Vel dic quod ante, quã gerat ex dolo tantũ accuſatur ſuſpectus: vt C. eod. l. iij. pro culpa non [2], & quod dicitur in. d. l. hę enim. hoc verum eſt, quando ob ignauiam fecerunt. i. adminiſtrauerunt: poſtquam vero cœperit gerere, & propter dolum, & propter culpam poteſt accuſari ſuſpectus: vt. j. proxi. §.

ADDITIO. Nec obſtat. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. vbi facilius impeditur fieri, quam factum tollatur: quia illud procedit vbi eadẽ eſt ratio: ſed hic eſt maior ratio in iam producto in eſſe (cũ plus delinquat) quã in producendo argu. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. Iaſ.

Suſpectus autem remotus. CASVS. Domine, iam video quis eſt ſuſpectus: ſed pro Deo dicatis mihi, quis eſt effectus iſtius criminis? Ad hoc reſpondet Imperator: Amice, ſi quis remotus fuerit ab adminiſtratione ſua propter crimen ſuſpicionis, ſi quidem ob dolũ infamis efficitur. Si vero ob leuem culpam, vel leuiſsimã fuerit remotus, nõ efficitur infamis. Et non ſolũ iſtum effectum haberet crimẽ ſuſpicionis, ſed etiã alium. Nam ſi aliquis fuerit de crimine ſuſpicioſis accuſatus: quouſqꝫ cognitio finita fuerit, interdicitur ei adminiſtratio. & ita Papiano viſum eſt. Sed ſi aliquis huiuſmodi crimine accuſatus fuerit, & pendẽte cognitione deceſſerit accuſatus, cognitio ſuſpecti extinguitur. Item ſi aliquis tutor copiam ſui non fecerit, vt alimenta pupillo ſuo decernantur, pupillus in poſſeſsionem bonorũ ipſius tutoris cauſa rei ſeruandæ mittitur: & quæ ꝑ moram deteriora futura ſunt, dato curatore vendi iubentur. Liquet igitur qđ tutor, qui alimenta pupillo nõ præſtat: vt ſuſpectus remoueri poſsit. Si autem tutor præſens fuerit, per mendacium tamen alimenta pupillo decerni non poſſe ob inopiam pupilli dicat, ad præfectum vrbis mittetur puniendus: vt iuriſconſult. placuit: ſicut ille remittitur ad præfectum vrbis puniendus, qui per pecuniam miniſterium tutelæ redemit. Item libertus ſi fraudulẽter geſſiſſe tutelam vel curam filiorum vel nepotum patroni probatus fuerit, ad præfectum vrbis ſimiliter remittetur puniendus: & in hoc caſu vt ingratus accuſari poterit. Nouiſsime tantum, ſciendum eſt tutores vel curatores fraudulenter adminiſtrãtes res pupillares, omnino eſſe remouendos. Licet enim ſatiſdationem offerant de indemnitate pupilli, tamen quia ſatiſdatio maleuolũ tutoris propoſitum non mutat, ſed diutius malignandi facultatem præſtat, remouendi ſunt. Item ſuſpectum cũ merito putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus haberi debeat. Licet enim tutor vel curator pauper ſit: ſi tamen fidelis & diligens ſit in adminiſtratione, non eſt vt ſuſpectus remouendus. Et hæc vſque in finem tituli. Franciſ.

Culpa lata ſemper dolo cõparatur: niſi in tribus caſibus.

Famæ periculũ ęquiparatur periculo vitæ.

k Ob dolum. expreſſum in ſententia, puta ſic, remoueo te: quia in dolo tali fuiſti. Accur.

l Famoſus eſt. excepto patrono: vt. ſ. eodem. §. oſtendimus. in fin. §. & ff. eod. l. j. §. oſtendimus. Sed quid ſi remouetur ſimpliciter, non expreſſo dolo, vel culpa? Videtur quod ſemper remaneat integræ famæ: vt. ff. eod. l. iij. in fi. & l. hæc enim. §. quid ergo. Poteſt tamen diſtingui, verum accuſatus fuerit ob dolum, an ob culpam, an ob vtrunqꝫ. In primo ſit famoſus, in ſecundo non æque, in tertio intelligitur ſemper ob culpam, niſi in contrarium probetur. Pœnæ enim nõ ſunt augendæ

gendæ, ſed molliendæ: vt. ff. de pœ. l. pe. & de excep. rei iud. l. ſi ex teſtamento. & ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. & ff. eo. l. iiij. §. ij. & iij. reſpon.

a Ob culpam ſ. leuem vel leuiſsimã, ſecus ſi propter latam: quia tunc videtur infamis: vt. ff. eo. l. impuberibus. §. ſi fraus. Et eſt ratio: quia dolo comparatur: vt. ff ſi men. fal. mo. dix. l. j. §. hæc actio. & ff. de preca. l. quæſitũ. §. cum quoq;. & ff. depo. l. quod Nerua. niſi in duobus caſibus. Primus eſt in criminibus publicis: vt. ff. ad leg. Cornel. de ſica. l. in lege. Secundus in delatione ſacramenti in litem: vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. §. ſed in his. his enim caſibus lata culpa dolo non cõparatur. Vel dic ſecundum Azo. & de lata etiam intelligi: vt ſicut in perditione perſonę dolo nõ comparatur, vt dictũ eſt: ſic in perditione famę, vt nõ ſiat infamis. Nec obſt. d. l. impuberibus. ff. eodem. quia de dolo intelligitur[1]. Vel dic vt. j. ſtatim dicam in gl. j. nõ ſimiliter. in ſi.

[1] Imo ibi lata culpa ęqparatur dolo quo ad remouẽdum tutorẽ: nõ quo ad infamãdum ſecundũ Angel. hic.

b Non æque. ſ. non ſimiliter ſit famoſus dãnatus ob culpam leuem: ſicut ille, qui remouetur ob dolum, ſit tamẽ infamis de facto, ſicut & alias quis ſit famoſus de facto ſolo: vt in conditionibus ex turpi cauſa deſcendentibus: vt. ff. de actio. & oblig. l. ceſſat. Item in interdictis ex famoſa cauſa ſimiliter venientibus: vt. ff. de vi & vi arma. l. neq; vnde vi. Sed videtur, q; etiam ex culpa leui quis ſit infamis; vt. ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. notatur. quæ eſt huic contra. in eo quod ibi dicit ignorantiam iuris non excuſare ab infamia. Sed certe poteſt dici, q; iuris ignorãtia ſit lata culpa: quod ſic probo: quia oẽs debẽt ſcire iura, exceptis paucis. ſ. mulieribus, minoribus, & militibus: vt. ff. de iur. & fact. igno. l. regula. in prin. C. de legib. & conſtit. l. leges ſacratiſsimæ. & C. de iuris & facti igno. l. conſtitutiones. ergo ſi quis ignorat, eſt in culpa lata: cum culpa lata ſit id ignorare, quod omnes ſciunt: vt. ff. de verbo. ſignif. l. latæ culpæ. non eſt ergo mirum, ſi eſt infamis: vt. ff. eo. l. impuberibus. §. ſina. Vel verius ſecundum Azo. lata culpa non infamat per ſententiam damnatum, ſed ipſo facto ſic, ſi eſt tale factum: vt in dicta. l. liberorum. §. notatur. Et ſic ſunt tres caſus, vbi lata culpa non comparatur dolo: vnus hic, duo in gloſ. ſuperiori. quæ incipit, ſcilicet, leuem &c.

ob culpam[a], nõ æque[b].

Accuſato de ſuſpecto, lite pendente interdicta eſt adminiſtratio: & ſuſpecti accuſatio morte expirat.

Si quis autem ſuſpectus poſtulatur: quo ad[c] cognitio finiatur, interdicĩt[d] ei adminiſtratio: vt Papiniano viſum eſt. Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta[e] fuerit, poſteaq; tutor vel curator deceſſerit[f], extinguitur[g] ſuſpecti cognitio.

Latitãte tutore ne pupillo alimẽta decernantur, pupillus in poſſeſſionem bonorum illius mittitur, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt dato curatore venduntur: ac vt pote ſuſpectus remouetur.

Si quis tutor copiam ſui non faciat, vt alimenta pupillo decernãtur[h]: cauetur epiſtola diuorũ Seueri & Antonini, vt in poſſeſsionem[i] bonorum eius[k] pupillus mittatur[l]: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi iubentur. Ergo vt ſuſpectus remoueri poterit, qui nõ præſtat alimenta.

Tutor præſens, qui per mendacium denegat alimẽta pupillo poſſe decerni, remittitur ad præfectũ puniendus. Item in eo, qui per pecuniam tutelam acquiſiuit. Et idẽ in liberto, qui male adminiſtrat.

Sed ſi quis[m] præſens negat propter inopiam alimẽta poſſe decerni[n]; ſi hoc per mendacium[o] dicat, remittendum[p] eum eſſe ad præfectum vrbi puniendum, placuit[q]: ſicut ille remittitur[r], qui data pecunia miniſterium tutelæ adquiſierit, vel redemerit†. Libertus quoque, ſi fraudulenter tutelam filiorũ, vel nepotũ patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum vrbi remittitur[s] puniendus.

† Abũdãt hæc, vel redemerit.

Qui fraudulenter tutelam gerit, licet ſatiſdationem de indemnitate offerat: tamen vt ſuſpectus remouetur. Aret.

c Quo ad. i. deſt, donec.

d Interdicitur. ar. vt donec prælatus accuſatur, q; nõ debet adminiſtrare eccleſiaſtica bona: & facit ad hoc C. de ſen. paſ. l. ſi. & ff. eo. l. impuberibus. §. ſi. C. eo. l. quem vt ſuſpectũ. & ff. de ſol. l. q; ſi forte. §. j. verſ dico igitur. ADDITIO. Imo adiungitur ſibi alius cum quo adminiſtrat ſecundũ Ang. Vide tu canoniſta notata in capi. venerabili. de offi. dele in ver. ſuſpectus. vbi concludit gloſ. q; prælatus de dilapidatione denuntiatus, ſeu accuſatus, tanquam ſuſpectus ab adminiſtratione remouetur lite pendẽte: niſi primo probetur ſuſpectus de dilapidatione male adminiſtrando.

Prælatus ſuſpectus an ſit ab adminiſtratiõe remouendus.

e Suſcepta. id eſt, incepta.

f Deceſſerit. ſ. accuſatione pẽdente.

g Extinguitur. quia non niſi vt ab ea remoueatur. intẽditur: ſed ex quo mortuus eſt vere remotus eſt: & quod hic dicitur, ſi tutela morte tutoris finiatur, idem eſt ſi quocunq; alio modo ſinita tutela ſit: vt. ff. eo. l. pe. §. pe.

h Decernantur. per iudicem. ADDITIO. Ita quod ſemper ex reditu patrimonij aliqd ſuperſit. p text. in. l. ius alimentorum. §. j. ff. vbi pu. edu. deb. Ange.

i Vt in poſſeſsionẽ. ſed multa indici poterit: vt. ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. ſi arbiter. & facit. ff. eo. l. impuberibus. §. ſi.

k Eius. alias eſt tutoris in tex. alias non eſt, ſed tamen ſubauditur. ff. eo. l. impuberibus[2]. Sed alij dicunt eius. ſ. pupilli: vt ita adminiſtratio tutori auferatur.

[2] Iſta glo. approbatur p Ange.

l Mittatur. cauſa cuſtodiæ: non vt ex eis alatur, ſed vt cautũ ſit pupillo, ſi male geſsit tutor, ſed de ſuo: vt ff. vbi pu. edu. de. l. ſi. in ſi.

m Si quis. ſcilicet. tutor.

n Decerni. puta ſi negat alimenta poſſe decerni. i. dari. & quod ſequitur, ſi hoc per mendacium &c. ſit de reſponſione.

o Per mendacium. quid ſi non dicat per mendacium, imo verum dicat: nunquid de ſuo alere tenetur? Rñ. nõ: vt. ff. vbi pu. edu. de. l. iij. §. ſi.

p Remittendum. ſed nõ remouendum: vt. ff. eo. l. tutor. § tutor.

q Placuit. hoc ideo: quia maior pœna imponetur: quam remotio: vt. ff. de officio præfect. vrb. l. j. §. item ſolent.

r Remittitur. ſ. puniendus extra ordinem: vt. ff. de tu. l. in eos[3]. Et no. hic argu. contra eos doctores, qui pecunia data ſibi acquirunt ſcholares: vt. ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. item ſolent. & in auth. de ea, quæ vocantur inſinuatiua §. j. coll v.

[3] Quæ remiſsio nõ in ciuilibus, ſed in criminalibus ſit. Si tamen iudex qui cœpit maleficiorẽ, cognouerit de delicto, non cogitur remittere, niſi eſſet incompetens: vt hic. Ang. Ar.

s Remittitur. ob hoc etiam vt ingratus accuſari poteſt: vt. C. de li. & eo. lib. l. iij. & facit. C. eo. l. j. & ij. & ff. eo. l. libertus. quæ eſt lex ij.

Nouiſsimè[a] autē ſciendum eſt eos, qui fraudulēter tutelam adminiſtrāt, etiam ſi ſatis offerant, remouendos eſſe à tutela: quia ſatiſdatio † tutoris propoſitum maleuolum non mutat, ſed diutius graſſandi[b] in re familiari facultatem præſtat[c].

Mali mores, & non paupertas ſola, faciunt tutorem ſuſpectum. Aretinus.

Suſpectum[d] eum putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Enimuerò tutor vel curator, quamuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouēdus non eſt[e] quaſi ſuſpectus.

a Nouiſsime.i.in vltima parte huius tit.ſic.ff.de inſti.ac.§.nouiſsime.nam & ibi in vl.parte tract.ſui, Vlpianus ponit nouiſsime.

b Graſſandi.i.delinquendi:vel.i.animandi ad delinquendum.ſic.ff.de pœ.l.capitalium.§.graſſatores.inde graſſor, aris.i.nitor ad malum.

c Præſtat. facit ff.e.l.ſuſpectus. & quia ſatiſdatio. Et facit in arg.ad quæſtionem talem: Si emi librum, & antequam ſoluam pretium comperiā alienum vel vitioſum, ꝙ non tenear ſoluere pretium: [t] quia expedit potius non ſoluere, quam cautionem de reddendo in cauſam euictionis, vel vitij recipere. quibus conſonat.ff.de compē.l.iij. Preterea lex dixit.ꝙ non debet qs ſe cōmittere fragilitati cautiōis.ff.ad Treb.l.cogi.§.idem quærit.&.C.in qui.cau.in inte.reſt.non eſt ne.l.fina.&.C.quādo li.vnicui.l.j.

ADDITIO. No.quod quotieſcūque imminet euictio in limine contractus ante ſolutionem pretij: emptor non tenetur ſoluere pretium, niſi vēditor det idoneos fideiuſſores.adde.l.ſi poſt perfectam.C.de euic.de quo per Bar.in.l.j.§.ſtipulatio duplæ.ff.de præto.ſtip.& an venditor cōpellatur ſatiſdare iure actionis, vel ope exceptionis: dic quod ope exceptionis: & ſolum tenetur reſpectu illius duntaxat mouentis quæſtionem.d.§.ſtipulatio. & ibi per Barto.Iaſ.

d Suſpectum.nam tutorem ſuſpectum non facultates paruæ ſed fraudulenta vel callida conuerſatio in rebus pupillaribus commendat, id eſt probat. Hæres vero ſolis facultatibus paruis, ſuſpectus habetur creditoribus: vt hic, &.ff.de priui.credi.l.ſi creditores.

e Remouendus non eſt.imo videtur quod ſic: vt.C.de tuto.& curator. qui non ſatiſdedit l.ij.quæ eſt huic contra.Solu ibi non repellitur propter paupertatem: ſed quia non ſatiſdabat, hic autem ſatiſdedit. poteſt tamen iſte ſe excuſare.quod dic vt.ſ.titu.j.§.ſed & propter paupertatē. Eſt tamen huic curator adiungendus: vt.ſ.de cu.§.interdum.&.C.e.l.pietatis.§.quod ſi nihil.&.C.de peri.tu.l.j.

† Satiſdatio ꝓpoſitū maleuolū non mutat,ſed diutius graſſandi facultatem præſtat cōcor.c.ij.in.§.j.in gl.ſi.extra de ſol.

[t] Imo tenetor dato mihi fideiuſſore. l.ſi poſt perfectam.C.de euict.&.l.fin.ff.de recen.vē.& l.pen.ff.de pe.& commo.rei vē.qui fideiuſſor qualiter teneatur: & in qbus caſibus per vēditorē pręſtetur: & quid ſi maliciose petatur: item quid ſi res vendita re petatur al teri obligata, vide Angel.& Iaſ.hic.

[t] Iſtā gl.tenet & ſequitur Ange.hic.

DE RERVM DIVISIONE, ET ACquirendo ipſarum dominio

Dictum eſt de perſonis, & ſequitur de rebus: vt promiſit ſupra, de iure natura.gen.& ciui.§.fina.de quibus dicit vſque ad titu.de obli. Et in hoc medio dicitur qualiter acquiruntur res iure naturali: vt.i.§.ſingulorum.vſque ad titu.de v ucap. Item qualiter iure ciuili: vt ab inde in antea. Item qualiter iure ſingulari: vt vſque ad titu.de teſt Item qualiter per vniuerſitatē: vt ex teſtamento vel inteſtato, vel ſimili modo: vt in titu.de teſt.vſque ad titu.de obli. Accur.

Inſtitutionum, ſeu elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſsimi principis.

Liber ſecundus.

TITVLVS I.

DE RERVM DIVISIONE, ET ACquirendo ipſarum dominio.

Secundam iuriſprudentiæ partem, quæ eſt de rebus, pertractandam ſumit Imperator. Et ſummā rerum diuiſionem annectit.

SVperiore libro de iure perſonarū[f] expoſuimus: modo[g] videamus de rebus, quæ vel in noſtro patrimonio[h], vel extra[i] patrimoniū † noſtrū habent[k].

SVperiore libro. Iſte titu.diuiditur principaliter in duas partes. Primo continuat iſtum librum ad præcedentem. Secundo incipit tractatum. Secunda ibi, Modo videamus. Item iſta secūda ſubdiuiditur principaliter in duas partes. Nam primo ponit de rebus communibus iure naturali: de publicis, de his quæ ſunt vniuerſitatis, & de ijs quæ in nullius bonis ſunt. & omnia iſta per exēpla clarificat. Secundo ponit qualiter res acquirātur de iure gētium, & efficiantur priuatorum. Secunda ibi, Singulorum autem. Et illa ſecūda ſubdiuiditur loco ſuo. Redeo ad primam quæ ſubdiuiditur in quatuor partes. Primo ponit exempla de cōmunibus. Secundo de publicis. Tertio de ijs quæ ſunt vniuerſitatis. Quarto de ijs quæ nullius ſunt. Secunda ibi, Flumina. Tertia ibi, Vniuerſitatis. Quarta ibi, Nullius autem. Are.

CASVS. Dicit Iuſtinianus continuādo proceſſum ſuum. Poſtquam in ſuperiore libro de iure perſonarum expoſuimus, modo in hoc ſecundo libro de rebus, quæ in patrimonio noſtro vel extra noſtrum patrimonium habētur, videamus. Sed pone: Domine vos dixiſtis mihi ſupra quod vultis determinare de rebus, quę ſunt in patrimonio noſtro vel extra, nūquid eſt iſta diuiſio ſufficiens? Ad hoc reſpon. quod ſic. & quod ſufficiens diuiſio præmiſſa ſit, tali ratione liquet: quia quædam naturali iure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam vniuerſitatis, quædam nullius: pleraque ſingulorum: & ea quæ ſingulorum ſunt, varijs ex cauſis acquiruntur, ſicuti ex inferiori apparebit. Franc.

f De iure perſonarum. ab illo titulo, de iure perſona.vſque huc.

g Modo. ſicut promiſimus.ſ.de iure natural.§.fina. Accurſius.

h Patrimonio ſ.aptitudine. Aptæ enim ſunt eſſe in patrimonio, vt res pro derelicta habita. Accurſius.

i Vel extra.ſ.aptitudine: quia non ſunt aptæ, vt ſint in patrimonio: vt ſunt res ſacræ, vel religioſæ: vt.j.eo.§.nullius. Interdum tamen dictæ res ſunt in patrimonio, vt ſi ab hoſtibus captæ ſint: vt.ff.de religio.l.cum loca.ſimiliter res profanæ extra patrimonium noſtrū ſunt, ſi religioſis adhærent: vt.ff.de rei vendicatione.l.quæ religioſis.

k Habentur. talis diuiſio hic ſumitur. Rerum enim aliæ ſunt in patrimonio, aliæ extra: quæ videtur inſufficiens. nam aliæ ſunt nec in patrimonio, nec extra, vt ſeruitutes: vt.ff.de vſufructu legato.l.j.contra. Sed Io. dicit, quod hic pueris * loquit̄ ſimpliciter.nā quædam producēdis pueris dicūtur, quæ alias nō dicerent̄: vt.ff.de act.& obli.l.obligationū.in ſi.quod non eſt veriſimile, quod ꝓpter pueros male loquat̄: vnde nō placet. Alij di

† Vt res prophanę. Por.

† Vt res ſanctæ & religioſæ: ſic dicitur in l.j.ff.e.ſ.rerū quædā ſunt diuini iuris, quædā humani idest quędā ſūt in patrimonio noſtro quædā extra. Aegi.per.

* Exēpla non ponimus vt vera ſint, ſed vt ꝑ ea addiſcens aliqd diſcat, ſecundum Areti. Aegi.Per.

Quędam[a] enim naturali iure communia ſunt[b] omnium[c], quædam publica[d], quædam vniuerſitatis[e], quędā nullius[f], pleraq; ſingulorū: quæ[g] ex varijs cauſis cuiq; adquiruntur: ſicut ex ſubiectis[h] apparebit.

Hæc quæ ſcribuntur hic, ſunt communia omniū: & ideo, ad littus maris accedi poteſt, dummodo abſtineatur à villis, & locis ibi poſitis. Areti.

Et quidem naturali iure[i] communia[k] ſunt omniū hæc, aēr, aqua profluens[l], mare[m], & per hoc[n] littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur: dū tamen à villis[o], & monumētis[p], & ędificijs[q] abſtineat: quia non ſunt iuris gentium[r], ſicut eſt mare[s].

Flumina & portus ſunt publica. Et littus maris dicitur, quantò plus extendi poteſt. Aretinus.

Flumina autē omnia[t], & portus, publica ſunt: ideoq; ius piſcādi omni-

Alij dicunt hic de corporalibus rebus tantùm loqui: ꝙ eſt falſum: quod colligitur ex continuatione huius tituli ad quatuor ſequentes. Nos diximus ſeruitutes eſſe in bonis noſtris: cum earum nomine agamus & excipiamus: vt ff. de acqui. re. do. l. rem. & l. ſtatuas. Quod autē in dicta lege dicitur eas non eſſe in bonis nec extra, dicitur ideo: quia per ſe non cenſentur* : vt eſt poſſeſſio tigni in domo poſiti quia non intelligitur tignum, dum durat domus per ſe: vt. ff. de vſucapi. l. cum qui.

Seruitutes ſunt in bonis noſtris

* Ratio q̃a nō poſſūt ſtare ſine re vel perſona cuius ſūt. l. ſi aliena. §. hoc iure. ff. de vſuc. Aegi. per.

a Quædam. hic fit alia diuiſio.

b Cōmunia ſunt. non tamen agitur communi diuidun. ſecundum Placen.

ADDITIO.

Quia non poſſunt ſtare ſine re vel perſona, cuius ſunt. l. ſi aliena. §. hoc iure. cum ſi. ff. de vſur. Ang. Are.

Publicum quid.

c Omnium. ſ. vſu, non proprietate: vt dicitur. ĵ. e. §. & quidem.

* Quot modis dicatur, publicum. vide hic notabiliter ꝑ Ang. Aegi. per.

d Publica.* quaſi populica, ſcilicet omnium populorum: vt ſupra titu. primo. § conſequens. & ĵ eodem. §. flumina. Alias dicitur publicum. quod eſt huius populi vel illius tantum, vt campus Marcius: vt. C. de ſacro ſanc. eccle. l. fin. & hoc dicitur magis vniuerſitatis. Accurſius.

e Vniuerſitatis. vt infra eo. §. vniuerſitatis.

f Nullius. vt. ĵ. e. §. nullius.

g Quæ. ſ. quæ ſunt ſingulorum. nec etiam ad ſuperiora refertur.

h Ex ſubiectis. ĵ. eodem. §. ſingulorum. vſque ad finem titu.

Et quidem. Diuiditur in quatuor partes. Primo ponit dictum. Secundo ex dicto infert. Tertio illationem reſtringit. Quarto illationem reſtrictionis aſsignat. Secunda ibi, Nemo. Tertia ibi, Dum tamen. Quarta ibi, Quia non ſunt. Areti. CASVS. Domine dicatis mihi ſi placet: quæ ſunt communia omnium? Ad hoc reſpondet: Amice, Certe naturali iure introductum eſt, quod communia ſunt omnium animantium hæc ſcilicet, aēr, & aqua de cælo cadens, & mare, & per conſequens littus maris: cū ſit eius acceſsio. Vñ dico tibi, quod nemo ad littus maris prohibetur accedere: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificijs in littore poſitis ſe abſtineat: quia huiuſmodi villæ & ædificia non ſunt communia de iure gentium. ſicut eſt ipſum mare. Sed domine dicatis mihi in quantum durat littus maris? Ad hoc reſpondet Impera. Amice, littus maris durat quatenus hyemalis fluctus quando maximus eſt, exercuit. Et hęc dicuntur vſque ad illum. §. Flumina autem. Franciſc. de Aretio.

i Naturali iure. i. iure gentium, quod eſt naturali ratione inductum, vt. ff. de iuſt. & iur. l. omnes. §. quod vero. de quo hic loquitur. vt. ĵ e. § ſingulorum[1]. & in ſi. huius. §. nam iure naturali primęuo etiam alia eſſent cōmunia. Accur.

1 Tu dic ꝙ imo de iure naturali primæuo: q̃a quādo imperatori placuit de iure gen. intelligere: illud expreſſit: vt in §. riparū. & §. littorū. ĵ. eod. nec obſt. arg. glo. q̃ ius genti. iuri naturali derogauit q̃tū ad alias res. alias non eſſet differentia inter commune & publicum: ſecundum omnes do. hic.

k Communia. non tamen agitur communi diuidundo, ſecundum Placen. niſi poſtquam facta fuerint occupantium. Et quod dicit omnium. ſ. vſu. non proprietate, vt prædixi.

l Profluens. i. de cælo cadens.

m Mare. ſic. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. j. §. ſi quis me prohibeat.

n Et per hoc. id eſt, per cōſequēs, cum ſit acceſsio maris: argu. infra eodem. §. ſi tamen. Sed contra. ff. ne quid in loco publico. l. littora. vbi dicitur littora eſſe populi Romani. Sed illud eſt verum, quo ad iuriſdictionem: vere tamen ſunt communia, vt hic. ſic. C. de quadriennij præſcriptione. lege bene à Zenone. ſecus in ripa fluminis, quæ non eſt publica, licet flumen ſit publicum, vt infra eodem. §. riparū. ibi, ſed proprietas. Et poteſt eſſe ratio, quia inundatio fluminis raro venit: et ideo poteſt eſſe vtilitas in proprietate ripæ. At mare aſſidue inundat: vnde paruula eſſet vtilitas. nō ergo proprietas quęritur: vt C. de bo. quæ libe. l. ſi. § ſi. Accur.

o Villis. ab alio ibi poſitis. & habet duas ſignificationes. dicitur enim caſa vel inſula quædam, in qua nō habitatur, ſed vel retia ponuntur, vel propter aquam illuc confugitur: vel fructus reponuntur: vt hic, & ff. de vſufr. l. arboribus. in prin. ſi vero ibi habitaretur, eſſet prædium vrbanum: vt infra de ſeruituti. ruſtico. prædiorum. §. prædiorum. Item dicitur villa, congregatio hominum.

p Monumentis. Quid ſit monumentum. habetur. ff. de religio. l. ij. §. monu.

q Aedificijs ſ. alijs.

r Non ſunt iuris gentium. id eſt, communia de iure gentium, ſicut eſt mare: imo eorum, qui ibi ædificauerunt[z]: vt. ff. e. l. in tantum.

z Dūmodo iuſte ędificauerit ſ. cū decreto prætoris, alias ꝑ quemlibet iure publico ꝓhiberi poſſunt: ſecundum Ang. hic.

s Sicut eſt mare. huic continua quod eſt. ĵ. ſtatim. §. eſt autem.

Flumina autem. CASVS. Domine iam video quæ ſunt cōia, dicatis modo mihi ſi placet, quæ ſunt publica? Ad hoc reſpond. di. Amice publica ſunt omnia flumina perpetua, & ſimiliter portus publici ſunt. vnde dico tibi, quod ius piſcandi in portu & fluminibus omnibus, in communi publice patet: & ſicut ipſa flumina publica ſunt, ita & vſus riparum ipſorum fluminū publicus eſt &c. Et ideo naues ad ipſas ripas applicare, & funes arboribus ibidem natis regare, & onus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare. Sed quāquam dixerim tibi riparum vſum publicum eſſe: ſecus tamen eſt in proprietate earū. Proprietas enim, illorum hominum eſt, quorum prædijs adhærent, & eadem ratione proprietas arborū in ripis natarum eorundem eſt: & ſicut ego dixi tibi de vſu riparum, ita dico tibi, ꝙ vſus littorum omnibus publice patet, ſicut vſus ipſius maris: vnde cuilibet liberū eſt caſam, id eſt, domūculam ibi ponere, in quam ſe recipiat. liberum eſt etiam cuilibet ex mari retia deducere, & ibidem ſiccare: ſed certe proprietas littorum nullius eſſe intelligitur, ſed eiuſdem iuris ſicut eſt ipſum mare, & quæ ſubiacent mari, terra, videlicet & arena. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. vniuerſitatis. Fran.

t Flumina autem omnia. ſcilicet perpetua: vt Padus, & Rhenus. quædam enim ſunt priuata, vt foſſata in agris poſita, quæ creſcunt & decreſcunt, quæ quãque currunt, quandoq; non: vt. ff. de flu. & ne quid in flu. l. j. §. ij. & ff. e. l. nemo. in ſi.

Omni-

a Omnibus. nec qui fuit primo longo tẽpore piſcatus, alium ſuperuenientẽ repellere poteſt: vt. ff. de vſuca. l. fin. niſi forte ſpatio xxx. ann. vt. ff. de diuer. & tẽpo. præſcrip. l. ſi quiſquam. vel ſecundum Io. intellige illam. l. ſi quiſquã. quãdo erat in poſſeſsione piſcandi.

ADDITIO. In qua cõſtituitur per prohibitionem alterius non contradicentis. Et an idẽ ſit de molẽdino, & de multis alijs qõnibus, de hac materia vide Chriſtophorum hic.

b Cõmune. i. in cõmuni omnibus patet, non autẽ eſt commune, imo publicum: ſecũdũ Io.

c Eſt autẽ littus. vt. ff. de verb. ſig. l. littus.

d Hybernus. id eſt, hyemalis, quando vento vndę trahuntur. q. d. quantuncunq; mare aliquo tempore plus extenditur in hyeme, vel æſtate, tantum eſt littus eius.

e Excurrit. hic continua quod eſt infra eodem. §. littorum.

f Riparum. i. fluminis.

g Iuregentium. i. de iuregentium: vel. i. omnibus gẽtibus publice patet.

h Barum. ſcilicet riparum.

i Illorum. ſcilicet hominum: quorum &c.

k Hærent. ſed quid ſi via publica eſt in medio inter flumen & agrum? Reſpon. idem, quod hic: vt. ff. de acquirendo rerum domi. l. maritus.

l In eiſdem. ſcilicet ripis.

m Eorundem. ſed quid ſi piſcator vult ligare: dominus vult incidere? Videtur dominus præferendus: vt. ſ. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. in fin. ibi, nec cuiq; &c. & C. de Iudæ. l. nemo. & ff. ſolu. mat. l. etiam. §. licet. Sed contra credo: vt. ff. de vſu & habi. l. fina. & ff. de vſufruc. l. æquiſsimum. §. item Nerua.

n Littorum. ſcilicet maris vt ſequitur.

o Publicus. ĩ. eo. §. & quidem. ibi, & per hoc &c. cõtra. Sol. dicit Pla. omnia eſſe publica, & ecõtra, ſcilicet ratione quorũdam vſuum, vt ecce tam mare, quam flumina, & littora, & ripæ in vſu animantium ſunt, & in bibendo, & in abluendo, & cõmorando & ſimilia quæ exigit natura. Sed ius piſcandi quod in his eſt, ſolum competit hominibus, & retia ſiccandi, & quædam ſimilia. portus tamen dixit eſſe publicos, non communes. Sed Ioan dicit nulla communia eſſe publica, vel econtra. Ea enim demum ſunt communia, quæ cum ſint in vſu omnium animantium, tamen occupantibus conceduntur: vt lapilli & gemmæ in littore maris: vt. ĩ. eo. §. item lapilli. & ff. eo. l. item lapilli. Sed publica non ſolum non conceduntur occupanti, imo interdicta proponuntur, ne quid in eis fiat. ff. ne quid in loco publico. & de flum. & alijs titu. Præterea quomodo poteſt eſſe, quod ait Placen. cum in diuiſione ſupra poſita veluti duæ ſpecies oppoſitæ ponantur, communia & publica: vt. ſ. eodem. in princip. Proinde quod dicit hic, publicus, id eſt communis, vel publicus, quo ad vſum communem, non quo ad proprietatem. ADDITIO. Cuius reſpectu vera ſit opinio Ioan. nam communia ſunt relicta ſub ſuo iure naturali primæuo, quo omnia erant communia: nec in aliquo ſibi iuſgentium derogauit: cum propter eorum incomprehenſibilitatem in ſolius Dei dominio remanſerint. Publica vero, veluti comprehenſibiliora totius populi de mundo per iuſgentiũ fuere applicata dominio.

* Hæc eſt ſingu. ſecũdum Por. ad hoc q via publica non impedit ius cohęrẽtię. hic eſt practica tabellionũ ponẽtiũ pro cohęrẽtijs, etiã agros q ſunt vltra viã publicã. Aegi. per.

: Et ſi hoc reddit vtilis proprietas. Idẽ in fructibus ibi naſcentibus Nec ob. l. iij. §. ne tamẽ. ff. de vſufru. qa vſus eſt communis quantũ ad ea tantum quæ hic in textu ponuntur puta ſiccare retia &c. Ang.

Cõmune & publicũ differunt.

: Et tunc vera eſt op. Placẽ. vt communia dicantur publica. ſed non econtra: niſi reſpectu quorundã vſuum.

...bus[a] commune[b] eſt in portu, fluminibuſq;. Eſt autẽ littus[c] maris quatenus hybernus[d] fluctus maximus excurrit[e].

Riparum vſus publicus eſt, illarum verò dominium ad eos pertinet, qui proximiorum prædiorum domini ſunt: littorum quoq; vſus, quamuis publicus ſit, illoris tamen proprietas nullius eſt.

Riparum[f] quoq; vſus publicus eſt iuregẽtiũ[g], ſicut ipſius fluminis. Itaque naues ad eas adpellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare: ſed proprietas earum[h] illorum[i] eſt, quorum prædijs hærent[k], qua de cauſa arbores quoq; in eiſdem[l] natæ, eorundem[m] ſunt.

Littorum[n] quoq; vſus publicus[o] eſt, & iuriſgentium[p], ſicut & ipſius maris[q]: & ob id cuilibet liberum eſt, caſam ibi ponere, in quam ſe recipiat: ſicut retia[r] ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autem eorum[s] poteſt intelligi nullius[t] eſſe: ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari, terra, vel arena.

Quæ dicantur vniuerſitatis & non ſingulorum propria, & quæ in nullius bonis, exemplis docet.

Vniuerſitatis[v] ſunt, non ſingulorum, quæ in ciuitatibus[x] ſunt, theatra[y], ſtadia[z], & his ſimilia[a] +, & ſi qua alia[b] cõmunia ſunt ciuitatum.

Ea quæ ſunt diuini iuris, in nullius bonis ſunt. Areti.

p Iuriſgentium. id eſt, de iuregentium.

q Maris. ſcilicet vſus publicus eſt.

r Sicut retia. hyſteron proteron, id eſt, ordo cõuerſus: vt. ff. eo. l. riparum.

s Eorum. ſcilicet littorum.

t Nullius. ſcilicet hominis ſingularis: omnium autem ſunt: & ſic differt ab illo. §. nullius. infra ſtatim poſito.

Vniuerſitatis. CASVS. Iam dixiſtis mihi ſupra de communibus & publicis: dicatis mihi modo, ſi placet, quæ ſunt vniuerſitatis? Ad hoc reſpond. Vniuerſitatis ſunt, quæ in ciuitatibus ad vtilitatem vel ad delectationem populi fiunt: vt theatra, & ſtadia, & ſimilia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. nullius. Franciſcus de Aretio.

\+ Abundãt, & his ſimilia.

v Vniuerſitatis. quæ etiam publica quandoq; dicuntur, id eſt, vnius populi: vt. C. de ſacroſan. eccle. l. fina. in princi. Sed aliter accipitur. ſ. eodem. §. flumina. nam loquitur ibi de illo, quod eſt publicum omnium populorum.

x In ciuitatibus. & ciuitatum ſunt.

y Theatra. à theomai, id eſt inſpicio, vt in arena Veronenſi.

z Stadia. ſtadium eſt octaua pars miliarij, quod Hercules currebat vno anhelitu, vel legitur in hiſtorijs.

Theatrum Stadium. Hercules fuit bonus curſor.

a Similia. quæ ſunt ad delectationem populi, vt latæ viæ, & picturę in palatio.

b Et ſi qua alia. ſ. neceſsitatis cauſa facta, vt curia cõmunis, palatium, nauigium, & ſunt ſupradicta vniuerſitatis dominio & vſu. Sed Placen. dixit vſu tantũ eſſe vniuerſitatis. Alia ſunt, quę dominio & fructu ſunt vniuerſitatis, non vſu: vt fundi ciuitatis, & ſerui: vt. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. Et de verbo. ſignific. l. inter publica. & de contrahen. empt. l. ſed Cælius. §. ſ. ADDITIO. Dicite ex mente doct. quod hæc omnia dicuntur vniuerſitatis, & quo ad dominium, & quo ad vſum communem: vt hic, & l. ſicut. §. ſ. ff. quod cuiuſque vni. Eſt tamen differentia inter res vniuerſitatis: quia quædam vniuerſitatis appellantur, & quo ad dominium, & quo ad vſum communem: vt ſunt theatra & ſtadia: quædam vero ſunt vniuerſitatis quo ad dominiũ, & quo ad vſum particularia: vt ſunt prata vniuerſitatis, ex quibus commodum percipitur in particulari. & ita dicunt docto. Chriſtopho.

f Nullius

Nullius autem. Iſta pars vſque ad. §. ſingulorũ. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, quæ ſunt in nullius bonis. Secundo ponit exemplum de rebus ſacris. Tertio de religioſis. Quarto de ſanctis rebus. Secunda ibi, Sacrę res ſunt. Tertia ibi, Religioſum. Quarta ibi, Sanctæ quoque. Et quamlibet partem ſummabo per ſe. CASVS. Domine, iam vidi quæ ſunt vniuerſitatis: dicatis modo mihi, quæ ſunt nullius? Ad hoc reſpõdet Impera. Amice, nullius ſunt, veluti res ſacræ & religioſæ & ſanctæ: & hoc patet tali ratione. Huiuſmodi enim res diuini iuris ſunt: & quod diuini iuris eſt, in nullius bonis eſt. Sed pone. Domine iam video quod ea, quę nullius ſunt, conſiſtunt in ſacris & religioſis & ſanctis. dicatis ergo mihi, quæ ſunt ſacra? Reſpond. Amice, ſunt quæ rite per pontifices Deo conſecrata ſunt: ſicut ædes ſacræ & donaria &c. prout iacet in litera vſque ad illũ. §. religioſum. Franciſcus.

Nullius [a] autẽ ſunt res ſacræ & religioſæ, & ſanctæ, quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt.

Res ſacræ ſunt, quæ ritè per pontifices Deo dedicatæ ſunt, ſeu ad diuinum miniſterium deputatæ: quæ non poſſunt niſi pro captiuitate hominum alienari. Aret.

Sacræ res ſunt, quę ritè per pontifices [b] Deo conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ [c], & donaria [d], quę ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiã [e] per noſtram conſtitutionem [f] alienari & obligari ꝓhibuimus, excepta [g] cauſa redemptionis captiuorum. Si quis autem authoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit: ſacrum non eſt, ſed profanum [h]. Locus autem, in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ, etiã diruto ædificio, ſacer adhuc manet [i]: vt Papinianus ſcripſit.

a Nullius. ſcilicet hominis vel hominum, nec poſſunt eſſe, ſed ſunt in bonis Dei, hominum cenſura ſiue diſpoſitione: & ſic non obſtat, quod poſſet dici de communibus & publicis rebus vniuerſitatum: quæ videntur nullius eſſe: quia eſſe poſſunt & ſunt hominum, licet non hominis ſingularis [1]. Item contra. j. eodem. §. feræ. Solu. vt ibi.

b Pontifices. id eſt, papas & epiſcopos. Sed nunquid Imperator dedicare poteſt? Videtur quod ſic: vt. ff. eodem. l. ſacra. §. j. vbi dedicat, id eſt, poteſtatem dedicandi dat: nam olim Imperatores erant ſacerdotes: vt in canonibus dicitur. Vel dic dedicat alij, puta epiſcopo permittendo ſine requiſitione, vel concedit, ſcilicet requiſitus.

c Aedes ſacræ. hic locus dicitur ſacer, vt hic, & ſanctus: vt. C. de ſacroſanct. eccle. l. ſancimus. j. Item religioſus: vt in authen. vt religioſæ domus.

d Et donaria. alias dona, id eſt, thuribula & cruces & calices. Accurſius.

e Quæ etiam. ſcilicet donaria, non autem referas ad ædes ſacras. nam illæ nullo modo poſſunt alienari: vt in authen. de alie. & emphy. §. & quoniam cognouimus. colla. ix. Accurſius.

f Conſtitutionem. vt. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. Accurſius.

g Excepta. nam hominum animæ quibuslibet rebus præponendę ſunt: vt C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. ſancimus. j. in fine.[2] Item propter debitum, ſi quod habet eccleſia: vt in authenti. de alien. emphyt. §. hoc etiam ſuper ipſis. colla. ix. Item propter alimenta pauperum: vt xij. q. ij. cap. aurum habet eccleſia. Accur.

ADDITIO. Vnde verſus: Vtilitas, incommodum, pietaſque, neceſſe, Res alienari permittunt eccleſiarum.

h Profanum. id eſt, non ſacrum.

i Sacer adhuc manet. deſinit tamen eſſe ſacer, ſi ab hoſtibus capiatur: vt infra, de inutil. ſtipul. §. j. & ff. de religio. l. cum loca. Item locus ille religioſus eſſe deſinit, quando ea remouentur, quæ talem eum reddebant: vt ff. eodem. l. ſacra. §. illud. & de relig. l. antepe. in fine.

Religioſum locum quiuis propria authoritate facere poteſt: mortuum, ſcilicet in propriũ fundum inferendo: ideo ſocius communem fundum inuito ſocio, religioſum non facit: nec proprietarius contradicente fructuario.

Religioſum locũ vnuſquiſque [k] ſua voluntate facit, dum mortuum [l] infert in locũ ſuum. In communem autem locum purum [m] inuito ſocio inferre non licet [n]. in commune verò ſepulchrum etiã inuitis [o] cæteris, licet inferre. Item ſi alienus vſuſfructus [p] eſt: proprietarium [q] placet, niſi conſentiente [r] vſufructuario, locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiẽte domino, licet inferre: & licet poſtea ratũ nõ † habuerit, quàm illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus fit.

Religioſum. CASVS. Domine, iam video quæ ſunt ſacra: dicatis mihi, quæ ſunt religioſa? Ad hoc reſpondet Imperator: Amice, religioſa loca ſunt, in quibus corpora mortuorum ſepulta ſunt. Religioſum enim locũ vnuſquiſq; pro ſua volũtate facit, dum in locum ſuũ mortuum infert &c. omnia plana ſunt vſque ad. §. ſanctæ.

k Vnuſquiſque. aliud in ſacro: vt ſupra eodem. §. ſacræ. ADDITIO. Hodie tamen de iure canonico requiritur authoritas epiſcopi, capit. penulti. & fi. extra de conſecra. eccle. vel alta. iſta tamen ciuilis religioſitas impediet loci alienationem, ſecundum Iaſ. & Ang. hic.

l Mortuum. ſcilicet totum [3], vel ſaltem caput: cuius imagine cognoſcimur: vt. ff. de religio. l. cum in diuerſis. in fine. Quid ſi partialiter caput eſt in diuerſis locis? Reſpond. illum eſſe religioſum, vbi eſt maior pars: vt argumen ff. de ſtatu homi. l. quæritur. & infra, de vulga. ſubſtitu. §. & ſi ex diſparibus. Si autem ęqualiter, neuter: ſecundum Ioan. ADDITIO. Et not. quod ſi pars anterior appareat, illa tanquam nobilior inſpicitur. argumen. l. quod conclaue. ff. de damno infecto. Angelus.

m Locum purum.[4] id eſt, qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt. ff. de relig. & ſump. func. l. j. §. purus autem locus. vide gloſ. in capi. abolendæ. extra de ſepultu.

n Inferre non licet. extraneos. nam ipſe ſocius recte ibi ſepeliri poteſt, etiam ſine conſenſu cæterorum: maxime cum non eſt alius locus, in quo ſepelliretur: vt. ff. de relig. & ſump. fun. l. ſi plures.

o Inuitis. hoc fauore religionis iam factæ, alias contra: vt ſupra proximo. §. &. ff. communi diui. l. Sabinus.

p Vſusfructus. ſcilicet loci puri: argumẽ. ff. de vſu & habi. l. finali.

q Proprietarium. niſi conſentiat fructuarius: vel niſi teſtatorem, qui vſumfructum legauit, velit ſepelire hæres: vt. ff. de reli. l. ij. §. ſi vſumfructum.

r Conſentiente. quid ſi primo conſenſit: poſt pœnituit ante

[1] Sed dices tu. nã aër nec eſt in bonis hominis ſingularis nec hominis ĩ communi: itẽ nec redigi põt ĩ bonis alicuius: ergo debuiſſet poni ſub membro nullius. Solu. qđ aër ſit in omnibus nec in nullius bonis prouenit facto naturæ: & ideo cõmunis omnibus appellatus eſt: ſed res ſacræ ſanctę & religioſę ſũt dedicatæ Deo facto hominum, & ideo non cõmunes, ſed in nullius bonis appellatæ ſunt. Chriſtoph.

[2] Idem dicitur. in. c. præcipimus. in pri. xij. q. j.

† Expũgẽdã eſſe hoc loco negationẽ, quẽadmodum & in. l. in tantũ. §. religioſũ. ff. eod. cenſet Anto. Augu. emẽdatio. li. j. ca. ij. idque ꝓbat cũ ex Pand. Floren. tũ ex Theophilo Græco inſtitionũ interprete atq; ita huius loci ſenſus erit, locũ religioſum fieri, ſi quamuis non concedente domino illatus ſit mortuus, ſi modo id ratũ poſtea dominus habuerit.

[3] Non tamẽ fundũ totum ſed locum cadaueris ſolum efficit religioſũ. Anc.

[4] Iſta gl. non reperitur in antiquis originalibus nec de ea faciunt mẽtionẽ doc.

ante illationē? Rñ. ſufficit ſemel voluiſſe: vt. ff. de aqua plu. ar. l. in diem. & j. proxi. §.

Sanctæ quoque. CASVS. Domine, iam video, quæ ſunt ſacra & religioſa: dicatis mihi, quæ ſunt res ſanctę? Ad hoc rñ. Amice, ſanctæ res ſunt veluti muri & portæ ciuitatis. Huiuſmodi em̄ res quodammodo diuini iuris ſunt: & idcirco in nullius bonis eſſe cenſentur. Sed domine, quare dicuntur muri ſancti? Ad hoc reſpon. Amice, idcirco muros ciuitatis ſanctos legis authoritate. i. firmos dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt aduerſus eos, q aliquid in muros deliquerint. vnde & illas partes legū, quibus pœnas contra earum tranſgreſſores cōſtituimus, ſanctiōes appellamus. & hæc dicunt̄ vſq; ad. §. ſingulorum.

Res ſanctæ ſunt portæ, & muri ciuitatum, quaſi pœna legali firmatæ. Item leges pœnales propriè vocantur ſanctiones. Arc.

Sanctæ quoque res, veluti muri [a], & portæ ciuitatis, quodammodo diuini iuris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos [b] dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint [c]. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus [d] aduerſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones [e] vocamus.

Hic exordium ſumit poſtrema pars diuiſionis rerum, quæ per vniuerſum hunc ſecundum librum, & cō amplius diffunditur. Rerum dominia ſingulis hominibus, aut iure naturali, aut iure ciuili acquiruntur. Quibus igitur modis res fiant noſtræ naturali iure,

a Muri. ſcilicet ciuitatis Romanæ [1]. Quid de ciuitate alia, vel caſtro? Rñ. nec ibi quicquā facere licet ſine authoritate præſidis: vt ff. eo. l. ſacra. §. muros. Vel forte vniuerſitati, licet non priuato: vt. C. de ope. pub. l. omnes.

ADDITIO. Iſta gl. iūcto ſuo text. eſt not. ad hoc, quod illi ſtulte agunt: imo etiam contra ius, qui domos conſtruunt contiguas ſeu adhærentes muris ciuitatis, vel caſtri: vt. ff. eodem. leg. ſacer. §. muros. Placen.

1 Et tūc capite puniebatur: vt. l. ff. ff. eo. in alijs autem eſt pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis: qd' quandoq; pōt ſe extendere vſq; ad mortē ſi ſit enorme delictū. An. Arc.

b Sanctos. i. firmos. à ſancio ſancis: non calce, vel lapidibus, ſed lege firmatos, vt ſequitur.

c Deliquerint. ſ. tranſcendendo vel rūpendo: ſicut fecit Rhemus frater Romuli: vt hic, & ff. e. l. fi. vnde Lucanus: Fraterno primi maduerint ſanguine muri.

d Conſtituimus. vt. C. de leg. & conſt. l. nō dubium. & ſimiles. Accurſ.

e Sanctiones. in ſtricta ſignificatione: quandoq; ponitur largius pro qualibet imperiali lege: vt. C. de nouo Co. fa. § quibus. ver. colligenti vero &c. Quandoque largiſsime pro collectione totius iuris ciuilis: vt in proœ. Digeſt. in princ.

Singulorum. Iſta eſt ſecunda pars principalis huius tituli, quæ diuiditur in quinq; partes principales. Primo qualiter acquiruntur nobis res, quæ in nullius bonis ſunt. Secundo, qualiter acquiruntur ea, quæ ſunt alterius, ex facto noſtro ex permiſsione vel fabricatione. Tertio quando vſufructuarius, vel bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos: & quid contineatur appellatione fructuum. Quarto ponis vnum caſum exceptiuū à prima parte, videlicet, quod ea, quę ſunt in nullius bonis: non tamen in totum efficiuntur occupantis. Quinto quando per traditionem vel non, in perſonā certam vel incertam dominiū transferatur. Secunda ibi, in. §. cum ex aliena materia. Tertia ibi, Si quis autē. Quarta ibi, in. §. theſauros. Quinta ibi, in. §. per traditionem.

CASVS. Domine, iam video, quę ſunt naturali iure cōmunia, & quæ publica. & quę vniuerſitatis, & quę nullius. Dicatis ergo mihi, ſi placet, quæ ſint ſingulorum hominum res? Et reſpon. Imper. dicens, quod multis modis fiūt. Quarundam enim rerū dominiū nanciſcimur iure naturali, qd' ſicut diximus, ius gentium appellatur: & quarundā rerū dominiū nanciſcimur iure ciuili. Sed pone caſum. Domine, iā video, quod rerum dominium acquiritur de iure gen. & de iure ci. ſed pro Deo dicatis mihi, de quo iure intenditis primo tractare? Ad hoc rñ. Amice, cōmodius eſt à vetuſtiore iure incipere. Manifeſtū autē eſt ius naturale vetuſtius eſſe: quod cū ipſo genere humano rerū natura prodidit. Ciuilia enim iura tūc primo eſſe cœperunt, cū ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt. Et hæc dicūtur vſq; ad. §. feræ igitur. Franc.

trad. re incipit.

Singulorum † autem hominum multis modis res fiunt: quarundam enim rerum dominiū nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus) [f] appellatur ius gentium: quarundam verò iure ciuili [g]. Commodius eſt itaque à vetuſtiore [h] iure incipere: palam eſt autem, vetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura [i] prodidit [k]. † ciuilia autem iura tunc eſſe cœperunt, cùm & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

† Iſte. §. declarat quo modo res adquiruntur iureg. vſq; ad ti. de vſucap. infra. Aeg. per.

† Ex hoc loco facile eſt intelligere, quod ſcribit M. Cic. lib. j. de legi. legem illam naturalem fuiſſe ante, quā ciuitas vlla cōſtituta eſſet: vt po te natā cū ipſis hominib9 quos contentos caſulis & collibus, certum eſt diu ignoraſſe omnē politiam.

Horum quæ ſubijciuntur dominia; præoccupanti iure gentium conceduntur. Et in alieno aucupata feræ occupāti quæritur.

Annotato; alienum fundum domino reductanie, ingredi neminī licere.

f Diximus. Sed vbi? Rñ. ſ. de iu. natu. §. j ibi, quod vero naturalis. Vel. ſ. de iu. na. §. ſed naturalia. Vel melius. ſ. eo. §. & quidem.

ADDITIO. Dic q̄ iſta glo. videtur approbare vltimam opi. hic poſitā in glo. ſed illa non videtur vera: vt in. § j. in ver. quod vero. ſ. de iure nat. Angel.

g Iure ciuili. vt vſucapione, arrogatione, ſucceſsione, deportatione, monachatione: de quibus incipiet dicere. j. de vſucap.

h Vetuſtiore. ſic. ff. de iure immu. l. ſemper.

i Rerum natura. id eſt, Deus.

k Prodidit. i. ſtatim cum procreauit Deus gentes, ſtatim fuit ius gentium. Accur.

ADDITIO. Et potes exponere prodidit. i. adinuenit. inde proditus. i. adinuentus: vt. j. ſi quad. paup. fec. di. in prin. Quandoq; etiam proditus. i. datus. j. de act. §. huic autem. verſ. qua de cauſa. Et ſic accipi in hoc loco non eſſet ineptum.

Feræ igitur. CASVS. Domine, iam video, quod vultis tractare de iure gentium, tanquā de vetuſtiore, dicatis ergo mihi, ſi placet, aliquem modū acquirendi dominium de iure gentiū? Ad hoc reſpon. Iuſt. Amice, feræ, beſtiæ, & volucres, & piſces, & omnia animalia fera, quæ in terra, & quæ in mari, & quæ in cælo. i. in aëre naſcuntur, ſtatim cum ab aliquo capta fuerint, iure gentium occupantis fiunt: & hoc tali ratione. Mundi enim animalia fera, in nullius bonis eſſe intelligunt̄: & quod ante nullius eſt, id iure gentium (quod naturali ratione introductum eſt) occupanti cōceditur. Nec intereſt quantum ad acquirendum dominium, vtrum quis huiuſmodi feras, beſtias. & volucres, in ſuo pro-

prio fundo ceperit, an in alieno: & hoc eſt verum, niſi prohibitio dn̄i intrare volētes pceſſerit. Nā qui in fundum alienum ingreditur venandi, aut occupandi gratia: poterit à domino prohiberi, ne ingrediatur, ſi dominus fundi eum præuiderit. Sed pone: Domine. iam video, ꝙ per occupationem huiuſmodi ferarum & volucrum acquiritur mihi dominium: dicatis mihi quādiu durat mihi huiuſmodi dominium acquiſitum? Ad hoc rn̄d. Amice, dico tibi, ꝙ quicquid prędictorum animalium ceperis, tādiu tuo dominio ſubiectū eſſe intelligit, quandiu in cuſtodia tua detinetur: ſed cum tuā cuſtodiam euaſerit, & in priſtinam naturalem libertatem ſe receperit, in tuo dominio eſſe deſinit, & rurſus ſicut prius occupāti conceditur. Sed domine dicatis mihi, quando dicitur ſe receпiſſe in naturalem laxitatem vel libertatem? Ad hoc rn̄. In naturalē laxitatem dicitur ſe receпiſſe, cum vel omnino conſpectum oculorum tuorum euaſerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt impoſsibilis ſit eius perſecutio. Vnde ſuper tali quæſtione apud veteres multum fuit diſputatum & quæſitū. Quidam venator, puta Titius quendam ceruum vulnerauit, & mortale vulnus ei inflixit: ita ꝙ ceruus vulneratus capi poterat. Nam in caſu iſto dubitatur, verum dominium cerui vulnerati incontinenti poſt vulnus inflixum intelligatur Titio vulneranti acquiſitum. Et certe quidam veteres dixerunt ſtatim poſt vulnus inflixum huiuſmodi ceruum vulneratum, fieri Titij vulnerantis, & tandiu in eius dominio videri, quādiu eum perſequitur. Et ſi Titius eum perſequi deſierit: dixerūt huiuſmodi ceruū deſinere in dominio Titij eſſe: & rurſus occupāti concedi. Alij vero non aliter putauerint huiuſmodi ceruū fieri Titij, quā ſi eū Titius ceperit. Sed dn̄e, quid dicitis vos ſuper hoc? Certe dicit Iuſti. Nos poſteriorē ſententiā tanq̄ iuſtiorem cōfirmamus: vt videlicet ita demū intelligatur Titij eſſe, ſi Titius eum ceperit. Multa enim ſolent accidere impedimenta, vt Titius eum non capiat. Et hæc dicunt vſque ad.§. apum quoque. Franciſcus.

Feræ igitur beſtię, & volucres & piſces, & omnia animalia, quæ mari, cælo [a], & terra naſcūtur, ſimul atque [b] ab aliquo capta fuerint iure gētium, ſtatim illius eſſe incipiunt. Quod enim † ante nullius eſt, id eſt, naturali ratione occupanti conceditur †. Nec intereſt [c] feras, beſtias & volucres, vtrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. Planè, qui alienum fundum ingreditur venandi [d], aut occupandi gratia, poteſt à domino, ſi is præuiderit, prohiberi, ne ingrediatur [e]. Quicquid autem eorum ceperis, eouſque tuum eſſe intelligitur, donec tua cuſtodia coërcetur. Cùm verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem [f] naturalem ſeſe receperit: tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cùm vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis [g] ſit eius perſecutio [h].

Licet fera ſylueſtris ab aliquo vulneretur, ita vt veriſimiliter poſſit capi: tamen non efficitur vulnerantis, niſi eam ceperit. Areti.

Annotato, illud vulgatū, multa cadunt inter calicem ſupremáque labra.

Illud [i] quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſsit [k], ſtatim tua eſſe intelligatur. Et quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam: & eouſq; tuam videri, donec eā perſequaris. quòd ſi deſieris perſequi: deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alij verò putauerunt non aliter tuam eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem [l] ſententiam nos confirmamus: quòd multa accidere [m] ſoleant, vt eā non capias [n] †.

Apes quæ in nullius bonis ſunt, occupanti conceduntur, & earum fructus, ſicut & [illegible] et in aliena arbore capiantur. Dominus tamen à principio [illegible] prohibere poteſt. Et examen earum tuum eſt, donec difficilis non eſt perſecutio. Areti.

Feræ igitur. Quia à vetuſtiori incipiendum eſt, igitur &c. Accurſius.

a Cælo. id eſt aëre. Accur.

b Simul atque. i. ſtatim poſtquā &c. Sed nūquid res ſacræ conceduntur occupanti: vt. s. eo. §. nullius? Reſp. Res dicitur eſſe in nullius bonis ſex vel ſeptem modis. Natura, vt hic: Facto, vt. j. eo. §. pe. Item tempore: vt ff. de acqui. re. do. l. nunq̄. §. theſaurus. Et in his tribus locum habet hæc regula, niſi quod in theſauro de æquitate dimidium domino ſoli reſtituitur: vt. j. eodē. §. theſaurus. Item cenſura: vt. s. eo. §. nullius. Item caſu, vt in hæreditate iacente, quæ vicem domini repreſentat: vt j. de ſtip. ſer. in princip. Item culpa hominis, vt ſi eijciam ſeruum ęgrotātem: vt. C. de la. lib. tol. l. j. §. ſed ſcimus: & etiam hic. Item iuris naturalis conſtitutione vt liber homo: vt. ff. de verbo. oblig. l. inter ſtipulantem. §. ſacram.

c Nec intereſt. quo ad acquirendū dominium.

d Venandi. aliud ſi cauſa requirendi fugitiuum meū: vt C. de ſer. fug. l. ij. vel glandis colligēdæ cauſa: vt. ff. de glād. leg. l. j. vel vt recipiam pecuniā, quam ibi abſcōdi: vt. ff. ad exhiben. l. theſaurus. vel ſi vindemiam quam emi, tollere me vēditor prohibeat: vt. ff. de actio. empt. l. qui pendentem.

e Ingreditur. qd ſi poſt prohibitionem quid ceperit? Reſpond. non facit ſuum: vt. C. de rei ven. l. ſi fundum. & l. certum. & facit. j. eo. §. ſi apum. verſi. ſic plane.

ADDITIO. Dic iſtud verum ſecundū Ang. ſi fructus fundi conſiſtebant in venatione, alias ſecus: vt tenet glo. in. l. diuus. ff. de ſer. vr. præ. & in. l. ij. ff. de acquir. rer. do. quamuis Por. ſequatur iſtam glo.

f In libertatem. i. laxitatem, vt ſtatim ſequitur: vt. ff. de acqui. re. do. l. naturalem. & l. Pomponius.

g Difficilis. i. impoſsibilis. ſic. ff. pro ſoc. l. de illo. j. in gloſſ. difficile. econtra. ff. de ijs qui deiec. vel effu. l. ij. Accurſius.

h Perſecutio. ſic. ff. de acqui. poſ. l. iij. §. Nerua.

i Illud. ſic. ff. de acqui. re. do. l. naturalem. § illud.

k Capi poſsit conſiderata natura hominis & animalis, non diuina poſsibilitate: licet nec omnino facilitatem conſidero.

l Sed poſteriorem. ſic. ff. de acquiren. rer. domin. l. in laqueum.

m Accidere. licet enim probetur vnum, id eſt, eam vulneratam, non tamen ſequitur vt capi poſsit: vt. C. de proba. l. neque natales.

n Non capias. No. quod inſpicit, quod euenire pōt. ſic. ff.

a Quod in nullius bonis eſt, id occupāti conceditur. & ad hūc. §. et ſequentes remittit gl. in. c. ſi culpa. ſup verbo animalia. ante fi. glo. extra de iniur. et dam. da.

† Hinc Cice. lib. j. offi. Sunt autem, inqt, priuata natura nulla, ſed aut veteri occupatiōe: vt qui quondam in vacua venerunt &c.

Res dicitur eſſe in nullius bonis ſeptem modis.

i Scilicet cū authoritate iudicis quā de facili præſtabit. Sed in alia re p dita ita demum ſi aliqua etiā leuia præcedāt indicia ſecundum Chri. Et an quis cogatur indicare furem vide Iaſo. hic.

Et ſic in rebus incertis non poteſt ferri ſententia certa: vt hic, & in ca. iuuenis. iuncta gl. ij. poſt prin. extra de ſpō. & matri. & eſt arg. qd' ad ea q̄ frequentius accidunt, iura adaptant: vt hic, & in ca. literas. iuncta gloſ. ſuper verbo cōſueuerint ī me. in verſic. itē arg. ad ea. extra de deſponſ. impube.

Idē vbi via publica vel etiā priuata eſt diruta: ſecundū Iaſ. hic.

Imo tex. debet intelligi prout iacet: & hoc totum ſtat in arbitrio iudicis, vt ſentit glo. ſuper verbo, capi. j. eo. ſecundum Chri. Et notat hūc tex. Ang. pro eo qui nō rite captus poſtea reſtituitur libertati priſtinę.

ſic.ff.loca l.ſi quis domum.§.idem quærit ſi ſumptus. &.ff.ad Treb.l. Lucius.§.pe.& ad le. Fal.l.in quantitate.§.magna.&.ff.ex quibus cauſis ma.l.ſed & ſi per prætorem.§.ſi feriæ.&.ff.de ſer.ruſti.præd.l.qui ſella.§.ij.& de damno infec.l.qui bona.§.cum inter.arg.tamen contra.ff.de pecu.l.eo tẽpore.j.reſpon. ADDITIO. Ibi euentus erat impoſsibilis, cum nihil eſſet in peculio, ſecundum Ange. vel non erat ciuilis nec honeſtus, ſecũdũ Chriſtopho. de quo brocardo, dic vt per Ange. Aret. hic.

† Plinius tamen naturalis hiſ. lib. xj. ca. v. ſcribit, apes eſſe inſecta quædã, neque mãſueti generis, neq; feri, ſed medię cuiuſdã naturę.

Apum a quoq; fera b natura eſt †, Itaq; apes, quæ in arbore tua conſederint ante, quàm à te alueo c includantur, nõ magis tuæ intelligũtur eſſe, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideoq; ſi alius eas incluſerit d: is earum dominus erit e. Fauos quoque ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Planè integra re f, ſi præuideris g ingredientem fundum tuum: poteris eum iurè prohibere, ne ingrediatur. Examen h quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, euſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſecutio eius eſt: alioqn occupãtis fit.

Apum quoque. CASVS. Iuſtinianus in hoc.§.proſequitur materiã ſuã de prorſus feris. Et dicit, quod natura apum fera eſt, id eſt non mãſueta: vnde apes ſi in arbore tua cõſederint ante, quam à te in alueo tuo fuerint incluſæ, non magis intelliguntur eſſe tuæ, quã volucres quæ in arbore tua nidificauerint: vnde ſi huiuſmodi apes in arbore tua conſidentes aliquis alius incluſerit, ipſe earum dominus efficietur: & etiam ſi huiuſmodi apes ante, quam à te fuerint incluſæ, aliquos fauos in arbore tua, vel in fundo tuo fecerint: quilibet eos eximere poteſt: verũtamen ſi re integra præuideris aliquem ingredientem in fundum tuum: poteris iure prohibere, ne fundum tuum ingrediatur. Sed pone, quoddam examen, id eſt immenſitas apum euolauit de alueo meo, in quo à me fuerat incluſum: ego quæro quãdiu dominio meo intelligitur eſſe ſubiectum? Ad hoc reſpon. ſi examen ex alueo tuo euolauerit: tandiu intelligitur eſſe tuum, quandiu intelligitur eſſe in conſpectu tuo: nec difficilis ſit eius perſecutio: alioqui ſi euaſit cõſpectum tuum, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis ſit eius perſecutio, occupanti conceditur. Et hęc dicuntur vſq; ad illum.§.pauonum. Franc.

a Apum. concor.ff.de acquiren.rerum domi.l.naturalem.§.apum.

Alueus duo ſignificat.

b Fera. id eſt, non manſueta.

c Alueo. vas eſt vbi apes manent. Quandoq; pro loco, vbi flumen currit, ponitur: vt.j.eo.§.inſula.

Scandalũ timendum eſt.

d Incluſerit. quod Bul. facere noluit in his & ſimilibus, dicens, magis timeo ſcandalum, quam futurum iudicium: vt not.ff.de acquir.rerum do.l.in laqueum.

e Dñs erit. nec furti tenetur: vt.ff.de furtis.l.apes.

f Integra re. id eſt ante, quam intrẽt, vel prius, quã eximantur.

g Præuideris. quid ſi fuerit ingreſſus, an poterit retinere eum, vt det quod acceperit: cum homo quilibet poſsit prohibere, ne quis intret fundum ſuum? Reſpõ. cum dominus factus ſit per occupationem, non video quare deſinat eſſe dominus: argu. huius.§.qui tantum præuidenti conſuluit.

Examen tripliciter accipitur.

h Examen. i. vniuerſitas apum. alias pro approbatione ponitur: alias pro iudicio: vt.C.de aduo.diuer. iudi.l.nemini.§.j. Et forte ſeruatur aliud de conſuetudine in hoc.§.& in ſuperioribus duobus.

Animalia quæ naturaliter ſunt fera, ſed per accidens manſueta: tãdiu ſunt noſtra, quãdiu retinẽt conſuetudinẽ eundi & redeundi.

Pauonum quoq; & columbarum fera i natura eſt, nec ad rem ptinet k, quòd ex cõſuetudine euolare & reuolare ſolent. nã & apes idem faciũt, quarum l conſtat feram eſſe naturam. Ceruos quoque quidam ita manſuetos habent, vt in ſyluam ire & redire ſoleãt: quorum m & ipſorum n ferã eſſe naturam, nemo negat. In ijs autẽ animalibus, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula o comprobata eſt: vt euſq; tua eſſe intelligantur: donec animum reuertendi habeãt. Nam ſi reuertẽdi animũ habere deſierint p: etiam

Pauonum quoq;. CASVS. Domine, quidam habent pauones & columbas, qui ex conſuetudine ſolẽt euolare & reuolare. modo quæro à vobis, vtrum natura huiuſmodi pauonum & columbarum debeat cenſeri fera? Reſpon. quod ſic. nec obſtat, quo minus natura pauonum & columbarũ fera cenſeatur, q; huiuſmodi pauones & columbæ ex conſuetudine euolare & reuolare ſolent. Nam hoc idẽ faciunt apes: & tamen manifeſtũ eſt naturam earum feram eſſe. Hoc idem etiã in ceruis quandoque contingit. Quidam enim ceruos ita manſuetos habẽt, vt in ſyluas ire, et redire ſoleãt. Nemo tamẽ negare poteſt naturam omnium ceruorum in genere, & etiam ipſorum ſingulorũ ſpeciem feram eſſe. In his igitur animalibus accidentaliter mãſuetis, quæ ex cõſuetudine ire & redire ſolent: talis regula à iure comprobata eſt, vt tandiu intelligãtur tuo dominio ſubiecta eſſe, quãdiu habuerint animum reuertendi. Nam ſi reuertendi animũ habere deſierint, in tuo dominio eſſe deſinunt, & occupanti conceduntur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter perpẽdam, quod deſierint habere animum reuertendi? Ad hoc rñ. Amice, tunc intelliguntur deſinere habere animum reuertendi, cum reuertendi conſuetudinem deſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum.§. gallinarum. vbi tractatur de animalibus prorſus manſuetis: & caſus eius planus eſt vſque ad illum.§.item ea quæ ex hoſtibus. Frãciſcus de Aretio.

i Fera. i. non prorſus domeſtica vel manſueta. Acc.

k Nec ad rem pertinet. id eſt, non obſtat ijs, quæ diximus.

l Quarum. ſcilicet apum.

m Quorum. ſcilicet ceruorum in genere.

n Ipſorum. ſcilicet ſingulorum in ſpecie.

o Talis regula. hic not. tria genera animalium. Manſueta, vt ſunt gallinæ: in quibus locum habet hæc regula, vt vbicunque ſint, domini eſſe intelligantur: vt.j. proxi.§. Item fera prorſus. & in his habet locum alia regula, quia occupanti conceduntur: vt.s.eo.§.feræ.& §.illud.&.§.apum.&.§.examẽ. Item fera naturaliter. ſed accidentaliter mãſueta ı: & in his obtinet hæc pręſens regula. & facit ad hoc.ff.eo.de acquir. rerum do.l. naturalem. per totum. vſque ad.§.fina.

Animaliũ tria ſunt genera.

ı Iſta glo. reprehẽditur p doc. hic. qa apum natura nõ adeo fera, quin mutari poſſit. ſecũdũ Por. hic.

p Deſierint. Exteriora, indicant animi ſecreta interiora. facit de ædil.edict.l.ſi tamen.§.ij. vnde verſus, Intima per mores cognoſcimus exteriores.

ADDITIO. Et hoc comprehenditur, ſi viſo domino vel familiaribus non redeunt vt ſolebant: niſi per aliquos dies hincinde, non tamen ſi in ſyluis aberraſſent, ſecundum Ang.

tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur deſinere habere tunc, cùm reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

Gallinæ & anſeres domeſtici tui ſunt, etiam ſi cōſpectum tuum effugerunt: & qui eas accipit animo lucrandi, furtum committit. Aretinus.

Illud annota, Etiam in re modica & exigui pretij furtū fieri.

Gallinarum[a] autem & anſerum non eſt fera natura: idq́ꝫ ex eo poſſumus intelligere, ꝙ aliæ ſunt gallinæ, quas feras[b] vocamus: item aliꝫ ſunt anſeres, quos feros appellamus. Ideoq́; ſi anſeres[c] tui, aut gallinæ tuæ[d] aliquo modo turbati[e], turbatæve euolauerint, licet conſpectum tuum effugerint: quocunque tamen loco ſint, tui tuæve eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo[f] ea animalia detinet, furtū committere intelligitur †.

Etiam ſi hominem liberum ex hoſtibus cæperimus, de iuregentium noſter fit: qui ſi exierit poteſtatem noſtram, recuperat antiquam libertatem. Aretinus.

Item ea, quæ ex hoſtibus[g] capimus, iuregentiū ſtatim noſtra fiūt †: adeò quidem, vt & liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur: qui tamen ſi euaſerint[h] noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt[i].

Inuentoris fiunt lapilli, & alia quæ in littore maris inueniuntur. Aretinus.

Item lapilli[k], & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inueniūtur[l], iure naturali[m] ſtatim inuentoris[n] fiunt.

Nata ex animalibus noſtris, noſtra ſunt. Aretinus.

Item ea[o], quæ ex animalibus[p] dominio tuo[q] ſubiectis nata ſunt, eodē iure[r] tibi acquiruntur.

Quod per alluuionem (id eſt, paulatim & latanti incremento) fundo noſtro adijcitur no-

a Gallinarum. ſcilicet omnium, vt ſtatim innuit. Vel dic ſingularum in ſpecie.

b Feras. vt phaſianos. Accurſius.

c Anſeres. ſcilicet domeſtici.

d Gallinæ. ſcilicet domeſticæ.

e Turbati. vt per vulpem vel miluū.

f Qui lucrādi animo. ſcilicet vt habeat pēnas vel oua. alias enim nō committitur furtū, niſi lucrādi animus interueniat: vt. ff. de furt. l. j. § fina. Sed nunquid dolus ſit in vno ouo? Reſp. ſic, ſed de dolo non agitur in re minori duobus aureis: vt ff. de dolo. l. ſi oleum. §. finali. & l. ſequenti. Sed quare non agitur de dolo, cum agitur furti: vt hic? Reſpon. furtum ſit plerunque: & ideo frequētius puniēdum eſt: ſecundum Ioan. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fina. ¹ Et no. ex hoc. §. qđ quælibet actio etiā pro vno nūmo datur: vt ff. de damno infecto. l. ſi proprietarius. in fin. j. reſpō. &. ff. de coniung. cum emancip. lib. l. j. §. illud. Sed fallit in caſibus: vt ecce ſi cōmodo tibi ſeruum, & tu eum alis: non repetis à me expenſas modicas: vt. ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. &. ff. de impenſis in rebus dot. fact. l. omnino. Et excepta actione doli, vt dictum eſt. item excipe quod eſt. ff. de damno infecto. l. ex damni. in prin. Accur.

Item ea quæ. CASVS. Domine, iam vidi qualiter dominium ferarum & volucrum ſingulis acquiritur per occupationem. Nunquid plurium rerum dominium acquiri poteſt per occupationem de iuregentium? Reſpon. quod ſic. Nam ea quæ ab hoſtibus noſtris capimus ſtatim iuregentium noſtro dominio acquiruntur, & hoc intantum verum eſt, vt liberi homines quos ab hoſtibus capimus, dominio noſtro ſubijciantur. & in ſeruitutem deducantur: ſi tamen noſtram poteſtatem euaſerint, & ad ſuos corpore & animo reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum libertatis iure poſtliminij recipiunt. Et non ſolum ſupradicta iuregentiū per occupationem acquiruntur, ſed etiam lapilli, & gemmæ & cætera, quæ in littore maris inueniuntur: ſtatim cum ab inuentore occupata fuerint, iuregentium, quod naturali iure introductum eſt, inuentoris fiunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. Item ea quæ ex animalibus. Franciſcus.

g Ex hoſtibus. vt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipſi populo Romano: vt. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. hoſtes. &. ff. de verb. ſigni. l. hoſtes. & l. quos non hoſtes.

h Si euaſerint. animo & corpore: vt. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. nihil. in prin.

i Recipiunt. iure poſtliminij: vt. ſ. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. §. ſi ab hoſtibus. ADDITIO. Hodie tamen quantum ad perſonas, non obſeruantur iura captiuitatis & poſtliminij, niſi quātum ad res.

k Lapilli. ſcilicet precioſi Et quę ſit inter lapillos & gemmas & margaritas differentia: dic vt. ff. de auro & argento legato. l. & ſi non ſunt. §. fina.

l Inueniuntur. quæ tamen nō ſunt alicuius, alias econtra: vt infra eodem §. fina. Accurſius.

m Iure naturali. id eſt gentium: vt ſupra eodem. §. ſingulorum. Accur.

n Inuentoris. ita demum ſi occupet ſiue apprehendat ², non alias ſecūdum Azonem. nam in ſuperiori. §. & in alijs pręcedētibus, de ijs, quæ per occupationem quæruntur, tractatur. vnde quod idem proſequatur hic, vicinitas ſcripturæ innuit: vt. ff. de teſta. l. hæredes. §. ſed & ſi notam. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus pluriū. §. finali. Et aduerbium ſimilitudinis ſcilicet, itē ⁺ quod eſt in principio. §. aperte dat intelligere aliud eſſe in theſauro, cuius tractatus eſt valde ad hoc ſeparatus: vt infra eodem. §. theſauros. & ideo primum videnti ³ & inuenienti, non capienti quæritur.

Item ea quæ ex animalibus. CASVS. Domine, iam vidi qualiter acquiritur dominium rerum per occupationem: nunquid pluribus modis acquiri poteſt? Reſpond. quod ſic: Nam ea quæ ex animalibus dominio noſtro ſubiectis nata ſunt: iuregentium per acceſſionem nobis acquiruntur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. Præterea quod per alluuionem. Franc. de Aretio.

o Item ea. nunc mutat ſtylum & materiam, & dicit de ijs, quæ acquiruntur per acceſſionem diſcretam: & in ſequen. §. præterea. dicet de acceſſione concreta.

p Ex animalibus. fœminini ⁺ generis, ſiue rationabilibus: vt ex ancillis: vt ſupra, de iure perſon. §. ſerui. &. C. de rei vendi. l. partum. ſiue irrationabilibus: vt. ff de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum §. idem ſcribit.

q Dominio tuo. vel quaſi: vt ſi bona fide poſsides animal irrationale: vt. ff. de acquir. rerum domi. l. bonę fidei. §. fina. non ita in rationali: vt. j. eodem. §. in pecudum. & eſt ratio vt ibi.

r Eodem iure. ſcilicet gentium.

Furti actio datur pro modico non autē actio de dolo.

¹ Hanc rationem improbat Ioan. Fab. quia dolus fit ſine furto ſed non ecōtra dic ergo furtū eſſe improbius: et eius actionem cōpetere de iure communi: de dolo autē de iure ſpeciali cū ſit quædā ſpecies reſtitutionis reſtringēs ea quę conſenſus partiū firmauerat. l. j. ff. de dol. ergo &c. arg. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de re mil. Angel.

⁺ Facit in proœ. decre. gl. vlt. vbi dicitur quod ꝑ vna gallina furtū cōmittitur poſt med. gl. & gloſ. fi. in li. ca. cum te. extra de re iudi.

† Hoc tamen ius gētium interpretationē ſuonit à iu-

-re ciuili, vt nō militū mercenariorū ſi inter huiuſmodi ſpolia ſed publicentur. l. ſi captiuus. ff. de capt. & poſtlimi. reuer. vt ita potius rei publicæ ſint, quā proprius occupantis aut potius ad ducē pertineant quā ad ipſos milites. l. diuus. ff. iure fiſci.

Maris, abundat.

² Hoc verū in vacātibus. vt hic. &. l. ſi Barſatorā C. de fideiuſ. Quod nota ꝑ ſtatuto loquēte de eo qui inuenerit bānitum. Itē in non vacātibus ſi poſſidentis animus non cōcurrat. alias ſolo acquiruntur aſpectu.

⁺ Dictio, item, eſt repetibilis ꝑcedentium clauſularū qđ eſt verū ſi copulatiue ponatur: ſecus ſi continuatiue Aegi. per.

³ Iſtam gl. approbat B. hic.

⁺ Fallit in leporibus habētibus vtrūque ſexū. Tertū ipſe lepus es, & pulpamentū quæris. Aegi Per.

Præterea.

Præterea. CASVS. Iuſtinianus in hoc. §. dicit, ꝙ præter ſupradictos modos acquirendi, de iure gentium acquiritur nobis dominium per acceſsionem concretã. Quod enim per alluuionẽ agro tuo flumẽ adijcit, iure gentium tibi acquiritur. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quid eſt alluuio? Ad hoc rñ. Eſt autẽ alluuio incrementũ latens. vñ illud per alluuionem agro tuo videt adijci, qđ ita paulatim & ſucceſsiue adijcitur, vt licet tota die intuitũ figas, tñ intelligere nõ poſsit, quantũ in quolibet momento agro tuo adiectũ fuerit. verũ eſt tñ, ꝙ iſtud latẽs incremẽtũ tibi iure acceſsiõis acquirit. Sed ſi impetus fluminis aliquã partẽ groſſam ex prędio tuo detraxerit: & illã partẽ detractã vicini prędio appulerit: manifeſtũ eſt eã partẽ ex p̃dio tuo detractã: nihilominus in tuo dñio permanere, ſi tñ longo tpe fundo vicini tui adhęſerit, ita quod arbores quas ſecũ traxit: in fundũ vicini radices emiſerint: ex tpe immiſſionis radicũ vident fundo vicini iure acceſsiõis acquiſitę eſſe. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. inſula. Fran.

† In hanc ſentẽtiã relatum ab Aggeno Vrbico, Caſsium Longinũ reſpondiſſe, quicqd aqua lãbẽdo abſtuliſſet, id poſſeſſorẽ amittere: cui imputãdum eſt, quod ripã ſuã ſine alterius dãno nõ munierit aduerſus iniuriam fluminis.

ſtrum ſit: quod verò impetu fluminis vicino prædio ademptum eſt, & noſtro acceſsit, vicini remanet: arbores autem quæ fundo noſtro adhæſerunt, & tandem radices egerunt, noſtræ fiunt.

Præterea quod per alluuionem agro tuo flumen adijcit [a], iure gentium tibi acquiritur †. Eſt autem alluuiæ incrementum [b] latens. Per alluuionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligi non poſsit [c], quantum quoque momento tẽporis adijciatur. Quòd ſi vis fluminis de tuo prędio aliquam partem detraxerit, & vicini prædio attulerit [d]: palàm eſt, eam tuam permanere. Planè, ſi longiore [e] tempore fundo vicini tui hęſerit, arboresq́, quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo adquiſitæ [f] eſſe.

a Adijcit. ponendo iuxta tuum prædium.

b Incrementum. i. augmentum. Accur.

c Intelligi non poſsit. licet tota die ibi figas intuitũ: & hoc propter imbecilitatẽ naturalis viſus: qui tã ſubtilia perpẽdere non poteſt: vt in curcubita patet, quæ cito creſcit: quæ tñ percipi nõ poteſt, quantum creſcit quoquo momento tẽporis. Sed in quodã genere agrorũ ceſſat ius alluuiõis: vt in agris militibus aſsignatis à principe, qui limitati dicuntur: vt. ff. e. de acq. re. do. l. in agris. Quæ ſit rõ diuerſitatis? dic vt in ea. l. in fi.

d Attulerit. alias applicuerit. i. appoſuerit, vt ſubijcit: puta cruſtã terræ forte vineatæ, vel arboratæ.

e Lõgiore. i. longo. ſ. tãto vt faciat radices, vt ſequitur: vel etiã ipſa terra appoſita vnitatẽ alteri terræ fecerit cui apponit: vt. ff. de dãn. infec. l. hoc amplius. §. ita demũ [1]. Sed quomodo ſcitur, qñ hæc vnitio vel immiſtio erit facta? Rñ. per ruſticos: quia talia ſciunt: vt in auth. de nõ alie. aut permu. §. ꝙ aũt dictũ eſt. col. ij. Ac.

¹ Quod ſi nõ fecerit: põt de directo vendicari.

f Acquiſitæ, vtilis tamẽ rei vendicatio priori domino datur, ſecundũ M. vt. ff. de rei ven. l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. de arbore. Sed nos contra: ſed in factum ad æſtimationẽ damni: vt. ff. de rei vend. l. in rem. j. §. item. Sed rei vendicatio non datur: vt. ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. Alphenus *.

ADDITIO. Dic ſecundũ Ioã. Fab. quod imo nec in factum datur: vt d. l. hoc amplius. § ita demũ. ff. de dã. infect. l. nec obliuiſ. §. de arbore. quia ibi loquitur, quãdo fuit facta vnitio actu ſine facto hominis: hic loquit, qñ fuit facta facto fluminis. & ideo cũ quærit de flumine, hoc videri ſatis rationabile, & fuit opinio antiquorum: ſed opinio quæ hic nota. fuit Azo. quæ ſatis eſt æqua, ſecundum Ang. hic.

* Eguinarius Baro hoc loco ſumpta occaſione regulam tradit, qua definit, qd ſequẽdũ ſit, quoties iuriſcõſultorum ſentẽtię inter ſe pugnantes reperiũtur tu cum videto.

Inſula. CASVS. Domine, ponamus, quod aliqua inſula naſcatur in mari: dicatis mihi, cuius iuris eſſe intelligat? Rñ. ſi aliqua inſula in mari nata ſit (quod tñ raro accidit) occupanti cõceditur. Nã ante occupationẽ nullius eſſe intelligitur. Sed licet dixerim tibi de inſula quę in mari naſcitur, quod occupantis ſit: ſecus tamen eſt de inſula in flumine nata. nã in flumine inſula nata (quod frequẽter accidere ſolet) ſi quidem mediã partem fluminis teneat: cõmunis eſt eorũ hominũ, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripã prædia poſſident, videlicet ꝓ modo latitudinis cuiuſq; fundi, quæ latitudo ꝓpe ripã ſit. qđ ſi alteri parti fluminis ꝓximior eſt: eorũ eſt tantum q ab ea parte prope ripã prędia poſſidẽt, quod ſi ab aliqua parte diuiſum flumẽ ſit, deinde infra vnitũ, agrũ alicuius in formã inſulæ redegerit: hmõi ager ad modũ inſulæ diuiſione fluminis circundãtis redactus, eiuſdẽ permanet, cuius ante diuiſionẽ fluminis fuerat. Sed ponamus, quod flumẽ naturalẽ alueũ penitus dereliquit, & ex alia parte cœperit fluere, dicatis mihi, quid iuris in iſto caſu? Ad hoc rñd. ꝙ ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ab alia parte fluere cœperit: tũc prior alueus à flumine derelictus, eorũ incipit eſſe, qui prope ripã eius prędia poſsidẽt pro modo latitudinis cuiuſq; agri, q̃ latitudo prope ripã ſit. Sed ponamus: nouus alueus iã occupatus, publici iuris incipit eſſe, ſicut eſt ipm flumẽ: ſed ſi poſt aliquod tẽpus ad priorem alueũ flumen reuerſum fuerit, nouus alueus iam à flumine derelictus, eorũ incipit eſſe, qui prope ripã eius prædia poſsidẽt. Aliud tñ iuris eſt, ſi totus ager alicuius aquæ inundatus fuerit. Inundatio enim aquæ faciem fundi nõ immutat: & idcirco, ſi aqua à fundo receſſerit: manifeſtum eſt manere dominum fundi, qui ante dominus fuerat. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. § cum ex aliena &c. Fran.

Inſula in medio fluminis emergens, eorum fit, qui ab vtraque fluminis parte proximiorum ſunt prædiorum poſſeſſores, pro modo, ſcilicet latitudinis (id eſt, frontis) cuiuſque prædij: quæ prope ripam eſt: at ſi in medio enata non ſit, proximiori ripæ modo præſcripto accedit, ſed ſi alicuius ager ad formam inſulæ à flumine redactus ſit, eius remanet, cuius fuit.

Inſula, quę in mari nata eſt (quod rarò accidit) [g] occupantis fit: nullius enim eſſe creditur [h]. At inſula in flumine [i] nata (qđ frequẽter accidit) [k] ſi quidẽ mediam partẽ fluminis tenet, cõmunis

Inſula tria ſignificat.

Inſula, dicitur locus vndique circundatus aquis vt hic, & ff. eo. l. adeo. § inſula. & l. inſula [2]. alias quãdoque pro domo in mari poſita, quæ in ſalo poſita eſt, ſecundum Iſido. Item quandoque pro qualibet domo: vt. ff. de eo, quod certo loco da. l. iij. §. ſi quis in inſulam. Item nota diligenter iſta ſex reſponſa vſque ad. §. alia ſane.

² Dic qđ inſularum alia eſt naturalis vt corſica, & ſardinia, alia caſualis, vel accidentalis. quæ in flumine ſæpe naſcitur: in mari perraro. Naturales inſulæ ſũt principis: non in dominio patrimoniali. ſed in dominio iuriſdictionali. vt. l. inſulæ. ff. de iud. & l. illicitas. § quniuerſas. ff. de of. p̃. ſed de hac materia plenius videas hic per Ang.

g Quod raro accidit. Sed oppo. nam ad ea, quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur: vt. ff. de lege. & ſenatuſcon. l. nam ad ea. Rñ. quod illud verbum, potius, ſolutionem inducit, nam bene infertur. potius: ergo ad alia. Accur.

h Creditur. ſcilicet, antea.

i In flumine. i. in medio fluminis.

k Mediam partem. quod ſcilicet poterit ſciri accepta chorda

choraa & puncto poſito in medio inter vtrũque agrũ: & tunc ſi punctum eſt ex vna parte tantum, alij cedat: alias ſecundũ quod punctũ extenditur: vt colligitur. ff. eo. de acqui. re. dom. l. inter eos. & l. ſeq. Ex his patet, quod pro diuiſo poſsident inſulam, & habent dominium circundantes flumen: vt. ff. eo. de acqui. rer. do. l. pro regione.

eſt eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſsident: ſcilicet pro modo latitudinis [a] cuiuſque fundi, quæ latitudo prope ripam ſit. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorũ eſt tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia poſsidẽt. Quòd ſi aliqua parte [b] diuiſum ſit flumen, deinde infra [c] vnitum [d] agrum alicuius in formam inſulæ redegerit: eiuſdem permanet is ager, cuius & fuerat.

Prior alueus à flumine derelictus, eorum ſit, qui prædia ſecundum ripam propria habent: nouus verò incipit publicus fieri: flumine autem in antiquum alueum reuerſo, nouus alueus derelictus, eis accedet, qui iuxta ripam agros habent.

Quòd ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit prior quidem alueus [e] eorũ eſt, qui prope ripam eius prædia poſſident, pro modo, ſcilicet latitudinis cuiuſq; agri, quæ prope ripam ſit. Nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit [f], cuius & ipſum flumẽ eſt: id eſt, publicus. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen: rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſsident.

Ager impetu fluminis inundatus, non deſinit eius eſſe, cuius fuerat.

Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit: neque enim inundatio fundi ſpeciem [g] commutat: & ob id, ſi receſſerit aqua, palàm eſt eum fundum eius manere [h], cuius & fuit.

Cùm ex aliena materia noua ſpecies confecta eſt, refert an ad eandem materiam & priſtinam ipſa ſpecies reduci poſsit, an non poſſit: priore caſu, qui dominus eſt materiæ, idem quoque ſpeciei dominus erit: altero verò caſu, qui ſpeciem fecerit, dominus efficitur.

Cùm ex aliena materia ſpecies aliqua facta [i] ſit ab aliquo [k], quæri ſolet, quis eorum naturali ratione [l] dominus ſit: vtrũ is, qui fecerit [m], an potius ille, q materię dñs

CASVS. Domine, iam vidi plures modos acquirendi dominium de iure gentium. Nunquid pluribus modis de iure gentium acquiri poterit? Reſpond. quod ſic. Per ſpecificationem de iure gentium acquiritur nobis dominium. Cum enim quis ex aliena materia &c. Caſus planus eſt, vſque ad illum. §. ſi tamen alienã. Franciſcus Accur.

a Latitudinis. exiſtẽtis ab vna parte, cum plures ſint ex vna parte, & vnius fundus latior eſt, q̃ fundus alterius: & in hoc tantum frontem agri conſidero: vt. ff. eo. de acquir. re. domi. l. inſula. in prin.

b Parte. ſcilicet, ſuperiori.

c Infra. ſ. in inferiori parte.

d Vnitum. ſcilicet flumen. i. coadunatum. & hic fit punctum. Vel dic vnitum agrum &c. & tunc puncta ibi, infra.

e Alueus. à quo nunc vltimo receſſit flumen.

f Incipit. quantũ ad ſtrictam rationẽ. nã de æquitate vix obtinet. i. non obtinet: vt. ff. eodem. l. adeo. §. inſula. in fi. Et not. hic, quod flumina vicem iudicum tenent: & dant & auferunt dominia: vt hic, &. ff. eo. de acqui. re. do. l. ergo. §. alluuio. Acc.

Flumina & iudices æquiparãtur.

g Speciem. i. faciem fundi. Sed cõtra. ff. de flumin. & ne quid in flu. pub. l. j. §. ſi foſſa. in fin. §. Sed ibi totũ occupauit, hic partem. Vel hic eodẽ impetu receſsit quo venit, ibi non: ſed diu coopertum tenuit.

h Manere. Fuit ergo dominus etiam tunc temporis, quando aqua inundabat. Sed cõtra. ff. quib. mod. vſuſfruct. amit. l. ſi ager. Solu. ibi impropriè dicit amitti, ſcilicet, quantum ad cõmodum fruendi [a]. Vel hic inundauit propter impetum aquarum: ibi vt facerẽt alueũ, vt probatur prædicto tit. l. quid tamen. §. agri. Et hæc vera ſunt, quantum ad proprietatem, ſed poſſeſsio indubitanter tempore inundationis amitteretur: vt. ff. de acquir. poſſeſſ. l. iij. §. Labeo. & l. qui vniuerſas. §. ij. & l. Põponius. j. reſp. tamẽ [1]: aqua recedẽte, etiã poſſeſsio reſtituẽda eſt: vt. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. ſed & ſi quis.

a Vel forte ibi capitur, ppriet as p poſſeſsione, hic pprie. Aegi. per.

1 Et eſt ratio ſecundum Chr. q̃a poſſeſſio eſt facti, & ex ſolo animo depen

Cum ex aliena. Diuiditur in quinque partes. Primo ponit thema. Secundo quæſtionem. Tertio per exempla thema declarat. Quarto ponit reſponſionem. Quinto per exempla reſponſionem declarat. Secunda ibi, Quæri ſolet. Tertia ibi, Vt ecce. Quarta ibi, Et poſt multam. Quinta ibi, Vt ecce vas.

Det ſed dominiũ eſt iuris & in re cõſiſtit. Et idõ poſſidẽtes prędia penes flumina, q̃ ſæpe ſolẽt inundari: itẽ prope cõfinia belli vel epidemiæ raro præſeribunt.

i Facta. Facta autem intelligitur etiam cœpta, licet non perfecta: vt. ff. de auro & argento lega. lege, & ſi non ſunt. §. quid ergo. Ratio huius eſt: qa quæ in opere ſunt, ineſſe videntur. ff. ſi certum petatur. l. lecta. §. dicebam. & ca. officij. extra de electio.

ADDITIO. Sed ibi ſpecies quantum ad materiam erat perfecta: licet quædam ad bene eſſe deficerent. Et ideo reprehenditur hæc gloſſ propter verbum fecerit, quod perfectionem ſignificat: vt l. j. ff. quod quiſque iuris.

k Ab aliquo. ſcilicet, bona fide: vt ff. ad exhibendum. leg. de eo. §. ſi quis. & ſuo nomine: vt ff. de acquirend. rerum dominio. lege, adeo. §. cum quis. in principio. & lege, quicquid. §. ſecundo. Item & tertium, ſcilicet, quod non poſsit redire ad priorem materiam, ſecundum Ioannem, vt in fine huius. §. Quid ſi duo ſpecificauerunt: vnus bona fide, alius mala fide? Reſpond. communis eſt domini, & ſpecificantis bona fide: non autem mala fide [2]: vt. ff. quibus ad libert. proclamare non licet. lege, ſi duo. Azo. Eodem modo quæro & ſoluo ea, quæ ſequuntur. Quid ſi ex diuerſorum materijs ſpeciem fecit: & in vna habuit bonam fidem, & in alia malam fidem? Item quid ſi in materia vnius, partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item quid ſi partim ſuo ſpecificantis nomine, partim nomine domini?

2 Imo nomine proprio & bona fide ſecũdũ Chr.

ADDITIO. Intellige ſecundum præcedentia, quod habeat bonam fidem: item quod omnia ſint paria: alias minus pretioſum cedet pretioſiori, ſecundum omnes doct. hic, per. l. quicquid. §. ſi. ff. eodem. de acquirend. rerum domi.

l Naturali ratione. i. iure gentium.

m Fecerit. id eſt, detexerit, quo ad ſpicas: vt. ff. eo. de acquir. rer. domi. l. adeo. §. cum quis. in fine. ſic. ſ. de libert. §. j.

Mulſum

fuerit: vt ecce, ſi quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut ſpicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino & melle mulſum [a] miſcuerit, vel ex medicamentis alienis emplaſtrum, aut collyriū [b] compoſuerit: vel ex aliena lana veſtimentum fecerit, vel ex alienis tabulis nauem, vel armariū, vel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multam Sabinianorum [c] & Proculianorum ambiguitatem placuit [d] media ſententia [e] exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem & rudem materiā reduci poſſit: eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit: ſi non poſſit reduci: eum potius intelligi dominum, qui fecerit [f]: vt ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam æris vel argenti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleū, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas [g] reuerti non poteſt: ac ne mulſum quidem ad vinū & mel reſolui poteſt. Quòd ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena [h] ſpeciem aliquā fecerit quis: veluti ex ſuo vino & alieno melle mulſum miſcuerit: aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum, aut collyrium, aut ex ſua lana & aliena [i] veſtimentum fecerit: dubitandum non eſt hoc caſu, eum eſſe dominum [k], qui fecerit: cùm non ſolùm operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdē materiæ præſtiterit.

Quod cuiuſque rei ornandæ cauſ: adhibetur, vt acceſſio principali cedit: etiam ſi pretioſius ſit, quā ipſa res cui accedit.

Si tamen alienam [l] purpuram [m] veſtimento ſuo quis intexuerit, licet pretioſior [n] ſit purpura: tamen acceſſionis vice cedit veſtimento. & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum, qui

a Mulſum. i. nectar, ſiue ſtalladiam.

b Collyrium. i. vnguentum ad oculos.

c Sabinianorum. i. Sabini & ſuorum fautorum, qui dixerunt ſpeciem cedere domino materiæ. Sed proculus cum ſuis ſequacibus econtra: ſcilicet vt ſpecificanti tantum cedat: vt ff. eo. l. adeo. §. cum quis.

d Placuit. ſcilicet nobis. Accur.

e Media * ſententia. quæ nec vni in totū, nec alteri concordat, vel diſcordat: ſed diſtinguit, vt ſequit̃. Et nota medium ſeruandū. ſic. ſ. quib. ex cauſ. manu. non licet. §. penul. Argu * . contra. ff. de nego. geſ. l. Neſennius. in fi.

f Fecerit. ſi & alia duo interuenerunt, quę in principio huius. § . diximus.

g Vel ſpicas. & ita apparet, quod frumentū cedit ſpecificanti. Sed contra. ff. de acqui. rer. dom. l. adeo. §. cum quis. in fin. §. Solu. hæc poſuit gratia exempli pro pueris: ſecundum Pla. quædam enim gratia docendi * dicūtur, quæ alias non dicerentur: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationum ſubſtantia. §. fi. Vel dic ſecūdo ſecundū Az. illam per iſtam corrigi. Item ad hæc omnia exempla in quibus dicitur, ſpeciem ſpecificanti cedere, eſt contraria regula, quæ dicit, quod ex re mea eſt vel naſcitur, meū eſt: vt. ff. ad exhi. l. de eo. §. ſi quis. in fi. & ff. de rei ven. l. ſolum. §. meum. Sol. Illa regula locum habet in quinque caſibus. ſ. vbi dominus ſpecificauit: item vbi alius eius mandato: item vbi ſine mandato, ſed ratum habet * : item vbi alius mala fide & ſuo nomine: item vbi bona fide, ſed res pōt ad priorem materiam reduci: quorum nullus eſt hic. Item ſi hæc vera ſunt, quod ſpecificanti cedant: contraria eſt regula, quę dicit neminem cum alterius iactura fieri locupletiorē: vt. ff. de condi. inde. l. nam hoc natura. Rñ. licet fiat ſua ſpecies quo ad dominium: tamen actione in factum tenetur ad æſtimationem: vt. ff. de rei vend. l. in rem. j. §. item quæcunque. & ff. de do. inter vir. & vxo. l. ſi mulier. j. §. j. & l. ſequen.

h Ex aliena. ſcilicet materia.

i Et aliena. ſcilicet, lana.

k Dominum. ſed ſi non poſsit reduci ad priorem materiam fit communis, habita ratione materiarum: vt nō cedat ſpecificanti: vt. ff. eodem. de acquirend. rerum domin. l. quicquid. §. fina. in fi. Idem forte erit, & quando mala fide fecit, licet reduci non poſsit: vt. ff. ad exhi. l. de eo. §. ſi quis. Accur.

Si tamen alienam. CASVS. Titius manicam vel gyronem de purpura aliena intexuit veſtimento ſuo. modo quæritur, vtrum purpura cedat veſtimento, vel veſtimentum tanquam vilius & minus pretioſum accedat purpuræ? Reſpond. quod purpura licet pretioſior ſit: iure tamen acceſsionis cedit veſtimento, & per conſequens Titio domino veſtimenti acquiritur. Veruntamen ille, qui dominus fuerat purpuræ, licet iam dominium purpuræ per acceſſionem amiſerit: cō tra eum tamen, qui ſurripuit, furti habet actionem & cō dictionem furtiuā, quæ ſemel ei contra furem competit: quā licet poſtea ſine culpa ſua à dominio cadat, nō. amittit. Nam huiuſmodi res, quæ iure acceſsionis alteri rei cedunt: licet à priori domino vendicari non poſsint à furibus tamē & à quibuſcū que alijs malæ fidei poſſeſſoribus p condictionem furtiuam, vel ſine cauſa condici poterunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi duorum.

l Si tamen alienam. hic incipit dicere de acceſsione, quæ fit humana natura operante.

m Purpuram. vt manicam, vel gyronem. ſi autē ipſa fila puta in tela: tunc alia ratione eſt dominus factus purpuræ, ſcilicet iure ſpecificationis: vt ſupra proximo. §. & præcedenti. hic autem. §. aliquid vult adijcere ſupradictis, ſcilicet, de acquiſitione iure acceſsionis. ne ergo nil operetur adiungit hoc quod nunc dixi: vt. ff. de legatis primo. lege, ſi quando. in prin.

n Pretioſior. Nota pretioſius accedere viliori * , ſic. ff. de contrahend. emptio. leg. ſi in emptione. Sed cō tra. ff. de ædilitio edict. leg. iuſtiſsime. Sed ibi ſpeciale in homine Sed contra infra, de fideiuſſo. §. fideiuſſores. Sol. vt ibi. Item loquitur hic. §. quando dicta purpura gratia ornandi veſtimenti fuit appoſita. Si autem econtra vt veſtimentum ſeruiret purpuræ, vt forte eam ſeruaret: tunc cedet veſtimentum purpuræ, vt in duabus legibus contrarijs: vt. ff. de vſucap. l. rerum miſtura. §. quid ergo. & ff. de auro & argent. lega. l. & ſi non ſunt. §. perueniamus. Si autem neutrum cauſa alterius apponatur: tunc neutrum alteri cedit: & vtrunque poſsidetur: vt. ff. de vſucap. l. e. rerum miſtura. §. quid ergo.

ADDITIO. Dic ſecundum doct. quod neutrum poſſidetur communiter, ſed quodlibet de per ſe ſic, vt no. in. d. §. quid ergo. Ang. Arc.

* Mediūte nuere beati. hic Lu. 22. ca. Ego in medio veſtrū ſum. Aeg. per.

Solutio vna multas queſtiones terminat.

* Dic qd' in dubio. ſ. quolibet extremorum æqualiter ſe habente, media via eſt eligenda, ſed vbi clarum eſt pro altera parte, non: vt in contrario. Aegi. per.

* Nihil prohibet falſam legem exēpli cauſa ponere, quo facilius intelligatur. Tullius de inuen. tit. 8.

Meum eſt quod ex meo naſcitur.

* Intelligas gl. qñ nomine domini ſpecificauit alias ſi nō fuiſſet ſpecificata nomini domini, non poſſet habere tantū cum ſit factum ſui fauore. vt. l. ſi pupilli. §. ſi ego. ff. de ne. geſ.

* Hoc verū quando apponitur pretioſius gratia ornatus, alias, ſecus, q̄a ipſum vilius ſequitur nobilius Aegi. per.

Surrip

ſurripuit [a], habet furti actionem & condictionem [b]: ſiue ipſe [c] ſit, qui veſtimentum fecit, ſiue alius. Nam extinctæ [d] res, licet vendicari † nō poſsint, condici tamen à furibus & quibuſq; alijs poſſeſſoribus [e] poſſunt.

Materiarum confuſio, dominorum voluntate, aut fortuito facta, eius quod ex confuſione factum eſt, communionem inducit, ſpecierum verò commiſtio; ita demum, ſi inuicem commiſcentium dominorum voluntas acceſſerit.

Si duorum [f] materiæ ex voluntate dominorum [g] confuſę [h] ſint: totum id corpus, quod ex confuſione fit, vtriuſque commune eſt: veluti, ſi qui vina ſua cōfuderint. aut maſſas argenti vel auri conflauerint. Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint: & ob id propria ſpecies facta ſit: fortè ex vino & melle mulſum, aut ex auro & argēto electrū [i]: idem iuris [k] eſt. nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. Quòd ſi fortuitu, & non voluntate dominorum confuſæ fuerint, vel eiuſdem generis materię, vel diuerſæ: idem iuris eſſe placuit [l]. Quòd ſi frumentum [m] Titij frumento tuo miſtum fuerit, ſi quidem ex voluntate veſtra cōmune eſt: quia ſingula corpora, id eſt ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro communicata ſunt [n]. Quòd ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate: non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant [o].

a Surripuit. ſi ſurripuit, alias iſtis actionibus famoſis non tenetur.

b Et condictionem. ſ. furtiuam, vel ſine cauſa: vt. ff. de condi. ſine cau. per totum.

c Siue ipſe. ſ. fur. nam forte erat ſartor.

d Extinctæ. quātum ad dominium, quod perdidit dominus eius. & ideo dicitur quantū ad eum extinctū: quia quandiu eſt intexta purpura, extincta eſt: nec poteſt vendicari, ſed agi poteſt ad exhibendū, vt exhibeatur, & poſt vendicetur: vt ff. ad exhib. l. gemma. & ff. de rei vendi. l. in rem actio.

e Poſſeſſoribus. Veluti à prædonibus & malæ fidei poſſeſſoribus, vt iſte fuit: vt hic, et. J. de actio. §. ſi itaq;. ff. vſufruc. quemadmodum. l. fina. in fi.

Si duorum. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo quando voluntate dominorū. Secundo, quando caſu ſunt confuſæ. Secunda ibi, Quod ſi fortuito. Itē prima ſubdiuidit̄. Primo, quando eiuſdē generis materiæ cōfunduntur. Secundo, quando diuerſi generis. Secunda ibi, Sed & ſi diuerſæ. Aret.

CASVS. Sed domine Imper. nunquid dominium de iure gentium adhuc pluribus modis acquiri poterit? Rñ. q; ſic. Nam per confuſionem materiarum acquirit̄ dominiū de iure gentiū. Si enim materię duorū dominorū, de voluntate & conſenſu eorū confuſæ ſunt, totum corpus, quod ex confuſione materiarum reſultat, vtriuſque dominorum commune fit: veluti ſi aliqui vina ſua confuderunt, aut maſſas argenti, aut auri in aliquod vas conflauerunt. Et iſta ſunt vera, quādo eædē materiæ cōfunduntur. Sed pone, quod materiæ ſunt diuerſæ: nunquid idem iuris eſt? Reſpō. quod ſic. Si enim diuerſæ materiæ cōfuſæ fuerint, & ex illis materijs cōfuſis aliqua ſpecies facta ſit: veluti ex vino Petri, & melle Martini mulſum, aut ex auro Petri, & argento Martini electrū: in hoc caſu nulla dubitatio eſt huiuſmodi ſpeciem ex diuerſarū materiarum cōfuſione de voluntate dominorum factā, communē eſſe: Sed pone, quod diuerſæ materiæ, vel materiæ eiuſdem generis fortuito caſu, & non interueniente voluntate dominorum ſunt confuſæ: nunquid idem iuris erit? Reſpond. quod ſic. Hoc tamen intelligo, niſi materiæ ſeparari poſsint. Si enim ſeparari poſſent, ſecus tunc eſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. quod ſi frumentum. Franciſcus de Aretio.

f Si duorum. acquiritur dominium, non ſolum ſpecificatione: vt. ſ. eodem. §. cum ex aliena. & §. quod ſi. & acceſsione: vt ſupra eodem. §. ſi tamen. ſed etiam confuſione, vt hic. Item immiſtione: vt. J. proxi. §. quod ſi frumentum.

g Dominorum bene dicit, dominorū voluntate. nā ſi vnus dominus fecit inde ſpeciē. i. mulſum. vel vas ex argēto meo & ſuo: ſua eſt iure ſpecificationis, nō communis: vt. ſ. eo. §. quod ſi partim. & ff. de rei ven. l. idē Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. j.

[illegible] Hoc intellige bona fide, & ſuo nomine, vt vidiſtis in. §. cū ex aliena. ſ. eo. per gl. vt hic. Ange.

h Confuſæ. i. ſimul fuſæ.

i Electrū *. genus vaſis, vel ſpecies metalli, & ad hoc eſt. ff. de aur. & arg. le. l. pediculis. §. Neratius.

k Idem iuris. vt ſit cōe, vt ſubijcit.

l Placuit. ſ. vt ſit cōmune, niſi ſeparari poſsit, veluti ſi ex ære meo, & plūbo, vel argento tuo ſpecies facta ſit: q̄bus caſibus ſeparari pōt: & quilibet vendicat ſuum: vt ff. de rei ven. l. idem Pōponius ſcribit ſi frumentum. §. ſed ſi plumbū. & ff. de acqui. rer. do. l. lacus. §. fina.

Quod ſi frumentum. CASVS. In hoc §. dicit Iuſtin. quod ſi frumentum Titij frumento tuo miſtum fuerit volūtate veſtra: totū illud frumentum tibi & Titio cōmune erit. nam licet ſingula corpora i. ſingula grana, ante miſtionē in ſua ſubſtantia durant: tamen ex cōſenſu veſtro per miſtionem cōmunicata ſunt. & hoc verū eſt, quando fuit facta miſtio de volūtate veſtra: ſi tamen caſu frumentū miſtum fuerit, vel ſi Titius nō voluntate tua id miſcuit: nō videtur huiuſmodi frumentū per miſtionem cōmune eſſe. Singula enim grana in ſua ſubſtātia remanent: & durant in dominio eius, cuius fuerāt ante miſtionē. Nam in caſibus iſtis, qñ fit miſtio ſine dominorū voluntate, non magis intelligitur frumentū commune eſſe, quam grex ouium cōmunis eſſe intelligitur, ſi pecora Titij tuis pecoribus permiſta fuiſſent, vnde ſi totū huiuſmodi frumentum retineatur à Titio, Actio in rē aduerſus Titium cōpetit: & iudex, qui in huiuſmodi actione cognoſcet, æſtimabit quantū & quale tuum frumentum fuerit: & tantūdem frumenti & eiuſdem qualitatis vel eiuſdem æſtimationis tibi faciet reſtitui. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. cum in ſuo ſolo. Fran. Are.

m Quod ſi frumentum dixims quādo confundūtur ita vt ſeparari non poſsint: nunc videndum eſt, quando ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant: quo caſu dicuntur immiſceri.

n Communicata ſunt. & ideo locum habet communi diuidundo actio: vt. ff. de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. ij reſponſ.

o In ſua ſubſtantia durant [1]. ſed nunquid idem ſi noſtra voluntate fuiſſent immiſta? Videtur quod ſic: noſtra enim contemplatio, vel voluntas non poteſt mutare ſubſtantiam granorum, quin ſemper diſcreta & diuiſa

† Alias vīdicari. vt & fere ſemper in pā. Flor. vindicari, ſcriptum reperias, p vendicari, & vīdicatione pro vendicatione.

Electrum quid eſt.

* Aurū in quo quinta argenti portio eſt, electrū vocatur. Pli. li. 33. c. 4. & lib. 37. c. ij. vbi dicit. Succinū eſſe, de quo in Apoca. Et erat ſpecies ſicut ſpecies electri Aegi. per.

Dominiū varijs modis quæritur.

[1] Iſtam gl. non credo eſſe accur. quia nō reperitur in antiq; originalibus nec de do. aliquā faciunt mētionem.

diuiſa ſint à ſe inuicem: quod videtur eſſe cõtra. §. præcedentem. Sed reſpon. non eſt mirum: alias enim ſimile reperimus: nonne tempus continuum eſt ſui natura? cum tempus ſit menſura motus primi mobilis: qui motus eſt vniformis & continuus: vt dicit Ariſto. in viij. phyſicorum: & tamen partes in ipſa contemplatione diſtinguimus & aſsignamus, dicentes quoddam præſens, quoddam præteritum, quoddam futurum: ſic in granis frumẽti dicimus, quod licet eorum corpora ſint diſcreta in ſuis terminis: communia tamẽ ea poſſumus facere, ita quod aliqua nõ ſit particula i ſuo grano, quam tu non communices mihi: nulla in meo, quam ego tibi non communicem: quod nõ eſſet deficiente noſtra volũtate, ſicut nec in tempore diſtincto generentur diuerſitates noſtra ſignificatione, vel reſpectu deficiente.

Tempus quid eſt. Temporis diuiſio.

Sed nec magis iſtis caſibus commune ſit frumẽtum, quam grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus miſta [a] fuerint. Sed ſi ab alterutro veſtrũ totum id frumentum [b] retineatur: in rem quidem actio pro modo [c] frumẽti cuiuſque competit [d]: arbitrio autẽ iudicis continetur, vt ipſe æſtimet, quale cuiuſque frumentum fuerit.

Quod in ſuo alieno ve ſolo ædificatur, ſolo cedit: materiæ verò dominium eius permanet, cuius & ante fuerat: niſi quis ſciens in alieno ædificarit: tunc enim (cùm donaſſe videatur) etiam diruto ædificio, materiam non vendicat.

Cùm in ſuo ſolo [e] aliquis ex aliena materia ædificauerit [f]: ipſe intelligitur dominus ædificij: quia omne quod ſolo inædificatur [g], ſolo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat †, deſinit [h] dominus eius eſſe: ſed tantiſper [i] neq; vendicare eam poteſt, neque ad exhibẽdum [k] de ea re agere, propter legẽ duodecim tabularum [l], qua cauetur, ne quis tignum alienũ ędibus ſuis iunctũ eximere cogatur, ſed duplum pro eo præſtet, per actionẽ, quæ vocatur de

minus eius non deſinit eſſe ſed vtile dominium retinet: ſed tamen quandiu materia ſua iuncta eſt ædificio, neque eam vendicare, neque ad exhibendum de ea agere poteſt: & hoc propter lege duodecim tab. qua cauetur, ne quis tignum alienũ ædibus ſuis iniunctum eximere cogatur. Veruntamen domino materiæ eadem lege xij. tabula. conſulitur. Nam competit ei actio de tigno iniuncto: cuius beneficio ab eo qui iniunxit, vel iniunctum habet, duplũ conſequi poterit. Sed pone, quod aliquis alienos lapides, vel trabes, vel cæmenta in ędibus ſuis ponat: quid iuris erit tũ: in caſu illo? Ad hoc reſpond. quod idẽ iuris eſt, quam ſi alienum tignum ædibus ſuis iniunxiſſet. Appellatione enim tigni, omnis materia ex qua ædificia fieri poſſunt, intelligit. Sed domine, quare ita ſtatutum fuit in lege duodecim tab. ne quis cogatur eximere alienam materiã ædibus ſuis iniunctam? Ad hoc reſpon. Amice, hoc ideo ſtatutum fuit in lege xij. tab. ne ſit neceſſarium ędificia ex aliena materia conſtructa reſcindi, & vrbem ruinis deformari. Sed licet durante ædificio materia vendicari nõ poſſit: ſi tamen aliquo caſu dirutum fuerit ædificium, poterit dominus materiæ materiam ſuam vendicare: & de ea ad exhibendum agere & hoc eſt verũ, niſi per actionem de tigno iniuncto duplũ fuerit pro materia ſua cõſecutus. Et hęc dicunt vſq; ad. §. Ex diuerſo. Fr. de Are.

† Hic limitatur regula, verba præteriti tẽporis ſunt abnegatiua pręſentis. nã hæc ſequẽtia, ratione contradictionis vitandæ, ampliant etiã ad pręſens: ſecundum Por. Aeg. per.

a Miſta. quod fit per errorem, quo caſu dominium non tranſit: vt. ff. eo. de acquir. rerum domi. l. ſi procurator. vel vt melius paſcantur. & facit. j. ad legẽ Aquil. in princip. vbi dicit, quod gregatim paſcuntur. Sed contra. ff. de ſolu. l. ſi alieni. Solu. ibi ſpeciale eſt in pecunia numerata, vt ibi dicitur: vt. ff. ſi certum petatur. l. ſingularia.

b Frumentum. nondum bona fide cõſumptum: tunc enim in factum actio daretur: vt. ff. ad legẽ Aquil. l. qui occidit. §. ſi quis alienum vinum.

c Pro modo. id eſt, menſura.

d Competit. i. quod cuilibet tantum frumentũ reſtituatur, quantum fuit ſuum, quando non apparet quod fuerit ſuum: & hoc propter impoſsibilem diſcretionẽ: vt. ff. de vſufruc. l. vſufructuarium. §. ſi in viuarijs. Si autem apparet, quod cuiuſque fuerit, hoc iudex æſtimet, vt ſubijcit, ſecundum Azo. & ſecundum hoc dic quale. i. quod. & ſic cuiuslibet ſua grana reſtituantur. Vel dic proxi. reſpon. arbitrio &c. eſſe de eo, de quo eſt iſtud, ſcilicet quando non apparet, quod fuerit ſuũ: & hoc innuit hoc verbum quale: non enim dicit, quod ſed quale: vt in qualitate officium vertatur & quantitate, non autem in corpore: cum illud ſit impoſsibile diſcernere. & ſic probabit, qui dicit ſuum fuiſſe melius. Et nota triplicem eſſe differentiam inter hunc §. & ſuperiorem. Species enim dicuntur miſceri, vt hic: materia confundi, vt. ſ. ſed P. ecõtra. Item hic remanet eadem ſubſtantia, ibi non. Item confuſa fiunt communia etiam ſine dominorũ voluntate, vt. ſ. proxi. §. hic non.

Diſtinguit duos §§.

Cum in ſuo. CASVS. Domine, Titius in ſolo ſuo ædificauit ex materia aliena. modo quæro quis ſit dominus illius ædificij: vtrum Titius qui ædificauit, an ille qui erat dominus materiæ? Ad hoc reſpond. quod Titius ædificator dominus eſt ædificij. Cum enim in ſolo ſuo ex aliena materia quis ædificauerit, dominus ædificij intelligitur: & hoc propter rationem iuris gentium qua dicitur, Omne quod in ſolo ædificatur, ſolo cedit. Et quamuis Titio directum dominium ædificij acquiratur: ille tamen qui dominus fuit materiæ, do-

e Cum in ſuo ſolo. ſuum eſt etiam, ſi alius habeat ibi vſumfructum: vt. j. de hære. inſti. §. j. vbi proprius ſeruus dicitur, in quo proprietatẽ nudam habet teſtator.

f Aedificauerit. ſ. bona fide, alias non: imo tignũ ſuũ vendicaret: vt. ff. de rei vendi. l. in rem. [1] arg. à contrario ſenſu, vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem: vt ibi not. Accur.

[1] Et quãuis nõ poſſideat malę fidei æxiſtẽs: per. l. eũ qui ædes. ff. de vſuca. conuenitur tamen qa dolo deſijt poſsidere. l. is qui dolo. ff. de rei ven. Et vẽdicabitur, non quidẽ vt æſtimetur, ſed vt in litem iuratur, ſecũdũ Chriſt. hic.

g Inædificatur. i. in ipſa terra cõfigitur. Quid ergo de domo nõ affixa ſolo? Rñ. nõ cedit ſolo: vt. ff. de acqui. re. do. l. Titius. & facit ad hãc regulã. C. de ædi. pri. l. j. Itẽ in ſatis & plãtatis, quod hic in ędificatis dicit: vt. j. eo. §. ſi Titius. &. §. qua rõne. vnde verſus, Quicquid plantat, ſerit vel inædificat: Omne ſolo cedit, radices ſi tñ egit. Sed cõtra hãc regulã eſt. ff. de re. diui. l. in tantum. in prin. Sol. illud ſpeciale eſt. ADDITIO Erat enim ibi ædificatũ in cõmuni omnium ſolo, quo ad vſum, & nullius quo ad proprietatem: quod ideo cedit ædificio, quia primo occupanti cõceditur. Chriſtoph.

h Deſinit. ſ. ex cauſa ædificationis: ſed ex alia cauſa poteſt deſinere: vt. ff. de vſucap. l. rerum miſtura. §. Labeo. quæ huic regulæ ſignatur contraria.

i Tantiſper. id eſt, interim.

k Ad exhibendum. ſ. vt eximatur, niſi malæ fide fecerit: vt. ff. de rei ven. l. in rem. §. tignũ. &. ff. de tig. iniũ. l. ſi. ſed tunc nõ eximitur, ſed in litẽ iurat: vt. ff. de ſolu. l. qui res. §. fin. quia arbitrariæ ſunt iſtæ actiones: vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. &. j. de act. §. præterea.

l Duodecim tabularum. lex quædam fuit: de qua dic vt. ſ. de iure natu. §. & non inæleganter. Accur.

De tigno

tigno iuncto [a]. Appellatione [b] autẽ tigni, omnis materia [c] ſignificatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo prouiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificiũ: poterit materiæ dominus, ſi non fuerit duplum iam conſecutus [d], tunc eam vendicare [e], & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificauerit: illius fit domus, cuius et ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit: quia voluntate eius intelligit̃ [f] eſſe alienata: vtiquè ſi non ignorabat, ſe in alieno ſolo ædificare. & ideo licet diruta ſit domus, materiam tamen vendicare non poteſt [g].

Poßidens fundum alienum, in quo bona fide ædificauit, poteſt expenſas ædificij ope exceptionis retinere. Aretinus.

Certè illud conſtat, ſi in poſſeſsione conſtituto ędificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum [h]: poſſe eum per exceptionem [i] doli mali repelli: vtique ſi bonæ fidei [k] poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti alienum ſolũ eſſe, poteſt obijci culpa, quòd ædificauerit [l] temerè in eo ſolo, quod intelligebat alienum eſſe †.

a De tigno iuncto. qua actione tenetur, & qui iniunctum habet, licet non iniunxerit: & qui iniunxit, licet non poſsideat, ſed altero ſoluente alter liberatur: vt. ff. de ijs, qui deic. vel effud. l. ſi vero. §. ſi id quod. & de flu. l. j. in fin. & quod vi aut clam. l. comperit. §. fina. Sed quid ſi velit magis in rem reddere & eximere, quam duplum præſtare? Reſpon. non auditur: quia propter publicam vtilitatem hoc fuit ſtatutum: vt. j. eo. quod ideo &c. &. ff. de operis noui nuntia. l. prętor. &. ff. de leg. j. l. cætera. §. ſi duobus. Item nunquid hæc actio competit etiã ecõtra eum, qui bona fide iniunxit? Rñ. ſic: vt hic, licet cõtradixerint quidam [1]. Sed contra mala fide iniungentem, alia pręter hęc auxilia competũt: vt rei vendicatio, item ad exhibẽdũ, item furti, item furtiua conditio, item hæc actio de tigno iniuncto: vt. j. de act. §. ſic itaque. & ff. de tigno iniuncto. l. j. in ſi. & l. ſi. Accurſius.

1 Nec ob. l. de eo. in fin. ff. de do. inter virũ & vxo. quia ibi iure tantũ: hic vero et iure & voluntate domini refragante ędificatũ fuit.

b Appellatione. facit ad hoc. ff. de verb. ſigni. l. tigni. &. ff. ad exhib. l. gemma. & l. tigni. &. ff. de acqui. rerũ domi. l. adeo. §. cum in ſuo. Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona ſiue domuncula: vt ſubijcit, quod ideo &c. ad hoc. ff. de ver. ſigni. l. vrbana prædia. Quidam tamen contra. Item idem in vinea: vt. ff. de tigno iniuncto. l. j.

c Materia. vt cæmenta & lapides.

d Conſecutus. hic eſt contra. ff. de tigno iniũcto. l. ſi. Sed ibi non cum effectu fuit conſecutus duplum: quia licet exegit, non tamẽ percepit adhuc duplum: vt arg. ff. de ijs, qui deic. vel effude. l. perceptione.

e Vendicare. nulla temporis præſcriptione obſtante in rei vendicatione, vt. ff. de rei ven. l. in rem. §. fin. quia nec prius agere potuit: vt. C. de an. except. l. j. §. finali. Aliud ergo ſi mala fide iniunxit: quia tũc agere potuit, vnde xxx. an. repellitur à rei vendicatione *: vt. C. de præſcrip. xxx. ann. l. ſicut. ADDITIO. Quam commoditatem non ex ſua mala fide, ſed ex negligentia nõ petentis conſequitur: alias eſſet abſurdum ſecundum omnes doctores hic.

* Sic dolo ſi conditio melior eſt, quã nõ doloſi, quia doloſus vtitur beneficio pręſcriptiõis: nõ doloſus vero nequaquã, ſecundum por. Aegi. per.

Ex diuerſo. CASVS. Dicit Iuſtinianus, quod ex diuerſo ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domũ ædificauerit, dominium illius fit, cuius eſt ſolum. Sed certe in hoc caſu ſecus eſt, quam in prædicto. nam dominus materiæ proprietatem eius amittit: nam volũtate eius, materia alienata intelligitur. & hoc eſt verum, ſi non ignorat ſe in alieno ſolo ædificare. & ideo licet poſtea domus diruta ſit, materiam tamen ſua voluntate alienatam vendicare non poterit. Sed pone, quod ille qui in alieno ſolo bona fide ex ſua materia ædificauit, ſit in poſſeſsione illius ædificij. & dominus ſoli ab eo vẽdicet ædificium: quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, certe illud cõſtat, quod ſi ædificatore cõſtituto in poſſeſsione, dominus ſoli petat domum ſuam eſſe: & non ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorũ: poterit per exceptionem doli mali repelli, & hoc verum, ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor. Nam alias ſi ipſe contra dominum vendicantem excipiat: dñs contra eius exceptionem ope replicationis iuuabitur. Sciẽti enim alienum ſuadum eſſe, propria culpa obijci poteſt: videlicet quod temere ædificauit in eo ſolo, quod intellexit alienum eſſe. & ideo beneficiũ retentionis nõ habebit. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ. §. ſi Titius. Franc. de Are.

f Intelligitur. ſic C. de edic. priua. l. ſi is contra quem. Accurſius.

g Nõ poteſt. quę alienata eſt, nõ poteſt vendicari. Sed cõtra. C. de rei vẽ. l. ij. in fine. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit: hic de ſua in alieno. Quare dic, aut de mea materia, & in meo ædifico: & tunc planũ eſt. aut de aliena in meo: vt. s. proxi. §. aut de mea in alieno: vt hic, aut de aliena in alieno: vt in dicta. l. contraria continetur.

Aedificari poteſt quadrupliciter.

Impẽſæ in alienis negotijs factæ qualiter recuperantur.

h Fabrorum. i. magiſtrorum de lignamine, vel murorum. ſic. ff. de eo, quod cer. lo. l. iij. §. item Iulianus.

i Per exceptionem. quæ locum habet vbicunq; æquum ſit exceptionem locum habere, ſiue alia competat, ſiue non: vt de except. do. l. ij. §. & generaliter. & arg. j. eo. §. literæ.

k Bonæ fidei. ſ. ab initio & ex poſtfacto cum ædificauit. nam ſi ante, quam ædificet, ſit bonæ fidei: & cum ædificat malæ fidei ſit: eligitur quædam media via: ita vt neque vt malæ fidei puniatur, neque vt bonæ fidei expenſas conſeruet: quia permittitur abraſio: vt. ff. de rei vendica. l. Iulianus. lib. viij. Digeſtorum ſcribit, ſi in aliena. quæ eſt huic contraria. & facit ad hoc. ff. de mino. l. intra vtile. §. vendentibus.

† Sane ſũptus neceſſarios poſſeſſor malę fidei ſeruat per exceptionem doli in iudicijs in rẽ ſpecialib9 l. domum. C. de rei vendi. l. in fundo. ff. eod.

l Aedificauerit. cum de nouo ædificat. Et vt hæc plene ſciãtur dic, dum impendit in rem alienã, aut ſuo, aut meo nomine. Primo caſu loquit̃ ille titu. de nego. geſt. & ff. & C. eo. tit. Si meo: tũc aut fructuum gratia, & tunc ex fructibus deducitur, alias nullus fructus intelligitur: vt. ff. ſol. ma. l. fructus. &. ff. famil. erciſ. l. fundus qui [2]. Aut cauſa rei ſeruandæ: tunc aut de nouo faciendo, aut non. primo caſu ſi bona fide, habeo exceptionem: non actionem, ſecũdum Ioan. vt. s. proxi. & ff de cõdic. inde. l. ſi in area. & ff. de doli mal. excepi. l. Paulus. ſed M. etiam actionem dabat. & eſt pro eo. ff. de peti. hære. l. hæreditas. §. j. & ff. ſi pars hære. peti. l. fina. & C. de rei ven. l. ij. & l. domum. Sed ibi ipſo geſto negotium fuit hæreditarium: quod neceſſe habuit facere vnde actionem dabat. Sed Io. cõtra, vt dictũ eſt. & facit etiam pro eo. ff. de rei vendi. l ſumptus. & ff. de act. emp. l. idemq;. & ff de peti. hære. l. plane. [3] Si vero mala fide, tunc nec excipiendo, nec agendo cõſeruo, vt hic: nam neminẽ mihi volui obligare: vt. ff. cõmu. diui. l. in hoc iudicium. ſecũdum Io. ſed M. etiam dabat negotiorum

2 Eſt tamen differẽtia ſecũdum An. quia per pe. hære. malę fidei poſſeſſor non deducit expẽſas ſi fructus nõ extẽt, ſed bonę fidei ſic.

3 Si tamen ius in rem vel cauſam habeat à domino vt eſt emphytheuta, colonus & ſimiles, repetit: niſi probetur qđ animo donandi fecerit ſecũdũ Ang. hic.

goſtorũ geſt. actionẽ: vt. ff. de neg. geſ. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. C. de rei ven. l. ij. Sed ibi loquitur, quando ex aliena materia, & in alieno impẽditur: vt ibi plene notatur. Si vero in reficiendo, aut bona fide: & tunc neceſſarias & vtiles per doli exceptionem, voluptuarias ꝑ abraſionẽ ſeruamus: niſi dñs vellet tantũ dare, quantũ poſſet habere his ablatis et corraſis. vt. ff. de rei ven. l. in fundo. Si vero mala fide: neceſſarias ꝑ officiũ iudicis, cũ tñ poſsideo, vtiles per abraſionẽ cõſeruo, voluptarias nullo modo: vt. C. de rei vẽ. l. domum. Hinc eſt quod dixit Bul. his, qd' expẽſas recuperã quoq; per a. i. ꝑ actionẽ: vt. ff. de ne. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. Item per e. i. ꝑ exceptionẽ: vt hic. Itẽ & per o. i. per officiũ iudicis: vt per. l. C. de rei ven. l. domũ. vt modo diximus. Et hæc in rei ven. locũ habẽt. In petitione vero hereditatis bonæ fidei poſſeſſor ſeruat omnes: at malę fidei poſſeſſor neceſſarias & vtiles ꝑ officiũ iudicis, alias per exceptionẽ doli re exiſtẽte meliori, in qua factę ſunt: voluptuarias vero abradit: vt. ff. de petitio. hære. l. plane in certis.

Impenſæ neceſſariæ, vtiles & voluptuariæ.

Expenſas recepto per a. e. & o.

Plantæ & ſata eius ſunt, in cuius ſolo ſeruntur; ſunt plantantur: modo radices immiſerint. bona fide tamen alienum inſerens fundum, doli mali exceptione oppoſita ſumptus, ſi quos fecerit, conſequetur.

Si Titius alienã plantam in ſolo ſuo poſuerit: ipſius erit. Et ex diuerſo, ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit: Mæuij planta erit: ſi modò vtroque caſu radices egerit. ante enim, quã radices egerit, eius permanet, cuius fuerat. Adeò autem ex eo tẽpore, quo radices egerit plãta, proprietas eius commutatur [a]: vt ſi vicini arbor ita terram Titij preſſerit, vt in eius fundum radices [b] egerit: Titij effici arborem dicamus [c]. ratio [d] enim non permittit, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quàm cuius in fundum radices egerit. Et ideo propę confinium arbor poſita, ſi etiam in vicini fundũ radices [e] egerit: cõis fit.

Qua ratione autẽ plantæ, quæ terræ coaleſcũt, ſolo cedunt [f]: eadem ratione frumenta quoque, quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. Cæterùm ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit, ſi ab eo dominus petat ædificium: defendi poteſt per exceptionem doli mali, ſecundum ea, quæ diximus [g]: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qui alienum fundum ſua impenſa bona fide conſeuit [h].

Scriptura quantumuis pretioſa cedit impoſitæ chartæ: tabulæ tamẽ picturæ ſuperimpoſitæ cedit.

Literæ quoque licet aureæ ſint, perinde chartis [i] membranis've [k] cedunt ac ſolo [l] cedere ſolent ea, quæ inædificantur, aut inſerũtur. ideoq; ſi in chartis mẽbranis've tuis carmen [m] vel hiſto-

Si Titius. CASVS. Domine, Titius eradicauit plantam Mæuij: & illam in ſolo ſuo plantauit. modo quæro à vobis, quis cenſetur dñs illius plantę? Ad hoc rñd. Si Titius plantã Mæuij in ſolo ſuo plantauerit, ipſius Titij planta efficit. Et ſimiliter in caſu conuerſo, ſi Titius ſuã plantã in ſolo vicini plantauerit, dominiũ plantæ vicino acquiſitũ intelligit. & hoc eſt verũ in vtroq; caſu, ſi planta radices egerit. Nã ante emiſſionem radicũ, eius permanet, cuius antea fuerat. Intantum aũt ex eo tempore, ex quo planta radices emiſit, proprietas ipſius plãtæ transfert, vt ſi arbor Mæuij in terram Titij radices egerit, arbor per emiſsionem radicum intelligatur eſſe Titij. Ratio enim naturalis non permittit, vt arbor alterius eſſe dicatur, quã eius, in cuius fundũ radices egerit. vnde arbor prope confinium duorum fundorũ poſita, ſi in vicini fundũ radices emiſerit, per emiſsionem radicum cõmunis erit. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. qua ratione.

a Commutatur. ſed videtur non cõmutari: cũ primo dño rei ven. def.: vt. ff. de rei vẽ. l. ſi frumentũ [1]. §. de arbore. quæ eſt cõtra. Sol. licet ibi dicãt Varus & Neruа, Damus: non tamẽ ſequitur, ergo nos damus, vel damus de æſtimatione, ſed non de planta: vt diximus. ſ. eo. §. plane, ſi longiori tempore.

[1] Hodie incipit, idem Põpo. ſcribit ſi frumentum.

ADDITIO. Et hæc vltima communiter approbatur.

per. l. in rẽ. §. itẽ quæcunq;. ff. eo. de rei ven. Chriſtoph.

b Radices. omnes, vt differat à ſequenti.

c Dicamus. imo videtur eius, in cuius fundo originẽ duxit: vt. ff. arb. fur. cæ. l. ſi plures. §. fi. Sol. hæc corrigit illam [2]. Vel dic ibi, poterat viuere arbor ex fundo primo. hic nõ. Vel efficitur [3] Titij pro parte. ſ. vt hic: nõ in totum, vt ibi.

[2] Dic hoc non tenetur quia legum correctio eſt euitãda. An.

[3] Iſta eſt vera vt tenet glo. in d. §. fi. ſecũdum Ang.

d Ratio. facit. ff. eo. & de acqui. rer. do. l. adeo. in fi. et. l. ſeq. & l. qua ratiõe.

e Radices. pro parte.

Qua ratione. CASVS. Domine, Titius ſeminauit frumentũ ſuũ in ſolo vicini: modo quæro quis intelligitur eſſe dñs illius frumẽti. Ad hoc rñ. Amice, eadẽ rõne, qua diximus, ꝙ plãtæ, quę in ſolo alterius radices egerũt, ſolo cedũt: eadẽ ratione frumẽta, quæ in alterius ſolo ſeminata ſunt ſolo cedere intelligũtur: et per cõſequens dño ſoli iure acceſsiõis acquirũtur. & ſicut ſ. diximus, ꝙ ille, q in alieno ſolo ædificauit, ſi dñs ſoli ab eo vẽdicet ędificiũ, tueri ſe poterit aduerſus dñm vendicantẽ per exceptionẽ doli mali, niſi ꝑtiũ materiæ, & impenſas in ędificio factas dñs paratus ſit ei refundere: ita qui in alieno fundo bona fide ſuis impenſis ſeminauit: ſi dominus fundi ab eo vendicet frumentum eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poterit. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. Literæ quoque. cuius caſus planus eſt, vſque ad illum. §. ſi quis. Franciſcus Accurſius.

f Solo cedunt. vt. ſ. proxi. §.

g Diximus. ſ. eodem. §. certe. Sed quid ſi aliquis ex ſemine meo in alieno fundo ſeminauit, contra quem agam? Reſpon. contra ſeminantem non. quia non poſſidet, nec dolo fecit, quominus poſsideret. Item nec contra poſsidentem: quia eius facto nihil actum eſt. Sed tamen dic eum teneri inſtar tigni iniuncti, qui tenetur etiam ſi poſitum ab alio habeat, vel teneat: vt diximus ſupra eodem. § cum in ſuo. per legem. ff. de ijs, qui deiec. vel effu. l. ſi vero. §. ſi id quod poſitum. Et eadem quæſtio fit in plantatis: & eodem modo ſoluitur: cum ſit ratio ſimilis: vt. ff. mandat. l. Lucius. §. primo. in fine.

Si qs ſeminauit ex ſemine meo in alieno fundo agã contra dominũ fundi.

h Conſeuit. i. plantauit, vel ſeminauit.

i Chartis. vt de bombice: vt ſunt hæ, quę de Piſis veniunt. Accurſius.

k Membranisve. quæ de membris animalium eripiuntur.

Membrana vnde dicitur.

l Solo. vt. ſ. eo. §. cum in ſuo.

m Carmen. metrice.

Hiſtor

riam [a], vel orationem [b] Titius ſcripſerit: huius corporis [c] non Titius [d], ſed tu dominus eſſe videris. Sed ſi à Titio petas [e] tuos libros, tuas ve membranas, nec impenſas ſcripturæ ſoluere paratus ſis: poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali: vtique ſi earum chartarum membranarum ve poſſeſsionem bona fide [f] nactus eſt.

Titulo & bona fide alienum fundum poſſidens, perceptos fructus ſuos facit: malæ fidei verò poſſeſſor, etiam conſumptos reſtituit.

Si quis in aliena tabula pinxerit [g]: quidā putant, tabulam [h] picturæ cedere: alijs videtur picturam, qualiſcunque ſit, tabulæ cedere [i]. ſed nobis videtur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim, picturam Apellis, vel Parrhaſij [k] in acceſsionem viliſsimæ tabulæ cedere. Vnde ſi à domino tabulę imaginem poſſidēte is, qui pinxit, eam petat [l], nec ſoluat pretium tabulæ: poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. At ſi is, qui pinxit, eam poſſideat: conſequens eſt, vt vtilis actio [m] domino tabulæ aduerſus eum detur. quo caſu, ſi non ſoluat impenſam picturæ: poterit per exceptionē doli mali repelli, vtique, ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit ille, qui picturā impoſuit [n]. Illud enim palā eſt, quòd ſiue is, qui pinxit, ſurripuit [o] tabulas, ſiue alius [p]: competit domino tabularum [q] furti actio.

Bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos: nec eos conſumptos cogitur reſtituere: ſecus ſi fuerit malæ fidei. Aretin.

Si quis à non domino, quem dominum eſſe crediderit, bona fide [r]

a Hiſtoriam. noui & veteris teſtamenti. idem dicā in fabula vel romantia, vel quolibet libro proſaico.

b Orationem. ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

c Corporis. id eſt, libri.

d Non Titius. ſ. ſcriptor bonę fidei.

e Petas. directa in rem.

f Bona fide. ſi autem mala, laborem donaſſe videtur: vt ſ. eodē. §. certe. Sed nunquid actionem ſcriptor habet reddito libro [1]? Rñd. ſic, ſi bonā fidē habuit, actionē dico, ſcilicet in factū: vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item ſi quæcunq;. ſi malā fidē habuit: non habet actionem: quia nec exceptionē habet, vt hic. Sed cum hodie p̄tioſior ſit ſcriptura, q̄ charta, nūquid mutatur hoc? Reſpondent quidā vt Azo, quod ſic: Nos quod non [2], argu. C. de teſta. l. ſancimus. & C. de appella. l. præcipimus. in fi.

g Pinxerit. ſiue bona fide, ſiue mala fide, ſecundum Pla. nos cōtra: quia bona fide: vt. j. eod. §. ibi, vtique &c.

h Tabulam. quid ſi in marmore? Rñ. contra ſeruari forte. Arg. tamen contra. j. de teſta. § pe. ADDITIO. Sed ibi loquit̃ in re ſeparabili à materia, hic ſecus. Et ideo non actionem, ſed exceptionē habet per illum tex.

i Cedere. ff. de rei vendi. l. in rē. §. ſed id quod in charta. contra. Sol. hæc corrigit illam. Vel diſtingue *, an pretioſior ſit illa ſcriptura, quā tabula, ſecundū P. qui ait locum habere, quod hic dicitur, ſi pictus eſt homo, non vrſus: bono * colore non atramento.

ADDITIO. Dic q̄ glo. bene loquitur in hoc, ſed male in eo, q̄ dicit de vrſo: quia depictum ſemper exornat materiam, dummodo ſit honeſtum, ſecundum Chriſtophor. hic.

k Apellis [3] vel Parrhaſij propria nomina pictorum.

l Eam petat. ſ. directa rei vendicatione: vt. ff. de acquir. rer. domin. l. qua ratione. §. ſed non vt literæ. ſecundum Azonem.

m Vtilis actio. in re non directa: quia deſijt dominus eſſe. & ſic eſt mirabile, q̄ non dominus à domino vendicat, ſic contingit alias in publiciana in quibuſdam caſibus: vt no j. de actio. §. aliæ.

n Impoſuit. hoc mirabile contingit hic, q̄ conditio poſsidentis eſt deterior, quām petentis. alias contra: vt j. de interdict. §. cōmodum. ſic & alias. ff. de noxali. l. ſi quis à multis. & ff ſi ex noxa cauſa aga. l. j in fin. & l. ij. & ff. de peti. hæred. l. cum idem. Sed ad hoc reſpond. q̄ in cauſa noxali eſſe poterit, quod ſecūdo agens non probabit. Item in petitione hæreditatis, ſi bona iura habuit in vincendo, hæc eadem habuit in defendendo: & ſic non eſt eorum cōditio deterior. Item cum hic habeat actionē pictor, ſi non poſsideat: multo magis exceptionē debet habere ſoluto pretio: vt. ff. de ſuperfic. l. j. §. quod autem. & ff. de regu. iur. l. cui damnos. Sed nūquid domino quondam tabulæ eidem conceditur, ſi poſſideat, ſi pretium picturæ ſoluat? Rñd. Ro. q̄ ſic: cum ſibi actio detur. Ego cōtra: vt ſit differētia inter dominum & pictorē. Item quis præfertur, ſi ambo contra extraneum poſsidētem agant? Rñd. is, qui directā habet actionem, id eſt, pictor, ſecundū Ioan. Sed nunquid ſi tabula fuerit abraſa, remanet pictoris? Reſpond. ſic: vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quęcūque. verſic. & quod ſemel. Sed quare aliud in picturis, q̄ in ſcripturis? Rñd. quia pictura pretioſior * eſt, quàm ſcriptura, ſecundū Ioā.

o Surripuit. ante, quam pingeret.

p Alius. poſt picturam.

q Tabularum. etiam, ſubaudi. nam & pictori cōtra extraneum furem datur, ſecūdum Azo. Vel melius (vt mihi videtur) hic loquitur, quando fuit ſurrepta ante, quam eſſet picta, ſed etiam contra dominum tabulæ ſibi ſurripientem poſſet dari pictori furti actio, facto furto tabula iam picta: vt infra de obligation. quæ ex delict. naſcuntur. §. aliquando.

Si quis. CASVS. In hoc. §. dicit Iuſti. quod ſi emerit aliquis fundum bonæ fidei à non domino, quem tamē ipſe crediderit dominum eſſe, vel cauſa donationis, vel qualibet alia iuſta cauſa, quæ ad dominij trāſlationem ſufficiat, bona fide accipiat: iure gentiū, quod naturali ratione introductum eſt, fructus quos inde receperit pro cultura, ſuos facit. vnde verus dominus, ſi poſtea vendicans ab eo fundum, qui eum emerit: de fructibus ab eo conſumptis aduerſus eum agere nō poterit, ſecus eſt in malæ fidei poſſeſſore. Nam ille, qui ſciens alienum fundum poſſederit, fructus ſuos non facit. vnde ſi dominus fundi ab eo fundū vendicauerit: non ſolum fundum, ſed etiam fructus cum fundo, licet ab eo cōſumpti ſint, cogitur domino reſtituere. Et hęc dicuntur vſq; ad illum. §. is vero.

r Bona fide. quę in initio exigitur. ſ. vt credat ſibi dātem habere ius diſtrahendi: vt. ff. de vſuris. l. qui ſcit. §. fin [4]. Nec obſt. quod eſt. ff. de acquir. rer. domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium. quia ibi opponendo loquitur, non ponendo.

1 Si autem ſit ſcriptor ad mercedem: & ſibi de ſuo labore nō ſatis fiat, pōt retinere quouſq; ſatisfiat, vt no. glo. in. l. ſi non fortē. §. ſi centū. & ibi Bar. & Bal. de condi. inde. & Cy. & doct. in l. ſi. C. cō mo. An.

2 Et bene ſecundum An. hic, per illum tex.

* Hæc vera, nam tā in pictura, quā in ſcriptura inſpicitur, q̄ eſt pretioſius. ſecundum Ang. Aeg. per.

* Bene loquitur de colore & atramēto, ſed de homine & vrſo non, quia nō eſt quærēdū quid ſit pictum modo ſit honeſtum: ſecundum F. Aeg p.

3 Apellis & parrhaſij meminit Plin. lib. nat. hi. xxxv. c. x. & alijs item locis.

Vendicat aliquando non dominus à domino.

Pictura pretioſior eſt ſcriptura.

* Hęc ratio non videtur perpetua: quia ſcriptura pretioſior eſſe poteſt & carior ſecundum Fa. Aegi. per.

4 Dic hoc verū in alijs contractibus præterquā in emptionibus: quia in illis requiritur, q̄ duobus tēporib⁹ habeat bonā fidē: videlicet tēpore contractus & tempore traditionis. vt eſt text. in. l. ij. ff. pro emptore. & q̄ ſit rō differentię. ibi not. Ang.

Iuſta.

fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iuſta [a] cauſa ęquè bona fide acceperit: naturali ratione [b] placuit, fructus [c], quos pcepit, eius eſſe pro cultura [d] & cura [e]. Et ideo ſi poſtea dominus ſuperuenerit, & fundũ vẽdicet: de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt [f]. Ei verò, qui alienum fundum ſciẽs poſſederit, nõ idẽ [g] conceſſum eſt: itaq; cum fundo etiam fructus, licet conſumpti ſint, cogitur reſtituere [h].

Fructus à ſolo ſeparati fructuarij fiunt: nõ etiam pendentes: ideo nondum perceptos ad hæredes non transfert.

Is verò, ad quem vſuſfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe [i] eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis [k] deceſſerit: ad hęredes eius non pertinent: ſed domino [l] proprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono [m] dicuntur.

Fœtus, lac, pilus & lana ſunt in fructu pecudum: partus verò ancillæ non dicitur in fructu: & ideò non pertinet ad fructuarium ancillæ. Aretinus.

In pecudum fructu etiã fœtus [n] eſt: ſicuti lac, pilus [o], & lana: itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & ſuculi [p] ſtatim naturali iure [q] dominij

a Iuſta. cum multæ ſint cauſæ ſiue tituli acquirendi: vt in. ff. colligitur in varijs titulis ſub titu. de vſucap. vſque ad titulum, de re iudi. idem tamen & ſi titulum non habeat: vt argu. ff. finium regun. l. iiij. §. poſt litẽ. verſicu. ſed ante.

b Naturali rõne. id eſt, iuregentium, de quo loquiẽ hic ti. cui naturalis inſita ratio eſt.

c Fructus * . ſ. induſtriales aliud in naturalibus: vt. ff. de vſufr. l. fructus. Nec obſtat. ff. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. in prin. quod enim ibi dicit omnes, exponitur ſiue facto poſſeſſoris, ſiue alterius pcepti, induſtriales tamen: vt. ff. de vſur. l. qui ſcit. §. ꝑterea. Sed naturalibus fructibus conſumptis, an teneatur poſſeſſor? Rñ. Non teneẽ poſſeſſor rei vendicatione: quia non poſsidet, nec dolo deſijt poſsidere ſed cõdictione ſine cauſa tenetur inquantũ locupletior eſt. argum. ff. ſi certum petatur. l. ſi & me. ADDITIO. Sed ſi non ſit effectus locupletior, nõ tenetur: niſi eſſet malæ fidei. Ang.

d Pro cultura. vt ſegetes.

e Et cura. vt lac, & pilus, & lana.

f Non poteſt. nec ad pretium: vt. j. de offic iudi. §. & ſi hæreditas. verſ. ſi vero. & ff. finium reg. l. iiij. §. poſt litem. verſic. ſed ante. ſi tamen extant, non rei vendicatione, quia percipientis ſunt, ſed officio iudicis tenetur reddere: vt. C. de rei vendi. l. certum. §. bona fide.

g Non idem. vt faciat fructus ſuos.

h Cogitur reſtituere. diſtingue tamen: quia ſi habet titulum malę fidei poſſeſſor, de conſumptis cõdictione ſine * cauſa: de extantibus rei vendicatione tenetur, de percipiendis propter titulum excuſatur: vt. C. de rei vẽdi. l. ſi fundum. niſi in quatuor caſibus. Primo, quando emit ab eo, quem ſcit vendere in fraudem creditorum: vt. ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Secũdo, quando emit ab eo, qui metu compulſus eſt, vt. ff. quod metus cau. l. ſed & partus. Tertio, quando emit contra interdicta legum ſciens: vt. C. de agr. & cenſ. l. quẽadmodum. lib. xj. Item in quarto, ſcilicet quando emit à fiſco non ſolenniter vẽdente: vt. C. de fide inſtr. & iur. haſtæ fi. l. j.[1] Iſti quatuor caſus etiam not. ff. quod met. cau. l. ſed & partus. & l. ſi fundum. C. de rei vendi. Si non habet titulum, de conſumptis cõdictione ſine cauſa de extantibus rei vendicatione: vt. C. de condi. ex lege. l. pe. C. de rei vendi. l. ſi fundum. de percipiendis officio iudicis. ff. de rei vendi. l. ſi nauis. §. fina.

Is vero. CASVS. Domine, Titius habet vſumfructum in vniuerſitate fundi: modo quæro à vobis, quando Titius vſusfructuarius dominus fructuum eſſe intelligatur? Ad hoc rñ. Amice, iſte ad quẽ vſusfructus pertinet: nõ aliter dominus fructuũ effici intelligitur, quã huiuſmodi fructus ipſe perceperit, & in horreo ſuo repoſuerit: & ideo ſi vſusfructuarius maturis fructibus, et à ſolo ſeparatis, nondum tamen in horreo ſuo repoſitis deceſſerit, ad hæredem ſuum huiuſmodi fructus non tranſmittit: ſed domino proprietatis morte vſufructuarij acquiruntur. Et quæ de vſufructuario diximus, eadem fere & de colono, qui nummis colit, intelliguntur. Sed pone, ꝙ aliquis habeat vſumfructum in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modo quæro, quid intelligitur eſſe in huiuſmodi vſufructu? Ad hoc reſpond. Amice, in pecudũ fructu etiam fœtus eſt: ſicut lac, pilus, & lana. vnde dico tibi, quod agni, hœdi: & ſuculi, & equuli ſtatim cũ æditi fuerint, naturali iure in dñio vſufructuarij eſſe intelliguntur. ſed ſecus eſt in eo, qui habet vſumfruct. ancillæ: quia ad dominum proprietatis pertinet. Sed domine, ꝓ Deo quare nõ fuit ſtatutum partũ ancillarũ eſſe in vſufruc. ſicut fœtus pecorum? Ad ho: rñ. Amice, optima ratione hoc ſtatutum fuit. Abſurdum enim videbatur hominem in fructu eſſe: cum omnes fructus hominis gratia, ipſe Deus adinuenerit. Sed ſi aliquis vſumfructum gregis habeat, & aliqua ouis perierit: vſufructuarius in locum demortuorum animalium ex fœtu ſubmittere debet. & ita Iuliano viſum eſt. Et ſimiliter qui habet vſumfructum vinearum vel arborum, alias ſubſtituere debet. Recte enim colere debet fructuarius, & quaſi bonus paterfamilias vti. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ. §. theſauros. in quo Iuſti. determinat qualiter per inuentionem dominium acquiritur de iuregentium: & caſus planus eſt vſque ad illum. §. per traditionem. Franc.

i Ipſe. alio enim percipiente non fiunt ſui [2], ſed fiunt bonæ fidei poſſeſſoris: etiam ſi eos alius percipiat: vt ff. de vſur. l. qui ſcit. §. præterea. vel aliter ſi iſte percepit, non etiam hæres eius. nec enim ad hæredem tranſmittit. Accurſius.

k Perceptis. vt ſi in horreo repoſiti * ſunt, facit ſuos fructuarius: ſed bonæ fidei poſſeſſor ſtatim, vt à ſolo ſeparati ſunt: vt. ff. quib. mo. vſusfruc. amit. l. ſi vſusfruc. Eſt & alia differentia: quia fructuarius facit ſuos naturales fructus, bonæ fidei poſſeſſor non: vt. ff. de vſufru. l. vſufru. legato & de vſur. l. fructus.

l Domino ſed per quam actionem? Reſpond. per rei vendicationem, cum dominus ſit: vel condictione ex hac lege.

m De colono. qui nũmis * colit. nam omnes fructus facit ſuos, vt vſufructuarius: ſed differũt, quia colonus talis facit fructus ſuos ſtatim, vt à ſolo decerpti ſunt: vt ff. de fur. l. ſi apes. §. fin. ſecus in vſufructuario, vt hic dicitur. Vel dicas de partiarijs * : vt. ff. loc. & condu. l. cũ in plures. §. meſſem. ſecundum Azo. Itẽ dicit fere, propter aliud: quia colonus tranſmittit ad hæredem: vt. j. de loca. & condu. §. fina. ſed fructuarius non, vt hic.

n Fœtus. quaſi dicat, ita fœtus ſicut &c.

o Pilus. bouis vel etiam caprarum, ad borrã ſellarũ.

p Et ſuculi. id eſt, parui ſues.

q Naturali iure. id eſt, gentium, de quo loquitur. ſ. eodem § ſinguloꝝum.

* Fructus induſtriales qui nõ prouentũt ſine hominis induſtria, vt vinum, oleũ, frumentũ. Naturales vero q ipſa natura ꝓueniunt, vt poma, fœnũ. Aegi. per.

* Condictio ſine cã competit quoties aliquid eſt, vel fuit apud te ſine cauſa, qđ mea intereſt habere. ff de cõdi. ſine cauſa per totũ Aegi. per.

1 Hoc procedit q̃ ille emit circunſcripta ſolennitate iuris: ſecũdũ Chriſto.

2 Et eſt ratio q̃a vſufructuarius admiculum facti deſiderat: vt. l. j. ff. quando dies vſu. lega. ce. nec ſola naturalis poſſeſsio, quã habet ſuffi cit ad acquirẽdum ſine ſeparatione nomine ſuo facta. ſecundum Ang.

* Idem eſt ſi nõ eſſent in horreo ſed tamen eſſent plene recepti, vt quia excuſſi à ſpicis ſecundum Por. Aeg. per.

Colonus et vſufructuarius differũt.

* Colon9 q ſub certa annua mercede pecunia numerata agros ſuſcepit colẽdos. Aegi. per.

* Partiarij ſunt q terram colũt ꝓ parte dimidia vel tertia vel alia, ſecundum fertilitatem terræ, aut ſterilitatem. Aegi. per.

Pertinet

fructuarij ſunt. Partus verò ancillę in fructu nõ eſt: itaque ad dominum proprietatis pertinet [a]. Abſurdum [b] enim videbatur, hominẽ in fructu [c] eſſe: cum omnes fructus rerum natura [d] gratia hominis comparauerit.

Debet vſufructuarius gregis de fœtibus ſubmittere in locum demortuorum: & ſimiliter arbores & vites in locum demortuarum. Aretinus.

Sed ſi gregis [e] vſumfructum quis habeat: in locum demortuorum capitum ex fœtu [f] fructuarius ſubmittere [g] debet (vt et Iuliano viſum eſt) & in vinearum demortuarum, vel arborum locum, alias debet ſubſtituere. Rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamilias vti debet.

Theſauris vel in ſuo, vel in religioſo, vel in ſacro loco inuentus efficitur inuentoris: in alieno vero caſu fortuito inuentus, ſolùm pro dimidia efficitur dominus inuentor: & dominus ſoli pro alia dimidia. Aretinus.

Theſauros [h], quos qs in loco [i] ſuo [k] inuenerit, diuus Adrianus naturalem æquitatem ſecutus, ei conceſsit, qui eos inuenerit †. Idemq́; ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut religioſo [l] loco fortuito caſu [m] inuenerit. At ſi quis in alieno loco, nõ data ad hoc opera [n], ſed fortuitu inuenerit: dimidium domino [o] ſoli conceſsit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, ſi quis in Cęſaris loco [p] inuenerit: dimidium inuentoris, & dimidiũ eſſe Cæſaris ſtatuit. Cui conueniens eſt, vt ſi qs in fiſcali loco [q] †, vel publico [r], vel ciuitatis [s] inuenerit, dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci [t], vel ciuitatis.

Rerum corporalium traditio à domino facta ex cauſa ad dominij tranſlationem idonea, accipientem dominum facit.

Per traditionẽ.

a Pertinet. quantum ad plenam proprietatem: niſi etiam & in partu ſit vſusfructus legatus: vt. ff. de vſufruc. l. vetus.

b Abſurdum. ſic ff. de vſuris. l. in pecudum.

c In fructũ. ſ. vt ipſe ſit fructus: ſed tamen in eo relinquitur vſusfructus.

d Rerũ natura. i. Deus ſic. s. de iur. natu. in princ. vnde dicitur apud Ouidium. Pronaq; cũ ſpectent animantia cætera terram: Os homini ſublime dedit, cælumq; videre iuſsit: & erectos ad ſidera tollere vultus. Sic. ff. de ędil. edic. l. iuſtiſsime. & c. ff. de furt. l. qui vas. §. ex furtiuis. & c. ff. de peti. hære. l. ancillarũ.

e Gregis. grex eſt numerus decem ouiũ, vel quinque porcorum ſimul & congregatim conſiſtentium: vt. ff. de abigeis. l. oues. & facit. ff. de vſuc. l. rerum mixtura. §. tertium.

f Ex fœtu. Aliũ de enim non ſubmittit, ſecundum quoſdam, vel forte ſubmittet etiam aliunde: argu. ff. de vſufruc. l. qd ergo. §. ſed quod dicitur. in fin. ADDITIO. Hæc gloſ. communiter approbatur, vt non ſolum ex fœtu aliarum ſuppleat capita: ſed & opus habeat aliũ de quęrere, & ſupplere. Chri. & Ang.

g Submittere. quæ ſubmiſsio non fit, ſi in ſingulis capitibus ſit vſusfructus: vt. ff. eo. de vſufru. l. quid ergo. §. ſed quod dicitur. in fine.

h Theſauros. Eſt autem theſaurus, pecunia ab ignotis dominis vetuſtiori tempore abſcondita: vt. C. de theſauris. l. j. lib. x. in prin. vel depoſitio pecunię, cuius memoria non extat: vt. ff. de acquirẽ. rerum do. l. nunquam. §. theſaurus, quãdoque impropriè dicitur: vt. ff de acqr poſ. l. pegre. in prin. & ff. ad exhi. l. theſauros.

i Loco. alias ſolo.

k Suo. iure directo vel vtili: vt feudatarius vel emphyteuticarius vel ſimiles, licet Plac. aliud dixerit in his. Quid ſi mercenarius dum laborat in alieno: vel creditor in pignore inuenit theſaurũ? Rñ. dimidiũ eius eſt, in cuius fundo inueniũtur: & dimidium ſibi acquirũt: vt. ff. de acqui. re. do. l. ſi is qui. §. quod ſi creditor.

l Religioſo. vt. ff. de iure fiſci. l. iij. §. ſi in locis. contra. Sol. hic corrigit ſecundum B. vel hic ſecũdum naturalem rationem: vt patet in litera: ibi, ſecundum ciuilem rationem, quæ pręualet: ſicut & in vſucapione contingit, ſecundum Ioan.

m Fortuito caſu. Caſus, eſt inopinatæ rei euentus ex diuerſis cauſis proueniens, ob aliud & aliud inceptis.

n Non data ad hoc opera. alias totum domino reddiatur. in ſuo tamen loco poteſt operam dare: nõ tamen magica arte, alias eſſet fiſci: vt. C. de theſau. l. vnica. lib. x. Accurſius.

o Domino. ſed per quam actionem? Reſpon. per rei vendicationem, cum dominus ſit: vel ex condi. ex hac lege. ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ nõ cedit emptori, ſed remanet reconditoris. Ange. An autẽ ſufficiat ſolus oculorum aſpectus: vel etiã requiratur apprehenſio, & quis præferaſ: vide per Chriſtophorũ hic.

p In Cæſaris loco, ſcilicet patrimoniali.

q Fiſcali loco. nõ tamen publice deputato. Accurſius.

r Vel publico. id eſt, publice deputato.

s Ciuitatis. quæ loco priuatorum ſunt: vt. ff. de verb. ſignifica. l. eum qui vectigal.

t Fiſci. ſed ſi fiſci partem ſuppreſſerit, totum cum altero tanto reddit: vt ff. de iure fiſci. l. iij. §. fina.

CASVS. Domine, iam vidi multos modos, per quos acquiritur dñium de iuregentiũ nunquid pluribus modis poteſt acquiri? Reſpon. q ſic. Per traditionem enim à dño factam, iure gentium quod naturali ratione introductum eſt, dominium nobis acquiritur. Nihil enim tam conueniens eſt æquitati naturali, quam voluntatem domini volentis rei ſuæ dominiũ in alium transferre, ratam haberi: & ideo cuiuſcunque generis ſit res corporalis, videlicet ſiue mobilis, ſiue immobilis, tradi poteſt: & à domino tradita alienatur. Et ideo ſtipendiaria & tributaria prædia per traditionem eodem modo alienari poſſunt. Sed domine, quæ dicuntur prædia ſtipendiaria & tributaria? Reſpon. Iuſtinia. Stipendiaria & tributaria prædia dicuntur, quę in prouincijs ſunt. Sed licet in Italia nõ ſint talia prædia (cum inter prædia prouincialia & Italica quãtum ad dominij tranſlationem ex noſtra conſtitutione nulla ſit differentia) tamen ſi Italica prædia ex cauſa donationis, vel dotis, vel qualibet alii iuſta cauſa ad dominij tranſlationem ſufficiente, à domino alij tradantur: ſine dubio transferuntur, ſicut prouincialia prædia, quæ eodem modo tradita fuiſſent. Sed licet dixerim tibi per traditionem transferri, hoc tamen non generaliter eſt verum: nam venditæ res & emptori traditæ à domino non aliter acquiruntur emptori, quam ſi emptor venditori pretium ſoluerit, vel alio modo eidem ſatisfecerit: puta dando ei fideiuſſorem, aut etiam pignus: & hoc cauet etiam lex duodecim tabularum. Rectè tamen dicitur de iuregentium hoc effici. Veruntamẽ ſi venditor neque pretio ſibi numerato, neque fideiuſſore,

1 Item decem homines cõſtituunt populũ vel turbam: tres collegiũ: duo cõgregationẽ & rixam. vt ca. j. extra de electio. ſecundum Chriſt. Et decẽ homines faciũt turbã. ff. vi bon. ra. l. prætor. §. j. & numerus charitum incipit conuiuiũ: muſarum vero numerus finit ipſum. i. nõ debẽt eſſe in conuiuio pauciores tribus nec plures. x. vt ſcribit Gel li. in noc. atti. et Macro. Aeg. Per.

2 Quid ſi cõcurrant vnus contra alterũ: vel ambo contra tertium: quid iuris. idem quid in vſufructuario vel ſi reperiaſ in fundo pręſcripto, ſeu dotali, vide p Ange. hic.

3 Qui ad hoc fodiẽdum nõ fuit conductus, alias ſecus: vt. l. qui, pprie. §. procurator: vt in l cæteris. ff. de procu. Ange.

4 Hoc eſt falſum: vt in l. is qui in alieno. §. n ſi. ff. de ac- qui. re. do. Ange.

† Huius rei meminit Spartianus in Hadriano.

† Et ſi partẽ ad fiſcũ pertinentẽ ſuppreſſerit, totum cũ altero, tantum cogitur ſoluere. l. iij. §. fin. ff de iure. fiſ. Aeg. per.

Quædam exemp. habent, in loco publico, vel fiſci, vel ciuitatis.

ſi fideiuſſore, vel pignore ſibi dato, fidem emptoris ſecutus, ei rem tradiderit: dicendum eſt ſtatim rem emptoris fieri. Sed pone, Procurator Titij de voluntate domini vendidit mihi equum Titij: & pretio numerato equum mihi tradidit: modo quæro, vtrum per traditionem à procuratore factam dominium equi videatur mihi acquiſitū? Reſpon. quod ſic. Nihil enim intereſt, vtrum ipſe dominus rem ſuā alicui tradat, an alius de voluntate eius: & ideo ſi alicui libera vniuerſorum negotiorum adminiſtratio à domino permiſſa fuerit: & ipſe adminiſtrator ex huiuſmodi negotijs aliquā rem vendiderit, & tradiderit: huiuſmodi rem per traditionē accipientis facit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. interdum. Franc. de Are.

Per traditionē quoq; [a] iure naturali [b] res nobis adquiruntur [c] nihil [d] enim † tam cōueniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem [e] domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. & ideo cuiuſcunq; [f] generis ſit corporalis [g] res, tradi poteſt, & à domino [h] tradita alienatur [i]. Itaq; ſtipendiaria [k] quoque & tributaria [l] prædia eodem modo alienantur [m]. Vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prędia, quæ in prouincijs [n] ſunt: inter quæ [o], necnon et Italica prędia, ex noſtra conſtitutione [p] nulla eſt differētia [q]. Sed ſiquidem [r] ex cauſa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur [s], ſine dubio trāſferuntur [t].

a Per traditionē quoque. nō ſolum inuentione: vt. ſ. §. proxi.

b Iure naturali. id eſt gentium: vt. j. §. proxi.

c Acquiruntur. cauſa præcedēte vera vel putatiua, vt indebitū: alias nō: vt. ff. eodem. l. nūquam. & infra hoc §. ibi. Sed ſi quidem &c.

d Nihil. imo Deo ſeruire. ſed hyperbolice loquitur, ſic. ff. de pac. l. j. in princ. & ff. de act. empt. l. ex empto. in prin. & C. de tranſac. l. non minorem.

e Voluntatem. dum tamen ſit legitima. nam cui bonis interdictum eſt, non alienat: vt. ff. de cura. fu. l. j. in principio.

f Cuiuſcunque. i. ſiue mobilis, ſiue ſoli.

g Corporalis. incorporales enim tradi non poſſunt: vt. ff. de acquir. rerum domi. l. ſeruus. §. incorporales.

h A domino. hoc quandoque fallit, & eius contrarium inuenitur verum: vt. j. qui. alie. licet vel non. Sed hoc eſt regulare, vt hic, & ff. eo l. traditio.

i Alienatur. i. dominium transfertur. Accur.

k Stipendiaria. ſ. quæ militibus pro ſtipēdijs dantur: vt. ff. de rei ven. l. item ſi verberatum. §. ij. & de euic. l. Lucius. & de acquir. rerum do. l. in agris.

l Tributaria. quæ tributa Romæ reddunt.

m Alienantur. per traditionem. ADDITIO Quæ quot modis fieri intelligatur, vide Ang. Et an per verbum tradidit, poſitum in teſtamento, probetur, vide Barto. & Chriſtopho. hic.

n In prouincijs. quaſi dicat, talia prædia non ſunt in Italia. Accurſius.

o Inter quæ. ſcilicet prouincialia.

p Conſtitutione. vt. C. de vſuca. tranſ. l. vnica.

q Nulla eſt differentia. ſcilicet quantum ad dominij tranſlationem: vt. C. de vſucap. transfor. l. vnica. ſed quantum ad tributa eſt differentia. C. de epiſc. & cleri. l. de his.

r Sed ſi quidem. vere nulla eſt differētia, ſed & ſi &c.

s Tradantur. ſcilicet ſtipendiaria prædia & tributaria. Accurſius.

t Transferuntur. ſcilicet prouincialia prædia, ſicut Italica. & eſt verum in omnibus, niſi ſcriptura neceſſaria ſit ſecūdū Ioan. vt. C. de ſuffra. l. vnica. §. quod ſi p̄dia. Item ſunt vera, ſi accipiens inducatur in vacuam poſſeſſionem, ſecundū quoſdam, vt. C. de proba. l. cum res. Ioan. contra: vt. ff. de fun. dot. l. ſi fundum. & de acquirē. rerum do. l. homo liber. §. quicquid. ſufficit enim induci in poſſeſsionem, licet non vacuam. Quod autem in dicta. l. de proba. dicitur demonſtratiue quod ſic euenerit. non cauſatiue dicitur.

Ita demum traditione rei venditæ emptor dominus efficitur, ſi aut pretium venditori ſolutum ſit, aut aliter ſatisfactum ſit, aut fides de pretio habita ſit: & quod per alium facimus, ipſi quoque facere videmur.

Venditæ † verò [v] res [x] & traditæ, nō aliter emptori adquirūtur, quàm ſi [1] is venditori pretium ſoluerit, vel alio modo ei ſatisfecerit: veluti expromiſſore, aut pignore [y] dato [z], quod quāquam cauetur ex lege [a] duodecim tabularum: tamen rectè dicitur, & iure gentium, id eſt, iure naturali [b] id effici †. Sed ſi is, qui vendidit [c], fidem emptoris [d] ſecutus fuerit: dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri [e]. Nihil [f] autem intereſt, vtrum ipſe dominus tradat alicui rē ſuā, an voluntate eius alius, cui eius rei poſſeſsio permiſſa ſit [g]. Qua ratione,

v Vero. pro ſed. Accurſius.

x Res. quę loco pignoris à venditore teneri poſsūt, vt. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri

y Pignore. quod ſic intelligo, ſi placeat vēditori aliud quam pretium accipere: alias non: vt ff. ſi certum petatur. l. ij. §. j.

z Dato. poterit ergo vendicare venditor rem, ſcilicet ſi non fuit de pretio ſatisfactum: vt. ff. de tribu. l. procuratoris. §. ſed & ſi dedit mercem. niſi emptor tunc pretium offerat: vt. ff. man. l. diligēter. § j. in ſin. & ff. de precario. l. ea quæ.

a Lege duodecim tabularum. quæ eſt ius ciuile: vt ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. non ſolum gentium [2].

b Iure naturali. ſic dictum, quod naturali ratione inductum fuit, vt. ſ. de iure natura. §. quod vero. & §. ſed naturalia.

c Vendidit. & tradidit.

d Fidem emptoris. quid ſi dedit diem ad ſoluendum? Reſpon. non facta ſolutione vendicat, ſecundum Ioā. vt de pac. inter emp. & vendi. l. commiſſoriæ. poteſt tamen contradici: quia aliud eſt ſimpliciter diem ſolutioni ſtatuere, aliud pactum legi commiſſoriæ [4] ponere. Item quid ſi ſimpliciter tradat? Reſpon. videtur ſequi fidem niſi contra ꝓbetur, vt quia forte dicebat emptor præſentem ſe habere pecuniam: vt argu. ff. de pig. act. l. ij. Et argu. contra. ff. de tribu. l. procuratoris. §. ſed ſi dedi.

e Emptoris fieri. niſi in caſibus: vt. ff. de iure fiſc. l. ſi procurator. §. fina. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor.

f Nihil. quod enim quis per alium facit, ipſe facere videtur: vt. ff. de vi & vi arma. l. prima. §. deieciſſe. & infra, de iniur. §. non ſolum. & ff. de iniur. l. item apud. §. feciſſe.

g Permiſſa ſit. vel ab ipſo domino, vel ab alio domini voluntate.

·:· Nihil tam naturale quam voluntatē domini rē ſuā in aliū transferentis ſeruari. de iure cano. trāſfertur beneficiū per ſententiam papę etiam ſine traditione vt in. c. ꝓpoſuit. cum gl. ſuper verbo, vacare. extra de cōceſ. prębē.

† In qua & tradens & accipiens conueniant: puta, quia ambo eam ſciant vel credāt ſub eſſe.

Prædia ſtipendiaria.

Prædia tributaria.

† Facit ad hūc. §. gloſſ ij. in cap. ſi. extra de pig.

·:· Nam & M. Cice. libro. ij. de Inuē. generaliter ſcribit, quæ vel natura vel conſuetudine iura fuerant probata, ea deinde legū metu ſancita eſſe neque tamen propterea deſinunt naturæ iura eſſe: & à mero ciuili iure ac legitimo diſferunt.

* Nā hæ res ꝓprie pignus nō ſunt: quia adhuc ſuę res ſiunt ſicut ante traditionē; ratio quia pignus & dominium nequeunt concurrere. l. neque pignus. ff. de reg. iur. Aeg. per.

[2] Ex quo non principaliter ſed approbatiue trāſfertur dominiū in quantum approbat ipſum contractū. dādo formā. vt nō aliter tranſeat, quā ſi fuerit de pretio ſatiſfactum Chriſto.

[3] In cōtrarium eſt veritas: quia tunc videtur habere fidē de pretio: & trāsfert dominiū etiā ſi proteſtatus eſſet ſe non conſidere vltra decem dies, ſecundum Ang.

[4] Pactum legis commiſſoriæ dicitur qñ aliqua res vēditur ea conditione quod niſi pretiū ſoluat ad certū diē, erit inempta: vt colligitur ex l. ij. ff. de le. cōmiſ. Aeg. per.

a Libera: ſecus in generali procuratore, qui non habet liberam: vt. ff. de procu. l. procurator cui. & l. procurator totorum. ſed M. diſtinxit inter procuratorem totorum bonorum, vt ibi: & vniuerſorum, vt hic.

ADDITIO. Dic plene per Bart. in. l. procurator cui generaliter libera. ff. de procura. & quando & quomodo dicatur libera conceſsio, vide per Bar. Ang.

ſi cui libera [a] vniuerſorū negotiorum adminiſtratio permiſſa fuerit à domino, iſq; ex his negotijs rem vendiderit, & tradiderit: faciet eā accipiētis.

Qui rem ſuam iamdudum alicui ex cauſa ad dominium minus idonea traditā, eidem poſtea iuſto titulo conceſſit, dominiū ſine noua traditione tranſtulit.

Interdum etiā ſine traditione, nuda [b] voluntas domini ſufficit ad rem transferendam: veluti ſi rem, quā tibi aliquis cōmodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit: poſtea aut vendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quāuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipſo, quòd patitur tuam eſſe [c], ſtatim tibi adquirit̃ proprietas, perinde, ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet.

Per traditionem clauium videtur traditum dominium mercium venditarum. Aret.

Item ſi quis [d] merces in horreo depoſitas [e] vendiderit ſimulatque [f] claues [g] horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem [h] mercium ad emptorem.

Etiam incertæ perſonæ fortuita à domino facta traditio dominium transfert: ideo miſſilia in vulgus iactata, & res pro derelicto habitæ, apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur, & quæ non, ſubijcitur.

Interdum. CASUS. Dixit ſupra, quod non ſolū traditione transfertur dominium: ſed etiā quandoq; ſine traditione nuda volūtas domini ſufficit ad dominiū rei ſuæ transferendum: veluti ſi Titius aliquā rem tibi accommodauit, aut locauit, aut apud te depoſuit. nā ſi prætereа eandem rem tibi vēdiderit, vel donauerit, aut dotis nomine dederit: quāuis eam rem ex cauſa venditionis, aut donationis, vel dotis tibi nō tradiderit: eo tamen ipſo, ꝙ ipſe patitur huiuſmodi rem tuā eſſe, ſtatim per eum dominium eius tibi acquiritur, ac ſi eo nomine tibi eam tradidiſſet, & idem contingit in alio caſu. Nam ſi quis vendiderit tibi merces in horreo ſuo depoſitas, & claues horrei tibi emptori traditæ ſunt: dominium tibi mercium acquiſitum intelligitur. Et non ſolum voluntate transfertur dominium, quando habet voluntatem transferendi in perſonam certā: ſed etiam aliquando voluntas domini ſufficit ad dominiū rei ſuæ transferendum in perſonam incertam, vt in tali caſu. Prætores vel conſules quando miſsilia, id eſt aurum, vel argentum in vulgus proijciunt: vt in multitudine populi ad huiuſmodi, miſsibilia concurrente, liberius poſsint pertranſire: licet ignorent, quantū quiſque accepturus ſit: tamen quia volunt vnumquenque eſſe dominum eius, quod acceperit, ſtatim accipientem dominum efficiunt. Et eadem ratione verius eſſe videtur, ſi aliquis rem pro derelicto à domino habitam occupauerit: ſtatim ipſum occupantem dominum fieri. Sed domine, dicatis mihi, quomodo dicitur quid haberi pro derelicto? Ad hoc reſpon. Amice, illud pro derelicto habetur, quod dominus tali intentione abiecit, vt illud amplius in numero rerum ſuarum eſſe nollet & ideo ſtatim cum abiecerit, dominus eſſe deſinit. vnde cum in nullius bonis ſit: de iure gentium occupanti cōceditur. Sed & alia cauſa proijciendi res eſt: vt quando in tempeſtate maris cauſa exonerandæ nauis eijciūtur: & idcirco in huiuſmodi rebus eiectis aliud ius ſtatuit. Nam huiuſmodi res in tempeſtate maris eiectæ remanent in dominio eorum, qui eas eiecerunt: quia verum eſt dominos eas non eo animo eieciſſe, vt amplius eas non haberent: ſed quo magis ipſi cum naue exonerata periculum maris euadere poſſent: & ideo ſi quis huiuſmodi res fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari conſecutus fuerit animo lucrandi: furtum committit, & actione furti tenetur. Non enim multum videtur diſtare ab illis rebus, quę de rheda currente dominis non videntibus cadunt. hoc dicit vſque ad finem. Franc.

Dominiū ſine traditione aliquādo trāſfertur.

b Nuda. ſ. à traditiōe. ſic. C. de pac. l. traditionibus. Item in alijs caſibus dominium ſine traditione datur: qui poſſunt his legibus notari. ff. de acquirē. poſſeſ. l. j. §. ſi iuſſerim, & §. idemque. & l. quod meo. §. ſi venditorem. & l. quarūdam. Item. C. de acquir. poſſeſ. l. minus. & C. de dona. l. j. & l. quiſquis. [1] Item ſi volens tibi tradere dominium: nomine tuo me cōſtituam poſsidere, vel conducam à te: vt. ff. de acquiren. poſ. l. quod meo. & de rei vend l. quædam mulier.

[1] Et an habēs inſtrumentū credici videatur conſtitutus procurator, vide Ia. luc.

c Tuā eſſe. ſi res eſt præſens: vt. ff. de rei ven. l. eius. & l. hæc ſi. Vel hic in vera vēditione, ibi in ficta: vt. ff. pro empt. l. ij. Item hoc eſt verum, ſi pretiū ſit ſolutum, vel ſatiſfactum: vt. ī. eo. §. venditæ.

d Item ſi quis. [2] hic eſt caſus, vbi ſine poſſeſsione tradita acquiritur dominium, et alios habes notatos. ff. de rei vendi. l. ſi ager. in gloſ. fina.

[2] Iſta gl. nō eſt Accurſij, imo eſt additio.

e Depoſitas. id eſt, repoſitas.

f Simulatque. [3] id eſt, ſtatim poſtquam, vt. ī. eodē. §. fere. & j. de emp. & vendi. in prin.

[3] Iſta etiā nō eſt Accur. cum ſeq. ſuper verbo claues. ſed ſūt additiōes: ideo caue ne eas alleges pro ordinarijs.

g Claues. aliter de conſuetudine Daciæ: in qua cum aliquis vult legare vel dare fundum eccleſiæ, ſumit parum terræ in panniculo, & ponit ſuper altare, & ita transfert dominium: vt extra de conſue. c. ij. Eſt autem caſus mirabilis, in quo ſine omni traditione, ſed ſola voluntate transfertur poſſeſsio & dominium ipſo iure: vt. C. de dona. l. quiſquis. vbi retentio vſusfructus in re donata inducit traditionem poſſeſsionis & dominij per quādam iuris fictionem. Item ſi relinquatur eccleſiæ vel ciuitati hæreditas vel legatum, vel ei res aliqua donetur, aut vendatur: ſtatim dominium transfertur ſine poſſeſsionis traditione. C. de ſacroſanc. eccle. l. vt inter diuinum.

h Transfert proprietatem. & poſſeſsionem. Et quod dixi de proprietate, verum eſt, ſi dominus eſt tradens: alias cauſam præſtat vſucapiendi, ſi hæc fiant corā horreo, & hoc propter præſentem * viſionem rei: vt. ff. de contrahen. emp. l. clauibus. & de acquiren. poſſeſ. l. j. §. ſi iuſſerim. Et ſunt hæc in argu. vt ſi vendam equum, quem tradam per frenum vel capiſtrum, vt dominium tranſeat. Accur. ADDITIO. Sunt multi caſus, in quibus res nō apprehenditur, & tamē poſſeſsio transfertur. Per ſolū viſum: vt. ff. de acqui poſ l. quod meo. §. ſi venditorē. Per venditionē rei commodatæ vel depoſitæ: vt. ī. eo. §. interdū. Per traditionē clauiū, vt hic. Per traditionē inſtrī: vt. l. j. C. de do. Per cōductionem de re ꝓpria factā. ſ. qn̄ quis etiā rem ſuā vult poſsidere noīe alterius. Vnde verſus, Viſu, ſiue rei mutuatæ, vēditiōe, Clauibus et chartis, mea ſi cōduco ſcietēr: Quāuis nō aliter decē. poſſeſsio trāſit. Vide tu canoniſta notata in. c. ex lr̄is. in gl. ſ. extra de cōſ. vide ēt gl. in v̄. nuda. §. interdū. ī. e. & ꝓ hac materia alleg. poſuit ſufficiētes.

* Dic qđ viſio nil agit ſed traditio clauium. ſ. præſentia hęc rei, ſecūdū Por. Aeg. per.

Poſſeſsio ſæpe trāſfertur licet res non apprehendatur.

Hoc

Hoc amplius [a], interdum & in certã [b] perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce prætores & conſules, cùm miſsilia [c] iactant in vulgus, ignorant, quòd eorum quiſque ſit excepturus: & tamen quia volunt, quòd quiſque acceperit, eius eſſe: ſtatim eũ dominum efficiunt. Qua ratione verius eſſe videtur, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis: ſtatim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum ſuarum eſſe nolit [d], ideoq́ ſtatim dominus eius eſſe deſinit [e].

Proiecta in mare tempore tempeſtatis, vel cadentia de curru alicuius, non fiunt occupantis. Areti.

Alia ſanè cauſa [f] eſt earum, quæ in tempeſtate leuãdæ nauis cauſa eijciuntur: hæ enim dominorum permanent: quia palàm eſt, eas non eo animo eijci, quòd quis eas habere nolit, ſed quò magis cum ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus [g] expulſas, vel etiã in ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum [h] cõmittit. Nec longè [i] videtur diſcedere ab ijs, quæ de rheda [k] currente non intelligentibus [l] dominis cadunt.

a Hoc amplius. ſ. eſt hic, quam. s. in alio caſu: quia. s. ſemper in perſonam certam: hic in incertam.

b In certam. Arg. contra. j. de leg. §. tutor. Accur.

c Miſsilia. ſic dicta: quia in populum mittuntur, ſiue proijciuntur, vt illuc currente multitudine poſsint prætores vel conſules pertranſire: vt in coronatione domini papę vidi: vt. ff. pro der. l. ſi id quod. §. id quod. & in auth. de conſulib. colla. iiij. §. ſpargere autem. ibi, argumentum vero &c.

Miſsilia vnde dicũtur.

d Nolit. vere, vel legis interpretatione: vt in authent. de nup. §. & multo potius. coll. iiij & C. de infan. expo. l. fi. & C. de la. lib. tol. l. j. §. ſed ſcimus.

e Deſinit. ſi abiecit. vel habere deſijt rem immobilẽ: alioqui poſſeſsionẽ perdere poteſt, non dominium: vt. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. ſi quis. ij. §. differentia. & ff. pro derelict. l. j. & ij.

ADDITIO. Aut ſtat in poſſeſsione, & habet animũ habendi pro derelicto, & non perdit dominium: vt dicta l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquirend. poſſeſſ. Aut exiuit de poſſeſsione: & tunc etiã perdit dominium, & habetur pro derelicto. & ita tenet gloſſ. ſecunda, ſecundum vnam opinionem in dicto. §. differentia. quam ibi ſequitur Barto. & docto. Ange.

f Alia ſane cauſa. alias alia cauſa, ſcilicet proijciendi: & ideo aliud ius ſtatuitur. Vide ca. excommunicationem. de rap. extra.

g Fluctibus. id eſt, vndis.

h Furtum. ff. de fur. l. falſus. §. ſi iactum. contra. Solu. diſtingue animum proijcientis: quod patet, vt ſi librũ apertum proijciam, ſecundum Io. vt ex hac lege & illa colligitur: & argu. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. ſi quis metu. Item quid diſtat hoc furtum ab illo titulo. ff. de incen. rui. nau.? Reſpõ. hoc locum habet, quando nõ in ipſo naufragio aliquid quis furatur, ibi in ipſo naufragio: vt. ff. de incẽ. rui. nau. l. j. in fi. & l. ij. & iij. & ff. pro derelict. l. j. ij. & iij. Accur.

i Nec longe. nam in aliquo diſtat: quia hoc ſciente, illud ignorante domino fit: vt. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. interdum. §. j.

k De rheda. i. de curru ducto ab equis.

l Non intelligentibus. i. non videntibus.

DE REBVS CORPORALIbus & incorporalibus.

TITVLVS II.

DE REBVS CORPORALIBVS ET incorporalibus.

Quia viſum eſt de ſecunda diuiſione rerum, ſcilicet, quod quædam ſunt publica, & quædam ſunt nullius, & quædam ſingulorum &c. ſequebatur de tertia diuiſione videre, quæ ita ſe habet, quod rerum quædam ſunt corporales, quædã incorporales. de qua diuiſione tractaturus intitulauit iſtum titulum, de rebus corporalibus & incorporalibus. Porcius.

Corporalia tangi poſſunt de ſui natura: incorporalia verò non: licet in eis contineãtur corporalia: ſiue ſint ſeruitutes reales, ſiue perſonales. Areti.

QVædã præterea [m] res corporales ſunt [n] quædam incorporales [o]. Corporales eæ ſunt, quę ſui natura [p] * tangi poſſunt: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentũ, et deniq; aliæ res innumerabiles [q]. Incorporales aũt ſunt, quę tãgi non poſſunt: qualia ſunt ea, q̃

QVedam. Totus iſte titulus diuiditur in quinq; partes. Primo ponit vnam diuiſionẽ rerum. Secundo definit res corporales, & per exempla demonſtrat. Tertio definit res incorporales, & etiam per exempla demonſtrat. Quarto reſpondet cuidam tacitæ q̃ſtioni. Quinto prædicta extendit. Secunda ibi, Corporales ſunt. Tertia ibi, Incorporales. Quarta ibi, Nec ad rem. Quinta ibi, Eodem numero. Pone caſum per teipſum: quia litera ſatis plana eſt.

m Præterea. id eſt, præter prædictam diuiſionem, ſupra titulo primo, in principio. eſt alia: quia quædam communes, quædam publicæ, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, quædam ſingulorum. Item quædam corporales, quædam incorporales: vt hic ſubijcit.

n Corporales ſunt. ſic. ff. de rerum diuiſio. l. prima. §. quædam.

o Quædam incorporales. quid de hac diuiſione nos iuriſconſulti agemus? Reſpon. quia multa in corporalibus locum habent, quæ non obſeruantur in incorporalibus. Incorporalia enim non traduntur, nec vſucapiuntur regulariter [1]: vt. ff. de acquir. rer. domi. l. ſeruus. §. incorporales. & de vſucap. l. vſucapionem. non vendicantur. vt. ff. de rei vendica. l. vendicatio. ac non transferuntur penitus: vt. ff. pro ſocio. l. j. ij. & iij. non poſsidentur: vt. ff. de acquir. poſſ. l. iij. in prin.

ADDITIO. Et de iſta dictione in, quid importet, vide Chriſtophorum hic ad notata in verſic. incorporales.

p Sui natura. nam ſecus, ſi propter difficultatem, vt res in profundo maris, vel cælo affixa.

q Innumerabiles. id eſt, non habiles ad numerandum. Ioannes.

* Abundãt, ſui natura.

Rerũ diuiſiões quot ſunt.

1 Scilicet p ſe. ſed cũ rebus corporalibus ſic dũmodo concurrat ſciẽtia aduerſarij licet in alijs præſcriptionibus non requiratur: vt. l. fi. C. de p̄ſcrip. lon. temp. ſecũdũ Ange. hic.

a Quæ in iure conſiſtũt.i.ſub hec prædicabili ius, cõtinentur:in quarũ definitionibus ponitur hęc dictio ius, in prędicato:qualia ſunt omnia iura.ſ.incorporalia:vt ff.de rer.di.l.j.§.quædam.

b Hæreditas.vt.ff.de verb.ſigni.l.nihil.

c Vſusfructus.j.de vſufruc.in prin.

d Obligationes.j.de oblig.in prin.

e Quoquomodo.i.ſiue ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi: vt j.de oblig.§.ſi.

f Nec ad rem.reſpondet tacitæ obiectioni. quaſi dicat, quomodo hæreditas eſt incorporalis, cum in ea ſint res corporales?

g Ex fundo. in quo vſumfructum habemus.

h Plerunq;. propter ſeruitutes, quę per actionẽ vel obligationẽ debentur: vt j.de act.§.ij.et propter actionũ ceſsionem: vt.ff. mand.l.ſi procuratorem §.ſi.&.ff.de rei vend.l.ſi hominẽ.alias Iulian.§.vſque adeo. Accur.

i Nam. pro ſed. alias tñ, & melius.

k Ipſum ius hæreditatis.i.ipſa hæreditas. & ſic in tranſitiue hæc tria leguntur.

l Fruendi.ſcilicet, vſusfructus.

m Ipſum ius obligationis.i.obligatio ipſa.

n Eodem numero.i.incorporalia.

o Iura.id eſt, ſeruitutes.

p Vocantur.de quibus.j.ti.proxi.dicitur ſtatim. De quibuſdam quæritur, licet ad nos non pertineant: vt vt de aëre, fumo, & de ſtatu animalis? Rñd. ſecundum Philoſophos eſſe corporalia. Item quid de angelis bonis & malis, & anima hominis? Reſpond. hæc incorporalia eſſe.

in iure conſiſtunt [a] : ſicut hæreditas [b], vſusfructus [c], vſus & obligationes [d] quoquomodo [e] contractæ. Nec ad rem [f] pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur †. Nam & fructus, qui ex fundo [g] percipiunt, corporales ſunt: & id, quòd ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunq; [h] corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia. nam [i] ipſum ius hę hæreditatis [k], & ipſum ius vtendi fruendi [l], & ipſum ius obligatiõis [m] incorporale eſt. Eodem numero [n] ſunt iura [o] prędiorum vrbanorum & ruſticorũ, quæ etiam ſeruitutes vocantur [p].

† Sic contentũ non ſemper ſequitur naturam cõtinẽtis: hinc eſt quod ſi ſolus fundus ſit ĩ peculio nõ ſequitur eo vẽdicato, q; & ipſũ peculiũ vẽdicet. Ac gi. per.

Obſeruãdũ hoc loco admonet Franciſ. Balduinus, res hę reditarias eſſe in hęreditate, ſed non eſſe ipſam hæreditatẽ. Hic qui vendidit hæreditatem non pręſtat euictionẽ rei alicuius hę reditariæ. l.ij. ff. de hæred. vel actio. ven.

Fumus & aër corporalia, ſunt.

TITVLVS III.

DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM.

Animaduerte ſeruitutum quaſdam à re rei deberi, (quas reales appellamus) quaſdam verò à re perſonæ: de prioribus hoc titulo traditur: de reliquis, proximioribus titulis diſcutietur.

Eſt autem ſeruitus realis (vt [illegible]) ius prædio [illegible] ipſius vtilitatem reſpiciens, & alterius libertatem diminuens.

Ruſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, quæ ruſticis prædijs (id eſt [illegible]) debentur: vt via, iter, actus: & id genus ſimilia.

Vrbanorum verò prædiorum, ſunt, quæ vrbanis prædijs (id eſt, ædificijs) debentur, quarum exempla profuſè hic traduntur. conſtituuntur autem ſeruitutes, vt ſcribitur ad finem huius tituli.

DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM.

Dictum eſt ſuprà de rebus incorporalibus in genere; ſequitur videre in ſpecie. & [illegible] ſunt incorporales: vt ſuprà ti.j.in ſi.

Rvſticorum. Iſte ti. diuiditur in quinq; partes. Primo ponit de ſeruitutibus ruſticorũ prædiorum. Secundo de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Tertio redit ad ſeruitutes ruſticorũ. Quarto ponit quare appellantur ſeruitutes prædiorum. Quinto ponit qualiter dictæ ſeruitutes conſtituãtur. Secunda ibi, in §. prædiorum. Tertia ibi, in §. inter ruſticorum. Quarta ibi, Ideo autem. Quinta ibi, in §. ſi quis velit.

Domine, iam, video, quod vultis tractare de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. dicatis ergo mihi, quid eſt iter? Ad hoc reſpond. Amice, iter eſt &c. prout continetur in litera. & ſic pone caſum de cæteris ſeruitutibus vſque ad.§. prædiorum vrbanorum. Franciſcus.

Rvſticorũ [q] prædiorũ iura [r] ſunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eundi [s] ambulandi [t] hominis, ✱ non etiam iumẽtum [v] agendi, vel vehiculum. Actus eſt ius, agẽdi iumentum [x] vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet [y]: qui habet actum, & iter habet [z]: eoq; [a] vti poteſt etiam ſine iumento. Via eſt ius eũdi [b] & agẽdi, & ambulãdi: nam iter & actum via in ſe continet [c]. Aquæductus eſt

q Ruſticorum. ſic &.ff.eo.l.j.

r Iura.id eſt, ſeruitutes. Et not. hic tria genera ſeruitutum, quædam à perſona perſonæ debentur: de quibus dicitur ſupra de iure perſonarum, quędam ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo, quædam à re perſonæ: vt vſusfructus. & vſus, & habitatio: vt infra titu. primo & ſecũdo. poteſt & quartum dici, vt à perſona rei debeantur: vt.ff.de condition. & demonſtratio.l. Titio centum.§.Titio.ij.& de alimen. & ciba.legat. lege, ſeruos.

s Ius eundi. ſolus, vt per hoc diſcrepet à ſequenti. Accur.

t Ambulandi. ſcilicet, cum alio.

v Iumentum. ſcilicet, ſeparatum à ſe, vel armenta ſeparata à ſe, ſed ſuper equum ire poteſt: vt.ff.de ſeruit. ruſti.cor.prædio.l. qui ſella.in princi. &.l.iter. Quandoque iter non eſt ſeruitus: vt ſi vſufructuario detur à domino alterius prædij: vt.ff.ſi ſerui.vẽ.l.ij.§.ij. Tertio groſſe dicitur quęli bet via, per quam itur.

x Iumentum. vel ſubtus vel ante ſe. & idem ſi in vehiculo.

y Actum non habet. per conſequentiam.

z Iter habet. quo ad commodum, non quo ad ſeruitutem. ſunt enim duæ ſeruitutes diuerſæ: vt.ff.ſi ſer. ven.l.loci.§.j.ff.de adimen.leg.l.j.

a Eoq;.ſ.itinere contento ſub actu.

b Eundi. hæc verba expone: vt ſupra eodem.§. primo.

c Continet. ſed quæ eſt differentia ſecundum hoc inter actum & viam? Reſpond. qui habet viam, poteſt trahere trabem & lapides, & rectã ferre haſtam, quæ non permittuntur habenti actum: vt.ff.de ſeruit.ruſtic. prædio.l.qui ſella.§.j. Item certa viæ latitudo eſt viij. pedum in directum, in angulis xvj. niſi maiorem vel minorem placuerit facere conſtituentibus: quod non eſt in actu: vt.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.l.viæ.&.l.certo.§.latitudo.&.l.via.conſtitui. Accurſius.

1 Quę poſt ea quã ſũt conſtitutæ trãſeũt cũ re ipſa ad quẽcũque vadãt: ſecus ſi eſſet promiſſæ. Et in ipſarum cõſtitutione debet tam cõſtituẽs ſundi ſeruientis, quã is cui conſtituitur, ſundi dominã inſolidum habere domini um. Ang.

✱ Hominis, abundat.

2 Dũmodo ciuiliter gerat: & non deuaſtet fructus. Quod no. pro capitaneo & cui cõceditur tranſitus p aliqđ' territorium. Angel. & Iaſ.

3 Et ſi expreſſe i ali quo loco anguſto cedat, valet ſaltem vt actus aut iter ſecundũ Ac gi.luc.

Aquæd

a Aquæ ducẽdæ. ſiue inuentæ, ſiue inueniendæ: vt. ff. eodem. l. Labeo.

Prædiorum vrbanorum. CASVS. Domine, iam vidi quæ ſunt ſerui. ruſti. prædi. dicatis mihi ſi placet, quæ ſunt ſer. vrb. prædiorum? Ad hoc reſpon. Amice, ſeruitutes vrbanorum prædiorum dicuntur, quæ ipſis ædificijs inhærent. Dicũtur enim ſer. vrb. prędiorũ quoniam omnia ædificia, prædia vrbana appellamus, etiã ſi in villa poſita ſint. Non enim locus, ſed materia vrbanorum prædiorum efficit. Sed dñe, ſi placet, ponatis mihi exempla de ſer. vrb. præd. Ad hoc reſpon. Amice, ſer. vrb. præd. ſunt hæ, vt vicinus onera vicini ſui in ædibus ſuis ſuſtineat: videlicet vt liceat vicino tignum de ædibus ſuis in parietẽ vicini ſui immittere. Item vt vicinus ſtillicidium vicini ſui, vel flumen in cloacam vel in areã ſuã recipiat. & etiã inter ſeruitutes prędiorum vrb. connumeratur hæc ſeruitus, ne quis ædes ſuas altius extollat, ne luminibus vicini officiat. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. inter ruſticorum. Franc.

ius aquæ ducendæ [a]; per fundum alienum.

Seruitutes quæ ædificijs debentur, licet in villa conſtitutis, dicuntur ſeruitutes vrbanorum prædiorum.

Prædiorum vrbanorũ ſunt ſeruitutes eæ, quæ ædificijs inhærent: ideo vrbanorum prædiorum dictæ: quoniam ædificia omnia, vrbana prædia appellamus, etſi in villa [b] ædificata ſint. Item vrbanorum prædiorum ſeruitutes ſunt, vt vicinus [c] onera vicini ſuſtineat: vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt ſtillicidium [d], vel flumẽ recipiat quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat [e] †: ne altius quis tollat [f] ædes ſuas: ne luminibus vicini officiat †.

† In nonnullis exẽplarib⁹ vetuſtiſsimis deſunt hęc verba, vel non recipiat.

† Theophilus hoc loco nõ cõſtituit nouam ſpeciẽ ſeruitutis, ſed ſuperiori coniungit hęc verba, ne luminibus &c. quaſi reddant rationem, & explicent vſum ſeruitutis altius non tollendi. A iuriſcõ. tamẽ noſtris ſecernũtur hę ſpecies ſeruitutũ. Vide Frãciſ. Balduì. hic.

In ſeruitutibus ruſticorũ prædiorũ computantur hæ deſcriptæ.

Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes quidã computari rectè putant aquæ hauſtum [g], pecoris [h] ad aquã adpulſum, ius paſcẽdi, calcis coquẽdæ [i], arenæ fodiendæ.

Omnes ſupradictæ dicuntur ſeruitutes prædiorum: quia ſine prædijs eſſe non poſſunt. Acc.

Ideo autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædijs cõſtitui nõ poſſunt. Nemo enim ſeruitutem acquirere vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium: nec quiſquam [k] debere, niſi qui prædium habet †.

† In vetu. exẽpl. deſunt hæc, nec qſquã debere niſi qui prędiũ habet. & certe ea vt adulterina reiecerunt Aem. Fer. & Fran. Balduinus.

b In villa. non enim locus, ſed materia facit vrbanũ prædium, quod dic, vt. ff. de verb. ſig. l. vrbana prędia.

c Vicinus. i. domus vicini.

d Stillicidium. quod ſtillat: & interdũ directo cadit, interdum non propter ventum forte: ſed flumen directo cadit: & maxime per dochiam, id eſt canalem: vt de ſer. vrb. præd. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. Accur.

e Non recipiat. hoc, ſcilicet non recipere, eſt ius non ſeruitutis: imo potius libertatis. & hanc negatiuã referas ad omnia exempla proxime dicta. Vel dic: ſicut recipere talia, eſt ſeruitus: ita econtra ſi deſinit recipere, eſt mihi quondam recipienti ſeruitus & onus: & ſicut in præſcribenda ſeruitute indigebam aliquo facto: ſic econtra in præſcribenda ſua libertate indiget facto: ſcilicet vt foramina obturet, vel ſimilia faciat, quæ non ſunt neceſſaria in præſcriptione libertatis contra ruſticam ſeruitutem: & ideo tantum in affirmatiua lex dicit de eis, ſcilicet ius eundi, agendi &c. vt. ff. de ſerui. vrb. præd. l. v. & .ſ. eo. circa princi. ADDITIO. Dic rationem diuerſitatis, quod vrbanæ ſeruitutes ſunt nobiliores, & magis intereſt Reipublicæ, quod conſeruentur, quam ruſticæ: & ideo ſi quædam foramina obturantur, quædam non: in nihilo acquiritur libertas, ſecundum Ange. hic.

f Tollat. vel non tollat: quod poteſt prodeſſe mihi ad lumina refulgẽda. vnde dicitur in libro Machabæorum: Refulſit Sol in clypeos aureos: & reſplenduerunt montes ab eis: vt. ff. eo. de ſerui. vrb. prædio. l. ſi arborem. §. interdum. Vel dic quod tollat, vt ſit ſeruitus, vt modo in alijs diximus.

j. Machabæ. vj. c.

Inter ruſticorum. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, quæ ſunt ſeruitutes ruſtic. præd. & quæ vrba. ſed nunquid plures ſunt ſeruitutes ruſti. præd. Ad hoc rñ. quod ſic. nam inter ſerui. ruſtic. præd. quidam recte putant huiuſmodi ſeruitutes connumerari: videlicet ius hauriendi aquam ex fonte vicini, item appulſum pecoris ad aquam, item ius paſcendi, item ſeruitutem calcis coquendæ, vel arenæ fodiẽdæ. Et hęc dicuntur vſque ad §. ideo autem. Frã.

g Aquæ hauſtũ. ſcilicet ius hauriendi aquam neceſſariam agro meo, vel laborãtibus in eodẽ ex fonte vicini. ADDITIO. Dic quatenus eſt neceſſariũ pro vtilitate fundi mei: vt. l. ergo. §. Neratius. ff. de ſer. ruſt. pręd.

h Pecoris, ſ. conſtituti ad ſtercorandum agrum meum: & ſic bibent vel paſcentur in tuo vicino agro: & ſic ſunt reales ſeruitutes. Sed cõtra. ff. de ali. & cib. leg. l. Mela. §. nã & ſi hauſtus. in gl. perſonæ. Rñ. ibi perſonales dicũtur: quia cum perſona durãt. arg. ff. de ſerui. ruſti. pręd. l. pecoris. vel ſi nõ habeo prędium, cui ſupradicta expediant, non erit ſeruitus: ſed magis aliud ius, ſcilicet pactionis vel conuentionis: vt. ff. de ſerui. l. vt pomum. Accurſius.

i Calcis coquendæ. neceſſariæ ad domunculam in agro meo conficiendam propter fructus recipiendos. Idem dicas de arena fodienda.

Ideo autem. CASVS. Domine, iam video, quæ ſunt ſeruitutes tam ruſticorum, quam vrbanorum prędiorum: ſed dicatis mihi, quare huiuſmodi ſeruitutes dicuntur prædiales? Ad hoc reſpon. Imperator. Certe amice optima ratione dicuntur prędiales prędictæ ſeruitutes. Huiuſmodi enim ſeruitutes ſine prędijs conſtitui non poſſunt. Nemo enim ſeruitutem vrbanorum vel ruſticorum prędiorum poteſt acquirere, vel alij debere, niſi prædium habeat. Sed pone: Domine, iam video quare dicuntur huiuſmodi ſeruitutes prædiales: dicatis mihi qualiter conſtituũtur huiuſmodi ſeruitutes? Ad hoc reſpõ. Huiuſmodi ſeruitutes poſſunt conſtitui duobus modis. Aut enim conſtituuntur ſeruitutes huiuſmodi inter viuos, aut in vltima voluntate. Si inter viuos aliquis velit ſeruitutem aliquam de ſuperioribus vicino ſuo cõſtituere: hoc pactis & ſtipulationibus efficere debet. Si autem in vltima voluntate, poteſt etiam teſtator in teſtamento ſuo hęredem inſtitutũ damnare, vt altius ædes ſuas non tollat, &c. prout continetur in litera. hoc dicit vſque ad finem titu. Franc.

k Nec quiſquã. ſ. vt ſeruitus ſit obligatio tñ eſſe poteſt: vt. ff. de euic. l. fundũ. ij. §. j. & . ff. fa. erciſ. l. hęredes. §. an ea ſtip. ver. cõtra ſi ꝓmiſſor viæ &c. ADDITIO. Et no. ꝙ debẽt eſſe dñi in ſolidum: alias fundo cõmuni nõ poteſt per vnũ ex ſocijs libertas acquiri, nec ſeruitus imponi: quãuis ſibi pręiudicet alijs poſtea etiã ſingulariter cõſentiẽtibus. põt tñ ꝑſcribere ſeu petere declarari ipſam deberi. Itẽ pluribus ſocijs ꝓmiſſam vnus ex eis i aliorũ ꝑiudiciũ remittere põt, ſecũdũ Ang. hic.

a Ius.i.aliquam ſeruitutem de ſuperioribus.

b Pactionibus.i.pactionalibus ſtipulationibus.ſimi lis expoſitio eſt.ff de acquir.poſ.l.ſi rem.in ſi. Vel pactionibus, id eſt contractibus alijs, vt venditione, & donatione. & quod ſubijcit ſtipulationibus.i.obligationibus verborũ tm̃.

c Aedes ſuas. q̃bus ſeruitutibus non impoſitis cuili bet vſque ad cælũ liberum eſt ædificare: vt. ff. quod vi aut clam l.ſi.§.pe. & de ſer.l.fina.

Aedificare licet vſque ad cælum.

d Ducere. his deficientibus cuilibet res ſua libera eſt, & poterit aliũ prohibere volentẽ ingredi in ſuum agrum, vt.ſ.de re.di.§.ſeræ.&.§.plane.

† Dãnare i. obligare inquit Nebriſ. in lexico iur. ci. i dictio ne dãno.

Per omnem contractum, & etiam per vltimam voluntatem poteſt ſeruitus conſtitui. Aret.

Si quis velit vicino aliquod ius a cõſtituere, pactionibus b atque ſtipulationibus id efficere debet. Poteſt etiam teſtamento quis hęredẽ ſuum damnare †, ne altius tollat ædes ſuas c, ne luminibus ædiũ vicini officiat: vel vt patiatur eũ tignũ in parietem ſuum immittere, ſtillicidiũve aduerſus eum habere: vel vt patiatur [illegible] fundum ire †, agere, aquamve ex eo ducere d.

DE VSVfructu.

Viſum eſt ſuprà de ſeruitutibus realibus, ſequitur videre de pſonalibus: ideo ſequitur de vſufructu, qui eſt ſeruitus perſonalis: vt.l.j.ff. de ſeruitutibus. quæ plures ſunt ſpecies ſeruitutis: not. gloſ.ſ. ti. j. in prin.

† Et dies huius ſeruitutis legatæ cedit ab adita hęreditate non à morte ſecundũ Nicol. Aegi. per.

TITVLVS IIII.

DE VSVFRVCTV.

Vſuſfructus ſeruitus eſt perſonalis, id eſt, à re perſonæ debita: definitur autem hic à Iuſtiniano, conſtituiturq́; tam inter viuos, quã in vltima volũtate. Itẽ vſuſfructus à pprietate ſeparatus eſt.

Qualitas poteſt eſſe ſine ſubiecto, & ad remotionem ſubiecti, ſequitur qualitatis remotio, ſeu accidentis. Aretinus.

Vſuſfructus. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit definitionem vſuſfructus Secundo qualiter cõſtituatur. Tertio ſuper quibus rebus. Quarto quomodo finiatur. Secunda ibi, Vſuſfructus. Tertia ibi, Conſtituitur. Quarta ibi, Finitur. CASVS. Acceſsi ad Iuſtin. & ita propoſui coram eo: Dñe, iam video, quod vultis tractare de vſufruc. dicatis quid eſt vſuſfructus? Ad hoc reſpõ. Imperator: Amice, vſuſfructus eſt ius vtendi fruẽdi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia Et quod hęc definitio bona ſit, patet tali ratione: vſuſfructus eſt ius, id eſt ſeruitus conſtituta in corpore: quo corpore ſublato, & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. vſuſfructus.

e Vſuſfructus. ſic. ff. eo. l. j. & ij.

f Eſt ius. i. ſeruitus. & per hoc patet, ꝙ nõ loquitur de ipſis fructibus fundi, qui ſunt corporales: imo de iure vtendi: vt. ſ. de rebus cor. & incor. §. j. Sicq; per hoc verbum. ſ. quia expono ius. i. ſeruitus, remouetur vaſallus ſuperficiarius, & qui alias vtile dñium habet. Itẽ hoc ius eſt etiã perſonale: quia cum perſona extinguit: vt. j. eo. §. finitur. Item eſt forma quędam à proprietate ſeparata: cũ apud vnũ poſsit eſſe proprietas, apud aliũ vſuſfructus: vt. ff. de acquir. poſ. l. permiſceri. Ius autẽ quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis, eſt cum cauſa. i. cum proprietate: vt. ff. de excep. rei iud. l. ſi cum teſtamento. §. penulti.

Vſuſfructus formalis.

g Alienis rebus. nam ſua res nemini ſeruitutẽ debet: vt. ff. de ſerui. vrb. pd. l. in re cõmuni. & ff. ſi vſuſfr. pe. l. vti frui ĩ pri. Itẽ qđ ſubijcit rebus, dic. ſ. q̃buslibet, niſi vſu cõſumanẽ: vt. j. e. §. cõſtituiẽ. et. ff. ſi cer. pe. l. j. i ſi.

Vſuſfructus cauſalis.

h Vtendi. ad differentiã creditoris, qui vti non debet pignore: vt. j. de obli. quæ ex delic. na. §. furtum. Acc.

i Fruendi ad differentiã nudi vſus: in quo tm̃ vti, & non frui permittitur: vt. j. tit. j. in prin.

k Salua rerũ ſubſtantia. i. pręſtita cautione vel ſatiſdatione de ſaluãda ſubſtãtia rei, ſecũdũ quoſdã. & ſic dicunt cautionẽ eſſe de ſubſtantia vſuſfructus. ar. pro eis. C. e. l. j. & ff. de vſufruc. le. l. vxori. Nos contra. dicimus enĩ, quod hæc cautio non eſt de ſubſtantia vſuſfructus. nã ſine ea vſuſfructus eſt. plus dico: quia in caſibus nullo modo pſtaẽ. ff. vt le. vel ſideicõ. no. ca. l. j. §. ſi ad ſiſcũ. & C. de bo. q̃ li. l. ſi. &. ff. vſufru. quẽad. ca. l. ſi vſuſfructus. §. illud. & §. plane. Dic ergo ſalua rerũ ſubſtantia. i. ne pereat rerũ ſubſtãtia. q. d. tandiu durat vſuſfructus, quãdiu durat ſubſtãtia. & hoc ſtatim probatur ibi, eſt aũt &c. & ſic ṽba illa ſũt de definitiõe, ſed nõ cautio.

Vſuſfructus c eſt † ius f alienis rebus g vtẽdi h fruẽdi i ſalua k rerum ſubſtantia †. Eſt autem l ius m in corpore: quo ſublato n, et ipſum o tolli neceſſe eſt. Vſuſfructus p à proprietate ſeparationem recipit: idq́; pluribus modis accidit: vt ecce, ſi quis vſumfructũ alicui legauerit. nã hæres nudam q habet proprietatem, legatarius verò vſumfructum. Et contrà ſi fundum legauerit, deducto vſufructu: legatarius nudam proprietatem, hęres verò vſumfructum. Item alij vſumfru-

† Hæc definitio vſuſfructus ponitẽ etiã in glo. ſuper verbo vtatur. in ca. ſi. extra de pigno.

† Quamobrẽ vt domus pprietas ſalua ſit, eã ſua impẽſa reſicier. l. hoc amplius. §. vlt. l. inter fructuarium. ff. de dam. infecto. Hactenus tamen vt ſartã tectãque habeat, & modica refectio tantum ad eũ pertinet. l. hactenus. ff. de vſufruct.

l Eſt aũt. ſ. vſuſfr.

m Ius. i. ſeruitus vel forma corpori inhærens.

n Quo ſublato. i. corpore perempto: vt domo deſtructa: vel fundo chaſmate perempto: vel iumẽto mortuo, in quo vſuſfructus habeẽ: vt. ff. pro ſocio. l. verũ. §. pe.

o Ipſum. ſ. ius vtendi fruendi. Accur.

Vſumfructũ. CASVS. Dñe, iã video qđ eſt vſuſfr. dicatis mihi ſi placet qualr cõſtituitur vſuſfr. Ad hoc rñ. Amice, vſufr. recipit ſepationẽ à pprietate, & hoc põt varijs modis cõtingere. vt ecce ſi Titius legauit tibi vſumfr. fundi ſui. nã ĩ hoc caſu hrs ĩſtitutus nudã habet pprietatẽ: & tu habebis vſumfr. à pprietate ſeparatũ. & ſimilr in caſu cõuerſo, ſi Titius legauit tibi fundum deducto vſufr. nã ĩ hoc caſu tu legatarius habebis nudã pprietatẽ: & vſuſfr. penes hrdẽ Titij teſtatoris remanebit. Itẽ poterit teſtator in ſuo teſtõ vni vſumfr. legare: alij vſufr. deducto, fundũ legare põt. Et hęc dicunẽ vſq; ad illũ ṽ. Sine teſtõ. Sed pone, Dñe, iã vidi qualiter cõſtituiẽ vſuſfr. in vltima volũtate, nunqđ alio modo cõſtitui põt? Rñ. ꝙ ſic. Inter viuos enĩ vſuſf. cõſtitui põt. vnde ſi qs velit vſumfr. alij ſine teſtõ cõſtituere: hoc pactionibus & ſtipul. inter viuos efficere põt. Hęc dicunẽ vſq; ad illũ ṽ. Ne tñ. Sed pone, Dñe, iã vidi qđ vſuſfr. formalis ſeparaẽ à pprietate: & proprietas nuda remanet: q̃ ergo vtilitas erit ĩ pprietate? Ad hoc rñ. Amice, magna vtilitas eſt in pprietate. Ne enim in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper vſufr. exiſtẽte ſeparato, ſtatutum eſt certis modis vſumfru. finiri. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. conſtituitur. Fran. de Are.

l Quod eſt verũ reſpectu rerum q̃ vſu non conſumuntur: alias ſecus: vt j. eo. §. conſtituitur. i fin. quãuis la. dicatur per. l. hoc ſenatuſ. c. §. j. ff. de vſufru. ea. re. quæ vſu cõſu. & pp̃ter ſpecialia huius gl.

p Vſuſfructus. ſed oppono: ante ſeparationẽ non eſt vſuſfr. ſed nec poſt ſeparationẽ recipit ſeparationem. Rñ. vſuſfructus. i. quia poſtea dicitur vſuſfructus.

q Nudam. ſic. C. de muli. quæ ſit. propri. l. j. §. filij. ſic & C. eo. de ma. l. j. in prin.

Deducto.

ctum alij deducto [a] eo, fundum legare poteſt [b]. Sine teſtamēto verò ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere [c], pactionibus [d] & ſtipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente [e] vſufructu, placuit certis modis [f] extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

Vſumfructū in quibuſuis rebus conſtitui poſſe explorati iuris eſt: ſolis exceptis, quæ vſu pereunt: quia ſalua non manet rei ſubſtantia: quaſi tamen vſusfructus in eis cōſtituitur: quo caſu vſufructuarius cautionem domino præſtat (qui loco proprietatis ſuccedit) de tanta pecunia, aut rerum conſumptarū iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.

Conſtituitur autem vſusfructus non tantùm in fundo [g] & ædibus, verumetiam in ſeruis, & iumentis, & cęteris rebus, exceptis ijs, quę ipſo vſu conſumuntur. Nam hæ res, neque naturali [h] ratione, neque ciuili [i] recipiunt vſumfructum: quo in numero ſunt vinum, oleum, frumentum, veſtimenta [k], quibus proxima eſt pecunia numerata †. Nanque ipſo vſu [l] aſsidua permutatione quodammodo extinguitur. Sed vtilitatis cauſa ſenatus [m] cenſuit, poſſe etiam earum rerū vſumfructum conſtitui: vt tamen eo nomine hæredi vtiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit: ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius ſatiſdet [n] hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur,

a Deducto. No. deducto. ſi enim vni ſimpliciter fundū, alij vſumfructū legauerit, ambo cōcurrunt in vſufructu: vt. ff. de vſufru. accre. l. idē Neratius. §. nō ſolū. & de vſufru. earum rerum, quæ vſu cōſu. l. ſi tibi.

ADDITIO. Quod eſt verum ſecundum Angel. qn̄ vtrunq; legatū erat ſpeciale: ſecus ſi legatū vſusf. eſſet vniuerſale: puta omniū bonorū: quod non obliget ad collectas & ad debita hęreditatis, vide per Ange. j. in. §. ſeq.

b Legare poteſt. Item et alijs modis: vt. ff. eo. tit. l. proculus. datur autem cū inducitur in poſſeſſionem fructuarius, & proprietarius patitur cum vti frui: vt. ff. eodem. l. iij. in princip.

c Cōſtituere. inter viuos.

d Pactiōibus. expone: vt. s. ti. j. diximus. §. fi.

e Abſcedente. i. ſeparato exiſtēte. Et erit pro quæſtione illa, quod liber homo nō poterit locare operas [1] ſuas in perpetuū: ne libertas ſit inutilis: q̄ Ir. cōceſsit: ar. de cōd. & demō. l. Titio. §. Titio. ij. & de libe. ho. ex. l. j. Sed Ioā. cōtra: cū poſsit per ſubſtitutum ſeruire [1]: vt. C. de epiſ. & cle. l. quiſquis cēſibus. §. ſi. in gloſ. ſubrogato. & l. ad ſimilitudinē. cum hoc nō agatur, vt per ſe tantum operetur: vt. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem. & ff. de duob. re. l. nemo eſt. vel etiam poſsit intereſſe præſtare: vt. ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fi. Accur.

f Certis modis. vt. j. eo. §. finitur.

Conſtituitur. CASVS. Domine, iam video quid eſt vſusfructus, & quibus modis conſtituitur vſusfructus. dicatis modo mihi, in quibus rebus vſusfructus conſtitui poteſt? Ad hoc reſpondet: Amice, conſtitui poteſt vſusfruct. non tantummodo in fundo & ædificijs: ſed etiam in ſeruis, & iumentis, & pecoribus, & omnibus alijs rebus, tam mobilibus, quam immobilibus, exceptis videlicet ijs, quæ ipſo vſu conſumuntur. Nam in huiuſmodi rebus, neq; ciuili, neque naturali ratione vſusfruct. conſtitui poteſt: veluti in vino, & oleo, frumento, veſtimentis: quibus ſimilis eſt pecunia numerata. nam ſicut prædictæ res vſu conſumuntur, ita pecunia numerata in ipſo vſu aſsidua permutatione quodāmodo ſubſtantialiter extinguitur. Sed licet proprie in prædictis rebus vſusfructus conſtitui non poſsit: tamen ſenatus vtilitatis cauſa ſtatuit huiuſmodi rerum, quæ vſu conſumuntur, quaſi vſumfructum poſſe conſtitui: ita tamen, vt nomine earum rerum hæredi idonee cautum ſit. vnde ſi pecuniæ vſusfructus alicui legatus ſit, ipſa pecunia ita legatario datur, vt etiam in dominium ipſius legatarij transferatur: ſed legatarius ſatiſdationem exponit hæredi de tanta pecunia hæredi reſtituenda, cum ipſe legatarius morietur, aut capite minuetur: & ita ſecuritas cautionis apprehendēdæ, loco proprietatis remanebit. & ſimiliter ſi vſusfruct. aliarum rerū, quæ ipſo vſu conſumuntur, legatus fuerit, veluti vini, olei, & frumenti: huiuſmodi res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed tamen ante quā tradantur legatario, æſtimantur: & legatarius ſatiſdat hæredi ſe, cū morieł, aut capite minueł, tantum reſtituturū, quantū huiuſmodi res tempore traditionis æſtimatę fuerant. Ex prædictis igitur manifeſte patet, q̄ ſenatus non fecit vſumfruct. earum rerum, quę vſu conſumuntur (nec enim poterat hoc facere) ſed tamen per huiuſmodi ſatiſdationem hæredi expoſitā quaſi vſumfruc. in rebus hmōi vtilitatis cauſa conſtituit. & hæc dicūtur vſque ad illum §. finitur. Franc. de Aret.

g In fundo. etiam ſterili: vt. ff. eo. l. ſtatu. §. j.

h Naturali. quia non poteſt eſſe ſalua ſubſtantia, quod eſſe debet: vt. s. eo. in prin.

i Ciuili. qa trāſit in dominium legatarij: vnde ſibi ſeruire non poteſt: vt ff. ſi vſusfruct. peta. l. vti frui. in princi.

k Veſtimēta. ff. eo. l. ſed & ſi quid. §. & ſi veſtimentorum. econtra. Sol. ibi loquitur de quibuſdā veſtimētis, quæ perpetuo durabant, hic de temporalibus.

ADDITIO. Tu dic ſecundum Iac. quod ibi ſit differentia: quia vſufructuarius quantitatis habet etiā dominium, vt hic: non autem vſufructuarius veſtimenti: vt ibi, ſecundum Ange.

l Permutatione. nā quæ hodie eſt mea, cras erit tua. ſic extinguitur quo ad dominiū meū, quod deſinit. ſic s. de rerum diui. §. ſi tamen. Item ſi cum alia miſceał [2], extinguitur: vt. ff. de ſol. l. ſi alieni.

m Senatus. cuius nomen non habemus.

n Satiſdet. ſed nōne hęc ſatiſdatio, vel illa qua ſatiſdat legatarius vel vſufructuarius ſe vſurū arbitrio boni viri, pōt remitti à teſtatore? Rn̄. nō: vt. ff. vt in poſ. lega. l. ſi pecuniæ. & C. de vſufr. l. j. & vt le. no. ca. l. pe. illa aūt ſatisdatio, quam præſtat hæres de legato ſoluendo, bene poteſt remitti: vt. ff. vt le. no. ca. l. licet. & l. fi. Et eſt ratio: quia hæc ſatiſdatio contēplatione hęredis interponitur: illa aūt de legato præſtādo gratia teſtatoris, vt ſua volūtas adimpleał: vt. C. vt le. no. ca. alias vt in poſ. le. l. ij. Nō eſt ergo mirū, ſi illud quod ſua gratia introductū eſt, teſtator pōt remittere: aliud aūt non: vt C. de pact. l. ſi quis in conſcrib. & ff. de pact. l. pactū. & de ope. li. l. cerdonē. & ad le. Fal. l. quod de bonis. §. fi.

ADDITIO. Imo æque de fauore hæredis ac de ſuo diſponere poteſt, ſecundū Chriſtoph. per. l. vnum ex familia. §. ſi rem ff. de leg. ij. Et dicit ipſe rationem: quia vno caſu inuitaretur ad delinquendum: in alijs autem non. Ange. Aret.

[1] Hæc cōmuniter ꝓbatur. ſimilis eſt glo. in. l. antiquitas. C. eo. ex hoc ſequitur q̄ qui non poteſt renunciare iuri cedēdi. nec ſe obligare ad perpetuū carcerē, ſecundum Por. Aegi. per.

[1] Periculo tamen ſuo etiā ſi fuerit approbatus à iudice prout requiritur. Itē debet eſſe talis q̄ alias principaliter ꝓ ſe eſſet idoneus. Item verū ſi nō fuit electa induſtria ꝑſonę & nō poſsit ꝑ ſe metipſum ſeruire. alias ſecus. Ange.

† Hęc verba recitantur in glo. pe. ibi itē pec. numerata in. c. ſi. extra de pigno.

[2] Scilicet bona fide. alias ſecus ſecundum Ang. Satiſdatio de legato ſoluendo poteſt remitti à teſtatore: ſed non de vtēdo fruēdo arbitrio boni viri. Fauori ꝓprio renūtiare licet.

a Morietur, aut capite minuet. His enim duobus modis tantum admittitur vſusfructus: vt. ff. de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſu. l. in ſtipulatione. & l. quoniam.

b Satiſdatur. à legatario.

c Æſtimatæ. ſ. eo tempore, quā dantur legatario. ſic ff. de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi vini. Accur.

aut capite minuetur [a]. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed æſtimatis his, ſatiſdatur [b]: vt ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ [c]. Ergo ſenatus non fecit quidem earum rerum vſumfructū, (nec enim poterat [d]) ſed per cautionem [e] quaſi vſumfructum conſtituit.

Vſusfructus finitur modis hic deſcriptis. Areti.

Finitur autem vſusfructus morte [f] vſufructuarij †, & duabus capitis [g] deminutionibus, maxima & media [h], & non vtendo per modicum tempus [i] †: quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio [k]. Item finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur. Nam cedendo [l] extraneo, nihil agitur, vel ex contrario, ſi vſufructuarius ꝓprietatem rei adquiſierit [m]: quæ res [n] conſolidatio appellatur. Eo amplius conſtat, ſi ædes incendio cōſumptæ fuerint [o], vel etiam terrę motu, vel vitio ſuo corruerint: extingui vſumfructum, & ne areæ [p] quidem vſumfructum deberi. Cùm autem finitus fuerit totus [q] vſusfructus: reuertitur, ſcilicet, ad proprietatē: & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem.

TITVLVS V.

DE VSV ET HABITATIONE.

Hæc quoq; ſeruitus vſus, perſonalis eſt, id eſt, à re perſonæ debita: itidem dicito in habitationis ſeruitute: quid autem differat vſus ab vſufructu, ſupra inſinuauimus.

Iſdē illis modis, quibus vſusfructus conſtitui-

d Poterat. ſ. cum ſubſtantia in his nō ſaluetur, & dominium mutetur: vt ſ. dictum eſt.

e Cautionē impropriè. nam ſatiſdare debet: vt. C. de verbo. ſigni. l. ſancimus. & ff. de vſufruc. ea. re. quæ vſu conſ. l. tribus. in fi. quę cautio loco ꝓprietatis erit apud hæredem.

Finitur. CASVS. Domine, iā video, quid eſt vſusfruct. & qualiter cōſtituitur: & in quibus cōſtitui poteſt. dicatis modo mihi, quibus modis finitur vſusfruct? Ad hoc rńd. Amice, vſusfru. naturali morte vſufructuarij finitur: & ſimiliter morte ciuili: videlicet maxima & media capit. diminu. vſufructuarij, finitur etiam vſufruct. ſi vſusfructuarius non vtatur vſufru. per tempus à lege ſtatutū. & hæc omnia ſtatuit noſtra conſtitutio. Et non ſolummodo prædictis modis finitur vſusfructus, ſed etiam ceſsione. Nam ſi vſufructuarius domino proprietatis ceſſerit: finiē vſusfr. ſecus ſi extraneo ceſſerit. nam extraneo cedēdo nihil agit, & ſimiliter in caſu conuerſo, ſi vſufructuarius proprietatē rei, in qua habet vſumfruct. acquiſierit, finitur vſusfru. & huiuſmodi acquiſitio proprietatis appellatur conſolidatio. Et non ſolum prædictis modis finitur vſusfru. ſed etiam interitu ipſius rei, in qua quis habet vſumfruct. nam ſi ædes incendio in totum conſumptæ fuerint, vel terræ motu, vel vitio proprio corruerint: conſtat vſumfru. extingui, nec areæ vſumfruc. deberi. & hæc dicuntur vſque ad illum verſic. cum autem. in quo pone caſum ſic. Domine, iā video, quibus modis finitur vſusfruct. Dicatis mihi, ſi placet, quid iuris eſt, quando totus vſusfruct. eſt finitus? Ad hoc reſp. Amice, cum totus vſusfruc. finitus fuerit, reuertitur ſtatim ad ſuam proprietatem: & conſolidatur cum ea: & qui primo erat dominus nudæ proprietatis, incipit ex eo tempore plenam proprietatem & poteſtatem in rem habere. hæc dicuntur vſque ad finem titul. Franc. de Aret.

† Sic etiā clerici cenſentur vſufructuarij rerū beneficiorū ſuorū. vt in. c. ſi. extra de pigno. & c. vlti. in gl. ij. de pecu. cleri. & eorū morte finiē vſusfructus: vt in dictis caſibus.

† Theophilus vertit, τῷ ῥητῷ, καὶ ὡρισμένῳ χρόνῳ. quaſi hic dictum ſit, per modū conuentū, & ſtatutū tempus.

f Morte. ſcilicet naturali. Sed contra. ff. de nouat. l. ſi vſusfruct. Solut. non contradicit. ibi enim ante, quam eſſem vſufructuarius, delegaui: vnde ex eius perſona, cui delegaui, finitur: quia in eius perſona incepit, ſi autem poſtea delegaſſem, ex mea perſona finiretur: vt. ff. de pericu. & commo. rei ven. l. neceſſario. §. fin.

Tu dic, quod formalis vſusfruct. in formalem tranſire non poteſt: ſed in cauſalem ſic. & econtra. & ideo ibi vtendi tantum cōmoditas ceditur, ſecundum Ang. hic.

g Capitis. ſ. de capi. dim. §. j. ij. & iij.

h Maxima & media. quæ mortes ciuiles ſunt: vt. ff. pro ſoc. l. verum. §. ſocietates. verſ. intereunt. nō autem minima capitis diminutione: vt. j. de acqui. per arroga. in princip.

i Per modum & tempus. ſcilicet, vt bonus paterfamilias [1]. Vel melius per modum & tempus, id eſt, per moderatū tempus, ſcilicet, decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes: vt. C. de vſufru. l. corruptionem. Sed relictus ciuitati durat cētum annis: vt. ff. eo. l. an vſufruct. Actio vero competens pro vſufructu. non tollitur ipſo iure: cum tempus non ſit modus tollendæ obligationis: ſed per exceptionē dicto tempore tollitur, licet in alijs modis fruendi ipſo iure etiam actio tollatur: vt. ff. de act. & obligat. l. obligationum fere. §. placet.

1 Imo tūc finitur: ſed agitur contra ac. l. Aquil. cautione interpoſita: vt l. ęquiſſimum. § j. cū duabus ſeq. ff. de vſufru.

k Conſtitutio. C. de vſufruct. l. corruptionem.

l Cedēdo. j. ti. j. in fine primi caſus: cōtra. Sol. hic dicit de iure vtēdi, qd cedi nō pōt: imo tūc ad proprietatē redit: vt hic, &. ff. de iur. do. l. ſi vſusfructus. ibi, de ipſa fructuum perceptione [2]. ar. ff. de peri. & com. rei ven. l. neceſſario §. fin.

2 Et intelligitur tūc haberi titulo lucratiuo: quod not. ꝓ ſtatutis. Item finitur per mutationē formæ ipſius rei etiā melius, etiam ſi fuiſſet per ꝓprietariū īchoata. l. vſufructuarius nouā rium. ff. de vſufru. An.

m Acquiſierit. ſ. finitur vſusfructus. Accur.

n Quæ res. i. talis acquiſitio.

o Cōſumptę fuerint. ſ. in totū: vt. ff. eo. l. ſi cui inſulę.

p Ne areę. ſic. ff. q. mo. vſusf. ami. l. repeti. § pe. ar. cōtra. ff. de pi. act. l. domo. ADDITIO. Dic, qd ibi loquiē in pignore: & ideo facilius extinguitur vſusfruc. quam pignus, ne proprietas reddatur inutilis: iuxta prin. huius text. ſecundum Iaſ.

q Totus. Not. totus. ſi enim pro parte, non redit ad proprietatem: vt. ff. qui. mo. vſusfr. amit. l. excepta. Itē ſi ſint duo confructuarij: vno perdente, alteri accreſcit: vt. ff. de vſufru. accreſ. l. j. §. pen.

DE VSV ET HABITATIONE.

Summa tituli: tū eſt de vſu & ſeruitute perſonali, videlicet de vſufructu hic ſequitur de alijs.

Iſdem illis. Totus iſte tit. in tres partes diuidit. Primo ponit de vſu. Secūdo de ſeruitute habitationis. Tertio facit quoddā præambulum,

tur [a], etiam nudus vſus cōſtitui ſolet [b]: iiſdemq́ illis modis [c] finitur, quibus & vſusfructus deſinit. Minus [d] autem † iuris eſt in vſu, quã in vſufructu. nam is, qui fundi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quàm vt oleribus, pomis, floribus, fœno [e], ſtramentis [f], & lignis, ad vſum quotidianum [g] vtatur [h]. In eoq́ fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit, neq; iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento [i]. Nec vlli alij [k] ius, quod habet, aut locare, aut vẽdere †, aut gratis concedere poteſt: cum [l] is, qui vſumfructũ habet, poſsit hæc omnia [m] facere.

Hab ns vſum domus poteſt in ea habitare cum marito, vel vxore & familia, & hoſpitem recipere: ſed tale ius non poteſt alteri cedere. Aret.

Item is, qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantùm [n] inhabitet: nec hoc ius ad aliũ transferre poteſt †. Et vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitẽ ei recipere liceat: & cum vxore, liberisq́ ſuis, item libertis, nec nõ perſonis aliis liberis, quibus nõ minus, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter ſi ad mulierem vſus ędiũ pertineat, cum marito [o] ei habitare liceat.

Qui habet vſum ſerui, ipſe tantum vti poteſt: & idem in iumento. ſed ſi pecoris vſum habet, ſolùm vtetur ad impinguãdum agrum. Aretinus.

Item is, ad quem ſerui vſus pertinet, ipſe tantũ opera, atq; miniſterio eius vti poteſt [p]: ad aliũ verò nullo modo ius ſuũ transferre ei conceſſum eſt. Idem ſcilicet iuris eſt, & in iumento [q]. Sed & ſi pecorum vel ouium vſus legatus ſit, neque lacte [r], neq; agnis, neq; lana vtet vſuarius †: quia ea in fructu [s] ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti põt.

Anguſtior eſt ſeruitus vſus, quàm habitationis, nam cui habitatio data eſt, non tantum inhabitandi ius habet, ſed etiam alteri locandi, & accommodandi: cui verò vſus conceſſus fuit, ipſum ſolùm vti oportet.

Sed ſi cui habitatio [t] legata, ſiue aliquo modo [v] cõſtituta ſit: neq; vſus [x] videtur, neque vſusfructus [y], ſed quaſi propriũ aliquod ius: quãquam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatẽ,

bulũ, tranſiẽs ad alias materias. Secunda ibi, Sed ſi cui. Tertia ibi, Hæc de ſeruitutibus. Litera ſatis plana eſt vſq; ad illum. §. Sed ſi cui. ideo pone caſum per teipſm.

a Cõſtituit. ſ. in teſtamẽto, & iter viuos: vt. ſ. ti. j. §. j.

b Solet. niſi quod vſus ꝓ parte cõſtitui nõ põt: vt. ff. eo. l. vſus pars. ſed aliud in vſufr. vt. ff. de vſufr. l. vſusfructus ab initio. Et ratio eſt: quia diuiduus eſt, ꝙ nõ eſt in alijs ſeruitutibus: vt. ff. ad. l. Fal. l. j. §. ſi vſusfructus. Nõ obſ. ſi duobus vſus cõſtituit, qd cõcurſu partes fiũt: quia occaſione. i. neceſsitate magis, quã ratiõe cõtingit: vt. ff. de riuis. l. Labeo.

c Modis. quos. ſ. titu. j. §. finitur. habuimus.

d Minus iuris. ſed in caſibus ęqua les ſunt fructuarius & vſuarius, vt in vſu pecuniæ: vt. ff. de vſuſ. ea. re. l. hoc ſenatus. §. ſi. itẽ in fundo de quo tantũ fœnũ tollit, quantũ ſoli ſibi ſufficit: vt ff. e. l. fundi. Itẽ ſi in ſylua remota, ex qua vterq; ligna vẽdere poterit: vt. ff. eo. l. diuus.

e Fœno id eſt, de herba.

f Stramentis. i. de melega. genus eſt bladi.

g Quotidianũ. qd ſi hodie vſus, q mihi ſufficit, cõſtituat, & cras ab alio in alio fundo cõſtituat? Rñ. locus erit electioni vel gratificationi in toto vel in parte. ar. j. de le. §. ſi generaliter. & ff. de rele. l. ſi.

h Vtatur. nunqd in vino vel ĩ frumẽto & oleo? Rñ. qdã nullo modo. Alij cõtra: quorum ſnĩa eſt verior: vt. ff. eo. l. plenum. §. præter. Item quis colet agrum? Rñd. proprietarius, ſi vult, alias vſuarius: vt ff. eo. l. ſi domus vſus. &. ff. de vſufruct. l. hactenus.

i Impedimento. alias. id eſt, ſi alia de cauſa veniat, dominum & eius familiam poterit prohibere: vt. ff. eo. l. ſi habitatio. §. ſi.

k Alij. quaſi dicat, niſi proprietario.

l Cum. id eſt, quamuis.

m Hæc omnia. ſ. tit. j. §. finitur. l. contra. Solu. vt ibi. Item. ff. loca. l. locare. contra. Solu. ibi, in prædialibus ſeruitutibus loquitur: hic in perſonalibus.

n Vt ipſe tantum. ff. eo. l. ij. §. j. contra. Sol. ibi, ponitur ſolum pro ſolummodo: vt. ff. de vulga. ſubſti. l. qui liberis. in prin.

o Cum marito. præſenti & futuro: vt. ff. eo. l. cęterũ. §. mulieri. & generaliter omnes recipiet, quos & maſculus, dũmodo honeſte: vt. ff. eo. l. nõ ſolũ. l. nõ aliter.

ADDITIO. Et inducit iſte tex. vt ſtatuta in ſententia, quãuis ſint ſtricti iuris: tamen recipiunt interpretationem extẽſiuam: quãdo alias nõ poſſunt ſortiri effectũ. quod not. ſecundũ Angel.

p Vti poteſt. non aũt locare poteſt, ſi tamen aliquid cõducat faciendum in eo: poterit vti opera vſuarij ſerui. Itẽ ipſi eidem ſeruo ſua opera poterit locari. acquiri autẽ ex re, non ex opera vſuario: vt. ff. eod. l. plenum. §. ſi. & l. ſequen. Accur.

q Et in iumento. facit. ff. eo. l. plenũ. §. ſed ſi pecoris. verſicul. ſed ſi bouem. &. §. equitij.

r Neq; lacte. niſi modico: vt. ff. eo. l. plenum. §. ſed ſi pecoris. Alijs nullo modo, ſecũdum P. Ioan. contra. dicit enim omnibus his ad ſuũ vſum & ſuorũ poſſe vti: vt in fundo. ſ. diximus.

s In fructu. ſic. ſ. de rer. diui. §. in pecudum.

Sed ſi cui. CASVS. Dicit iuuenis: Domine Impera. vidi ſupra qd ſit vſusfructus, & quid ſit vſus: Nunc vellem ſcire, quid ſit habitatio: an cõueniat cum vſufructu, & cum vſu? Et reſpond. Imperat. quod habitatio nõ eſt vſusfructus, neque vſus: ſed quoddam ius medium, & proprium. Item qui habet habitationem: non ſolum ipſe poteſt habitare in domo, cuius habitationem habet: ſed etiam alij &c. Textus ſequẽs eſt planus vſq; ad ſequen. ti. Fran.

t Habitatio. ſiue dicatur habitatio, ſiue vſusfructus habitationis, idem eſt: vt. C. eo. l. cum antiquitas.

v Aliquo modo. ſcilicet, inter viuos pactionibus & ſtipulationibus. ſic ſupra de ſeru. §. fina. & de vſufruct. §. primo.

x Neq; vſus. quia locat: vt. C. eo. l. cum antiquitas. ſed vſuarius non: vt. ſ. eo. in prin.

y Neque vſusfructus. quia hæc non finitur, niſi morte: vt. ff. eo. l. ſi habitatio. circa prin. ſed vſusfructus multis modis: vt. ſ. de vſufr. §. finitur.

† Cõcor. cũ hoc. §. ca. ſi. in gl. ſup verbo fruatur. ex tra de pigno. vbi ponitur tenor huius §.

† Cõcor. c. quę in eccleſiarũ in gl. ſup verbo, alienãdi circa principium. extra de conſtit.

Quod verũ eſt quo ad perceptionẽ fructuum: nõ quo ad ius alienandi.

Stramentũ genus Bladi non eſt, ſed ſtipulę ſũt ac culmi poſt excuſſa grana collecti, vt de inde animalibus ſubſternicula fiant, ac rurſum in ſtercoratione conuertantur, vulgus palea dicit.

† Quæ ſit ratio, ꝙ vſum ędiũ habẽs eas locare nõ poſsit, habitationẽ habẽs poſſit, pulchre explicat Eguinarius Baro hic, eum illum videto.

Vt puta quia fũdus plus fructus affert, quã ſit de neceſsitate vſuarij.

Sic not. ꝙ ſeruitutes pſonales poſſunt alienari: pdiales non

ſecundum Por. Aeg. per.

Et qualiter intelligãtur verba ſi nupſerit, vel viduāliter vixerit. item ſi nupta erit vel vidua in teſtamento poſita: vide Angel. hic.

Nec alteri cõcedere vtendum: ſi tamẽ habeat vnicũ bouem vſuariũ, poteſt cõiungere cũ boue vicini: vt alternis diebus vtatur ſecundum Ange. Aegi. per.

Nihil vſque ad lucrũ ſeu abuſum: ſed ad vſum, & idem in cęteris fructibus. gl. in. d. §. ſed ſi pecoris. licet Io. de platea ſpeciale eſſe dicat in lacte. Aegi. per.

Iſta gl. communiter approbatur ſecũdum Ange. hic.

† Modico tamen lacte vti poteſt. neque enim tam ſtricte ſunt interpretandæ defunctorũ voluntates. l. plenũ. §. ſed ſi pecoris. ff. eo. Aegid. per.

Et ideo non tranſit ad hæ-

ſecundum Marcelli ſententiam noſtra deciſione[a] promulgata, permiſimus, non ſolū in ea degere, ſed etiam alijs locare†.

Permiſſa epilogatione, facit quodđam præambulum, tranſiens ad alias materias.

Hęc de ſeruitutibus[b] & vſufructu, & vſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus[c]. Expoſuimus[d] ſummatim, quibus modis de iure gentium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo &[e] ciuili iure adquiruntur.

TITVLVS VI.

DE VSVCAPIONIBVS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBVS.

Qui bona fide rem a non domino emerit, alio ve iuſto titulo habuerit, eam ſi mobilis ſit, anno vel triennio: ſi immobilis, decennio inter præſentes, & inter abſentes vicennio vſucapit.

Iure ciuili[f] cōſtitutum fuerat: vt qui bona fide[g] ab eo, qui dominus non erat[h], cùm crederet eum dominum eſſe, rem emerit: vel ex donatione, alia've[i] quauis iuſta cauſa acceperit: is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbiq; vno: ſi immobilis, biennio tantùm in Italico ſolo[k] vſucaperet: ne rerū† dominia[l] in incerto eſſent†.

a Deciſione. vt. C. eo. l. cum antiquitas.

b Hæc de ſeruitutibus. excuſat ſe, quare de hæreditatibus & obligationibus nō dicit: cū videatur hæc dicere debere: vt. ſ. de reb. cor. §. j.

c Proponemus. ſ. j. de hære. inſti. vſque ad ti. j. de obliga. & exinde vſq; ad ti. de actio.

d Expoſuimus. hæc continuatio refertur. ſ. de re. di. §. ſingulorum.

e Et. pro id eſt.

DE VSVCAPionibus &c.

*His titulus cōtinuatur per imperatorem ad præcedentia vt viſum eſt ſuprà ti. proxi. in fin. Quia ſupra dictum eſt, qualiter res iure gentiū nobis acquiruntur: nūc ſequitur videre qualiter iure ciuili nobis acquirātur. Aret. Et dic de vſuca. ſ. mobilium: ſed præſcriptio immobilium: * vt patet infra eo. in prin. & C. in quib. cau. ceſſ. long. temp. præ. l. ij. ſed. ff. eo. l. vſucapio. largè ſumitur per totū tit. & maxime in. l. quare. Accur.*

Iure ciuili. Totus iſte titu. diuidit in nouem partes. Nam ponit primo, quod ad vſucapionem requiritur bona fides, & iuſtus titulus, & ſpatium tēporis. Secundo, quod licet prædicta interueniant: non tñ procedit vſucapio propter naturā vel vitium rei. Tertio rediens ad primā regulam ponit qualiter in re aliena mobili poſſit tradēs habere bonā fidem. Quarto, quod in rebus immobilibus non vitio poſſeſsis mala fides authoris non nocet ſucceſſori. Quinto ponit caſum, in quo res furtiua poteſt vſucapi. Sexto, an res fiſci poſſit vſucapi. Septimo, qualis debeat eſſe res vel titulus. Octauo, an poſſeſſio authoris proſit ſucceſſori. Nono, quāto tēpore res aliena alienata à fiſco vel donata ab Imperatore vſucapiat. Secūda ibi, Sed aliquādo. Tertia ibi, Sed tñ. Quarta ibi, Quod aūt. Quinta ibi, Aliqñ. Sexta ibi, Res fiſci. Septima ibi, Nouiſsime. Octaua ibi, Diutina. Nona ibi, Edicto. Itē prima ſubdiuidit. Nā primo ponit ius antiquū. Secūdo illud corrigit. Secūda ibi, Et cum.

CASVS. Dixit iuuenis legū ſtudioſus dño Imperatori, Cū eſſem in domo patris mei, audiui à quodā viro antiquo, quod quoddā pratum ſitū prope vrbē in qua natus fui, pertinebat olim auo meo: & me intantū inſtigauit, quod cōueni poſſeſſorē dicti prati in iudicio, vēdicando ipſum pratū quaſi ad me pertineret. Et cum ſatis diu litigaſſemus, tandē aduocatus quidam doctiſſimus in legibus interrogauit aduerſariū meum, quanto tempore poſſediſti iſtud pratum? qui reſpondit: per viginti annos cum titulo & bona fide. Poſtea eius aduocatus oppoſuit in iudicio cōtra me præſcriptionem: quamobrem abſolutus fuit aduerſarius meus à iudice, & ego in expenſis condēnatus fui. Ab illo tempore citra ſemper optaui fieri iuriſperitus: & inter cæteros titulos iuris ciuilis deſideraui ſcire materiam præſcriptionum & vſucapionū. Deprecor igitur maieſtatē veſtram, quatenus me doceatis, quid ſit vſucapio, & longi tēporis præſcriptio? Cui adoleſcenti reſpondet Imperator: O dilecte iuuenis, nihil nobis vnquam delectabilius fuit, quā iuuenū ſyncerus amor ad leges perdiſcendas. Ideo nihil à te, quod petieris, abſcōdam: ſed omnia ex ſcrinio pectoris noſtri explanabimus tibi. Debes igitur ſcire, qd' maiores noſtri aliter de vſucapionibus, & pręſcriptiōibus ſentiebant, quam nos. Nam ſi quis aliquā re bona fide ab eo, quē dominū eſſe credebat, emerit, aut alio iuſto titulo habuerit illam rem, ſi erat mobilis, vſucapiebat vno anno, ſi immobilis biēnio. & hoc in Italia tantum: ne rerū dominia in incerto eſſent. Nos vero vſucapionū & præſcriptionū ampliauimus & tempora & loca, & conſtitutionem fecimus, qua ordinauimus, quod vſucapiones cōpleantur, non minori tempore, quā triennio in rebus mobilibus: præſcriptiones vero rerū immobilium inter præſentes cōpleantur decem annis, & inter abſentes viginti: non tantum in Italia, ſed in omnibus locis vel prouincijs noſtro imperio ſubiectis iuſta cauſa poſſeſsionis præcedente. Fran.

f Iure ciuili. i. l. xij. tabu. vel Romanorum per excellentiam: vt. ſ. de iure na. §. ſed ius &c.

g Qui bona fide. quod præſumitur, ſi à domino credat ſe emere: vt. ff. de cōtrah. emp. l. qui à quolibet. vel quia putat vendentē habere ius vendēdi: vt. ff. de verb. ſig. l. bonæ fidei emptor. quæ bona fides præſumit ſemper: vt. ff. de prob. l. verius. Exigit aūt in venditione duobus tēporibus bona fides. ſ. tempore cōtractus, & tēpore traditionis: in alijs aūt cōtractibus tēpus traditiōis ſufficit: nec nocet poſterior ſciētia. ſecus in peti. hęr. vt. ff. pro ſolu. l. pe. & pro empt. l. ij. & C. de vſuca. transfor. l. vnica. §. cum autem. ibi, hoc tantūmodo. & ff. de pet. hære. l. ſed & ſi. §. quod ab initio. Accur.

h Dominus nō erat. ſi enim erat dominus: & accipiēs fit dominus per traditionē: vnde nō vſucapit: vt. ff. eo. l. ſequitur. §. lana. & de cap. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. & ſ. de rer. di. §. per traditionem.

i Alia've. cum ſint multæ cauſæ iuſtę, ſiue tituli: vt. ff. de publi. l. j. §. ſed cur. vſq; ad. l. cum qui.

k In Italico ſolo. i. in Italia. non ergo etiā in prouinciali: vt. C. de vſuca. transfor. l. vnica. circa prin.

l Ne rerum dominia. hæc eſt ratio, quare vſucapio ſit inducta. eſt & alia. ſ. vt aliquis ſit litium finis: vt. ff. pro ſuo. l. fin. Accur.

ADDITIO. Dic, quod iſtæ rationes hic introductę proceſſerunt propter bonum publicum: vt dicit tex. in l. j. ff. de vſuca. de hoc vide Angel. hic.

[Left margin:] redes ' niſi relicta eſſet in gaudimētum. Et quid iuris quādo maritus relinquit vxorem dominā maſſariā & vſufructuariam: vide hic doc.

† Non tamen gratis concedere l. ſi habitatio. in prī. ff. eo. ratio quia legatū habitationis videtur legatū alimentorum. ff. de alimen. legatis. & ideo non poteſt gratis cōcedere: quia fieret contra mētem inſtituentis, ſecundum Nicol. Aegi. per.

~ Hāc differētiā improbat hoc loco Eguinarius baro: quē omnino videas.

[Right margin:] † Hæc ratio recitatur in. c. vigilāti. cum gl. ſup verbo ſegniciē. extra de pręſcri.

i Originē rationemque vſucapionis eleganter ac copioſe tractat Franciſ. Balduinus in præludijs ad hunc titulum.

l Dic hoc verū in rebus corporalibus. Item ſi habet titulū verum vel putatiuū: vt p Inno. in. c. vigilāti. de pręſcrip. vel ſaltem vtatur iure cōmuni. cap. j. de præſcrip. li. vj. alias ſecus. Et idē eſt in corporalibus quę quelibet res pręſumitur libera. l. altius. ff. de ſerui. & aqua.

Puta quia ſine ipſa lēge per habētē rē aliquo titulo eſſet incertū, an eſſet effectus dominus, vel quia alias, eſſet difficile probare dominiū. Iaſ.

Et cum hoc placitum erat [a], putantibus [b] antiquioribus, dominis ſufficere ad inquirendas [c] res ſuas, præfata tempora [d]: nobis melior ſentẽtia reſedit [e], ne Domini maturius [f] ſuis rebus defraudentur [g], neque certo loco [h] beneficium hoc concludatur. Et ideo conſtitutionẽ [i] ſuper hoc promulgauimus, qua [k] cautum eſt, vt res quidem mobiles [l] per trienniũ [m], immobiles verò per longi temporis poſſeſsionẽ (id eſt [n] inter præſentes [o] decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiãtur [p]. Et his modis non ſolùm in Italia [q], ſed etiã in omni terra, quæ Imperio noſtro gubernatur, dominia rerum [r], iuſta [s] cauſa poſſeſsionis præcedente, adquirantur.

Homo liber, res ſacra vel religioſa, & ſeruus fugitiuus, non poſſunt vſucapi. Areti.

Sed aliquando etiam ſi maximè quis bona fide rem poſſederit: nõ tamẽ illi vſucapio vllo tempore [t] procedit: veluti ſi qs liberum hominem, vel rem ſacram [v], vel religioſam, vel ſeruum fugitiuum [x] poſsideat.

Furti & violentiæ expulſiuæ vitium vſq; adeo rei inficitur, vt furtiuæ res, & vi poſſeſſa, nec longi temporis curriculo, à quãtumuis bonæ fidei poſſeſſore vſucapi poſſint: tantùm abeſt, vt ab ipſo fure aut violento occupatore vſucapiantur.

a Et cum hoc placitum erat. i. cum iſtud placebat.
b Putantibus. ſcilicet iureconſultis.
c Ad inquirendas. vel admittendas.
d Præfata tempora. ſcilicet anui vel biennij.
e Reſedit. ſcilicet in animo.
f Maturius. id eſt, mature.
g Defraudentur. quod iura nolunt: vt. C. de vſufruc. l. corruptionẽ. & de pręſcrip. xxx. ann. l. finali.
h Certo loco. ſcilicet, ſolo Italico, vt olim: vt. ſ. eodẽ.
i Conſtitutionẽ. C. de vſucap. trãſfor. l. j.
k Qua. ſcilicet cõſtitutione.
l Res quidẽ mobiles. & ſe mouentes: vt. ff. de verbo. ſigni. l. mouentiũ.
m Per triẽnium. quæ tempora tam pręſcriptionis quã vſucapionis continua ſunt: vt. ff. e. l. nunquam. ij. §. j. & in vſucapione ſufficit tetigiſſe vltimũ diem. In præſcriptione vero quęritur de momẽto ad momentum: vt. ff. eod. l. in vſucapionibus. & ff. de act. & oblig. l. in omnibus. Et eſt ratio: quia vſucapio fauorabilis eſt, pręſcriptio vero odioſa: vt. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fina. & ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam.
n Id eſt. quandoque longum tempus aliter ponitur: vt. ff. de damno infe. l. ſi finita §. non autem. Item aliud in perſonalibus actionibus: vt. C. quib. non ob. longi temp. pręſcrip. l. neque. & de conſti. pecu. l. ij.
o Præſentes. ſ. in eadem prouincia degentes: ſed abſentes in alia: vt. C. de pręſcrip. lon. temp. l. fina.
p Vſucapiãtur. proprie pro mobilibus accipitur: improprie pro immobilibus quantum ad hunc titulũ. ſic ff. de offic. procon. l. ij.
q Non ſolũ in Italia. ex differentia enim locorũ &c. vt. C. de temp. in integ. reſti. l. ſuperuacuam.

Quia ſolo fauore vſucapientis nulla ſpecia negligẽtia petentis currit: ſecũdũ Chr. quod tamen eſt falſum per illum tex. ibi, putãtibus. & l. j. ff. eod. dic ergo rationem q in rebus mobilibus vt plurimum agitur de minori p̃iudicio ſecũdũ Iaſ.

Quę ſequũtur vltramontani: vt refert Chri. hic. & procedit ſecũdum aliquos quãdo pręſcribit domino patiente & ſciente talis, procedit opi. Bal. vt refert An. opin. tamẽ glo. eſt cõmunis.

r Dominia rerum. Ex hac litera voluit dicere M. q̃ pręſcriptione x. vel xx. ann. dominium quæratur. pro eo eſt. ff. eo. l. cum qui. in ſi. j. rñ. B. contradicit: argu. ff. de iureiur. l. ſi duo. §. j. & C. de pręſcr. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. et eſt arg. pro B. ff. de pig. l. j. §. cum prædium. & C. de pig. l. vſucapio. & quod hic dicitur, & his modis referas ſecundum B. ad vſucapionẽ tantum, per quam ſecundum omnes dominium quæritur: vt. C. de pac. l. traditionibus. Vel quod dicit, dominium ponitur proprie quantum ad vſucapionem: improprie vero quantum ad pręſcriptionem: hoc eſt pro effectu dominij, id eſt, vt poſsidentes habeamus exceptionem: non poſsidentes habeamus actionem vtilem: vt. ff. de acquir. re. do. l. rem in bonis. & C. de pręſcri. xxx. ann. l. ſi quis emptionis. in prin. Et eſt ratio quare vſucapione magis dominium quæratur: quia mobilium rerũ vtilis eſt poſſeſsio: vt. ff. de acqui. poſ. l. ſi rẽ.
ſ Iuſta. vel quaſi: vt dicemus. j. eo. §. error.

Sed aliquã lo. casus. Inſtat iuuenis cupidus ſciẽtiæ legalis apud dñm Imperatorem. Dñe Imperator, ſupplico quatenus audiatis me patiẽter. Intellexi à veſtra maieſtate morẽ antiquorum, ſcilicet quãto tẽpore compleri valebant vſucapiones & pręſcrip. Itẽ audiui opinionem & ordinationem veſtram, qualiter tẽpora & loca vſucapionum & præſcriptionũ ampliaſtis. Sed generaliter locuti eſtis. ſ. ſi qs rẽ &c. Rei autem nomen eſt generale. Vellẽ igit edoceri, ſi vſucapio & p̃ſcriptio habeant locum in omnibus rebus indifferẽter. Nã ſunt quædam res ſacræ, ſunt quædam religioſæ, ſunt liberi homines, ſunt ſerui fugitiui: ſunt quædam res furto ſublatę: ſunt res vi poſſeſſæ: an ſi quis tales res bona fide poſsideat, poſsit eas vſucapere ſeu præſcribere? Ad quæ quęſita reſpõdet Imperator: Videmus te, egregie adoleſcens, ita eſſe ſubtili ingenio pręditum, q̃ faciliter te in virũ doctũ in legibus euaſurum ſperamus: quæ res profecto nos ſummopere delectat: & vtinã tales adoleſcẽtes plures in noſtra Repub. Deus nobis cõtuliſſet. Speramus enim noſtras ꝓuincias optime p̱ tales viros gubernãdas fore. Laudandi enim ſunt, qui ſingula p̱ſcrutari volunt, & plenius de oĩbus edoceri. Quapropter, q̃a in te videmus multũ ineſſe atẽtis energiæ, plenius te cupimus inſtruere, & de q̃bus vltro q̃ſiuiſti, reſpondemus, q̃ licet gñaliter locuti ſimus de rebus, quę poſſunt vſucapi & p̃ſcribi: excipiũtur tamẽ ab illa regula noſtra liberi homines, res ſacrę vel religioſæ, ſerui fugitiui, res furtiuæ, res vi poſſeſſę. Nam licet qs tales res bona fide poſſederit per tẽpus p̃dictũ: tamẽ nõ poterit eas vſucapere ſeu p̃ſcribere. Lex enim duodecim tabu. quæ eſt lex antiquiſsima, prohibuit vſucapionẽ vel p̃ſcriptionẽ taliũ rerũ. Quęrit vltra ſcholaris. Sereniſsime & clemẽtiſsime Impator, quãto plus audio de hac materia, tãto magis dubito. An hoc q̃ maieſtas veſtra nunc proxime dixit, debeat intelligi de ipſis furibus, q̃ alienas res furant: an de his, qui ipſi vi rapiunt: an de his, qui inuaſerũt poſſeſsiones alienas p̱ vim? Rñ. Imperator: O iuuenis, nõ debetis dicta noſtra de talibus furibus, vi raptoribus, aut violẽtis hominibus intelligere: quia tales alia rõne nõ poſſunt vſucapere vel pręſcribere: q̃a ſunt malæ fidei poſſeſſores: ſed intelligenda ſunt de his p̱ſonis, quæ à talibus furibus, vi raptoribus, aut violentis hoibus, tales res acquiſiuerunt, quãuis bona fide à talibus acceperint. Et ideo in rebus mobilibus nõ faciliter ẽt bonę fidei poſſ. ſortiuntur acquirunt res p̱ vſucap. Nã qui ſciẽs alienã rẽ vẽdiderit, vel ex alia cauſa tradiderit: furtum eiuſdẽ rei committit.

t Vllo tempore. etiam quadraginta annorum: vt. C. de pręſcrip. long. temp. quæ pro lib. l. fina.
v Rem ſacrã vel religioſam. niſi deſinãt eſſe ſacrę vel religioſæ: quod fieri poteſt: vt. ff. de reli. l. cũ loca. Acc.
x Seruum fugitiuum. qui facit furtũ ſuiſpſius vt. C. de ſer. fugi. l. j. Sed nũquid xxx. an. fugitiuus vſucapit?

Reſpon.

Reſpon.non, cum poſſeſsio retineatur: vt.ff.de acquir. poſ.l.j.§.per ſeruum. & l.rem quæ.in ſi.ergo non curi it vſucapio poſsidenti: vt.C.de præſcrip.xxx.vel xl. ann.l.male.niſi ex tunc quando ab alio cœperit poſsideri, vel ſteterit diu[l]: quia ex tunc deſinit poſsideri: vt.ff.de acqui.poſ.l.iij.§.ſi ſeruus. & l.per eum.§.per ſeruum.

Furtiuæ quoq; res, & quæ vi[a] poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tēpore[b] bona fide poſſeſſę fuerint, vſucapi poſsūt[c]. nam furtiuarum[d] rerum, lex duodecim tabularū, & lex Attilia inhibent vſucapionem vi poſſeſſarum[e]; lex Iulia & Plautia†. Quòd autē dictum eſt, furtiuarum, & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitā eſſe, non eò pertinet[f], vt ne ipſe fur, quive ꝑ vim poſsidet, vſucapere poſsit (nam his[g] alia ratiōe[h] vſucapio non competit: quia ſcilicet mala fide poſſidēt) ſed nevllus[i] alius, quāuis ab eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiēdi ius habeat. Vnde[k] in rebus mobilibus nō facilè procedit, vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat[l]. Nam qui ſciens alienam rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit: furtum eius cōmittit.

Rem alienam bona fide poſſeſſam vitioq; reali carētem, ſi quis bona fide accipienti, ex cauſa ad dominium idonea tradiderit, tunc vſucapio procedit: licet in facto, vel in iure tradens errauerit.

Sed tamen id aliquādo aliter ſe habet. nam ſi hæres[m] rem defuncto commodatā aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariā eſſe, bona fide accipiēti[n] vendiderit, aut donauerit, aut dotis[o] nomine dederit: quin is, qui accepit, vſucapere poſsit, dubiū nō eſt: quippe cùm ea res in furti vitium non ceciderit: cum vtique hæres, qui bona fide tanquā ſuā alienauerit, furtum non cōmittat. Itē ſi is, ad quē ancillæ vſusfructus pertinet, partū ſuū eſſe credēs

Sed tamen. CASVS. Domine Imper. inquit iuuenis, quomodo poſſunt hæc fieri: & qua via poteſt procędere vſucapio in rebus mobilibus? Reſpon. Impera. profectò dilecte iuuenis, ſi eſſetis vir grādæuus & prouectus, iuſte poſſemus vobis reſpondere, ꝙ dominus noſter in Euangelio reſpondit Nicodemo: Tu es magiſter in Iſraël, & hęc ignoras? Veruntamen, quia eſtis teneræ ætatis audiemus vos patienter. docebimuſque vos quomodo vſucapio poteſt ꝓcedere in rebus mobilibus. Nam ſi aliqua res alicui commodetur, vel apud aliquem deponaſ, vel alicui locata fuerit: & ille cui cōmodata vel locata erat, vel apud quem depoſita erat, moriatur, & hæres qui eidē ſuccedit, adiuerit hæreditatē eius: & inuenerit res illas in hæreditate defuncti, credēs eas eſſe de bonis ipſius mortui, eaſque res alicui alij vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aut quolibet alio titulo ſufficiente ad dominij translationem tradiderit: in his caſibus non eſt dubiū, quin ille, qui huiuſmodi rē bona fide acceperit, eam vſucapere poſsit: quia in prædictis caſibus huiuſmodi res mobilis ab hærede bon.fid. & iuſto titu. tradita, furti vitio non eſt affecta. Hæres enim qui huiuſmodi rem tanquam ſuam bona fide alienauit, furtum non commiſit. Et non ſolum in prædictis caſibus habet locum vſucap. ſed etiam in alio caſu. Nam ſi vſufructuarius ancillæ crediderit partum eius vſufruc. eſſe, & idcirco partum ancillæ credens eſſe ſuum, alicui bo.fid. emēti vendiderit, iſte fructuarius furtū nō committit. & hoc ſecundum illam regulam generalem, qua cauetur furtum ſine affectu furandi non committi. Et non ſolum his modis, ſed etiam alijs multis modis poteſt accidere, vt quis rem alienam mobilem ſine vitio furti in alium transferat: & ita efficiat vt à bo.fid. poſ. vſucapi poſsit. Et hæc dicuntur vſq; ad illum.§.quod autem. Franc.de Are.

a Vi.ſ. expulſiua*, nō cōpulſiua: vt.C.qd' met.cā.l. ſi vi vl' metu I gl.ſi.

b Prædicto longo tempore. ſcilicet triennij, vel decem vel viginti annis: ſed xxx. vl' xl. annis poſſunt: vt C.de præſcr.xxx. vel xl.annorum.l. omnes. & l.ſicut in rem.et de anna.except.l.j.§.ad hæc. Accurſius.

ADDITIO. Quod procedit in eo qui ab ipſo emit bona fide. alias ſecus de iure canonico, vt dixi ſupra.

c Poſſunt. niſi purgato vitio: vt infra eodem.§.aliquando.

d Nam furtiuarum. Similis ratio, quia lex vult: vt.ſ. quibus ex cau.manumit. non lic. in princi. vnde illud, Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas. Eſt & alia ratio: quia rēs vitioſæ ſunt: vt.j.eo.§.nouiſsime.

e Vi poſſeſſarum.ſ.ſi expulit, & poſſedit: nec ſufficit expuliſſe: vt.ff.eo.l.ſequitur.§.ſi tu vi.

f Non eo pertinet. ſcilicet tantum.

g Nam his.ſ.poſſeſſoribus violentis & furibus.

h Alia ratione. Not. quod præualet generalis ratio ſpeciali. ſic ſ.de nupt.§.affinitatis. & §.ſocrum. argu. contra.ff.de eden l.quædam.

i Sed nec vllus. C.quod metus cau.l.ſi vi vel metu. contra Sol. hic de vi expulſiua: ibi de compulſiua quæ voluntatem, licet coactam habet in ſe: vt.ff.quod metus cau.l.ſi mulier.§.penulti.

k Vnde. quia in rebus mobilibus alienis fit furtum contrectando: vt.j.de oblig. quæ ex deli.naſ.§.j.& ex eo fit furtiua: & ſic non vſucapibilis: vt.ſ.proxi. inde ſequitur, quod in rebus mobilibus &c.

l Competat. Sed videtur quod culpa authoris non comitetur.i.non ſequatur accipientem: vt.ff.de diuer. & temp.præ.l.an vitium. & ff.de doli ma.exc.l.apud Celſum.§.ſi cum legitima? Reſpon. ſi vitium eſt rei, comitatur, vt hic: ſi perſonæ, comitatur in vniuerſum ſuccedentem: vt.C.de acquiren.poſ.l.vitia. & C.communia de vſuca.l.ſi. ſed ſi in rem ſingularē ſuccedat, nō comitatur: vt.ff.de doli ma.excep.l.apud.§.de authoris. & C.de peri. & com.rei ven.l.dolum. niſi quādo vtet accesſione temporis eius authoris: vt.ff.de acquir.poſ l.Pomponius.§.ſi. Sed hodie vitium perſonæ nocet ſingulari ſucceſſori per authen.malæ fidei.

m Nam ſi hæres. ſic.ff.eo.l.poteſt. & l.ſeq.

n Accipienti. An ipſe hæres vſucapit titulo pro hærede? Rñ. non: vt.ff.de diner. & tempo.præ.l.cum hæres. Alij contra ſi vellet ex ſua perſona cōtinuare poſſeſsionem: vt.C.de præ.lon.temp.l.j. quod falſum eſt. Quādo ergo locum habet vſuca. pro hærede, cum nec in ſuis hæredibus locum habeat: vt.ff.pro hæ.l.ij.§.ſilium. & C.de vſuca.pro hære.l.nihil? Reſpon. quando defunctus retinebat aliquā rem credens ſuā: ſed nō vſucapiebat, qa deficiebat titulus, & hęres eſt extraneus.

o Dotis. pro filia, vel alia. nam & hic iuſtus eſt titulus: vt.ff.pro dote.l.j.

1 Pro libero et bona fide. Item ſi ſit paratus ſubire iudiciū liberale: ſecūdū doct. hic.

ſ Sūt quinque genera violētiarum. Expulſiua, cū quis expellitur à re immobili, ablatiua, cū res mobilis auferatur alicui: & hæ duæ impediunt vſucapi. & præſcrip. Cōpulſiua cū quis cogitur rem ſuam alienare. turbatiua, cū quis turbatur in poſſeſſione. inquietatiua cū duo prętendūt poſſidere, & alter alterū inquietat: & nulla illarum triū impedit vſuca. aut pręſcriptionē, ſecūdū Por. & gl. in l. j. C. quod me. cau. Aeg. per.

† Cuius rei ratio eſt, ne ſcilicet maleficium alienum potius, quā domini negligentia cauſam daret rē abalienandi. Baguinar. Baro.

Authoris vitium an ſucceſſorē comitaſ.

2 Et quæ ſint realia & quę perſonalia vitia, & an contra ſucceſſorē agentē in iudicio poſſit opponi de vitio authoris, vide An. hic.

Vſucapio pro hærede quādo habet locum.

Furtum

vendiderit, aut donauerit: furtum non committit [a]. Furtum enim ſine affectu [b] furandi non cõmittitur [c]. Alijs [d] quoque modis accidere poteſt, vt quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat vt à poſſeſſore vſucapiatur.

Vacuæ poſſeſsionis occupator, ſi cuipiam bona fide accipienti, ex iuſta cauſa eam tradiderit, vſucapiendi conditionem transfert.

Annota, Furtum in rebus ſoli nequaquam cadere.

Quòd autem [e] ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit, ius ita procedit: vt ſi quis loci vacantis [f] poſſeſsionẽ propter abſentiam [g] aut neglig̃etiam [h] domini: aut quia ſine ſucceſſore [i] deceſſerit, ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe mala fide poſsideat: (quia intelligit ſe alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit: poterit ei longa [k] poſſeſsione res adquiri: quia neque furtiuum, neque vi poſſeſſum acceperit [l]. Abolita [m] eſt enim quorundam veterum ſententia, exiſtimantiũ etiam fundi, locive [n] furtum [o] fieri. Et eorum vtilitati, qui res ſoli poſsidẽt, principalibus conſtitutionibus proſpicitur: ne cui longa & indubitata poſſeſsio auferri debeat.

Furtiua & vi poſſeſſa poſſunt vſucapi vitio purgato.

Aliquando etiam furtiua, vel vi poſſeſſa res vſucapi [p] poteſt: veluti

---

a Furtum non committit. & ita vſucapitur. Sed nõne fuit in iure erratũ: vt. ſ. de rer. di. l. in pecudum. ergo vſucapio nõ procedit: vt. ff. eodem. l. nunquã. ij. in princi. & l. ſi fur. §. j. Rñ hic errauit tradens, ibi accipiens: vt ex illis legibus colligitur [1]. Vel non prodeſt, vt ibi: ſed non nocet: vt hic.

[1] Et eſt ratio diuerſitatis, q̃a in præſcribẽte requiritur nedum bona fid. ſed & iuſtus ti. quẽ hic error impedit: ſed in tradente ſufficit bona fides.

b Furtũ enĩ ſine affectu. ſed probo, q̃ ſine affectu furtũ cõmittiẽ. Nã in interdictũ vñ vi incidit ſine affectu: qd' eſt ſimile furto: ergo & furtũ fit ſine affectu: vt. C. vñ vi. l. cum quærebaẽ. §. j. ibi, & generali. & ibi, cũ in talis &c. Rñd. in interdicto eſt affectus. licet nõ cõtra perſonã certã: ſed hic ſuum eſſe credebat.

c Nõ committiẽ. ſic. j. de obl. q̃ ex de li. naſ. §. placuit.

d Alijs. vt ſi iuſto errore credã me hęredẽ, cũ non ſim: vt. ff. e. l. põt. Itẽ mihi legatum, cum ſit ademptũ: vt. j. de act. §. ſi quis agẽs. ſic. ff. pro leg. l. iiij. in fin. & alias vbicũq; qs putat rem ſuam.

Quod aũt. CASVS. Dñe, vos poſuiſtis mihi exẽpla de vſuca. rerũ mobiliũ: ſed dicatis mihi ſi placet, qñ locũ habet vſucap. rerũ immobi. Ad hoc rñ. q̃ quo ad præſcriptionẽ earũ rerũ, quæ ſolo cõtinenẽ, expeditius ita p̃cedit vſuc. vt ſi qs ſine vi nactus ſit poſſeſsionẽ alicuius fundi vacãtis (qd' põt varijs modis cõtingere: aut videlicet propter abſentiã dñi, aut p̃pter eius negligentiã, aut ſi dñs fundi ſine ſucceſſore deceſſerit) licet ipſe, qui occupauit ma. fi. poſ. poſsideat, cũ intelligat ſe alienũ fundũ occupaſſe: ſi tñ alij bo. fi. accipiẽti hmõi fundũ tradiderit: poterit ille cui traditur præſcribere: & hoc ideo: quia hmõi fundus nõ videẽ vitio affectus: cũ ille, qui fundũ acceperit, neq; furtiuũ, neq; vi poſſeſſum accepiſſe intelligaẽ, ex quo iſte fundus nõ ſit furtiuus. patet tali ratione: q̃a rei immobilis furtũ fieri nõ põt. abolita eſt enim quorundã veterũ ſententia, qui putabant totius fundi vel partis ipſius furtũ poſſe cõmitti. Patet igitur, & cũ huiuſmodi fundus nõ ſit furtiuus, nec etiã vi poſſeſſus: p̃ſcribi poſsit. Principalibus enĩ cõſtitutionibus proſpectum eſt, ne aliqui eorũ qui res mobiles bona fid. poſsident longa & indubitata poſſeſsio auferri debeat. hoc dicit vſque ad §. aliquando. Franc.

e Quod autem. hucuſq; de vſu rerum mobilium dictum eſt: nunc procedit ad ius immobilium.

f Loci vacantis. locus interdũ dicitur plenus, vt qui poſsidetur. Interdum ſemiplenus: vt ille in quo aliquis eſt cauſa legatorũ, vel rei ſeruandæ cauſa: vt. ff de acq. poſ. l. iij. §. fi. de act. emp. l. j. §. j. Interdũ vacuus: & hoc tribus modis, vt hic: ſic. ff. de acq. poſ. l. ſi id qđ. Acc.

Locus dicitur plenus, ſemiplenus, & vacuus.

g Propter abſentiã. ſed hoc videtur falſum, q̃ propter abſentiã admittatur poſſeſsio: vt. ff. de acqui. poſ. l. clã. §. qui ad nũdinas. Sed tamẽ hoc propter effectum abſentiæ dicitur. ſ. obliuionẽ: vt quia longo tempore abſuit, præſumiẽ q̃ pro derelicto habuit. tẽpus enĩ inducit obliuionẽ: & ita obliuione amittiẽ dominiũ: vt. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. nõ aũt. quod tẽpus erit in arbitrio iudicis: vt. ff. de iur. deli. l. j. §. fi. & l. ſeq. dũmodo longum ſit, & obliuionẽ inducat, & animũ retinẽdi habere deſinat: vt ff. eo. l. furtũ. §. j. & ff. de acquir. poſſ. l. quẽadmodũ. Acc.

Hæc gl. fi. & vnica Aegi. per.

Tempus obliuionẽ inducere, qua conſequitur dominij perditio.

h Aut negligentiã. tãtũ vt reſpuat rei poſſeſsionẽ: qd' facile fit: vt. ff. de acqui. poſ. l. ſi q̃s vi. §. j. & §. differentia.

i Sine ſucceſſore. idẽ & ſi cũ ſucceſſore. dũmodo nõ fuerit apprehẽſa: vt. ff. de acqui. poſ. l. cum hæredes.

k Longa. ſ. x. vel xx. annis. Sed hic §. duabus rationibus eſt hodie correctus. nam præſumitur hodie talis poſſeſsio violenta: vt C. vnde vi. l. cum quærebatur. ergo non habet locũ hęc præſcriptio: vt. ſ. §. furtiuæ. Item alia ratione: quia bona fides deſideratur ab vtraque parte, alias xxx. annorum tantũ pręſcriptio curꝛit: vt in authen. vt ſponſ. larg. §. rurſus. coll. ix. Accur.

l Acceperit. vere, non furtiue.

ADDITIO. Quuod verũ intellige, ſiue debitor ſurripuit, ſiue alius, ſecundum cõmunem opi. licet gloſ. in vltimo caſu variauerit: vt hic per Chriſtoph.

m Abolita. id eſt, perempta. inde abolitio, id eſt, accuſationis peremptio.

Abolitio quid eſt.

n Loci. id eſt, partis fundi. ſed fundus totus dicitur: vt. ff. de verb. ſign. l. locus.

o Furtum. & eſt ſimile. ff. eod. l. quare. Sed contra. ff. de fur. l. ſi quis vxori. §. ſi ſulphurariæ. & l. ſi certæ. Solu. ibi non loci, ſed terræ, quæ eximebatur furtum fiebat. Et quod ſubijcit, & eorum &c. ſic cõſtrue: & proſpicitur principalibus conſtitutionibus, ne cui eorum, qui poſsident res ſoli, longa &c. & tunc non eſt neceſſe, quod in textu ſit, vtilitati. & ſunt hæ principales conſtitutiones: vt. C. de præſcrip. lon. temp. per totum. Accurſius.

Aliquãdo. CASVS. Dñe, dixiſtis mihi ſupra, q̃ res furtiuę & vi poſſeſſę vſucapi non poſſunt: nũquid hoc generaliter eſt verũ, q̃ res ſemel furtiua & ſemel vi poſſeſſa nunq̃ poſsit vſucapi? Ad hoc rñ. q̃ nõ. Nam res quondã furtiua vel vi poſſeſſa, aliqñ vſucapibilis efficiẽ: veluti, ſi poſtea reuerſa fuerit in dñi poteſtatẽ. Tunc enim purgato vitio q̃ vſuc. eius impediebat. bene poterit eius vſuca. procedere. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. res fiſci. Franc. de Are.

p Vſucapi. duabus rationibus ſtare nõ põt quod hic diciẽ. Prima: q̃a de iis eſſe vitioſa: vñ nõ erit mirabile, qd' videẽ velle inducere cõtra id quod eſt. ſ. eo. §. furtiuę? Rñ. dic furtiua vel vi poſſeſſa. ſ. quondã [2]. Secunda: q̃a dñs non vſucapit, cũ ſua ſit: nec alius ab eo accipiẽs, cũ trãſeat dñium: vt. ff. e. l. ſequiẽ. §. lana. & §. tũc

[2] Et hoc facit p̃ ſaluãdo dicto teſtis deponentis de filio alicuius q̃ iam ſit mortuus: quia ſubaudiẽ ſ. filius Caij. ſ. quõdam &c. Chriſto. Por.

in pot

in poteſtatẽ. Sed nũd. vſucapi poteſt.i. vſucapibilis eſt: vt ſi ab aliquo non domino alienatur non cõmittente furtum eius, vſucapiet emptor.

a Domini. vel quaſi, vt tutoris vel creditoris, ſi alienam rem debitor obligauit: vt. ff. eo. l. ſequitur. §. ſi pupilli. & pro ſoluto. l. fin. aliud ſi ſuã: vt ff. eo. l. ſequitur. §. ſi rem. Accur.

b Reuerſa. vel quaſi: vt. ff. de fur. l. quãuis. & ita quod non poſſit ab eo auelli: vt. ff. eo. l. ſequitur. §. tunc.

Res fiſci. QVAESTIO. Dñe, vos poſuiſtis exemplũ de quibuſdã rebus, quæ vſucapi non poſſunt: nunquid ſunt plures in quibus non habet locũ vſucap. vel præſcri? Rñd. quod ſic. Res enim fiſci noſtri vſucapi non poſſunt. & hoc eſt verũ in rebus fiſco acquiſitis, ſed ſecus eſt in acquirẽdis. nã Papi. ſcripſit quod ſi bon. fi. emptor de bonis vacantibus, & nondũ fiſco denuntiatis, aliquam rẽ emerit: & eandẽ bo. fi. ſibi traditã acceperit: poterit eam rẽ beneficio vſuca. acquirere. Et hoc idẽ diui Seuerus & Ant. reſcripſerũt. Et hæc dicuntur vſque ad illũ. §. nouiſsime ſciẽdũ. Frã.

ff. de iu. fiſ. l. j. §. diuus. & de diuer. & tẽp. præſ. l. inter. §. j. Sed ſi ex tẽpore ex quo cœperũt ad fiſcũ peruenire xx. annos habet: vt. ff. de iu. fiſ. l. j. §. præſcriptio. & hæc vera ſunt ſiue in re ſingulari, ſiue in vniuerſitate. & ſic loquit. ff. de pet. hæ. l. etiã ſi putauit. §. itẽ ſi qs à fiſco.

† Quãdo autẽ dicatur in poteſtatẽ domini reuerſa, pulchre explicat Paulus iuriſcon. ca. iiij. §. quod autẽ. & §. tunc in poteſtatẽ. ff. de vſucap.

ſi in domini[a] poteſtatẽ reuerſa[b] fuerit†: tunc enim vitio rei purgato procedit eius vſucapio.

Res fiſci vſucapi non poſſunt: at ſi tamen quam fiſco denuntiatæ fuerint, vſucapiantur. Aretin.

Res fiſci[c] noſtri vſucapi non poteſt[d]. Sed Papinianus ſcripſit, bonis vacantibus fiſco nõdum nunciatis[e], bonæ fidei emptorem traditã[f] ſibi rem ex his bonis[g] vſucapere poſſe[h]: & ita diuus Pius, & diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Non aliter res vſucapibilis eſt, niſi & vitio reali, aut quaſi reali careat, & eius non ſit commercium interdictum.

Nouiſsimè[i] ſciẽdum eſt, rem talem eſſe debere, vt in ſe non habeat vitium[k], vt à bonæ fidei emptore vſucapi poſsit, vel qui ex alia iuſta cauſa poſsidet.

Opinatio ſeu credulitas tituli, vſucapionem non inducit.

Error[l] autem falſæ cauſæ vſucapionem non parit: veluti, ſi quis cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſsideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſsideat.

Bona fides in vſucapione ab exordio conſideranda eſt, ideo defuncti bona fides, vniuerſalis ſucceſſoris malam fidem excuſat: continuatur enim defuncti poſſeſſio: & ex contrario, mala fides authoris hæredi, vtcunque bonæ fidei obeſt. Item authoris tempora, ſingulari ſucceſſori ad vſucapionem complendam accedunt, & continuantur.

c Fiſci. id eſt, imperij.

d Non poteſt. triennio mobilis, vel x. vel xx. annis immobilis. Idẽ in patrimoniali principis: vt. C. ne rei domi. vel templo. l. j. Idẽ in re ciuitatis: vt. C. de ſacroſan. ecc. l. fi. Idẽ in re eccleſiaſtica: vt. C. de ſacroſan. eccle. l. fi. Præſcribunt tamen dictæ res ſpatio xl. an. excepta re mobili eccleſiaſtica nõ ſacra, quæ triennio vſucapitur: vt. C. de præſcri. xxx. an. l. omnes. & in auth. de eccle. tit. §. pro tẽporalibus. coll. ix. & in authẽ. hæc conſtitutio innouat cõſtitutiones. colla. viij. Itẽ exceptis publicis, quæ ſunt vſui publico deputatæ: vt. ff. de via pub. l. viã. Itẽ res pupilli nõ vſucapit: vt. ff. de acqr. re. do. l. l. bonæ fid. in fi. j. rñ. ibi, nec intereſt[1]. Itẽ res filij à patre alienata: niſi xxx. an. à tẽpore quo eſt ſui iuris: vt. C. de anna. exce. l. j. in fi. & in auth. de nupt. §. ſi vero expectet. col. iiij. Item res data præſidi cõtra legẽ Iuliam repetundarũ: vt. ff. ad leg. Iul. rep. l. quod cõtra legem. Itẽ fundus dotalis: vt. ff. de fun. do. l. ſi fundum.

ADDITIO. Niſi fuiſſet inchoata ante, quã eſſet dotalis: vel haberetur reſpectus ad præiudiciũ alienantis tantum: quia valeret. Ange.

1 Ipſe tamen in re aliena præſtat vſucapiendi cõditionem. Et no. quod vſucapio incepta cũ maiore cõtinuatur, contra minorem: ſed ex clauſula generali reſtitui poteſt niſi lõgiſsimi tẽporis fuerit, quæ dormit durante pupillari ætate. Ange.

e Nondum nuntiatis. ab aliquo: cum variæ ſint cauſæ, quibus ad fiſcum denuntiatio fieri ſolet: vt. ff. de iure fiſci. l. j. in prin.

f Traditam. ſ. ab eo, qui acceperat poſſeſsionem horum bonorum.

g Bonis. ſ. alicuius morientis ſine hærede, cui ſucceſſit fiſcus, non idem in ciuitate: vt. C. de bo. vac. l. j. & l. vacantia. lib. x. Accur.

h Vſucapere poſſe. ſ. triennio, vel x. vel xx. an. cum habeat titulũ. ſi autẽ titulum nõ habet. & vult ex tẽpore delationis ſibi cõputare tps: habet quatuor annos: vt

Nouiſsime. QVAESTIO. Domine, iã poſuiſtis mihi exẽplũ, quando habet vſuc. vel præſcriptio. Sed pro Deo dicatis mihi regulã generalẽ per quã poſsim cognoſcere generaliter, quando locũ habere poterit vſu. vel præſcri? Ad hoc rñ. Impe. Amice, ſcire debes generaliter rẽ talẽ eſſe debere, vt in ſe vitium nõ habeat, ad hoc vt à bo. fi. emptore, vel ab eo, qui alia quacũque ex cã iuſta poſſidet, vſucapi vel præſcribi poſsit. Sed dñe, iã video, quod res debeat carere vitio, ad hoc quod poſsit vſucapi: ſed nunquid ſufficit ad vſuca. quod poſſeſſor errore deceptus credat ſe iuſto tit. poſsidere rẽ quã ſine titulo poſſidet: veluti, ſi per errorẽ credat ſe titu. donationis vel emptionis poſsidere? Rñ. quod nõ. Error enim falſæ cauſæ vſuc. nõ parit: veluti, ſi quis rem nõ emerit: & ſe eã emiſſe exiſtimans, quaſi titulo poſsideat emptionis, vel cũ res ei donata nõ fuerit, quaſi titul. donationis ſe poſsidere exiſtimet, nã in his caſibus cum in veritate titulus deficiat: vſuca. procedere nõ poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. diutina. Fran.

i Nouiſsime. i. in vltimis, vt breuiter dicam. ſic. ſ. de ſuſpec. tut. §. nouiſsime.

k Vitium. vel quaſi: vt. ſ. proxi. §. & §. aliquando. Sunt autem vitia, vt quia furtiua, vel vi poſſeſſa: vt. ſ. eo. §. furtiuæ[*]. Nunquid precaria poſſeſsio eſt vitioſa? Reſpond. non. argu. ff. cõmu. diuid. l. cõmuni diuidundo. §. inter prædones. Nunquid litigioſa? Reſpõ. non: vt. C. de præſcrip. long. temp. l. j. Nunquid clandeſtina[*]? Reſpõd. non dicitur res clandeſtina aliqua lege, ſed poſſeſsio. Quidam tamen dicunt omnia ſupradicta eſſe vitia rerum: vt arg. ff. de acqui. poſſ. l. Pomponius. §. cum quis.

l Error. de errore facti loquitur, idem magis in errore iuris: vt. ff. eo. l. nunquã. ij. in prin. Sed hic error facti quandoque prodeſt: vt. ff. pro empt. l. quod vulgo[*]. & ff. pro leg. l. pro legato. & ff. pro ſoluto. l. iij. & ff. pro ſuo. l. hominem. In quibus caſibus dicunt quidam locum habere titulum pro ſuo: & tantum in his & alijs, qui à lege ſpecialiter inueniuntur: vt. ff. de iu. do. l. proculus. ſecundum Azon. Nos idem ſecundum Ioan. in omnibus: & de his gratia exempli poſuit lex, & titulo emptoris, vel ſimili vſucapiebatur: non pro ſuo tantũ: vt tamen in emptione iuſtiorem errorem exigamus: vt ff. pro empt. l. ij. & l. iij. in prin. Item quid ſi non errat, ſed ſcit? Reſpon. nõ poteſt ſibi cauſam poſſeſsionis mutare[2]: vt. ff. de acqui poſ. l. iij. §. illud. & ff. eo. l. non ſolum. §. quod vulgo.

* Rem clandeſtinã nõ dicit, ſed poſſeſsionem.

Error duplex eſt.

* Ibi eſt iuſtiſsima cauſa erroris, quæ dat cauſam vſucapiẽdi: ſecundum Bar. & gl. in. d. l. quod vulgo. Aegi. per.

2 Et nota quod ad hoc vt ex iuſta cauſa quis poſsit mutare ſecundum gl. in d. l. nemo oportet, quod primã poſ. penitus à ſe abdicauerit, ſecũdũ Ange. hic.

Diutin

Diutina ſ poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi [a], & bonorum poſſeſſori continuatur [b]: licet ipſe ſciat [c] prædium alienum eſſe. Quòd ſi ille initium iuſtum non habuit: hæredi & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti, poſſeſsio nō prodeſt. Quod noſtra conſtitutio [d] ſimiliter [e] & in vſucapionibus obſeruari cōſtituit, vt tempora continuentur.

Tempus venditionis coniungitur cum tempore emptionis, Aret.

Inter venditorē quoq; & emptorem, coniungi tēpora [f], diui Seuerus & Antoninus reſcripſerūt.

Diutina. CASVS. Domine, pater meus Titius poſsidebat alienum fundum quem emerat à non domino, per octo annos cōtinuos inter præſentes: & poſtea deceſsit Titius pater meus, & ego ei ſucceſsi: & eūdem fundum inter præſentes per biennium continuum, vel etiā per triēniū ſine omni interruptiōe poſſedi: & ita tempus præſcriptionis à Titio patre meo inchoatum compleui: ſed veniēs poſtea verus dominus cœpit eundem fundum à me vendicare: & ego obieci ei exceptionem præſcriptionis: ipſe replicauit pſcriptionem per mortem patris mei eſſe interruptam. Domine, dicatis mihi ſi ope huiuſmodi replicationis poſsit exceptionem præſcriptionis elidere, & per conſequens in rei vendicatione obtinere? Reſpon. quod non. Nam diutina poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto: & hæredi ſuccedenti de iure ciuili, & etiam bonorū poſſeſſori de iure prætorio ſuccedenti continuatur: nec per mortem ipſius defuncti interrumpitur: quamuis ipſe hæres vel bonorum poſſeſſor ſcientiam habeat rei alienæ. & hoc verum, quando defunctus iuſtum habuit initium: ſecus eſt in caſu conuerſo. Nam ſi ipſe defunctus iuſtum initium non habuit, poſſeſsio eius hæredi vel bonorum poſſeſſori bonam fidem habēti prodeſſe non poteſt, quod noſtra conſtitutio non ſolum in pręſcriptionibus, ſed etiam in vſucap. obſeruari cōſtituit: vt videlicet inter defunctum & eius ſucceſſorem tempora continuentur. Et hæc non ſolum locum habent in eo qui ſuccedit in titulo vniuerſali: ſed etiam qui in titulo ſingulari ſuccedit. nam inter emptorem & venditorem tempora debere cōtinuari diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad. §. edicto diui Marci. Franc. de Are.

Diutina. ſ. decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, vel triennij: vt. ff. qui & à qui. l. ſi cum fidei. §. Ariſto. & ſ. eo. in princ. huius tituli. & C. eo. l. diutina. Accurſius.

a Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum poſſeſſor iure prætorio: vt. j. de bo. poſ. §. quos autem.

b Continuatur. niſi ipſi hæredi tradita ſit poſſeſsio: vt. ff. eo. l. hæres eius.

c Sciat. ff. de acquir. rerum do. l. quæſitum. ij. reſpō. contra. Sol. ibi hæres ſciebat rem eſſe eius, qui cauſam à teſtatore habet: vt legatarij: quod nocebat. hic alterius ſciebat: quod non nocet ad vſucapionem.

Pręſcribit hęres cum mala fide.

d Noſtra conſtitutio. vt. C. de vſucap. transfor. l. j.

e Similiter. non ſolum in præſcriptione.

f Tempora. ſ. vt continuentur, ſed in hoc differt, quia in titulo ſingulari vtrunque, ſcilicet emptorem & venditorem bonam fidem habere oportet: vt. ff. pro empt. l. ij. §. ſi eam rem alias contra. ſecus in vniuerſali titu. vt hic. Et eſt ratio, quia ſi hæres non adiret, hæreditas compleret: vt. ff. eo. l. nunquam ij. §. vacuum. quia eſt eadem perſonæ: vt in auth. de iureiur. à mor. præ. in ſi. j. reſpon. ibi cum vtiq; col. v. concor. cum hoc. §. ff. pro emp. l. ij. §. emptori. & §. ſi defunctus. & ſit hæc cōiunctio ad lucrū & ad damnū: vt. ff. quemadmo. ſer. amit. l. ſi quis alia. §. tempus.

Alienam rem à fiſco quouis titulo idoneo habens, mox tutus eſt, dominusq; fit: ius autem in re, vel ad rem ſeſe habuiſſe confidentes: intra quadriennium aduerſus fiſcum experiri debent.

Edicto [g] diui Marci cauetur, eum, qui à fiſco [h] rem alienā emit [i], ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio [k] autē diuæ memorię Zenonis bene pſpexit [l] ijs, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid accipiunt: vt ipſi quidem ſecuri ſtatim [m] fiant, et victores exiſtāt,

Edicto diui Marci. CASVS. Dicit Iuſtinia. quod edicto diui Marci ita cautum eſt, quod ſi aliquis emerit rem alienam à fiſco vendente vt ſuā, & dñs rei rem ſuā ab emptore intra quinquenniū poſtquam tempus vēditionis lapſum fuerit, non repetebat: poſtea emptor per exceptionem quinquennalis præſcriptiōis dñm rei repellebat. Et hoc obtinebat vſque ad tēpus dñi Zenonis. Poſtea autem conſtitutio bonę memorię Zenonis, illis, qui à fiſco vendente rem alienam vt ſuā, aliquid emerint, aut titulo donationis vel alia quacunque iuſta cauſa acceperint, bene proſpexit. nam in cōſtitutione Zenonis cautum eſt, vt illi, qui à fiſco alienam rem vendente vt ſuam, aliquid acciplūt: ſtatim ſecuri fiāt, & exiſtant victores, ſiue agāt aduerſus alios, ſiue ab alijs conueniātur. Sed certe dñe videtur mihi, quod iniqua ſit cōſtitutio Zenonis, quæ ſtatuit ita veros dominos per alienationē à fiſco factā ſtatim excludi. Ad hoc rñ. Amice, non eſt ita iniqua cōſtitutio Zenonis ſicut tibi videtur. nam in eadem cōſtitutione & dñis rerū proſpectum eſt. Licet enim aduerſus emptores venire nō poſſint, actiones tñ ſuas, ſi quas ſibi in hypotheca vel dñio rerum à fiſco alienatarū putauerint cōpetere: per eandē conſtitutionē vſq; ad quadriēnium aduerſus ſacratiſsimum ærarium potuerunt exercere. Sed dñe, iam video quid dñs Zeno ſtatuit in alienatiōibus factis à fiſco vēdente rē alienā vt ſuā. Sed ponamus, q Impator vēdat aliquā rem de pſimonio pprio, quod habuit ante diadema imperij. quid iuris erit in caſu iſto? Ad hoc rñ. q idem iuris in caſu iſto erit, quod ſtatutū fuit in cōſtitutione Zenonis. Nā in cōſtitutione quā nuper pmulgauimus de ijs, qui à noſtro priuato pſimonio vel à patrimonio venerabilis Auguſtę aliqd acceperint: ſtatuimus eadē p oia ſeruari, q in pfata diuinæ memorię Zenonis cōſtōne cōtinent. Et hęc dicunt vſq; ad ſi. ti. Fr.

Fiſcus vēdit rē, vel vt ſuā vel vt alienā.

g Edicto. i. præcepto generali: alias prætorum dicūtur edicta: vt quod metus cau. & ſimilia: vt ff. quod metus cau. l. ſi mulier. circa prin. Accur.

h A fiſco. vt à procuratore imperialium rerum. nam de patrimonialibus dicitur j. eo. in fine.

i Emit. ſ. à fiſco vēdente vt ſuā, à quo edicto res minorū excipiūtur: vt. C. ſi aduer. fiſ. l. ſi. Si aūt vt alienā, vt qa ceſſatū eſt in ſolutiōe tributorū, tria exiguntur. Et q ſit debitū, & quod ſit ceſſatū: vt ſi aduerſus fiſ. l. ſi. & C. ſi pp̄ter pu. pen. l. ſi. ij. rñ. forte biennio: vt. ff. loc. & cōdu. l. quo. §. inter. verſi. quo. Item tertio, quod res ſubhaſtetur. i. præconizet: vt. C. ſi propter pu. pen. l. fina.

ADDITIO. Et plura alia requiſita vide p Ang. hic, & per glo. in. l. j. C. de ſide inſtr. & iur. haſt. fiſ. li. x.

k Conſtitutio. C. de quadriē. præſcr. l. omnes.

l Bene proſpexit. corrigendo edictum diui Marci.

m Statim. ff. de peti. hære. l. etiam ſi. §. item ſi quis. in gloſ.

gloſ.emerit.contra. Sol. vt ibi in vniuerſitate, hic in re ſingulari loquitur. Alij dicunt, quod hic corrigitur[1]. Et eodem modo (ſcilicet primo, non ſecundo) reſpon. ad le. Codi. de hære. vel act. ven. l.j. Itē ibi erat res fiſci.

a Quadriennium niſi ſit minor, vel Reipublicę cauſa abſens; vt. C. de reſti. mil. l. neque.

b Actiones. ſed quæ? Reſpon. conditio ex hac lege, ſecūdum Ioan. ſed P. in rem dabat hic non domino cōtra dominum. argu. C. de hære. vel act. vē. l.j. contra. Solu. ibi de vniuerſitate vēdita, hic de re ſingulari.

c Cōſtitutio. C. de quadrien. præ. l. bene à Zenone.

d A nostra. i. à priuata noſtra ſubſtantia: ſed. ſ. de fiſcali dixit: vt. C. de quadriē. præſcri. l. bene à Zenone. Accurſius.

ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſsimum ærarium vſque ad quadriennium[a] liceat ijs intēdere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerū, quę alienatę ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones[b]. Noſtra autē diuina conſtitutio[c], quā nuper promulgauimus, etiā de ijs, qui à noſtra[d] vel venerabilis Auguſtę domo aliqd acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

TITVLVS VII.

DE DONATIONIBVS †.

Donatio mortis cauſa dicitur, quæ ob mortis imminentis, vel futuræ ſuſpicionem fit quis (ſenecta vel imminenti morte) inſtar legatorum fere per omnia redacta eſt. Reuocatur autem donatoris conualeſcentia & pœnitentia, item donatario præmoriente.

EST & aliud genus adquiſitionis[e], donatio. Donationū autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & nō mortis[f] cauſa. Mortis[g] cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet[h], haberet is, qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet[i]: is, qui donauit, reciperet: vel ſi eū donatiōis pœnituiſſet[k]: aut prior deceſſerit is, cui donatū ſit. Hæc mortis cauſa do-

DE DONAtionibus.

Iſte titulus continuatur per Imperatorem. Dictum eſt ſupra, de quibuſdam modis acquirendi: ſcilicet de acquiſitione quæ fit per vſucapionem & præſcriptionem. Nunc dicēdū eſt de alio modo acquirēdi, quæ fit per donationē.

EST & aliud. Totus iſte titulus, diuiditur in quinque partes. Primo ponit cōtinuationem cum diſtinctione bimembri. Secundo de donatione cauſa mortis. Tertio de donatione inter viuos. Quarto de donatione, ꝓpter nuptias. Quinto de vna acquiſitione de iure ciuili, quæ eſt correcta. Secunda ibi in. §. Mortis cauſa. Tertia in. §. Aliæ autem. Quarta ibi in. §. Eſt & aliud. Quinta ibi in. §. Erat olim. CASVS. Domine, iam video qualiter per vſucap. & præſcrip. acquiritur dominium rerū de iure ciuili: nunquid ſunt plures modi acquirēdi dominium de iure ciuili? Ad hoc reſpon. Iuſtin. quod ſic. Eſt enim & alius modus ciuilis acquiſitionis, videlicet donatio. vnde hic de dona. videndum eſt. & hoc in prima parte. Sed pone in ſecunda. Domine, iam video, quod vultis tractare de dona. ponatis mihi aliquam diuiſionem donationum? Ad hoc reſpon. Donationum duo ſunt genera. Eſt enim quædam donatio inter viuos, & alia cauſa mortis. Sed domine, dicatis mihi quid cenſetur donatio cauſa mortis? Ad hoc reſpon. Amice, dona. cauſa mortis eſt, quæ fit propter mortis ſuſpicionem: veluti ſi quis donat, vt ſi ipſum mori contigerit, remaneat dona. penes donatariū. & huiuſmodi mortis cauſa dona. tribus modis reuocatur: videlicet ſi donator conualuerit, vel eum donationis ſuæ pœnituerit, aut ſi donatarius prius deceſſerit: & huiuſmodi mortis cauſa dona. per omnia fere ad exemplum legatorum redacta eſt. Nam cum ante tempus noſtrum veteres iuriſprudentes dubitarent, vtrū donationē cauſa mortis oporteret obtinere ſimilitudinem cum legato, an cum donatione ſimplici inter viuos: & quidam antiqui eã vellēt donationi ſimplici comparare, & quidam legato: ob huiuſmodi diſcordiam antiquorum ſopiēdam à nobis conſtitutum eſt vt huiuſmodi dona. cauſa mor. per omnia fere legatis connumeretur: & ſic omnino procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio procedere conſtituit: & vt breuiter de hac donatione expediamus: in ſumma ſcire debes, quod mortis cauſa donatio eſt, cum aliquis ita donat, vt magis velit ſeipſū habere ſi cōualuerit, quam donatarium: magiſq; donatarium ſi moriatur quam hæredem ſuum ſicut Homerus recitat Telemachū his verbis expreſsis donaſſe Piræo. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. aliæ autē. Franc.

e Acquiſitionis. ſcilicet de iure ciuili. nam per ſtipulationem tantū contrahebatur, ſcilicet donatio: quæ ſcilicet ſtipulatio eſt de iure ciuili: ſed hodie fit nudo pacto: vt. C. codē. l. ſi quis argentum. §. fina.[2] & . j. de act. §. de cōſtituta. Vel dic eam eſſe iuris ciuilis approbatione, non inuentione, ſed iuriſgentium: vt. ſ. de rerum diui. §. per traditionem. Vel dic, ſui origo fuit de iuregentium vno modo, ſcilicet per traditionem: ac poſtea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuentus. ſ. per ſtipulationem. Tertio per Iuſtinianum additus eſt tertius, puta per nudum pactū. Accur.

f Et non mortis. ſi large hæc duo membra accipiuntur: in textu nil deeſt, & proprie ponuntur genera. nam multæ ſpecies ſub quolibet continentur. & hoc approbo. Vel accipe ſtricte pro duabus ſpeciebus tantum donationū, ſcilicet ſimplicis inter viuos, & ſimplicis cauſa mortis. & adde alias donationes, vt legatum: vt. j. de lega. in prin. Item donationem propter nuptias: vt. j. eo. §. eſt & aliud. Item & quod eſt. j. eo. §. fina.

g Mortis. ſ. inſtantis vel futuræ. vt. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. & vj. ſi quidem vbique mors timenda eſt: cū eius dies incertus ſit: vt. ff. eo. de mor. cau. don. l. ſenatus. §. mortis. & de condi. & demon.

h Si quid humanitus ei cōtigiſſet. i. ſi moriatur: vt. ff. de verb. ſigni. l. in vulgari. §. fin. & debet hoc exprimi: alias non eſt mortis cauſa donatio: vt. ff. eo. de mortis cau. do. l. Seia. §. fin. niſi ex cōiecturis appareat eū velle donare cauſa mortis. ADDITIO. Nota, ꝙ ad hoc, vt ſit donatio cauſa mortis, requiritur quod fiat mētio mortis. Idem no. glo. Bar. Ang. & Raph. & Imol. in dicta. l. Seia. §. fi. & gl. & Bar. in. l. Seia. ff. de do. ꝑleg. & Barto. in. l. quæ dotis. in fi. j col. ff. ſol. matri. alias autem licet aliquis ſit in extremis conſtitutus, ſi ſimpliciter donat, nec adijcitur cauſa mortis: intelligitur donatio inter viuos. & eſt text. ſingularis in dicta. l. Seia. §. fina. quod not. ſecundum Ang.

i Superuixiſſet. i. conualuiſſet. & ita tribus modis reuocatur vt hic ſubijcitur. & . ff. ſi cer. pe. l. nō omnes.

k Pœnituiſſet. quia voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem:

[1] Et iſtam cōmuniter approbāt omnes qa illo iure hęc præſcriptio erat i cognita. Ad. l. j. reſpō. ꝙ ibi conueniebatur ex natura rei quæ continet credita & debita: non ex eo qd eſſet aliena: qa ad rem ipſam. ſ. hæreditatem nō emptor ſed fiſcus conueniretur. Ia.

† Franciſcus Balduinus. hoc loco refert Apellū adſerere vidiſſe ſe exemplar vetus harum inſtitutionū conſcriptum ante annos quadringētos, in quo ad hunc modum diſtinctus erat, hic de donatiōe Titulus, vt prior pars, q̄ tractat de Donationibus cauſa mortis, ſubſequatur titulū de Legatis. altera pars ſubijciatur tit. Mandati.

[2] Etiā ſi ſit donatio cauſa mortis: ſecundū cōmuniter doct. de quo vide Ang. in. §. in perſonā. j. de actioni. & Chr. infra eo in gl. manifeſtauerit.

Hoc verum cum quid agitur facinoroſe; ſecus vbi virtus exercetur quia tunc nō eſt timēda mors. Seneca.

Sic diſcas quaſi nunquam moriturus, ſic viuas, quaſi cito moriturus: nil enim mali in morte eſt.

Tulli. viro forti non modo non timēda mors pro patria eſt, ſed appetenda. Aegi. per. Donatio cauſa mortis nō eſt, niſi exprimatur mors.

nationes, ad exemplum legatorum [a] redactę ſunt per omnia [b]. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrū donatiōis [c], an legati inſtar eam obtinere oporteret, & vtriuſque cauſæ quędam habebat [d] inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant [e]: à nobis conſtitutum eſt, vt per omnia ferè legatis [f] cōnumeretur: & ſic procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio [g] eam formauit. Et in ſumma [h], mortis cauſa donatio eſt, cum magis ſe quis velit [i] habere [k] quam eum, cui donat: magiſq; eum, cui donat, quā hæredem ſuum. Sic & apud Homerum [l] Telemachus donat Piræo.

Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.
Τὸν δ' ἄρα Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώια πάντα δάσωνται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.
Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπε.

Inter viuos donatio eſt, quæ nulla mortis ſuſpicione fit: ſed ex puræ libertatis fontibus prodit: quæ ſolo conſenſu perfecta, temere non reuocatur: ergo; publica inſinuatione, ſi quingentorum aureorum ſummam prætergrediatur in certis tamen caſibus etiam citra inſinuationem, effectum ſortitur.

Aliæ autem [m] dona-

---

ad mortem: vt ff. de adi. lega. l. iij. in fi. & quia donatio eſt ob cauſam, ſcilicet ſi moriar. & ſic poſſum pœnitere: vt ff. co. de mor. cau. do. l. ſenatus. §. j. in fi. & ff. de condi. cau. da. l. iij. §. ij.

a Ad exemplum legatorum. quantum ad vim & poteſtatem: quia ſicut legata morte cōfirmantur, ita donationes cauſa mor.: vt reuocari nō poſſint.

b Per oīa. ſubaudi fere, vt ſtatim dicet: nam in multis differunt.

c Donationis. ſ. ſimplicis, & inter viuos: alias nulla eſſet huiuſmodi diſtinctio, cum omne legatum ſit donatio: vt patet ex definitiōe eius: vt ff. de leg. ij. l. legatū.

d Habebat. ſ. donatio cauſa mortis. nam cum donatione inter viuos habet inſignia: vt ſit liberalitas cum legato. vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia: vt C. ad legē Falc. l. finali.

e Retrahebant. ſubaudi, & alij ad aliud.

f Fere legatis. dicit fere, q̃a in quibuſdam diſcreta à legatis. ecce enim ſi donas in annos ſingulos: donatio vna eſt, ſed legata plura: vt ff. de dona. cauſa mor. l. ſenatus. §. fina. Item legatum ab hęrede ſemper traditur: vt patet ex definitione legati. j. de leg. in prin. donatio autem vel ab hoc, vel ab alio. Item in donatione obligatur donans, in legato non. Item ſi teſtamentum accuſo: perdo legatum, non donationem: ſi tamen accuſo vt falſum. arg. ff. de his quib. vt indi. l. poſt legatum. §. qui mortis. Item alteri ſubſtituitur in legatis, ſecundū quoſdam: vt ff. de dona. cau. mor. l. ei cui mortis. & de lega. ij. l. vt hæredibus. Item filiusfamilias donat: ſed non legat: vt ff. co. de mor. cauſa do. l. tam is. & infra quibus nō eſt permiſ. fac. teſta. in princi. Item in legato tria tempora cōſiderantur, vt ſit capax legatarius: vt. j. de hæredum qua. & diſ. §. in extraneis. In donatione non: vt ff. de do. cau. mor. l. in mortis. Item quia pro legato datur interdictum quorum legatorum, nō pro donatione: quod dic vt in ſumma. C. quorum lega. l. j. & in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de do. cau. mor. Accur.

ADDITIO Imo habet locum, quorum legatorum, ſaltem in eo quod excedit Falcidiam: vel ſi per donatarium ſit occupata, ſecundum Io. Fab. & Ang.

g Conſtitutio. ſ. coram quinq; teſtibus ſcriptura interueniente vel non: vt C. eo. l. fina.

h Et in ſumma. i. vt breuiter de hac donatione expediamus: vt ff. eo. l. j.

i Velit. id eſt, vellet.

k Habere. ſ. ſi ſuperuixerit: vt ff. eo. l. ſenatus §. j.

l Et ſi apud Homerum. i. ſicut recitat poëta Homerus, quod Telemachus dictis verbis expſsis donauit.

Aliæ autem. CASVS Domine, iam vidi exēplum de dona. cau. mor. & de eius effectu, ponatis mihi exēplum de dona. inter viuos? Ad hoc reſpon. Amice, ſunt quædam aliæ donationes, quæ ſine aliqua mortis cogitatione fiunt: & huiuſmodi dona. inter viuos appellantur: & tales dona. legatis non comparantur. Si enim perfectæ fuerint, temere reuocari non poſſunt. Sed domine, dicatis mihi, quādo dicūtur pfectæ? Ad hoc reſpō. Amice, huiuſmodi donationes pfectæ cenſentur, cum donator voluntatem ſuæ liberalitatis in ſcriptis, vel ſine ſcriptis donatarijs manifeſtauerit, puta p talia verba, dabo vel donabo tibi talem rem. & in noſtra conſtitutione cautum eſt huiuſmodi donationes ſemel perfectas traditionis neceſsitatem ad exemplum vēditionis in ſe habere: vt ſicut venditor rem venditā numerato ſibi pretio tradere compellit: ita donatori poſt emiſſam liberalitatis vocem authoritate noſtræ conſtitutionis tradēdi neceſsitas imponat. Sed antiqui principes ſtatuerunt donationes ſimplices ſummam ducentorum aureorum excedentes, ſine inſinuatione ſcripturæ non valere. nunquid placet vobis, quod illud hodie obſeruet? Ad hoc reſpon. quod non. Nam cum conſtitutiones antiquorum principum ſtatuerunt huiuſmodi donationes ſimplices excedentes ſummam ducentorum aureorū actis interuenientibus inſinuari, noſtra conſtitutio huiuſmodi ſummam vſque ad quingentos ſolidos ampliauit, & ſtatuit vſque ad quingentos ſolidos ſine omni inſinuatione valere donationes, & per eandem cōſtitutionem quaſdam ſpecies donationum introduximus, quę licet quingentos ſolidos excedant, tamen nullam inſinuationem deſiderant: ſed in ſe ſine omni inſinuatione pleniſsimam habent authoritatem. & alia inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia & ſingula ex conſtitutionibus noſtris, quas ſuper huiuſmodi donationibus fecimus, manifeſtiſsime colligi poſſunt. Sed domine, vos dixiſtis mihi ſupra, quod huiuſmodi donationes ſimplices ſemel perfectæ non poſſunt reuocari: nunquid eſt hoc generaliter verum? Reſpon. quod non. Licet enim dixerimus tales donationes non poſſe reuocari, tamen ſciendum eſt, quod ſi pleniſsimæ ſunt huiuſmodi donationes: ſi donatarij ingrati extiterint erga donatores: licebit ipſis donatoribus per noſtram conſtitutionem certis ex cauſis eas reuocare. & hoc ideo ſtatuimus, ne donatores, qui beneficium ſuæ liberalitatis in alios contulerunt, ab illis iniuriam patiantur: ſecundum modos in noſtra conſtitutione enumeratos. Et hæc vſque ad illum. §. eſt & aliud. Franc.

m Aliæ autem. nunc proſequitur aliud genus donationis dictum eſt de donationibus cauſa mortis, nunc de dona. ſimplici. i. inter viuos. h. d. Accur.

h Temere.

Homerus quidā hoc loco addidi: ex Homero li. xvij. Odyſ. ſermone enim habetur in vet. exem. quorū hęc eſt interpretatio. Hoc ſermone virū piręus cōmonet vltro: Telemache ad noſtras famulas, age, dirige ſedes: Vt tibi, q̃ lędera Menelaus dona, reportent. Ad quē Telemachus ſapiēs ita fariet orſus: Piræe, haud eq. dē hęc poſſum digno ſcere facta. Nāque p ciſime ſpatioſa p atria ſerum Occidāt, rapiāt quę ſibi patrimonia fortes. His te malo ſunt donis, qui quemlibet horum. Quod ſi illos fato, mētita & multiplici ro morte: Tum mihi gaudēti referes dona omnia gaudens.

Hoc intelligas: vt dicit gl. in l. etiam. ff. de inoſ. teſta. & plene per Io. de Imo. in l. fin. ff. de dona. cauſa mortis. Ange.

a Hoc eſt falſum ſecundū Ange. ibi.

a Temere. ideo dicit temere:quia quandoque reuocantur:vt.j.eo.§.ſciendum.

b Voluntatem.etiam nudo pacto:vt.C.eo.de dona.l.ſi quis argentum.§.fina. Accur.

ADDITIO. Si tamen donetur factum:requiritur ſtipulatio & traditio, ſicut olim. Itẽ præſentia donãtis & donatarij, vbi ſit certæ perſonæ, ſecus ſi incertæ.

c Manifeſtauerit. ſcilicet per verba futuri temporis: vt dabo vel donabo,ad inſtar ſtipulationis:vt.ff.de verborum oblig.l.quinta.§.ſtipulatio. vel præſentis tẽporis: vt do,vel dono.cũ nudo pacto ſiat: & pactum etiam ſiat per verba præſentis temporis: vt.C.eo.de do.l.ſi quis argentum.§.fin.ff.de pa.l.tale.in princip.& in gloſ.ij.

d Vẽditionis.ex hoc verbo dicebat M.venditorẽ prędicte teneri ad rem tradendam.ſic.ff.de verbo.obliga.l.vbi autem non apparet.in fi.Ioã.cõtra.l.vt intereſſe dãdo & liberet: vt.ff.de actio.emp.l.j.in princip.& ſimilitudo quæ hic ſit, eſt in hoc,vt ſicut neceſsitas imponitur venditori ad aliqd, ſic & donanti:licet à principio nullus cogebatur,vt.C de actio.& obliga.l.ſicut.Sed nũquid donator de euictione tenetur? Reſpon.ſi incipit à traditione,non:vt.ff.eo.de do.l.Ariſto.in fin. Si à pactione,ſic:vt.C.de iure do.l.j.Accurſius.

ADDITIO. Et eſt ratio:quia cũ donatio ſit donidatio:iſte paciſcens obligatur expreſſe ad dandum.l.ſenatus.§.j.ff.de dona.cauſa mor.& ideo non liberatur,niſi transferat dominium:ſecus autem,vbi ſola traditio ſine facto interuenit. Ex quo infertur,quod pro euictione hic agitur primæua actione,quaſi non dederit,etiam re nondum euicta in totum vel pro parte.Secus in venditione,vbi pro euictione noua naſcitur actio, quaſi per traditionem obligatione ablata, quod not. pro præſcriptione, & libelli formatione ſecundum omnes hic.

e Conſtitutio.vt.C.de do.l.ſi quis argentum.§.fin.

f Etiam ſi non tradantur.id eſt,ſi tradere nolit donator. Accurſius.

g Neceſsitas. per condictionem ex lege,quæ ſtricti iuris eſt.ff.eo.de do.l.cum qui.&.C.eo.l.ſi quis argentum.§.finali.

h Retro principũ. ſ.eorũ,qui ante nos fuerũt: ex noſtra etiam patria,vt.C.eo.de dona.l.ſancimus.in fine.

i Conſtitutio. vt.C.eo.l.pe.in fine.

k Inſinuatione.i ſcriptura facta in præſentia publicarum perſonarũ.&in actis,vbi ſuperfluum eſt teſtes adhiberi:cum publica monumenta ſufficiant:vt.C.eo.l.data.&.l.in donationibus.

l Inuenit.ſ.noſtra conſtitutio:vt ſi donetur in redẽptionem captiuorum,vel à magiſtro militum donetur militibus: vel in refectionẽ domus donetur alicui:vt.C.eo.l.pe. Idem & ſi donet Imperator, vel ei donetur: vt in auth.de nõ alie.§.ſi † o minus. col.ij.& in auth.vt nõ ſiant pi.§.quia igitur.col.v. Idem in donatione propter nuptias.vt in auth.vt ſpon lar.col ix.in prin. Idem in remiſsione vſurarum futuri temporis:vt ff.eodẽ.l.Modeſtinus. Accurſius.

ADDITIO. Idẽ in donatione facta pro bene meritis,l.Aedil.ff.eo.dũmodo appareãt, & eis proportionẽtur: ſecundum doctores.

m Minime deſiderant. licet quingentorũ ſolidorũ ſummam excedant.

n Alia. veluti ne plures donationes diuerſis tẽporibus factæ coaceruẽtur: vt.C.eo.l ſancimus.§.ſi quis autẽ. Item vt ij,qui pecuniam recipiunt in redemptionẽ captiuorum, iurẽt ſe ibi bona fide expẽdere. Item vt ſacramẽto domini domus quæſtio dirimatur:vt.C.eo.l.pe in ſine.

o Conſtitutionem.vt.C.de reuo.do.l.fina.

p Ex cauſis [illegible] ſ.vt ſi atroces iniurias in eum effunderet:vel impias manus inferat,vel graue damnum in bonis,vel vitæ periculum intulit:vel ſi legi dictæ in donando non paruerit:vt.C.de reuo.do.l.ſi.Sed donatio liberto facta,ſolo obſequio non præſtito reuocatur. aliud in libertate:vt.C.de reuo.do.l.j.& de libe cau l.ſolo. Eſt & hic arg.pro domino,vt his cauſis poſsit reuocare feudũ.ſic in auth.vt lib.decæ.§.illud vero.col.vj.&.ff.de lib.agno.& alie.à paren.&c.l.alimenta.

ADDITIO. Vnde verſus, Quinque modis perdo mihi quæ donata fuere. Infero ſi damnũ grauiter donãtis in ære. Huic per me ſi ſit atrox iniuria facta:Si ſit perſona manuali vulnere tacta: Quãdo ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor. Ingratus domino,re donata ſpoliabor. Ingratum factum dic me cum fregero pactum. Ius autẽ reuocandi donationẽ ex cauſa ingratitudinis,nõ trãſit ad hæredes,ſi defunctus facultatem reuocandi habuit.

Eſt & aliud. CASVS. Domine, iam vidi de dona.ſimplici,quæ appellatur dona.inter viuos,nunquid eſt aliquod aliud genus donationis inter viuos? Ad hoc rñ. quod ſic. Eſt enim quoddam aliud genus donationum. quod veteribus iuriſconſultis penitus erat incognitũ: ſed poſtea à iunioribus principibus fuit introductum: & ſecun

tiones ſunt, quę ſine vlla mortis cogitatione fiũt: quas inter viuos appellamus, quæ non omnino comparãtur legatis, quæ ſi fuerint perfectæ, temerè[a] reuocari nõ poſsũt †. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam voluntatem[b] ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit[c]. Et ad exemplum venditionis[d] noſtra conſtitutio[e] eas etiam in ſe habere neceſsitatem traditionis voluit: vt etiam ſi nõ tradantur[f], habeãt pleniſsimũ & perfectum robur, & traditionis neceſsitas[g] incumbat donatori. Et cùm retro prĩcipum[h] diſpoſitiones inſinuari eas actis interuenientibus volebãt, ſi maiores fuerant ducẽtorum ſolidorum: conſtitutio[i] noſtra eam quantitatem vſque ad quingentos ſolidos ampliauit: quam ſtare etiam ſine inſinuatione[k] ſtatuit. Sed & quaſdam donationes inuenit[l] *, quę penitus inſinuationem fieri minimè[m] deſiderant: ſed in ſe pleniſsimam habent firmitatem. Alia[n] inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus, quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt.

Donatio inter viuos etiam perfecta, ex aliquibus cauſis reuocari poteſt. Aretinus.

Sciendum eſt tamen, quòd et ſi pleniſsimę ſint donationes: ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram conſtitutionẽ[o] licentiam præſtitimus, certis ex cauſis[p] † eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios cõtulerint, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

Donatio an poſsit fieri ſine ſtipulatiõe.

a Vt hic. & c.vlt.in gl.j.in.fi. extra eod. titu.

k Triplex eſt intereſſe. Cõuentum, vt p̃ tiũ, quod conuenit. cõmune, vt quanti res cõmuniter valet. Singulare quod vtrumque aliorũ excedit, ſecũdum gl.in l.j.ff.de actio.emp. Aegi.per.

l Niſi de ipſa etiam vnde eſſet p̃miſſum: vt.l.ij.C.de euict.ſecũdũ Ange.& Iaſ. Itẽ debet itelligi qd' pręceſſerit cõuentum ſaltẽ ordine intellectus, cũ alias ex ſola traditione nõ trãſferatur dominiũ, ſecũdũ Chr. hic.

: Pata qualiſcũq; iudicis etiam extra net nec habet neceſſe decretũ interponere. Et poſſũt hęc omnia fieri etiam ex interuallo quæ ſi non interuenerit: non annullãt totam donationem:ſed p̃ parte tantũ in qua excedit. Angel. Et an inſinuationi poſsit renũtiari, & ſine ea donatio valida ſit: & an in ſimplici remiſsiõe ipſa inſinuatio. Itẽ in acceſsione debitoris citatio requiratur, vide Ang.& Iaſ.huc.

* Alias, inſtitut.

† Scilicet propter ingratitudinem vt hic dicitur: & xvj q.vij.c.inuentũ.&.l.vj.diſtin.c.ſatis peruerſum: et extra de do.ca vlt. Inſinuatio quid eſt.

Donationes inter viuos certis ex cauſis reuocantur.

& ſecundum eos donatio ante nuptias appellabatur, & in ſe habebat tacitã conditionẽ, vt videlicet tũc rata eſſet hæc donatio, & effectũ haberet: cum matrimonium eſſet ſubſecutũ. Sed domine, quare appellabatur ante nup? Reſpon. quod ideo: quia ſemper ante nup. ſiebat, licet effectũ nõ haberet: niſi nuptijs ſubſecutis: & nunquã poſt nup. celebratas tali donatio potuit ichoari. ſed poſtea diuus Iuſtinus pater eiuſmodi obſeruationẽ ſemiplene correxit. Nã cũ permiſſum fuerat dotes cõſtante matrimonio poſſe augeri: permiſit in cõſtitutione ſua hmõi donatio. ante nup. & poſt nup celebratas ad ſimilitudinẽ dotiũ poſſe augeri: ſed tñ nomen incõueniens penitus remanebat. nã ante nupt. vocabatur vt prius: licet ex cõſtitutione ſua poſt nup. tale ſuſciperet incrementum: et ita augebatur poſt nupt. tñ ante nup. appellabatur. Et ita manifeſte patet, quod nomẽ nõ bene cõſonabat rei. vnde nos pleniſſimo fini ſanctiones tradere cupientes, & conſona nomina rebus eſſe cupiẽtes vel ſtudentes, in noſtra conſtitutione ſtatuimus: vt hmõi dona. non ſolum poſt celebratas nup. augmentum ſuſcipiant, ſed etiam initium ſui ſuſcipere poſsint. & in hoc dotibus paríficantur, vt quẽadmodum dotes, conſtante matrimonio non ſolum augeri, ſed etiam de [illegible] poſſunt. ita huiuſmodi donationes, quæ pr[illegible]ptias introductæ ſunt, non ſolum conſtãte m[illegible]nio cõtracto augeri: ſed etiam de nouo conſtitui poſſunt. & hæc dicuntur vſq; ad illum. §. erat olim.

Propter nuptias donatio (quæ olim ante nuptias dicebatur) non ſolùm contracto matrimonio augeri poteſt, ſed etiam conſtitui [illegible] initium ſumere.

Eſt & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudẽtibus penitus erat incognitum: poſtea autẽ à iunioribus diuis principibus introductum [a] eſt, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in ſe cõditionem habebat [b], vt tunc ratũ eſſet, cum matrimonium eſſet inſecutum [c]. Ideoq; ante nuptias appellabat, quòd [d] ante matrimonium efficiebatur: & nunquam poſt nuptias celebratas, talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus pater † noſter [e], cùm augeri [f] dotes & poſt nuptias fuerat [g] permiſſum: ſi quid tale [h] eueniret, & ante nuptias augeri donationem, & conſtante matrimonio ſua conſtitutione permiſit [i]. ſed tamen nomen incõueniens remanebat: cùm ante nuptias quidẽ vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſsimo fini tradere ſanctiones cupientes, & cõſequẽtia [k] nomina rebus eſſe ſtudentes †, conſtituimus [l], vt tales donationes nõ augeantur tãtum, ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, ſed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur [m]. vt quemadmodum dotes conſtante matrimonio non ſolùm augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtę donationes, quę propter nuptias introductę ſunt, non ſolùm antecedãt matrimonium, ſed eo etiam contracto [n] augeantur & conſtituantur.

† Patrem ſuũ Iuſtinũ vocat, qd' ab eo adoptatus eſſet: cũ re vera fuerit eiuſdẽ Iuſtini ex ſorore nepos.

Dos, & donatio ꝓpter nuptias debẽt eſſe in æqualitate.

Dos datur vt inde matrimonij onera ſupportẽtur.

[k] Alias cũ hoc eſſet.

a Introductum: vt. C. de do. ante nup. per totum tit.

b Habebat. & hodie habet, ſi fiat donatio prius, nam & poſtea fieri poteſt: vt. j. eo. §. ſed tamen.

c Inſecutum. de iure & de facto.

d Quod. id eſt, quia.

e Pater noſter. I. c. j. quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. § cæcus.

f Cum augeri. i. cum hoc non eſſet [1] Accur.

g Fuerat. etiam ante ſe.

h Tale. puta, quia augeatur dos.

i Permiſit. ſ. diuus Iuſtinus: vt. C. de do. ante nu. l. pe.

k Et conſequentia. alias conuenientia. ſic. C. de epi. & cle. l. decernimus. in fi. glo. ff. & in ſummario & de offi. præfec. vrb. l. j. in fi. & de defen. ciuit. l. d. ſerſores, arg. contra C. de conſti. pec. l. ij. § pe. & ff. de adi. leg. l. ilj. §. conditio.

l Conſtituimus. C. de dona. ante nup. l. fi.

m Exæquentur. ſi de nouo fiat donatio vel dos poſt matrimoniũ, vel vetus augeatur, eſt æqualitas; vt. C. de do. ante nupt. l. fi. §. ſi igitur dote. Si ante matrimoniũ, poterat eſſe inæqualitas: vt. C. de pact. con. l. ex morte. in prin. Sed hodie æqualitas eſt ante & poſt in cõſtituendo, & in pactis lucrorum: vt quantum dat vxor in dotẽ, tantum det in datione propter nuptias maritus. & ſicut hic ſit dominus dotis, ſic illa donatíõis propter nuptias: viun. fructum tñ habeat maritus, ne accidat matrimonij oneribus dotẽ non ſeruire. Nam æquitas ſuggerit, quod dos debeat eſſe ibi, vbi ſunt onera matrimonij: vt ff. de iur. do. l. dotis fructus. & l. plerunque. §. ſi ſerui. cum tantũdem reddatur vxori: ex qua donatione cõſulitur mulieri ſoluto matrimonio, ſi res dotales nõ exiſtant: & quia nõ potuit alienare maritus, etiam ea cõſentiente [z]: vt J. ti. proxi. in prin. licet alias iuri hypothecæ poſsit renuntiare: vt. C. ad Velle. l. etiã. & l. iubemus. & in authẽ. ſiue à me. eo. tit. C. Et ſicut dos vxori, ſic & talis donatio iure redditur viro, ſoluto matrimonio cũ ſit æqualitas: vt in authẽt. de æqua. do. §. j. col. vij. Eſt & ſponſalitia largitas: qñ ſponſus ſpõſæ per verba de futuro, vel ecõtra donat pure, nõ reſpectu dotis, quę ſimiliter cõditionẽ matrimonij habet: vt. C. de do. ante nu. l. cum veterum. & l. ſi à ſponſo. Accur.

ADDITIO. Tu dic ꝙ aliqñ ſit ex mera liberalitate, hoc expreſſo, ꝙ nullo caſu repeti poſsit. & habet locũ l. ſi mater. C. de do. ante nup. aliqñ ſit ſimpliciter nullo expreſſo: & tunc olim præſumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis. l. ij. l. ſi filiæ. & l. ſi tibi. C. e. hodie vero ob cãm futuri matrimonij. l. cũ veterũ. eo. tit.

n Sed eo etiã contracto Hodie hoc corrigitur in authen. de æqua. do. col. vij.

† Hic eſt caſus in quo filius corrigit patrẽ, nec obſtat Auth. de nup. §. ſi vero expe. Ange. per.

[z] Niſi poſt biẽniũ iterum cõſentiat, & ex alijs bonis ꝗ ſuperſũt ſibi ſit conſultũ: nec tunc ſibi prꝗiudicat niſi quatenus probetur verſum in rẽ ſuã. Ange. Hodie tamen de cõſuetudine talis donatio non conſtituitur. vt vult gl. in Auth. æqualitas. C. de pact. cõ. & Bal. in Auth. dos data. C. eo. la.

Erat olim. CASVS. Dñe, vidi plures modos acquirẽdi de iu. ciui. nunquid adhuc reperiunt plures modi ciuilis acquiſitionis? Rñd. ꝙ ſic. Erat enim olim alius modus ciuilis acquiſitionis per ius accreſcẽdi: quod quidẽ ius accreſcẽdi erat tale. Si duo habebãt ſeruũ cõmunẽ, Petrus & Mar. ſi Petrus ſolus inter viuos vel in vltima volũtate cõmunem ſeruum manumitteret, libertas non valebat: ſed in eo caſu pars Petri penitus amittebatur & Mar. nolenti manumittere accreſcebat: & ita ſeruus, qui prius cõmunis erat, totus Martino p ius accreſcẽdi acquirebatur, ſed cũ hoc peſsimũ fuerat exemplũ ſeruum quidẽ manumiſſum libertate defraudari, & impoſitione libertatis humanioribus dominis damnũ inferri, & ſeuerioribus lucrum acquiri: ideo hoc quaſi inuidia plenum pio remedio per noſtram conſtitutionem duximus corrigendũ: & inuenimus viã per quam

a Quæ in iure conſiſtũt. i. ſub hoc prædicabili ius, cõtinetur: in quarũ definitionibus ponitur hęc dictio ius, in prędicato: qualia ſunt omnia iura. ſ. incorporalia: vt ff. de rer. di. l. j. §. quædam.

b Hæreditas. vt. ff. de verb. ſigni. l. nihil.

in iure conſiſtunt [a]: ſicut hæreditas [b], vſusfructus [c], vſus & obligationes [d] quoquomodo [e] contractæ. Nec ad rem [f] pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur †. Nam & fructus, qui ex fundo [g] percipiunt, corporales ſunt: & id, quòd ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque [h] corporale eſt: veluti fundus, homo, pecunia. nam [i] ipſum ius hæreditatis [k], & ipſum ius vtendi fruendi [l], & ipſum ius obligatiõis [m] incorporale eſt. Eodem numero [n] ſunt iura [o] prædiorum vrbanorum & ruſticorũ, quæ etiam ſeruitutes vocantur [p].

c Vſusfructus. j. de vſufruc. in prin.

d Obligationes. j. de oblig in prin.

e Quoquomodo. i. ſiue ex contractu, vel quaſi: ex maleficio, vel quaſi: vt j. de oblig. §. ſi.

f Nec ad rem. reſpondet tacitæ obiectioni. quaſi dicat, quomodo hæreditas eſt incorporalis, cum in ea ſint res corporales?

g Ex fundo. in quo vſumfructum habemus.

h Plerunque. propter ſeruitutes, quę per actionẽ vel obligationẽ debentur: vt j. de act. §. ij. et propter actionũ ceſsionem: vt. ff. mand. l. ſi procuratorem §. fi. & ff. de rei vend. l. ſi hominẽ. alias ſulian. §. vſque adeo. Accur.

i Nam. pro ſed. alias tñ, & melius.

k Ipſum ius hæreditatis. i. ipſa hæreditas. & ſic in tranſitiue hæc tria leguntur.

l Fruendi. ſcilicet, vſusfructus.

m Ipſum ius obligationis. i. obligatio ipſa.

n Eodem numero. i. incorporalia.

o Iura. id eſt, ſeruitutes.

p Vocantur. de quibus. j. ti. proxi. dicitur ſtatim. De quibuſdam quæritur, licet ad nos non pertineant: vt vt de aëre, fumo, & de ſtatu animalis? Rñd. ſecundum Philoſophos eſſe corporalia. Item quid de angelis bonis & malis, & anima hominis? Reſpond. hæc incorporalia eſſe.

† Sic contentũ non ſemper ſequitur naturam cõtinẽtis: hinc eſt quod ſi ſolus fundus ſit i peculio nõ ſequitur eo vẽdicato, q & ipſũ peculiũ vẽdicetſ. Acgi. per.

† Obſeruãdũ hoc loco admonet Franciſ. Balduinus, res hęreditarias eſſe in hęreditate, ſed non eſſe ipſam hæreditatẽ. Hic qui vendidit hæreditatem non præſtat cui ctionẽ rei alicuius hęreditariæ. l. ij. ff. de hæred. vel actio. ven.

Fumus & aër corporalia, ſunt.

DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM.

Dictam eſt ſuprà de rebus incorporalibus in genere, ſequitur videre in ſpecie: & ideo de ſeruitutibus [illegible]; quæ ſunt incorporales: vt ſupra ti. j. in ſi.

RVſticorum. Iſte ti. diuiditur in quinque partes. Primo ponit de ſeruitutibus ruſticorũ prædiorum. Secundo de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Tertio redit ad ſeruitutes ruſticorũ. Quarto ponit quare appellantur ſeruitutes prædiorum. Quinto ponit qualiter dictæ ſeruitutes conſtituãtur. Secunda ibi, in. §. prædiorum. Tertia ibi, in. §. inter ruſticorum. Quarta ibi, Ideo autem. Quinta ibi, in. §. ſi quis velit.

TITVLVS III.

DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM.

Animaduerte ſeruitutum quaſdam à re rei deberi, (quas reales appellamus) quaſdam verò à re perſonæ: de prioribus hoc titulo traditur: de reliquis, proximioribus titulis diſcutietur.

Eſt autem ſeruitus realis (vt Bart. lib. viij. ſſ in ſuum titul. de ſeruitut. in l. j. definit.) ius prædio [illegible] ipſius vtilitatem reſpiciens, & alterius libertatem diminuens.

Ruſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, quæ ruſticis prædijs (id eſt gratia fructuum percipiendorum, aut colligendorum facta) debentur: vt via, iter, actus: & id genus ſimilia.

Vrbanorum verò prædiorum, ſunt, quæ vrbanis prædijs (id eſt, ædificijs) debentur, quarum exempla profuſè hic traduntur. conſtituuntur autem ſeruitutes, vt ſcribitur ad finem huius tituli.

Domine, iam, video, quod vultis tractare de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. dicatis ergo mihi, quid eſt iter? Ad hoc reſpond. Amice, iter eſt &c. prout continetur in litera. & ſic pone caſum de cæteris ſeruitutibus vſque ad. §. prædiorum vrbanorum. Franciſcus.

RVſticorũ [q] prædiorũ iura [r] ſunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eundi [s] ambulandi [t] hominis, † non etiam iumẽtum [v] agendi, vel vehiculum. Actus eſt ius, agẽdi iumentum [x] vel vehiculum. Itaque qui habet iter, actum non habet [y]: qui habet actum, & iter habet [z]: eoque [a] vti poteſt etiam ſine iumento. Via eſt ius eũdi [b] & agẽdi, & ambulãdi: nam iter & actum via in ſe continet [c]. Aquæductus eſt

q Ruſticorum. ſic & ff. eo. l. j.

r Iura. id eſt, ſeruitutes. Et not. hic tria genera ſeruitutum, quædam à perſona perſonæ debentur: de quibus dicitur ſupra de iure perſonarum, quędam ab vna re alteri rei: de quibus dicitur in hoc titulo [1], quædam à re perſonæ: vt vſusfructus. & vſus, & habitatio: vt infra titu. primo & ſecũdo. poteſt & quartum dici, vt à perſona rei debeantur: vt. ff. de condition. & demonſtratio. l. Titio centum. §. Titio. ij. & de alimen. & ciba. legat. lege, ſeruos.

s Ius eundi. ſolus, vt per hoc diſcrepet à ſequenti. Accur.

t Ambulandi. ſcilicet, cum alio.

v Iumentum. ſcilicet, ſeparatum à ſe, vel armenta ſeparata à ſe, ſed ſuper equum ire poteſt: vt. ff. de ſeruit. ruſticor. prædio. l. qui ſella. in princi. & l. iter. Quandoque iter non eſt ſeruitus: vt ſi vſufructuario detur à domino alterius prædij: vt. ff. ſi ſerui. vẽ. l. ij. §. ij. Tertio groſſe dicitur quęlibet via, per quam itur.

x Iumentum. vel ſubtus vel ante ſe. & idem ſi in vehiculo.

y Actum non habet. per conſequentiam.

z Iter habet. quo ad commodum, non quo ad ſeruitutem. ſunt enim duæ ſeruitutes diuerſæ: vt. ff. ſi ſer. ven. l. loci. §. j. ff. de adimen. leg. l. j.

a Eoque. ſ. itinere contento ſub actu.

b Eundi. hæc verba expone: vt ſupra eodem. §. primo.

c Continet. ſed quæ eſt differentia ſecundum hoc inter actum & viam? Reſpond. qui habet viam, poteſt trahere trabem & lapides, & rectã ferre haſtam [2], quæ non permittuntur habenti actum: vt. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. l. qui ſella. §. j. Item certa viæ latitudo eſt viij. pedum in directum, in angulis xvj. niſi maiorem vel minorem placuerit facere conſtituentibus [3]: quod non eſt in actu: vt. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. l. viæ. & l. certo. §. latitudo. & l. via. conſtitui. Accurſius.

1 Quę poſt ea quã ſũt conſtitutæ trãſeũt cũ re ipſa ad quẽcũque vadãt: ſecus ſi eſſet promiſſæ. Et in ipſarum cõſtitutione debet tam cõſtituẽs fundi ſeruientis, quã is cui conſtituitur, fundi dominãtis inſolidum habere dominium. Ang.

* Hominis, abundat.

2 Dũmodo ciuiliter gerat: & non deuaſtet fructus. Quod no. pro capitaneo & cui cõceditur tranſitus p aliqd' territorium. Angel. & Iaſ.

3 Et ſi expreſſe i aliquo loco anguſt. ocõ cedatſ, valet ſaltem vt actus aut iter ſecundũ Acgi. hic.

Aquæd

a Aquæ ducēdæ. ſiue inuentæ, ſiue inueniendæ: vt. ff. eodem. l. Labeo.

Prædiorum vrbanorum. CASVS. Domine, iam vidi quæ ſunt ſerui. ruſti. prædi. dicatis mihi ſi placet, quæ ſunt ſer. vrb. prædiorum? Ad hoc reſpon. Amice, ſeruitutes vrbanorum prædiorum dicuntur, quæ ipſis ædificijs inhærent. Dicūtur enim ſer. vrb. prędiorū quoniam omnia ædificia, prædia vrbana appellamus, etiā ſi in villa poſita ſint. Non enim locus, ſed materia vrbanorum prædiorum efficit. Sed dñe, ſi placet, ponatis mihi exempla de ſer. vrb. præd. Ad hoc reſpon. Amice, ſer. vrb. præd. ſunt hæ, vt vicinus onera vicini ſui in ædibus ſuis ſuſtineat: videlicet vt liceat vicino tignum de ædibus ſuis in parietē vicini ſui immittere. Item vt vicinus ſtillicidium vicini ſui, vel flumen in cloacam vel in areā ſuā recipiat. & etiā inter ſeruitutes prędiorum vrb. connumeratur hæc ſeruitus, ne quis ædes ſuas altius extollat, ne luminibus vicini officiat. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. inter ruſticorum. Franc.

ius aquæ ducendæ[a], per fundum alienum.

Seruitutes quæ ædificijs debentur, licet in villa conſtitutis, dicuntur ſeruitutes vrbanorum prædiorum.

Prædiorum vrbanorū ſunt ſeruitutes eæ, quæ ædificijs inhærent: ideo vrbanorum prædiorum dictæ: quoniam ædificia omnia, vrbana prædia appellamus, etſi in villa[b] ædificata ſint. Item vrbanorum prædiorum ſeruitutes ſunt, vt vicinus[c] onera vicini ſuſtineat: vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt ſtillicidium[d], vel flumē recipiat quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam, vel non recipiat[e] †: ne altius quis tollat[f] ædes ſuas: ne luminibus vicini officiat †.

† In nonnullis exēplarib9 vetuſtiſsimis deſunt hęc verba, vel non recipiat.

† Theophilus hoc loco nō cōſtituit nouam ſpeciē ſeruitutis, ſed ſuperiori coniungit hęc verba, ne luminibus &c. quaſi reddant rationem, & explicent vſum ſeruitutis altius non tollendi. A iuriſcō. tamē noſtris ſecernūtur hę ſpecies ſeruitutū. Vide Frāciſ. Balduı. hic.

b In villa. non enim locus, ſed materia facit vrbanū prædium, quod dic, vt. ff. de verb. ſig. l. vrbana prędia.

c Vicinus. i. domus vicini.

d Stillicidium. quod ſtillat: & interdū directo cadit, interdum non propter ventum forte: ſed flumen directo cadit: & maxime per dochiam, id eſt canalem: vt de ſer. vrb. præd. l. ſeruitutes. §. ſtillicidium. Accur.

e Non recipiat. hoc, ſcilicet non recipere, eſt ius non ſeruitutis: imo potius libertatis. & hanc negatiuā referas ad omnia exempla proxime dicta. Vel dic: ſicut recipere talia, eſt ſeruitus: ita econtra ſi deſinit recipere, eſt mihi quondam recipienti ſeruitus & onus: & ſicut in præſcribenda ſeruitute indigebam aliquo facto: ſic econtra in præſcribenda ſua libertate indiget facto: ſcilicet vt foramina obturet, vel ſimilia faciat, quæ non ſunt neceſſaria in præſcriptione libertatis contra ruſticam ſeruitutem: & ideo tantum in affirmatiua lex dicit de eis, ſcilicet ius eundi, agendi &c. vt. ff. de ſerui. vrb. præd. l. v. & . ī. eo. circa princi. ADDITIO. Dic rationem diuerſitatis, quod vrbanæ ſeruitutes ſunt nobiliores, & magis intereſt Reipublicæ, quod conſeruentur, quam ruſticæ: & ideo ſi quædam foramina obturantur, quædam non: in nihilo acquiritur libertas, ſecundum Ange. hic.

f Tollat. vel non tollat: quod poteſt prodeſſe mihi ad lumina refulgēda, vnde dicitur in libro Machabęorum: Refulſit Sol in clypeos aureos: & reſplenduerunt montes ab eis: vt. ff. eo. de ſerui. vrb. prædio. l. ſi arborem: §. interdum. Vel dic quod tollat, vt ſit ſeruitus, vt modo in alijs diximus.

ſ. Machabæ. vj. c.

Inter ruſticorum. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi, quæ ſunt ſeruitutes ruſtic. præd. & quæ vrba. ſed nunquid plures ſunt ſeruitutes ruſti. præd. Ad hoc rñ. quod ſic. nam inter ſerui. ruſtic. præd. quidam rectè putant huiuſmodi ſeruitutes connumerari: videlicet ius hauriendi aquam ex fonte vicini, item appulſum pecoris ad aquam, item ius paſcendi, item ſeruitutem calcis coquendæ, vel arenæ fodiēdę. Et hęc dicuntur vſque ad §. ideo autem. Frā.

In ſeruitutibus ruſticorū prædiorū computantur hic deſcriptæ.

Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes quidā computari rectè putant aquæ hauſtum[g], pecoris[h] ad aquā adpulſum, ius paſcēdi, calcis coquēdæ[i], arenæ fodiendæ.

Omnes ſupradictæ dicuntur ſeruitutes prædiorum: quia ſine prædijs eſſe non poſſunt. Arct.

Ideo autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædijs cōſtitui nō poſſunt. Nemo enim ſeruitutem poteſt adquirere vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium: nec quiſquam[k] debere, niſi qui prædium habet †.

† In vete. exēpl. deſunt hæc, nec qſquā debere niſi qui prędiū habet. & certe ea vt adulterinæ reiecerunt Aem. Fer. & Fran. Balduinus.

g Aquæ hauſtū. ſcilicet ius hauriendi aquam neceſſariam agro meo, vel laborātibus in eodē ex fonte vicini. ADDITIO. Dic quatenus eſt neceſſariū pro vtilitate fundi mei: vt. l. ergo. §. Neratius. ff. de ſer. ruſt. pręd.

h Pecoris, ſ. conſtituti ad ſtercorandum agrum meum: & ſic bibent vel paſcentur in tuo vicino agro: & ſic ſunt reales ſeruitutes. Sed cōtra. ff. de ali. & cib. leg. l. Mela. §. nā & ſi hauſtus. in gl. perſonæ. Rñ. ibi perſonales dicūtur: quia cum perſona durāt. arg. ff. de ſerui. ruſti. pręd. l. pecoris. vel ſi nō habeo prędium, cui ſupradicta expediant, non erit ſeruitus: ſed magis aliud ius, ſcilicet pactionis vel conuentionis: vt. ff. de ſerui. l. vt pomum. Accurſius.

i Calcis coquendæ. neceſſariæ ad domunculam in agro meo conficiendam propter fructus recipiendos. Idem dicas de arena fodienda.

Ideo autem. CASVS. Domine, iam video, quæ ſunt ſeruitutes tam ruſticorum, quam vrbanorum prędiorum: ſed dicatis mihi, quare huiuſmodi ſeruitutes dicuntur prædiales? Ad hoc reſpon. Imperator. Certe amice optima ratione dicuntur prędiales prędictæ ſeruitutes. Huiuſmodi enim ſeruitutes ſine prędijs conſtitui non poſſunt. Nemo enim ſeruitutem vrbanorum vel ruſticorum prędiorum poteſt acquirere, vel alij debere, niſi prædium habeat. Sed pone: Domine, iam video quare dicuntur huiuſmodi ſeruitutes prædiales: dicatis mihi qualiter conſtituūtur huiuſmodi ſeruitutes? Ad hoc reſpō. Huiuſmodi ſeruitutes poſſunt conſtitui duobus modis. Aut enim conſtituuntur ſeruitutes huiuſmodi inter viuos, aut in vltima voluntate. Si inter viuos aliquis velit ſeruitutem aliquam de ſuperioribus vicino ſuo cōſtituere: hoc pactis & ſtipulationibus efficere debet. Si autem in vltima voluntate, poteſt etiam teſtator in teſtamento ſuo hęredem inſtitutū damnare, vt altius ædes ſuas non tollat, &c. prout continetur in litera. hoc dicit vſque ad finem titu. Franc.

k Nec quiſquā. ſ. vt ſeruitus ſit obligatio tñ eſſe poteſt: vt. ff. de euic. l. fundū. ij. §. j. & . ff. fa. ercıſ. l. hęredes. §. an ea ſtip. ver. cōtra ſi pmiſſor viæ &c. ADDITIO. Et no. φ debēt eſſe dñi inſolidum: alias fundo cōmuni nō poteſt per vnū ex ſocijs libertas acquiri, nec ſeruitus imponi: quāuis ſibi pręiudicet alijs poſtea etiā ſingulariter cōſentiētibus. pōt tñ pſcribere ſeu petere declarari ipſam deberi. Itē pluribus ſocijs pmiſſam vnus ex eis ī aliorū pıudiciū remittere pōt, ſecūdū Ang. hic.

a Ius.i.aliquam ſeruitutem de ſuperioribus.

b Pactionibus.i.pactionalibus ſtipulationibus. ſimi lis expoſitio eſt. ff de acquir. poſ. l. ſi rem. in fi. Vel pactionibus, id eſt contractibus alijs, vt venditione, & donatione. & quod ſubijcit ſtipulationibus, i. obligationibus verborũ tm̃.

c Aedes ſuas. quibus ſeruitutibus non impoſitis cuilibet vſque ad cœlũ liberum eſt ædificare: vt. ff. quod vi aut clam l. fi. §. pe. & de ſer. l. fina.

Aedificare licet vſque ad cœlum.

d Ducere. his deficientibus cuilibet res ſua libera eſt, & poterit aliũ prohibere volentẽ ingredi in ſuum agrum, vt. ſ. de re. di. §. ſerræ. & §. plane.

† Dãnare i. obligare inquit Nebriſ. in lexico iur. ci. i dictione dãno.

Per omnem contractum, & etiam per vltimam voluntatem poteſt ſeruitus conſtitui. Aret.

Si quis velit vicino aliquod ius a cõſtituere, pactionibus b atque ſtipulationibus id efficere debet. Poteſt etiam teſtamento quis hęredẽ ſuum damnare †, ne altius tollat ædes ſuas c, ne luminibus ædiũ vicini officiat: vel vt patiatur eũ tignũ in parietem ſuum immittere, ſtillicidiũve aduerſus eum habere: vel vt patiatur [illegible] fundum ire †, agere, aquamve ex eo ducere d.

DE VSVfructu.

Viſum eſt ſuprà de ſeruitutibus realibus, ſequitur videre de pſonalibus: ideo ſequitur de vſufructu, qui eſt ſeruitus perſonalis: vt. i. j. ff. de ſeruitutibus. quia plures ſunt ſpecies ſeruitutis: not. [illegible]

† Et dies huius ſeruitutis legatæ cedit ab adita hęreditate non à morte ſecundũ Nicol. Aegi. per.

TITVLVS IIII.

DE VSVFRVCTV.

Vſusfructus ſeruitus eſt perſonalis, id eſt, à re perſonæ debita: definitur autem hic à Iuſtiniano, conſtituitur[q́]; tam inter viuos, quã in vltima volũtate. Itẽ vſusfructus à ꝓprietate ſeparatus eſt.

Qualiter poteſt eſſe ſine ſubiecto, & ad remotionem ſubiecti, ſequitur qualitatis remotio, ſeu accidentis. Aretinus.

Vsusfructus e eſt † ius f alienis rebus g vtẽdi h fruẽdi i ſalua k rerum ſubſtantia †. Eſt autem l ius m in corpore: quo ſublato n, et ipſum o tolli neceſſe eſt. Vſusfructus p à proprietate ſeparationem recipit: idq́; pluribus modis accidit: vt ecce, ſi quis vſumfructũ alicui legauerit. nã hæres nudam q habet proprietatem, legatarius verò vſumfructum. Et contrà ſi fundum legauerit, deducto vſufructu: legatarius nudam proprietatem, hęres verò vſumfructum. Item alij vſumfru-

Vſusfructus. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit definitionem vſusfructus. Secundo qualiter cõſtituatur. Tertio ſuper quibus rebus. Quarto quomodo finiatur. Secunda ibi, Vſusfructus. Tertia ibi, Conſtituitur. Quarta ibi, Finitur. CASVS. Acceſsi ad Iuſtin. & ita propoſui coram eo: Dñe, iam video, quod vultis tractare de vſufruc. dicatis quid eſt vſusfructus? Ad hoc reſpõ. Imperator: Amice, vſusfructus eſt ius vtendi fruẽdi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia. Et quod hęc definitio bona ſit, patet tali ratione: vſusfructus eſt ius, id eſt ſeruitus conſtituta in corpore: quo corpore ſublato, & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. vſusfructus.

e Vſusfructus. ſic. ff. eo. l. j. & ij.

f Eſt ius. i. ſeruitus. & per hoc patet, ꝙ nõ loquitur de ipſis fructibus fundi, qui ſunt corporales: imo de iure vtendi: vt. ſ. de rebus cor. & incor. §. j. Sicq́; per hoc verbum. ſ. quia expono ius. i. ſeruitus, remouetur vaſallus ſuperficiarius, & qui alias vtile dñium habet. Itẽ hoc ius eſt etiã perſonale: quia cum perſona extinguit: vt. j. eo. §. finitur. Item eſt forma quędam à proprietate ſeparata: cũ apud vnũ poſsit eſſe proprietas, apud aliũ vſusfructus: vt. ff. de acquir. poſ. l. permiſceri. Ius autẽ quod dominus fundi habet in fructibus percipiendis, eſt cum cauſa. i. cum proprietate: vt. ff. de excep. rei iud. l. ſi cum teſtamento, §. penulti.

Vſusfructus formalis.

g Alienis rebus. nam ſua res nemini ſeruitutẽ debet: vt. ff. de ſerui. vrb. pd. l. in re cõmuni. & ff. ſi vſusfr. pe. l. vti frui ĩ pri. Itẽ qd ſubijcit rebus, dic. ſ. quibuslibet, niſi vſu cõſumant: vt. j. e. §. cõſtituit. et. ff. ſi cer. pe. l. j. ĩ fi.

Vſusfructus cauſalis.

h Vtendi. ad differentiã creditoris, qui vti non debet pignore: vt. j. de obli. quæ ex delic. na. §. furtum. Acc.

i Fruendi. ad differentiã nudi vſus. in quo tm̃ vti, & non frui permittitur: vt. j. tit. j. in prin.

k Salua rerũ ſubſtantia. i. pręſtita cautione vel ſatiſdatione de ſaluãda ſubſtãtia rei, ſecũdũ quoſdã. & ſic dicunt cautionẽ eſſe de ſubſtantia vſusfructus. ar. pro eis. C. e. l. j. & ff. de vſufruc. le. l. vxori. Nos contra. dicimus enĩ, quod hæc cautio non eſt de ſubſtantia vſusfructus. nã ſine ea vſusfructus eſt. plus dico: quia in caſibus nullo modo pſtat. ff. vt le. vel fideicõ. no. ca. l. j. §. ſi ad fiſcũ. & C. de bo. q̃ li. l. fi. & ff. vſufru. quẽad. ca. l. ſi vſusfructus. §. illud. & §. plane. Dic ergo ſalua rerũ ſubſtantia. i. ne pereat rerũ ſubſtãtia. q. d. tandiu durat vſusfructus, quãdiu durat ſubſtãtia. & hoc ſtatim probatur ibi, eſt aũt &c. & ſic verba illa ſũt de definitione, ſed nõ cautio.

† Hæc definitio vſusfructus ponit etiã in glo. ſuper verbo vtatur. in ca. ſi. extra de pigno.

† Quamobrẽ vt domus ꝓprietas ſalua ſit, eã ſua impẽſa reficiet. l. hoc amplius. §. vlt. l. inter fructuarium. ff. de dam. infecto. Hactenus tamen vt ſartã tectãque habeat, & modica refectio tantum ad eũ ptineat. l. hactenus. ff. de vſufruct.

† Quod eſt verũ reſpectu rerum q̃ vſu non conſumuntur: alias ſecus: vt j. eo. §. conſtituitur. ĩ fin. quãuis Ia. dubitet per. l. hoc ſenatuſc. §. j. ff. de vſufru ea. re. quæ vſu cõſu. & ꝓpter ſpecialia huius gl.

l Eſt aũt. ſ. vſusfr.

m Ius. i. ſeruitus vel forma corpori inhærens.

n Quo ſublato. i. corpore perempto: vt domo deſtructa: vel fundo chaſmate perempto: vel iumẽto mortuo, in quo vſusfructus habet: vt. ff. pro ſocio. l. verũ. §. pe.

o Ipſum. ſ. ius vtendi fruendi. Accur.

Vſumfructũ. CASVS. Dñe, iã video qd eſt vſusfr. dicatis mihi ſi placet qualr cõſtituitur vſusfr. Ad hoc rñ. Amice, vſufr. recipit ſeparationẽ à ꝓprietate, & hoc põt varijs modis cõtingere. vt ecce ſi Titius legauit tibi vſumfr. fundi ſui. nã ĩ hoc caſu hrs inſtitutus nudã habet ꝓprietatẽ: & tu habebis vſumfr. à ꝓprietate ſeparatũ. & ſimilr in caſu cõuerſo, ſi Titius legauit tibi fundum deducto vſufr. nã ĩ hoc caſu tu legatarius habebis nudã ꝓprietatẽ: & vſusfr. penes hrdẽ Titij teſtatoris remanebit. Itẽ poterit teſtator in ſuo teſtõ vni vſumfr. legare: alij vſufr. deducto, fundũ legare põt. Et hęc dicunt vſq; ad illũ verſ. Sine teſtõ. Sed pone, Dñe, iã vidi qualiter cõſtituit vſusfr. in vltima volũtate, nunqd alio modo cõſtitui põt? Rñ. ꝙ ſic. Inter viuos enĩ vſusf. cõſtitui põt. vnde ſi qs velit vſumfr. alij ſine teſtõ cõſtituere: hoc pactionibus & ſtipul. inter viuos efficere põt. Hęc dicunt vſq; ad illũ verſ. Ne tñ. Sed pone, Dñe, iã vidi qđ vſusfr. formalis ſeparat à ꝓprietate: & proprietas nuda remanet: q̃ ergo vtilitas erit ĩ ꝓprietate? Ad hoc rñ. Amice, magna vtilitas eſt in ꝓprietate. Ne enim in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper vſufr. exiſtẽte ſeparato, ſtatutum eſt certis modis vſumfru. finiri. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. conſtituitur. Fran. de Are.

p Vſusfructus. ſed oppono: ante ſeparationẽ non eſt vſusfr. ſed nec poſt ſeparationẽ recipit ſeparationem. Rñ. vſusfructus. i. quia poſtea dicitur vſusfructus.

q Nudam. ſic. C. de muli. quæ ſer. propri. l. j. §. filij. ſic & C. eo. de ma. l. j. in prin.

Deducto.

ctum alij deducto [a] eo, fundum legare poteſt [b]. Sine teſtamẽto verò ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere [c], pactionibus [d] & ſtipulationibus id efficere debet. Ne tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente [e] vſufructu, placuit certis modis [f] extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

Vſumfructũ in quibuſuis rebus conſtitui poſſe explorati iuris eſt: ſolis exceptis, quæ vſu pereũt: quia ſalua non manet rei ſubſtantia: quaſi tamen vſusfructus in eis cõſtituitur: quo caſu vſufructuarius cautionem domino præſtat (quæ loco proprietatis ſuccedit) de tanta pecunia, aut rerum conſumptarũ iuſta æſtimatione vſufructu finito reſtituenda.

Diutina poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi [a], & bonorum poſſeſſori continuatur [b]: licet ipſe ſciat [c] prædium alienum eſſe. Quòd ſi ille initium iuſtum non habuit: hæredi & bonorum poſſeſſori, licet ignoranti, poſſeſsio nõ prodeſt. Quod noſtra conſtitutio [d] ſimiliter [e] & in vſucapionibus obſeruari cõſtituit, vt tempora continuentur.

Tempus venditionis coniungitur cum tempore emptionis, Aret.

Inter venditorẽ quoq; & emptorem, coniungi tẽpora [f], diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt.

Diutina. CASVS. Domine, pater meus Titius poſsidebat alienum fundum quem emerat à non domino, per octo annos cõtinuos inter præſentes: & poſtea deceſsit Titius pater meus, & ego ei ſucceſsi: & eũdem fundum inter præſentes per biennium continuum, vel etiã per trienniũ ſine omni interruptiõe poſſedi: & ita tempus præſcriptionis à Titio patre meo inchoatum compleui: ſed veniẽs poſtea verus dominus cœpit eundem fundum à me vendicare: & ego obieci ei exceptionem præſcriptionis: ipſe replicauit pſcriptionem per mortem patris mei eſſe interruptam. Domine, dicatis mihi ſi ope huiuſmodi replicationis poſsit exceptionem præſcriptionis elidere, & per conſequens in rei vendicatione obtinere? Reſpon. quod non. Nam diutina poſſeſsio, quæ prodeſſe cœperat defuncto: & hæredi ſuccedenti de iure ciuili, & etiam bonorũ poſſeſſori de iure prætorio ſuccedenti continuatur: nec per mortem ipſius defuncti interrumpitur: quamuis ipſe hæres vel bonorum poſſeſſor ſcientiam habeat rei alienæ. & hoc verum, quando defunctus iuſtum habuit initium: ſecus eſt in caſu conuerſo. Nam ſi ipſe defunctus iuſtum initium non habuit, poſſeſsio eius hæredi vel bonorum poſſeſſori bonam fidem habẽti prodeſſe non poteſt, quod noſtra conſtitutio non ſolum in præſcriptionibus, ſed etiam in vſucap. obſeruari cõſtituit: vt videlicet inter defunctum & eius ſucceſſorem tempora continuentur. Et hæc non ſolum locum habent in eo qui ſuccedit in titulo vniuerſali: ſed etiam qui in titulo ſingulari ſuccedit. nam inter emptorem & venditorem tempora debere cõtinuari diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad. §. edicto diui Marci. Franc. de Are.

Diutina. ſ. decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, vel triennij: vt. ff. qui & à qui. l. ſi cum fidei. §. Ariſto. & ſ. eo. in princ. huius tituli. & C. eo. l. diutina. Accurſius.

a Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum poſſeſſor iure prætorio: vt. j. de bo. poſ. §. quos autem.

b Continuatur. niſi ipſi hæredi tradita ſit poſſeſsio: vt. ff. eo. l. hæres eius.

c Sciat. ff. de acquir. rerum do. l. quæſitum. ij. reſpõ. contra. Sol. ibi hæres ſciebat rem eſſe eius, qui cauſam à teſtatore habet: vt legatarij: quod nocebat. hic alterius ſciebat: quod non nocet ad vſucapionem. — Pręſcribit hęres cum mala fide.

d Noſtra conſtitutio. vt. C de vſucap. transfor. l. j.

e Similiter. non ſolum in præſcriptione.

f Tempora. ſ. vt continuentur, ſed in hoc differt, quia in titulo ſingulari vtrunque, ſcilicet emptorem & venditorem bonam fidem habere oportet: vt. ff. pro empt. l. ij. §. ſi eam rem. alias contra ſecus in vniuerſali titu. vt hic. Et eſt ratio, quia ſi hæres non adiret, hæreditas compleret: vt. ff. eo. l. nunquam ij. §. vacuum. quia eſt eadem perſona: vt in auth. de iureiur. à mor. præ. in ſi. j. reſpon. ibi cum vtriq;. col. v. concor. cum hoc. §. ff. pro emp. l. ij. §. emptori. & §. ſi defunctus. & ſit hæc cõiunctio ad lucrũ & ad damnũ: vt. ff. quemadmo. ſer. amit. l. ſi quis alia. §. tempus.

Alienam rem à fiſco quouis titulo idoneo habens, mox tutus eſt, dominusq; fit: ius autem in re, vel ad rem ſeſe habuiſſe confidentes: intra quadriennium aduerſus fiſcum experiri debent.

Edicto [g] diui Marci cauetur, cum, qui à fiſco [h] rem alienã emit [i], ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio [k] autẽ diuæ memorię Zenonis bene pſpexit [l] ijs, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid accipiunt: vt ipſi quidem ſecuri ſtatim [m] fiant, et victores exiſtãt,

Edicto diui Marci. CASVS. Dicit Iuſtinia. quod edicto diui Marci ita cautum eſt, quod ſi aliquis emerit rem alienam à fiſco vendente vt ſuã, & dñs rei rem ſuã ab emptore intra quinquenniũ poſtquam tempus vẽditionis lapſum fuerit, non repetebat: poſtea emptor per exceptionem quinquennalis præſcriptiõis dñm rei repellebat. Et hoc obtinebat vſque ad tẽpus dñi Zenonis. Poſtea autem conſtitutio bonę memorię Zenonis, illis, qui à fiſco vendente rem alienam vt ſuã, aliquid emerint, aut titulo donationis vel alia quacunque iuſta cauſa acceperint, bene proſpexit. nam in cõſtitutione Zenonis cautum eſt, vt illi, qui à fiſco alienam rem vendente vt ſuam, aliquid acceperũt: ſtatim ſecuri ſiãt, & exiſtant victores, ſiue agãt aduerſus alios, ſiue ab alijs conueniãtur. Sed certe dñe videtur mihi, quod iniqua ſit cõſtitutio Zenonis, quæ ſtatuit ita veros dominos per alienationẽ à fiſco factã ſtatim excludi. Ad hoc rñ. Amice, non eſt ita iniqua cõſtitutio Zenonis ſicut tibi videtur. nam in eadem cõſtitutione & dñis rerũ proſpectum eſt. Licet enim aduerſus emptores venire nõ poſſint, actiones tñ ſuas, ſi quas ſibi in hypotheca vel dñio rerum à fiſco alienatarũ putauerint cõpetere: per eandẽ conſtitutionẽ vſq; ad quadriẽnium aduerſus ſacratiſsimum ærarium potuerunt exercere. Sed dñe, iam video quid dñs Zeno ſtatuit in alienatiõibus factis à fiſco vẽdente rẽ alienã vt ſuã. Sed ponamus, q Impator vẽdat aliquã rem de pr̃imonio pprio, quod habuit ante diadema imperij. quid iuris erit in caſu iſto? Ad hoc rñ. q idem iuris in caſu iſto erit, quod ſtatutũ fuit in cõſtitutione Zenonis. Nã in cõſtitutione quã nuper pmulgauimus de iis, qui à noſtro priuato pr̃imonio vel à patrimonio venerabilis Auguſtę aliqd acceperint, ſtatuimus eadẽ p oĩa ſeruari, q in pſata diuinæ memorię Zenonis cõſtõne cõtinent. Et hęc dicunt vſq; ad fi. ti. Fr. — Fiſcus vẽdit rẽ, vel vt ſuã vel vt alienã.

g Edicto. i. præcepto generali: alias prætorum dicũtur edicta: vt quod metus cau. & ſimilia: vt ff. quod metus cau. l. ſi mulier. circa prin. Accur.

h A fiſco. vt à procuratore imperialium rerum. nam de patrimonialibus dicitur j. eo. in fine.

i Emit. ſ. à fiſco vẽdente vt ſuã, à quo edicto res minorũ excipiũtur: vt. C. ſi aduer. fiſ. l. ſi. Si aũt vt alienã, vt qa ceſſatũ eſt in ſolutiõe tributorũ, tria exigunt. Et q ſit debitũ, & quod ſit ceſſatũ: vt ſi aduerſus fiſ. l ſi. & C ſi ppter pu. pen. l. ſi. ij. rñ. forte biennio: vt. ff. loc. & cõdu. l. qro §. inter. verſi. qro. Itẽ tertio, quod res ſubhaſtetur. i. præconizet: vt. C ſi propter pu. pen. l ſina.

ADDITIO. Et plura alia requiſita vide p Ang. hic, & per glo. in. l. j. C. de ij de inſtr. & iur. haſt. fiſ. li. x.

k Conſtitutio C de quadriẽ. præſcr. l. omnes.

l Bene proſpexit. corrigendo edictum diui Marci.

m Statim. ff de peti. hære. l. etiam ſi. §. item ſi quis. in

ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſsimum ærarium vſque ad quadriennium [a] liceat ĳs intēdere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerū, quę alienatę ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones [b]. Noſtra autē diuina conſtitutio [c], quā nuper promulgauimus, etiā de ĳs, qui à noſtra [d] vel venerabilis Auguſtę domo aliqd acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

TITVLVS VII.

DE DONATIONIBVS †.

Donatio mortis cauſa dicitur, quæ ob mortis imminentis, vel fu [illegible] *rum ferè per omnia redacta eſt. Reuocatur autem donatoris conualeſcentia, & pœnitentia, item donatario præmoriente.*

Eſt & aliud genus adquiſitionis [e], donatio. Donationū autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & nō mortis [f] cauſa. Mortis [g] cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, vt ſi quid humanitus ei contigiſſet [h], haberet is, qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet [i]: is, qui donauit, reciperet: vel ſi eū donatiōis pœnituiſſet [k]: aut prior deceſſerit is, cui donatū ſit. Hæc mortis cauſa do-

glos. emerit. contra. Sol. vt ibi in vniuerſitate, hic in re ſingulari loquitur. Alĳ dicunt, quod hic corrigitur [1]. Et eodem modo (ſcilicet primo, non ſecundo) reſpon. ad le. Codi. de hære. vel act. ven. l. j. Itē ibi erat res fiſci.

a Quadriennium. niſi ſit minor, vel Reipublicę cauſa abſens, vt. C. de reſti. mil. l. neque.

b Actiones. ſed quæ? Reſpon. condictio ex hac lege, ſecūdum Ioan. ſed P. in rem dabat hic non domino cōtra dominum. argu. C. de hære. vel act. vē. l. j. contra. Solu. ibi de vniuerſitate vēdita, hic de re ſingulari.

c Cōſtitutio. C. de quadrien. præ. l. bene à Zenone.

d A' noſtra. i. à priuata noſtra ſubſtantia: ſed. ſ. de fiſcali dixit: vt. C. de quadriē. præſcri. l. bene à Zenone. Accurſius.

DE DONATIONIBVS.

Iſte titulus continuatur per Imperatorem. Dictum eſt ſupra, de quibuſdā modis acquirendi: ſcilicet de acquiſitione quæ fit per vſucapionem & præſcriptionem. Nunc dicēdū eſt de alio modo acquirēdi, quæ fit per donationē.

Eſt & aliud. Totus iſte titulus, diuiditur in quinque partes. Primo ponit cōtinuationem cum diſtinctione bimembri. Secundo de donatione cauſa mortis. Tertio de donatione inter viuos. Quarto de donatione, ꝓpter nuptias. Quinto de vna acquiſitione de iure ciuili, quæ eſt correcta. Secunda ibi in. §. Mortis cauſa. Tertia in. §. Alię autem. Quarta ibi in. §. Eſt & aliud. Quinta ibi in §. Erat olim. CASVS Domine, iam video qualiter per vſucap. & præſcrip. acquiritur dominium rerū de iure ciuili: nunquid ſunt plures modi acquirēdi dominium de iure ciuili? Ad hoc reſpon. Iuſtin. quod ſic. Eſt enim & alius modus ciuilis acquiſitionis, videlicet donatio. vnde hic de dona. videndum eſt. & hoc in prima parte. Sed pone in ſecunda. Domine, iam video, quod vultis tractare de dona. ponatis mihi aliquam diuiſionem donationum? Ad hoc reſpon Donationum duo ſunt genera. Eſt enim quædam donatio inter viuos, & alia cauſa mortis. Sed domine, dicatis mihi quid cenſetur donatio cauſa mortis? Ad hoc reſpon. Amice, dona. cauſa mortis eſt, quæ fit propter mortis ſuſpicionem: veluti ſi quis donat, vt ſi ipſum mori contigerit, remaneat dona. penes donatariū. & huiuſmodi mortis cauſa dona. tribus modis reuocatur: videlicet ſi donator conualuerit, vel eum donationis ſuæ pœnituerit, aut ſi donatarius prius deceſſerit: & huiuſmodi mortis cauſa dona per omnia fere ad exemplum legatorum redacta eſt. Nam cum ante tempus noſtrum veteres iuriſprudentes dubitarent, vtrū donationē cauſa mortis oporteret obtinere ſimilitudinem cum legato, an cum donatione ſimplici inter viuos: & quidam antiqui cā vellēt donationi ſimplici comparare, & quidam legato: ob huiuſmodi diſcordiam antiquorum ſopitā à nobis conſtitutum eſt vt huiuſmodi dona. cauſa mor. per omnia fere legatis connumeretur: & ſic omnino procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio procedere conſtituit: & vt breuiter de hac donatione expediamus: in ſumma ſcire debes, quod mortis cauſa donatio eſt, cum aliquis ita donat, vt magis velit ſeipſū habere ſi cōualuerit, quam donatarium: magiſq; donatarium ſi moriatur quam hæredem ſuum ſicut Homerus recitat Telemachū his verbis expreſsis donaſſe Piræo. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. aliæ autē. Franc.

e Acquiſitionis. ſcilicet de iure ciuili. nam per ſtipulationem tantū contrahebatur, ſcilicet donatio: quæ ſcilicet ſtipulatio eſt de iure ciuili: ſed hodie fit nudo pacto: vt. C. codē. l. ſi quis argentum. §. fina. [2] & . j. de act. §. de cōſtituta. Vel dic eam eſſe iuris ciuilis approbatione, non inuentione, ſed iuriſgentium: vt. ſ. de rerum diui. §. per traditionem. Vel dic, ſui origo fuit de iuregentium vno modo, ſcilicet per traditionem: ac poſtea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuentus. ſ. per ſtipulationem. Tertio per Iuſtinianum additus eſt tertius, puta per nudum pactū. Accur.

f Et non mortis. ſi large hæc duo membra accipiuntur: in textu nil deeſt, & proprie ponuntur genera. nam multæ ſpecies ſub quolibet continentur. & hoc approbo. Vel accipe ſtricte pro duabus ſpeciebus tantum donationū, ſcilicet ſimplicis inter viuos, & ſimplicis cauſa mortis. & adde alias donationes, vt legatum: vt. j. de lega. in prin. Item donationem propter nuptias: vt. j. eo. §. eſt & aliud. Item & quod eſt. j. eo. §. fina.

g Mortis. ſ. inſtantis vel futuræ. vt. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. & vj. ſi quidem vbique [*] mors timenda eſt: cū eius dies incertus ſit: vt. ff. eo. de mor. cau. don. l. ſenatus. §. mortis. & de condi. & demon.

h Si quid humanitus ei cōtigiſſet. i. ſi moriatur: vt. ff. de verb. ſigni. l. in vulgari. §. fin. & debet hoc exprimi: alias non eſt mortis cauſa donatio: vt. ff. eo. de mortis cau. do. l. Seia. §. fin. niſi ex cōiecturis appareat eū velle donare cauſa mortis. ADDITIO. Nota, ꝙ ad hoc, vt ſit donatio cauſa mortis, requiritur quod fiat mētio mortis. Idem no. glo. Bar. Ang. & Raph. & Imol. in dicta. l. Seia. §. ſi. & gl. & Bar. in. l. Seia. ff. de do. ꝑleg. & Barto. in. l. quæ dotis. in ſi. j col. ff. ſol. matri. alias autem licet aliquis ſit in extremis conſtitutus, ſi ſimpliciter donat, nec adĳcitur cauſa mortis: intelligitur donatio inter viuos. & eſt text. ſingularis in dicta. l. Seia. §. fina. quod not. ſecundum Ang.

i Superuixiſſet. i. conualuiſſet. & ita tribus modis reuocatur vt hic ſubiĳcitur. & . ff. ſi cer. pe. l. nō omnes.

k Pœnituiſſet. quia voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem:

1 Et iſtam cōmuniter approbāt omnes qa illo iure hęc pręſcriptio erat i cognita. Ad. l. j. reſpō. ꝙ ibi conueniebatur ex natura rei quæ continet credita & debita: non ex eo qd' eſſet aliena: qa ad rem ipſam. ſ. hæreditatem nō emptor ſed fiſcus conueniretur. Ia.

† Franciſcus Balduì. hoc loco refert Apellū adſerere vidiſſe ſe exemplar vetus harum inſtitutionū conſcriptum ante annos quadringētos, in quo ad hunc modum diſtinctus erat hic de donatiōe Titulus, vt prior pars, q̄ tractat de Donationibus cauſa mortis, ſubſequatur titulū de Legatis. altera pars ſubĳciatē tit. Mandati.

2 Etiā ſi ſit donatio cauſa mortis: ſecundū cōmuniter doct. de quo vide Ang. in. §. in perſonā. j. de actioni. & Chr. infra eo. in gl. maniſeſtauerit.

* Hoc verum cum quid agi facinoroſe, ſecus vbi virtus exercetur quia tunc nō eſt timēda mors. Seneca.

Sic diſcas quaſi nunquam moriturus, ſic viuas, quaſi cito moriturus: nil enim mali in morte eſt.

Tulli. viro forti non modo non timēda mors pro patria eſt, ſed appetenda. Aegi. per.

Donatio cauſa mortis nō eſt, niſi exprimatur mors.

ad mortem:vt.ff.de adi.lega.l.iij.in fi. & quia donatio eſt ob cauſam,ſcilicet ſi moriar. & ſic poſſum pœnitere:vt.ff.co.de mor.cau.do.l.ſenatus.§.j.in fi. & ff.de condi.cau.da.l.iij.§.ij.

a Ad exemplum legatorum. quantum ad vim & poteſtatem:quia ſicut legata morte cōfirmantur, ita donationes cauſa mor. vt reuocari nō poſſint.

b Per oīa. ſubaudi fere,vt ſtatim dicet:nam in multis differunt.

c Donationis. ſ. ſimplicis, & inter viuos: alias nulla eſſet huiuſmodi diſtinctio,cum omne legatum ſit donatio:vt patet ex definitiōe eius:vt.ff. de leg.ij.l.legatū.

d Habebat.ſ.donatio cauſa mortis. nam cum donatione inter viuos habet inſignia:vt ſit liberalitas cum legato.vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia: vt.C.ad legē Falc. l.finali.

e Retrahebant. ſubaudi, & alij ad aliud.

f Fere legatis.dicit fere, q̄a in quibuſdam diſcreta à legatis.ecce enim ſi donas in annos ſingulos:donatio vna eſt,ſed legata plura:vt.ff.de dona. cauſa mor.l.ſenatus.§.fina. Item legatum ab hęrede ſemper traditur: vt patet ex definitione legati.j.de leg.in prin. donatio autem vel ab hoc,vel ab alio. Item in donatione obligatur donans,in legato non. Item ſi teſtamentum accuſo:perdo legatum,non donationem:ſi tamen accuſo vt falſum.arg.ff.de his quib.vt indi.l.poſt legatum.§. qui mortis. Item alteri ſubſtituitur in legatis,ſecundū quoſdam:vt.ff.de dona.cau.mor.l.ei cui mortis.& de lega.ij.l.vt hæredibus. Item filiusfamilias donat:ſed non legat:vt.ff.co.de mor.cauſa do.l.tam is.& infra quibus nō eſt permiſ.fac.teſta.in princi. Item in legato tria tempora cōſiderantur,vt ſit capax legatarius:vt.j. de hæredum qua.& diſ.§.in extraneis.[2] In donatione non:vt.ff.de do.cau.mor.l.in mortis. Item quia pro legato datur interdictum quorum legatorum,nō pro donatione:quod dic vt in ſumma.C.quorum lega.l.j.& in l.Marcellus.§.Paulus.ff.de do.cau.mor. Accur.

ADDITIO. Imo habet locum, quorum legatorum, ſaltem in eo quod excedit Falcidiam:vel ſi per donatarium ſit occupata,ſecundum Io.Fab.& Ang.

g Conſtitutio.ſ.coram quinq; teſtibus ſcriptura interueniente vel non:vt.C.co.l.fina.

h Et in ſumma i.vt breuiter de hac donatione expediamus:vt.ff.co.l.j.

i Velit.id eſt,vellet.

k Habere.ſ.ſi ſuperuixerit:vt.ff.co.l.ſenatus §.j.

l Et ſi apud Homerum.i.ſicut recitat poëta Homerus,quod Telemachus dictis verbis expſsis donauit.

Aliæ autem. CASVS. Domine,iam vidi exēplum de dona.cau.mor.& de eius effectu,ponatis mihi exēplum de dona.inter viuos? Ad hoc reſpon. Amice,ſunt quædam aliæ donationes,quæ ſine aliqua mortis cogitatione fiunt:& huiuſmodi dona. inter viuos appellantur:& tales dona.legatis non comparantur. Si enim perfectæ fuerint,temere reuocari non poſſunt. Sed domine,dicatis mihi, quādo dicūtur pfectæ? Ad hoc reſpō. Amice, huiuſmodi donationes pfectæ cenſentur, cum donator voluntatem ſuæ liberalitatis in ſcriptis,vel ſine ſcriptis donatarijs manifeſtauerit,puta p talia verba, dabo vel donabo tibi talem rem. & in noſtra conſtitutione cautum eſt huiuſmodi donationes ſemel perfectas traditionis neceſsitatem ad exemplum vēditionis in ſe habere:vt ſicut venditor rem venditā numerato ſibi pretio tradere compellit: ita donatori poſt emiſſam liberalitatis vocem authoritate noſtræ conſtitutionis tradēdi neceſsitas imponat. Sed antiqui principes ſtatuerunt donationes ſimplices ſummam ducentorum aureorum excedentes,ſine inſinuatione ſcripturæ non valere. nunquid placet vobis,quod illud hodie obſeruet? Ad hoc reſpon.quod non. Nam cum conſtitutiones antiquorum principum ſtatuerunt huiuſmodi donationes ſimplices excedentes ſummam ducentorum aureorū actis interuenientibus inſinuari,noſtra conſtitutio huiuſmodi ſummam vſque ad quingentos ſolidos ampliauit,& ſtatuit vſque ad quingentos ſolidos ſine omni inſinuatione valere donationes,& per eandem cōſtitutionem quaſdam ſpecies donationum introduximus,quę licet quingentos ſolidos excedant,tamen nullam inſinuationem deſiderant:ſed in ſe ſine omni inſinuatione pleniſsimam habent authoritatem. & alia inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia & ſingula ex conſtitutionibus noſtris, quas ſuper huiuſmodi donationibus fecimus, maniſeſtiſsime colligi poſſunt. Sed domine,vos dixiſtis mihi ſupra,quod huiuſmodi donationes ſimplices ſemel perfectæ non poſſunt reuocari:nunquid eſt hoc generaliter verum? Reſpon.quod non. Licet enim dixerimus tales donationes non poſſe reuocari,tamen ſciendum eſt,quod ſi pleniſsimæ ſunt huiuſmodi donationes:ſi donatarij ingrati extiterint erga donatores:licebit ipſis donatoribus per noſtram conſtitutionem certis ex cauſis eas reuocare.& hoc ideo ſtatuimus,ne donatores,qui beneficium ſuæ liberalitatis in alios contulerunt,ab illis iniuriam patiantur:ſecundum modos in noſtra conſtitutione enumeratos. Et hæc vſque ad illum.§.eſt & aliud.Franc.

m Aliæ autem nunc proſequitur aliud genus donationis. dictum eſt de donationibus cauſa mortis, nunc de dona.ſimplici.i.inter viuos.h.d.Accur.

nationes, ad exemplum legatorum [a] redactę ſunt per omnia [b]. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat,vtrū donatiōis [c], an legati inſtar eam obtinere oporteret, & vtriuſque cauſæ quędam habebat [d] inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant [e]: à nobis conſtitutum eſt,vt per omnia ferè legatis [f] cōnumeretur: & ſic procedat,quemadmodum noſtra conſtitutio [g] eam formauit. Et in ſumma [h], mortis cauſa donatio eſt, cum magis ſe quis velit [i] habere [k] quam eum,cui donat:magiſq; eum,cui donat,quā hæredem ſuum. Sic & apud Homerum [l] Telemachus donat Piræo.

Τὸν καὶ Πείραιος πρότερος πρὸς
μῦθον ἔειπε.

Τηλέμαχ' αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας,
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσωνται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

Inter viuos donatio eſt, quæ nulla mortis ſuſpicione fit, ſed ex puræ libertatis fontibus pcedit; quæ ſolo conſenſu perfecta,temere non reuocatur:egetq; publica inſinuatione, ſi quingentorum aureorum ſummam prætergrediatur. in certis tamen caſibus etiam citra inſinuationem, effectum ſortitur.

Aliæ autem [m] donationes ...

Hoc verſus quidā hoc loco addidit: ex Homero i. xvij. O ly ſſeq:ne q enim habentur in ver. exem. quorū hęc eſt interpretatio. Hoc ſermone virū pireus cōmonet vltro: Telemache ad noſtras famulas, age, dirige ſedes: Vt tibi, q̃ dederat Menelaus dona, reportent. Ad quē Telemachus ſapiēs ita ſatier orſus: Piræe, haud eqdē hęc poſſum digno ſcere facta. Nāque p ci ſi me ſpatioſa p atria ferim Occidāt, rapiāt quę ſibi patrimonia ſortes. his te malo ſui donis, qui quemlibet horum. Quod ſi illos fato, merita & mulctauero morte: Tum mihi gaudēti referes dona omnia gaudens.

[1] Hoc intelligas:vt dicit gl. in l. cuam.ff. de inof. teſta. & plene per Io. de Imo.in l.fin.ff.de dona.cauſa mortis. Ange.

[2] Hoc eſt falſum ſecundū Ange.ibi.

h Temere.

a Temere. ideo dicit temere: quia quandoque reuocantur: vt. j. eo. §. ſciendum.

b Voluntatem. etiam nudo pacto: vt. C. eo. de dona. l. ſi quis argentum. §. fina. Accur.

ADDITIO. Si tamen donetur factum: requiritur ſtipulatio & traditio, ſicut olim. Itē præſentia donātis & donatarij, vbi ſit certæ perſonæ, ſecus ſi incertæ.

c Manifeſtauerit. ſcilicet per verba futuri temporis: vt dabo vel donabo, ad inſtar ſtipulationis: vt. ff. de verborum oblig. l. quinta. §. ſtipulatio. vel præſentis tēporis: vt do, vel dono. cū nudo pacto fiat: & pactum etiam fiat per verba præſentis temporis: vt. C. eo. de do. l. ſi quis argentum. §. fin. ff. de pa. l. tale. in princip. & in gloſ. ij.

d Vēditionis. ex hoc verbo dicebat M. venditorē præciſe teneri ad rem tradendam. ſic. ff. de verbo. obliga. l. vbi autem non apparet. in fi. Ioā. cōtra. l. vt intereſſe dā do, liberet: vt. ff. de actio. emp. l. j. in princip. & ſimilitudo quæ hic fit, eſt in hoc, vt ſicut neceſſitas imponitur venditori ad aliqd, ſic & donanti: licet à principio nullus cogebatur, vt. C. de actio. & obliga. l. ſicut. Sed nūquid donator de euictione tenetur? Reſpon. ſi incipit à traditione, non: vt. ff. eo. de do. l. Ariſto. in fin. Si à pactione, ſic: vt. C. de iure do. l. j. Accurſius.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia cū donatio ſit doni datio: iſte paciſcens obligatur expreſſe ad dandum. l. ſenatus. §. j. ff. de dona. cauſa mor. & ideo non liberatur, niſi transferat dominium: ſecus autem, vbi ſola traditio ſine facto interuenit. Ex quo infertur, quod pro euictione hic agitur primæua actione, quaſi non dederit, etiam re nondum euicta in totum vel pro parte. Secus in venditione, vbi pro euictione noua naſcitur actio, quaſi per traditionem obligatione ablata, quod not. pro præſcriptione, & libelli formatione ſecundum omnes hic.

e Conſtitutio. vt. C. de do. l. ſi quis argentum. §. fin.

f Etiam ſi non tradantur. id eſt, ſi tradere nolit donator. Accurſius.

g Neceſſitas. per condictionem ex lege, quæ ſtricti iuris eſt. ff. eo. de do. l. cum qui. & C. eo. l. ſi quis argentum. §. finali.

h Retro princípū. ſ. eorū, qui ante nos fuerūt: ex noſtra etiam patria, vt. C. eo. de dona. l. ſancimus. in fine.

i Conſtitutio. vt. C. eo. l. pe. in fine.

k Inſinuatione. i. ſcriptura facta in præſentia publicarum perſonarū: & in actis, vbi ſuperfluum eſt teſtes adhiberi: cum publica monumenta ſufficiant: vt. C. eo. l. data. & l. in donationibus.

l Inuenit. ſ. noſtra conſtitutio: vt ſi donetur in redēptionem captiuorum, vel à magiſtro militum donetur militibus: vel in refectionē domus do netur alicui: vt. C. eo. l. pe. Idem & ſi donet Imperator, vel ei donetur: vt in auth. de nō alie. §. ſi vero minus. col. ij. & in auth. vt nō fiant pi. §. quia igitur. col. v. Idem in donatione propter nuptias vt in auth. vt ſpon lar. col ix. in prin. Idem in remiſſione vſurarum futuri temporis: vt ff. codē. l. Modeſtinus. Accurſius.

ADDITIO. Idē in donatione facta pro bene meritis. l. Aquil. ff. eo. dūmodo appareāt, & eis proportionētur: ſecundum doctores.

m Minime deſiderant. licet quingentorū ſolidorū ſummam excedant.

n Alia. veluti ne plures donationes diuerſis tēporibus factæ coacerueutur: vt. C. eo. l ſancimus. §. ſi quis autē. Item vt ij, qui pecuniam recipiunt in redemptionē captiuorum, iurēt ſe ibi bona fide expēdere. Item vt ſacramēto domini domus quæſtio dirimatur: vt. C. eo. l. pe in fine.

tiones ſunt, quę ſine vlla mortis cogitatione fiūt: quas inter viuos appellamus, quæ non omnino comparātur legatis, quæ ſi fuerint perfectæ, temerè[a] reuocari nō poſsūt †. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam voluntatem [b] ſcriptis, aut ſine ſcriptis manifeſtauerit [c]. Et ad exemplum venditionis [d] noſtra conſtitutio [e] eas etiam in ſe habere neceſsitatem traditionis voluit: vt etiam ſi nō tradantur [f], habeāt pleniſsimū & perfectum robur, & traditionis neceſsitas [g] incumbat donatori. Et cùm retro prīcipum [h] diſpoſitiones inſinuari eas actis interuenientibus volebāt, ſi maiores fuerant ducētorum ſolidorum: conſtitutio [i] noſtra eam quantitatem vſque ad quingentos ſolidos ampliauit: quam ſtare etiam ſine inſinuatione [k] ſtatuit. Sed & quaſdam donationes inuenit [l], quę penitus inſinuationem fieri minimè [m] deſiderant: ſed in ſe pleniſsimam habent firmitatem. Alia [n] inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus, quæ omnia ex noſtris conſtitutionibus, quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt.

Donatio inter viuos etiam perfecta, ex aliquibus cauſis reuocari poteſt. Aretinus.

Sciendum eſt tamen, quòd et ſi pleniſsimę ſint donationes: ſi tamen ingrati exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt, donatoribus per noſtram conſtitutionē [o] licentiam præſtitimus, certis ex cauſis [p] † eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios cōtulerint, ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

o Conſtitutionem. vt. C. de reuo. do. l. fina.

p Ex cauſis. ſ[illegible] ſ. vt ſi atroces iniurias in eum effundat: vel impias manus inferat, vel graue damnum in bonis, vel vitæ periculum intulit: vel ſi legi dictæ in donando non paruerit: vt. C. de reuo. do. l. ſi. Sed donatio liberto facta, ſolo obſequio non præſtito reuocatur. aliud in libertate: vt. C. de reuo. do. l. j. & de libe cau. l. ſolo. Eſt & hic arg. pro domino, vt his cauſis poſsit reuocare feudū. ſic in auth. vt lib. decæ. §. illud vero. col. vj. & ff. de lib. agno & alie. à paren. & c. l. alimenta.

ADDITIO. Vnde verſus, Quinque modis perdo mihi quæ donata fuere. Infero ſi damnū grauiter donātis in ære. Huic per me ſi ſit atrox iniuria facta: Si ſit pſona manuali vulnere facta: Quādo ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor. Ingratus domino, re donata ſpoliabor. Ingratum factum dic me cum fregero pactum. Ius autē reuocandi donationē ex cauſa ingratitudinis, nō trāſit ad hæredes, ſi defunctus facultatem reuocandi habuit.

Eſt & aliud CASVS. Domine, iam vidi de dona. ſimplici, quæ appellatur dona. inter viuos, nunquid eſt aliquod aliud genus donatiōis inter viuos? Ad hoc rū. quod ſic. Eſt enim quoddam aliud genus donationum. quod veteribus iuriſconſultis penitus erat incognitū: ſed poſtea à iunioribus principibus fuit introductū: & ſecun

Donatio an poſsit fieri ſine ſtipulatiōe.

† Vt hic. & c. vlt. in gl. j. in. fi. extra eod. titu.

† Triplex eſt intereſſe. Cōuentum, vt pretiū, quod conuenit. cōmune, vt quanti res cōmuniter valet. Singulare quod vtrumque aliorū excedit, ſecū dum gl. in l. j. ff. de actio. emp. Aegi. per.

Niſi de ipſa etiam vnde eſſet pacti ſſum. vt. l. ij. C. de euict. ſecūdū Ange. & Iaſ. Itē debet itelligi qd' præceſſerit cōuentum ſaltē ordine intellectus, cū alias ex ſola traditione nō trāſferatur dominiū, ſecūdū Chr. hic.

Puta qualiſcūq; iudicis etiam extra nei nec habet neceſſe decretū interponere. Et poſſūt hęc omnia fieri etiam ex interuallo quæ ſi non interuenerit: non annullāt totam donatio nem: ſed ꝑ parte tantū in qua excedit. Angel. Et an inſinuationi poſſit renūtiari, & ſine ea donatio valida ſit: & an in ſimplici remiſsiōe ſpſa inſinuatio. Itē in acceſsione debitoris citatio requiratur, vide Ang. & Iaſ. hic.

* Alias, inſtituit.

† Scilicet propter ingratitudinem vt hic dicitur: & xvj q. vij. c. inuentū. & l. vj. diſtin. c ſatis peruerſum: et extra de do. ca. vlt. Inſinuatio quid eſt.

Donationes inter viuos certis ex cauſis reuocātur.

& ſecundum eos donatio ante nuptias appellabatur, & in ſe habebat tacitā conditionē, vt videlicet tūc rata eſſet hæc donatio, & effectū haberet: cum matrimonium eſſet ſubſecutū. Sed domine, quare appellabatur ante nup.? Reſpon. quod ideo: quia ſemper ante nup. ſiebat, licet effectū nō haberet: niſi nuptijs ſubſecutis: & nunqͅ poſt nup. celebratas tali donatio potuit ichoari. ſed poſtea diuus Iuſtinus pater meus hmōi obſeruationē ſemiplene correxit. Nā cū permiſſum fuerat dotes cōſtante matrimonio poſſe augeri: permiſit in cōſtitutione ſua hmōi donatio. ante nup. & poſt nup. celebratas ad ſimilitudinē dotiū poſſe augeri: ſed tn̄ nomen incōueniens penitus remanebat. nā ante nupt. vocabaē vt prius: licet ex cōſtitutione ſua poſt nup. tale ſuſciperet incrementum: et ita augebaē poſt nupt. tn̄ ante nup. appellabatur. Et ita manifeſte patet, quod nomē nō bene cōſonabat rei. vnde nos pleniſsimo fini ſanctiones tradere cupientes, & conſona nomina rebus eſſe cupiētes vel ſtudentes, in noſtra conſtitutione ſtatuimus: vt hmōi dona. non ſolum poſt celebratas nup. augmentum ſuſcipiant, ſed etiam initium ſui .. pere poſsint. & in hoc dotibus pacificantur, vt quēadmodum dotes, conſtante matrimonio non ſolum augeri, ſed etiam de[...]eri poſſunt. ita huiuſmodi donationes, quæ pr[...]ptias introductæ ſunt, non ſolum conſtāte ma[...]nio cōtracto augeri: ſed etiam de nouo conſtitui poſſunt. & hæc dicuntur vſqͅ ad illum. §. erat olim.

Propter nuptias donatio (quæ olim ante nuptias dicebatur) non ſolum contracto matrimonio augeri poteſt, ſed etiam conſtitui & initium ſumere.

Eſt & aliud genus inter viuos donationis, quod veteribus quidem prudētibus penitus erat incognitum: poſtea autē à iunioribus diuis principibus introductum [a] eſt, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in ſe cōditionem habebat [b], vt tunc ratū eſſet, cum matrimonium eſſet inſecutum [c]. Ideoqͅ ante nuptias appellabaē, quòd [d] ante matrimonium efficiebatur: & nunquam poſt nuptias celebratas, talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus pater † noſter [e], cùm augeri [f] dotes & poſt nuptias fuerat [g] permiſſum: ſi quid tale [h] eueniret, & ante nuptias augeri donationem, & conſtante matrimonio ſua conſtitutione permiſit [i]. ſed tamen nomen incōueniens remanebat: cùm ante nuptias quidē vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſsimo fini tradere ſanctiones cupientes, & cōſequētia [k] nomina rebus eſſe ſtudentes †, conſtituimus [l], vt tales donationes nō augeantur tātum, ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, ſed propter nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquenē [m]. vt quemadmodum dotes conſtante matrimonio non ſolùm augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtę donationes, quę propter nuptias introductę ſunt, non ſolùm antecedāt matrimonium, ſed eo etiam contracto [n] augeantur & conſtituantur.

a Introductum: vt. C. de do. ante nup. per totum tit.
b Habebat. & hodie habet, ſi fiat donatio prius, nam & poſtea fieri poteſt: vt. j. eo. §. ſed tamen.
c Inſecutum. de iure & de facto.
d Quod. id eſt, quia.
e Pater noſter. ſ. c. j. quibus non eſt permiſſ. face. teſtamen. § cæcus.
f Cum augeri. i. cum hoc non eſſet [1] Accur.
g Fuerat. etiam ante ſc.
h Tale. puta, quia augeatur dos.
i Permiſit ſ. diuus Iuſtinus: vt. C. de do. ante nu. l. pe.
k Et conſequentia. alias conuenientia. ſic C. de epi. & cler. l. decernimus. in fi. glo. fi. & in ſummario. & de off. p. p. ſec. vrb. l. j. in fi. & de defen. ciuit. l. d. ſer ſores, arg. contra C. de conſti. pec. l. ij. §. pe. & ff. de adi. leg. l. iij. §. conditio.
l Conſtituimus. C. de dona. ante nup. l. fi.
m Exæquantur. ſi de nouo fiat donatio vel dos poſt matrimoniū, vel vetus augeatur, eſt ęqualitas: vt. C. de do. ante nupt. l. fi. §. ſi igitur dote. Si ante matrimoniū, poterat eſſe inæqualitas: vt. C. de pact. con. l. ex morte. in prin. Sed hodie æqualitas eſt ante & poſt in cōſtituendo, & in pactis lucrorum: vt quantum dat vxor in dotē, tantum det in datione propter nuptias maritus. & ſicut hic ſit dominus dotis, ſic illa donatiōis propter nuptias: vſumfructum tn̄ habeat maritus, ne accidat matrimonij oneribus dotē non ſeruire. Nam æquitas ſuggerit, quod dos debeat eſſe ibi, vbi ſunt onera matrimonij: vt ff. de iur. do. l. dotis fructus. & l. plerunque. §. ſi ſerui. cum tantūdem reddatur vxori: ex qua donatione cōſulitur mulieri ſoluto matrimonio, ſi res dotales nō exiſtant: & quia nō potuit alienare maritus, etiam ea cōſentiente [2]: vt j. ti. proxi. in prin. licet alias iuri hypothecæ poſsit renuntiare: vt. C. ad Velle. l. etiā. & l. iubemus. & in authē. ſiue à me. eo. tit. C. Et ſicut dos vxori, ſic & talis donatio iure redditur viro, ſoluto matrimonio cū ſit æqualitas: vt in authēt. de æqua. do. §. j. col. vij. Eſt & ſponſalitia largitas: qn̄ ſponſus ſpōſæ per verba de futuro, vel ecōtra donat pure, nō reſpectu dotis, quę ſimiliter cōditionē matrimonij habet: vt. C. de do. ante nu. l. cum veterum. & l. ſi à ſponſo. Accur.

ADDITIO. Tu dic ꝙ aliqn̄ fit ex mera liberalitate, hoc expreſſo, ꝙ nullo caſu repeti poſsit. & habet locū l. ſi mater. C. de do. ante nup. aliqn̄ fit ſimpliciter nullo expreſſo: & tunc olim præſumebaē ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis. l. ij. l. ſi filiæ. & l. ſi tibi. C. e. hodie vero ob cām futuri matrimonij. l. cū veterū. eo. tit.

n Sed eo etiā contracto. Hodie hoc corrigitur in authen. de æqua. do. col. vij.

Erat olim. CASVS. Dn̄e, vidi plures modos acquirēdi de iu. ciui. nunquid adhuc reperiunē plures modi ciuilis acquiſitionis? Rn̄d. ꝙ ſic. Erat enim olim alius modus ciuilis acquiſitionis per ius accreſcēdi: quod quidē ius accreſcēdi erat tale. Si duo habebāt ſeruū cōmunē, Petrus & Mar. ſi Petrus ſolus inter viuos vel in vltima volūtate cōmunem ſeruum manumitteret, libertas non valebat: ſed in eo caſu pars Petri penitus amittebatur. & Mar. nolenti manumittere accreſcebat: & ita ſeruus, qui prius cōmunis erat, totus Martino p ius accreſcēdi acquirebaē, ſed cū hoc peſsimū fuerat exemplū ſeruum quidē manumiſſum libertate defraudari, & impoſitione libertatis humanioribus dominis damnū inferri, & ſeuerioribus lucrum acquiri: ideo hoc quaſi inuidia plenum pro remedio per noſtram conſtitutionem duximus corrigendū: & inuenimus viā per quam

† Patrem ſuū Iuſtinū vocat, qđ ab eo adoptatus eſſet: cū re vera fuerit eiuſdē Iuſtini ex ſorore nepos.

Dos, & donatio propter nuptias debēt eſſe in æqualitate.

Dos datur vt inde matrimonij onera ſupportētur.

[1] Alias cū hoc eſſet.

† Hic eſt caſus in quo filius corrigit patrē, nec obſtat Auth. de nup. §. ſi vero expe. Aegi. per.

[2] Niſi poſt bienniū iterum cōſentiat, & ex alijs bonis q̄ ſuperſūt ſibi ſit conſultū: nec tunc ſibi prę iudicat niſi quatenus probe turverſum in rē ſuā. Ange. Hodie tamen de cōſuetudine talis donatio non conſtituitur. vt vult gl. in Auth. æqualitas. C. de pact. cō. & Bal. in Auth. dos data. C. eo. la.

tam manumiſſor, quā ſocius eius manumittere nolens, quā etiam ſeruus qui libertatem accepit, noſtræ permiſſionis beneficio cōmuniter perfruantur. Statuimus enī vt libertas ſeruo cōmuni impoſita, debitum effectū ſortiatur. Manifeſtum enim eſt antiquos legiſlatores in fauorē libertatis multa cōtra regulas cōmunes iuris ſtatuiſſe. & ſtatuimus, qđ dominus qui libertatem impoſuit, ſuę liberalitatis ſubtilitate gaudeat: & ſocius indemnis conſeruetur: & pretiū ſerui manumiſſi à domino manumittente ſeruū ſecundū partē dominij cōſtitutione definiti accipiat. Et hæc vſq; in fi. ti. Franc.

a Exēplo. ſic. C. de proba. l. exēplo.

b Noſtram conſtitutionem. C. de com. ſer. ma. l. j. §. ne autem. &. §. ſin autem ſocius.

c Cuius. ſ. libertatis.

d Communes. ſ. vt libertates per le. Falc. non minuantur. Item vbi non valet teſtamentum, libertates non reuocantur. ff. de inoffi. teſta. l. Papin. §. ſed an & libertates. & §. fin. Idem &. ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo.

e Definiuimus. C. de cōmu. ſer. ma. l. j. §. ne autem. & §. ſin autem ſocius.

f Accipiente. vel eo depoſito: vt. C. de com. ſer. ma. l. j. §. ne autē. &. §. ſin autem ſocius. Et not. quod compellitur quis vendere. quod eſt ſpeciale contra reg. vt. C. de contrahend. emp. l. inuitum. &. C. de iure delib. l. nec emere. quod plene no. in auth. de fideiuſ. §. pen. col. j.

Libertatis fauori qbus con ſulit.

Vēdere qs cōpellitur aliquādo.

Hodie ſi vnus ex dominis manumiſit ſeruum communem, ſeruus efficitur liber: & ſocius conſeruatur indemnis, dato ſibi pretio partis ſuæ. h. d. Aretin.

Erat olim & alius modus ciuilis adquiſitionis per ius adcreſcendi, quod eſt tale: Si communē ſeruum habens aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit vel vindicta, vel teſtamento: eo caſu pars eius amittebatur, & ſocio adcreſcebat.

Sed cùm peſsimū fuerat exemplo [a], & libertate ſeruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnū inferri, ſęuioribus autem dominis lucrum adcreſcere: hoc quaſi inuidiæ plenum, pio remedio per noſtram conſtitutionem [b] mederi neceſſarium duximus.

Habes caſum in quo contra iure communem [illegible] rem ſuam vendere cogitur.

Et inuenimus viam, per quam & manumiſſor, & ſocius eius, & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur: libertate cum effectu procedente (cuius [c] fauore antiquos legum latores multa etiam contra communes [d] regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt) & eo, qui eam libertatem impoſuit, ſuæ liberalitatis ſtabilitate † gaudēre: & ſocio indemni conſeruato, pretiumq; ſerui ſecundū partē dominij, quod nos definiuimus [e], accipiente [f].

TITVLVS VIII.

QVIBVS ALIENARE LICET, vel non.

Etiam vxoris accedente conſenſu fundi dotalis, alienatio & obligatio viro (quamuis ciuili iure dotis dominus ſit) interdicta eſt.

Accidit aliquando, vt qui dominus rei ſit alienare nō poſsit, & contrà, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædiū [g] maritus

QVIBVS ALIENARE licet, vel non.

Dictum eſt ſuprà de acquiſitione facta per vſucapionem vel per donationē: nunc dicit per quos alienatio poſſit fieri, & per quos non. Are. Vel ſic continua, ſuprà dictum eſt, quomodo quis efficitur dominus iure gentiū vel ciuili, hic tractare intendit de quadā ſpecialitate: quæ cō[illegible]

Accidit. Totus iſte ti. diuidiť in tres partes. Primo, qñ dominus nō poteſt alienare res ſuas. Secundo ecōtra, qñ non dominus alienat. Tertio reddit ad primū caſum. Secū da ibi, Cōtra autem. Tertia ibi, Nunc aūt admonendi. Vel diuide ſubtilius. Primo, qñ prohibetť alienatio propter rem, quæ eſt inalienabilis. Secundo, quādo permittitur ex pactione, vel propter publicam vtilitatem. Tertio, quando prohibetur ratione perſonæ alienantis, vel ratione perſonæ in quam ſit alienatio q'a pupillus eſt.

[illegible]. In prima parte dicit Iuſti nian. præmittendo ea, de quibus intendit hic tractare: aliquando accidit, q; ille, qui dominus eſt rei, dominiū tñ eiuſdem rei in aliū transferre nō poſſit. et in caſu iſto econuerſo ſimiliter quãq; accidit, vt ille qui dñs nō eſt, poteſtatem tamē dominium transferendi in alium habeat. & hæc dicunť vſq; ad ver. nam dotale. in quo talis figurať caſus. Domine, vos dixiſtis mihi. ſ. q; dñs rei aliquādo rē ſuam alienare non poteſt, ponatis mihi exemplū de hoc? Ad hoc rñ. Amice, ecce maritus licet ſit dñs prędij dotalis, tñ inuita muliere prædium ſibi in dotem datum per legem Iuliam de fundo dotali, alienare prohibetur: & hypothecas earum rerum, quæ volente etiam muliere fiebant. quam legem Iuliam per conſtitutionem noſtram correximus, & in meliorem ſtatū deduximus. cū enim prohibiť[illegible]tantummodo in rebus immobilibus Italic[illegible] habebat: & alienationes rerum dotalium, etiam in omni re, quæ inuita muliere fiebant, inhibebat: vtrique remedium adhibuimus: & ſtatuimus, vt non ſolum in Italia interdicta ſit alienatio vel oblig. rerum dota. ſed etiam in omni prouincia, quæ Romano ſubiecta eſt Imperio. & non ſolummodo inuita muliere locum habeat huiuſmodi prohibitio: ſed etiam neque alienatio vel obligatio, licet de conſenſu mulieris facta fuerit, robur obtineat. & hoc ideo ſtatuimus, ne fragilitas ſexus muliebris, quæ de facili ad cōſentiendum alienationi per blanditias mariti poſſet induci, in perniciem ſubſtantiæ mulierum videatur cōuerti. & hæc vſq; ad illum. §. contra autem. Fran.

g Dotale prædium. ſcilicet ineſtimatum: vt. C. de rei vxo. actio. l. j. §. & cum lex. verſicul. in fundo autem. alias ſi æſtimatum eſſet, poſſet alienari, niſi æſtimatio fiat. vt ſciatur quantum valet: vt. C. de iure dotium l. quoties. &. l. ſi inter virum. & de fund. dota. l. j. Et dic dotale, vel quaſi: vt. ff. de fund. dota. l. iij. & iiij. Quid ſi res mobilis eſt? Reſpond. poteſt alienari, ſi maritus eſt ſoluendo. C. de ſer. pig. da. ma. l. j. facit. l. ſi ex lapidicinis. ff. de iur. do. Accur.

† Idem eſt etiā ſi fiſcus ſit ſocius q'a eo inuito poterit ſeruus manumitti ſecū dum Nic. per. l. j. C. de vecti cōmiſ. Aegi. per.

: Et in his caſibus vbi non poteſt alienari an fideiuſſor datus à viro obligetur, vide l. ſo. hic.

Additio.

inuita muliere [a] per legẽ Iuliam prohibetur [b] alienare [c]: quãuis ipſius ſit [d], dotis cauſa ei datũ. quod nos, legem Iuliam corrigentes [e], in meliorem ſtatum deduximus [f]. Cùm enim lex [g] in ſolis tantũmodo rebus locum habebat, quæ Italicæ [h] fuerãt, & alienationes inhibebat, quæ inuita muliere [i] fiebant: hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea [k]: vtriq; [l] remedium impoſuimus, vt etiam in eas res, quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta [m] ſit alienatio vel obligatio: vt neutrum eorum neq; cõſentiẽtibus [n] mulieribus procedat: ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem [o] † ſubſtantiæ earũ conuertatur [p].

Pignus non ſolùm ex debitoris pactione à creditore diſtrahi poteſt quamuis dominus non ſit, ſed etiam ſi nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modò non præſcripta forma ſeruetur.

Contrà [q] autem creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res non ſit, alienare [r] poteſt †. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari: qui ab initio contractus pactus eſt, vt liceret creditori pignus vendere †, ſi pecunia non ſoluatur [s]. Sed ne creditores ius ſuũ perſequi impedirentur [t],

. . . . Sed iure canonico indiſtinctè valet alienatio vxore conſentiente & iurante. c. licet mulier. de iureiur. lib. vj. niſi prius iuraſſet ſe nunquã tali alienationi faciendæ velle conſentire.

a Inuita muliere. ergo ea volente poterat, vt innuit, quod corrigitur ſtatim.

b Prohibet. niſi prouocetur ad diuiſionem fundi dotã. vt. C. de fun. do. l. fina. item niſi ex neceſsitate: vt. C. de lib. cau. l. j. Item niſi cum vniuerſitate: vt. ff. de fun. do. l. j. Item niſi vertatur ad vtilitatẽ mulieris: vt. ff. de iure dotium l. fina.

Ad quam ſi prodeſt mulieri: etiam maritus prouocare pòt. Ang.

c Alienare. hoc large accipias, ſiue dominiũ mutetur, ſiue ius aliis conſtituatur: vt C. de rebus alie. non ali. l. fina. & in authẽ. de non alie. §. alienationis. col. ij. & ff. de fun. do. l. Iulianus. Accurſius.

d Ipſius ſit ſcilicet de iuregẽtium, vt per traditionẽ: & ciuili, ſcilicet approbatione: ſecundum Ioan. Alij dicunt de iure ciuili, ſcilicet fictione, non iuregentium: vt C. de iur. do. l. in rebus. Sed quod ibi dicitur de iure naturali vxorem dominam eſſe, verum eſt primæuo iure, quo dicitur, Quicquid calcauerit pes tuus &c. non naturali, id eſt iuregẽtium, ſed rerum domina dicitur quo ad ſpem, & quantũ ad hoc, vt ex eis ſubſtentetur: ſicut filij dicuntur domini rerum paternarum: vt. j. de hære. quali. & dif. §. ſui. verſi. ſed ſui quidem. & C. de fur. l. quamuis. & C. rer. amo. l. j. vel domina eſt inſpecto exitu. ſicut filius dicitur dominus: vt. ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. Accur. ADDITIO. Circa hoc dicas, quod verum, & effectuale dominiũ habet maritus: ſed fictum & interpretatum habet vxor, ex quo cum viro viuit continuo, & præſumitur eadem perſona.

Dotis dominiũ an ſit mariti vel vxoris.

e Corrigentes. in duobus capitulis, & in aliis non. Accurſius.

f Deduximus. vt. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. & cum lex.

g Lex. ſcilicet Iulia.

h Italicæ. l. in Italicis prohibebat alienationem: & hoc erat primum eius vitium. Accur.

i Inuita muliere. ſed ea volente concedebat, & hoc erat ſecundum vitium.

k Volente ea. ſimiliter prohibebat.

l Vtrique. ſcilicet vitio.

m Interdicta. quid ſi fiat? Rñ. vendicat maritus conſtante matrimonio, contra factum ſuum veniẽs, cũ fuerit contra legem: vt. C. de agri. & cen. l. quẽadmodum. circa fi. lib. xj & de rei ven. l. doce. ſed diſſoluto eo mulier repetit: vt. C. de iure do. l. in rebus. Idem in prælato eccleſiæ alienãte rem eccleſiæ: quia poteſt eam repetere prælatura durante: vt extra de rebus eccle. non alie. c. ſi quis presbyterorum.

n Neq; conſentientibus. ſpeciale vt ſuo fauori non poſsit renuntiare: quia etiam reipublicæ intereſt. vt. ff. ſol. matri. l. j. & ff. de pac. do. l. de dic.

o In perniciem. id eſt, deſtructionem.

p Conuertatur. ſimilia ſunt, vbi etiam dominus non alienat: vt. C. ad legem Iul. ma. l. fi. & C. de hær. & ma. l. manicheos. §. pe. & C. de præd. decu. l. fin. lib x. & j. eo. §. nunc admonendi. ADDITIO. Vnde verſus,

Coniunx, eccleſia, furioſus, menteque captus, Prodigus, atq; minor, exiſtẽs ſub prẽ natus: Aduerſans fidei, maieſtatis reus: iſti res alienare ꝓprias de iure vetantur. Prętacto debet ſub iure decurio ſcribi. Aretinus.

† Id eſt ne fragilitate naturæ in repẽtinam deducatur inopiã. l. j. §. & cum lex. C. de rei vxor. act. Aegi. per.

Contra autem. CASVS. Dñe, iam vidi caſum in quo dñs alienare nõ poſſit. Pro Deo ponatis mihi exẽplum, quando nõ dominus dominiũ rei in alium trãsferre poteſt? Ad hoc reſpõ. Amice, licet creditor nõ ſit dominus rei obligatæ: tamẽ ſi ipſe pignus ex pacto vel lege alienauerit: dominium eius in aliũ transfert. ſed forſan in primo caſu, videlicet quando ex pacto ſibi facto à debitore pignus alienat, videtur hoc fieri: quia voluntate debitoris intelligitur pignus alienare, quia debitor ab initio contractus pactum fecit, vt liceret creditori pignus vendere, ſi intra tempus ſtatutũ non ſolueretur: & ita in caſu iſto potius ex pacto & voluntate debitoris videtur dominium trãslatum, quam ex facto ſiue traditione ipſius creditoris. Sed certe non ſolum in eo caſu, quando pactum de diſtrahẽdo pignore à debitore interpoſitum eſt: licet creditori vendenti dominium pignoris ad alium transferre: ſed etiã quando authoritate legis pignus diſtrahitur. Ne ergo creditores ius ſuum perſequi diutius impedirẽtur, & etiam ne debitores nimis cito rerum ſuarum dominiũ amittant: noſtra conſtitutione vtriq; parti proſpectum eſt, & per eandem conſtitutionem certus modus eſt inuentus, per quem quidem modum pignorũ diſtractio poſſit procedere: cuius conſtitutionis tenore vtriuſque partis indemnitati in eo caſu, quando pactum de diſtrahendo non interceſſerit, ſufficienter & abunde ꝓuiſum eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. nunc autem. Franc.

† Et ſic plus iuris in aliũ trãſfert quã ipſe habeat de quo vide glo. fin. in cap. paſtoralis. extra de iure patro.

Alienans quandoque repetit, quod alienauit.

Domini multi ſunt qui ſuas res alienare nõ poſſũt.

† Nõ etiã ſibi loco debiti habere. nam huiuſmodi pactum legis commiſſoriæ i pignorib9 reprobatũ eſt, vtpote captioſũ. l. vlt. C. de pact. pign.

q Contra. id eſt, econtrario.

r Alienare poteſt. idẽ in iudice, vt. ff. ſi ex nox. cau. aga. l. ij. & j. de offi. iu. in fi. Idem in flumine: vt. ff. de acquir. rerum do. l. ergo. §. alluuio. Idem in Imperatore & Auguſta: vt. s. de vſuc. §. vlti. Idem in prælatis eccleſiarum: vt in auth. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſanc. eccle. Idẽ in tutoribus, qui dñorũ locũ obtinẽt: vt. ff. de fur. l. interdũ §. qui tutelam. Idẽ in procuratore, qui habet liberã adminiſtrationẽ: vt. s. de re. di. §. nihil aũt. idẽ in ſeruis habẽtibus liberã peculij adminiſtrationẽ: vt. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. §. fi. & l. ſeq. Vnde verſus, Princeps Auguſta, iudex ac officialis, tutor curator, fluuiuſque, Creditor, exactor, prælatus, ſeruus habeatur: Hi numero bis ſex alienantes aliena. Accur.

s Non ſoluatur. ſ. tempore conſtituto.

t Impedirentur. vbi nõ eſſet pactio de pignore vendendo.

s In qua non venit dolus, nec ꝓ poſsit donare niſi exprimatur: & tũc itelligitur de donat. īter viuos non cauſa mortis. Et qualiter libera adminiſtratio cõcedatur vide Ang. hic.

dendo. Accurſius.

a Temere.i.nimis cito:vt.ſ.de do.§.aliæ aũt.in prin.

b Conſtitutione.C de iu.do.impe.l.ſi.§.j.& ij. Acc.

c Certus modus. vt ſi actum ſit de vendendo, iuxta conuentionẽ vendere poſsit ¹. Sed ſi nihil fuit dictũ de hoc: nuntiabit ſemel, & tunc elapſo biennio vendet:vt C.de iu.do.impe.l.ſina.§.j.& ij. Si aũt dictum fuit, vt non vendatur, ter nuntiabit, & tũc vendet:vt.ff.de pigno. act.l.ſi conuenerit.

ADDITIO Et inter denuntiandũ, quæ interualla ſint neceſſaria: itẽ quid ſi emptor nõ reperiatur, vel pignus, plus vel minus valeat quã creditum: item quid in pignore iudiciali vel prętorio: & an hunc beneficio de vẽdendo pignore poſsit renuntiari:vide Angel. hic.

d Cuius. ſcilicet conſtitutionis.

Nunc admonẽdi. CASVS. Dñe, iam vidi caſum, in quo dominus alienare non põt. nunquid ſunt plures caſus, in quibus dominus rei ſuæ alienandæ poteſtatem non habet? Et reſpond. q̃ ſic. quia neq; pupilli, neq; pupillæ ſine tutoris authoritate vllã rem alienare poſſunt: licet domini rerum ſuarum cenſeantur. vnde ſi pupillus alicui mutuam pecuniam tutoris authoritate non interueniente dederit, obligationẽ mutui non contrahit. & hoc ideo, quia pecuniã, quam mutuo dat, accipientis nõ facit, vnde ſi nummi à pupillo ſine tutoris authoritate mutuo dati exiſtant, vendicari poterunt. ſi tamen ipſe qui nummos à pupillo mutuo acceperit, eoſdem bona fide cõſumpſerit: ad exhibẽdum cum eo agi poterit. Et licet dixerim tibi, quod neque pupillus neque pupilla rei ſuæ dominium ſine tutore in alium trãsferre poſsint: econuerſo tamẽ omnes res, videlicet tam mobiles quam immobiles ſine tuto. pupillo vel pupillæ dari poſſunt: ita videlicet quod dominium in eos transferatur. & ideo ſi debitor pupillo vel pupillæ debitum ſoluerit neceſſaria eſt ei tutoris authoritas. Si enim ſine tutoris authoritate pupillo vel pupillæ ſoluerit: beneficium liberationis non cõſequetur, ſed hodie euidentiſsima ratione in noſtra conſtitutione, quã ad Cæſarienſes aduocatos promulgauimus, ſtatutum eſt: in qua quidem cõſtitutione diſpoſitũ eſt, ita demum licere tutori vel curatori debitorẽ pupillarẽ ſoluere, ſi primũ ſine iudicio & ſine omni damno ſportularum & ſine qualibet mercede tabulario præſtanda hoc permittat. Nam ſi iudex ſoluendum pupillo pronuntiauerit, & debitor poſt ſentẽtiam iudicis interpoſitam ſoluerit, huiuſmodi ſolutio pleniſsimam ſecuritatem obtinebit: quoniam in nullo euentu poterit debitor poſt huiuſmodi ſolutionem iterum inquietari. Si vero aliter quam in noſtra conſtitutione diſpoſitum eſt debitor pupillo ſoluerit, & pupillus huiuſmodi pecuniam ſibi ſolutam aut ſaluam habeat, aut alias locupletior factus ſit: licet debitor per huiuſmodi ſolutionem ipſo iure liberatus non ſit, ſi tamen pupillus adhuc eandem pecuniam petat: poterit debitor per exceptionem doli mali pupillum iterum petentem tanquam de præda ſolicitum repellere. & hæc ſunt vera, quãdo pupillus habet pecuniam ſaluam, vel ex ea locupletior factus ſit. Si vero pupillus huiuſmodi pecuniam ſine tut. authoritate ſibi ſolutam. aut male cõſumpſerit, aut furto aut alio caſu amiſerit: ſi iterũ eandem pecuniam petat, inutilis erit debitori doli mali exceptio: quia nihilo minus ad ſolutionẽ iterum faciendam condemnabitur. & ſibi imputet: quia debitum ſine tuto. autho. & non ſecũdum noſtræ conſtitutionis tenorem pupillo ſoluerit. Similiter in caſu conuerſo pupil. vel pupillæ ſine tuto. autho. ſoluere non poſſunt: quia id q̃d ſine tuto. authori. ſoluitur: non fit accipientis. Nullius enim rei alienatio ſine tuto. autoritate eis conceſſa eſt. Et hęc vſque in finem tituli dicuntur.

ſ Et perpa ctũ nudũ: nec eſt neceſſaria aliqua denominatio de pignore luendo q̃d not. pro limitatione l. ſi cõuenerit. ff. de pign. Ange.

neq; debitores temerè [a] ſuarum rerũ dominium amittere viderentur: noſtra conſtitutione [b] conſultum eſt, & certus modus [c] impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſsit procedere cuius [d] tenore vtriq; parti creditorũ & debitorũ, ſatis abundeq́; prouiſum eſt.

Pupillo rerum ſuarum ſine tutoris authoritate interdicta eſt alienatio: ideo mutuo datas pecunias accipientis non facit, ſed aut extantes vendicat, aut bona fide conſumptas condicit, aut ſi mala fide abſumptæ ſint, de his exhibendis agit.

Nunc admonendi ſumus, neq; pupillum, neq; pupillã, vllam rem [e] ſine tutoris authoritate alienare poſſe [f]. Ideoq́; ſi mutuam pecuniam, ſine tutoris authoritate alicui dederit [g]: non contrahit obligationem [h]: quia pecuniam [i] non facit [k] accipientis: ideoq́; vendicari nummi poſſunt, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuo minor dederit ab eo, qui accepit, bona fide [l] cõſumpti [m] ſunt: condici poſſunt [n], ſi mala fide, ad exhibendum [o] de his agi poteſt.

Solutione debiti facta pupillo, eiuſve tutori, ita demum debitor pleniſsimam conſequitur liberationem, ſi id iudicis interueniente decreto fieri contigerit, quod ſi ſoli pupillo ſolutum ſit, & pecuniam adhuc ſaluam habeat, aut locupletior ex ea ſit, exceptionis ope liberatur: aliãs non liberatur.

e Vllam rem. neque ratione proprietatis, neque ratione poſſeſsionis, quæ animo retinetur, licet corporalem ſine tutore perdere *poſsit: vt. ff. de acquir. rerũ domi. l. pupillus. & de acquirẽ. poſſeſ. l. poſſeſsionem. Quid in adulto? Reſpon. ſi non habet curatorem, poteſt alienare, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. ſi habet curatorem, ſimilis eſt prodigo. vt. C. de in integrũ reſtitu. min l. ſi curatorem.

f Alienare poſſe. ſic. ſ. de autho. tut. in princip. ff. de ſolu. l. quod ſi forte. in fin. & l. pupillo. & ff. ſi certum peta. l. non omnis. §. fina.

g Dederit. i. *tradiderit, cum dare ſit accipientis facere: vt. j. de act. §. ſic itaq;. ſi poneres proprie non haberet locum quod ſequitur, ideo q̃ vendicari &c.

h Obligationem. ſ. perſonalem ex mutuo.

i Quia pecuniam. bona eſt ratio: vt. j, quib. mod. re contrah. obli. in prin. & ff. ſi cer. pet. l. ij. §. appellata.

k Non facit. quod eſt neceſſe: quia dicitur mutuum, quod de meo fiat tuum: vt. ff. ſi cer. peta. l. ij.

l Bona fide. credens eum maiorem: vt. ff. pro empto. l. ij. §. ſi à pupillo. vel etiam errans in iure: licet ſit argumentum contra: vt. ff. pro emp. dicta. l. ij. §. ſi à pupillo.

m Conſumpti. quod ſit expẽdendo, vel cũ aliis immiſcendo: vt. ſ. de vſufruc. §. conſtituitur. & ff. de ſolu. l. ſi alieni.

n Condici poſſunt. ſ. condictione certi ex mutuo reconciliato per conſumptionem: vt. ff. ſi cer. pe. l. ſi à furioſo. & l. ſeq. Item ſtipulatione reconciliatur: vt. C. ſi cer. pe. l. quamuis. Item vſucapione: vt. ff. de iure do. l. Proculus. & no. j. qb. mo. re cõtrah. obl. in prin. in verbo, tuũ fiat. & melius in. §. item is. in verbo, mutuum.

o Ad exhibendum. quia tenetur, qui dolo fecit, quo minus poſsit exhibere: vt. C. ad exhib. & ſic iuratur in litem ex eo, quod intereſt pupilli citius pecuniam redditam eſſe: vt. ff. de in litem iuran. l. in actionibus. & l. nummis.

*Non tamẽ alienare. aliud eſt enim amittere, aliud alienare, ſecundũ gl. in. l. poſſeſſionẽ. ff. de ac. poſſeſ. Aegi. per.

Adultus an poſsit alienare.

*Sic verba impropriãtur vt conueniãt materiæ: oportet enim rebus cognatos eſſe ſermones. ca. intelligẽtia. extra, de ver. ſigni. Aegi. per.

Mutuũ tripliciter recõciliatur.

Recte.

At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ ſine tutoris authoritate rectè [a] dari poſſunt. Ideoq́;, ſi debitor pupillo ſoluat, neceſſaria eſt debitori tutoris authoritas, alioqui nō liberabitur [b]. Sed hoc etiam euidentiſsima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione [c], quam ad Cæſarienſes aduocatos ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſsimi queſtoris ſacri noſtri palatij promulgauimus; qua diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem [d] pupillarem ſoluere, vt prius iudicialis ſententia [e] ſine omni damno [f] celebrata, hoc permittat [g] quo ſubſecuto, ſi & iudex pronunciauerit, & debitor ſoluerit, ſequatur huiuſmodi ſolutionem pleniſsima ſecuritas [h]. Sinautem aliter, quàm diſpoſuimus, ſolutio [i] facta fuerit, pecuniā autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior [k] ſit, & adhuc eandum pecuniæ ſummam petat [l]: per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri. Quòd ſi malè conſumpſerit, aut furto, aut vi amiſerit: nihil proderit [m] debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus cōdemnabitur [n]: quia temerè ſine tutoris authoritate, & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſoluerit [o].

Pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt debitum creditori ſoluere. Accur.

Sed ex diuerſo, pupilli vel pupillæ ſoluere ſine tutoris authoritate non poſſunt [p]: quia id quod ſoluunt: non fit accipientis: cùm ſcilicet nullius rei alienatio eis ſine tutoris authoritate conceſſa ſit.

TITVLVS IX.

PER QVAS PERSONAS NOBIS adquiritur.

Adquiritur nobis non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per perſonas hic deſcriptas. Arc.

a Rectè. vt res fiat accipientis: nō vt debitor liberetur, & hoc ſequitur.

b Non liberabitur. ſ. debitor pupilli. Sed contra. ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus fuero. Rñ. ibi pupillus erat adiectus: nec quicquā ſibi debebatur, cum ad ſolutionē tantum ponatur: vt in eo. ti. de ſol. l. quod ſtipulatus. & l. qui res. § at vbi.

c Conſtitutione. vt. C. de admi. tu. l. ſancimus. & l. conſtitutionem.

d Debitorem ex mutuo vel ſimili cauſa, non ex penſione vel reditu: vt C. de admi. tuto. l. ſancimus. & l. conſtitutionem.

ADDITIO. Tūc enim ſine iudice pleniſsimā ſecuritatē conſequitur, dummodo penſio, nec duos annos, nec cētum florenorū ſummam excedat, ſecūdum Ange.

e Sententia. ſ. interlocutoria, quam præceptum vulgariter appellamus: vt ſi dicat. Decerno vel præcipio tibi ſoluere, vel deponere: vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. quid tamen.

f Sine omni damno. vel ſportularum, vel pretiorū tabellionum. Sed nūquid debitor ꝓ ſua parte ſoluet? Reſpon. non: vt. C. de fruct. & lit. expenſ. l. fi. et facit ſic. C. de epiſc. aud. l. tam demētis. § . fina. & in auth. de ſanct. epiſ. §. ſportularum. collatione ix. Acc.

ADDITIO. Priuilegiū cūm litis ordinationē ſiue proceſſum reſpiciens vni conceſſum tranſit ad aduerſarum: ſecus ſi deciſionem, niſi verba reſcripti hoc ſonent.

g Permittat. no. ꝙ tutor & iudex neceſſarij ſunt, ſecundum P. Sed ſecundū nos ſolus iudex ſufficit: vt. ff. de min. l. ait prætor. §. quid tñ. & l. q ſi minor. in fi. Ac.

ADDITIO. Et hoc eſt verū in caſu noſtro, & in alienatione rerum mobilium: alias in alienatione immobilium opus eſt vtroq́;. Ange. Arc.

h Securitas. vt nec reſtitutio de: ſecus in prędio alienato cū decreto: quia emptio ex voluntate, ſolutio de neceſsitate fit: vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. quid tñ. & l. quod ſi minor. in fi. & C. de præd. mi. l. ſi quidē. Acc.

i Solutio. vt ſoli pupillo vel adulto curatorē habēti, ſine eo: vñ ipſo iure nō liberat: vt. j. ibi, nihil ꝓderit &c.

k Locupletior. quod eſt, & ſi non eſt factus pauperior: vt. ff. de ſol. l. in pupillo. ibi, nā hoc ipſo qd'. Acc.

l Petat. & ſic eſt de prædo ſolicitus: vnde nō auditur: vt. C pro emp. l. cum qui. Accur.

m Nihil proderit. apparet ergo, quod ipſo iure non eſt liberatus: ſi autem cum authoritate tutoris ipſo iure liberaretur: ſed tunc reſtitueretur minori perdita pecunia. vt. C. ſi aduer. ſol. l. j.

n Condēnabitur. ſ. ipſo minore petente, vel alio ſuo nomine [1], non extraneo: vt. ff. de ſol. l. filius.

o Soluerit. circa hāc diffuſam materiā diſtingue, cum debitor pupillo ſoluit, aut cōſequitur plenā, aut pleniorem, aut pleniſsimā ſecuritatē. Si ſoluat pupillo ſine tutoris authoritate, & pupillus habeat ſaluā pecuniā, vel ex ea locupletior eſt: liberatē nō ipſo iure, ſed exceptione, niſi eſſet adultus ſine curatore: vt hic, & ff. de ſol. l. in pupillo. Si aūt ſoluat tutore authore, ipſo iure liberatur, pōt tñ in integrū reſtitui, ſi nō habeat rē ſaluā: vt. C. ſi aduer. ſolu. l. j. niſi in quatuor caſibus: vt. C. de admi. tu. l. ſancimus. & l. cōſtitutionē. quod em̄ legitime factū eſt ex euētu retractari nō debet: vt. C. ad ſenatuſc. Treb. l. ſancimus. Pleniſsima eſt ſi iudex interueniat cum tutore vel ſine eo: vt. ff. de mi. l. ait prætor. §. qd tñ. Et de hac materia ibi plene no.

p Non poſſunt. diſtingue, aut id, qđ erat ſoluendū. nō poterat alienari ſine decreto, quo caſu decretū interponendū eſt in ſoluēdo: vt. ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. magis. § . ſi pupillus. alias nō tenet, et poteſt vēdicari quod ſolutū eſt, niſi cōſumpſerit creditor: vt hic, & ff. ſi cer. pe. l. nō omnis. §. fi. Aut poterat, quo caſu ſolus ſufficit tutor vel curator, vel adultus nō habēs curatorē: nec reſtituūtur, cū nō ſint decepti. Si ſine tutore ſoluerit, nō liberatē, nec dñium trāſit, niſi per cōſumptionē, vt hic: & ff. ſi cer. pe. l. omnis. §. fin. Et hoc qñ debitū erat ciuile & naturale. Si aūt naturale tantū, per reſtitutionē poterit repetere, ſi legitime ſoluit, alias ſuo iure cōdicet: vt. ff. de cōdi. inde. l. interdum.

ADDITIO. Et tūc quia minor ætas facit mediū cōcludēdi, ſatis eſt dicere ſe minorē indebite ſoluiſſe, & ſi nō exprimat per ignorantiā: quod alias in maiore requiritur, ne donaſſe videatur. quod no. ſecundū Ange.

PER QVAS PERSONAS &c. Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines: Quos vltra citraq; neq; cōſiſtere rectū. Nā licet multis modis acquirāt: vt à. §. illo ſingulorū. de re. di. vſq; nūc traditū eſt: tñ certi ſunt hoies, ꝑ quos nobis acqrit, & ſunt ſex. ſ. ꝑ nos, ꝑ filios noſtros, ꝑ ſeruos, ꝑ alienos in qbus vſumfruc. habemus, ꝑ alienos, quos bona fide poſsidemus, ꝑ liberū hominē quē bona fide poſsidemus. Eſt ſeptimus ſ. ille in quo nudū [*] vſum habemus. Eſt octauus qñq; vt liber homo. i. procurator: de qbus hoc ti. decit. Diſ-

Sententia interlocutoria et præceptū iudicis idem.

[*] Hoc iure expreſſum in. l. ſacris. C. de proximis ſacro. ſcrin. lib. xj.

Solutio fit de neceſsitate.

Pupilli an poſsint ſoluere.

[1] Vel ab eo cauſam habēte. qa beneficiū reſtitutionis cedipoteſt: & trāſit ad hærede extraneū: vt. l. quod ſi minor. ff. de mino. An.

[*] Alias, cuique.

Horatius in primo ſermonū.

[*] Hoc verū ſi acquiſitio emanat ex re noſtra vel operis ſerui: ſecūdū Por. Aeg. per.

ſert aũt à quodã alio. j. per quas perſo. no. acq. obliga. quia ibi de obli. acquirẽda, hic de rebus tractatur. Acc.

ADDITIO. Adde quod etiam ſunt alij qui acquirũt alijs: vt religioſi ſuo monaſterio: vt extra de ſta. mo. l. l. cum ad monaſteriũ. §. j. ibi, vnde ſi quicquã. & beneſiciati ſuis beneficijs. C. de epi. & cle. aut. licẽtiã. Arc. Continua aũt iſtũ tit. ſic. Dictũ eſt. s. de multiſmodis acqrendi dñia: nũc ſequit videre de perſonis, p quas dominia acquirunt, ſecundũ Por.

Dquiritur. Iſte ti. diuiditur in tres partes principales. Primo ponit per quos nobis acquiraf. Secundo illud exequitur ſingulatim, et in ſpecie. Tertio facit præambulũ tranſitus ad alios titulos & materias. Secũda ibi, Igit liberi veſtri. Tertia ibi, Hactenus. Iſteti. i caſus poſitiõe eſt facilis, ideo vide p teipm.

Dquirit vobis non ſolũ per vosmetipſos, ſed etiam per eos quos in poteſtate habetis [a] †: item per ſeruos, in quibus vſumfructũ [b] habetis: item per homines liberos, & per ſeruos alienos, quos bona fide [c] poſsidetis. de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

[illegible]

Igitur [d] liberi veſtri vtriuſque ſexus, quos in poteſtate habetis, olim [e] quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis videlicet, caſtrenſibus peculijs [f]) hoc parentibus ſuis adquirebant ſine vlla diſtinctione [g] *. & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licentia, quod per vnum vel vnam eorum adquiſitũ eſſet, alij [h] filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant adplicare. Quòd nobis inhumanũ viſum eſt, & generali cõſtitutione [i] emiſſa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem † debitũ reſeruauimus. Sancitum etenim à nobis eſt, vt ſi quid ex re [k] patris ei [l] obueniat: hoc ſecundum antiquam obſeruationem totũ parenti adquiratur. Quæ enim inuidia eſt [m], quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti [n]. Quod ex alia cauſa ſibi filiusfamilias adquiſiuit, huius vſumfructũ [o] patri quidem adquirat: dominium autẽ apud eum

a In poteſtate habetis. vt. j. eo. §. j. & §. item vobis.

b Vſumfructũ. vt j. e. §. de his. Quid ſi nudũ vſum? Rñ. ex re noſtra acquirit, nõ aũt ex opera: vt ff. de vſu & hab. l. p ſeruũ. & j. p quas perſ. no. acq. ob. §. p eũ quoq; in gl.

ADDITIO. Vbi vr̃ pbari cõtrariũ: et iõ dic qđ ex locatiõe operarũ ſerui, vſuario nõ acquiritur, vt hic, ſed ex ipſis in re vſuarij vel conducta ſic: vt ibi, & l. plenũ. §. ſi. ff. de vſu & habi. Ange.

c Bona fide. vt. j. e. §. idẽ placet. quę bona fides in poſſidente, nõ in poſſeſſo requiritur: vt. ff. de acqui. poſſ. l. cũ hæredes. §. ſi. & ff. de ſtipu. ſer. l. ſi ſeruus ex teſtamẽto. & de acqui. re. do. l. homo liber. in prin. & exigitur bona fides in principio poſſeſsionis, & continua in libero homine, quo ad aliquid acquirendũ per eũ, nõ in vſucapione, quia nõ vſucapif: vt. ff. de acqui. re. do. l. q bona fide. §. j. & C. de lon. tẽp. pręſ. quę pro liber. l. ſola. Sed in ſeruo ſufficit, & quo ad vſucapionẽ, & quo ad fructus, in initio bonã fidem habere: vt. ff. de vſur. l. qui ſcit. §. vlti. & C. de vſuca. transfor. l. vnica. §. cum aũt. verſ. hoc tantũmodo. Acc. ADDITIO Sed de iure canonico requirit bona fides cõtinua vſq; ad perfectionẽ præſcriptionis. c. ſi. cũ ibi no. extra de pręſcri. Et facit iſte tex. quod monachus tranſiens de vno monaſterio ad aliud, acquirat ꝑ ſecundo bona fide poſsidenti.

Igitur. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit de acquiſitione facta per liberos, & per quos, & quid acquiratur. Secũdo qñ per ſeruos noſtros, & per quos, & quid acquiraf de acquiſitione per liberã perſonã, an poſsit acquiri, & quid. Secunda ibi. Itẽ vobis. Tertia ibi, Ex his. Item prima ſubdiuiditur in tres partes. Nã primo ponit ius antiquũ. Secundo rationẽ correctionis. Tertio ponit ſuũ ſtatutũ. Secunda ibi, Quod nobis. Tertia ibi, Sancitum. Aret.

d Igitur. quia de ſingulis dicere vult, de filijs, vt de dignioribus, primo dicit.

ADDITIO. Facit extra gl. ff. de edẽ. l. in argẽ in. §. ędi.

e Olim. antiquitatẽ primo recitat, & hoc ideo, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur: vt. j. titul. proxi. in princ. nam id quod tollif vel reformatur, non debet eſſe incognitũ: vt. C. de ca. tol. l. vnica. in ſi.

f Caſtrẽſibus peculijs. idẽ in quaſi caſtrẽſibus, etiã iure veteri: vt. ff. de col. bo. l. j. §. nec caſtrẽſe. non ſolũ iure nouo: vt. C. de bo. q li. l cũ oportet. §. exceptis. & §. eadẽ obſeruãdo. Eſt aũt caſtrẽſe, ꝙ filiusfa. à quolibet i caſtris acquirit, nõ acquiſiturus alias: vt. ff. de caſt. pe. l. ſi forte. & l. caſtrẽſe. Quaſi caſtrẽſe eſt, quod magiſtri liberalium artiũ medici, clerici, & aduocati de publico acquirũt: vt C. de inoff. teſt. l. ſi. ad princip. & C. de epi. & cler. l. ſacroſanctę. & l. cũ lege.

g Sine vlla diſtinctione. aduẽtitij, vel profectitij, ꝓprietas, vel vſusfructus.

h Alij. ſ. fratri, qđ grauius eſſe videf: vt. C. de bo. q lib. l. cum oportet. §. j.

i Conſtitutione. vt. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. Accurſ.

k Ex re. large ponc. i. propter rẽ, vt fructus ex rebus patris, vel occaſione patris quocũq; modo q̄ſita [illegible]: vt ff. de incẽ. rui. nau. l. j. §. ij. & ff. de vſu. l. in fideicõ. §. cũ Pollidius. & de vulg. ſub. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. & de caſtr. pec. l. ſi forte. & l. ſi caſtrẽſe. niſi aliũde filius ſit habiturus per ſe: vt. ff. de iur. dot. l. v. §. ſi pater. Et ſic ponif ex re. i. propter rẽ. ff. de acq. hę. l. aditio. in ſi. Arg. cõtra. ff. de pecu. l. eo tẽpore in ſi. Arg. ſimiliter contra. ff. de act. emp l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo. Acc.

ADDITIO. Sol. dictio ex, proprie & ſtricte ſumpta denotat immediatũ, vt ibi: ſecus ſi large. vt hic. Bal.

l Ei. ſcilicet filio.

m Inuidia eſt. ſ. filio, qui acquiſiuit.

n Reuerti. quaſi dicat, nulla.

o Vſumfructũ. quem habet in aduẽtitijs, niſi [illegible] remiſerit: vt. C. de bo. q li. l. cũ oportet. §. ſin aũt res. Vel niſi ab aliquo ſibi def, vel relinquaf hoc pacto: vt ad patrẽ non pertineat vſusfructus: vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. in prin. col. viij. Vel niſi ſuccedat filius vna cũ patre in hęreditate fratris vel ſororis: vt in auth. de her. q ab inte. ve. §. ſi vero. col x. Vel niſi ſeruus donef filiofamilias eo pacto, vt manumittaf ſtatim: vt. C. de bo. quę li. l. vl. ad ſi. Vel niſi qñ pater noluit cõſentire filio adeunti hęreditatẽ aliquã: vt. C. de bo. q li. l. vl. ad finem. Vel niſi parente minus legitime diuertente bona filijs applicentur: vt in auth. vt nul. iu. §. quia vero quædam. col. ix. idẽ qñ pater cõtraxit inceſtas nuptias: vt in auth. de ince. nu. §. j. col. j.

Additio.

† Veluti p ſeruos. & concor. in proœ. decre. i gl. j. circa pri. ibi vel ſeruus dicif.

‡ Dummodo ſtipuletur mihi, alias acqritur ſtipulãti: & quãuis is teneatur mihi reſtituere per condictionẽ ſine cauſa, vt. l. pe. ff. de ſtip. ſer. Ang.

* In qbuſdam excp. legitur ſine vlla diſtinctione vſusfruct9 & proprietatis.

* Ratio, qa monachus & ſeruus æquiparantur. ca. cum olim. de priuile. Acg. Per.

Peculium quaſi caſtrenſe

† Facit ad hoc quod in vna quaque diſpoſitione ſeruandus eſt honor patris ſecundũ Angel. Aegi. per.

‡ Quod eſt verũ, ſi dentur neceſſaria ad bellũ: alias diſtingue an detur à notis propter caſtra: an alias, vt i. d. l. ſi forte. in glo. alle. & ita poteſt intelligi. l. j. C. de caſtrẽ. pec. li. xij. vbi latius ponitur hæc diſtinctio ſecundũ Ange.

Peculium caſtrenſe.

‡ Scilicet licite: & tũc id qđ tribuetur perſonæ ꝓpter laborẽ & induſtriã cẽſetur aduentitiũ et ipſius filij propriũ, alias ex delicto, puta vſuris: nec patri quęritur: nec fructibus cõfertur: ſicut nec extera aduentitia vt. l. ſin. C. de col. An.

* Hoc eſt bonum cõſilium pro filijs quorũ patres ſunt debitores vt faciãt eos renũtiare v. ſui fructui aduẽtitiorũ: niſi hoc ſiat in fraudem creditorũ. Aegi. per. ſecũdũ Por.

remaneat: ne quod ei ſuis laboribus, vel proſpera fortuna [a] acceſſerit, hoc in alium perueniens, luctuoſum ei procedat [b].

Pater filium emancipans dimidiam vſusfructus a bonis aduentitiis filio, remunerationis cauſa conſequitur: quæ loco tertiæ dominij, quam olim habebat, ſucceſſit.

Hoc quoque [c] à nobis diſpoſitum eſt [d], & in ea ſpecie [e], vbi [f] parens emancipando liberos ſuos, ex rebus, quæ adquiſitionem effugiebant [g], ſibi tertiam partem retinere (ſi voluerit) licentiam ex anterioribus conſtitutionibus [h] habebat, quaſi pro pretio quodammodo emancipationis. Et inhumanum quidam accidebat, vt filius rerum ſuarum ex hac emãcipatione dominio pro parte tertia defraudaretur, & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quòd ſui iuris effectus eſſet, hoc per rerum deminutionem decreſceret [i]. Ideoq́ ſtatuimus, vt parens pro tertia parte dominij, quam retinere poterat, dimidiam [k] non dominij rerum, ſed vſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tertia [l] dimidia potiturus.

Seruus adquirit domino etiam ignoranti. Hæreditas vero ſine iuſſu domini ab eo adiri non poteſt. Et tam proprietas, quàm poſſeſſio per eum domino adquiritur. Arcanum.

Item vobis adquiritur, quod ſerui veſtri ex ex traditione nanciſcuntur: ſiue quid ſtipulentur [m]: ſiue ex donatione, vel ex legato, ſiue ex qualibet [n] alia cauſa adquirant. Hoc enim vobis ignorantibus & inuitis obuenit [o]. ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum [p] habere poteſt. Sed ſi hæres [q] inſtitutus ſit: non aliàs, niſi veſtro iuſſu,

... Et alios caſus vide per Ang. hic, in quibus omnibus licet nõ habeat pater ius vſusfr. debet tñ habere cõmoditatẽ ipſius iuris, niſi de ipſa in pacto vel remiſſione ſiat expreſſa mentio, vt hic per eum.

a Proſpera fortuna. Quid dicemus in dubio vñ prouenerit? Rñd. quidã ex bonis patris pręſumitur habuiſſe, ſicut ſi vxor habet, præſumitur ex bonis mariti: vt. C. de don. inter vir. & vxo l. etiã. & ff. de do. inter vir. & vx. l. quintus. Nos cõtra, & diſtingue, an filius ſit diligens, vel diues, & pater inops, vel econtra: vt ex bonis diligẽtis (alias diuitis) quæſitũ fingamus: vt. C. arbir. tut. l. ſi defunctus. & ff. de hære. ven. l. venditor ex hæreditate. §. ſed vbi hæreditatem. ibi, pretiũ eiũ hominis &c. & ff. ad. l. Falc. l. ſi hæres inſtitutus. in prin.

ADDITIO. Et hęc eſt cõmunis ſecundũ Ang. licet Io. Fab. hic ſentiat cõtrarium, & male: quia in dubio non præſumitur delictũ: vt. l. merito. ff. pro ſocio. Ang.

Vt tollatur coniectura turpis, quæ eſt adulterij. Aegid. perrinus.

b Procedat. colligę, peculiũ aliud caſtrenſe, aliud quaſi caſtrenſe, aliud ruſticanũ, ſiue paganũ: quod diuiditur in profectitiũ & aduentitium: vt. C. de inoſ. te. l. ſi. in prin. de quibus oibus dicit in hoc ti. qd iuris ſit, & C. de bo. q̃ li. l. cũ oportet.

Peculium eſt multiplex.

c Hoc quoque. ſcilicet, vt parentibus honorem ſeruemus, & filijs parcamus.

d Diſpoſitum eſt. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. cum autem.

e Specie. id eſt caſu. Accur.

f Vbi in quo.

g Quæ acquiſitionẽ effugiebant. i. patri nõ acquirebantur, quantũ ad proprietatẽ. Sed ſecundũ quæ tẽpora locũ habebat, quod hic dicit. Secundũ antiqua non: quia ſola caſtrẽſia & quaſi nõ acquirebãtur, de quibus nihil detinebat pater: vt. C. de bo. quæ li. l. cũ oportet. §. j. ſecundũ moderna vero nõ. q̃a nõ erat adhuc ſtatutum in aduẽtitijs, vt non acquirãtur patri tpe huius legis antiquę, quę recitatur hic. Rñ. quatuor iura hic ſucceſſiue cõſiderari. Antiquiſſimũ, quo ſola caſtrẽſia vel quaſi nõ acquirebãtur: vt. ſ. §. j. Antiquũ, vt tẽpore Cõſtantini, quo res maternæ & ex materna linea delatæ, vt nõ acquirãtur patri ſtatutũ eſt: vt. C. de bo. mat. l. j. ij & iij. Tertiũ quod hic recitatur: vt pater emancipando filium de his maternis tertiam teneat pro præmio. Quartũ quo cauetur, vt omnia aduentitia acquirãtur filijs, quantũ ad proprietatẽ, patri quantũ ad vſumfructum, ex quo corrigitur illud quod iure antiquo cautũ erat, vt hic, & ſ. §. j. & C. de bo. quę lib. l. cũ oportet.

Pater ſecũdum diuerſa tempora diuerſa iura habuit in bonis filij.

h Conſtitutionibus. ſ. Cõſtantini ante Iuſtinianũ: vt recitatur. C. de bo. quæ li. l. cum oportet. §. pe.

i Decreſceret. ar. cõtra. ſ. de leg. pa. tu. per totũ. & C. de cad. tol. l. vnica. §. pro ſecũdo. Acc.

ADDITIO. Tu dic q̃ onus cũ emolumento pecuniario põt cauſare honorem: ſed honor ſine emolumẽto nõ poteſt eſſe cauſa oneris: q̃uis quandoq́ cõtingat honorem eſſe ſumptuoſam.

k Dimidiã. quam ſemper retinet, niſi expreſſe remittat: vt. C. de bo. quę li. l. cum oportet. Ac.

ADDITIO. Dic q̃ in peculio profectitio eſt neceſſe, q̃ pater expreſſe retineat: alias donare videtur. l. donationes. §. pater. ff. de do. Et eſt ratio diuerſitatis: quia profectitiũ pater poteſt adimere: & totũ ex eius volũtate depẽdet: ideo ei nõ prouidit, ſicut in aduentitio: quod pater nõ poteſt adimere: cum proprietas ſit ipſius filij, ſecundũ Ioan. Fab.

l Pro tertia. i. loco tertię, quã habebat olim in bonis maternis rõne proprietatis: habet hodie dimidiam vſuſfructus in omnibus aduẽtitijs: vt. C. de bon. quę lib. l. cum oportet. §. penul. Accur.

m Stipulentur. Et ita obligationẽ domino quærit: vt. j. per quas perſo. no. ob. acqui. circa prin.

n Ex qualibet. vt per occupationẽ, vel ſpecificationem: vel inuentionẽ: vt. ſ. de rer. diuiſi. §. feræ. & §. cum quis. & §. theſauros.

o Inuitis obuenit. ſic. ff. de acqui. re. do. l. etiã inuitis. ſic & ff. de verb. obli. l. ſeruus vetante. Arg. contra. ff. de dona. l. hoc iure. §. non poteſt. Accur.

ADDITIO. Sol. dic, q̃ inuitis acquiritur ipſo iure: ſed non incommutabiliter: vt ibi, argu. l. inuito. ff. de regulis iuris.

Beneficiũ cõfertur in inuitum.

p Nihil ſuum. ſ. ad ſuam vtilitatem: ſed ad domini vtilitatem poteſt: vt. j. de ſtip. ſeruo. §. ſed cum factum. quæ eſt contra. imo etiam ad ſuam vtilitatem quandoque: vt ſi dominus ſeruo legatum relinquat: vt. C. de neceſſ. ſer. l. quidã. §. illo? Rñ. illud de æquitate, nõ ratione dicitur: quia in alimenta erat relictum: vt. C. de leg. l. ſeruis. & ff. de alimen. & cib. leg. l. ſeruos. alias autem non tenetur hæres, niſi velit. Accur.

Seruus an poſſit habere aliqd ſuum.

ADDITIO. Quod facere debet de vrbanitate, ſi ſuã grauare nolit opin. vt ibi no. gloſ.

q Sed ſi hæres. no. in hæreditate adeũda à ſeruo tria eſſe

Hęreditas per ſeruũ adiri non poteſt, niſi tria concurrant.

eſſe neceſſaria, quę ſunt iuſſus, vt hic: et quod precedat: vt. ff. de acqui. hær. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & ſerui vo luntas: vt. C. de hæ. inſt. l. cum proponas. §. ſi. in gl pe. In Trebellianica reſtitutione ſeruo facienda ſolius domini ſufficit volūtas. At in bonorū poſſeſsione ſeruo delata ſe vū cōſ ntire, & dominū velle, ſiue ante, ſiue poſt, oportet: vt ff. ad Treb l. ſeruo inuito & ff. rem ra. hab. l. pe. In legato nō eſt opus iuſsione, cum emolumentum tantum contineat: vt. ff. man. l. ſi hæreditatem.

hæreditatem adire poteſt. Et ſi vobis iubentibus adierit [a] vobis hæreditas adquiritur, perinde [b], acſi vos ipſi hæredes inſtituti eſſetis. Et conuenienter ſcilicet vobis legatum per eos adquiritur [c]. Non ſolùm autē proprietas per eos, quos in poteſtate habetis, vobis adquiritur, ſed etiam poſſeſsio. Cuiuſcunque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint [d] id vos poſsidere videmini [e]. Vnde etiam per eos vſucapio [f], vel longi tēporis poſſeſsio [g] vobis accidit.

Alienus ſeruus, cuius vſumfructum habemus, item is, quem bona fide poſsidemus, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus: ſi quid ex re noſtra vel ſuis operis nanciſcatur, nobis adquiritur: quod verò extra has cauſas aſſequitur, verò domino, aut ipſi libero homini quæritur.

De ijs autem ſeruis, in quibus tantūmodo [h] vſumfructum [i] haberis, ita placuit: vt quicquid ex re [k] veſtra, vel ex operis ſuis adquirant, id vobis adijciatur, quod verò extra eas cauſas cōſecuti ſunt: id ad dominū proprietatis [l] pertineat. Itaque ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit, legatū ve quid [m] aut donatum fuerit, non vſufructuario, ſed domino proprietatis adquiritur.

Liber homo, & ſeruus alienus bona fide poſſeſſus, adquirunt poſſeſſori ex re ipſius, & operis ſuis. Ex alijs vero cauſis liber homo adquirit ſibi, & ſeruus domino ſuo. Et non tantum per prædictos adquiritur nobis dominium, ſed etiam poſſeſsio. Accur.

Idem placet [n], & de eo, qui à vobis bona fide poſsidetur, ſiue is liber [o] ſit, ſiue alienus ſeruus. Quod enim placuit de vſufructuario, idem placet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra iſtas duas cauſas [p] adquiritur, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt [q], vel ad dominū, ſi ſeruus eſt. Sed bonę fidei poſſeſſor, cùm vſuceperit ſeruum quia eo modo dominus ſit [r]) ex omnibus cauſis

a Adierit. ſcilicet, ſeruus.

b Perinde. quandoque nō perinde: vt ſi filio meo ſubſtituā eos, quos hæredes mihi fecerim. Nam vocantur ex ſubſti. qui per ſe, nō qui per ſeruos hæredes ſunt: vt. ff. de vul. & pup ſubſt. l. qui liberis. §. hæc verba. Itē alibi: vt ff. de leg. j. l. cum filio. §. deniq;. verſi. ipſi vero. & verſic. & ideo. Accur.

ADDITIO. Quod facit vt cōpromiſſum factum in abbatem ſancti Proculi, eo mortuo non tranſeat in ſucceſſorem: quia prædefuncti induſtria videatur electa: vt per Barto. ibi.

c Adquiritur. ſiue ſeruus tantū velit, ſiue dominus tantum: vt. ff. de dona. cau. mort l. ſi. & de adi leg. l ſi ſeruo cū libertate.

d Adepti fuerint. ſ. iuſte [s]. ſecundum quoſdā. Vel aliter. quod dic vt diximus. ſ. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. j.

e Videmini. etiam ignorantes: vt. ff. de acquir poſſ. l. iij. § ſaltus.

f Vſucapio in rebus peculiaribus ſtatim: in dominicis poſtquam dominus ſcit: vt. ff. pro ſo. l. ij. & de vſuc. l. Labeo.

g Poſſeſsio. i. præſcriptio, quæ eſt effectus longe poſſeſsionis: vt. ff. de vſuca. l. iij.

h Tantummodo. vt. ff. de do. cauſ. mort. l. vlti. & de adi. leg. l. ſeruo.

i Vſumfructum. de eo in quo vſū m tantummodo habemus dic, quod ex operis tantum non acquirit: quia operę ſerui in fructu ſunt: vt. ff. de vſu & hab. l. per ſeruum. Accur.

k Ex re. expone: vt. ſ. §. j.

l Ad dominum proprietatis. niſi contemplatione vſufructuarij ſit inſtitutus, vel aliud ſibi datū fuerit: quo caſu ex re eius. ſ. vſufructuarij ſic ibi queſitū eſſe videtur: vt. ff. de vſuf. le. l. ſed & ſi qd. nō tū vſufructuarij iuſſus ſufficit ad adeundā hæreditatē: vt. ff. de acqui her l. aditio. §. preterea. Accur. ADDITIO. Sed adhibit iuſſu dūi, qui fructuario reſtituet: & ſi nolit iubere, cogetur: vt no. eo. ti. de acqui. hær. l. ſi quis mihi. in princ. & in glo. ij. & ff. de vſufr. leg. l. ſi ſerui. Ioan. Fab.

m Quid. i aliqd.

n Idem placet. ſ. quo ad acquiſitionē, vt ſtatim ſequitur: nā in alio differt: vt j. e. §. ſed bonę fidei.

o Is liber. hic dic, q; diximus. ſ. eod. in princi.

p Extra iſtas duas cauſas. veluti, ſi fuerit heres inſtitutus, vel legatū fuerit ei aliquid, vel donatum.

q Si liber eſt. preter poſſeſsionē, quę ſibi. ſ. libero poſſeſſo quæri non poſſit, cum ipſe ab alio poſsideatur: vt. ff. ad leg. Iul de adul. l. ſi euenieт. Item præter vſucapionem, quæ ſibi non quæritur ſine poſſeſsione: vt. ff. de acquir. rer. domi. l. homo liber. § quicquid. & ff. de vſucap. l. ſine poſſeſsione. Sed in hæreditate per liberum hominem mihi quærenda, ſex ſunt neceſſaria: quorum ſi quid defuerit, non quæritur, ſcilicet, vt mei contemplatione inſtituatur. Item vt ſciat conditionem ſuam inſtitutus. Itē quod iuſſu meo adeat. Itē quod volēs adeat. Item quod velit mihi quærere. Item quod bona fide poſſideam. Bene dico, quod oportet vt ſciat conditionem ſuam. Nam ignarus ſuæ conditionis nulli acquirit, ſibi enim non vt. ff de acquir. hæred. l. qui putat. § qui bona fide. & l. vj. §. j. quia ſe obligare non voluit. Item poſſeſſori non, ſi non interuenit iuſſus: vt. ff. de acquir. hæred. l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. Item & ſi interuenit: vt ff. de acquir. hær. l. vj. §. Celſus. & §. j. nam ſeruili neceſsitate creditur hoc feciſſe: vt ff de nego. geſt. l. at qui. §. ſi libero. quare non poteſt acquirere: vt. ff. de acquiren. rerum domi. l. homo liber. Si ſciat conditionem ſuam: volens quærere mihi, quærit ſibi. ſed reſtituitur mihi poſſeſſori per condictionem ſine cauſa, cuius intuitu fuit inſtitutus. ſicut volens quærere poſſeſſori, cuius intuitu fuit inſtitutus iuſſu eius adeundo quærit, ſed ſi non eius contemplatione, nihil: vt. ff. de acqui. re do. l. liber homo & l. homo liber. in princ [t]. Item poteſt dici quod ignarus quærit ſibi: vt. ff. de acquir hære. l. qui putat. §. de eo. cum non contemplatione poſſeſsionis inſtituatur. vt. ff. de acqui. hær. l. qui in aliena. in ſi.

r Dominus ſit. ſic. C. de pact. l. traditionibus. Acc.

Poſſeſsionem poſſeſſus nō quęrit. Hæreditas non quęritur per hominē liberum bona fide poſſeſſum, niſi ſex cōcurrant.

s Et hoc tenet Angel. i. l. qđ ſeruus ff. de acquir. poſ. quod facit vt lucrū ex vſuris nō quęratur patri, nec ſit fratribus conferendū, niſi vtantur cautela, de qua per eū hic.

t Dic ſecūdum. Ioā. Fab. quod hoc poteſt eſſe verum in quo iuſſus non interuenit: quia tunc non videtur ſibi velle acquirere i dubio: vt. ff. de acqui. hæ. l. qui in aliena. §. j. ſed de hac materia pleni us vide hic per Ang.

Non

a Non poſsidet. ſ. ciuiliter, ſed naturaliter: vt. ff. de acquir. poſ. l. naturaliter. vnde vtile interdictum vnde vi ſibi datur. vt. ff de vi & vi arma. l. iij. §. vnde vi.

b Sed habet. ſic. ff. de acquir. poſ l. j. §. per eum. ſic. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendum. §. ij. Accur.

Hæc eſt communis opin. licet Kaph. dicat cõtra: cuius etiã opiniõis in hæret An. hic, quem videas.

c Quia ſcit. vnde non viu. apit, cum malam fidẽ habeat: vt. ſ. de vſufruc. in principio.

d In vtriuſque. Nota in tribus vtriuſque dici. Vel melius dic vtriuſque, fructuarij, & bonæ fidei poſſeſſoris.

e Proxime. vt. ſ. eod. §. de his. & § idem placet.

Argumentum à contrario ſenſu eſt in iure validũ.

f Apparet. ſ. arg. à contrario ſenſu ſumpto. nam ſi tantum per dictos homines acquirit, ergo non per alios: vt. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in prin. & ſ. de tu. te. in prin.

g Acquiri. fallit in tutore & curatore & ſimilibus pſonis, vt dicemus. j. de inuti. ſtipul. §. ſi quis alij. ADDITIO. Videbitis ibi glo. plenã, qui põt pro alio ſtipulari, de quo late p Bar. & doct. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi quis inſulã. ff. de verbo. oblig. Ang. Aretinus.

h Poſſeſsionem. C. de acquir. poſ. l. j. & ff. de acq. poſ. l. poſſeſsio quoq;. §. & ſi poſſeſsio.

i Conſtitutionẽ. quæ eſt. C. p quas pſo. no. acqui. l. j.

k Per hanc. ita quod & per procuratorẽ. nanq; ſola poſſeſsio (cum res inanimata ſit) mihi nõ quæritur. nam & per traditionem res mihi quæritur & poſſeſsio, ſed illa eadẽ & per me acquiritur: vt. ſ. de rerum diui §. per traditionem. & ſ. eo. in prin. Alij dicũt, vt Azo. per ſolam poſſeſsionẽ acquiri dominiũ: vt hic, & C. eodẽ. l. j. Sed ibi non dicit ſimpliciter excepta poſſeſsione, ſed dicit excepta cauſa poſſeſsionis. ſ. dominio, quod eſt cauſa poſſeſsionis, ſecunda poſt vſucapionẽ: vt. ff. de vſucap. l. iij.

Poſſeſsio nõ quęrit.

l Præſcriptionem. vobis ſcientibus: vt. C. de acqui. poſſeſ. l. prima.

per eũ ſibi adquirere poteſt. Fructuarius verò vſucapere nõ poteſt. primùm, qa non poſsidet [a], ſed habet [b] ius vtẽdi fruẽdi. deindè quia ſcit [c] ſeruũ alienum eſſe. Non ſolùm autẽ proprietas per eos ſeruos, in quibus vſumfructũ habetis, vel quos bona fide poſsidetis, aut per liberam perſonã, quę bona fide vobis ſeruit, vobis adquirit, ſed etiã poſſeſsio. Loquimur autem in vtriuſq; [d] perſona ſecundum diſtinctionem, quam proximè [e] expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeſsionẽ ex re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

Per prorſus extraneam perſonam (excepto procuratore per quẽ poſſeſsio, dominium, & vſucapionis conditio nobis quæritur) nil nobis adquiri poteſt.

Ex his itaq; apparet [f], p liberos homines, quos neque veſtro iuri ſubiectos habetis, neq; bona fide poſsideris: item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructum habetis, neque poſſeſsionẽ iuſtam: nulla ex cauſa vobis adquiri [g] poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per extraneam perſonã nihil adqri poſſe: excepto eo, quod per liberã perſonã, veluti per procuratorẽ, placet non ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus vobis adquiri poſſeſsionem [h], ſecũdũ diui Seueri conſtitutionem [i]: & per hanc [k] poſſeſsionẽ, etiam dominiũ, ſi dominus fuerit qui tradidit: vel vſucapionẽ, aut longi tẽporis præſcriptionem [l], ſi dominus non ſit.

Epilogando tranſit ad alias materias cum quodam preambulo. Aretinus.

Hactenus tantiſper admonuiſſe [m] ſufficiat, quẽadmodũ ſingulæ res vobis adquirãtur [n]. nam legatorũ ius [o] quo & ipſo ſingulę res vobis adquiruntur: item fideicõmiſſorũ, vbi ſingulæ res vobis relinquũtur: opportunius inferiore loco referemus [p]. Videamus itaq; nunc, quibus modis per vniuerſitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo hæredes [q] facti ſitis, ſiue cuius bonorum [r] poſſeſſionem petieritis, vel ſi quẽ adrogaueritis [s], vel ſi cuius bona libertatum conſeruãdarum cauſa vobis addicta fuerint [t]: eius res omnes ad vos tranſeunt. Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus: quarum duplex conditio eſt. nam vel ex teſtamento [v], vel ab inteſtato ad vos ptinẽt. Et prius eſt, vt de ijs diſpiciamus, quæ ex teſtamẽto vobis obueniunt: qua in re neceſſarium eſt initium de ordinandis teſtamentis exponere.

TITVLVS X.

DE TESTATIS ORDINANDIS.

Annotata. Teſtamentum (vt Vlpia. lib. xxviij. Digeſtorum titu. eo. l. ij. plenis verbis definit) eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri voluit.

m Admonuiſſe. ſ. de rerum diuiſio. §. ſingulorum.

n Acquirant. per vos & alios: vt in titu. iſto.

o Nam legatorũ ius. Rñ. tacitę obiectioni, quę fieri poſſet de ſingularibus acquiſitionibus legatorum.

p Referemus. vt j. de leg. per totum. & j. de ſing. re. per fideicom. relic. per totum. Accur.

q Hæredes. ſ. de iure ciuili: vt. j. de hære. inſtit. vſq; ad titu. de bono. poſſeſsionibus.

r Bonorum poſſeſsionem. ſ. de iure prætorio: vt. j. de bono. poſ. per totum titulum.

s Arrogaueritis. j. de acquir. per arro. per totum.

t Addicta fuerint. j. de eo cui lib. cauſa bona addi. per totum.

v Ex teſtamẽto. de quibus vſq; ad tertium librum dicetur.

DE TESTAmentis ordinandis.

Iſte titulus & ſequentes continuantur per Imperatorem vt. ſ. ti. j. §. fi. dic vt ibi. Vel dicas ſic, & familiarius. Dictum eſt ſuprà, in. §. fina. tit. præcedentis, quòd per vniverſitatẽ res nobis acquiruntur: & per hæreditatem et alios modos ibidem poſitos. Verùm quia hæreditates, quãdoque deferuntur ex teſtamẽto, & quandoque ab inteſtato, ideo primo ſequitur videre de teſtamentis.

Teſta

Teſtamentū ex eo appellatur, quod teſtatio mentis ſit. Sed vt [a] nihil antiquitatis penitus ignoretur: ſciēdum eſt, olim quidem duo genera teſtamētorū in vſu fuiſſe: quorū altero in pace & otio vtebanť, quod calatis comitijs [b] appellabāt: altero, cùm in p̄liū exituri eſſent [c], quod ꝓcinctū [d] dicebatur. Acceſsit [e] deinde tertium

Teſtamentum. Totus iſte titulus diuiditur principaliter inter tres partes. Nam primo ponit ſiue deriuationem, ſiue etymologiam teſtamenti. Secundo de teſtamentis in ſcriptis tam de iure veteri, quā de iure nouo. Tertio de teſtamento nuncupatiuo. Secūda ibi, Sed vt nihil. Tertia ibi, Sed illa quidem. Item ſecūda pars principalis ſubdiuiditur. Nam primo recitat ius antiquū, & multiplicem ordinationem teſtamentorū: & eorū nomina cū eorum correctione. Secundo de ſigillatione faciēda per teſtes. Tertio qui teſtes poſſunt adhiberi, & qui repellantur in teſtamēto. Quarto quod nō refert, in qua materia teſtamentū ſcribatur. Quinto ponit vnum caſum, quod de vno teſtamēto poſſunt fieri plures ſcripturæ. Secūda ibi, Poſſunt autē. Tertia ibi, Teſtes autē. Quarta ibi, Nihil autem. Quinta ibi, Sed & vnum. Item hęc principaliter ſubdiuiditur in nouē partes. Primo ponit etymologiam vocabuli. Secūdo recitat duo genera teſtamētorū, q̄ olim ſeruabātur. Tertio recitat tertiū genus teſtamentorum, quod etiā iure ciuili fuit introductum. Quarto ponit duo genera teſtamentorum in deſuetudinē abijſſe. Quinto ponit qualiter tertiū genus partim deſijt per deſuetudinem. Sexto qualiter poſtea fiebant teſtamenta de iure prætorio. Septimo qualiter in confectione teſtamentorum ius ciuile & prætorium coniunctum eſt, & etiā cōſtitutiones imperiales. Octauo magis declarat, quid eſt de iure ciuili, & quid de prętorio: & quid de iure conſtitutionum in formatione teſtamenti. Nono qualiter per cōnſtitutiones Imperiales additum eſt, quod teſtator ſcribat nomen hæredis. Secunda ibi, Sed vt. Tertia ibi, Acceſsit. Quarta ibi, Sed illa. Quinta ibi, Quod vero. Sexta ibi, Poſtea. Septima ibi, Sed cum paulatim. Octaua ibi, Vt hoc. Nona ibi, Sed his omnibus. CASVS. Domine, iam video, quod vultis tractare de teſtamentis. dicatis ergo mihi, vnde appellatur teſtamentū? Ad hoc rñ. Amice, teſtamentum ex eo appellatur, ꝙ teſtatio mētis eſt: ſed vt nihil antiquitatis penitus ignoreť à iuuenibus, ſcire debes duo genera teſtamentorū de iure ciuili antiquiſſimo in vſu fuiſſe: quorum altero genere vtebantur antiqui in pace & otio: hoc genus teſtamenti in pace & otio facti appellabant antiqui calatis comitijs. & altero genere teſtamētorum vtebantur, cum eſſent in expeditionem armorum exituri: & hoc ſecūdum genus appellabant procinctum. Poſtea vero procedente tēpore acceſsit tertium genus teſtamentorū: & hoc tertiū genus appellabant per æs & libram: & hoc tertiū genus ita appellabatur: quia per quandam imaginariam venditionem fiebat coram quinq; teſtibus ciuibus Romanis puberibus, libripende præſente, & eo qui familiæ emptor dicebatur: & ita quodammodo ſex teſtes de iure ciuili antiquo in factione teſtamenti requirebantur. Sed certe prima duo genera teſtamentorum, videlicet calatis comitijs & procinctum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierunt. Tertium vero genus, quod per æs & libram appellatur, licet diutius permanſerit, tamen partim in vſu eſſe deſijt. & hæc tria genera teſtamentorū, videlicet calatis comitijs, & procinctum, per æs & librā, ad ius ciuile referūtur. Poſtea vero de iure prætorio quædam alia forma faciēdorum teſtamentorū inuēta eſt. Nam de iure nulla emācipatio vel imaginaria venditio requirebať: ſed ſigilla ſeptē teſtium teſtamētis faciēdis ſufficiebant: quāuis iure ciuili antiquo ſigilla teſtiū nō eſſent neceſſaria. Sed cū poſtea paulatim & ſucceſsiue tam ex vſu hominū, quā ex emēdationibus cōſtitutionū cœperit ius ciuile & ius prętorium in vnam cōſonantiam & vniformē obſeruationē circa factionem teſtamētorum confluere: ſtatutū fuit, vt vno & eodem tēpore ſigna ſeptē teſtium in teſtamentis adhibeantur, quod ius ciuile antiquū quodammodo exigebat: & huiuſmodi ſeptē teſtes adhibiti in teſtamento ſubſcribebāt, quod ex cōſtitutionibus inuentum eſt: & ex edicto p̄toris ſignacula teſtiū teſtamentis apponerenť, vt hodie huiuſmodi ius teſtamentorū faciēdorum ex triplici fonte videatur eſſe deriuatū. Nam teſtes & eorum ſigna vno cōtextu teſtamēti celebrādi gratia à iure ciuili antiquo vidētur deſcendere. Subſcriptiones autem teſtatoris & teſtium ex cōſtitutionum obſeruatione adhibentur: & ſigilla & numerus teſtiū ex edicto prætoris. Sed pone: Dñe, iam video quid obtinebat de iure antiquo circa facienda teſtamēta: & qualiter antiquitas corrigiť per conſtitutiones principum, nūquid addidiſtis per cōſtitutiones veſtras? Rñ. ꝙ ſic. Nam omnibus prædictis ꝓpter ſynceritatem teſtamēti, vt omnis fraus excludatur, ex noſtra cōſtitutione hoc additū eſt, vt nomē hęredis per manum teſtatoris, vel ſi ipſe neſciat, vel nō poſsit ſcribere: per manum publicā exprimatur, & omnia ſecūdū noſtræ cōſtitutionis tenorē procedāt. Sed pone: Dñe, iam video quot teſtes debēt ſignare teſtamētū, nūquid neceſſe eſt, quod quilibet eorū proprio ſigillo vtatur? Rñ ꝙ non. Poſſunt enim omnes teſtes vno ſigillo vel vno annulo ſignatorio ſignare teſtamentū. Quid enim ſi ſeptem annuli vna ſcriptura fuerint, & eoſdē habentes characteres, nōne ſufficiūt? Ergo eadē ratione ſufficit, & ſi omnes eodem annulo vtātur: & ita Papin. viſum eſt. Et nō ſolū ꝓprio, ſed etiā alieno ſignare poſſunt. Et hęc dicunť vſq; ad illū. §. teſtes aūt. Fr. de Are.

Teſtamētum ex eo appellatur. ponit etymologiam: vt diciť lapis quaſi lædens pedē: & argumentū, quaſi argute inuētū: & ſic mutuū quod ex meo tuū fit: vt. ff. ſi cer. pe. l. ij. §. appellata. & ſecūdum hoc codicillus poteſt dici teſtamētum [1]. Definitur autē ſic: Teſtamentum eſt volūtatis noſtræ iuſta ſentētia de eo quod quis poſt mortē ſuā fieri voluit: vt. ff. eo. l. j. & eſt addendū: cum inſtitutione hęredis: vt. j. de legi. §. ante hęredis. q̄a ſine hæredis inſtitutione nullū diciť teſtamētū: vt. ff. de iur. codic. l. fi. & j. de fideicō. hære. in prin. ADDITIO. Sed hanc gl. cōmuniter reprehendunt doct. quia ponit defectum in iuriſcōſulto: vt. d. l. j. & exponunt iuſta. i. perfecta: vt probať in. l. cū filio. §. fi. ff. de leg. iij. q̄ perfectio eſt quadruplex. ſ. in materia, in forma, in ſolennitate, & quo ad cōfirmationē dupliciter, vt hic. Ange.

a Sed vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. & cum triplici. argu. contra in eodem titu. de cadu. tollen. §. in pro non ſcriptis. Accurſius.

ADDITIO. Sed dic, ꝙ licitum eſt ſcire & allegare ius correctum, ad declarationem iuris noui, non ad deciſionem. l. j. in prin. C. de lati. lib. tol.

b Calatis comitijs. i. bonis initijs vel bonis cōuentibus. Calos enim bonum interpretatur, comitia ſunt conuētus. Vel à calo, quod eſt voco: quia vocatio perſonarum fiebat, vnde calendæ dictæ ſunt. Accur.

ADDITIO. Dic quod comitium proprie eſt, in quo coitur ad litium & ſuffragiorum cauſas.

c Exituri eſſent. de domibus.

d Procinctum. eo forte quod ſubcincte fiebat [2]. Et in his duobus teſtamētis hęres erat: vt. j. e. §. ſed neque.

e Acceſsit. ſimiliter de iure ciuili.

† Hāc definitionem teſtamenti recitat gl. j. i. c. ij. extra de teſtamen. & ibi vide cōcor.

† Etymologiā hāc ridet Aul. Gel. libr. noct. attica. vij. capit. xij. & Lauren. Val. lib. e. leg. vj. capi. xxxvj. De qua re vide Vigliū in cōmentarijs ſuis hoc ipſo titu.

† Calata comitia q̄ dicanť, pulchre Gel. lib. noctiū atticarum. xvj. c. xxvij. & ibidem multa in hāc rem de teſtamētis.

Lapis vnde dicitur.

Argumentum vnde dicitur.

1 Tamen non eſt teſtamentū: vt. l. fi. C. de codicil.

Calos.

Calendæ.

Comitia.

2 Imo vero eo qđ tunc fieret cū viri ad præliū faciēdum in aciem vocabantur: teſte Aulo Gel. libr. xv. ca. xxij.

Per æs

a Per æs & libram. propriũ nomen teſtamenti.
b Venditionẽ. ſic. ſ. q mo. ius pa. po. ſol. §. prçterea.
c Libripẽde. i. æſtimatore, qui libripẽdebat vel æſtimabat familiã vno nũmo: deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.

poteſt: vt. C. eo. l. iubemus.
t Teſtiũ. ſi non poteſt teſtator ſcribere. Sed hodie indiſtincte per aliũ ſcribere poteſt nomẽ hæredis: vt in auth. vt iponſ lat. §. quia vero. coll. ix.
v Tenorẽ. eſt aũt tenor, ſi poteſt ſcribere, faciat: alias

genus teſtamentorum, quod dicebatur per æs & libram [a], ſcilicet, quòd per emancipationem †, id eſt, imaginariam quandam venditionem [b] agebatur, quinque teſtibus, & libripende [c], ciuibus Romanis [d] puberibus [e] præſentibus, & eo, qui familiæ [f] emptor [g] dicebatur †. Sed illa quidẽ priora duo genera teſtamentorum, ex veteribus temporibus in deſuetudinẽ abierũt. Quod verò per æs & libram [h] fiebat, licet diutius permanſerit: attamẽ partim [i], & hoc in vſu eſſe deſijt. Sed prçdicta [k] quidem nomina teſtamentorum ad ius ciuile [l] referebãtur. Poſtea [m] verò ex edicto prætoris forma alia faciendorum teſtamentorum introducta eſt †. Iure enim honorario [n] nulla emãcipatio deſiderabatur: ſed ſeptem teſtium ſigna ſufficiebant: cùm iure ciuili ſigna teſtium non eſſent neceſſaria.

Teſtamenti in ſcriptis [illegible] ſolennitas [illegible] ſacris conſtitutionibus, & prætorio iure [illegible] teſtamento [illegible] vno [illegible] ſub [illegible] & facto [illegible] illud ſuis ſigillis munientibus.

Sed cùm paulatim, tam ex vſu hominum, quàm ex conſtitutionum emendationibus cœpit in vnã conſonantiam ius ciuile & prætorium iungi: conſtitutum eſt, vt vno eodemque tempore (quod ius ciuile quodãmodo [o] exigebat) ſeptem teſtibus †adhibitis, & ſubſcriptione [p] teſtiũ (quod ex cõſtitutionibus [q] inuentum eſt, & ex edicto prætoris) ſignacula teſtamentis imponerẽtur: ita vt hoc ius tripertitũ eſſe videatur: & teſtes quidem, & eorum præſentia, vno contextu [r] teſtamenti celebrandi gratia, à iure ciuili deſcendant. Subſcriptiones autem teſtatoris [s], & teſtium [t] ex ſacrarum conſtitutionum obſeruatione adhibeantur. Signacula autem, & teſtium numerus ex edicto prætoris. Sed his omnibus à noſtra conſtitutione propter teſtamentorum ſynceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt, vt per manus teſtatoris, vel teſtium nomẽ hæredis exprimatur: & omnia ſecundum illius cõſtitutionis tenorẽ [v] procedant.

Omnes teſtes poſſunt vno annulo proprio vel alieno ſigillare. hoc dicit. Aret.

Poſſunt † autem omnes teſtes & vno annulo [x] [x] ſignare teſtamentum [y]. Quid enim, ſi ſeptem annuli vna ſculptura fuerint, ſecũdum quod Papiniano viſum eſt [z]? Sed & alieno quoq; annulo licet ſignare teſtamentum.

Qui ex teſtamento capere poteſt, is teſtamentarius teſtis eſſe poteſt: [illegible] teſtamenti factionem habent, teſtamento teſtes adhiberi nequeunt.

Teſtes autem adhiberi

d Ciuibus Romanis. i. liberis hominibus: vt. ſ. de libe. §. fin.
e Puberibus. ſ. quib. mo. tut. fin. in princip.
f Familię. i. hęreditatis: vt. ff. de ver. ſign. l. pronũciatio. §. familiæ. Accur.
g Emptor. q erat loco hęredis: vt. j. §. ſed neq; . Accur.
h Librã. ſ. adæquatam. i. æſtimatã rẽ. & dicitur libra, hæreditas: qa ſicut libra diuidiť in xij. vncias, ita & hęreditas: vt. j. de hęre. inſti. §. hereditas. vnde dicitur adæquata libra. i. hæreditas æſtimata.
i Partim. quia numerus teſtium remanſit.
k Et prædicta. alias præfata. & ita allegatum quãdoq; inuenitur.
l Ad ius ciuile. ſ. qa ius ciuile iuenit.
m Poſtea. ſ. de media iuris prudentia.
n Honorario. i. prętorio: vt. ſ. de iure nat. §. prætoriũ.
o Quodãmodo. qa cõputato libripẽde et emptore, ſeptẽ erant. Accur.
p Subſcriptione. vt ſubſcribant ſe teſtamẽto affuiſſe, & cuius ſit: vt. ff. eo l. pe. & antepe.
q Conſtitutionibus. vt. C. de teſta. l. hac cõſultiſsima.
r Vno contextu. i. nullo actu interpoſito, niſi neceſſario naturæ: vt. ff. eo. l. hæredes. in fi. & C. eo. l. cum antiquitas. Accur.
ADDITIO. Propter quem ſi aliqui recedant ante, quã loco ipſorum alij ſubrogẽtur: poteſt aliquod fieri, ſi imminet periculum vitæ teſtatoris, alias non.
s Teſtatoris. ſi

dicet corã teſtibus, & ſcribetur per aliquẽ vel per aliquos de eis, alias non valet: imo falſi pœna tabellio tenetur: vt C. eod. l. iubemus. in fi. Accur.
ADDITIO. Quod eſt verum, quando ſolennitas non fuit obſeruata, nec ſcripta in teſtamento. ſecus ſi fuit obſeruata, licet non ſcripta: vt leg. ſi librarius. ff. de regu. iur. Auge.
x Anuulo. ſ. habente characteres, qui ſignatorius dicitur: & ſic eſt in eo ſigillum. nõ autem alio ſigno: vt. ff. eo. l. ad teſtiũ. §. ſignũ. & de verb. ſigni. l. ſignatorius.
y Teſtamentum. vel etiam linteum. ſ. quo inuolutũ eſt teſtamentum: vt. ff. eo. l. ad teſtiũ. §. fin.
z Viſum eſt. hac ratione & cum tribus vel paucioribus, vel pluribus poteſt ſignari teſtamentum: ar. j. man. §. is qui exequitur. alij dicunt tantum cum ſeptẽ vel vno debere ſignari.
Teſtes autem. CASVS. Domine, iam video quot teſtes debeant adhiberi in teſtamento. Dicatis modo mihi, qui poſſunt eſſe teſtes in teſtamento? Ad hoc reſpon. Amice, teſtes iure adhiberi ſolent hi, qui ex teſtamẽto capere poſſunt. Hoc tamen non eſt generaliter verum: quia neque mulier, neq; impubes, neq; mutus, neque furioſus neque ille, cui adminiſtratio bonorum interdicta eſt, neque famoſo crimine dãnatus, vel muliebria in corpore ſuo paſſus (quẽ lex iubet improbũ inteſtab

* Vide in hunc locũ Budæũ in adnota. ad Pandectas ad. l. ij. de ori. iu. quo loco qđ ſit fiduciaria vẽditio & quid emancipatio explicat.
† De emãcipatiõe p æs & librã vide Sue. in Auguſto. & ibidem Beroaldũ in cõmentarijs Pla. in caſ ſi. ibi, vna libella liber effici poſſũ. Horatius in hoc carmine. Si propriũ quod uis libra mercatus & ære. O. ui. cũ ait, Neq; ſuũ libra nouit & ære magis. Alcia. lib. pa rerg. iij. c. xxij. et Viglium hic.
* Non tamen intelligas primam teſtã di originẽ a iure ciuili aut prætorio eſſe: eſt enim iuris gentiũ, authore Theophilo græco Inſtitutionum paraphraſte in §. quid ius eſt gentiũ. de iure na

tu. gẽ. &c. quo loco teſtamentorũ, conſcriptionẽ recenſet inter ea, quæ ſunt iuris gentiũ. Vide Vigliũ hic.
* Emptor familiæ. i. hæreditatis. ſecũdũ Io. de Pla. Aegi. per.
* Vno cõtextu eſt nullũ teſtamento immiſcere actum. Aegi. per.
† Idem dicitur in. c. cũ eſſes, extra eo. tit.
† Imo ſufficit quod interrogãti an velit talem eſſe hęredẽ vel ita diſponere vt coram eo & teſtib⁹ notario reſpondeat qđ ſic. ſecũdũ Ange.
† Cõcor. cũ hoc. §. c. poſt ceſſionem. in glo. j. poſt prin. ibi, et alieno annulo extra de proba.
* Alias, annulo, & paulo poſt anuli.

poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio [a] eſt. Sed neq; mulier [b], neque impubes [c], neque ſeruus †, neque furioſus [d], neque mutus [e], neque ſurdus, neque is, cui bonis interdictum eſt [f], neque ij, quos leges iubent improbos inteſtabilesq; [g] eſſe, poſſunt in numerũ teſtium adhiberi.

Annota, Communem errorem [illegible] & veritati præferri.

Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamẽti quidem faciendi tẽpore liber exiſtimabatur, poſtea autẽ ſeruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catoni, quàm poſtea diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſubuenire ſe ex ſua liberalitate [h] teſtamẽto: vt ſic habeatur firmum, acſi vt oportebat, factum eſſet: cùm eo tempore, quo teſtamentum ſignaretur [i], omnium cõſenſu [k] hic teſtis liberi loco fuerit: nec quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

Poſſe in vno [illegible] teſtamento eſſe teſtes patrem [illegible] & fratres [illegible] dummodo [illegible] proprium vel domeſticum. Areti.

Pater necnon is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdẽ patris poteſtate ſunt, vtique teſtes in vno teſtamento fieri poſſunt: quia

inteſtabilesq; eſſe) in numero teſtiũ in teſtamentis condendis adhiberi poſſunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum §. ſed cum aliquis. Fran.

a Teſtamenti factio. paſsiue accipe [1] hic, vt bona ſit acceptio: ſed neq; mulier &c. alias etiã accipitur actiue: vt. j. de hęr. qual. & diffe. §. teſtamenti.

b Neque mulier. in alijs autem caſibus omnibus recipitur, præterquam in teſtamẽtis: vt. ff. eo. l. qui teſtamẽto. §. mulier. Ratio eſt: vt. C. de fideicõ. l. fi. & eſt timor falſitatis. Quid de hermaphrodito? Rñ. ſi præualet in maſculino ſexu, recipiẽ [2]: vt. ff. de ſta. homi. l. quæritẽ. & de teſti. l. repetundarũ. §. j.

c Neque impubes. qd de eo quod vidit in pupillari ætate? Rñ. alias (id eſt, præter quã in teſtamento) poſſet teſtificari [3], ſicut & ſeruus: vt. ff. de ver. ſig. l. nonionẽ. §. inſtrumentorũ. & C. de hær. & maniche. l. quoniã. in fin. ſed hic non: quia faciũt ad ſubſtantiam teſtamenti, vt hic dicitur.

d Neque furioſus. niſi habeat dilucida interualla. ff. eo. l. qui teſtamento. §. ne furioſus.

e Neque mutus. qui nihil loqui vel audire poteſt: vt. j. qui teſt. fa. poſ. §. item ſurdus.

ADDITIO. Etiã ſi talem morbũ habeat à caſu, & ſit litera, ꝗuis tũc poſsit teſtari, ſecundũ Icã. Fab. hic.

f Interdictũ eſt. vel à lege: vt quia cõmiſit in legẽ Iuliam maieſtatis: vt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. fi. Vel à iudice: vt. ff. eo. l. is cui. in fi. ſ. reſpon.

g Inteſtabilesq;. vt de crimine famoſo damnatus, vel muliebria paſſus. vt. ff eo. l. is cui §. fi. & l. cum lege. & ff. de teſti. l. ob carmen in prin.

Sed cũ aliquis. CASVS. Dñe, quidã condidit teſtamentũ: & in teſtamẽto ſeptẽ adhibuit teſtes ſpecialiter cõuocatos: & corã eis voluntatẽ ſuam vltimã declarauit: & nomẽ hæredis expreſsit: & teſtes ſubſcripſerũt: & teſtamẽtũ ſigillauit, quo facto deceſsit teſtator. mortuo teſtatore, quidã ex teſtibus apparuit ſeruus, qui tñ tẽpore faciendi teſtamẽti liber ab omnibus putabatur. modo quæro vtrũ iſtud teſtamentũ debeat infirmari, quaſi iuris ſolennitate nõ ſeruata? Et reſpõ. quod non, imo teſtamentũ tanquam rite factum firmitatẽ obtinebit. Cum enim aliquis ex teſtibus tempore teſtamenti faciendi liber ab omnibus exiſtimatur: quamuis poſtea ſeruus apparuerit, tam diuus Hadrianus, quam diui Seuerus & Antoninus Catoni ſuper tali dubitatione quærenti reſcripſerunt ſubueniendum eſſe teſtamento ex huiuſmodi libertate putatiua: vt ſic ratum & firmum habeatur, acſi vt oportet omnia facta fuiſſent. & hoc tali ratione moti dixerunt: quia eo tẽpore quo teſtamentum à teſtibus ſignabatur: iſte teſtis cõmuni cõſenſu omnium loco liberi hominis habebatur, nec erat aliquis qui eo tẽpore ſtatus quæſtionẽ ei moueret. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. pater. Fran.

h Liberalitate. & ſic plus valet quod eſt in opinione, quam quod eſt in veritate. ſic. ff. de ſup. lega. l. iij. in fi. Arg. contra. j. de leg. §. ſi quis rem ſuam.

i Signaretur. Quidam hoc intelligũt generaliter verum: vt ſiue oſtendatur teſtamentũ in ſcriptis conditũ, ſiue nuncupatiuum, debeat ei credi: ſiue defecerint teſtes eſſe, ſiue nõ. & ſic ſe habet conſuetudo: vt arg. C. de edicto diui Hadri. tol. l. fi. & C. de donat. l. in donationibus. & arbi. tut. l. ſi Nos cõtra [4] in nuncupatiuo de iure. & quod hic dicitur in teſtamento, condito in ſcriptis loquitur. in nuncupatiuo enim ſi proferatur, non debet ei credi ſine teſtibus: cum in eis conſiſtat tantum ſubſtantia teſtamenti ipſum tamẽ valet, licet probatio deficiat [4]: vt ff. de teſt. tut. l. duo. Quid ſi ſeruus factus eſt, vel infamis, & velit recognoſcere ſigillum ſuum? Reſpond. nõ admittitur: vt. ff. de Carbo. edict. l. Carbonianum. §. duæ autem ſunt cauſæ.

k Omnium conſenſu. nota errorem prodeſſe: vt. ff. de ſup. leg. l. iij. in fi. & C. de lat. lib. tol. §. ſed & ſi quis. & ff. de offi. præto. l. Barbarius. Et error communis facit ius, vt patet his verſibus: Error cõmunis ius efficit, vt manifeſtat, Teſtificans ſeruus, qui liber creditur eſſe.

Pater. CASVS. Quidam fecit teſtamentum ſuum, & in teſtamento ſuo adhibuit vij. teſtes: inter quos fuit Petrus & Martinus filius Petri, quem Martinum Petrus habuit in ſua poteſtate: modo quæro, vtrum pater, & filius exiſtẽs in poteſtate eius, ſcilicet Petri, poſſunt eſſe teſtes in eodẽ teſtamento? Reſpõ. ꝙ ſic. Nam pater & ille, qui in eiuſdem patris poteſtate eſt, in eodẽ teſtõ teſtes adhiberi poſſunt. Nil em̃ nocet ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi poſſe. Et hęc dicuntur vſque ad illum. §. in teſtibus in quo pone caſum ſic: Quidam condidit teſtamentum: & in teſtamento ſuo filium quẽ habuit in poteſtate: teſtem adhibuit: modo quæro. vtrum de iure hoc potuit facere? Reſpõ. quod nõ. Nam teſtis nõ debet eſſe ille, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Et non ſolũ repelliẽ ille à teſtimonio, qui eſt in poteſtate teſtatoris, ſed etiã qui habet in poteſtate teſtatorẽ. vnde ſi filiusfa. miles poſt reuerſionẽ de caſtrenſi peculio teſtẽ: pater eius in ſuo teſtamento teſtis adhiberi nõ poteſt, nec etiã aliqs qui eſt in p̃ãte eiuſdẽ patris. nõ ſolũ enim in alijs cauſis, ſed etiã in teſtamẽtis domeſticum teſtimoniũ reprobatum eſt. Et nõ ſolummodo ſupradictæ perſonæ repelluntur à teſtamẽtarijs teſtimonijs: ſed etiã hæres ſcriptus, & pater eius qui eũ in poteſtate habet, & etiam parentes hęredis ſcripti: & fratres qui in eiuſdẽ patris poteſtate ſunt: & etiã qui in poteſtate teſtatoris ſunt. penitus à teſtamentarijs teſtimonijs repelluntur: & hoc ea ratione: quia totũ negotium quod agiẽ iure faciendi teſtamẽti: creditur hodie inter hęredẽ & teſtatorẽ agi: licet olim totũ ius teſtamẽti faciendi circa teſtes adhibẽdo conturbatũ fuerit. nã quidã veteres in illo teſtamẽto quod dicebaẽ per æs & libr

1 Iſtud nõ placet Io. Fa. & Angel.

Mulier vbique teſtificari poteſt præterquã in teſtamentis.

† Nã cũ teſtiũ præſẽtia ſit ex iure ciuili, veteres autem ad ſolennia nec mulierem, nec ſeruũ nec impuberem, ad mitterent, non mirũ ſi mulier teſtis in teſtamẽto eſſe phibeatur. Vigilius hic.

2 Idẽ An. ꝗ dicit iſtã gl. eſſe no.

3 Quod eſt verũ de eo qđ vidit proximus pubertati: ſecus ſi proximus infantiæ. Io. Fa. & An.

Opinio p̃fertur veritati.

4 Niſi de eo ſit facta publica ſcriptura: vel pars cõſiſtat teſtamẽtum ſic fuiſſe factũ aut teſtes deponant ante quã ipſorum defectus appareat: quia tunc ſcriptura probabit abſque eo ꝙ teſtes producantur. Aug.

nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno[a] negotio adhiberi.

Teſtamentarij teſtes eſſe nequeunt, qui in teſtatoris eſt poteſtate, & qui teſtatorem in poteſtate habet, item hæres ſcriptus, & qui in poteſtate eius ſunt: qui ve eum habet in poteſtate, & fratres ſub eiſdem patrijs neruibus exiſtẽtes, quibus hæres quicquid circa hæc placitum fuerit antiquitati.

In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Sed ſi filiusfamilias de caſtrenſi peculio poſt miſsionẽ[b] faciat teſtamentum: nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdẽ patris eſt. Reprobatũ eſt enim ea in re[c] domeſticum teſtimonium†.

In teſtamento non poteſt eſſe teſtis hæres ſcriptus in eo, nec pater, nec filius in poteſtate nec frater in eiuſdẽ patris poteſtate. Are.

Sed neque hæres ſcriptus, neq; is[d], qui in poteſtate eius eſt; neque pater eius, qui eum habet in poteſtate, neque fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi[e] poſſunt: quia hoc totũ negotiũ, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter teſtatorem & hæredem agi[f]. Licet autem totum ius tale conturbatum[g] fuerat: & veteres quidẽ familiæ emptorem[h], & eos, qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, à teſtamentarijs teſtimonijs repellebant: hæredi[i] autem, et ijs, qui per poteſtatem ei cõiuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare: licet ij, qui id permittebãt, hoc iure minimè abuti[k] eos debere ſuadebant: tamen nos eam obſeruationem corrigentes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſsitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, qui imaginem vetuſtiſsimi familiæ emptoris obtinet, neque alijs perſonis, quæ ei (vt dictum eſt) coniunctæ ſunt, licẽtiam concedimus, ſibi quodãmodo teſtimonia præſtare: ideoq; nec eiuſmodi veteres cõſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus.

Cui legatum aut particulare fideicõmiſſum relictum teſtamento fuit (cùm ad eum nõ pertineat hæreditatis damnum, nec emolumentum) teſtis in eo teſtamento eſſe poteſt.

Legatarijs[l] autem & fideicõmiſſarijs, quia nõ

Ridicu- lũ eſt ſi qs in lite domeſticis teſtimonijs pugnet. Tullius li. iiij retho. tit. j. Acg. per.

Verbũ in poteſtate, nõ ſolũ refertur ad liberos q ſunt in poteſtate, ſed etiã ad eos quos redemi ab hoſtib9. l. q teſtamẽto. in prin. ff. eo. Acgi. per.

Tu dic qd' filius quando nihil ſibi q̃ritur, poteſt pro patre teſtificari ſecundum Ioã. Fab. Idẽ ecõtra in eo negotio ex quo nec patri nec filio reſultat commodũ vel intereſſe. & quid de matre & fratribus: vide p Ange. hic.

Intellige verũ in his, quos dominus attingit ratione domus ſuæ: & in qbus habet aliquod ius: & ſic in cõditionatis in perſona nõ in ſimplici colono. ſecus hoc verũ in familiaribus vilibus, & qñ dominus eos p ducit: nec eſt queſtio inter eos: al' ſecus ſecũdũ Ang.

libram, familiæ emptorem, qui loco hæredis erat: & coniunctos ei per poteſtatem à teſtimonijs teſtamentarijs repellebant. In primis autem duabus conditionibus teſtamentorum hæredi coniunctis per poteſtatem, concedebant teſtimonia in teſtamentis præſtare, licet illi ijdẽ, qui id permittebant, hoc iure minime abuti debere eos pſuadebant. vnde nos eandem obſeruationẽ antiquorũ corrigentes: & qd ab ipſis antiquis perſuaſum eſt, videlicet quod hęres vel coniuncti ei per poteſtatẽ, inter teſtes admittantur, licet hoc eis permiſſum fuerat, tamẽ in legis neceſsitatem trãsferẽtes, ad imitationẽ familię emptoris, qui in tertio genere teſtamentorum (vt dictum eſt) à teſtimonio repellebatur: merito hęredem & coniunctos ei per poteſtatem, ab huiuſmodi teſtimonio repellimus: nec eis licẽtiã damus ſibi quodãmodo teſtimonia præſtare. vnde huiuſmodi veterẽ conſtitutionem in qua hoc permiſſum fuerat, noſtro Codici inſeri non permiſimus. & hæc dicunt vſque ad illum. §. legatarijs.

a Alieno. aliud ſi in ſuo: vt. j. pxi. &. ff. de teſt. l. teſtis. Accurſius.

b Poſt miſsionẽ. id eſt remiſsionem. aliud ſtante: vt. ff. eo l. qui teſtamento. §. per contrariũ. in gloſ. poſſe.

ADDITIO. Et eſt ratio ſecundum gloſ. ibi, in verbo poſſe. quia tunc teſtes neque rogati, neque ad ſolennizandum actum exiguntur: quãuis duo requirantur ad probandum veritatem. Ang.

c In ea re. idẽ & in alijs: vt. C. de teſti. l. ij. Sed quis eſt domeſticus? Rñ. colonus & adſcriptitius, vel ſimiles: vt. C. de his, qui ad eccle. confu. l. fina. §. ſane enim ſi ſeruus. & C. de quæſt. l. pridem. Item vxor marito, & econtra: vt. ſ. de vſu & habi. §. item is. Item ſeruientes ſiue dapiferi: vt. ff. de pœn. l. reſpiciendum. §. furta.

ADDITIO. Intellige iſtud verum, ſi ſint ſeruitores cõmenſales: vt quia viuant expenſis domini: alias cõtra, niſi habuiſſent licẽtiã ſine ſpe reuertẽdi: tempus enim productionis & depoſitionis inſpicitur, ſecũdum Ioan. Fab. hic.

d Neq; is. Nota quod his tribus modis dicitur quis contingere me per poteſtatem.

e Adhiberi. quia eorum negotium eſt, cum & lucrũ & damnum ad eos pertineat. ff. quando appel. ſit. l. j. §. in propria. * & vere eorum: quia &c.

f Agi. caute ponit agi, cũ ſit generaliſsimũ: vt. ff. de verb. ſig. l. Labeo. ij. in prin. & l. verba. habet enim ſe ad ius teſtãdi & cõtractus. Accurſius.

g Cõturbatũ. nã olim hæres in duobus primis generibus teſtamẽtorum poterat eſſe teſtis: in tertio vero ille, qui erat loco hęredis, nõ poterat eſſe teſtis, & ſic erat turbatio iurium: & ad eius ſimilitudinem verus hæres hodie teſtis non erit, vt ſequitur.

h Familię emptorem. dicit ille, qui conſtituebat hæres per æs & libram.

i Hæredi. q erat ex primis duobus generibus teſtamẽtorum.

k Abuti. ſic. C. de cad. tol. l. vnica. §. j. & ff. ſi fa. fure. fec. dic. l. fina. &. ſ. quibus ex cau. ma. non licet. §. j. Acc.

* Eſt & alia ratio. l. affectio, quã habẽt ad inuicẽ, ex qua pcedit iſte tex. etiam hodie in caſibus in quibus patri nihil q̃ritur. monachi tamẽ in monaſterio poſſunt eſſe teſtes. c. inſup. extra de teſt. Idẽ in hominib9 vniuerſitatis, p ipſa vniuerſitate vel caſtro in negotijs ex qbus non reſultat cõmodũ in particulari, ſed cõmuni tãtum. Ang.

* Sic etiã clericus poteſt ferre teſtimonium in cauſa ſuæ eccleſię: vt in ca. cum nũtius. extra de teſtibus vbi vide glo. vnicã de illa materia.

Legatarijs. CASVS. Quidam fecit teſtamentũ, & in teſtamẽto legauit Petro decẽ: verũtamẽ Petrũ legatariũ in teſtamento teſtem adhibuit: modo q̃ro, verũ ille Petrus legatarius poſsit eſſe teſtis in illo teſtamẽto, in quo ſibi legatũ relictum eſt? Et rñ. q ſic. Licet enim hæredes, qui ſunt iuris ſucceſſores, à teſtimonio repellant: legatarijs tñ & fideicõmiſſarijs, qui non iuris, ſed rei ſingularis ſucceſſores ſunt, & alijs perſonis eis cõiunctis teſtimoniũ p̃ſtare in teſtamẽtis nõ denegamus, imo etiã quadã cõſtitutione noſtra eis ſpecialiter conceſsimus: & certe multo fortius his, qui in poteſtate legatariorũ vel fideicõmiſſariorũ ſunt, vel qui eos in poteſtate habent, huiuſmodi licentiam donauimus. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. nihil autem intereſt. Franc. de Are.

l Legatarijs. diſcrepãt hi iure veteri à fideicõmiſſarijs: vt. j. de fideicõ. hęre. §. p̃terea. Sed hodie non: vt. j. de le. §. ſed non vſque. quidã. §. hunc intelligũt, quãdo legatum fuit repetitum à ſuccedentibus ab inteſtato, vt tunc non videatur ferre teſtimonium in teſtamento

mento iure: quia iuris ſucceſſor eſt, qui in quota parte hæres inſtitutus eſt. Accurſius.

a Non iuris. ſed rei, & ſine onere: vt. ff. mand. l. ſi hereditatem. ADDITIO. Per hoc patet ſecus eſſe in fideicommiſſario vniuerſali: quia habetur loco hæredis. §. reſtituta. ſ. de fideicommiſ. hære. Ioan. Fab.

b Conſtitutione. Græca, vel dic de illa, quæ eſt. ff. eo. l. qui teſtamento. in prin. quæ eſt Iuſtiniani per approbationẽ: vt. C. de vet. iur. enucl. l. j. §. ſed ſi. in ſi. verſ. omnia enim merito. prima verior.

† Propria cauſa eſt cuius emolumentum vel damnũ ad aliquẽ ſuo nomine ptinet. Aegi. per.

c In poteſtate. itẽ tabellioni: vt. ff. e. l. Domitius. Acc.

d Damus. C. de teſti. l. omnibus. cõtra. Sol. hic agitur de viribus teſtamẽti inter heredem & alium agentem cõtra teſtamẽtũ, alias coniũctus pro coniuncto non ferret teſtimoniũ. i. vnus legatarius alij. Et ſecundum hoc falſo hic ſumitur arg. ꝙ ſocius in cauſa ſocij admittitur in teſtimonium. Vel dic hoc ſpeciale: vt cõiunctus pro cõiuncto admittat̃ quaſi in re ſua, fauore teſtamenti & vltimæ voluntatis, quę debet dominari, ſi legitima eſt: vt. C. de leg. l. cum quæſtio. in fi. & erit bonum arg. ẽ. dictũ. Sed arg. contra eſt. C. de teſt. l. quoniam. in fi. Sed reſpondeo: finis illius legis nõ refertur ad totum, quod erat dictum. Diſtingue tamen, an lucrum redeat ad eum ſocium, vt tunc non admittatur, alias ſic: vt. ff. quando appel. ſit. l. j. §. in propria.

† Quod ideo vnũ appellatur quia vnũ negotiũ & vna hæreditas ſit: ſingulę tamen tabulæ, ſinguliue codices fidẽ faciunt, cum ſint originalia & authẽtica omnia, quæ græci ἀντίγραφα appellant, ab eodẽ teſtatore, eiſdẽque teſtibus ſignata. Egni. Baro hic. Teſtiũ numerus qui in teſtamẽtis eſt adhibendus.

iuris[a] ſucceſſores ſunt, & alijs perſonis eis coniunctis teſtimonium nõ denegamus † imò in quadam noſtra conſtitutione[b], et hoc ſpecialiter eis conceſsimus. Et multò magis ijs, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habẽt in poteſtate[c], huiuſmodi licentiam damus[d].

Teſtamentum poteſt in quali-bet materia ſcribi. Aretinus.

Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis, an in chartis[e], mẽbranis ve, vel in alia materia fiat.

Poteſt idem teſtamentum in pluribus codicibus ſcribi: quod quandoq; neceſſarium eſt. Ang.

Sed & vnum[f] teſtamentum pluribus codicibus cõficere quis põt †, ſecũdum obtinentem tamen obſeruationẽ omnibus factis: quòd[g] interdum etiam neceſſarium eſt: veluti ſi quis nauigaturus & ſecum ferre, & domi relinquere iudiciorum ſuorum conteſtationem velit: vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſsitatibus imminent[h].

Supremæ voluntatis vim: coram ſeptem rogatis teſtibus, declaratæ à teſtatore facta, nuncupatiuum teſtamentum dicitur.

Sed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis conficiuntur, ſufficiunt. Si quis autẽ ſine ſcriptis voluerit ordinare iure ciuili teſtamẽtum: ſeptem teſtibus[i] adhibitis[k], & ſua voluntate coram[l] eis nũcupata[m], ſciat hoc pfectiſsimum teſtamẽtum iure ciuili, firmumq; conſtitutum.

TITVLVS XI.

DE MILITARI TESTAMENTO †.

Miles in expeditione poteſt facere teſtamentum iure militari, quomodo vult. Aret.

Nihil autem. CASVS. Domine, iam nobis dixiſtis plures ſolennitates, quæ in teſtamẽto cõdendo debent obſeruari: ſed pro Deo dicatis, in quo teſtamentũ debet ſcribi? Rñ. Amice, nõ refert vtrũ teſtamentũ fiat in tabulis vel in chartis, membranis ve, vel in alia materia, & etiam vnũ teſtamẽtum poteſt in pluribus codicibus ſcribi, & valet cauſa neceſsitatis, veluti ſi qs extra patriã ſecũ ferre velit, & domi relinquere ſuorũ iudiciorum conteſtationem. i. teſtamentum, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ nobis imminent. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſed hæc quidem. Fran.

e In chartis. ſic. ẽ. de rerum diui. §. literæ. Accurſius. ADDITIO. Et dic in chartis etiam raſis: ſecus tamen in alijs inſtrumentis. Ang.

f Et vnum. ſic. ff. eo. l. vnum.

g Quod. ſcilicet vt pluribus codicibus fiat.

h Imminent. ſic in authẽ. de conſang. & vter. frat. §. quia igitur. verſi. ſi igitur. ibi, multæ nanq; ſunt homini. col. vj. Sed nũquid ex his exemplis probabit? Rñ. nõ ſine authentice: vt in authen. vt ſpon. lar. §. & hoc inſuper. col. ix. & ff. de fide inſtru. l. quicunq;. & ff. de ho. poſ. ſecũdum tab. l. ij. §. ſed & ſi vnum. ſed hic ambo ſunt principalia. Accur.

i Iſtam approbat Barto. in. l. q teſtamẽto. ff. eo. & idẽ hic An ge. & Pla. hic.

Sed hæc quidẽ. CASVS. Domine, iam video, quæ ſit obſeruanda ſolennitas in teſtamento in ſcriptis condito: nunquid tota prædicta ſolennitas in teſtamento nuncupatiuo obſeruari debet? Et rñ. quod non. nã hæc quę ſupra dicta ſunt de teſtamẽtis in ſcriptis conficiẽdis ſufficiunt. Si qs enim voluerit facere teſtamentum de iure ciuili ſine ſcriptis, hoc ei facere licebit ſi ſeptẽ teſtes ad hoc conuocauerit, & voluntatem ſuã eis expreſſerit. & hoc teſtamẽtum de iure ciuili factũ cõſtituimus fortiſsimum & firmum. & hæc dicuntur vſq; in fi. tit. Fr. de Are.

† Idẽ Fa. hic.

i Septẽ teſtibus. quandoque nullus vocatur: vt ſi miles moriatur in bello, vt not. C. de teſta. mili. l. milites. qñq; vnus, vt Imperator: vt. C. eo. omnium. quandoq; duo, vt inter filios: vt. C. eo. l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto. Vel ſi in territorio faciat teſtamentum miles, vt. ff. de milit. teſta. l. Lucius. quandoq; tres vel quatuor, vel pauciores. vt. C. eo. l. ſi nõ ſpeciali. quandoq; quinque: vt in teſtamento ruſtici. vt. C. eo. l. fina. §. ſin autem. quandoque ſeptem generaliter: vt hic & C. eo. l. hac conſultiſsima. circa princip. quandoque octo. vt. C. qui teſta. facere poſ. l. hac conſultiſsima. §. quæ in eundem. in gloſ. Accur.

‡ Etiam ſi ſunt mulieres & ꝗ alias nõ eſſent Idonei: vt ibi not. p An. Teſtes debẽt rogari.

k Adhibitis. i. rogatis vt interſint, & ſint attenti, vt ff. eo. l. hæredes. §. pe. & in authen. de teſt. §. & licet. in fin. §. colla. vij. Accurſius.

l Coram. ſcilicet palam nominando hæredes: vt. ff. eo. l. heredes. in princip.

m Nuncupata. inde dicitur nuncupatiuũ teſtamentũ.

DE MILITARI TESTAMENTO.

† Militũ iura ratiõ militaris diſciplinã quã diligẽter tractarint Iuriſcõ. vide apud vigliũ hic.

Eſt autem miles, qui iurauit à ſignis non recedere: vt ff. ex quib. cau. maio. l. j. §. & ſi quis ſit in militia, vbi & alij milites ſcripti ſunt: vt. ff. eo. l. cen. per totum titu. Sunt & alia neceſſaria vt aliquis ſit miles, vt dixi in ff. ex quibus cau. maio. l. j. & in authen. de man. prin. §. fina. col. iij. Item miles dicitur à malo, quod ſuſtinet pro alio, vel à mille, quia ex numero mille homi num eligebatur. vt. ff. eo. l. j. in prin. & §. miles. Accur.

Miles vnde dicitur.

ADDITIO. Continua iſtum titu. ad præcedens, ſecundum Chriſtoph. Porc. ſic, Viſum eſt. ẽ. de teſtamẽtis in genere: nunc ſequitur videre de teſtamentis in ſpecie. Vel aliter, Viſum eſt. ẽ. de teſtamentis, quæ fiunt, ſecundum

ſecundum communis iuris diſpoſitionem, nunc ſequitur videre de illis, quæ fiunt iure priuilegiato: vt eſt teſtamentum militare: ideo &c. Aduertendum eſt, quod in milite ſex ſunt neceſſaria ad hoc, quod habeat priuilegia militibus conceſſa. Primo, quod enſe cingatur. ff. de mil'it. teſta. l. pe. Secundo, quod in numero aliorũ ponatur, & in matricula ſcribatur. ff. de milita. teſta. l. ex eo tempore. Tertio, quod præſtet ſacramẽtum, quod mortem non euitabit pro republica, neque à ſignis recedet. ff. ex quib. cau. ma. l. pe. & de iis, qui notã. infa. l. ij. §. miles. Quarto, qđ ſtigma. i. nota publica brachijs ſuis inſcribatur. C. de fabri. l. iij. li. xj. Quinto, ꝙ examinetur. C. qui mil. nõ poſ. l. j. lib. xij. Sexto, quod non ſit negotiator. C. de neg. ne mili. l. j. lib. xij. vnde verſus: Enſis, matricula, necnon iuratb, ſtigma, Ac examen, erunt iſte hęc in milite ſigna. Vilia nec debet tractare negotia miles.

Miles cognoſcitur per ſex ſigna.

Vprà dictadiligẽs obſeruatio [a] in ordinãdis teſtamẽtis, militibus propter nimiã imperitiam [b] eorũ, conſtitutionibus principalibus remiſſa eſt. Nã quãuis ij, neque legitimum numerum teſtiũ adhibuerint, neq; aliam teſtamentorum ſolẽnitatem [c] obſeruauerint: rectè nihilominus teſtantur: videlicet cùm in expeditionibus occupati ſunt, quod meritò noſtra cõſtitutio introduxit [d]. Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura: valet teſtamẽtum ex voluntate eius.

Miles etiam filiusfamilias tamdiu iure militari teſtandi habet priuilegium quamdiu in expeditione eſt: qui ſi extra caſtra degat, communi omnium iure teſtari debet.

Illis autem [e] tẽporibus, per quæ citra expeditionum neceſsitatẽ, in alijs locis, vel ſuis ædibus degunt: minimè ad vendicandum * tale priuilegiũ adiuuantur [f]. Sed teſtari quidem, & ſi filijfamiliarum [g] ſint, propter militiam conceduntur: iure tamen communi [h] eadem obſeruatione & in eorũ teſtamentis adhibenda, quam in teſtamentis paganorum [i] proximè expoſuimus.

* Alias, vi dicandũ.

Licet remittatur ſolennitas in re agenda, non [illegible] congrua probatio [illegible] cet lex priuile[illegible] intelligitur tam[illegible] facto legitimè appareat. & conſti. Aretinus.

Vpradicta. Totus iſte titu. diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit de militibus teſtãtibus in territorio eorum, vel in peculio caſtrenſi. Secundo de teſtamento in quaſi caſtrenſi. Secunda ibi, Sciendum. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit continuationẽ per modum remotionis ſiue exceptionis cũ poſitione noui ſtatuti. Secundo qualiter priuilegium conceſſum militibus, quod poſſunt teſtari quomodo volunt, intelligatur. Tertio, quod etiam miles mutus & generaliter defectiuus poteſt teſtari. Quarto qualiter poſt miſſionem teſtatur. Quinto, quod mutatio ſtatus ipſius militis, dummodo interueniat noua voluntas, non vitiat teſtamentum factum. Secunda ibi, Plane. Tertia ibi, Quinimo. Quarta ibi, Sed hactenus. Quinta ibi, Sed & ſi quis. CASVS. Acceſsi ad Iuſtinianũ, & ita propoſui coram: Domine, iam video, quod vultis tractare de militari teſtamento, pro Deo dicatis mihi, quæ ratio mouet vos ad tractandum ſeparatim de militari teſtamento, nunquid illa quæ ſunt à vobis tradita, in omni teſtamento poſſunt ſufficere? Ad hoc rñ. Amice, quoniam ſupradicta diligens obſeruatio, quam de ordinandis priuatorum teſtamentis ſupra expoſuimus, authoritate principalium conſtitutionum militibus propter eorũ imperitiam remiſſa eſt: ideo hic ſpecialiter, de priuilegiatis militum teſtamentis tractare intendimus. Quamuis enim milites neque legitimum numerum teſtium in ſuis teſtamentis adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolennitatem obſeruauerint: nihilominus rectè teſtãtur. & hoc verum eſt, quando in expeditione militari occupati ſunt. nam vt ita demũ gaudeant priuilegio militari cũ in expeditione armorũ fuerint occupati, non immerito noſtra introducta eſt conſtitutio. Quocũq; enim modo voluntas ſuprema militis in expeditione occupati, ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis inueniat, valet eius teſtamentũ ex voluntate eius. Secus tamẽ eſt, quãdo nõ eſt in neceſsitate militaris expeditionis. In illis enim tẽporibus quibus milites ĩ alienis vel ſuis ædibus degũt: ad vẽdicãdum ſibi tale priuilegiũ nequaquam poterunt adiuuari. Et hęc dicunt̃ vſq; ad illũ. §. Sed teſtari Sed pone: Dicit Iuſtin. ꝙ quãquã priuilegiũ militibus cõceſſum circa ſolennitatem teſtamẽti poſt miſſionem ab expeditiõe militari finiat̃: aliud tñ priuilegiũ cõceditur eis circa ſubſtãtiã teſtamẽti dũtaxat: nã teſtari poſſunt milites extra caſtra militaris expeditibis exiſtẽtes, quamuis filijfa. ſint: iure tñ cõmuni in hoc caſu, quãdo morantur extra caſtra, eadẽ obſeruatio in eorũ teſtamentis adhibenda eſt, quã. ſ. in teſtamẽto paganorũ expoſuimus. Et hæc dicunt̃ vſque ad illum. §. plane. Fran.

a Obſeruatio. q̃ cõſiſtit in quatuor, vbi eſt in ſcriptis teſtm̃ conditũ, vel in ſola nũcupatione hrdis corã ſeptẽ teſtibus: vt. ſ. ti. j. §. ſed cũ paulatim. &. §. fi. &. ff. de hęr. inſti. l. j. §. q neq;.

b Imperitiã. C. de iu. del. l. fi. §. j. et. C. de iu. et fa. ig. l. j.

c Solennitatem. ſ. circa ſigilla & ſubſcriptiones.

d Introduxit. ſed tũc demum cum in militia ſunt, habent priuilegium: vt. C. co. l. penul. & hic ſubijcit.

e Autem. pro ſed.

f Adiuuant̃. Et no. ꝙ ceſſante cã ceſſat & effectus. et põt hic ſumi, arg. ꝙ ceſſante clerico ab eccleſia [1]: ceſſat prębẽda. ſic. C. de epiſ. & cle. l. gñaliter. ij. in glo. fi. Sed ar. cõtra. ff. de poſt. l. j. §. ſecũdo loco. verſi. ſexum. quia Calphurnia dedit cãm edicto. vnde ceſſante cã ceſſare debet edictũ, quod nõ eſt verũ. Sed hoc vltimũ gñale de cauſa impulſiua dicit: primum de finali, ſine qua res eſſe nõ poteſt. * ADDITIO In dubio autẽ præſumitur eſſe impulſiua, vt per gl. ſing. in. l. ij. §. fi. ff. de do. Ang.

g Et ſi filijfamiliarum. licet hi alias prohibeantur: vt. j. ti. j. in prin. &. ff. de dona. cau. mor. l. tam is. § j.

h Iure tamen communi. ſ. quantũ ad ſolẽnitatem, nõ quo ad hoc, vt det̃ querela cõtra eius teſtm̃, ſicut in alio veterano, qui ſui iuris eſt: vt. C. de inof. teſt. l. fi. §. ĩ his. &. ff. de inof. teſt. l. Papinianus. §. ſi qs militia. Itẽ hoc eſt verũ, qñ eſt domũ reuerſus: ſicut. ſ. pxi. dixit. alias ſicut miles alius vtit̃ ſpeciali iure, ſic iſte. arg. ff. co. l. ex militari. §. j. & l. teſtamẽta eorũ. §. fi. ADDITIO Hodie tñ, ſecũdũ cõem opi. in filiofa. milite p pteritionẽ facta ſine cã, annullat̃ eius teſtm̃, quãtũ ad inſtitutionem. auth. ex cauſa. C. de li. pte. Si vero cũ cauſa habet̃ pro exhæredato, & ſubiacet querelæ, vt per Ang. hic.

i Paganorum. à pago, quod eſt villa, dicitur, quaſi

[1] Scilicet cõtumaciter: vt ga citatus à ſuperiore minime intra tẽpus conueniẽs veniat: ſecũdũ doct. hic.

[2] Dic qđ ceſſãte cauſa fi. nõ impulſiua, ceſſat effect9, ſecundum Por. Aeg. per.

[3] Dic paganorũ. i. togatorũ à qbus differunt milites. Plin. Milites à plebe annuli diſtinxere ſicut tunica ab annulis ſenatum.

dicat non militum.

Plane. CASVS. Domine, iam video, quod teſtamentum de militibus mirabiliter eſt priuilegiatũ. licet enim iuris ſolennitatem non ſeruauerit miles, tamen teſtamentum eius in caſtris conditum valet. Pone igit, quod aliquis dicat aliquẽ militem in expeditione militari occupatũ, ipſum in ſuo teſtamento hæredẽ inſtituiſſe: hoc tamen neq; per miniſtrum, neque per teſtes ad hoc conuocatos probare poterat. nũquid creditur eius aſſertioni: ita vt ad hæreditatẽ militis valeat admitti? Et reſpondet quod nõ. De militaribus em̃ teſtamentis diuus Traianus Statilio Seuero in cõſimili caſu quærẽti reſcripſit ſic, O' Statili Seuere, illud priuilegiũ quod militãtibus teſtamẽtis datum eſt, vt videlicet ea teſtamenta quocunque modo facta, rata ſint, ſic debet intelligi, vt omnino prius conſtet eos teſtamentũ feciſſe, quod etiam ſine ſcriptura non ſolum à militantibus, ſed etiam à nõ militãtibus fieri poteſt. Vnde ſi is miles de cuius bonis quæſtio apud te vẽtilatur, ad hoc conuocauit ſaltem duos homines, vt cauſa teſtandi coram eis voluntatem ſuã exprimeret: & ita corã eis locutus eſt, vt declararet in præſentia eorũ, quẽ vellet ſibi hæredem eſſe, & cui vellet libertatẽ tribuere: poteſt videri etiam ſine ſcripto hoc modo recte feciſſe teſtamentũ, & voluntas eius ſupra omnibus modis rata habenda eſt. Cæterum ſi cauſa ludendi, vel demonſtrandi alicui iocoſe dixerit, Ego te hæredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo. ſicuti plerunq; ſermonibus iocoſis fieri ſolet, non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec videmur in hoc priuilegio militari in aliquo derogare. Nec enim vllorum magis intereſt, quam ipſorum militum, quibus huiuſmodi priuilegium datum eſt, huiuſmodi exemplum pro teſtamentis non admitti: alioqui ſi tale teſtamentũ admitteretur, non difficulter poſt mortem alicuius militis exiſterent teſtes, qui dicerent ſe audiſſe militem relinquere bona ſua alicui, prout eis videretur expedire: & ita vera militum iudicia frequenter ſubuerterentur. Et hæc vſque ad illum. §. quinimo. in quo reuertitur ad ſecundum caſum, determinando plenius de priuil. mili. quod circa ſubſtantiam teſtamenti cõceditur militibus, videlicet vt quamuis ſint filijfamilias, teſtari poſſint. ſic & hic vt miles, ſurdus, & mutus teſtamentum facere poſſit. Et hæc vſque ad illum. §. ſed haſtenus. Franciſcus.

Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Catilio Seuero ita reſcripſit [a]: Id priuilegium, quod militãtibus datum eſt, vt quoquo modo facta ab his teſtamẽta, rata ſint: ſic intelligi debet, vt vtique prius cõſtare debeat, teſtamentũ factum eſſe: quod & ſine ſcriptura à nõ militãtibus quoque fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, cõuocatis ad hoc hominibus [b], vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declararet, quẽ vellet ſibi hæredem eſſe, & cui libertatem tribueret: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus: & voluntas eius rata habẽda eſt. Cæterùm ſi (vt plerunque ſermonibus [c] fieri ſolet) dixit alicui, Ego te hæredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo: nõ oportet hoc pro teſtamento ſeruari.

Nec vllorum [d] magis intereſt, quam ipſorum, quibus id priuilegiũ datum eſt, huiuſmodi exemplum non admitti: alioqui non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe [e] dicentem aliquem ſe relinquere bona cuiviſum ſit: & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

Miles licet ſit mutus vel ſurdus, tamen teſtatur.

Quinimo [e] & mutus [f] & ſurdus miles, teſtamẽtum facere poteſt.

Miles poſt miſſionem, vel extra caſtra [illegible]

[illegible]

Sed hactenus [g] hoc il-

a Reſcripſit. vt. ff. eo. l. diuus. & iſte. §. eſt ibi lex ſub eadem verborũ forma, & incipit, & Diuus Traianus.

b Hominibus. ſaltem duobus: vt. ff. eo. l. Lucius. & ff. de teſtibus. l. vbi. & hoc eſt quando in tentorio. ſi autem [1] in conflictu belli, nullo etiam teſte vocato: vt C. eodem. l. milites. [2] ſi autem eſt domi, iure communi: vt. ĩ. eo. §. illis.

[1] Idẽ pla. Fa. & Angel.

[2] Debet tamen aliquo modo de voluntate cõſtare vel per duos teſtes: vel p comparationem literarũ, vel alias. & facit vt remiſſa penitus omni ſolennitate non de naturali. ſed ciuili tantum intelligatur. Ang.

c Sermonibus. forte cauſa demonſtrandi, vt magiſter diſcipulo, vel ludi cauſa: vt. ff. de act. & obliga. l. obligationum ſubſtantia. §. fina. vel affectionis: vt. ff. de iur. codicil. l. literæ.

ADDITIO. Tu dic, quod nulla verba operantur teſtamentum, niſi appareat, quod voluerit teſtari, & ad hoc ſe diſpoſuerit: ſecus in cõtractibus, vbi in dubio verba præſumuntur obligatoria: niſi aliud ex coniecturis appareat. An verbũ relinquo, importet inſtitutionem, legatum, vel fideicommiſſum, vide Ioan. Fab. hic.

[3] Idẽ Fab. Angel. & Iaſ.

d Nec vllorum. ſic. ĩ. ad legẽ Falci. circa prin. ibi, idq; ipſorum. ſic. C. de reſc. ven. l. ratas.

e Quinimo. habet priuilegiũ circa ſolennitatẽ: quinimo & circa ſubſtãtiam teſtamenti: vt qui alias teſtari nõ poſſet, hic tñ poſſit: vt. ff. eo. l. iiij.

f Mutus. ſiue natura, ſiue caſu, vt ſit priuilegium aliquod: vt. C. qui teſta. fa. poſ. l. diſcretis. & hoc iure militari: vt. ff. eodem. l. iure militari. Accurſius.

ADDITIO. Dũmodo appareat ipſum ſic voluiſſe teſtari per ſigna ſua, quæ per notos poterũt interpretari.

[4] Hic tex. eſt ſing. ad hoc qđ teſtes q ſunt præſentes in teſtamẽto debent audire vocẽ teſtãtis & qđ plus eſt, etiã videre eius faciẽ. nec ſufficit cortina in medio: licet gl. in. l. ij. §. idẽ Labeo. ff. de aq plu. ar. tereat contrariũ: ſed reprobatur per. l. ſi vnus. C. de teſtam. Aegi. per.

Sed haſtenus. CASVS. Domine, dicatis ergo mihi, quandiu durat priuilegium militare circa ſolennitatem teſta? Ad hoc reſpon. Amice, hoc priuilegium circa ſolennit. teſta. tandiu ex principalibus conſtitutionibus militibus indulgetur, quandiu militant, & in caſtris degunt. Poſt miſsionem vero à caſtris ſiue veterani, ſiue adhuc militantes extra caſtra fecerint teſtamentũ, id communi iure omnium ciui. Ro. facere debent. Veruntamen illud teſta. quod in caſtris factum eſt, intra annum tantum valet. Pone igitur, ꝙ aliquis miles in caſtris fecerit teſta. iure militari, & hæredem ſub conditione inſtituit: & poſtea iſte miles iam deceſsit: ſi conditio ſub qua erat hæres inſtitutus, diu poſt annum, vel forte poſt biennium extiterit: nunquid valebit illud teſtamentum militis? Et reſpon. quod ſic. Nam placet hoc teſtamentum, quaſi militis valere. Conditio enim retrotrahitur, & perinde habetur, ac ſi hæres pure inſtitutus ſtatim poſt mortem militis adijſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſed & ſi quis ante militiam. Franciſcus.

g Sed hactenus. Quidam dicunt hic nõ eſſe. §. & aſſerunt. quod omne priuilegiũ quod habet miles, perdit

cum

lis [a] à principalibus conſtitutionibus cõceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſſionẽ [b] verò veterani, vel extra caſtra alĳ, ſi faciant adhuc militãtes teſtamentum: communi omnium Ciuium Romanorũ iure id facere debẽt. Et quod in caſtris fecerint teſtamẽtum, nõ communi iure, ſed quomodo voluerint poſt miſsionẽ intra annum tantũ valebit. Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit, conditio autẽ hæredi adſcripta, poſt annũ extiterit: an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet, valere [c] quaſi militis.

Teſtamentum factum ante militiam [illegible] valet, ſi [illegible] militis [illegible] capite minutus. Arc.

Sed & ſi quis ante militiã non iure fecit teſtamentũ, & miles factus, & in expeditione degẽs reſignauit [d] illud, & quędam adiecit [e], ſiue detraxit, vel aliàs manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis: dicendũ eſt, valere hoc teſtamentum quaſi ex noua [f] militis voluntate. Deniq; etſi in adrogationẽ datus fuerit miles, vel filiusſamilias emãcipatus eſt: teſtamentum eius quaſi ex noua militis volũtate valet: nec videtur [g] capitis deminutione irritũ fieri.

Quid quaſi caſtrenſibus teſtari iure communi [illegible].

Sciendum tamen eſt, quòd cùm exemplum caſtrenſis peculĳ, tam anteriores leges [h], quàm principales conſtitutiones [i] quibuſdã [k] quaſi caſtrenſia dederãt peculia: & horũ quibuſdã permiſſum fuerat, etiam in poteſtate degẽtibus, teſtari: noſtra id cõſtitutio [l] latius extendens, permiſerit omnibus, in his [m] tantũmodo peculĳs teſtari quidem, ſed iure cõmuni [n]. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto, licentia eſt, nihil eorum, quæ ad

cum redit de militia. Sed nos dicimus. §. hic eſſe: & diſtinguimus [1] inter priuilegiũ quod habet, vt teſtetur, qui alias teſtari non poteſt, vt filiusfamilias, & mutus, vt illud daret poſt reuerſionẽ: vt. ſ. proxi. §. &. §. ſed teſtari. &. ff. e. l Titius. in prin. Alia vero priuilegia, quæ habet in teſtando, finiantur [2]: vt hic, &. ſ. eo. §. illis autẽ.

a Illis. ſ. militibus: vt reliqua priuilegia. ſ. de numero teſtiũ, habeãt in teſtãdo. & ſic nõ refertur ad proximũ §. Accur.

b Poſt miſsionẽ honeſtam. ſ. finito tẽpore militiæ, vel cauſariã, ſi ante tps ex neceſsitate receſſit [3]. ſi aũt ignominioſa eſt miſsio, definit ſtatim valere: vt. ff. eo. l. teſtamenta eorũ. &. C. eo. l. ex teſtamẽto [4]. Sed ſi miles de capitali crimine damnatus fuerit: ſi quidẽ de cõmuni, vt homicidio, & ſimili, nõ poteris amodo teſtari. ff. de vet. ſuc. l. j. in fi. Si aũt militari, vt quia alienauit arma vel ſimilia, q̃ numerant. ff. de re mi. l. ij. & iij. (& idem etiã de fide rupta) nõ põt teſtari: vt. ff. e. l. ex militari. alias poterit in caſtrenſibus tñ, ſi ei in ſnia pmiſſum fuerit, alias nõ: vt. ff. de iniuſt. rup. te. l. ſi qs ſi lio. §. irritũ ſit. ver. ſed et ſi qs capite. et de leg. iij. in. l. ſi qs. in prin. §. miles.

Accur. Ergo à cõtrario ſenſu ĩ pagano erit ſecus: imo teſtm̃ antea factũ ab eo poſtea ex capitali ſnia moriẽte, nõ valet: niſi pẽdente appellatiõe, vel ſupplicatiõe pro gratia conſequẽda, moreref. de hoc vide Ang hic.

c Valere, quia conditio retrotrahitur: vt. ff. de peric. & com. rei ven. l. neceſſario. §. q̃ ſi pendente. &. ff. qui pot. in pig. hab. l. vlti. & facit. ff. eo. l. quod dicitur. & l. quod conſtitutum. Accur.

Sed & ſi quis. CASVS. Acceſsi ad Iuſti. & ita propoſui corã eo: Dñe, quidã ante militiã fecit teſta. iuris ſolen. nõ adhibita: quia forte non adhibuit niſi tres teſtes. ita teſta. nõ valuit propter defectũ ſolẽnitatis. poſtea idẽ miles factus, & in expeditiõe militari occupatus illud teſta. reſignauit. ſ. aperuit: & quædam adiecit ſiue detraxit, vel alio modo manifeſtauit ſe velle valere hoc teſta. iure militari: modo quæro, vtrum hoc teſtamen. quod ab initio nõ valuit: ex voluntate militis conualeſcere poſsit? Repſond. quod ſic. nam in hoc caſu teſtamentũ valere dicendum eſt, quaſi ex noua militis volũtate. Sed pone, Quidam miles fecit teſtamentũ: & poſtea dedit ſe in arrogationem: & ita poſt teſtamentũ paſſus eſt capitis diminutionem, vel quidam filiusfamilias in caſtren. peculio condidit teſtamentum, & poſtea à patre emancipatus eſt, & ita capite dimin. eſt. nunquid in his caſibus per capitis diminutionem irritatur teſta. Reſpon. quod non: imo in vtroque caſu valet teſtamẽ. quaſi ex noua militis voluntate: & non videtur capitis diminutione irritum fieri: quia ſicut de nouo capitis diminutio iure ciuili, etiam primum teſtamentũ facere poteſt: ita vetus teſta. capit. diminu. non euaneſcit. Hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſciendum eſt tamen. Franc.

d Reſignauit. i. ſigilla aperuit & remouit: contrarium ſ. ſuo ſimplici.

e Adiecit. vt. ff. de iure cod. l. conficiuntur. §. ſi miles.

f Ex noua. no. q̃ ab initio nõ valuit, ex poſtfacto tamen conualeſcit.

g Nec videtur. qñ reſignauit poſtea. Vel dic: ſicut nũc de nouo facere poteſt, ſic vetus nõ reſcinditur. & ſecũdum hoc dic de noua voluntate. ſ. tacita. Aliud in pagano: vt. j. quib. mo. teſt. infir. §. alio.

Sciendũ tamẽ eſt. CASVS. Dñe, iã video qualiter milites priuilegiati ſunt circa factionẽ teſta. & qualiter intelligendũ ſit priuilegiũ datum militibus: & inquantũ durat: vnde videt̃ mihi, quod de cætero poſſetis quieſcere? Ad hoc rñ. Amice, adhuc nõ eſt locus quieti: imo certe in hoc loco ſciendũ eſt, quo ad exẽplũ caſtrenſis peculĳ, tam anteriores, quam principales cõſtitutiones quibuſdã perſonis in dignitate cõſtitutis in quaſi caſtrẽſi peculio ſpecialiter cõceſſerũt teſtari, quod quidẽ noſtra cõſtitutio latius extẽdens generaliter oĩbus quaſi caſtrẽ. pec. habẽtibus in hoc permiſit teſtari: iure tñ cõmuni obſeruato, cuius tenore perſpecto, licitum eſt, nihil eorum quę ad pręfatũ ius pertinent, ignorare. Et hæc dicuntur vſq; ad fi. ti. Fran.

h Leges. ſcilicet, digeſtorum: vt. ff. de col. bon. l. j. §. nec caſtrenſe.

i Cõſtitutiones. vt. C. de aſſeſ. l. velut. &. C. de aduo. diuer. iud. l. fori. & aliæ plures. Accur.

k Quibuſdam. vt conſulibus & præfectis legionũ, & præſidibus prouinciarum, qui ſunt filĳſfamilias: vt C. de inoff. teſt. l. fi.

l Conſtitutio. C. de inoff. teſt. l. fi. Accur.

m In his. ſ. caſtrenſi & quaſi. nam in aduẽtitio non poteſt, licet habeat proprietatẽ: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. filĳs autẽ familias. in glo. j. Accur.

n Iure cõmuni. niſi ſit miles in caſtris: vt. ſ. eo. in princi. Item tale teſta. non expugnatur per querelam inoff. teſta [4]. vt. C. de inoffic. teſt. l. fi.

1 Idẽ Pla. hic.

2 Iſta eſt vera etiã ſi ſit ſurdus et mutus à natura: vt poſsit teſtari, intelligendo tamen, vt p Ange. ſ. §. proxi. quã uis Io. Fa. teneat contrarium.

3 Et dicit Angel qđ ſcholaris abſẽs à ſtudio p quinquẽniũ pdit priuilegium.

4 Idem in ſcholari. q ſi eſt in patria poſt gradũ doctoratus, vel miſſus ob morbũ gaudet intra annum priuilegio ſcholaſtico. ſecus ſi eſt bannitus, ſecundum Por. Aegi. per.

4 Iſtud hodie eſt falſum, ſecundum Ang.

QVIBVS NON EST PERMISSVM &c.

Dictum eſt ſuprà qualiter teſtamenta fiunt: ſequitur videre de perſonis, quæ teſtari poſſunt: & quæ nõ. quãuis fuerit ordo præpoſterus: quia ſi quærimus an valeat teſtamẽtũ: prius videndũ eſt, an perſona teſtãtis potuerit teſtari. ſi. quæ ... ff. de teſta. Ang. Are.

præfatum ius pertinent, ignorare.

TITVLVS XII.

QVIBVS NON EST PERMISſum facere teſtamentum †

In parentum poteſtate conſtituti) etiam ſi paternus accedat conſenſus) iure teſtari nequeunt: his tamen ademptis, qui caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium habent, id eſt, qui vel in caſtris vel bonis literis militãt: quibus ſuper eo (haud ſecus quàm ſi ſui iuris eſſent) etiam inuito patre, teſtandi libertas data eſt.

Annotato, Caſtrẽſia aut quaſi mortuo patre non communicanda fratribus.

Non tamen[a] omnibus licet facere teſtamentum. Statim[b] enim ĳ, qui alieno iuri ſubiecti ſunt †, teſtamenti faciendi ius non habent: adeò quidem, vt quamuis parentes eis permiſerint[c], nihilò magis[d] iure teſtari poſsint: exceptis ĳs[e], quos antea enumerauimus, & præcipuè militibus, qui in poteſtate parẽtum ſunt: quibus de eo, quod in caſtris adquiſierũt, permiſſum eſt ex cõſtitutionibus[f] principum teſtamentum facere. Quod quidem ius[g] ab initio tantùm militantibus datum eſt, tam ex authoritate diui Auguſti, quàm Neruæ[h], necnon optimi Imperatoris Traiani: poſtea verò ſubſcriptione[i] diui Hadriani, etiam dimiſsis à militia, id eſt, veteranis[k] cõceſſum eſt. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentũ: pertinebit hoc ad eum, quẽ hæredem reliquerunt. Si verò inteſtati deceſſerint, nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus[l]: ad parentes eorum iure communi[m] pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus, quod in caſtris adquiſierit miles, qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere †, vel aliter inquietare, neq; patre mortuo cum fratribus commune[n] eſſe: ſed ſcilicet proprium eius eſſe, qui id in caſtris adquiſierit: quanquam iure ciuili[o], omnium qui in poteſtate parentum ſunt, peculia[p], perinde in bonis parentum computentur, ac ſeruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet ĳs, quæ ex ſacris conſtitutionibus, & præcipuè noſtris[q], propter diuerſas cauſas nõ adquiruntur[r]. Præter hos igitur, qui caſtrẽſe peculiũ, vel quaſi caſtrẽſe habẽt, ſi quis alius filiusfamilias teſtamentũ fecerit, inutile[s] eſt: licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit[t].

† Huic tractatui adde, mulieribꝰ olim prohibitũ fuiſſe teſtari: tã apud Athenienſes, quã apud Romanos, donec in manũ viri trãſirẽt: quia prius erant in perpetua quadã tutela. Hinc Cic. in Topicis ait, ſecũdũ mulieris tabulas bonorũ poſſeſsionem non dari. Fran. Baldui. hic.

† Tamen veſtales olim vt primum erãt captæ, ius faciendi teſtamẽtũ adipiſcebãtur, licet prius eſsẽt in poteſtate parentũ ſecũdũ Feneſtellã de veſtalibꝰ. Aeg. per.

¹ Iſta glo. eſt approbata per Ange. hic.

Filiusfamilias, licet teſtari nõ poſsit, bene tamẽ poteſt, donare cauſa mortis.

Nihilo magis & nihilo minus, differunt.

Non tñ. Iſte ti. diuidit in ſeptem partes: qa enumerãtur ſeptẽ gradus perſonarũ. Et primo ponit de filiofami. Secũdo de impubere. Tertio de furioſo. Quarto de prodigo. Quinto ponit de ſurdo & muto. Sexto de cæco. Septimo de capto ab hoſtibus. Secunda ibi, Præterea. Tertia ibi, Itẽ furioſi. Quarta ibi. Itẽ prodigus. Quinta ibi, Itẽ ſurdus, & mutus. Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi, Eius. Iſte tit. eſt facilis in caſus poſitiõe: ideo vide per teipſum.

a Nõ tñ. videbatur quẽlibet ſeruãtẽ ſupradicta poſſe teſtari: ſed contrariũ eſt in tredecim caſibus q in ti. iſto pro parte dicuntur¹. Et hoc eſt qđ dicit, nõ tñ &c. & no. j. e. §. ſi. Acc.

b Statim. i. in primis. vel ſtatim, id eſt, eoipſo.

c Permiſerint. ſed cã mortis filius donare põt patre conſentiente: vt. ff. de do. cã mort. l. tã is. in ſi. Et rõ diuerſitatis eſt: qa teſtamẽtũ ex libero, nõ alieno arbitrio debet procedere: vt. ff. de hær. inſti. l. illa inſtitutio. Accur.

ADDITIO. Quãuis eñ donatio cã mor. ſit vltima voluntas: tñ magis accedit contractui: vt no. ſ. de dona. in prin.

d Nihilo magis. i. nõ ideo magis. habet eñ in ſe negatiuam: ſicut nihilo minus affirmatiuam. Accur.

ADDITIO. Aduerte, licet tex. dicat filios non poſſe teſtari: hoc tamen fallit, quando teſtantur ad pias cauſas: quia tũc poſſunt. c. licet. de ſepul. lib. vj.

e Iis. ſ. caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habentibus: vt. ſ. ti. proxi. §. fin.

f Conſtitutionibus. extrauagantibus.

g Quod quidẽ ius. ſ. poſſe teſtari: in caſtrenſibus.

h Auguſti quam Neruę &c. quorum dicta non habemus. Accur.

i Subſcriptione. cuius verba non habemus.

k Veteranis. ſ. filiisfamilias: de quibus hic loquitur.

l Nullis. liberis vel fratribus ſuperſtitibus. nã liberi defũcti militis & fratres patrẽ excludebunt: vt. C. cõm. de ſuc. l. ſi. Hodie ſoli liberi militis: vt in aut. de hęr. ab inteſt. ve. circa princ. ibi, ſi quis igitur. col. ix.

ADDITIO. Quibus non extãtibus ſuccedit pater vna cũ fratribus: vt no. co. ti. §. ſi igiẽ defunctus decedẽtes. ver. ſi vero cũ. dũmodo deferaẽ tanquã hęreditas: vt. j. proxi.

m Iure communi. nõ hęreditario: ſed tanquam occupãtl peculiũ profectitiũ vel aduẽtitiũ: vt. ff de caſtr. pec. l. ij. hodie videẽ etiã iure hæreditario: vt in auth. de hę. ab inte. ve. §. ſi igitur defunctus decedentes. colla. ix. Accur.

n Cõmune. ſic. ſ. per quas perſ. nob. acqui. §. j.

o Iure ciuili. ſ. antiquo. ſic. ſ. p quas perſ. no. acquir. §. j.

p Peculia. ſ. aduẽtitia et profectitia. nã caſtrenſia vel quaſi etiã iure veteri non acquirebaẽ patri: vt ff. de colla bo. l. j. §. nec caſtrenſe.

q Noſtris. & alienæ & noſtræ ſunt: vt. C. de bo. mater. & C. de bon. quæ lib. per totum.

r Non acquiruntur. ſcilicet, nobis patribus.

s Inutile eſt. quia quod ab initio non valet, ex tractu tẽporis non conualeſcit. argu. ſ. titul. j. circa prin. ibi, alioqui. Argu. contra. C. de nupt. l. & ſi contra. Solu. ibi non valuit matrimonium ex primo, ſed ex nouo poſt matrimonium conſenſu.

t Deceſſerit. non idem de ſeruo teſtante, ſi fideicommiſſum ſit relictum: quia valet, ſi durat voluntas: vt. ff. de leg. iij. l. j. §. j.

† Profectitiũ tamẽ filij peculiũ eos vẽdere poſſe, aperto docet hoc loco Theophilus: ſic eñ ille ait, vt Ia. Curtius vertit. Si qs graueꝫ alienũ contraxit, & bona eius à creditoribus diſtrahantur, profectitiũ filij peculiũ vna vẽditur, caſtrẽſe vero nequaquam.

Et hoc verũ indiſtincte ſi defectus ſit in perſona hęredis. idẽ ſi in perſona teſtãtis: vt quia ſit inteſtabilis: ſecus ſi oneratus creditoribus ſeruos inſtituere nequeat: vt l. ei qui ſoluendo. ff. de hær. inſti. tu. defectꝰ quoque ſolennitatis: vt i numero ſeptẽ teſtiũ rogatorum ex poſt facto confirmari non poteſt niſi in caſu l. g. j. C. de fidei cõ lib. ſecus ſi reſpiciat fauorẽ priuatũ. l. filio præterito. ff. de iniu. teſta. Ang.

Impub

Impubes non poteſt facere teſtamentum [illegible] nec factum conualeſcit, licet efficiatur pubes, vel ſanæ mētis. Are.

[illegible] ſtu temporis non conualeſcere: & [illegible] factum, etiam ſi ad eum caſum venit, à quo initium ſumere non potuit, [illegible]

Præterea † teſtamentum facere non poſſunt impuberes a: quia nullū eorum animi iudicium b eſt. Item furioſi c: quia mente carent †, nec ad rem pertinet, ſi impubes poſtea pubes, aut furioſus poſtea compos mētis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi d autem ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorū intermiſſus eſt, iure teſtati e eſſe videntur: certè eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento valente. Nam neq; teſtamentum rectè factum, neque vllum aliud negotium f rectè geſtū, poſtea furor interueniens perimit.

Non valet teſtamētum prodigi factum poſt interdictum: ſed prius factum ſic. Aretinus.

Item prodigus g, cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta eſt h, teſtamentum facere non poteſt: ſed id, quod antè fecerit, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat, ratum eſt i.

Mutus & ſurdus poſſunt certis caſibus condere teſtamentum: ſed non ſemper. h. d. primo. Et vitium ſuperueniens poſt teſtamentū perfectum, non nocet. Areti.

Item ſurdus & mutus non ſemper k teſtamentum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo l loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquit̃. Sæpè enim etiā literati & eruditi m homines varijs caſibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt n.

a Impuberes. ſed ex quo tetigerunt de vltimo die xiiij. vel xij. anni: ſatis eſt, fauore teſtamenti: vt. ff. eo. de teſt. & qui teſta. facere poſ. l. qua ætate. Idem in vſucapione: vt. ff. de vſucap. l. in vſucap. Secus in præſcriptionibus odioſis: vt. ff. de act. & obliga. l. in omnibus temporalibus. Itē ſecus, vbi eſt fauor eius, qui vult prorogare, vt in contractibus à minore factis: vt. ff. de min. l. iij. §. minorem.

b Iudicium. i. diſcretio: vt. ff. de iudi. l. cum prætor. §. non autem. verſic. lege. Quandoque ponitur pro ſententia, vt rei iudicatæ ſtandum eſt: vt. C. de re iudi. l. j. Quādoque pro inſtātia cauſæ triēnij: vt. C. de iudi. l. properandum. per totum. Quandoq; pro actione: vt iudicium familiæ erciſcūdæ, vel communi diuidūdo: vt. C. de offi. iudi. §. ſi familiæ erciſcundæ. &. §. fin. Quandoq; pro lite ſiue controuerſia: Vt iudicium pēdet ſuper hereditate: vt ff. ad Treb. l. j. ſecūdo reſpon. Quandoque pro authoritate, vt negotia eccl'iaſtica nō ſunt diſponenda laicorum iudicio, id eſt, authoritate. extra de iudi. c. decernimus. Quādoq; pro foro, vt cauſa iuriſpatronatus definiri debet eccleſiaſtico iudicio, id eſt foro. c. quanto. extra de iudi. Quandoque pro arbitrio. ff. qui ſatiſda. cog. l. arbitrio. Si enim arbiter eſt iudex: ergo arbitrium eſt iudicium. Quādoque pro vltima voluntate ∴, vt iudicium teſtatoris caſſum eſſe non debet. C. de ſacroſanc. eccle. l. j. Quādoque pro quæſtione, vt ciuilis cauſa in iudicium, id eſt in quæſtionem deducta cum criminali, poſt criminalem eſt diſtinguenda. C. de ordi. iudi. l. fin. Quandoque pro diſcuſsione ſiue iuris diſcuſsione: vt in tit. de iudi. ff. &. C. Quandoque pro poteſtate iudicandi: vt. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur vetante eo, qui iudicare iuſſerat. Quandoque pro pernicie ſiue damnatione, vt ibi, Qui manducat & bibit indignè corpus & ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Quandoque pro pœna, vt ibi, Qui bona egerūt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in reſurrectionem iudicij & pœnæ æternæ. Quandoque pro proceſſu iudiciali: vt. c. j. de iudi. lib. vj. Et iſta xv. ſignificata iudicij poſſunt his verſibus comprehendi. Actio, lis, author, forus, arbiter, vltima velle: Quæſtio diſcer. ſen. inſtāt. diſcuſsio, poſſe: Pernicies, pœna proceſſus iudicialis.

ADDITIO. Facit ca. in iudicijs. de regu. iuris, libro ſexto.

c Item furioſi. repete, non poſſunt teſtamentum facere.

d Furioſi. hac ratione idem in mente capto dicam: vt arg. ff. de verbo obliga. l. à Titio. in fine.

e Teſtati. vt. C. e. qui teſt. fa. poſ. l. furioſum. in prin. ADDITIO. Idem in dubio, ſi tempus teſtamenti erat remotum à tempore furoris, ſed ſi vicinum, tūc ex qualitate ipſius actus præſumit̃ fuiſſe ſanæ mentis, vel nō. Et qualiter ꝓbetur furor, vide Ang. hic.

f Negotium. vt vſucapionē inchoatam: vt. ff. de vſucap. l. iuſto. §. eum. vel poſſeſsionē q̃ſitam: vt. ff. de acquiren. poſſeſ. l. ſi is qui animo. ſic. ff. de pecu. l. quam Tuberonis. in princi.

g Prodigus. prodigus eſt, qui neq; finem, neque modum habet in expēſis: vt. ff. de cur. fur. l. j. Nam prodigus dat danda, & non danda: auarus tenet tenenda & non tenenda: largus medium tenet inter vtrunque. ADDITIO. Vnde verſus, Prodigus eſt, animi vitio retinenda profundens. Qui retinet danda cupide, cenſetur auarus. Largus, qui ſumptum facit ex ratione libenter. vide notata in ca. ex parte. extra de conſuetu. in gloſ. ij.

h Adminiſtratio interdicta eſt. ſi dicas à iudice, planum eſt, ſi dicas à lege, vt quia crimen legæ Iuliæ maieſta. commiſit: multo minus teſtatur: ſed & tunc prius factum rumpitur: vt. C. ad legem Iuliam maieſta. l. fina. ADDITIO. Et ſufficit, quod fiat præconium publice cum cauſæ cognitione, quod nemo contrahat cum eo, vel quod iudex declaret eum eſſe prodigum, vel det ei curatorem tanquam prodigo, ſeu aliter notorie prodigus exiſtat.

i Ratum eſt. Quid ſi fiat interdictio, cum tamen non ſit prodigus? Reſpond. forte non valet interdictio: arg. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. Seia. ı Sed cōtrarium verum eſt, cum ſit facta contra ius litigatoris tantum: non contra ius legis. ff. quæ ſenten. ſine appella. reſcin. l. j. in princip. &. §. j. &. C. quando prouoc. non eſt neceſ. l. ij. ADDITIO. Vide capi. cum inter. extra de re iudicata.

k Non ſemper. ſed quandoq; poſſunt, ſecundum diſtinctionem ſequentem.

l De eo ſurdo. ſic. j. de inutil. ſtip. §. mutum.

m Eruditi. ſcilicet in minoribus.

n Amittunt. & maxime impij aduocati, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt. c. literas. de tempo. ordi. capi. paſtoralis. de iure patro. & cap. fina. de immunita. eccle. cum ſimil. quia per quæ quis peccat, per hæc torquetur.

∴ Facit ad iſtū. §. qđ dicitur in ca. ſicut te nor. iuncta glo. ſuper ver. mentem. extra de reg. ∵ Temporis tractus nō cōualidat ĩualidum.

† Valerius tamen maximus lib. vij. capit. viij. author eſt cētum viros ꝓbaſſe teſtamētum Tuditani ꝑpetuo furore agitati, quo ille filium heredem ſcripſerat.

∴ Hinc iudicare quādoq; id eſt in vltima voluntate aliquid relinquere. c. licet de ſepu. lib. vj. Aegi. per. j. Cor. xj. Ioan. v.

Verſus.

Prodigus, quis eſt.

ı Et hoc verū quando datus eſt ſimpliciter curator impuberi tāquā puberi: vt l. ſi tutor petitus. ff. de tu. & cur. da. ab his: ſecus ſi tanquā ꝓdigo cū non ſit, vt hic in fi. & eſt rō quia pupillū declarat natura, ſed ꝓdigū ipſe iudex. vel quia curatoris datio facilius, id eſt ſolo tractu tēporis ꝑdit vires, quam ꝓdigalitas vbi exigit certitudo reditus ad ſanam mētem. Ang.

a Conſtitutio. vt. C. qui teſta. fac. poſ. l. diſcretis.

b Certis. vt mutus & ſurdus caſu, vel mutus tantũ, ſiue natura ſiue caſu, ſi ſcribere nouit, ſua manu ſcribat teſtamentum. Si autẽ per alium ſcribere velit, impetret hoc à principe: vt. ff. eo. de teſta. & qui teſta. fac. poſ. l. ſi mutus. Itẽ ſi ſurdus tantum caſu eſt, vel etiã natura, teſtetur ſi vult, ſi poteſt loqui articulate: vt. C. qui teſta. fac. poſ. l. diſcretis. ſi autẽ natura eſt ſurdus & mutus, non poteſt, niſi ſit miles: vt. ſ. tit. j. §. quinimo. ADDITIO Quidam dicũt debere intelligi de muto & ſurdo à caſu: & tunc miles teſtabitur de licẽtia principis in ijs caſibus, in quibus paganus non poſſet.

Vnde noſtra cõſtitutio [a] etiã his ſubuenit, vt certis [b] caſibus & modis ſecundum normã eius poſſint teſtari, aliaq; facere, quæ eis pmiſſa ſunt. Sed ſi quis [c] poſt teſtamentũ factum, aduerſa valetudine, aut alio quolibet caſu mutus, aut ſurdus eſſe cœperit: ratũ nihilominus manet eius teſtamẽtum.

Cæcus cum ſolennitate communi non poteſt facere teſtamẽtum; ſed ſeruando quandam ſolennitatem ſpecialiter ad hoc aſſignatam. Aretinus.

Cæcus [d] autem nõ poteſt facere teſtamentum, niſi per obſeruationem [e], quam lex ex diui Iuſtini pris noſtri [f] introduxit.

Captus apud hoſtes, teſtamentum facere non poteſt, ſed prius factum, ſi ibi moriatur ex lege Cornelia valet: ſi redeat, ex poſtliminio. Aretinus.

c Sed ſi qs. ſic. ſ. eo. §. ptcrea. & §. ſi furioſi.

d Cęcus. naturaliter, vel caſu: & orbatus vtroq; lumine. ſecus ſi vno tantum: vt. C. de excu ſa. tut. l. frater.

e Per obſeruationem. ſ. vt coram ſeptẽ teſtibus & tabellione, vel alio loco eius, ſi nõ inueniatur tabellio, dilucidius volũtatem ſuam declarat & in hæreditatibus & in legatis: & omnia in ſcriptis reſerantur: vt. C. eo. l. hac conſultiſsima.

f Patris noſtri. alias mei. ſic. ſ. de dona. §. eſt & aliud.

g Apud hoſtes. ſ. vt captus vel obſes: vt. ff. eo. de teſtamen. l. obſides.

h Non valet. quia ſerui ſunt, vel quaſi: vt. ſ. de iure perſo. §. ſerui. & ff. de libe. homi. exhi. l. ij.

i Fuerat. ante captiuitatem.

k Poſtliminij quod fingit eũ ſemper in ciuitate fuiſſe: vt. ſ. quibus mod. ius pat. pote ſol. §. ſi ab hoſtibus. non autem l. Corne. ita fingitur, & quod dicitur. C. de cap. l. j. & l. captum. improprie ponitur lex Cornelia pro iure poſtliminij.

l Ex lege Cornelia. quæ fingit eum prima hora captiuitatis mortuum, & ſic liberum: vt. ff. eo. de teſta. l. lege Cornelia. Aliud eſſet ſi nulla eſſet fictio, vt in ſeruo pœnæ facto: vt. j. quibus mo. teſta. infir. §. nõ tamẽ. Vltimo nota, q xiij. ſunt perſonæ & plures quę teſtari non poſſunt. Filius familias. Item ſeruus: vt. ſ. eo. in prin. & ff. eo. de teſt. l. ſi filius. Itẽ impubes. Item furioſus. Item mente captus. Item prodigus. Item mutus. Item cæcus. Item ſurdus: vt. ſ. eo. §. præterea. & §. Itẽ furioſi. §. item prodigus. & §. item ſurdus. & §. cæcus. Item damnatus ad mortem naturalem vel ciuilẽ: vt ff. eo. de teſta. l. eius qui. §. j. vſque ad fi. Item obſes: vt. ff. eo. l. obſides.[1] Item de crimine famoſo dãnatus: vt. ff. eo. l. is cui. §. ſi. & l. cum lege. Item de ſtatu ſuo dubitãs: vt. ff. de teſta. l. qui in domini. & l. de ſtatu. Itẽ monachus: vt in auth. de mona. §. illud quoque. colla. j. ſed hodie ſecũdum quoſdam corrigitur: vt in auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi qua mulier. colla. iij. Item is cui interdicitẽ bonis à lege: vt. C. de hære. & manichæ. l. manichæos. & ad legẽ Iuliam maieſt. l. vltima. Vnde verſus.

Teſtari nequeunt, impubes, religioſus,
Morti damnatus: & ſub patre filius, obſes,
Prodigus, & ſtultus, & dubius, ſeruus, furioſus,
Crimine dãnatus, cum muto, ſurdus: & illum
Qui maieſtatem læſit, cæcum quoque iungas.

1 Intellige ſi ſint dati ꝓ pace tenenda & à populo Romano: in quibus habet locum etiam lex Cornelia: ſecundum Io. Fa. alias ſi dati ab alia ciuitate, vel dño, nõ ſiunt ſerui, vt per. Ange. hic.

Eius, qui ad hoſtes [g] eſt: teſtamentum quod ibi fecit, non valet [h], quamuis redierit. Sed quod dum in ciuitate fuerat [i], fecit: ſiue redierit, valet iure poſtliminij [k]: ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia [l].

TITVLVS XIII.

DE EXHAEREDATIONE LIBERORUM.

Quiſquis filium habens in poteſtate, ritè teſtari vult, operæ pretium eſt, vt eũ aut inſtituat, aut nominatim exhæredem faciat: alias etenim præteritione vſq; adeò nullum fit teſtamentum, vt etiam ſi viuo patre deceſſerit, non conualeſcat. In filiabus autem cæteriſq; per virilem ſexum deſcẽdentibus, longè diuerſam rationem tenuit antiquitas: vt ex hoc textu degustare potes.

De exhæredatione liberorum. Iſte titulus continuatur per gl. j. [illegible] in margine. Ang. Vel ſic, Dictum eſt ſupra, de teſtamentis, & eorum ordinatione: [illegible] in teſtamento quandoq; liberi exhæredantur: ideo ſequitur titulus de exhæredatione liberorum.

Non tamẽ vt

Non tñ. Totus iſte titulus diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit qd iuris erat de iure antiquo circa exhæredationem liberorum, & qua forma exhęredabãtur. Secundo qualiter hodie exhæredari debeant. Tertio aliqua dubia circa prædicta ſubinfert. Secunda ibi, Sed hæc quidem. Tertia ibi, Sed ſi in expeditione. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit quandam continuationem ad præcedentia. Secũdo ponit qualiter exhæredationem fieri de iure antiquo ſufficiebat de liberis natis & in poteſtate, & primũ locum ſiue gradum obtinẽtibus. Tertio de liberis naſcituris, vel de natis non obtinentibus primum gradum. Quarto de emãcipatis. Quinto de liberis ciuilibus tantum, & de eorum exhæredatione. Secunda ibi, Sed qui filium. Tertia ibi, Poſthumi. Quarta ibi, Emãcipatos. Quinta ibi, Adoptiui. CASVS. Dñe, iam video de hac obſeruatione ſolenni obſeruãda in teſtamento: nũquid ſufficit huiuſmodi obſeruatio ad hoc, quod teſtamentum inexpugnabiliter valeat? Rñdet q nõ. Non enim vt omnino valeat teſtamentũ, ſufficit pdicta obſeruatio, quam. ſ. de teſt. ord. expoſuimus ſed teſtator qui filiũ in poteſtate habet eũ, vel hæredem inſtituere teneatur, vel nominatim exhęredare neceſſe habet. Si enim eũ ſub ſilentio præterierit, inutile erit teſtamẽtum: & intantũ erit inutile, vt licet iſte filius pteritus viuente teſtatore mortuus fuerit, nemo tamẽ ex eo teſtamento hæres exiſtere poſsit. & hoc ea ratione: qa prę terito filio in poteſtate tempore facti teſtamenti exiſtẽte, teſtamentum ipſo iure nullum fuit. & hoc verũ fuit in filijs maſculis primi gradus, ſed ſecus erat ĩ filiabus. Nam non ita de filiabus vel alijs liberis vtriuſq; ſexus in remotiori gradu conſtitutis apud veteres obſeruabatur. Neque enim exhæredantur, & tamen teſtamẽtum propter hæredis præteritionem non infirmabatur: ſed ius accreſcendi vſque ad certam portionem, id eſt dimidiam

dimidiã illius portionis, quã habituri eſſent ab inteſtato eis pręſtabat̃. Nec ſolũ fuit hm̃oi differẽtia inter filios maſculos & hm̃oi pſonas, ſed etiã alia: qa licet filij maſculi nominatim debeãt exhęredari, nõ tñ ſupradictas perſonas nominatim exhęredare parẽtibus erat neceſſe: ſed licebat eis illas pſonas iter cæteros exhæredare. Sed dñe dicatis mihi, qd eſt exhæredare noĩatim? Ad hoc rñ. Amice, exhęredare noĩatim, videt̃ q proprio noĩe expreſſo exhæredat. veluti ſi teſtator dicit, Titius filius meus exhęres eſto. vel nõ addito proprio noĩe: ſed appellatiuo tñ: vtputa, ſi teſtator vnũ ſolũ filiũ habuit. Et hęc dicũtur vſq; ad illũ. §. poſthumi quoque. Fran. de Arc.

omnino[a] * valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, quam ſuprà[b] expoſuimus: ſed qui filium[c] in poteſtate[d] habet, curare debet, vt eum hæredem inſtituat, vel exhęredem nominatim faciat. Alioqui, ſi eum ſilentio præterierit[e], inutiliter teſtabit̃: adeò[f] quidẽ vt ſi viuo patre filius mortuus ſit, nemo[g] hęres ex eo teſtamẽto exiſtere poſsit: quia. ſ. ab initio non conſtiterit[h] teſtamentum. Sed nõ ita[i] de filiabus & alijs per virilem ſexum deſcendentibus liberis vtriuſq; ſexus antiquitati fuerat obſeruatum. ſed ſi nõ fuerant ſcripti hæredes ſcriptæ ve, vel exhæredati exhæredatæ ve, teſtamẽtum quidem non infirmabatur[k]: ius tamen accreſcendi eis ad certam portionem[l] præſtabatur. Sed nec[m] nominatim eas perſonas exhæredare parentibus neceſſe erat: ſed licebat inter cæteros[n] hoc facere.

Exhæredatio nominatim fit dupliciter. Arg.

Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſiue ita exhæredetur: Titius filius meus exhæres eſto, ſiue ita: Filius meus exhæres eſto, non adiecto proprio nomine: ſcilicet, ſi alius filius non extet[o].

Poſthumi præteritione non protinus ab initio infirmatur teſtamentum, ſed ita demum cum natus fuerit poſthumus: quo nõ naſcẽte firmũ manet teſtatoris iudiciũ.

Poſthumi quoque liberi vel hæredes inſtitui[p] debent, vel exhęre-

a Nõ tñ vt oĩno. licet dicta obſeruatio. ſ. de teſt. or. ſolẽnis ſit: non tñ &c. Vel ſic. ſ. de ea obſeruatiõe, q̃ eſt circa fidẽ et pbationẽ, ſatis dictũ eſt: nunc de ea, q̃ eſt circa pietatẽ, dicendũ eſt: & licet ea obſeruatio. q̃ circa fidẽ eſt, ſatis diligens ſit: non tamen &c.

b Supra. ſ. in tit. de teſta. ordi.

c Filiũ. etiã militẽ: vt. ff. de li. & poſt. l. filiusfamilias.

d In poteſtate. ſecus in emãcipato iure ciuili: ſed idẽ iure prętorio: vt. j. eo. l. emancipatos. Accur.

ADDITIO. Imo hodie pręteritus dicit nullũ etiã de iure ciuili, ſicut in poteſtate cõſtitutus: vt per glo. in. §. exhæredatos. in gl noluit. in auth. de hær. & fal. Ang.

e Præterierit. ſ. nec inſtituẽdo, nec exhęredãdo: vt. j. de hæred. quæ ab inteſtã. §. eadẽ. nec ipſo iure valet: vt C. de lib. præte. l. maximum.

f Adeo. ſ. inutiliter teſtabitur.

g Nemo. ff. de iniu. ru. teſt. l. filio. §. ſi cõtra. Sol. ibi, filius viuit, hic nõ. Vel hic iure ſtricto, ibi æquo * .. Ac.

h Non cõſtiterit. aliud ſi cõſtitit: licet poſtea rumpatur: puta agnatione poſthumi, qui poſtea moritur: quia tunc reconualeſcit teſtamentũ: vt. ff. de iniuſt. rup. teſt. l. poſthumus. in prin .. & . j. eod. §. poſthumi. ibi, quod & filio &c. Nec eſt mirũ: quia ſi ab initio rũpitur agnatione poſthumi: eo mortuo conualeſcit. arg. ff. de regu. iur. l. quo ab initio.

i Sed nõ ita. no. ex vna parte ponit filios tñ, ex alia filias, & oẽs ex maſculis vel fœminis deſcendentes.

k Nõ ĩfirmabat̃. cõtra. J. e. §. ſed fœminini So. vt ibi.

l Ad certam portionẽ. ſ. dimidiã eius, quod ab inteſtato habituri eſſent: vt. C. de lib. præt. l. maximum. circa me. ibi, cum enim per contratabulas &c.

m Sed nec. hæc eſt ſecunda differentia inter prædictas perſonas.

n Inter cæteros. ſ. hoc modo: vnũ de filijs meis exhęredo, vel vno inſtituto, ſic dico, reliquos exhæredo. nam niſi diceret, cæteros exhæredo: licet dicat, filium meum exhæredo, cum plures habeat: nemo exhæredatus videtur: vt. ff. de libe. & poſthu. l. ij. ſed ſecus erit in iſtis. nam bene valet, vt hic dicitur.

o Non extet. item alijs modis: vt omnes liberi mei ſint exhæredati: & ſi ſit vnus tantũ: vt. ff. de li. & poſt. l. Titius. in prin. Itẽ ſi dixerit alia verba quæcunq; dũmodo certa: vt. ff. ſi cer. pet, l. certum. de iniuſt. rupt. teſta. l. poſthumi. §. nominatim. & . ff. de lib. & poſthu. l. j. & ij. ſed ſecus ſi dicat filium meũ inſtituo: cęteros liberos exhæredo. vel Seium extraneũ inſtituo: liberos autem exhęredo. & hic non dicit omnes, vt non contradicat princ. glo[z]. Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia miſtio ſit cum cæteris in remotioribus gradibus cõſtitutis, vnde non valet, cum debeãt exhæredari nominatim, vt hic dicitur.

Poſthumi quoque. CASVS. Domine, iã video quid iuris eſt circa exhæredationẽ liberorũ iam natorum, ſed quid domine, ſi teſtator reliquerit vxorem prægnantẽ: nunquid neceſſe habet exhæredare vel inſtituere vterum? Rñ. q; ſic. nam nõ ſolum nati liberi, ſed etiam poſthumi exhæredari debent, vel hęredes inſtitui: & in eo par omnium poſthumorũ conditio eſt, q; quocunq; poſthumo ſiue maſculini ſexus, ſiue fœminini præterito, non valet teſtamentũ: quia ſi naſcatur poſthumus vel poſthuma, natiuitate eius rumpitur teſtamentum. vnde ſi mulier prægnãs de qua ſperabat̃ poſthumus naſciturus, ediderit abortiuũ: nihil erit impedimento hęredibus inſtitutis ad hæreditatẽ ex teſtamento adeundam. Nam iſte abortiuus, qui mortuus natus eſt, vel contra formã humani generis editus, pro nõ nato habetur. Sed licet in hac particula ſit contradictio omniũ poſthumorũ parificata: in alio tñ differũt. nã fœminini ſexus poſthumę vel nominatim vel inter cæteros ſolebant exhæredari: prout placuerat teſtatori: ita tñ vt ſi teſtator hm̃oi perſonas inter cæteros exhæredaret, aliquid eis legaret, ne viderẽtur hm̃oi poſthumæ per obliuionẽ à teſtatore pręteritę eſſe: ſed ſecus erat in maſculis poſthumis. Poſthumos eñ maſculos, puta filiũ, & deinceps, ſtatutũ eſt non poſſe aliter recte exhęredari, niſi nominatim exhęredẽtur. Sed dñe, p Deo, qualiter poteſt poſthumus nominatim exhæredari, ſi teſtator de ſexu faciat mentionẽ? Rñ. quod hoc modo, Quicũque mihi filius maſculus genitus fuerit: exhæres eſto. Et hæc dicuntur de veris poſthumis vſq; ad illum. §. poſthumorum. Fran. de Arc.

p Inſtitui. iſta inſtitutione ex præſenti matrimonio naſcituri, & ex futuro inſtitui videntur: vt. ff. de lib. & poſthu. l. placet. & l. ideoq; . Quid in exhæredatione poſthumorum, an omnes ſiue ij, qui ſunt in vtero tantũ, an alij q ſunt naſcituri ex præſenti matrimonio vel

* Alias, omnimodo.

† Tu vero dicito, qd' aut filius moriturviuo patre, & teſtamẽtum omnino nullum eſt vt hic. aut ſuperuixit patri, & ſi dixit teſtamentũ nullum, nõ valet: ſi vero tacuit & approbavit, licet iuris ſubtilitate nullũ ſit, ex æquo tamẽ reconualeſcit, & id paſsim tenetur.

‡ Et ibi eſt caſus in quo etiam hodie neceſſaria eſt bonorum poſſeſsio. & alios viginti vide per Ang. q' eſt magnæ vtilitatis: quia etiam liberi intra annũ, cognati vero intra cẽtum dies tantũ & non ſolũ animo, ſed coram pretore agnoſcent.

z Iſtã gl. repræhendit Ioan. Fab. hic.

‡ Et etiã filij poſtea adoptati, qui dicuntur poſthumi ciuiles. l. ſi qs poſthumos. ff. eo. An autem naturales tãtũ, & quid ſi inſtituat vẽtrẽ vxoris ſuæ vide p Ang. hic.

futuro, intelligūtur exhæredati? Rñ. non: cum maſculi debeāt nominatim exhæredari: vt. j. e. §. maſculos. Ac.

ADDITIO. Et hæc vera: licet gloſ. teneat contrariū in. d. l. placet. quam ſaluat Ioan. Fab. vbi eſſent appoſita verba multiplicatiua vel vniuerſalia, quiſquis, quicunq; & ſimilia, ſecus, ſi indefiuita tantum, vt hic.

a In eo. ſ. quod ſequitur: quod & filio &c.

b Omniū. ſ. poſthumorū ex ſe naſciturorum, & ex filijs ſuis: licet in iam natis non ſit par cōditio: vt. ſ. eo. §. ſed non ita.

c Maſculini. ſiue ex maſculo, ſiue ex fœmina.

d Adgnatione. i. natiuitate. ſic. j. quibus mod. teſt. infir. §. primo.

e Rumpitur. ſi vero exhæredabatur, de inoſficioſo agebatur: vt. j. de inof. teſta. §. poſthumi. Hodie vero exhæredari non poſſunt: vt. C. de inoſſi. teſt. l. ſi quis. §. legis.

Poſthumi hodie exhæredari non poſſunt.

f Infirmatur. Hic adde quod eſt ff. de milit. teſt. l. ſi filiuſfamil. j.

g Abortum. qui eſt pro non nato: vt ff. de verb. ſig. l. qui mortui. & C. de poſth. hære. l. j. Ac.

ADDITIO. Idē in ſeminato mortuo ante, quā perfecte extrahatur. Secus tamen in nato ex ſecto ventre, qui non declinat ad mōſtrum, dummodo habeat pulſum, etiā ſi vocem non emiſerit. Vide Ang. hic.

dari. Et in eo[a] par omnium[b] conditio eſt, quòd & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberi, ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini[c] pręterito, valet quidem teſtamentum: ſed poſtea adgnatione[d] poſthumi, ſiue poſthumæ rumpitur[e], & ea ratione totum infirmatur[f]. Ideoq́; ſi mulier ex qua poſthumus, aut poſthuma ſperabatur, abortum[g] fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ[h] vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari ſolebant: dum tamen ſi inter cæteros[i] exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per obliuionē. Maſculos verò poſthumos, id eſt, filios, & deinceps placuit non aliter rectè exhæredari, niſi nominatim exhæredarentur: hoc ſcilicet modo: Quicūque mihi filius genitus fuerit, exhæres eſto.

h Perſonæ. ſ. poſthumæ. nam iam natis fœminis non erat neceſſe legari: vt. C. de lib. pręte. l. maximum. in fi. & ſ. eo. §. ſed non ita.

i Inter cæteros. Hodie per conſtitutionē omnes nominatim: vt. j. eod. §. ſed hæc. verſi. noſtra. Sed nouiſſimo iure non, cum non ſint ingrati: vt in authē. vt cum de ap. cog. §. aliud. col. viij. Accur.

ADDITIO. Quæ cauſa debet exprimi, & per hæredem probari: vt in authentic. ex cauſa. C. de lib. præteri. Angel.

Poſthumorum. CASUS. Domine, iam video & patet mihi qualiter exhæredantur liberi nati, & etiā poſthumi, nunquid ſunt plures modi exhæredandi vel inſtituendi? Et reſpon. quod ſic. Nam ſicuti dictum eſt veros poſthumos debere exhæredari vel inſtitui. ita & ij, qui loco poſthumi ſunt. Sed domine dicatis mihi, qui ſunt ij, qui loco poſthumi ſunt? Ad hoc reſpondet, Amice, loco poſthu. ſunt ij, qui tempore teſtamenti nō erant immediate adiuncti teſtatori: poſtea tamen adhuc viuente teſtatore in locum ſui hęredis ſuccedunt: & ita quaſi agnaſcendo immediate adiunguntur teſtatori, & ſui efficiuntur, vt patet in tali exemplo, Titius habet filium in poteſtate ſua: & ex eodem filio nepotem. hoc caſu: quia filius vno gradu præcedit nepotē, ſolus filius iura ſui hæredis habet: licet nepos & neptis ex eo in eius poteſtate ſint. vñ ſi Titius filius viuente adhuc Titio mortuus fuerit, aut de ptāte eius exierit, īcipit nepos ex filio natus in locū patris ſui mortui ſuccedere: & eo modo quaſi agnatione ſuus hęres efficitur: cum nullus in poteſtate exiſtens eum pręcedat: & ideo ſic teſtator ipſum filiū vel hæredem inſtituere, vel nominatim exhęredare debet, ita nepotem vel neptem ex illo neceſſe habet exhæredare, vel hæredem inſtituere: ne forte viuo adhuc teſtatore, filio eius, qui immediate erat ei adiunctus mortuo vel emancipato, vel alio modo patria poteſtate liberato, nepos ex filio in locum patris ſui ſuccedens, quaſi agnatione, eius rumpat teſtamentum. Et iſta prouiſio ad ſecuritatem teſtatorum per legem Velleiam introducta eſt, in qua quidem lege ſimilis modus exhæredationis ad exemplum verorum poſthumorum demonſtratur. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. emancipatos. & caſus eius eſt planiſsimus vſque ad. §. ſed hæc quidem. Franciſcus Accurſ.

Ex filio nepos viuo patre ſuus hæres auo nō eſt, quāuis in eius ſit poteſtate, ſed ſi viuo auo patrē mori cōtigerit, eius patris locum ſubintrans, quaſi agnaſcendo ſuus hæres fit: idcirco inſtitui vel exhæredari debet, ne illius præteritio aui teſtamentum infirmet.

Poſthumorum[k] autem loco[l] ſunt & ij, qui in ſui hæredis[m] locum ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo[n] fiunt parentibus[o] ſui hæredes. vt ecce ſi quis filium, & ex eo nepotem neptem'ue in poteſtate habeat: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui hæredis habet: quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius: incipit nepos, neptiſ've in eius locum ſuccedere: & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi adgnatione nanciſcitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum: ſicut ipſum filium vel nominatim exhæredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptem've ex

k Poſthumorum. ſic. ff. de iniuſt. rup. teſta. l. poſthumorum. vbi omnino habetur iſte §.

l Loco. non tamen veri poſthumi ſunt: vt. j. eodem. §. hoc. in fine.

m In ſui hæredis. infra de hæredum qualita. & differen. §. ſui.

n Adgnaſcendo. id eſt, ſubtus vel poſtea naſcendo, ſicut poſthumus verus. non enim naſcitur, cum natus ſit: vt ſupra de adoptionibus. §. primo. Vel dic agnaſcendo. id eſt: incipiendo eſſe agnati, quo ad effectum ſuccedendi.

o Parentibus. ſ. maſculis. nam teſtamentum fœminæ non rumpitur per legem Velleiam: vt. ff. de lib. & poſthum. l. Gallus. §. nunc de lege. ibi, nam & ſi ita verba ſunt[l], ſed per querelā irritatur: vt. C. de inoſſic. teſt. l. iij. & j. eo. §. mater.

Nota pręteritionē matris factā de liberis non annullare teſtamētum: quod ideo procedit, quia præteritio matris habet pro exhæredatione: vt videbitis. §. mater. j. eo. Chriſto.

Neceſſ

a Neceſſe eſt. cauſatiue, ſcilicet, ne rumpatur teſtamentum, vt ſequitur, non præciſe: vt. C. de adop. l. pe. §. quæ in filio.

b Eo viuo. ſecus ſi poſt: vt. ff. de iniuſt. rupt. teſta. l. ſi quis filio. & in hoc differt à vero poſthumo¹. Itē differt ab aſcendentibus: vt. ff. de inoffi. teſta. l. pater filium.

c Velleia. nomen eſt cuiuſdā nouæ legis: ſed ius Galli Aquilij antiquius eſt: & loquit in vero poſthumo, vt ſtatim dicam: vt. ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. ſi eius q filiū.

d Similis. In veris poſthumis talis erat modus: ſi me mortuo naſcet mihi filius intra x. mēſes: vt. ff. de libe. & poſthu. l. Gallus. §. inſo. & §. j. ij. iij. & iiij. ſic ergo & hic ꝑ leg Velleiā, ſi ſuus hæres ſuus eſſe deſiit viuo teſtatore: vt. ff. de li. & poſth. l. Gallus. §. videndū eſt num. & in hoc habet locū lex Velleia: ſic etiā eſt paritas ab inteſtato: vt. j. de hær. quę ab inteſta. §. cum autē.

e Iure ciuili. ſic j. de hære. quę ab inteſt. §. emancipati.

f Neceſſe eſt. nā nihilominus tenet teſtamentū. aliud in eo, qui eſt in poteſtate: vt. ſ. eodem. in princi.

g [illegible] Dic tam de iure ciuili: quia non erat cognitus: quam etiā de iure prætorio: quia prætor habet illas pro tabulis, ſi ſeptem ſignis teſtiū ſignatæ ſint: & dat bono. poſ. ſecundū tabul. vt. l. cum tabulæ. ff. de bo. poſ. ſecundū tab. nec de vitio præteritionis curauit, ſecundum Angel.

h Sui hæredes. ſupple: & quia deſierūt eſſe hęredes ſui: alias non eſſet bona ratio, cū filij neceſſe habeāt patres inſtituere: licet nō ſint patres ſui hæredes ad filios. Filius aūt emancipatus per capitis diminutionē deſinit agnatus eſſe, & remanet cognatus, qui nō cognoſcitur à iure ciuili: vt. j. de hæred. quæ ab inteſt. defer §. emancipati. & . ſ. de legi. agna. tute. §. fi na. & . ff de bo. poſ. l. ſed cum patrono. §. j. Accur.

i Fœminini. licet in ſuis eſſet differentia inter maſculos & fœminas iure ciuili: vt. ſ. eo. §. j.

Scilicet teſtatoris: ſecus in nepote poſt mortē vtriuſq; nato: vt hic per doct.

* In P. F. vbiq; ſcriptum eſt, Iunia Velleia.

¹ Cuius legis difficultates cuitabis apponendo talē clauſulam, ſi ſuus omnes natos & naſcituros q mihi agnaſci potetūt, in tali re iſtituo. Quo autē ad exhæredationem quaſi poſthumorū qui ſunt iā nati et quę debet fieri nominatī: ſic dices: talē nepotem vel ꝑ nepotē, ſi quādo me us erit ex tali cauſa exhære. ꝑ prie enim poſthumi exhæredari hodie nō poſſunt: vt ꝑ Io Fab. et Ān. hic.

² Alias, ꝑ mittit.

* Verbum rite notat ſolennitatē iuris: recte vero Iuſtitiam. ſic ſupra de milit. teſt. in prin. gl. i. l. hoc co ſore. ff. de inof. teſta. Tulli. lib.

filio neceſſe eſt ᵃ ei, vel hæredem inſtituere, vel exhæredare: ne fortè eo viuo ᵇ filio mortuo, ſuccedēdo in locum eius nepos, neptis've, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idq́; lege Iulia Velleia ᶜ * prouiſum eſt: in qua ſimilis ᵈ exhæredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorū demonſtratur.

Emancipati quoque liberi inſtitui, vel exhæredari debent: ideo qui eis præteriti (quamuis iure ciuili [illegible]) contra tabulas datur.

Emancipatos liberos iure ciuili ᵉ, neque hæredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe eſt ᶠ: quia non ſunt ſui hæredes ᵍ. Sed prętor omnes tam fœminini ʰ ſexus, quàm maſculini, ſi hæredes non inſtituantur, exhęredari iubet: virilis ſexus, nominatim: fœminini verò, inter cæteros: quia ſi neque hæredes inſtituti fuerint, neque ita (vt diximus) exhæredati ⁱ: permittit ² eis prætor, contrā tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

[illegible] inſtituti ſunt: haud [illegible] inſtituendi [illegible]: adoptione vero ſoluta, [illegible].

l Exhæredati. f. rite * alias autem exhæredato datur contra tab. vt. ff. de bo. poſſ. contra tab. l. non putauit. §. non quæuis. Item etiam inſtitutis datur contra tab. ſi alius cōmittat eis edictum ¹ : vt. ff. de contra tab. l. iij. §. ſi pater. ver. plane * . &. ff. de leg. præſtan. petita bonor. poſſ. contra tab. l. ſi duo.

[illegible] præeunte patre prætereuntur: quo tamen ad naturalem patrem tanquam ab eo emancipati haberi incipiunt.

Adoptiui liberi quandiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habētur ᵏ, cuius ſunt iuſtis nuptijs quæſiti. Itaque hæredes inſtituendi ˡ, vel exhæredandi ſunt, ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo, neque iure ciuili ᵐ, neque eo iure, quod ad edictum prętoris attinet ⁿ, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum ᵒ numero habeantur: vt eos neque hęredes inſtituere, neque exhæredare neceſſe ſit †. cùm verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre ᵖ, tunc incipiāt in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à naturali patre emancipati fuiſſent.

Sed hæc vetuſtatis [illegible]: nunc [illegible] ſi in [illegible] dem teſtamento modo & mares & fœminæ inſtituantur, vel exhæredentur [illegible] & deinceps, necnon & in poſthumis & emancipatis filijs obſeruare conuenit.

k Habentur. quo ad adoptiuū patrē.

l Inſtituendi. ab adoptiuo patre. Accurſius.

m Iure ciuili. quod. ſ. ius ciuile (ſcilicet adoptionis) quo vocantur ſui adoptiui ad hæreditatē, alio iure ciuili, ſcilicet, per emancipationē ſublatum eſt, quód eſſe poteſt: vt. ſ. de legi. agna. tute. §. ſi.

n Attinet. quod vocat emācipatos: vt. ſ. proxi. §. & eſt ratio: quia deſinunt eſſe filij. Sed naturales nō poſſunt deſinere eſſe filij per emancipationem. vt. j. de hæred. quæ ab inteſt. §. minus ergo. ibi, nec quia. Accur.

o Extraneorū. ff. de contra tabul. l. j. §. & ſui iuris.

p Patre. ff. de bo. poſſ. contra tabul. l. ſi emancipatus. §. penul. in ſi.

Sed hæc quidē. CASVS. Dicit Iuſtinia. quod huiuſmodi differentias ſexus & modi exhære. de quibus dictum eſt huc uſq;, vetuſtas, id eſt, media iuris prudentia introducebat: ſed noſtra conſtitutio differētias amouet, & nihil inter maſculum & fœminam, quantum ad modum exhæredandi vel inſtituendi intereſſe exiſtimauit: & hoc triplici ratione. Prima, quia vtræque perſonæ in procreatione hominum ſimili naturæ officio funguntur. Secunda ratio: quia lex antiqua xij. tabu. omnes tam maſculos, quam fœminas pariter ad ſucceſſiones parentum ab inteſtato vocabat. Tertia ratio eſt: quia prætores ſecuti ſunt. l. xij. tabul. dando ſcilicet, filiabus ſicuti & filijs præteritis bon. poſſ. contra tabu. in totum: vnde nos his rationibus moti, ſimile ac ſimplex ius antiquum, differentijs exploſis, in filiabus & filijs & omnibus alijs per virilem ſexū deſcēdentibus, nō ſolū iā natis, ſed etiā poſthumis, introdu-

j. theto. ratiocinatio ne teſtamētū inquit, ſcribunt teſtes rite aſfuerūt. Ac gi. per.

³ Quā poteſt integra re etiā cōmittēte in uito: vt. l. nonnunquā. ff. de leg. præſt. Ange.

* Et ibi glo. declarat qd ſit cōmittere edictum, et ſtipulationem cōmitti. Aeg. p.

† Refert tamen Valer. Maxi. lib. vij. ca. vij. Max. Anci Carſeolani equitis Romani filiū à Suffenate auūculo adoptatū nihilominus olim apud centum viros reſcidiſſe patris naturalis teſtamentū, in quo prę teritus erat. Adijcit pręterea tātam fuiſſe in ea cauſa vincendi ſtuduciā, vt L. Sextilius & P. Popilius cōſanguinei pro parte ſcripti hęredis nō auſi fuerint ſacramento cōtendere cū adoleſcente: & ſuccubuiſſe ipſum, q auſus fuerat cōtendere. Fran. Balduí hic.

ximus

ximus & ſtatuimus in conſtitutione noſtra: vt omnes ſiue ſint ſui, ſiue emancipati, aut inſtituantur hæredes, aut nominatim exhæredētur omnes, ſiue ſint iam nati, ſiue adhuc in vtero cōſtituti, & poſtea nati ſunt, eundē habeant effectū circa parentum ſuorū teſtamentum infirmandū, & hæreditatē à ſcriptis hæredibus auferendā, quem quidem effectū filij ſui, vel emācipati præteriti, vel exhæredati habere poterunt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. circa adoptiuos. & caſus planus eſt vſque ad finem. Fran. de Are.

Sed hæc[a] quidem vetuſtas[b] introducebat, noſtra verò cōſtitutio[c] inter maſculos & fœminas in hoc[d] iure nihil intereſſe[e] exiſtimās: quia[f] vtraque perſona in hominum procreatione ſimili naturę officio[g] fungitur: & lege antiqua[h] duodecim tabularum omnes ſimiliter ad ſucceſſionem ab initio vocabātur: quod & prætores poſtea ſecuti eſſe vidētur[i]: ideo ſimplex[k] ac ſimile ius, & in filijs, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum[l] perſonis, nō ſolùm iam natis, ſed etiam poſthumis introduxit: vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel hæredes inſtituantur, vel nominatim exhęredentur, & eūdem habeant effectum[m] circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatem auferendam, quā filij ſui vel emācipati habent: ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti, poſtea nati ſint[n]. Circa adoptiuos autem filios certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione[o], quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur.

Præteritio militis in expeditione teſtantis, ſi ſcit ſe habere liberos, pro exhæredatione habetur. Arg.

Sed ſi in expeditione occupatus[p] miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exhæredauerit, ſed ſilentio præterierit, non ignorans[q], an habeat liberos, ſilentium eius pro exhæredatione[r] nominatim facta valere, conſtitutionibus principum cautum eſt.

Matris aliorúm ve per lineam maternam aſcendentium præteritio: vim exhæredationis obtinet: idcirco ad eorum ſucceſſionem citra querelam aſpirare non poteſt præteritus filius.

Mater[s] vel auus maternus neceſſe non habēt liberos ſuos, aut hæredes inſtituere, aut exhæredare, ſed poſſunt eos ſilentio omittere: nam ſilentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem aſcendentium, tantùm facit, quantùm exhæredatio patris. Neque enim matri filium, filiam ve, neque auo materno nepotē neptem ve ex filia, ſi eum eam ve hęredem non inſtituat, exhæredare neceſſe eſt: ſiue de iure ciuili[t] quęramus,

a Sed hæc. ſ. ſupradicta à principio tit. vſque ad. §. emācipatos. Et dic hæc. ſ. differentiam ſexus & gradus, & modi exhęredationis: vt. ſ. eodē. §. j. & §. poſthumi. & §. ſed fœminini. nō autem dicit de ijs, quæ poſtea vſque modo dicta ſunt à §. illo, emācipatos.

b Vetuſtas id eſt. media iuris prudentia, vt ſtatim ſequitur.

c Cōſtitutio. C. de lib. pręt. vel exhære. l. maximum.

d In hoc. alias enim multæ differentię ſunt: vt. ff. de ſtatu ho. l. in multis.

e Nihil intereſſe. vt in authen. quib. mod. nat. eff. ſui. §. non autem. collatio. vij.

f Quia. prima ratio.

g Officio. id eſt. ſimili officio. vna enim indiget altera ad procreationē ſobolis, & hæc eſt prima ratio. l. xij. tabul. vt. C. de leg. hæred. l. legem.

h Lege antiqua. argumētatur ex iure antiquo. ſic. ſ. qui manumit. non poſſ. §. fi. & hæc eſt ſecunda ratio.

i Videntur. ſ. dando filiæ bono. poſſ. contra tabu. in totum, licet non poſſit dicere nullum: vt. C. de lib. præte. l. maximum. ibi, & ſi præteritus &c. & hæc eſt tertia ratio. Accur.

k Simplex. ad differentiam antiquæ diſtinctionis: vt ſ. eodem. §. j.

l Per virilem ſexum. Quid de deſcendentibus per fœmininum? Reſpond. admittuntur, ſed cum diminutione tertiæ partis: vt. j. de hæredib. quæ ab inteſta. §. item vetuſtas. verſicu. diu. & C. de collatio. bono. l. illam. Accurſius.

m Eundem habeant effectum. quo ad commodum, diuerſo tamen iure, nam ſuus præteritus & dicit nullum, & contra tab. habet, ſi non vult dicere nullum, quando præteritus eſt. Sed emancipatus tantum habet contra tabu. vt. C. de lib. præte. l. maximum. §. ſancimus itaq; &c. & ff. de le. præſtan. l. is, qui. Si aūt exhæredentur habent querelam omnes: vt. ff. de contra tabu. l. non putauit. §. nō quæuis. & de inoffi. teſta. l. Papinianus.

n Poſtea nati ſint. qui exhæredari nō poſſunt: vt diximus ſ. eod. §. poſthumi.

o Conſtitutione. C. de adopt. l. cum in adoptiuis. & recitatur ſupra de adoptioni. §. ſed hodie.

p Occupatus. quid ſi non eſt in expeditione? Reſpond. ius commune obtinet: vt. ſ. de mili. teſt. §. illis.

q Non ignorās. ſi enim ignorat, nō valet teſtamentum: vt. C. de teſta. mili. l. ſicut certi iuris. niſi fuerit eius animi, vt ſi filium haberet, eſſet exhęres: vt. ff. de mil. teſta. l. qui iure militari.

r Pro exhæredatione. ideoq; querela inofficioſi teſtamēti agitur, ſed hoc cum miles eſt paterfamilias: nā tunc non poteſt habere locum caſtrenſe peculium, ſi enim eſſet filiusfamilias, non haberet locum querela: vt. C. de inoffi. teſta. l. fi. §. fi.

ADDITIO. Iſta glo. hodie eſt falſa: vt no. ſ. de mil. teſt. §. illis autem. in gl. ſuper verbo, iure tamen communi.

s Mater. idem intelligo in ſilentio liberorum ad maternam lineam: vt. C. de inoffic. teſtamen. l. cum filium. Accurſius.

ADDITIO. Et hæc vera quando fuit inſerta cauſa, & tunc hoc quo ad matrem vel eius lineam habetur pro exhæredatione, & habet locum querela, vt hic, vt hic. Quo autem ad patrem & eius lineam ſi ſit facta pręteritio à filio in poteſtate, competit ius dicendi nullū: ſi ab emancipato, datur contra tabulas. Sed hodie non expreſſa cauſa teſtamentum eſt nullum: vt. §. j. in auth. vt cum de appel. cog.

t De iure ciuili. quia non habet eos in poteſtate: vt. j. de hær. qualis. & diffe. §. cæteri.

Heres ſuus præteritus habet duo remedia emancipatus vnicum.

Querela datur emācipatis.

: Et ſi verba eſſēt generalia apta cōprehēdere omnē naſciturū ſecundum Bald. licet Ang. dubitet hic. ſecus tamen ī pagano: vt hic per eum.

Pręteritio an habeat ꝓ exhęredatione.

i Nota quod etiā ex le. xij. tab. ita admittebāt ab inteſtato fœmina, ſicut maſculus, ſecundum Ange.

E dict

a Edicto. quo emancipati vocantur: vt. ſ. eo. §. emancipatos. quia eos non poteſt emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: vt hic, & ff. de contra tabu. l. illud. §. teſtamenta.

b Eis. ſcilicet deſcendentibus per lineam fœmininã. datur tamẽ & alijs, ſed his maxime: vt C. de inoffi. teſta. l. filiam.

c Paulo poſt. vt j. de inoffic. teſta. per totum.

de nouo non induximus: nam antiquitus Attilicinus Iuriſconſultus hoc induxerat. Paulus etiam in libris ſuis, quos tam ad Maſurium Sabinum, quam ad Plautium ſcripſit, refert hoc idem Attilicino antiquo Iuriſconſulto placuiſſe. vnde quod antiquitus Attilicino & Paulo placuit, noſtra conſtitutio in legis neceſsitatem introduxit: & hæc dicũtur vſq; ad illum. §. ꝓprius autẽ ſeruus. in quo pone ſic caſum: Dñe, vos dixiſtis mihi, quod proprius ſeruus pôt hæres inſtitui. modo dicatis mihi, quis dicatur ꝓprius ſeruus? Ad hoc rñ. Amice, ꝓprius ſeruus quo ad hoc vt poſsit ĩſtitui, intelligitur etiam ille in quo teſtator habet nudã proprietatem. licet alius in eo vſumfr. habeat. nã nihilominus proprius ſeruus intelligitur. Et hæc dicuntur vſq; ad illũ. §. eſt autem. Franc. de Aretio.

ſiue de edicto [a] prętoris, quo prætor præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſsionẽ permittit *, ſed aliud eis [b] adminiculum ſreuatur, quod paulò poſt [c] vobis manifeſtum fiet.

* Alias, permittit.

DE HÆREDIBUS INSTITUENDIS.

a Continuatur hoc modo: Vidimus de ordinatione teſtamentorum in tit. de teſta. ordi. Verum quia cauſa efficiens [illegible] neceſſaria: ideo [illegible] de pſo [illegible] & qui teſtari non poſſunt in tit. quibus non [illegible] facere teſtamẽ [illegible] vel non. alias eſt titu. quibus non eſt permiſſum facere teſtamẽtum. Verùm quia in teſtamentis hæredes inſtituuntur: videndum eſt ergo de hoc titu. Arre. Vel ſic, Viſum eſt ſuprà de filijs [illegible] quam neceſſarijs hæredibus inſtituendis, vel [illegible] ſequitur videre generaliter de extraneis hæredibus inſtituendis.

TITVLVS XIIII.

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS [d].

Liber homo vel ſeruus proprius, vel alienus: poteſt hæres inſtitui ſine mentione libertatis. Et etiam intelligitur proprius, in quo quis habet nudam proprietatem. Are.

Haeredes inſtituere [e] permiſſum [f] eſt, tam liberos homines, quã ſeruos: & tã proprios [g], quã alienos [h]. Proprios autem olim quidem ſecũdum plurium ſententias non aliter, quàm cum libertate rectè inſtituere licebat. hodie verò etiam ſine libertate, ex noſtra conſtitutione [i] hæredes eos [k] inſtituere ꝑmiſſum eſt. Quòd non per innouationem [l] induximus: ſed quoniã æquius erat: & Attilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem [m] teſtator habet, alio vſumfructum habente.

Seruus accuſatus de crimine adulterij commiſſi cum domina ſua non pôt ante ſententiã manumitti, nec ab ea hæres ĩſtitui. Are.

e Hæredes inſtituere. quaſi dicat dominos intus in bonis ſuis facere. nam hæres. i. dominus *: vt. j. de hęre. quali. & diffe. §. ſi. ibi, pro hęrede. Itẽ ideo dixi intus, qa tũc ſubintrat hęres in dñium rerũ defuncti, acſi eadẽ perſona eſſet: vt in auth. de iureiur. à mori. §. j. ibi, cũ vtique. colũ. v. & ff. qui. ex cau. ma. l. cũ miles. in fi. j. rñ. Ac. ADDITIO. Non tñ eſt idẽ dñium, quod erat penes defunctum: ſed fingiẽ eſſe idẽ. Secus autẽ in poſſeſsione, quã volẽs perdere: & in alium transferre, ſtatim perdit, & noua renaſcitur ſtatim, quod eſt apprehenſa: & intelligitur ſemp fuiſſe cõtinuata, ſi iterum à nemine fuit occupata. Ang.

* Aptitudine nõ actu, nã hęres non eſt dñs bonorũ teſtatoris ante aditam hæreditatem, ſecũdum Por. Aeg. per.

Poſſeſsio hęredis an ſit eadẽ cũ poſſeſsiõe defuncti.

f Permiſſum eſt. ſcilicet à iure.

g Proprios. ſcilicet ſeruos.

h Alienos ſic. ff. eo. l. non minus.

i Conſtitutione. vt. C. de ne. ſer. hęr. inſt. l. cũ quidã.

k Eos. ſ. proprios ſeruos.

l Non per innouationẽ. q. d. nõ induximus hoc de nouo ſed apud antiquos hoc idẽ dixerat Attilicinus, vt ſubijcit. Sed cõtra. ſ. qb. ex cau. ma. nõ licet. §. idẽq; iuris. ibi, Noua humanitatis &c. Sol. iſte Iuſti. nõ inuenit, ſed rõnem reddit cũ nõ ſit veriſimile &c. vt ibi, vel aliter Attilicino placuit & Paulo, ſed in legis neceſsitatẽ nõ deduxerũt. ſic & ſ. de teſt. §. ſed neq; hęres. Iuſtin. vero in legis neceſsitatẽ induxit: vt ex ipſa inſtitutione liber eſſe videaẽ [1]. Itẽ nunqd corrigiẽ quod alias diciẽ. ſ. quod pure inſtitutus, & ſub cõditione liber: qa expectaẽ cõditionis euentus: vt. ff. eo. l. ſeruus. §. j. & l. quoties. §. ſi. & l. qui filio. §. j? Rñ. nõ: qa iſtud locũ habet, quod hic diciẽ, qñ libertas nec eſt data expſſe, nec fuit retardata: at ibi expſſe fuit retardata. ADDITIO. Si autem eſſet expreſſe inhibita, non valeret inſtitutio: vt dicto. §. idemq; iuris. Ange.

[1] Tu dic ſecũdũ doct. quod primo fuit in legis neceſſitate: poſtea abrogatum, tertio per Iuſtinianum iterum ad legem redactum.

m Nudã proprietatẽ. vt iſte liber & hęres neceſſarius ſit: vt. ſ. e. §. rñ. ſed tñ vſusfructua. qinde videẽ, acſi eſſet ſeruus adhuc: vt. C. cõia de ma. l. j. §. ſinaũt, ꝓprietarius. Eſt tamen.

d Inſtituendis. i. qui poſſunt inſtitui *: vt j. eo. vſque ad. §. ſi plures. & §. ſina. Item & qualiter debeant inſtitui: vt. j. eo. §. ſi plures. vſque ad. §. ſina.

* Hoc diſceratione cõtrarij qa gerẽdium importat neceſsitatẽ. gl. in ti. ff. de eden. vt dicetur ergo qd' hic tractatur de his qui neceſſario ſunt hæredes inſtituendi, q eſt falſum ſecundũ Iaſ. Aeg. per.

Haeredes. Totus iſte titulus diuiditur in ſeptem partes. Primo ponit regulam generalem, quod non ſolum liberi, ſed etiam ſerui, & non tantum proprij, ſed etiam alieni poſſunt hæredes inſtitui. Secundo declarat qualiter proprius ſeruus poteſt inſtitui, & quis dicatur proprius ſeruus. Tertio quis dicatur alienus, & quomodo poteſt inſtitui. Quarto quod non tantum vnus, ſed etiam plures poſſunt hæredes inſtitui. Quinto ponit diuiſionem portionum hęreditatis, & de effectu ipſius. Sexto de inſtitutione ſub conditione. Septimo, quod etiam ignotus teſtatori poteſt hæres inſtitui. Secunda ibi, Proprios autem. Tertia ibi, Alienus ſeruus. Quarta ibi, Et vnum hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerunq;. Sexta ibi, Hæres & pure. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hic gloſ. tit. CASVS. Domine, vos vultis tractare de hæredibus inſtituendis. dicatis igitur mihi, qui poſſunt hæredes inſtitui? Ad hoc rñd. Amice, hæredes inſtitui poſſunt tam liberi hões, quam ſerui, & tam proprij ſerui, quam alieni ſed olim ſecundum ſententias plurium nõ licebat proprios aliter inſtituere hęredes quam cum libertate expreſſe data. ſed hodie ſecus eſt, nam authoritate noſtræ conſtitutionis, licet domino nulla mẽtione facta de libertate, proprios ſeruos in teſtamento ſuo hæredes inſtituere hoc tamen

Eſt tamen caſus, in quo nec cùm libertate vtiliter ſeruus, à domina hæres inſtituitur: vt conſtitutione [a] diuorum Seueri & Antonini cauetur: cuius [b] verba hęc ſunt [c]: Seruum adulterio maculatum [d] nō iure teſtamēto manumiſſum [e] ante ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata [f] rationis eſt. Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata hæredis inſtitutio, nullius momēti habeatur [g].

Seruus in quo quis habet vſumfructum dicitur alienus, & ideo inſtitutus cum libertate ab vſufructuario non conſequitur libertatem ipſam. Aretinus.

Alienus ſeruus etiā is intelligitur in quo vſumfructum teſtator [h] habet.

Simplex proprij ſerui inſtitutio eum & liberum & dominæ neceſſarium hæredem facit: qui ſi viuo adhuc teſtatore libertate donetur, voluntarius efficitur: ſi autem à domino alienetur, nec liber, nec hæres fit, ſed nouo domino hæreditatem quærit.

Seruus autem à domino ſuo hęres inſtitutus, ſi quidē in eadē cauſa [i] mā- ſerit: fit ex teſtamento li-

Eſt tamen. CASVS. Domine, vos dixiſtis mihi ſupra, quod dominus poteſt ſeruum ſuum in teſtamento hæredem inſtituere. nunquid eſt hoc generaliter verum, quod licet cuilibet domino ſeruum ſuum hæredē inſtituere? Et reſpond. ꝙ non. Eſt enim caſus, in quo non licet domino ſeruum ſuū hæredē inſtituere, quamuis libertatem eidē ſeruo ſe dediſſe in teſtamento ſuo expreſſerit: & ita cauetur cōſtitutione diuorū Seueri et Antoni. cuius conſtitutionis verba ſunt hæc. Rationis eſt ſeruum maculatū, id eſt accuſatum de adulterio cum domina ſua cōmiſſo, non videri iure manumiſſum ante ſententiam ab eadem dn̄a ſua, quæ fuerat rea poſtulata eiuſdē criminis. vnde ſequitur, quod ex quo manumiſsio in teſtamento ſuo non valet: nec cum inſtitutione valere poſſit. Manifeſtum eſt igitur, quod inſtitutio hæredis in eundem à domina collata nullius momēti habeatur. & hæc vſq; ad illum. §. alienus ſeruus. Fran. de Are.

a Conſtitutione. ſ. Græca, quam non habemus. Acc.

b Cuius. ſcilicet conſtitutionis.

c Verba hæc ſunt. quæ ſequuntur.

d Maculatum. i. accuſatum. Nam alias eſt in litera. accuſatum: vt. ff. eo. l. his verbis. §. interdum. vbi de verbo ad verbū ſunt iſta, quæ hic dicuntur, excepto quod non ſcribitur maculatum vt hic, ſed accuſatum. ſimilis expoſitio dicitur in libro Sapientiæ de Ioſeph: Maculauerunt me impij. Et alibi in diuina ſcriptura mendaces oſtendit, qui maculauerunt eū. i. accuſauerunt eum.

e Manumiſſum. ſ. videri: vt poſtea ſubijcit: & dic manumiſſum ſimpliciter, non inſtitutum, & ex hoc infert quod ſequitur, ꝙ nec cum inſtitutiōe fieri poteſt liber, vt ſubijcit: quare ſequitur &c. Aret.

f Poſtulata. i. accuſata de eodem adulterio cū ſeruo proprio commiſſo, pro quo grauiter punitur vterque: vt. C. de muli. quæ ſer. pro. ſe iun. l. j. in princ.[1] Quid ſi cum extraneo commiſit adulterium? Reſpon. nec tunc manumittitur vſq; ad lx. dies: vt. C. de adul. l. iij. & ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. Item quid ſi adulteriū tale commiſit, non tamē accuſatur adhuc? Rn̄. bene poteſt manumittere [2], ſed in crimine læſæ maieſtatis eſt ſpeciale, vt poſt commiſſum crimen tale, non poſsit manumittere vel teſtari: vt. C. ad legem Iul. maie. l. fina. & ff. de dona. l. poſt cōtractum. & l. donationes. §. ſi. Ac.

g Nullius momenti habeatur. quia ſi valeret inſtitutio valeret libertas: vt. ſ. eo. §. reſpon. & ſ. qui ex cau. manu. non lic. §. j. & ita nota argu. quod vbi aliquid prohibetur fieri directo, ſimiliter & per obliquū prohibetur. ſic. ff. de condit. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub. ibi, ſed eſt verius. Item argumē. quod caſſato principali, caſſatur quicquid ſequitur ex eo, vel ex his: vt. C. de legibus & conſtitutionibus. l. non dubium. Accurſius.

Alienus ſeruus. CASVS. Dn̄e, vos dixiſtis mihi ſupra, quis intelligitur proprius ſeruus: dicatis mihi, qs intelligitur ſeruus alienus? Ad hoc reſpon. Amice, alienus ſeruus non ſolum dicitur ille, in quo teſtator nihil iuris habet, ſed etiam ille in quo teſtator habet vſumfructum. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus autem à domino. Franc. de Aretio.

h Teſtator. & ideo non poteſt eum cum libertate inſtituere: vt. ff. l. ſi alienum. in prin. [:] Sed contradicit ad hunc. §. ff. de bon. autho. iud. poſ. l. in venditione. Sed certe quo ad alia eſt loco domini, nō quo ad hoc vt poſsit fieri liber. Sed cum alias manumiſſus eſſet à fructuario ſimpliciter ſine inſtitutione, erit tanquā liber quandiu duraturus erat vſusfructus: vt. C. commu. de manu. l. j. §. ſi autē fructuarius. Nūquid & hic ſeruus alienus hæres inſtitutus erit tanquam liber, licet vere liber non ſit? Reſpō. non: quia ex morte teſtatoris protinus erat futurus quaſi liber, ſi valeret hoc quod ageretur: vt argu. j. de hęredum quali. & diffe. in prin. Item & tūc erat vſusfructus perdendus: vt. ſ. de vſufruc. §. finitur. vnde etiam ſic eſſet quaſi liber, donec duraret vſusfructus: quia niſi duraret poſt mortem teſtantis, nihil valet talis inſtitutio, vt ſit liber, ſed domino ſuo hæreditatem quærit: vt. j. eo. §. alienus. Sed quid ſi erat vſusfructus repetitus in perſona primi hæredis, vel etiam vlterius, quod poteſt: vt. ff. quibus modis vſusfruc. amit. l. repeti. in prin. Reſpon. tunc erit quaſi liber toto illo tempore: vt in dicta. l. cōmunia. de ma. l. j. §. ſin autem fructuarius.

Seruus autem. CASVS. Domine, iam video, quod proprius ſeruus à domino in teſtamento hæres inſtitui poteſt: pro Deo dicatis modo mihi, quis eſt effectus illius inſtitutionis? Ad hoc reſpō. Amice, inſtitutio proprij ſerui à domino facta,glorioſum habet effectum. Proprius enim ſeruus à domino ſuo hæres inſtitutus: ſi in eiuſdem domini dominio vſque ad mortem eius perſeuerauerit, mortuo teſtatore fit ex teſtamēto liber & hæres, ſcilicet neceſſarius, ſed ſi teſtator viuus manumiſerit, tunc poſt mortem teſtatoris adire hæreditatem ſuo arbitrio poterit: nam in hoc caſu, quando à viuo teſtatore manumiſſus fuerit, non cogitur hæres neceſſarius eſſe: quia non conſequitur hæreditatem & libertatem ex teſtamento domini. Ad hoc enim vt hæres neceſſarius ſit, neceſſe eſt eum tam libertatem, quam hæreditatem ex domini teſtamento habuiſſe, & hæc obtinent, quando dominus viuus ſeruum inſtitutum manumiſit. Sed pone, quod dominus ſeruum proprium inſtituit, & poſt inſtitutionem alienauerit, vel quolibet alio modo in alium tranſtulerit, certe in caſu iſto mortuo teſtatore iuſſu noui domini debet iſte ſeruus adire hæreditatem, & eam nouo domino acquirere, & ea ratione per eius aditionem iuſſu. noui dn̄i factam nouus dominus hæres efficitur. Nam ipſe ſeruus poſt inſtitutionem alienatus nec liber, nec hæres eſſe poteſt: licet etiam cum libertate in teſtamento expreſſa hæres fuerit inſtitutus. Dominus enim poſt inſtitutionem eum alienando à libertatis datione videtur deſtitiſſe. Et hęc dicuntur vſq; ad illum §. alienus quoq;. Franc.

i In eadem cauſa. id eſt, ſeruus eiuſdem domini. Ioā. vt. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. j. §. j.

1 Puniātur autem & domina & ſeruus: q̄a verberati tradūtur igni. & idem non eſſet in domino, qui cognouiſſet ſeruā: vt not. gl. in. l. j. & ꝓbatur in. l. ſi. C. eo. de ma. ꝓpter ea q̄a maior honeſtas requiritur ī muliere, quā in maſculo: vt. ſ. dixi. Vnde turpius eſſet hoc noſtro tēpore quod famulus cognoſceret dominam, quā ſi dominus cognoſceret famulam, ꝓpter honeſtatem, quæ maxime requiritur in ipſa muliere Chri.

2 Hoc eſt falſum: q̄a manumiſſio intra. lx. dies ꝓhibetur: q̄ computantur, à die diuortij & non accuſatiōis: vt per Ioan. Fa. & Ange. hic.

: Et. ff. ad Syllan. l. j. §. domini. de quo vide gl. in. l. recte dicimus. ff. de verb. ſignifi. Ang.

Liber.

ber[a], hæresq́ ei neceſſarius. Si verò à viuo teſtatore manumiſſus fuerit: ſuo arbitrio adire hęreditatem poteſt: quia non fit hęres neceſſarius: cùm vtrunque[b] ex domini teſtamento non cōſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit: iuſſu noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratione per eum dominus fit hæres. nam ipſe alienatus, neq; liber[c], neque hæres eſſe poteſt, etiam ſi cum libertate hæres inſtitutus fuerit. Deſtitiſſe enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit[d].

Seruus alienus hæres inſtitutus quærit domino ſuo hæreditatem, ſi iuſſu eius hæreditatem adit. Si vero fuerit alienatus, debet iuſſu noui domini adire. Si verò ante, quàm adeat, fuerit manumiſſus: poteſt ſuo arbitrio adire. Aretinus.

Alienus[e] quoque ſeruus hæres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit: iuſſu[f] eius domini adire hæreditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius[g] ante, quàm adeat: debet iuſſu noui domini[h] adire. at ſi manumiſſus eſt viuo teſtatore, vel mortuo ante, quàm adeat: ſuo arbitrio[i] adire poteſt hęreditatem.

Seruus alienus poteſt inſtitui, etiam poſt mortem domini ſui, & etiā ſeruus hæreditarius, vel eius qui eſt in vtero. Aret.

Seruus etiam alienus poſt domini mortem[k] rectè hæres inſtituitur: quia & cum hæreditarijs ſeruis eſt teſtamenti factio[l]. Nondum[m]

a Liber. niſi aliqua lex impediat libertatem: vt. ff. e. l. ſi non lex. ad fi. ti. vel cōditio: vt. ff. eo. l. quoties. §. ſi. vel quia ex lege peruenit ad libertatē: vt. ff. eo. l. teſtamento. ad fi. ti. ſecundū Io. Item fit liber à ſemetipſo, niſi inſtitutus fuerit ita: cum quis mihi hæres erit, Stichus liber & hęres eſto. nā tūc à cohærede accipit libertatē: vt. ff. de acqui. hęre. l. ex parte. Itē & ignorās fit hęres & liber: vt. ff. ſi cer. pe ta. l. eius qui.

b Vtrunq; .i. hæreditatē & libertatē. nā vt liber ſit hæres neceſſarius, hæc duo cōſequi debet ex teſtamento domini: vt. j. de hære. qual. & diffe. §. j.

c Neq; liber. Directe enim libertas in ſeruo alieno non poteſt habere locū: ſed inſtitutio poteſt habere effectū, vt hic. ſed aliud in legatis, quæ adimūtur hoc ipſo, quod alienantur ſerui: vt ff. de adi. le. l. ſeruo cum libertate. & eſt ratio: quia in legato ſpectaẗ dies quo cedit, an ſit manumiſſus: vt. ff. quan. di. leg. ced. l. ſi poſt. §. ſi cum.

ADDITIO. Hęc ratio non eſt bona: quia ſiue inſpiciamus diem cedentis legati, ſiue diem aditæ hæreditatis: vtroq; caſu reperitur alienus. vnde quēadmodum etiā hæreditas venit acquirenda nouo domino, ita & legatum. & propterea noua redditur ratio: quia facilius legata reuocantur, quam hæredum inſtitutio. l. ex parte. ff. de adimen. lega. cum enim facilius legata inſtituantur, facilius deſtruuntur: vt in auth. ex cauſa. C. de lib. præte. Chriſtoph.

d Alienauit. ſ. alicui habenti factionem teſtamenti: vt. ff. eo. l. ſeruum meum. in fi. j. reſpō. & hoc niſi redimatur ab eodē teſtatore, qui eum inſtituit, & poſtea eū alienauit. tūc enim reuiuiſcit libertas: vt. ff. de ma. teſt. l. verū. & ff. eo. l. quoties. §. ſi. & l. ſi nō lex. & l. penul.

Alienus quoq;. CASVS. Domine, nō video quis ſit effectus inſtitutiōis alieni ſerui? Ad hoc rū. Amice, alienus ſeruus hęres inſtitutus, ſi durauerit in eadē cauſa: debet iuſſu domini ſui adire hęreditatē, & eidē per aditionem hæreditatē acquirere. Si vero alienatus fuerit à domino ſuo viuente adhuc teſtatore: aut etiā poſt mortē teſtatoris: tamen ante, quam hæreditatē adierit: in hoc caſu iuſſu noui domini debet adire hæreditatē, & hæc ſunt vera, quādo iſte ſeruus in ſeruitute remāſerit. ſed ſi à primo domino vel à nouo viuēte teſtatore, vel mortuo ante aditionem hæreditatis manumiſſus fuerit: tūc liber factus ſuo arbitrio hæreditatem adire, & ſibijpſi acquirere poterit. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus autem alienus. Franc.

e Alienus qui ſic inſtitui poteſt, cum liber erit: prius non: vt. ff. de condi. inſtit. l. ſeruus alienus. & l. quia.

f Iuſſu præcedente aditione: vt. ff. de acqui. hęred. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & ita domino quæritur. alias ſi ſeruus nolit adire (quod poteſt eſſe etiā domino iubente) non quærit: vt. C. eo. l. cum proponas.

ADDITIO. Si tamen coactus adeat, valet aditio. Sed pater filia recuſante, item monaſterium monaſterio recuſante adire, vel ante aditionē mortuo teſtatore poſſunt adire ſuo iure: vt per Ange. Aret. hic.

g Poſt mortem eius. etiam poſt iuſſum eius ante, quā tamen adiret: vt. ff. de acqui. hær. l. Antiſtius. §. j. Accurſius.

h Noui domini. hoc eſt enim in hæreditate, vt illi acquiratur, qui tēpore aditionis eſt dñs, vel ſibi, ſi liber eſt tunc. ſed in legato ſpectatur dies ceſſionis: vt ſi tēpore mortis legantis ſit meus: licet alienem, tamen mihi debeẗ legatū: vt. ff. quādo dies leg. ce. l. ſi. poſt §. ij. & ibi gloſſ. in verb. ſtatim.

i Suo arbitrio. ſic ſ. eo. §. ſi vero. Accurſius.

Seruus etiā alienus. CASVS. Domine, iā video, ꝙ ſeruus alienus viuente domino, poſſit hęres inſtitui: nū quid poterit inſtitui poſt mortē domini? Et reſpond. quod ſic. Seruus enim alienus poſt mortem domini hæres poteſt inſtitui: & cū hęreditarijs ſeruis eſt teſtamenti factio. Nā hæreditarij ſerui acquiruntur hæreditati, & per conſequens hæredi futuro. Hæreditas enim nondum adita ſuſtinet vicem perſonæ defunctæ, non hæredis futuri: vnde ſicuti, ſi defunctus viueret, ex teſtamento capere poſſet, ita eo mortuo capere poſſet hæreditas: cum hæreditas quantum ad hoc vicem perſonæ defunctæ repreſentet. Item non ſolum ſeruus alicuius iam nati inſtitui poteſt, ſed etiam ſeruus eius, qui in vtero eſt, recte hæres inſtitui poterit: quia quantum ad hoc, qui in vtero eſt, pro iam nato habetur: cum in hoc caſu de commodo eius tractetur. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſeruus autem plurium. Franc.

k Poſt domini mortem. verba legis ſunt omnia, & ſecundum hoc planum eſt, vel teſtatoris: quia ſic dicat, inſtituo ſeruum hæredem poſt mortē domini. & probatur hæc lect. ij. ff. eo. l. qui filio. j. reſponſ. nec obſtat, quod videatur in diem fieri hæc inſtitutio: vt. j. eod. §. hæres. quia incertus eſt dies mortis: vt. ff. de condit. & demonſt. l. j. §. dies autem. vnde valet. & ff. eod. l. tempus. in princip.

l Teſtamenti factio. ſ. paſsiue, non actiue: vt. j. de hæred. quali. & diffe. §. teſtamenti. & iuſsio hæredum ſpectatur, ſi modo cum defuncto fuit, licet cum hærede inſtituto non ſit teſtamenti factio: vt. ff. eodem. l. ſeruus hæreditarius.

m Nondum. bene dico ſeruum hæreditarium poſſe inſtitui: quia non eſt nullius, ſed alicuius. ſ. hæreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

Ex hac gloſ. q́ ſin. eſt, & ex l. in ea allegata, colligitur ſecundum Bal. quod vox publica ꝓfertur priuatę: vnde dicit ꝙ p ſtatutū poſſet derogari vltimæ voluntati: propterea quod vox ſtatuentiū voci teſtatorū eſt ꝓferenda vt di. l. teſtamēto ff. eodem. Chr.

Id eſt capaci hæreditatis Aegi. per.

Quod facit & ex ſtatuto, vel lege requiratur iuſſus, authoritas, cōſenſus vel voluntas: & an præcedere debeant vel ſequi: vide no. in l. ſi. §. neceſſitatē. C. de bo. quæ li.

Dies ceſſionis ſpectatur in legatis.

Defunct

enim adita hęreditas perſonæ vicem ſuſtinet, non hæredis futuri, ſed defuncti[a]: cùm etiam eius, qui in vtero eſt[b], ſeruus rectè hæres inſtituatur.

Seruus plurium ab extraneo inſtitutus, ad [illegible] pro parte dominica. Areti.

Seruus autem pluriũ cum quibus[c] teſtamenti factio eſt, ab † extraneo[d] inſtitutus hæres, vnicuique dominorum, cuius iuſſu[e] adierit, pro portione dominij adquirit hæreditatem.

Quis poteſt & vnum & plures hæredes facere. Aret.

Et vnum hominem, & plures vſq; in infinitum[f], quot quis hæredes velit[g] facere, licet.

Vniuerſa quæuis hæreditas in vncias xij. (quæ aſsis appellatione continentur) diuiditur: quarum [illegible] in plures aut pauciores vncias (prout teſtatori libitum erit) diſtribui.

Hæreditas † plerunque[h] diuiditur in duodecim vncias[i], quæ[k] aſsis appellatione cõtinentur. Habẽt aũt & hæ partes[l] propria noĩa ab vncia vſq; ad aſſem, hęc: ſeſcunx[m] *, ſextans[n], quadrans[o], triens[p], quincunx[q], ſemis[r], ſeptunx[s], bes[t], dodrãs[v], dextans[x], deunx[y], as[z] *. Nõ aũt vtiq; ſem

a Defuncti. & eſt fortè ratio: quia defunctus eſt certus quis fuerit, ſed nõ ſic de hærede: quia & ſi certus ſit inſtitutus, poterit eſſe ꝙ non adeat hæreditatẽ: quia poteſt deſiſtere multis de cauſis: vt. j. quib. mod. teſt. infir. §. poſteriore. & facit ad hunc. §. j. de ſtip. ſer. in princ. & ff. de acq. re. do. l. in codẽ. in fi. & l. ſeq.

b Eius qui in vtero eſt. cũ pro nato ſit habẽdus, quoad cõmodum: vt. ff. de ſta. ho. l. qui in vtero. & ff. eod. l. eius. in princ.

Seruus autẽ pluriũ. CASVS. Dñe, iã video qs ſit effectus inſtitutiõis, qñ ſeruus vnius alij inſtituiſ. Sed pone, ꝙ aliquis inſtituat ſeruum pluriũ dominorũ: dicatis mihi, quis ſit effectus huiuſmodi inſtitutionis? Rd hoc reſpõ. Amice, ſeruus plurium dominorũ cũ quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo hæres inſtituitur, vnicuiq; dominorum cuius iuſſu adijt hæreditatẽ, acquirit pro portione dominij, quã in ſeruo habet, & efficitur hæres. Sed pone: Domine, iam video quod per inſtitutionẽ ſerui pluriũ dominorũ plures hæredes inſtitui poſſunt: eſt ne hoc verũ? Et reſpõ. quod ſic. nã & vnum hominẽ & plures vſq; in infinitum, quot teſtator voluerit hæredes facere poteſt. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. hæreditas. Fran. de Are.

c Cum quibus. ſ. dominis.

d Ab extraneo. ſi vero ab altero ex dominis ſit inſtitutus, acquiritur cæteris ſocijs hæreditas: quod dic vt ff. pro ſoc. l. verum. §. ſi ſeruo communi.

e Iuſſu. dic quod ſufficit vna iuſsio, licet ſint plures domini: vt. ff. de acqui. hær. l. ſeruus duorum *.

f In infinitum. quid ergo ſi inſtituã omnes homines quicunq; ſunt in mundo? Videtur nullum eſſe, cũ effectum habere non poſsit: puta tamen valere, vt hic, ſed tamen non poterit confirmari aditione, propter nimiã difficultatem, vel impoſsibilitatem.

g Velit. cum ſua voluntas ſit lex: vt in auth. de nup. §. diſponat. col. iiij.

Hæreditas. CASVS. Dñe, iã video qui poſſunt hęredes inſtitui: & quis ſit effectus inſtitutionis. pro Deo dicatis mihi, qualiter diuidiſ hęreditas? Ad hoc reſpõ. Amice, hęreditas plerunq; diuidiſ in xij. vncias, quæ aſsis appellatione continentur. Habent autem hæ partes hæc nomina ab vncia vſq; ad aſſem: vtputa hæc, ſeſcunx &c. prout in litera cõtineſ. Et hæc dicũtur vſq; ad. §. non aũt. in quo pone ſic caſum: Domine, vos dixiſtis mihi, quod hæreditas diuiditur in xij. vncias: & propria nomina vnciarũ mihi expreſsiſtis: nunquid generaliter oportet eſſe xij vncias in hæreditate? Et rñ. ꝙ nõ ſemper xij. vncias in hæreditate oportet eſſe. Nã tot vnciæ aſſem conſtituũt, quod teſtator voluerit. Si enim teſtator vnum tantũ hæredem ex ſemiſſe inſtituerit: totus as in ſemiſſe cõtinebitur. & hoc ideo: quia idẽ ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere nõ poteſt. & hoc eſt verum, niſi ſit miles, qui in caſtrenſibus teſtari poteſt, & in paganicis inteſtatus decedere. Sola enim voluntas militis in teſtamẽto ſpectatur. Cum igitur aliquis in ſemiſſe vnum tantũ inſtituerit, & aliũ poſtea non inſtituerit: præſumitur in totũ aſſem inſtituiſſe. & ſimiliter in caſu conuerſo: quia ſicut ego tibi dixi non ſemper eſſe neceſſe xij. vncias cõtineri in aſſe. ita & in quantaſcunq; voluerit plurimas vncias poteſt quis hęreditatem diuidere. Et hęc dicunſ vſq; ad. §. ſi plures inſtituanſ. Frã. de Are.

h Plerunq. ideo dicit plerunq;: quia quãdoq; in plures: vt. j. eo. §. ſi plures. qñq; in pauciores diuidiſ: vt. j. eod. §. non autem.

i Quæ. ſ. vnciæ ſimul collectæ.

k Appellatione. i. ſignificatione.

l Hæ partes. infra poſitæ, in quantitate differẽtes. vel dic melius hæ partes, ſcilicet. vnciæ xij. ad partes redactę eſt enĩ ad ſuperiora facienda relatio.

m Seſcunx *. id eſt, vncia & dimidia. vt. ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. qm̃ aũt quarta. in fi. Sed quare nõ poſuit nomẽ, ꝙ vnciã ſignaret? Rñ. q͞a plura ſunt negotia, q̃ vocabula: vt. ff. de pſc. verb. l. natura. Et not. ꝙ primũ & ſecundũ & tertium & quartũ nomen interpretationẽ ſumit, ex eo quod quotã deſignat hęreditatis portionẽ. Seſcunx enĩ diciſ quaſi ſemi uncia & vncia. & eſt tertia eius litera. ſ. nõ x. Sextans, quia ſextã partẽ ſignat. i. duas vncias. Quadrans: quia quartã: & ita tres vncias ſignat. Triẽs, q͞a tertiã partẽ: & ita quatuor vncias ſignat. Sequẽtia vero nomina etymologiã habẽt ex eo, q͞d certũ numerũ vnciarũ ſignãt. Diciſ enĩ quincũx, nõ: quia quintã partẽ habet: ſed q͞a quinq; denotat vncias. Semis, q͞a ſex: & ſic de ſingulis per ordinẽ. Itẽ no. ꝙ nõ omnes vncię, q̃ ſignanſ per iſta nomina, cõtinenſ in aſſe: licet hoc innui videaſ. Sic enĩ cõtineret as. lxxviij. vncias & dimidiã. Ideo aũt ponit has partes: quia quęlibet põt in aſſe cõtineri. hac rõne, & homo diciſ riſibilis: & actio legis Aquiliæ pœnalis dicitur: vt. j. ad leg. Aquil. §. his verbis. Itẽ no. iſta tria nomina, as, pondus, libra, idẽ ſignare. Itẽ qñq; as ponitur pro obolo: vnde illud. Nõne duo paſſeres aſſe veneunt? vnde verſus, as, obolus, pondus, as eſt poſſeſsio tota. i. hęreditas: vt hic. ſed & põdus large diciſ, omne quod eſt in ſtathera poſitũ. ſed hic ſtricte accipitur pro pondere xij. vnciarum. vnde dupondium, quaſi duplex pondus. ſ. xxiiij. vnciarũ: vt. j. eo. §. & ſi plures. & facit ad hoc. §. ff. eo. l. ſeruum meum. §. ſi.

n Sextans. i. duæ vnciæ, quaſi ſexta pars aſsis.

o Quadrans. i. tres vnciæ. quaſi quarta pars aſsis.

p Triens i. quatuor vnciæ, quaſi tertia pars aſsis.

q Quincunx. i. quinq; vnciæ.

r Semis. i. ſex vnciæ. ſ. dimidium aſsis.

s Septunx i. ſeptem vnciæ.

t Bes. i. viij. vt olim des, quaſi dempto triente.

v Dodrans. i. ix. quaſi dempto quadrante.

x Dextans. i. x. quaſi dempto ſextante.

y Deunx. i. xj. quaſi dempta vncia.

z As. id eſt xij.

† Paſsiua ſcilicet qui ex alieno teſtamẽto capere poſſunt. nõ enim poteſt inſtitui ſeruus, niſi eius dominus habeat paſsiuã teſtamenti ſatisfactionẽ: vt infra de hæred. quali. & differen. §. in extraneis. Aeg. p.

Hęreditas iacens, defunctũ, & non hęredem repreſentat.

* Hæc gl. nõ eſt Accurſij.

Hęredes inſtitui poſſunt ſimul oẽs homines mũdi.

Voluntas teſtatoris eſt lex.

† Cũ hoc §. concor. ca. Raynaldus. in gl. ſuper ver. expreſsit. extra de teſta.

* Porro vncia in ſextulas ſex diuiditur pars cõtinens ſextulam: & ſextulæ dimidiũ ſicilicum appellaſ: huius mẽtio fit apud Scęuolam in. l. liberto. §. filiũ ff. de annuis legat. Duella autẽ dicitur ea portio, quæ ſextulas duas cõtinet. Semis autem vnciæ, quę ſextulas tres continet, Semũciadicitur.

* In vetuſtiſsimis exemplar. non eſt, ſeſcunx.

* Abundat, as.

* De aſſe & partib9 eius vide Blõdũ li. ij. de Ro. inſtaurata. Bartolomę. ſontiã in Perſiũ ſaty. vlti. Sex. Pompe. & Tul. li. j. rheto. de legitima conſtitutione. §. ex ambiguo. Aeg. per.

Aſsis partes declarantur.

As tria ſignificat.

Totus

per duodecim vncias eſſe oportet. nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator voluerit: & ſi vnũ tantum quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredem ſcripſerit: totus as [a] in ſemiſſe erit. Neq; enim idẽ ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus [b] decedere põt, niſi ſit miles [c]: cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et ecõtrario poteſt qs in quotcunque [d] voluerit plurimas vncias ſuam hęreditatem diuidere.

Qui [illegible] partibus non deſignatis hæredes ſcripti ſunt, æquis portionibus ſcripti videntur: qui verò [illegible] in certis portionibus [illegible], quotquot ſint, in reſiduo aſſis hæredes ſiunt: aſſe autem toto diſtributo, qui ſine partibus ſcripti [illegible].

Si plures inſtituantur hæredes: ita demũ in hoc caſu partiũ diſtributio [e] neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus [f] hęredes eſſe: ſatis enim conſtat, nullis partibus nominatis, ex æqs partibus eos hæredes eſſe. Partibus autẽ in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidẽ aliqua pars aſsi deerit, ex ea parte hæres fit [g]. Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt: omnes in eandem partem cõcurrunt. Si verò totus as cõpletus ſit: ij, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem [h] vocantur [i]: & ille vel illi oẽs [k] in alteram dimidiã. Nec intereſt [l], primus, an medius, an nouiſsimus, ſine parte hæres ſcriptus ſit: ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.

Pars hæreditatis per teſtatorem non diſtributa, accreſcit hæredibus pro portionibus hæreditarijs. Item econtra, ſi teſtator plus [illegible] quàm ſit as hæreditate: tunc enim cuilibet hæredũ decreſcit pro rata. Aret.

a Totus as. nam in totum præſumitur inſtituiſſe defunctus, cum alium non inſtituit, vt hic, & ff. co. l. interdum. §. j. Idem quoq; præſumitur in milite: vt. C. de teſta. mil. l. iij. §. nam. niſi quod hic ſequitur, non ad ſuperius proxi. reſponſum, ſed ad hoc quod ſequit, refertur, ſcilicet neq; enim &c. Sed ſi miles fecit teſtamentum in caſtrẽſibus, poteſt decedere inteſtatus in paganicis: vt. C. de teſta. mil. l. ij. Accur.

b Inteſtatus decedere. imo videtur quod ſic. vt. ff. de inoffic. teſta. l. nam & ſi parentibus. §. pe. & fi. quæ eſt cõtra. Sed hoc verum ab initio: ſed ex poſtfacto poteſt: vt C. de inoffi. teſt. l. cũ duobus. Et no. hic idem iuris non eſſe in parte quo ad partem, quod eſt in toto quo ad totũ: vt. ff. fa. erciſc. l. in hoc iudicio. Argu. contra. ff. de pact. l. iuriſgẽtiũ. §. adeo. &. §. ſeq. & facit ad hunc. §. ff. de regu. iur. l. in teſtamẽtis. Accurſius.

ADDITIO. Et iſta eſt communis op. licet Ange. putet de iure verius ſic diſtinguendũ vt procedat quãdo verba poſſunt aptari ad ius cõmune: alias p̃ſumitur teſtatus de iure ſpeciali. l. ſi miles vnũ ex fũdo. ff. de mili. teſtamen.

ADDITIO. Et melius. l. ius noſtrũ co. tit. Et procedit iſte tex. indiſtincte. ſiue ſimpliciter ſit facta inſtitutio in re certa, vel parte, de reliquo non facta mentione: ſiue dixerit teſtator in reſiduo ſe velle inteſtatum decedere. Ioan. Fab. & Ang. Are.

c Niſi ſit miles. nam miles bene poteſt pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus: vt. C. de teſta. milita. l. ij.

d Quotcunq;. & facit. ff. co. l. interdum. §. paterfamilias. & l. ſeq. vſque ad. l. ex facto.

Si plures. CASVS. Dñe, pone quod aliquis plures inſtituit hæredes: nunquid neceſſe eſt, q̃ teſtator exprimat partes in quibus eos inſtituit? Rñ q̃ non: niſi voluerit eos ex diſparibus partibus hæredes eſſe. Si enim plures hæredes inſtituuntur: ita demum neceſſaria eſt partium diſtributio, ſi voluerit teſtator hæredes inſtituendos ex inæqualibus portionibus ſuccedere. Satis enim manifeſtum eſt, quod ſi eos ſimpliciter inſtituat, partibus hæreditatis in inſtitutione non expreſsis: omnes inſtitutos ex æqualibus portionibus hæredes eſſe intelligendum eſt. Sed pone, q̃ teſtator quoſdam inſtituit in certis portionibus: puta Titium in triente, & Mæuium in ſextante: & poſtea Sempronium inſtituit ſimpliciter, nulla portione in eius perſona expreſſa: dicatis mihi, quid iuris erit in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, ſi plures inſtituantur certis partibus in quorũdam perſonis expreſsis: & aliquis poſtea ſine parte inſtitutus fuerit: ille, qui ſine parte inſtitutus eſt: ſi aliqua pars aſsi deeſt, ex ea parte inſtitui intelligitur. vnde in caſu prædicto ille, qui ſine parte inſtitutus eſt, in ſemiſſe erit hæres. & idem iuris eſt, ſi plures ſine parte inſtituti ſunt. nam omnes in eam partem, quæ aſsi deeſt, concurrunt. & hæc ſunt vera, quando aliqua pars deeſt aſsi. ſed pone, quod totus as completus ſit: quia inſtitui Publium in ſemiſſe, & Mæuium in alio ſemiſſe: poſtea vnũ vel plures ſine parte inſtitui: qd iuris eſt in caſu illo? Ad hoc reſpõ. Amice, ſi totus as ſit completus, omnes inſtituti vocantur in dimidiam partem hæreditatis: & ille ſolus, qui ſine parte inſtitutus fuerit, vel etiam ſi plures ſine parte inſtituti fuerint, in alteram partem vocabuntur. Nec etiam intereſt in eo caſu, quando aliqui ſunt inſtituti in certa portione. & poſtea alius ſine portione inſtitutus eſt: vtrum primus vel medius an nouiſsimus ſine parte inſtitutus fuerit. nã ſemp illa pars, quæ vacat, intelligitur data ei, qui ſine certa portione inſtitutus eſt. et hęc dicuntur vſque ad §. videamus. Fran.

e Diſtributio id eſt, aſsignatio partium: quam ſcilicet partem velit teſtator quemlibet habere.

f Ex æquis partibus. facit. ff. co. l. quoties. §. hæredes.

g Hæres ſit. eadem eſt ratio in dupondio: vt. ff. co. l. item quod Sabinus. & j. eo. §. & ſi plures. Item eſt hoc verum, ſi teſtator non ignorat: vt. ff. co. l. quo loco. §. j. quæ eſt contra. Accurſius.

h In dimidiam partem. aliter enim ſi aſſe expleto ſcripſit, ex reliqua parte hæres eſto. tunc enim cum nihil reliquum ſit: ex nulla parte hæres inſtitutus eſt: vt. ff. e. l. item quod Sabinus. §. vnde. verſ. ſed ſi aſſe. Accur.

i Vocantur. ſcilicet illi, qui erãt inſtituti in tota hæreditate partibus expreſsis.

k Omnes. qui erant inſtituti ſine partibus. Accur.

l Nec intereſt. hoc refertur non ad proximũ caſum, ſed ad ſuperiorem, ſcilicet quando pars vacat: idem tamen in ſecundo: ſed non haberet locum ratio quæ redditur. Ea enim &c. vel dic quod ad proxi. §. & ſtatim cum ſic ſit inſtitutio, intelligitur pars vacare: & facit ad hoc. ff. co. l. quo loco. j. reſpon.

Videamus. CASVS. Domine, iam video quid iuris eſt, quando aliqua pars deeſt aſsi, & aliquis inſtituitur ſine parte, ſed pone, quod aliqua pars præualet: & nemo ſit inſtitutus ſine parte: vt in tali exemplo: teſtator inſtituit Publium in quadrante: & Mæuium in alio quadrante: & Titium in quadrante, & ita tres inſtituit ex quartis partibus.

bus. modo manifeſte liquet, quod quarta pars hæreditatis vacat, dicatis mihi quid iuris eſt in caſu iſto? Ad hoc rñ. Amice, ſi tres ex quartis partibus hæredes inſtituti ſunt in hoc caſu conſtat vacantem partem ſingulis tacita volũtate teſtatoris pro hæreditaria portione accedere: & perinde erit acſi ab initio ſinguli ex certis portiõibus fuiſſent inſtituti. Idem iuris erit in caſu conuerſo. Nam ſi plures in portionibus inſtituti fuerint, ſingulis pro hæreditarijs portiõibus decreſcet: vtputa ſi iure in certis portionibus iſtituti ſunt. nam ſi teſtator P. inſtituit in triente, & Meuium in alio triente, & Titium in alio triente, & Caiũ in alio triẽte, in hoc caſu perinde erit, acſi vnuſquiſque in quadrante inſtitutus fuiſſet. Et hęc dicuntur vſque ad illum. §. & ſi plures vnciæ. Franc.

a Videamus. vt ff. eo. l. interdum. §. paterfamilias. vſq; in finem legis.

Et ſi plures vnciæ. CASVS. Quidam inſtituit P. in ſemiſſem, & M. in beſſem: & ita plures vnciæ, quã duodecim ſunt diſtributæ. & poſtea inſtituit Titium ſine parte. modo quæro quid iuris ſit in hoc caſu? Ad hoc rñ. Amice, ſi plures vnciæ, quã duodecim à teſtatore diſtributæ ſunt, & poſtea aliquis ſine parte inſtitutus fuerit: in hoc caſu ad dupondium tranſeundũ erit: & qui inſtitutus eſt ſine parte, quod deeſt dupõdio habebit. & idem iuris eſt ſi dupondius fuerit cõpletus: nam tunc tranſeundum eſt ad tripondium, & ſic deinceps: nec propter hos augetur hæreditas, licet in plures vncias diſtribuatur: quia omnes partes diſtributæ poſtea ad aſſem reuocantur: quamuis ſint plurium vnciarum. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. hæres. & pure. Frã.

b Dupondio. dicitur autẽ dupondium, pondus ſiue hæreditas in xxiiij. vncias diuiſa. ſic enim pondus dicitur ea, quæ in xij. diuiditur: & tripondium quod in xxxvj. & quadripõdiũ, qđ in xlviij. & ſic de ſingulis.

c Idemq; erit. id eſt, quod diximus ſi quis expleto aſſe fuit inſtitutus hæres, in dimidiam vocatur: vel non expleto aſſe in vacantẽ partẽ vocatur, vt. ſ. eo. §. partibus autem. vel tranſcendente in vacantem vſque ad dupondium: vt. ſ. proxi. reſpon. Idem eſt etiam ſi dupondius ſit expletus. Sed cõtra. ff. eo. l. item quod Sabinus. in ſi. l. vbi dicit, expleto dupondio inſtitutum non habere partem vacantem vſque ad tripondium. Sed certe. imo dicit, quod ſic: ſi recte illa lįtera intelligitur: & ita concordat. Item videtur contra. ff. eo. l. ex vncijs. vj. Sed certe, & illa eſt concordantia, ſi recte ibi fiat cõputatio vnciarum. Sed magis videtur contra. C. de leg. l. cum quæſtio. vbi dicit non fieri tranſitum ad dupondium vel tripondium: ſed tãtum videtur adimi primo, quantum confertur ſecundo. Sed diſtingue aut voluit teſtator excedere aſſem vel dupondium: quod poteſt, vt. ſ. eo. §. non autem. & ita hic intelligitur. Aut noluit: & tunc habeat locũ lex contraria. Item & tunc, quando dubium eſt ſimiliter locũ habeat. l. cum quæſtio. quæ eſt contra. Alij dicunt hanc corrigi per illam. Accur.

Dupõdiũ Pondus. Tripõdiũ Quadripõdium.

1 Hæc gl. diuiditur in quatuor partes. In prima declarat tex. In ſecũda format vnũ contrariũ ad iſtũ verũ. idſque & ſoluit. In tertia format aliud contrariũ non ad iſtũ verſic. ſed ad ver. ſed & ſi plures. proximo præcedenti. In quarta format aliud contrariũ, qđ poteſt eſſe commune ad vtrunque verſi.

Videamus [a], pars aliqua vacet, nec tamen qſquam ſine parte ſit hęres inſtitutus, quid iuris ſit: veluti ſi tres ex quartis partibus hæredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partẽ ſingulis tacitè pro hęreditaria parte accedere: & perinde haberi acſi ex tertijs partibus hęredes ſcripti eſſent. Et ex diuerſo, ſi plures hæredes ſcripti in portiõibus ſint: tacitè ſingulis decreſcere: vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertijs partibus hæredes ſcripti ſint: perinde habeantur, acſi vnuſquiſq; ex quarta parte ſcriptus hæres fuiſſet.

Si plures vnciæ, quàm duodecim ſint diſtributæ, & alius ſit inſtitutus ſine parte, tranſit ad dupondium. [illegible]

Accurs. Dupondium appellat hæreditatem in xxiiij. vncias diſtributã: quaſi duo pondo, id eſt, duo aſſes, ſic tripondio dicitur.

Et ſi plures vnciæ, quàm duodecim diſtributæ ſint: is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio [b] deeſt, habebit. Idemq; erit [c], ſi dupõdius expletus ſit, quæ omnes partes ad aſſem poſtea reuocantur [d], quãuis ſint plurium vnciarum.

Hæres poteſt inſtitui purè & ſub conditione: non autem ex certo tempore, vel ad certum tempus. Si tamen ſic inſtituatur, valet inſtitutio tanquam pura, vitiata tali adiectione.

Hæres & purè, & ſub cõditiõe inſtitui poteſt: ex certo tempore [e 1], aut ad certum tempus † non poteſt: veluti, Poſt quinquẽnium, quàm moriar: vel, ex calendis illis: vel, vſque ad calendas illas hæres eſto. Deniq; diem adiectum haberi pro ſuperuacuo placet: & perinde eſſe, acſi purè hæres inſtitutus eſſet.

Impoſſibilis conditio in inſtitutioni legato [illegible]

ACCVR. Aduerte diligẽter, quod ſi nominatim aſſem expleuit, videtur tranſire ad dupondiũ, alias non: vt. l. qui non militabat. §. filijs. ff. eo. Et de effectu an fiat tranſitus ad dupondium, vel nõ, vide Ioan. Fab. hic, qui infert, quod ſi papa ex certa ſciẽtia, puideat duobus de eadem prębẽda: quod vterque admittaſ. extra de reſcript. c. duobus. in ſi. li. vj.

d Reuocant. Hęreditas enim non, ideo augetur quod in plures diuiditur vncias, ſicut nec libra, licet per ſolidũ vel alium numerũ diuidatur: & ideo quotam partẽ, quis debet habere in dupondio, totam poteſt partem habere de aſſe: vt hic, & ff. eo. l. ex vncijs.

† Ratio quia quod nõ recipit diuiſionẽ in re, nec in tẽpore, ſed hæreditas nõ recipit diuiſionẽ in re, quia nõ pote, qs decedere partim teſtatus, & partim inteſtatus, ergo nec in tẽpore, ſecũdũ Por. Aegi. per.

† Ratio, quia impoſsibile eſt vt qui fuit ſemel hæres deſinat eſſe hęres, ſecundũ Nicol. Aegi. per.

Hæres. CASVS. Domine, quidam inſtituit hæredem ſub conditione, nunquid valet talis inſtitutio? Et reſpon. quod ſic. Nam hæres pure, & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tamen tempore, vel vſq; ad tẽpus non poteſt inſtitui: veluti ſi quis ita inſtituerit, Titium poſt quinquennium quam moriar, hæredem inſtituo. In hoc enim caſu non valet inſtitutio eo modo quo facta eſt. Dies enim in inſtitutione adiectus, pro ſuperuacuo ſiue pro non adiecto habebitur: & perinde erit, acſi Titius pure & ſine dicti adiectione inſtitutus fuiſſet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. impoſsibilis conditio. Franc.

e Ex certo tempore. ſed in diem incertum, quis poteſt inſtitui hæres: puta cum ipſe poterit capere ex teſtamento [2], vel cum ipſe morietur: vel cum Titius morietur. vt. ff. eodem. l. in tempus. & l. qui filio. primo reſpon. & ff. de liberis & poſthu. l. filius à patre, primo reſponſo. & C. eodem. l. extraneum. Miles autem poteſt etiam extraneum ex certo tempore, vel in certum tempus inſtituere: vt. ff. de militari teſtamento. l. miles. & facit ad hunc. §. ff. eodem. l. hæreditas. argumentum tamen eſt contra. ff. de regulis iuris. l. actus, ſed ibi non loquitur de hoc actu, ſcilicet factionis teſtamenti: vnde interpretandum eſt, vt magis valeat quam pereat: vt. ff. de regu. iur. l. quoties.

2 Quod eſt verum quando incapacitas eſt reſpectu hæredis tantũ: ſecus ſi eſſet reſpectu teſtantis: vt in ſpurio: de quo vide An. hic.

Impoſsibilis. CASVS. Quidam Titium hæredem ſic inſti

ſic inſtituit, Titium hæredem inſtituo, ſi cælum digito tetigerit. quæro à vobis, vtrum valeat inſtitutio iſta? Et reſpondet q̃ ſic. Nam in hoc caſu impoſſibilis cõditio non vitiat, ſed vitiatur: & inſtitutio pro pura habetur. Impoſſibilis enim conditio in inſtitutionibus & legatis & fideicõmiſſarijs libertatibus adiecta, pro non ſcripta habeť, & perinde eſt, ac ſi nulla cõditio fuiſſet appoſita. Sed pone: quidam inſtituit hæredem ſub pluribus conditionibus. nunqd oportet omnes cõditiones adimpleri ante, quam poſſit adire? Ad hoc rñ. Amice, ſi plures inſtitutiõi adſcriptæ ſunt conditiones: diſtingue vtrum per coniunctionẽ copulatiuã vel diſiunctiuã illæ cõditiones ſunt appoſitæ. nã ſi per cõiunctionẽ copulatiuam: vtputa ſi illud & illud factum fuerit, Titium hæredem inſtituo: neceſſe habet hæres in hoc caſu omnes conditiones adimplere. Si vero ſub diſiunctiua cõiunctione plures cõditiones appoſ. tę ſũt: vtputa ſi illud aut illud factum fuerit Titium neceſſarium meum hęredem inſtituo. in hoc caſu tãtum alteri obtemperare ſatis eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ij, quos nunquam. Franc. de Aretio.

Impoſſibilis conditio [a] in inſtitutionibus & legatis, necnon in fideicõmiſsis & libertatibus, pro nõ ſcripta [b] habetur.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur impletum vtriuſque partis. Ad veritatem vero alternatiuæ ſufficit verificatio alterius.

Si plures cõditiones in inſtitutiõibus adſcriptæ ſunt: ſi quidem coniunctim: vtputa, Si illud & illud factũ fuerit: omnibus parendum eſt [c]. ſi ſeparatim [d]: veluti, Si illud aut illud factum erit: cuilibet conditioni obtemperari ſatis eſt.

Etiam penitus ignotus, & quem teſtator nunquam vidit: poteſt inſtitui. Aretinus.

Ii, quos nunquam teſtator vidit, hæredes inſtitui poſſunt: veluti, ſi fratris filios [e] peregrinantes [f], ignorãs qui eſſent, hæredes inſtituerit. Ignorantia enim teſtãtis inutilem inſtitutionem non facit †.

TITVLVS XV.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Poteſt quis plures gradus hæredum facere, & in ſubſidium ſubſtituere ſcriũ vel ſcriũ hæredem.

Eſt autem ſubſtitutio, vt Accur. & interpretes, eodem tit. ſſ. in tit. definiunt, ſecunda conditionalis inſtitutio. Vulgaris autem ſubſtitutio, de qua hoc tit. diſſeritur, vt ex dictis ſcribentium in. l. j. ſſ. eodem colligere eſt, ſic poteſt definiri: Subſtitutio vulgaris, eſt directa ſubſtitutio, in locum prioris inſtitutionis effectum non ſortientis facta, quæ à quolibet, & cuilibet fieri poteſt, nihil ſpecialitatis habens.

Poteſt autem quis in teſta-

[a] Impoſſibilis cõditio. Tribus modis poteſt dici cõditio impoſſibilis. Vel de natura: vt, ſi cęlum digito tetigeris, hæres eſto: vt. j. de inuti. ſtip. §. ſi impoſſibilis [i]. Item de iure: vt ſi patrem ab hoſtibus non redemeris, vel ſimilis. nam hoc facere nos non poſſe præſumimus: vt. ſſ. de condi. inſtit. l. conditiones. in glo. j. & l. filius. & in his duabus habet locum iſte. §. impoſſibilis. Item de facto: vt ſi montem aureũ dederis, hęres eſto. Et hoc caſu non valet inſtitutio, vel libertas: cum nec animus dandi fuerit, iuris præſumptione: vt. ſſ. de ſta. lib. l. cum hęres. §. j. Item eſt quædam quarta impoſſibilitas propter perplexitatem, quæ vitiat: vt hæc, ſi Titius hęres erit, Seius hęres eſto: vt. ſſ. de conditio. inſti. l. ſi Titius. quæ. l. eſt huic contra. Sed certe hic de impoſſibilitate naturæ dicit: vt. j. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſſibilis. Sed certe idem videtur in primis duabus, quod vitietur inſtitutio: vt. j. de legatis. §. fina. in gloſ. impoſſibilia. quę eſt contra. Sed ſolue, vt ibi. Item facit. ſſ. de lega. j. l. ſi mihi. §. j. & ſſ. de condi. inſti. l. j. Accurſius.

[b] Pro non ſcripta. ſed cur ſecus in contractibus, vbi vitiat cõtractum impoſſibilitas: vt. j. de inuti. ſtip. §. ſi impoſſibilis. & ſſ. de act. & oblig. l. non ſolus? Reſpõ. hoc ſolum eſt fauore vltimæ voluntatis.

[c] Parendum eſt. ſi ſit poteſtatiua: vt hæc, ſi decẽ dederis. vel miſta: vt ſi iueris Romam: vt. ſſ. e. l. ſuus quoq. §. puto generaliter. ſi autem caſualis, tunc ſufficit primam [3] exiſtere: vt. ſſ. de condi. inſtit. l. ſi plures inſtitutiones. Accurſius.

[d] Si ſeparatim. i. ſub diſiunctiua coniunctione. Idem in legato ſeruatur, quod hic in inſtitutione dicitur. Sed ſi in diuerſis partibus teſtamenti inſeratur, nouiſsimæ debet obtemperari [2]. Sed in libertate directa cuilibet obtemperari ſufficit: vt. ſſ. de condi. & demon. l. ſi ſub diuerſis. in fideicõmiſſaria nouiſsimę: vt. ſſ. de condit. & demon. l. per fideicommiſſum. & l. quod traditum, ſecundum Ioã. Et facit ad hunc. §. ſſ. de verb. obliga. l. ſi ita quis ſtipuletur.

Ii, quos. CASVS. Domine, quidam inſtituit quoſdam ſibi ignotos hæredes. nunquid valet talis inſtitutio? Et rñd. q̃ ſic. Nam ij, quos nunquã vidit teſtator, hæredes inſtitui poſſunt: veluti ſi aliqs fratris ſui filios peregrinantes hæredes inſtituit: non ideo impeditur inſtitutio, ſi teſtator ignorauerit q̃ eſſent: ignorantia enim teſtatoris inutilem inſtitutionem non facit. Et hæc dicuntur vſque in finem tit. Franc. de Aretio.

[e] Fratris filios. vel etiam ſuos ſeruos, vel quemcũq; alium: vt. C. eo. l. extraneum.

[f] Peregrinantes. alias peregrinatos: puta quia viſitant limina ſancti Iacobi, vel ſancti Petri. aliud ſi eſſet peregrinus, id eſt deportatus: tunc enim inſtitui nõ poteſt: vt. C. eo. l. j. quæ eſt huic contra. & ſſ. eo. l. ſed & ſi in conditione. §. ſolemus. Item ſunt & alij, qui nõ poſſunt inſtitui hæredes, vel habere commodum ex teſtamento: quos no. j. de leg. §. legati.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

Supra dictum eſt de inſtitutionibus primis vt. s. eo. ti. §. j. Nunc de ſecundis quæ ſubſtitutiones dicuntur, ſiue primo gradu fiant, ſiue alio vt inſ. eodem, in prin. Et quia vulgaris eſt magis communis, quia & à quolibet, & cuilibet fieri poteſt. ideo de ea vulgari præmittit. Accurſius.

Poteſt. Totus iſte titulus diuidiť in quatuor partes. Primo ponit quod cuilibet liberum eſt facere pluralitatem graduum hæredum. Secũdo quod loco vnius inſtituti poſſunt plures ſubſtitui, & ecõtra. Tertio quando partes ſunt in inſtitutione expreſſæ, & non in ſubſtitutione. Quarto, quando ſeruus alienus, vt paterfamilias inſtituitur. Secunda ibi, Et plures. Tertia ibi, Et ſi ex diſparibus. Quarta ibi, Si ſeruum. Et nota, quod iſtud principium textus, cum. §. j. habetur fere ſub eadem forma verborum in. l. poteſt. ſſ. de vulga. & pupil. ſubſti. CASVS. Domine vos vultis tractare de ſubſtitutione vulgari: dicatis ergo mihi qualiter fit vulgaris ſubſtitutio? Ad hoc reſpon. Amice, teſtator in teſtamento poteſt facere plures gradus hæredum vnde hoc modo habet fieri

[1] Et iſta impoſſibilitas aliquãdo ponitur in diſpoſitione: & tũc ſi ſit circa ſubſtantialia ſemper vitiat ſi circa accidentalia: in vltimis voluntatibus vitiatur. Idẽ in cõtractibus bonæ fi. et in iudicijs ſi à principio in erat ſaltem vbi iudex eã nõ expreſsit. Aliquãdo ponitur in conditione: & tunc in cõtractibus vitiatur in iudicijs vel arbitrijs vitiat ſententiam.

Conditio eſt triplex.

[4] Hæc eſt gl. diabolica ſecundum Pet. Fab. Ang. & Por. qa vbi ſunt plures conditiões in inſtitutione, debent omnes obſeruari. Aeg. p.

[2] Quod eſt verũ in legatis, ſed ĩ inſtitutionibus videtur qd' priori quę extiterit: vt. d. l. ſi plures & iſto caſu poteſt verificari gl. præcedẽs.

† Laudatur tamẽ à Tranquillo Cæſar Auguſtus hoc nomine quod ignotorum teſtamẽtis ſibi delata nunquã agnouerit.

[5] Nã omnis hæres poſt primum dicitur ſecundus, ſecundum Boe. in topi. Plin. libr. vij. cap. v. ex ſententia Maſurij iuriſcõ. ibi ſecũdo hærede lege agente. gl. in ti. ſſ. eo. & C. de ſecun. nup. tex. in. l. ſi filius qui, in prin. ĩ ver. ex ſecũdis ſſ. eo. Sueto. tamẽ in Clau. c. de fauore eius, vocat tertios hæredes ſecũdo loco ſubſtitutos. Aeg. per.

[3] Differũt tamen, qa ſubſtitu᷒ ĩ re certa p verbũ cõmune nunquã trahitur ad totũ: vt. l. cogi. §. qualiter. ſſ. ad Treb. niſi eſſet ſubſtitutus in quota alio non exiſtẽte hærede. ſecus autẽ eſt in inſtitutione: vt l. j. §. ſi ex fũdo. ſſ. de heredi. inſti. Ange.

vulga ſubſtit. veluti, ſi teſtator primo ita inſtituat, P. hæredem inſtituo: & ſi P. hæres non erit, M. ei ſubſtituo: & ſi M. non erit hæres, Tit. ei ſubſtituo: & ſic deinceps inquantum teſtator voluerit, ſubſtituere poteſt, per negatiua verba gradus ſubſtitutionis multiplicando: et nouiſsimo loco ſi habet hæreditatem ſuſpectā, ſeruum ſuum poteſt hæredem de neceſſitate ſubſtituere: vt ſi forte omnes alij hæreditatem repudiauerit ſaltē ſeruum in ſubſidium hęredem neceſſariū habeat. Et nō ſolū vnus in locū vnius ſubſtitui poteſt, ſed etiam plures in locum vnius ſubſtitui poſſunt: & etiā ipſi hæredes inſtituti Inuicem ſubſtitui poſſunt: & vnus in locum plurium ſubſtitui poteſt: veluti ſi teſtator ita dixerit, P. & M. hæredes inſtituo: & eos ſibi inuicem ſubſtituo. nā in hoc caſu tacite vulgariter, alter alteri intelligitur ſubſtitutus. Et hęc dicunt vſq; ad illum. §. & ſi ex diſparibus. Franc. de Aretio.

mento [a] ſuo plures gradus [b] hęredū facere: vt puta, Si illę hęres nō erit, ille hæres eſto: & deinceps inquantum [c] velit teſtator ſubſtituere [d] poteſt*: vt nouiſsimo [e] loco in ſubſidium vel [f] ſeruum neceſſariū hæredem inſtituere † poſsit.

Poſſunt plures in locum vnius, & vnus in locum plurium: & ſinguli ſingulis, vel omnes inuicem ſubſtitui. Accurſius.

Et plures in vnius locū poſſunt ſubſtitui: vel vnus [g] in pluriū, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem [h] ipſi [i], qui hæredes inſtituti ſunt.

Quem teſtator inſtituendo prædilexit, eum etiam ſubſtituendo prædilexiſſe creditur: ideo hæredes ex diſparibus partibus inſtituti, & inuicem ſimpliciter ſubſtituti, [illegible] partibus ſubſtitui cenſentur, ex quibus inſtituti fuerūt.

Et ſi ex diſparibus partibus [k] hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem partium in ſubſtitutione habuerit: eas videt̄ in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſsit [l]. & ita diuus Pius reſcripſit.

Si inſtitutus fuerit cohæredi ſubſtitutus, & deinde tertius ſubſtituto ſubſtitutus: admittitur ad partes vtriuſq; neutro inſtitutorū adeunte. Accurſius.

Sed ſi inſtituto hęredi [m] & cohæredi ſuo [n] ſubſtituto dato*, alius [o] ſubſtitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione [p] reſcripſerunt, ad vtranq; partem ſubſtitutum admitti.

diſparibus partibus puta P. in ſex vncias, M. in quatuor, & Titium in duas: & poſtea adiecit vos inuicem ſubſtituo: & nullas partes in ſubſtitutione expreſsit. mortuo teſtatore, P. in ſex vncias inſtitutus ante, quā adiret, deceſsit: vel forte vnus portionem ſuam repudiauit. modo quęro in quas portiōes ſubſtituti P. debeant ſuccedere? Ad hoc reſpondet, Amice, ſi ex diſparibus partibus hæredes inſtitutos teſtator inuicem ſubſtituerit, & nullam mētionem partium in ſubſtitutione fecerit: eaſdē partes videtur in ſubſtitutione dediſſe, quas in inſtitutione expreſsit. & ita diuus Pius reſcripſit: vnde dico tibi, qđ in caſu propoſito M. īſtitutus in quatuor vncias, quatuor vncias ex ſubſtitutione habebit: & Titius īſtitutus ī duas, ex ſubſtitutiōe ad duas ſimilr vocabit. Eodem enim modo quo eos teſtator dilexit in inſtitutione, videtur eos in ſubſtitutione dilexiſſe. Et hæc dicūtur vſque ad illum §. Sed ſi inſtituto. Franc.

a In teſtamento. In alia autem voluntate, quā in teſtamento, vt in codicillis, vel aliqua alia non fit. ſ. huiuſmodi ſubſtitutio vt directo valeat, ſicut nec inſtitutio fieri poteſt: vt. j. de codi. §. pe. & C. de cod. l. hæreditatem [t]. fit tamen in codicillis ex certa ſcientia: vt per fideicommiſſum ſaltem directo ſubſtitutus per hæc verba, ſubſtituo, admittatur: vt. ff. ad Treb. l. Scæuola rñ. niſi teſtator putaret ſe facere teſtamentum, & facere codicillos non deſtinaſſet, licet poſſet. Nam tunc ſubſtitutus in his, nec directo, nec per fideicommiſ. admitteretur, licet poſſet: vt. C. de cod. l. fina. §. illud quoq;. & facit. ff. eo l. poteſt. Accurſius.

b Gradus ad ſimilitudinem enim graduum ſic dicūtur: qui faciunt ſcalas ſic & dicitur gradus conſang. vt ff. de grad. l. iuriſconſultus. §. gradus.

c Inquantum. id eſt, quot.

d Subſtituere. ſcilicet poteſt.

e Nouiſsimo. i. vltimo: ſic. ī. de ſuſp. tu. § nouiſsime. Sed nunquid in alio niſi in vltimo fieri poteſt? Reſpon. non, cum enim ipſe ſeruus omnino eſſe hæres compellatur: vt hic ſubijcit. & ī. de hær. quali. & dif. §. j patet alium, qui eſſet ei ſubſtitutus, non admitti: vt C eo. de impube. & ali. ſubſti. l. poſt aditam. Accurſius.

ADDITIO. Et ſic licet datio ſubſtituti vulgaris tollat ſuitatem in filio, non tamē tollit neceſsitatem in ſeruo: & intelligitur tunc collata ſubſtitutio in caſu impotentiæ. Angelus.

f Vel. pro ſaltem.

g Vel vnus. ſ. ſubſtitui poteſt in locum plurium.

h Inuicem. ſic ī. tit. j. §. ſubſtituitur. & per talia verba fit ſubſtitutio compendioſa.

i Ipſi. ſcilicet poſſunt ſubſtitui.

k Et ſi ex diſparibus. CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo inſtituit tres hæredes ex

§. Sed ſi inſtituto. Franc.

k Diſparibus partibus. puta vnum in ſex vncias, alium in quatuor, alium in duas inſtitutum ponas. nā ſi non adeat inſtitutus in ſex vncias; quatuor accreſcūt habenti quatuor & duę habenti duas vt hic, &. ff. eo. l. ſi in teſtamento. & l. ſi plures. & C eo. l. j.

l Expreſsit. contra. ff. ad Trebel. l. quoties. & l. nō nunquam. ſed hic loquitur, cum non expreſsit propria nomina [z]: nam pec. ex æquis partibus ſubſtitutos dare iuſsit.

Sed ſi inſtituto. CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo Titium & Seium hæredes inſtituit: & poſtea adiecit, ſi Titius hæres non erit, Seium cohæredem ſuum ſubſtituo: & ſi Seius hæres non erit, Mæuium ſubſtituo. Mortuo teſtatore, Titius primo repudiauit, Seius ſecundo: modo Mæuius qui fuit ſubſtitutus Seij, vult admitti ex ſubſtitutione: modo vertitur quæſtio, vtrum debeat admitti Mæuius ad totam hæreditatem, vel ad partem dimidiam? Et certe reſpondet, quod ad vtranque partem admittitur. & ita diui Seuerus & Antoninus, in hoc caſu requiſiti, ſine diſtinctione reſcripſerunt. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſi ſeruum alienum. Franciſcus.

Sed ſi inſtituto. CASVS. Titius & Seius inſtituti ſunt hæredes: & Titio Seius ſubſtitutus, & Seio fuit ſubſtitutus Mæuius. primo Titius, ſecundo Seius repudiauit: admittitur Mæuius in partem vtriuſque hæredis: vt hic. & ff. eodem. l ſi Titius. & l. cohæredi. in principio. Accurſius.

m Hæredi. ſcilicet Seio.

n Cohæredi ſuo. ſcilicet Titio.

o Alius. ſcilicet Mæuius.

p Sine diſtinctiōe. ſcilicet ordinis pupillaris, vel vulgaris.

* Abundant, ſubſtituere poteſt.

† Hic tex. non negat ſeruo ſubſtitui poſſe, licet dicat vltimo loco inſtitui: qa verbū poteſt, nō inducit neceſsitatem. l. j. C. quomodo & quādo. l. non quicquid. ff. de iudi. Aeg. per.

t Nec ex hęredario. & ex iſtis in dubio teſtari, ſine ipſis autē codicillari voluiſſe p̄ſumitur. l. illud. §. tractari. ff. de iu. cod. & eſt glo. ſingularis ī. l. verbis ciuilibus. ff. eo.

* Alias, inſtituto hæredi, cohærede ſubſtituto data &c.

z Scilicet ipſos ſubſtitutos: quia tunc admitterēt pro virili idem ſi appellatiuo quādo ſic fuiſſe appareret de voluntate teſtatoris. vt l. verū. §. ſi. ff. de re. du. qđ autem ſi aliquos proprijs, aliquos appellatiuis vel omnes ſimul vtriſque nominibus appellauerit: & qđ ſi aliqui fuerint in ſubſtitutione coniuncti, & vnus ſeparatus: vide hic Ange.

garis ſubſtitutionis, quaſi dicat, nō diſtinguitur, ſi fuerit pupillaris, vel vulgaris ſubſtitutio: & quæ fuerit primo facta, vel inſtitutio, vel ſubſtitutio. & idē in vulgari. Sed hanc reprobant quidā: quia debet ibi eſſe ordo: vt primo principalis inſtitutio, & poſtea ſubſtitutio fiat: vt. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. ij. §. prius. Sed certe ille. §. prius corrigitur per ſeq. §. vſque in fi. dictę legis. Sed ego hoc reprobo: quia nō eſt hæc huius literæ intentio, ſed hęc: quia ſic fuit de facto, φ non diſtinxerunt cum ab eis quæreretur. Eſt tamen diſtinguendum à nobis, ſicut & alias. ff. de iud. l. non poteſt. in fi. & de poſthu. l. Imperator. in fi. glo. §. ij. Item non dicitur hic de pupillari, ſed de vulgari tantū: vt patet ex ſerie titu. per[i] quod etiam reprobatur ſuperior ſententia. ſ. quia in prin. glo. fuit dictum, ſecundum quoſdam non diſtinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris ſubſtitutio. Diſtingue ergo, vtrum inſtitutus adierit, vel cohęres, vel ambo, vel nullus. ſi enim vterque adiuit, ſubſtitutus repellitur. ſi cohæres tantū. ſ. Seius, idem quia Mæuius repellitur. Item ſi neuter habet locum φ hic dicitur. ſ. φ Mæuius habeat totum. ſi autem Titius tantum. ſ. primus hæres adeat, & Seius non: in partem repellitur. ſ. Mæuius. nam in partem repellitur quā adijt Titius: vt. C. eo. l. poſt aditam. & ff. de vulg. ſub. l. qui habebat filium. j. reſpon.

Vulgariter ſubſtitutus alieno ſeruo, quem teſtator liberum opinabatur; [illegible] domini iuſſu ſeruus hæreditatem adierit, ad partem hæreditatis admittitur: [illegible] ſi hæres non erit, interpretatione [illegible].

Si ſeruum alienum, quis patremfamilias[a] arbitratus hæredem ſcripſerit: & ſi hæres non eſſet, Mæuium ei ſubſtituerit, iſque ſeruus iuſſu[b] domini adierit hæreditatem: Mæuius ſubſtitutus, in partem[c] admittitur, Illa enim verba[d], Si hęres nō erit[e], in eo quidem, quē alieno iuri ſubiectū eſſe teſtator ſcit[f],

Si ſeruum alienum. CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento ſuo ſeruum P. quem credebat liberum hominem, hęredem inſtituit, & poſtea adiecit, & ſi inſtitutus hæres non erit, Mæuium ei ſubſtituo. mortuo teſtatore apparuit, quod ille quem teſtator errore deceptus credebat fuiſſe liberum, & tanquā liberum hæredem inſtituit, ſeruus erat P. & ita iuſſu P. domini adiuit hæreditatem, qui eam dicebat ſibi acquiſitam: ex aduerſo Mæuius ſubſtitutus viriliter ſe P. opponebat, & allegabat in hunc modū: Ego domine P. dico. φ per aditionem ſerui tui in caſu iſto non poteſt ſibi acquiri hęreditas: quia teſtator errore deceptus credebat liberū ſeruū ſuū, quē ſibi hæredē inſtituit: vnde cum in rei veritate non tenuerit inſtitutio facta: ideo deficiente inſtitutione, dico me ex ſubſtitutione ad totam hæreditatem admittendum, & te omnino repellendum. Sed in contrarium P. videbatur ſibi poſſe defendere hæreditatem, in hunc modum allegando contradicēs: Domine Mæui, ego dico, φ veritas præferenda eſt opinioni. vnde cum in veritate ſeruus meus fuerit inſtitutus, & ſi hæres non eſſet, tu ei futurus eras ſubſtitutus: & ipſe ſeruus iuſſu meo adierit hanc hæreditatem, mihi per traditionem totam hęreditatem acquiſiuit: & vulgaris ſubſtit. expirauit: & ſic ex virtute vulga. ſubſti. nihil iuris in hac hæreditate poteris vendicare, cum traditionē ſubſtitutio penitus ſit extincta. & ita magis creſcebat contentio inter P. dominum ſerui inſtitutum, & Mæuium ſubſtitutum: & ideo ſupplicauit Imp. dicens. pro Deo domine, ſi placet terminetis iſtā contentionē, & dicatis quid iuris eſt in caſu iſto propoſito? Ad hoc rñ. Amice, ſi quis alienum ſeruū patremf. arbitratus, hęredē inſtituerit, & ſi hæres nō eſſet Mæuium ſubſtituerit: licet iſte ſeruus per errorē inſtitutus, iuſſu domini adierit hæreditatē, non tamen ſubſtitutio vulg penitus euanuit: imo Mæuius vulgariter ſubſtitutus in partē hæreditatis acquiſitę admittēdus eſt. Sed domine, qualiter reſpō. ad allegationes hincinde propoſitas? Ad hoc rñ. Amice, Allegatio domini pro ſeruo inſtituto, locum habet in eo ſeruo, quem teſtator ſciens eſſe ſeruū, hęredem inſtituit. Illa enim verba, quę ponuntur in vulgari. Sed ſi hæres nō erit in eo, quem teſtator in rei veritate ſcit eſſe ſeruum, intelliguntur, ſi neque ipſe ſeruus inſtitutus acquiſierit ſibi hæreditatē, neque domino pręſenti, neque futuro: quia tunc demū admittitur ſubſtitutus, ſi in hoc caſu prio ignorabat ipſum eſſe ſeruum: & ita non omnino obtinet allegatio dñi. Allegatio vero Męuij ſubſtituti locū habet in eo ſeruo, quē teſtator ſciens hominē liberū inſtituit, & ei vulgariter ſubſtituit. Iſta enim verba. ſ. ſi hæres non erit in eo ſeruo, quē teſtator ſcit eſſe patremfamil. hoc ſignificāt, ſi neque ipſe ſibi acquirit hæreditatē: neque illi, cuius iuri poſtea ſubiectus erit: tūc enim demū ad hæreditatem admittitur ſubſtitutus. ſed certe ſecus erat in caſu propoſito. nā teſtator credebat ipſum eſſe liberū, & in rei veritate ſeruus fuit: vnde non eſt mirū, ſi aliud in j. reſpō. quā in ij. vel iij. ſtatutū ſit. Nec videatur alicui nos aliquid durū in hoc caſu ſtatuiſſe. Nam ita Tiberius Cæſar in perſona Parthi ſerui ſui quondā à teſtatore per errorē inſtituti conſtituit. Fran. de Are.

a Patremfamilias. i. liberum hominem. Accur.

ADDITIO. Et hoc verum, niſi error eſſet in ea perſonæ qualitate, quæ præſumeretur cauſa ſi. ipſius inſtitutionis, puta in conſanguinitate: vt. l. ſi pater. C. de hęred. inſtit. Ange.

b Iuſſu. quem iuſſum neceſſario oportet præcedere: vt. ff. de acquir. hære. l. ſi quis mihi. §. iuſſum.

c In partem. ſed in quam? Reſpon. hæreditas in duas partes diuiditur: & iterū vnus ſemis diuiditur in duas partes: quæ ſunt duæ quartę totius: & vnam harū particularum habet dominus inſtituti, aliā ſubſtitutus: vt ff. de hær. inſti. l. ſi paterfa. in fi. Sed de alio ſemiſſe quid erit? Reſpon. quidam, φ ſubſtitutus habet, inſpecta opinione teſtantis. ſ. qui credidit inſtitutū liberum fuiſſe: & ita per conſequens credit ſubſtitutū admitti, ſi hæreditatem ſibi inſtitutus non acquiſierit, vel alij, cuius iuri poſtea ſubiectus foret: vt in fi. huius. §. ergo ſi aliquod iſtorū duorum non cōtingit, debet habere ſubſtitutus ſecūdum opinionē teſtantis totā hæreditatē: ſed quia nō erat liber, vt teſtator credidit, de æquitate datur domino ipſius quarta hæreditatis, & facit pro hoc illud generale, opinionē conſiderandā: vt. ff. pro emp. l. ij. §. ſi à pupillo. in glo. ſi in re: & ff. de acquir. hæ. l. is qui putat. Alij dicunt φ domino datur, conſiderata veritate magis, quā opinione: quia vere ſeruus eius domini factus erat ille, qui inſtitutus fuit: quod verius eſſe videtur, veritate magis attenta, vnde facit & illud generale, veritatē ſpectandā: vt. j. de le. §. ſi quis rem. Accur.

ADDITIO. Dic quod vlt. opi. glo. eſt verior. & ita no. glo. & doct. in. d. l. ſi paterfa. videlicet, quod dominus ſerui habeat totū alium ſemiſſem. Ang. Aret.

d Illa enim verba. nunc mutat caſum: nā. j. dixit, qñ aliud arbitrabatur teſtator, & aliud erat. in his autem duobus reſponſis, quæ ſequuntur, idem eſt id quod arbitratur teſtator. Accur.

e Si hæres non erit. quæ apponuntur in ſubſtitutionibus vulgaribus.

f Teſtator ſcit. & verum ſcit. alias enim non diceretur ſcire: niſi eſſet: vt. ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. item Labeo ait cum quæritur.

i Et ita ea tantū procedit iſte textus. itē in caſu ſuo vbi ſcil. cohęredi ſubſtituto eſt facta ſubſtitutio. tunc enim quāuis per ius accreſcēdi haberet ſubſtitutus partem illius cui nō fuit ſubſtitutus, tamen nulla tali in eis facta diſtinctione hoc eſt diuiſione, eā habebit iure ſubſtitutionis, & hæc fuit forte mens illius literę: ſecus tamen eſſet in pupillari, vel alias vbi ius accreſcendi, locū habere non poſſet: vt per doct. hic.

Opinio an ſit veritati anteponenda.

ante duodecim ann. ff. de teſt. l. qua ætate. &. ſ. qui manu. non poſ. §. cum ergo.
a Excitati. ſcilicet nos Iuſtinianus.
b Conſtitutionem. C. de imp. & ali. ſubſtitu. l. humanitatis.
c Certas perſonas. ſcilicet filios mente captorum, ſi habeant: alias fratres mente capti: alias quoſcunque volet: vt in dicta. l. humanitatis. contineetur. ADDITIO. Etiam ſupradictis exiſtentibus, qui ſunt ſpurij, vel naturales tantum, aut etiam mente capti. Angelus.
d Reſipuerint. id eſt, cum compotes mentis, vel ſani facti fuerint.
e Ad exemplū. & ita hæc vocatur exemplaris ſubſtitutio. Vnde vt plene de his habeas notitiam, diſtingue quinque genera ſubſtitutionū: qa alia eſt vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia breuiloqua, alia compendioſa. Prima, ſcilicet vulgaris ſubdiuiditur: quia alia expreſſa, vt quæ fit verbis negatiuis: vt, ſi hæres nō eris, Titius erit hæres: vt. ſ. proxi. Alia tacita, quæ fit verbis affirmatiuis: vt his, vos inuicem ſubſtituo: vt. ff. de hære. inſti. l. cum in teſtamento. §. j. Item hæc, quiſqs erit mihi hęres, ſit filio meo impuberi hæres: vt. ff. eo. l. qui liberis. §. hæc verba. & hæc vulgaris adita hæreditate expirat: vt. C. eo. l. poſt aditam. Secunda autem, ſcilicet pupillaris, ſimiliter ſubdiuiditur: quia alia expſſa: quæ fit verbis affirmatiuis: vt hic, ſi hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius ſit hæres: vt. ſ. proxi. Alia tacita, ſcilicet vt ſi vulgariter tantum pupillo ſubſtituatur quo caſu tacita ſubintelligitur pupillaris. ſic & ſub pupillari tacita, vulgaris intelligitur: vt. ff. eo. l. nam* hoc iure. in prin. &. C. de impuberibus & ali. ſubſtit. l. quamuis. & hæc adueniēte pubertate expirat: vt in fine huius. §. Tertia, ſcilicet exemplaris, ſic ideo dicitur: qa ad exemplum pupillaris eſt inducta, vt hic dicitur. In multis tamen differunt: quia hæc etiam maioribus fit, ſed alia tantum impuberibus. Item vſque ad certā ætatem fit pupillaris, ſcilicet decimūquartum annum, vel duodecimum annum in fœmina: vt. j. eo. §. maſculo. vel etiam minus tempus certum, non maius: vt ff. eo. l. ſi ita quis ſubſtituerit. & l. in pupillari. at hęc exemplaris in incertum. Item in hac, ſcilicet exemplari, certæ perſonæ ſubſtituuntur: vt C. eodem. l. humanitatis. in pupillari autem quilibet poteſt ſubſtitui. Quarta autē, id eſt breuiloqua, fit ita, duobus hæredibus inſtitutis, vos inuicem ſubſtituo: & ſi ambo pupilli ſunt. nam quatuor ſubſtitutiones his verbis breuibus comprehenduntur: & appellat lex hanc reciprocam ſubſtitutionem: vt. ff. eodem. l. nam* hoc iure. §. primo. Quinta, ſcilicet compendioſa, fit his verbis aliquo inſtituto: quandocunque deceſſerit, Titium ſubſtituo. & ſi quidem hoc fiat à milite pupillo vel non pupillo: valet iure directo, quandocunque decedat inſtitutus: vt. ff. de mili. teſtamen. l. miles ita hæredem. §. primo. niſi mater ſit in medio. quo caſu iure fideicommiſſi valet, ſi pubes iam factus decedat inſtitutus: vt C. eodem. l. precibus. Si vero paganus, ſiue nō miles, faciat eam, valet iure directo, ſi moritur inſtitutus in ætate pupillari. Si vero, poſtea tunc aut per hæc verba fit, ſubſtituo illum: & tunc trahitur ad fideicommiſſariam: vt. ff. ad Trebellianum. l. Scęuola. aut per hæc verba, te inſtituo: & ſi deceſſeris quandocunque tibi illum facio hęredem, & hæc non valet: vt. ff. eodē. l. verbis ciuilibus. Accurſius.

1 Intantū quod cæteris exhęredatis, vel ex iuſta cā ꝑteritis vnum tantū modo ſubſtituere poteſt. Ang.

tes eis faciant.

Qua ratione poteſt pater filio impuberi pupillariter ſubſtituere, eadem poterit filio ſuo mēte capto exemplarem ſubſtitutionem facere: namque ſicut pupillaris pubertate adueniente expirat, ita exemplaris furore ſedato, & ſanitate mentis reſtituta euaneſcit.

Qua ratione excitati [a], etiam conſtitutionem [b] in noſtro poſuimus Codice: qua proſpectū eſt, vt ſi qui mēte captos habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes cuiuſcūque ſexus vel gradus: liceat eis, etſi puberes ſint, ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis certas pſonas [c] ſubſtituere: ſinautē reſipuerint [d]: eandē ſubſtitutionem infirmari. & hoc ad exēplum [e] pupillaris ſubſtitutiōis: quæ [f] poſt, quàm pupillus adoleuerit [g], infirmatur.

Facta pupillari ſubſtitutione, cenſentur duo teſtamēta, vel vnū duarum hæreditatum. Aretinus.

Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecūdum præfatum modum [h] ordinanata, duo [i] quodammodo† ſunt teſtamenta: alterū patris, alterū filij†‡ tanquam ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet. aut certè vnum teſtamētum eſt duarum cauſarum, id eſt, duarū hæreditatum.

Poteſt pater facere ſubſtitutionem pupillarem filio ſeparatim clauſam & ſignatam: & diſponere quòd non aperiatur viuo filio, quæ diſpoſitio valet, etiam ſi non fuerit per ſe ita clauſa & ſignata. Aretinus.

Sinautē quis ita formidoloſus [k] ſit, vt timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc ex eo, quòd palàm ſubſtitutū acceperit, poſt obitū eius periculo inſidiarum ſubiaceat [l]: vulgarem quidem ſubſtitutionem [m] palàm facere, & in primis teſtamenti partibus ordinare* debet. Illam autem ſubſti-

f Quæ. ſcilicet pupillaris.
g Adoleuerit. itē finitur arrogatione impuberis: vt ff. de adop. l. nec ei. in fine. Item ſi patris non fuit hæreditas adita: vt. ff. eodem. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. Item ſi naſcitur poſthumus teſtatori: vt. ff. eodem. l. ſi pater filium. Item per ſecundum teſtamentum, quod tamen valet: vt. ff. eodem. l. ſi quis eum. §. fina. Item ſi teſtamentum paternum rumpatur per querelam in totum: aliud ſi pro parte: vt. ff. eodem. l. in ſubſtitutione. & de inofficioſo teſtamento. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Sed contratabulas bonorum poſſeſſio meta non facit pupillarem ſubſtitutionem ceſſare: quia ibi non quæritur de viribus teſtamenti: vt. ff. eodem. l. ex duobus. §. fina. & de inoffic. teſtamē. l. filius. §. primo.
h Præfatum modum. vt. ſ. eo. in princ.
i Duo. Nota quod duo dicuntur quo ad quid: quia duobus fit. nam inſtituitur hæres duobus, patri ſcilicet & filio. Item duarum hæreditatum. vnum vero dicitur, quia ab vno factum. & facit ad hoc. ff. eodem. l. patris & filij. &. ff. de conditio. & demonſtratio. l. hæc ſcriptura. &. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabulas. l. ſi ita ſcriptum. §. finali. & lege, vt bonorum.
k Formidoloſus. i. timidus & meticuloſus.
l Subiaceat. quibus inſidijs eum ſubijceret ſubſtitutus, vt haberet eius hæreditatem, vt fecit Zacharellus.
m Subſtitutionem. ſcilicet cum ipſa inſtitutione. nam hic eſt ordo, vt primo inſtitutio, ſecundo vulgaris ſubſtitutio, tertio pupillaris fiat: vt ſupra eodem titu. in principio.

Subſtitutio pupillaris.

‡ Et ſicut pater poteſt facere filio impuberi teſtamentū, ita etiā poteſt eidem eligere ſepulturā: vt habetur in. c. de vxore. iūcta gl. ſuper verbo, definitum. extra de ſepul.

* Alias, ſtā & infra.

† Dictio quo dāmodo, eſt nota improprietatis: vt hic. & l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. gl. in. l. ſi me in vacuā. ff. de acq. poſ. Aegi. per.

‡ Et ſicut pater poteſt facere filio impuberi teſtamentū: ita etiam poteſt eidem eligere ſepulturam, vt habetī l. c. de vxor. iūcta gl. ſuper verb. definitum. extra de ſepul.

‡ Et eſt ratio qa tūc impeditur rogat⁹ nō ſolū ex defectu ætatis teſtari, ſed ex alio defectu: qa eſt ſubiectus alterius poteſtati, cui per dationem pupillaris ſubſtituti, potuit ꝓuideri: ſecūdū Chr.

* Alias, ſcribere.

tutionem, per quã ſi hæres extiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur [a]: ſeparatim in inferioribus partibus ſcribere [b]: eamq; partem proprio lino [c]: propriaq; cera conſignare: & in priore parte teſtamẽti cauere [d], ne inferiores tabulę viuo filio, & adhuc impubere aperiantur. Illud palàm eſt, non ideo minus [e] valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis [f] ſcripta ſit, quibus ſibi quiſq; hæredẽ inſtituiſſet: quãuis pupillo hoc periculoſum ſit.

Subſtitutio pupillaris poteſt fieri non ſolùm filio inſtituto, ſed etiã exhæredato: & veniunt in ea omnia bona pupilli vndecũq; quæſita, quod locum habet etiam in poſthumis. Aretinus.

Non ſolùm autem hæredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, vt ſi hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis hęres is, quem ipſi voluerint: ſed etiam exhæredatis [g]. itaq; eo caſu [h] ſi qd exhæredato pupillo ex hęreditatibus, legatiſve, aut donationibus ꝓpinquorum atq; amicorum adquiſitum fuerit [i], id omne [k] ad ſubſtitutum [l] pertinebit. Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorũ, vel hæredum inſtitutorum [m], vel exhæredatorum [n], eadem etiam de poſthumis intelligimus.

Non poteſt pater pupillo ſuo ſubſtituere pupillariter, niſi ſibi faciat teſtamentum, & ſi non valet teſtamentum patris: non valet ſubſtitutio. Aretinus.

Liberis autem † ſuis teſtamentum nemo facere poteſt, niſi & ſibi [o] faciat [p]. nam pupillare teſtamentum, pars [q] & ſequela eſt paterni teſtamẽti: adeò vt ſi patris teſtamentum nõ valeat [r], nec filij quidem valebit.

Pupillaris ſubſtitutio poteſt fieri ſingulis pupillis, vel ei qui vltimus morietur. Aretinus.

a Vocatur. quæ eſt pupillaris.

b Scribere. vel etiam alia charta: quia & hoc fieri poteſt: vt. ff. eo. l. patris & filij.

c Proprio lino. linũ appellat ipſam chordulam, quæ fit de lino: vt videmus fieri in literis domini papæ, in quibus chordulis teſtamẽti apponebantur ſeptẽ ſigilla de cera. Et ideo dicit ꝓprio lino, qa ſi alieno, vẽdicaret dominus [1], & ita aperiretur: & conſilium legis nullum eſſet. vel dic ꝓprio, id eſt, ſeparato ab alijs partibus teſtamenti. Sed nonne magis inſidiabitur ſubſtitutus: cũ tãtã conſtructionem, id eſt, ordinationẽ videat, & propter ſe? Reſpon. hoc ignorabit, an ꝓpter ſe, an propter aliũ facta fuerit illa ordinatio. Accurſius. ADDITIO Nec ideo inualidabitur iſtud conſiliũ, quia ſub exp̃ſſa vulgari tacita pupillaris cõtineatur: quia illud verum, niſi de mẽte tacita vel expreſſa teſtantis contrariũ appareat: vt hic, & l. iam hoc iure. ff. eodem.

d Cauere. idem eſt & ſi hoc non caueat, dum tamen ſeparatim ſignet. Accurſius.

e Non ideo minus. quaſi dicat diximus, ꝙ ſic caute fieri poteſt. Sed ſi non ita fecerit, nũquid valet ideo minus? Reſpon. non ideo minus &c. vt hic dicit.

f Tabulis. ſcilicet apertis. Accur.

g Exhæredatis. ſcilicet ſubſtituere poſſunt.

h Eo caſu. ſ. quando exhæredato ſubſtituitur.

i Fuerit. vt quia gratioſus erat hic pupillus, ſic vt ei donaretur vel legaretur.

k Id omne. imo videtur, quod tantum in eis bonis valet ſubſtitutio, quæ à patre peruenerunt ad filiũ exhæredatum: vt. ff. de mili. teſta. l. miles. §. exhæredato. quæ eſt huic contraria. Sol. ibi miles emancipato ſubſtituebat: quod in alio, ſcilicet pagano non toleratur: vt. j. eo. §. extraneo. & ideo cum vnum pro eo inducitur, ſcilicet quod poteſt ſubſtituere emãcipato: & aliud contra eum inducitur, ſcilicet quod non poteſt ſubſtituere emancipato, niſi in his bonis quæ ſibi dedit: vt argu. ff. de iureiuran. l. eum qui. in prin. ADDITIO. Imo exiſtenti in poteſtate quod patet, quia exhæredatur: quæ exhæredatio eſſet inepta in emancipato. vnde dic quod ibi loquitur in milite, qui inſtituto vel emancipato poteſt ſubſtituere pro parte, & pro parte nõ: ſecus in pagano. Ang.

l Ad ſubſtitutum. qui ſubſtitutus nullo poteſt grauari legato, etiam in ea re, quæ pupillo fuit relicta: vt C. de leg. l. cum quidam. ſed ipſe exhæredatus ſic in re ſibi relicta: vt. ff. eo. l. cohæredi. §. cum filiæ. in fine. §. [2] Et not. hunc. §. non poſſe hodie habere locum, niſi talis ſit impubes, qui poſſit eſſe ingratus: vt proximus pubertati. vt not. ſ. quibus modis teſta. fin. §. item ſi in ſeruitutem. alias nõ poteſt exhæredari: vt. C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. §. legis.

m Inſtitutorum. vt. ſ. eo in princip. vſque ad proximum. §.

n Exhæredatorum. vt. ſ. proxi. §.

o Et ſibi. hic no. quod ſi filium exhæredet cui ſubſtituit: prius ſibi, deinde debet facere filio teſtamentum. Si autem cum inſtituat, tunc vel ante, vel poſt valet inſtitutio vel ſubſtitutio: vt. ff. eo. l. ij. §. prius. & . §. ſed ſi quis. & . §. ſed & ſi. & . §. fina. ADDITIO. Sed hãc reprobãt docto. quia non habet rationem, & dicunt iſtũ textum, & dictũ. §. prius. procedere, quando ſubſtitutio fit ex interuallo: ſecus ſi eodem contextu. quia non curatur quid præcedat. Ange.

p Faciat. hoc fallit in milite, qui poteſt ſubſtituere pupillo: licet non inſtituat ſibi aliquem hæredem: vt. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitutio. l. ij. §. quiſquis.

q Pars. ſic. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. penultima.

r Non valeat. ſcilicet à principio: vt quia filius fuit præteritus: vt. ff. eodem. l. ſi quis cum. in fine legis, vel alias, ſcilicet non valet teſtamentum à principio: cum multi ſint modi, quibus teſtamentum non valet: vt. ff. de iniuſt. rup. teſta. l. j. Idem etiam ſi ex poſtfacto rumpatur in totum. ſ. teſtamentũ patris. Secus ſi pro parte tantũ: quia tunc ſubſtitutio remanet: vt. ff. eo. l in ſubſtitutione. & . ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. ſed nec. Item hæc ſunt vera, ſi iure ciuili expugnetur teſtamentum. Aliter autem ſi iure prætorio: vt ſi per contratabul. expugnetur teſtamentum: quia remanet ſubſtitutio: vt. ff. eodem. l. ex duobus. in fine. & . l. ſequen. quæ huic. l. contrariæ ſunt. Sed certe aliud eſt, cum expugnatur iure ciuili, vt hic: aliud cum iure prætorio: vt ibi. nam prætor non poteſt facere eſſe, nec deſinere hæredem: vt infra, de bonorum poſſeſſio. §. quos autem. Item nota. hic, quod de alienis rebus quis teſtatur: vt pater de bonis filij. ſic & alias. ff. de dona. inter virum & vxorem. l. cum his. §. ſi

dona

[1] Doctores contra ꝓpter publicam vtilitatem ad ſimilitudinem ſigni iniũcti: vt p Io. Fab. & Angel. hic.

[2] Et eſt ratio diuerſitatis: quia ſubſtitutio exhęredati eſt ſimpliciter teſtamẽtũ filij: ita qd' non patris à quo nullam quotã hæreditatis accepit. et ideo i alieno teſtamẽto legare non poteſt: ſecus ſi ex eadẽ volũtate quotã hæreditatis haberet ſubſtitutus: & ſubſtitutioni locus eſſe poſſet vt hic. Ange.

† Facit ad hũc. §. ca. in noſtra. in glo j in ſi. extra de ſepul.

donator. verſ. ſi miles. & ff. de iniuſ. rup. te. l. ſi quis filio. §. ſed & ſi quis fuerit. Eſt & alius caſus ſecundum quoſdam: vt. C. de ſecun. nup. l. fœminæ. §. ſi. Sed de iure cōmuni aliter eſt: vt. ff. de teſt. l. eius qui. §. j. & de iure Cod. l. conficiuntur. §. ſi poſt.

Vel ſingulis [a] liberis, vel ei, qui eorum nouiſſimus [b] impubes morietur: ſubſtitui [c] poteſt. Singulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum decedere voluerit: nouiſſimo, ſi ius legitimarum hæreditatum ✝ integrū inter eos cuſtodiri velit.

Pupillo ſubſtitutus dari poteſt certo & proprio nomine, aut generaliter, his verbis (quiſquis mihi erit hæres, filio meo impuberi ſit hæres) quo caſu qui ex teſtatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hæreditarijs portionibus ſubſtitui videntur.

Subſtituitur autē impuberi, aut nominatim [d]: veluti, Titius, aut generaliter: vt, Quiſquis mihi hæres erit [e]. Quibus [f] verbis vocantur ex ſubſtitutiōe, impubere mortuo filio illi, qui & ſcripti ſunt hæredes [g], & extiterunt [h], & pro qua parte [i] hęredes facti ſunt.

Pubertate euaneſcit pupillaris ſubſtitutio, nec longiorem habet progreſſum, quàm in pubertatem vſque.

Maſculo igitur vſq; [k] ad quatuordecim annos ſubſtitui poteſt, fœminæ vſque ad duodecim annos, & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio [l] euaneſcit ✝.

Extraneo & puberi filio poſt aditam hæreditatem directò ſubſtitui non poteſt: ſed per fideicommiſſum poteſt.

Extraneo verò, vel filio puberi hæredi inſtituto, ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tēpus deceſſerit, alius ei ſit hæres, ſed hoc ſolùm permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum [m] teſtator obliget [n] alij hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte reſtituere. quod ius quale ſit, ſuo loco trademus [o].

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA infirmentur.

Si quis facto teſtamento quempiam ſibi ſeu in filium arrogauerit, vel ex ſuis deſcendentibus aliquē adoptaret, protinus quaſi ſui hæredis agnatione, quod prius fecerat, rumpitur teſtamentum.

Teſtamētum iure factum, vſque eò valet, donec rūpatur, irritum've fiat. Rumpitur autem teſtamentum,

a Vel ſingulis. poteſt enim eſſe, quod quis habeat plures filios, & oēs impuberes. ſi ergo cuilibet ſubſtituere vult poterit [1]. ſi autem vltimo loco morienti, & hoc poteſt: vt hic, & ff. eodem. l. vel ſingulis. & hoc caſu vno moriente, defertur ſua portio iure legitimo, ſcilicet, per legem duodecim tabularum ad fratres: vt hic, & j. de legitim. agnato. ſucceſſ. §. j. Sed certe ex eo, quod tantum vltimo morienti ſubſtituit, videtur eos inuicem ſubſtituiſſe vſque ad vltimū: & ita iure ſubſtitutionis magis, quam legitimo inter eos ſuccedi videtur: vt ff. de legatis ſecundo. l. Titia Seio. §. Seia. in fine. quę eſt huic cōtra. Sed certe ibi dixit plus, ſcilicet, quod non alienarent, quod teſtator eis dimittebat. & ex hoc ibi dicitur iure ſubſtitutionis ſuccedere: non quia vltimo tātum ſubſtituit: vt. ff. de legat. iij. l. is qui. in fine.

ADDITIO.

Et nota, quod iſte §. eſt lex. ff. eodem titulo. & incipit, vel ſingulis. ideo non ab re. ſic. §. iſte debet incipere: & ita habent correcti codices.

b Nouiſsimus. id eſt, vltimus: puta his verbis, Qui ex liberis meis impubes vltimus morietur, ei Titius hæres eſto.

c Subſtitui. ſ. pupillariter.

d Nominatim. ſic ſupra de exhæredation. libero. §. nominatim.

e Hæres erit. ſubaudi, ſit hæres filio meo.

f Quibus. ſ. generalibus verbis.

g Hæredes. ſ. patris.

h Extiterunt. ſcilicet, ipſimet hæredes [2]. nam ſecus ſi alij quærant, vtputa patri vel domino. nam tales, ſcilicet, pater & dominus, qui ſunt hæredes per filium, vel per ſeruum ex his verbis generalibus non admittuntur ex ſubſtitutione. Idem dicas de hærede hæredis: vt hæc notantur. ff. eo. l. cum filio. & l. & l. qui liberis. §. hæc verba. & l. ſeq.

i Pro qua parte. prout enim dilexit teſtator eos inſtituit æqualiter, vel inæqualiter, ſic in ſubſtitutione præſumitur: vt hic, & ff. eo. l. ſi pater. & ſ. titu. j. §. & ſi ex diſparibus.

k Vſque ad xiiij. ann. ſcilicet, completos: nam pupilli eſſe deſinūt: vt. ſ. quib. mod. tut. fi. in princ. ſed intra hos annos poteſt ſubſtitui: vt. ff. eo. l. ſi ita quis. & l. q plures.

l Subſtitutio. ſ. directa: ſi tamen aliqua verba inueniātur fideicōmiſsi in teſtamento, iure fideicommiſsi valebit: vt. C. de fideic. l. ſi frater tuus.

m Per fideicōmiſſum. quod [3] ſemper feciſſe videtur, cum dicit, ſi filius meus quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo ei Vitalem: quia verbum ſubſtituo, cū ſit generale verbū, & ad directam & fideicōmiſſ. ſubſtitutionem poſsit trahi: ad id reſtringetur, quod eſt rei aptius. i. ad fideicommiſſum: quia directa non habet locū quandocunque decedit: & probatur hoc. C. de impube. & alijs ſubſti. l. præcibus. §. ſi vero ſubſtitutio [4]. & ff. de vulga. ſubſtit. l. cohæredi. §. cum filię. & ff. de leg. & ſen. con. l. in ambigua. forte idem ſi dicat. Vitalis hæres eſto. nam trahitur ad fideicommiſſariam: quia de hæreditate reſtituenda rogaſſe videt: vt. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. rū. & l. Scæuola. Sed contra eſt: vt no. ſ. in diſtinct.

n Obliget. rogando eum per fideicommiſſum, vt reſtituat. Accur.

o Trademus. vt. j. de fideicom. hære. per totum.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA infirmentur.

Vſque nunc qualiter firmentur teſtamēta, nunc qualiter infirmentur. nam nihil eſt adeò firmum, quod non rūpatur. in auth. de nup. §. nuptias. col. iiij.

Teſtamentū. Totus iſte ti. diuidiť in v. partes. Primo ponit, qualiter teſtamētū tollať agnatione ſui hęredis nouiter adoptati. Secundo

[1] Etiā vnica oratione qđ fa cit, vt ſi ſi liberis legentur centū pro qualibet: quāuis verbis ſint coniūctæ: nō tamē habeāt ius accreſcēdi, vt. l. huiuſmodi. §. qbus ita. ff. de lega. j. Ang. q. d. cū ſubſtituitur ei q vltimo morietur ſi vnus pmoriatur, eius portio deferť ad alios fratres: & hoc fit iure legitimo. ſ. p. l. xij. ta. Ac gi. per.

[2] Quod facit ad materiā. l. fin. C. de edi. diui Had. tol. cuius beneficiū datur hęredi ſcripto. Angel.

[3] Cōcor. in ca. Rainutius. in gloſ ſuper verſi. liberis. ante me. ibi, pupillaris eſt. extra de teſta.

[4] Tu diligenter expende hāc gloſ. cuius cōtrarium no. glo in l. verbis ciuili. ff. de vulg. et pupil. q vult quoties ſubſtitutio directa ſit, nūquā poſsit valere iure directo propter defectū perſonæ, q etiā facit, vel cui fit: ſed obliquať iure fideicōmiſ. quę gloſ. vera eſt, & hæc falſa cum præcedēti, ſecundum Bar. hic. et Io. de pla. Et vide Bar. in. d. l. verbis ciuilibus.

[5] Nota qđ ſubſtitutio compēdioſa facta verbis cōmunibus valet omni tēpore: vt fideicōmiſ. & idē tenuit gl. in. d. l. precibus. & eſt cōmunis opi. licet aliq dixerint qđ intra tēpora valeat iure directo: poſt tēpora vero iure fideicō. & dicatis vt ibi. Chriſt.

cũdo qualiter per ſecundũ teſtamẽtum tollatur primũ. Tertio qualiter teſtamentũ irritetur cap. dim. teſtantis. Quarto an voluntas ſolennis poſsit tolli nuda voluntate teſtantis. Vltimo, ꝙ etiam Imp. non capit ex teſtamento imperfecto. Secunda ibi, in. §. poſteriore. Tertia ibi, Alio quoque. Quarta ibi, Ex eo autem. Quinta ibi, Eadem oratione.

cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti ius viciatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum adoptauerit [a] ſibi filium per Imperatorem, eum, qui eſt ſui iuris: aut per prætorem, ſecundum noſtram conſtitutionem [b] eum, qui in poteſtate parentis fuerit, teſtamentum eius rũpitur [c] quaſi adgnatione [d] ſui hæredis.

Poſteriore teſtamento ex quo iure ciuili aliquo caſu adire potuit hæreditatem (quamuis adita fuerit) rumpitur prius teſtamentum.

Poſteriore quoque teſtamento, quòd iure perfectum eſt, ſuperius rumpitur [e], nec intereſt, extiterit aliquis hæres ex eo [f], an non. hoc enim ſolùm ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere [g] potuerit.

CASVS. Domine, vos vultis tractare quib. mod. infir. teſt. dicatis mihi primo, quandiu valet teſtamentũ recte factum? Ad hoc reſp. Amice, teſt. iure factum ſemper valet, donec aliquo modo rumpatur vel irritum fiat. Sed quid domine, iam video quandiu valet teſt. dicatis modo mihi, quãdo intelligitur teſt. rumpi? Ad hoc rñ. Amice, teſta. ꝓprie dicitur rumpi, quñ in eodẽ ſtatu manente teſtatore, ius ipſius teſt. vitiatur, vt patet in tali exẽplo: Quidã fecit teſta. ſolenne, & poſt teſt. arrogauit imp. reſcr. quendam ſibi in filium: aut forte per prætorem aliquem ſibi adoptauit ſecundũ tenorẽ noſtræ conſti. nam in caſu iſto per arrogationẽ, vel per adoptionem iſtius filij, qui nec eſt exhæredatus, nec inſtitutus, rũpitur teſta. ſicut rumperetur ſi poſt factum teſt. aliquis ſuus hæres teſta. agnaſceretur. Et. h. d. vſq; ad illum. §. poſteriore quoque. Fran.

a Adoptauerit. id eſt, arrogauerit.

b Conſtitutionem. puta auus eſt, qui adoptat: vt. C. de adop. l. cum in adoptiuis. &. ſ. de adop. §. ſed hodie.

c Rumpitur. ſi autẽ cum prius inſtituiſſet, nõ rumperetur, licet poſtea arrogaretur: vt. ff de li. & poſth. l. filio. §. fi. Si aũt fuit exhæredatus filius emancipatus, & poſtea arrogetur: tunc non rumpitur, aut extraneus, qui poſtea arrogatur, & tunc rũpitur: vt. ff. de cõtra ta. l. nõ putauit. §. ſi quis emancipatum. Extraneum autẽ nepotem accipe, qui non eſt ſuus hæres: cum alius eum præcedat [1]. alias fruſtra tunc exhæredaretur: vt. ff. de verb. obli. l. quidam cum filium. & de libe. & poſth. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium.

ADDITIO. Et hæc vera, quñ ante teſtamentũ fuit facta exhæredatio. quid aũt ſi eodem vel in vno teſtamẽto inſtituatur, in alio poſtea ſimpliciter exhæredetur, aut ſi poſt ius quæſitum exhæredatio conferatur? vide Angel. hic.

d Quaſi adgnatione. i. ſicut natiuitate alicuius poſthumi. nã tunc certũ eſt rumpi: vt. ff. de iniuſt. rup. teſta. l. j. in fi. & l. iij. in prin. & l. certũ [2]. & hoc in maſculi teſta. ſecus in teſta. fœminæ: vt. ff. de li. & poſth. l. Gallus. §. nũc de le. Velle. in fi. §. & eſt ratio: quia prẹteritio matris habetur pro exhẹredatione: vt. ſ. de exhæ. lib. §. fi. ſed de inoffi. teſt. agit talis poſthumus: vt. C. de inoffic. teſta. l. iij.

1 Et intellige extraneũ ea extraneitate qua filius emãcipatus. & ſic nõ inepte exhẹredatur: imo lex conſuluit: vt. §. poſthumorũ. ſ. de exhæ. lib. & ita bene ſequitur in gl. alias fruſtra &c.

2 Teſtamẽtum tamẽ rite factũ poſtea per ingreſſum monaſterij non irritatur: ſed regulaẽ ſecundũ auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccle. dic vt per Angel. hic.

Poſteriore quoq;. CASVS. Domine, iam video qualiter rũpitur teſta. arrogatione & agnatione ſui hæredis: nunquid pluribus alijs modis rũpi poteſt? Et reſp. Imp. ꝙ ſic. nam certe primũ teſt. de iure factum rumpitũ per ſecundum teſta. iure factum: nec in hoc caſu refert, vtrum quis hæres extiterit ex ſecundo teſta. an non. Nam hoc ſolũ ſpectatur quantum ad hoc, vt per ſecundũ rũpatur primũ: an aliquo caſu ex ſecũdo teſt. exiſtere potuerit. idcoq; ſi qs in ſecũdo teſt. inſtitutus, aut repudiauerit hæreditatem, aut viuo teſtatore, aut poſt mortẽ eius ante, quã adierit, deceſſerit, aut forte deficiente conditione ſub qua fuit hæres inſtitutus, eſſe non poſsit: in omnibus his caſibus paterfamil. intelligitur inteſtatus deceſsiſſe. nã primũ teſt nõ valet: quia ruptũ per ſecundũ cũ ſolennitate factũ. & ſimiliter ſecundũ nullas vires habet, cũ ex eo nullus hẹres extiterit. & ita nec valet primũ, nec valet ſecundũ. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ſed & ſi quis. Fran. de Are.

Ideoq; ſi quis [h], aut noluerit hẹres eſſe, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius antè, quàm hæreditatem adiret, deceſſerit [i]: aut cõditione, ſub qua hæres inſtitutus eſt, defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. Nã & prius teſtamentum non valet ruptum à poſteriore: & poſterius æquè nullas habet vires: cùm ex eo nemo hæres extiterit.

Etiam poſteriore ritè facto teſtamento, in quo in certis rebus quiſpiam inſtitutus fuit, primum cui hæres eſt vniuerſalis, tollitur teſtamentum: ſi tamen ſecundis tabulis, vt priores quoque vim obtinerent, iuſſerit teſtator: tunc qui ex re certa ſcriptus eſt: vt vniuerſam hæreditatem hæredi, qui priore inſtitutus eſt teſtamento, reſtituere tenetur.

e Rumpitur. hoc eſt verũ ſecundum quoſdam, quñ ſecundum nõ concordat cũ primo: alias durat primum: vt. C. de teſta. l. ſancimus. Sed certe hoc ſtare nõ poteſt. nã ſi valet ſecundũ, nõ valet primum: cũ idem non poſsit duo teſta. facere: cũ ex ſecũdo tantum adeatur hæreditas [3]. E contra in ſententia. nam valet prima, non ſecunda ab eodem & ſuper eo. lata: vt. ff. de re iudi. l. iudex.

f Ex eo. ſ. poſteriore teſtamento.

g Exiſtere potuerit. nota non conſiderari quod eſt, ſed quod eſſe poteſt: vt hic, &. ff. de hære. inſtit. l. pater filio. &. ff. de iniu. rup. teſt. l. cum in ſecundo. in princ. &. §. in futurum. Sed contra. ff. de lib. & poſthu. l. ſi filius. char. j. Solu. ibi, ſecundũ teſtamentum non valuit, etiam in principio: hic autẽ valuit, licet ex eo nõ adeatur hæreditas. Itẽ no quod in quod valet plus, rumpitur per id quod minus valet: ſic. ff. de adimen. leg. l. legatum ſub conditione. §. j. Argumen. contra ff. de reſcinden. vend. l. ſi id quod. in princip. &. §. fi. dic vt ibi not. in gloſſ. j.

h Ideoq; ſi quis. ſ. inſtitutus hæres in ſecũdo teſta. Et iſte verſ. eſt exemplum, quñ valet primum teſta. & non extitit ex eo hæres. & vide tertium exemplum.

i Deceſſerit. quare non tranſmittit, nec olim, nec hodie ad hæredes: vt. C. de cad. tol. §. in nouiſsimo.

Teſtamentum ſecundũ præfertur primo: ſed prima ſentẽtia ꝓfertur ſecũdæ.

3 Hoc verũ vbi ſiũt ex intercallo: alias in eodẽ contextu & corã eiſdẽ teſtib9 poſſunt duo originalia cõfici. Io. Fab.

Sed & ſi quis. CASVS. Domine, iam video, qualiter rumpitur teſt. primũ per ſecundum, licet ſecundum teſt. non habet effectũ, an pluribus alijs modis rũpi poteſt? Et reſpõ. ꝙ ſic nam aliqñ rumpitur primũ per ſecundum: ita tñ, quod vtrunq; valeat, ſi primũ valet iure fideicõmiſsi, nõ tanquã ex primo, ſed tanquã ex ſecundo, vt liquet in tali exemplo: Quidã fecit teſtamentum ſolennitate obſeruata, poſtea fecit teſtamẽtum ſecundum

condem ſimiliter, cū debita iuris ſolennitate, & in ſecūdo teſtamento inſtituit hæredē in certis rebus, & cum feciſſet ſecundū teſtamentum, adiecit, Volo quod illud quod dixi in primo teſtamento, valeat. In caſu iſto dubitatur, verū primum teſtamentū videatur ruptum per ſecundū? Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerūt primum teſtamentum per ſecundū ſublatum eſſe: licet in ſecundo teſtamento hæres in certis rebus ſit inſtitutus, et verba conſtitutionis prędictorū principum, in hoc ti. inſeruimus, & ſunt verba conſtitutionis hæc, Imper. Seuerus & Antonin. Augu. Coccio Cāpano ſalutem. Dubitari non oportet teſtamentum ſecundo loco factum, licet in eo in rebus certis hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere, ac ſi certarum rerum mentio in eo facta non eſſet, ſed tanq̄ hæres eſſet ſimpliciter inſtitutus. Verūtamen in hoc caſu hæres ſcriptus in ſecūdo teſtamento debet eſſe contentus rebus ſibi in ſecundo teſtamento datis, ſi ſufficiant ad quartam totius, vel ſi nō ſufficiant, ſuppleta ſibi quarta ex leg. Falcid. tenebitur vi fideicommiſ. hæreditatē hæredibus ſcriptis in primo teſtamento reſtituere, & hoc propter hęc verba inſerta ſecundo teſtamento, quibus teſtator expreſſit: vt prius teſtamentum valeret. Et his modis ſupradictis, videlicet arrogatione, & ſui hæredis agnatione, & ſecundi teſtamēti conſtitutione, teſtamētum iure factum rumpi intelligitur &c. Cætera, quæ in hoc ti. dicuntur, planiſſima ſunt.

mento non eſt datus alius cohæres, alias haberetur loco legatarij, præterquā in querela inofficioſi teſtamenti; de quo dic vt per Ang. hic.

d Inſeri iuſſimus. hoc titulo ſtatim.

e Aliud. ſ. quod expreſſe confirmari poteſt primum in ſecūdo, & alias: vt patet in ſequentibus.

Sed & ſi quis[a] priore teſtamēto[b] iurè perfecto, poſterius æquè iurè fecerit: etiam ſi ex certis rebus[c] in eo hæredem inſtituerit: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſſe, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. cuius conſtitutionis verba & hic inſeri iuſſimus[d]: cùm aliud[e] quoque præterea in ea conſtitutione expreſſum ſit: Imperatores[f] Seuerus & Antoninus, Cocceio Campano[g]. Teſtamentum ſecundo loco factum licet in eo[h] certarum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere[i], acſi rerum mentio facta non eſſet: ſed teneri hæredem ſcriptum[k], vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta[l] quarta ex lege Falcidia, hæreditatem reſtituat ijs, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fidei commiſſi verba ſecundo teſtamento *, quibus vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt[m]: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentū hoc modo[n] efficitur.

Per capitis diminutionē, teſtamentū propriè fit irritū. Et largo modo teſtamētū ruptū, vel iniuſtū dicitur irritum, & econtra. Are.

Alio quoque * modo teſtamenta iure facta infirmātur: veluti, cùm is, qui fecit teſtamentum, capite deminutus ſit[o]. quod quibus modis accidat, primo libro retulimus[p]. Hoc autem caſu[q] irrita fieri teſtamenta dicuntur[r], cùm alioqui[s] & quæ rumpuntur irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non iure fiunt, irrita ſint. Sed & ea, quæ iure facta ſunt: & poſtea poſt capitis deminutionē irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè cōmodius erat ſingulas cauſas[t] ſingulis[v] appellationibus diſtingui: ideo quædam nō iure facta[x]

f Imperatores. ecce verba conſtitutionis. Accur.

g Campano. ſcilicet, reſcripſerunt ſalutem.

h In eo. ſ. ſecundo teſtamento.

i Valere. Accipe, dubitari non oportet: quod eſt. j. Accurſius.

k Scriptum. ſ. in ſecūdo teſtamento.

l Supleta quarta. ſ. ſi res ſibi datæ nō faciant quartam.

m Expreſſum eſt. Nam teſtator voluit primū teſtamentum manere: & tamen non potuit, niſi de iure fideicom. ex tacita tamen voluntate, quæ ex ſecundo teſtamento percipitur, remanet primum: vt ſi dicā in ſecūdo, ideo inſtituo talem: quia mortuus eſt quem inſtitueram in primo. nam ſi errauit, remanet primus hęres, & legata ex vtroq; præſtantur, ſcilicet à primo hærede: vt. ff. de hære. inſti. l. ſi.

ADDITIO. Et ſic ex qualitate pręfationis colligitur cauſa finalis ipſius diſpoſitionis: & tunc ab ea lilitum eſt arguere. Angel.

n Hoc modo. ſcilicet, tribus modis per arrogationem, & agnationem: vt ſupra eodem. §. primo. Item & per ſecundi teſtamenti compoſitionem: vt. ſ. eod. §. poſteriore quoq;. vſque huc.

o Diminutus ſit. licet minima capitis diminutione: vt infra eodem. § non tamen. in fine. & ff. de iure codicillorum. leg. conficiuntur. §. ſi poſt factum teſtamentum. ſed contra: ſupra de milita. teſtament. §. penultimo. Sed illud ſpeciale eſt in milite. Poteſt & alius modus irritandi teſtamentum adijci: quia per legem quandoque caſſatur in duobus caſibus[a]: vt in authentica, vt cum de appellation. cognoſc. §. ſi quis de prædictis. & §. ſi vnum ex parentibus. coll. viij.

p Retulimus. vt. ſ. de cap. dimi.

q Hoc autem caſu. ſcilicet, quiſi capite diminuitur.

r Dicuntur. ſcilicet, proprie.

s Alioqui. ſ. ſi impropriè dicere velim, & large.

t Cauſas. i. differentias.

v Singulis appellationibus. i. proprijs nominibus. & facit. ff. de ſupel. leg. l. Labeo. §. ſi.

x Non iure facta[a]. vt ſunt illa, quæ carent ſolennitate teſtium. Vel quando teſtator nō habuit teſtamenti fact

a Sed & ſi quis. iſte. §. eſt lex. ff. ad Trebel. & incipit, Si quis priore. Accur.

b Priore teſtamento. Not. hic arg. pro ſententia appellationis: vtrum ex ea, vel ex prima agatur . Sed cōtra argu. C. de dona. inter vir. & vxo. l. ex verbis. Et ſimile poteſt notari in. l. pe. eiuſdem tit. Accur.

ADDITIO. Tu dic, quod agitur ex prima in criminalibus. Idem in ciuilibus, ſi lapſu temporis ſit confirmata, puta quia eſt appellatio deſerta, alias & per ſecūdam ſententiam, ſecundum Ioā. Fab. agitur ex vtraq;, ſed ſecundum Ang. ex ſecunda, ex qua etiam agitur, ſi ſit contraria primæ.

c Ex certis rebus. quia totū habet, licet ex certa re ſit inſtitutus, & ideo rumpitur primum teſtamentum, vt hic, & ff. de hæredi. inſtit. l. j. §. ſi ex fundo. in gloſſ. inſtitutus.

ADDITIO. Et hoc verum, quando in eodem teſta-

* Alias, Alio autē &c.

* Abūdat ſecundo teſtamento.

* Dic q̄d aut prima ſentētia tēporis lapſu: vt pote q̄ appellatio deſideratur, & agit ex prima, aut cō firmatur p ſecundā & ex ea agitur glo. in l. heres. vbi Bar. C. de appel.

* Primus caſus eſt quādo ille qui cognouit ſe hæredē ſcriptū in teſtamēto: teſtatorē inopia laborātem non alitauerit, imo illū paſſus eſt fame necari. Secūdus caſus eſt quādo teſtatorem ab hoſtibus captū non redemit: tūc in dignatione quadā hæredis teſtamētū ꝟitiatur: ꝑpterea q̄d hæreditas ex eo non aditur ſecūdū Chr.

* Iſta glo. cū duabus ſequentibus nō ſūt Accurſij, ſed additiones.

ti factionem;& fecit:vel quando filium in poteſtate cō ſtitutum prçteriuit:vt.l.j.ff.de iniuſt.rup.teſt.

dicuntur; quædam iurè facta rumpi a, vel irrita fieri b.

Capitis deminutione teſtatoris iure ciuili irritum fit teſtamentum: quod tamen, ſi hæres mortis tempore priſtinum ſtatum recuperarit, iure prætorio conualeſcit: & ex eo ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio peti poteſt.

Non tamē per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio iurè facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt. Nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt c: poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas teſtamenti bonorum poſſeſsionem adgnoſcere, ſi modò defunctus, & ciuis Romanus d, & ſuę poteſtatis e mortis tempore fuerit f. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum: quia ciuitatem, vel etiā libertatē g teſtator amiſit: aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptiui patris poteſtate ſit, non poteſt ſcriptus hæres ſecundum tabulas h bonorum poſſeſsionem petere.

Simplici nudaque voluntatis expreſsione præcedens ritè factum teſtamentum minimè infirmatur: item poſterioribus tabulis imperfectis non fiunt irritæ priores perfectæ.

Ex eo autem ſolo i nō poteſt infirmari teſtamē-tum, quòd poſtea teſtator id noluerit k valere. vſqueadeò vt & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit, & aut morte* præuentus, aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis oratione cautum ſit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiāt: niſi ſequentes iure ordinatæ, & perfectæ fuerint l. Nam imperfectum teſtamentum ſine dubio nullum eſt m.

Si quis idcirco principem hæredem ſcripſerit, vt aduerſarium cū quo ſibi lis erat, duriorem conſtitueret litigatorem, nulla eſt diſpoſitio huiuſmodi.

Eadem oratione expreſsit n non admiſſurū ſe hæreditatem eius, qui litis cauſa principem reliquerit o hæredem, neque tabulas non legitimè factas: in quibus ipſe

a Rumpi.ſcilicet, tribus modis.videlicet per arrogationem, per agnationem, & per ſecundi teſtamenti compoſitionem.

b Irrita fieri, vt per capitis diminutionem teſtatoris, vel quando hæres inſtitutus non adit hæreditatem: quia tunc teſtamentum conſtituitur irritū: vt.l.j.ff.de iniuſt.teſta.

c Signata ſunt, & poſtea teſtator capite diminutus eſt.

d Ciuis Romanus.vt quando maximam vel mediā capitis diminutionē paſſus fuerit, & poſtea reſtitutus.

e Suæ poteſtatis. vt in minima. Accurſius.

f Fuerit. & aliquo indicio voluntatem primam retineat:vt.ff.de bono.poſſeſ.l. ſecundum tabulas. &.l. qui ex liberis.§.teſtamento.

g Libertatem. imo etiam facto ſeruo teſtatore: vt qa capiatur ab hoſtibus, & ibi ſeruus moriatur.nam tunc valet teſtamentum: vt.ſ.quib. non eſt per.fa.teſta.§.fina. quæ eſt contra. ſed illud eſt propter fictionem leg. Cornel.vt ibi, &.ff.de vulga,ſubſtit.l.lex Cornelia.

ADDITIO. Et tunc quando impedimentum tollitur per viā fictionis,vt ibi:vel reſtitutionis in integrum à principe:vt.l.ſi quis filio.§.pen.ff.de iniuſt.teſta.recōualeſcit teſtamentum etiam de iure ciuili, niſi quo ad relictum tali damnato factum, vel ipſius inſtitutionem, ſecundum Ange.hic.

h Secundum tabulas. No.ꝙ de iure ciuili nō admittitur:cum ſit irritum teſta ſed iure prætorio:quo inſpecto, non potuit infirmari quod erat factū:cum circa talia ius prætorium non habeat vim:vt.j.de bo.poſſ.§.quos autem. Accur.

i Solo. bene dicit ſolo:quia ſi plus interueniat, licet non ſit perfectum, ſecundum tamen quandoꝗ rumpit primum, vt in fi.huius.§ dicemus.

k Noluerit.ſcilicet, dicendo hæc verba nolo teſtamentum quod feci, valere *.

l Perfectæ fuerint. imo quandoque & ſi ſint imperfectæ, ſecundæ rumpunt primo factas:vt.C.de teſta.l.ſancimus.quæ eſt contra. Sed ibi tam ibi ex curſu decennij, quam mutatione voluntatis illud euenit, non ſola mutatione. Item contra ff.de milita.teſta l.eius militis.§.ſi militia miſſus. Sed ibi primum erat minus ſolenne, iure communi inſpecto:vnde facile potuit rumpi ¹. Item contra.ff.de iniuſt.rupt.teſt.l.ij. Sed ibi ſecundum, licet non ſit perfectum iure communi, eſt tamen perfectum iure militari:vnde rūpit primum. Item contra C.de teſta. l.hac cōſultiſsima. §.ſi quis autē. Sed ibi in ſecundo fuerūt inſtituti, qui & alias inteſtato ſucceſſuri erant: vnde facile rumpitur primū teſtamētum, in quo extranei ſunt inſtituti.& facilius admittuntur veniētes ab inteſta.vt argu.ff.de vulgari & pupil.ſubſti.l.ſi filius. Item contra. C.de teſt.l.noſtrā. & ad idem contra. ff.ſi ta.teſta. nullæ ex.l.j.§.ſi hæres. Sed in iſtis legibus plus fecerat teſtator, vt rumperet primum: quia incidit, quod magis eſt, q̄ ſi aliud teſtamentū facere voluiſſet:argu.ff.de ijs, quæ in teſt.delen.l.ij.Item contra.ff.de acqui. hær.l.Claudius *. Sed ibi non valet primum: non quia ruptum ſit à ſecundo:ſed quia hæres inſtitutus in primo non adiuit ex eo hęreditatem:vnde nō valet teſtamentum, quod hæredem nō habet: vt.ff.de ijs, quæ in teſta.delē.l. proxime. nec potuit eam tranſmittere ſuo hęredi adeūdam:vt.C.de cadu.tol.l.vnica.§.in nouiſsimo. Itē contra.C.de his, qui.vt indig.l.hæreditas. Sed ibi dixit talia verba, ꝙ hęres erat indignus. vel ſimilia, q̄ plus faciūt, q̄ ſi ſimpliciter diceret, nolle prius valere: vel quā ſi ſecundū cœpiſſet facere, & ideo ibi recedit à primo. Vel dic, illud quod hic dicit, eſſe verū de iure directo; vt nō rumpatur primū, ſed tamē auferatur ei hæreditas, vt indigno:vt ibi, cum hoc cogitauerit teſtator:vt arg.ff.de condi.inſti.l.quidam.in fi.

m Nullum eſt.no nihil eſſe, quod perfectum non ſit. C.de ijs, qui.vt indi.l.cū Syllanianū.in fi. Sed cōtra.ff. quēadmo.teſt.ap.l.ij.§.teſtamentū. Sed ibi abuſiue dicitur aliquid quòd nō erat perfectū. Item contra. C.de teſt.l.hac con[...] §.ex imperfecto. Sed illud ſpeciale eſt fauore liberorū, vt ibi dicitur:ſicut & illud eſt ſpeciale in illis, vt difficilius rumpat teſtator illud in quo ipſi inſtituti ſunt:vt in auth.de teſta.imp.§.pe.coll.viij.

n Expreſsit.ſ.diuus Pertinax.

o Reliquerit.ſcilicet in ſolenni teſtamento:quod facit vt

¹ Vel dic q̄ ille caſus non eſt ꝓprie exceptus à regula: quia hic primū erat validū de iure communi: ſed ibi primum erat validū iure ſpeciali ex priuilegio. Ang.

* Alias, mortalitate.

* Alias, Clodius.

* Niſi declaret volūtatē ſuā in actis corā teſtibus & poſt lapſum decēnij. l.ſancimus. C.de teſtamen. Aegi. per. Multa cōtraria format & ſoluit.

ob eam cauſam[a] hæres inſtitutus erat, probaturum[b]: neque ex nuda voce hęredis nomen admiſſurum[c], neque ex vlla ſcriptura, cui iuris authoritas[d] deſit, aliquid adepturum †. Secundũ hoc diui Seuerus & Antoninus ſæpiſsimè reſcripſerunt[e]. Licet enim (inquiunt[f]) legibus ſoluti[g] ſimus, attamen legibus viuimus[h] †.

TITVLVS XVIII.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Liberi indebitè exhæredati, inofficioſi querela propoſita, parentum poſſunt impugnare teſtamenta: quod ius parentibus quoq; à liberis exhæredatis [illegible] competit, item fratribus, turpi, ſcilicet perſona inſtituta: reliquis autem cognatis non conceditur hoc querelæ beneficium.

QVia plerunque parẽtes ſine cauſa † liberos ſuos exhæredãt[i] vel omittunt[k]: inductũ eſt, vt de inofficioſo teſtamẽto agere poſsint[l] liberi, qui[m] quærũtur[n], aut iniquè ſe exhæredatos[o], aut iniquè præteritos[p]: hoc colore[q], quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi verè furioſus ſit: ſed rectè quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis †. Nam ſi verè furioſus ſit: nullum teſtamentũ[r] eſt.

cit, vt duriorem faciat aduerſarium ſuis aduerſarijs: quæ inſtitutio eſt odioſa & inuidioſa: vt. ff. de hæred. inſtit. l. penultima.

a Ob eam cauſam. ſcilicet litis. nam ſi legitimas non probat, ſcilicet princeps, multo minus probabit non legitimas. Accur.

b Probaturum. i. commẽdaturum.

c Admiſſurum. i. niſi ſolẽniter ſit inſtitutus, nolet etiã nomen hæredis habere. Accurſius.

d Authoritas deſit. vt quia aliquid deſit propter quod teſtamentũ non valet cum multa ſint in eius factione neceſſaria: vt. ſ. de teſta. §. j. & ij.

e Reſcripſerunt. vt. C. de teſt. l. ex imperfecto.

f Inquiunt. Imperatores.

g Soluti. vt. ff. de legi. & ſenat. conſ. l. princeps. & facit ff. de iure fiſci. l. fiſcus. j. §. fina.

h Viuimus. id eſt, viuere volumus: vt hic, & C. de leg. & conſtitu. princip. l. digna vox. & facit ff. de lega. ij. l. quod principi. & l. ſeq. & ff. de leg. iij. l. ex imperfecto. & ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus. §. ſi Imperator. ADDITIO. Imo contra fiſcum in dubio eſt ferenda ſententia, ſi cauſa ſit mere lucratiua: alias ſecus, vt hic. Ange.

DE INOFFICIOSO TESTA.

Qualiter ipſo iure teſtamenta infirmentur ſ. tit. j. dictum eſt. Nunc autem qualiter officio iudicis, id eſt, per [illegible] intendatur querela inoffic. teſta.

QVia plerunque. Totus iſte titulus, diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit quibus perſonis competat querela. Secũdo quando querela ceſſet. Secunda ibi, Sed hęc ita. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo de querela deſcendentium contra teſtamenta aſcendentium. Secũdo contra, de querela aſcendentium contra teſtamenta deſcendentium. Tertio de querela collateralium. Quarto, quod querela eſt remedium ſubſidiarium. Secunda ibi, Non autem. Tertia ibi, Soror. Quarta ibi, Tam autem. CASVS. Domine, vos vultis tractare de querela inofficioſi teſtamenti: dicatis mihi, ſi placet, quare querela inofficioſi teſtamenti fuit introducta? Ad hoc reſpon. Amice, ideo fuit introducta, quia plerunq; parentes ex linea paterna in teſtamento inſtituunt extraneos hæredes, & liberos ſuos ſine iuſta cauſa exhæredant: vel etiam ex linea materna prætereunt. idcirco in ſubſidium liberorum introducta fuit querela inoffi. teſta. vt liberi qui conqueruntur ſe à parentibus ſine iuſta cauſa exhæredatos, aut iniq; præteritos: per querelã inofficioſi teſtamenti parentum ſuorum teſtamentum, in quo iniuſtè à beneficio ſuæ ſucceſsionis exhæredati ſunt, aut ex linea materna ꝑteriti, poſsint expugnare: & eodẽ modo hæreditatem ſcriptis hæredibus auferre. Et ſub hoc verborũ colore querelam proponẽt, quaſi inſanæ mentis fuiſſent parentes: cum ordinarent teſtamentum. Non autem dicent parentes fuiſſe furioſos eo tempore, quo fecerunt teſtamentum, ſed recte quidem fecerũt teſtamentum; officium tamen pietatis circa ſanguinem ſuũ omiſerunt, liberos ſuos ſine iuſta cauſa exhæredando vel prętereundo, & inſtituendo extraneos. Et hęc dicunt vſq; ad illum. §. Nõ autem liberis. in quo Imperator determinat, quibus cõpetit querela inoffi. teſt. & plana eſt litera vſque ad illum. §. Sed hęc ita accipiẽda, in quo Imperator determinat qualiter quis excludit à querela inof. teſt. Et hęc ſimiliter plana eſt vſque ad illũ § ſi tutor. Ad cuius euidentiam notandũ eſt, quod qui ſemel approbat teſtamẽtum, agnoſcẽdo aliquid ex illo teſtamento: poſtea idem teſtamentum reprobare non poteſt. & ſimiliter in caſu contrario, qui ſcilicet reprobat teſtamentum, intẽtando querelam inoffic. teſta. approbare, vel aliquid ex eo petere nõ poteſt. His breuiter prænotatis pone caſum, ſicut ponitur in apparatu. Cætera quæ dicuntur plana ſunt vſque in finem titu. Fran. de Aretio.

i Exhæredant. hoc refertur ad eos qui aſcendũt per lineam maſculinam & fœmininam: ſed ſequenti clauſula reſpicit tantum fœmininam.

k Vel omittunt. hoc tantum ad fœmininam lineam refertur. Nam illarũ prętеritio pro exhęredatione habetur: vt. ſ. de exhę. li. § mater. Si autẽ aliquis de linea maſculina omitteret filiũ in poteſtate, nullum ipſo iure eſſet teſtamẽtum. ſi emancipatũ filiũ omitteret, valeret: ſed per cõtratab. rumpitur: vt. ſ. de exhæ. li. in prin. & §. emãcipatos. hodie etiã emãcipatus pręteritus poteſt dicere nullũ ipſo iure: vt. ſ. de exhę. li. §. noſtra. alias. §. ſed hęc quidẽ. & C. de li. ꝓte. l. maximũ. Ac. ADDITIO. Quod eſt verũ, ſi ſine legitima cauſa ſit facta ꝑteritio, alias cõtratab. habet locũ ſecũdũ cõem opi. Ang.

l Agere poſsint. ſ. ab adita hæreditate intra quinquẽnium. vt. C. eo. l. ſcimus. §. fina. & l. ſi quis filium. in fine & ff eo. l. Papinianus. in fine, & C in quibus cauſis in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. l. ij. Et hoc propoſita quadam petitione ad hoc, vt teſtamentum reſcindatur, quæ non eſt actio prorſus, nec accuſatio, ſed medium tenet, & quandoq; actio, quandoq; accuſatio dicitur: ſed proprius dicitur querela: vt no. ff. eo. l. poſthumus. §. ſi quis ex perſonis. in gl. j. ſi quis. in fine.

m Qui. ſcilicet liberi.

n Quæruntur. id eſt, conqueruntur.

o Se exhæredatos à qualibet linea.

p Præteritos. ab aliquo de linea fœminina.

q Hoc colore. i. hac honeſtate verborum.

r Nullum teſtamẽtum. vt. ſ. quibus non eſt permiſſum facere teſta. §. item furioſi.

¹ Et ita in dubio præſumitur ꝓpter fiſci extremam poteſtatẽ, ſecus in priuato: vt. l. ex hoc. §. ſed & hære. ff. de alie. iu. mu. cauſa fact. Angel.

† In hanc ſententiã de eodẽ Pertinace ſcribit Capitolinus in eo: Legẽ tulit, vt teſtamẽta priora nõ prius eſſẽt irrita, quã alia perfecta eſſent: neue ob hoc fiſcus aliquãdo ſuccederet. Ipſeque profeſſus eſt, nullius ſe aditurũ hęreditatem, quę aut adulatione alicuius delata eſſet, aut lite ꝑplexa vt legitimi hęredes & neceſſarij priuarentur.

* Imo eſt Alexãder imperator vt di. l. hic citata. Aegid. per.

· Quia nihil tam ꝓprium imperij, quã legibus viuere: vt dicitur in. d. l. Aegi. p.

† Cõcor. c. j. in glo. ſuper verbo, ab omnibus. in ſi extra de conſtitu.

† Querelam inofficioſi teſtamenti etiã nouiſsimo iure locũ habere filio exhęredato nulla expreſſa exhæredationis cauſa, putat Viglius in ꝓludijs ad hunc titulum aduerſus receptã interpretũ ſententiam.

† Pietas enĩ vt inq̃t Cice. li. ar. veteris. eſt per quam ſãguine cõiunctis patriæ q̃ beneuolis officiũ & diligens tribuitur cultus. Quid igit à pietate alienius, q̃ liberos proprios, hoc eſt ſua ipſius velut viſcera negligere.

* Pone caſum de Tectio filio Tectij, apud Vale. maxi. lib. vij. de teſ. reſciſſ. §. C. aũt. Aegid. per.

* Pone caſum de Septitia et eius filijs apud eundẽ Vale. ma. Aegi. per.

² Supplementũ autem legitimę etiã ꝓparatũ trãſmittitur et durat. xxx. annis ſecundũ cõmunẽ opi.

Libero

Non autem liberis tantũ permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare: verùm etiã liberorum [a] † parẽtibus: Soror autẽ [b] & frater † turpibus [c] perſonis ſcriptis hæredibus, ex ſacris conſtitutionibus prelati ſunt [d]. Non ergo [e] cõtra omnes heredes agere poſſunt [f]. Vltrà [g], fratres igitur & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agẽtes vincere [h].

Querela inofficioſi non habet locum, vbi competit aliud remediũ.

Tam autẽ naturales [i] liberi, quàm ſecũdum noſtræ conſtitutionis diuiſionem [k] adoptati [l], ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi nullo alio iure ad defuncti bona venire poſſint. Nam, qui ad hæreditatẽ totam vel partem [m] eius alio iure veniunt [n], de inofficioſo agere non poſſunt. Poſthumi [o] quoq;, qui nullo alio iure venire poſſunt, de inofficioſo agere poſſunt.

Ceſſat querela, vbi aliquid relinquitur: quia tunc ad ſupplementum agitur.

Sed hæc [p] ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento [q] relictũ eſt: quod noſtra conſtitutio [r] ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacunq; hæreditatis pars, vel res eis fuerit relicta: de inofficioſo q̃rela quieſcente, id quod eis [s] deeſt, vſque ad quartam legitimæ partis repleatur: licet nõ fuerit adiectum [t], boni viri arbitratu debere eam compleri.

Quotieſcunq; neceſſitate coactus legatum ex eo, in quo exhæres factus fuerat teſtamento patris, non prohibetur illud inofficioſi querela impugnare, è regione etiã, qui impugnant legata ſibi in eo teſtamento facto, minimè premuntur.

Si tutor [v] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex teſtamẽto patris ſui legatũ acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictũ à patre ſuo: nihilominus [x] poterit nomine ſuo de inofficioſo patris [y]

a Liberorum. parentibus, ſcilicet eſt permiſſum accuſare filiorum teſtamentum, quando ſunt ab eis exhæredati. & hoc accipe in filio pagano emancipato: alias ſi eſſet miles, non ſubijceretur querelæ: vt. C. eo. l. fina. in fine. Item ſi eſſet in poteſtate, teſtamentum ipſo iure non valeret: vt. ſ. quibus nõ eſt permiſſum facere teſt. in princ. & facit. ff. eodem. l. nam & ſi parentibus.

b Soror autem et frater. Hoc accipe in cõſanguineis & vterinis, vel conſang. tantum. nam vterini nõ poſſunt: vt. C. eo. l. fratres. Et nota, quod duo dicit iſte. §. primũ, quod frater & ſoror poſſunt agere querela: ſecundum quod hoc verũ eſt, quãdo turpes perſonæ inſtituuntur hæredes.

c Turpibus. ſcilicet infamia ipſo iure, vel per ſententiam, vel etiam de facto. ADDITIO. Et talis infamia iuris, vel facti etiam excludit à querela: vt l. ſi arenam. C. eodem. Ang.

d Prælati ſunt. i. admiſsi ſunt, & tũc turpibus perſonis, ablatiui ſunt abſoluti. Vel dic Prelati ſunt, id eſt prepoſiti turpibus perſonis, datiuæ legẽdo.

e Non ergo. hoc refertur ad primũ reſponſum: vel potius ad ſecundum. Accur.

f Poſsũt. ſ. de iure.

g Vltra. hoc ad ſecundum, vel potius ad primum, ſi recte inſpiciatur ſeries textualis.

h Agentes vincere. ſ. etiam de facto agentes non vincerent. melius ergo facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent: vt. ff. eo. l. j. Sed contra. ff. eo. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. Sed ibi nemo repulit agentem: repelli tamen potuit, vt hic. Sed an filij fratrum agant? Videtur ex hac litera eos excludi. Sed cum hodie vocentur ab inteſtato, & fratribus æquiparentur: forte & ipſis querela datur, vt in auth. de here. ab inteſta. ve. §. reliquum. & in auth. vt fratrum filij. §. j. col. ix. quę eſt in. C. de legi. here auth. ceſſante. & arg. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus. in princi. Sed reſpondent quidam, quod non admittuntur ad querelam: & tamen vna cum eo, qui poteſt agere, admittuntur ab inteſtato: vt. C. de inoffi. teſta l. fratres. & C. communia de ſuc. Authen. itaque. Vel poſſet reſponderi, quod admittuntur iure diuerſo nam frater agit querela & rumpit: & filius alterius fratris cum ſit ruptum teſtamentum, admittitur ab inteſtato. Accur. ADDITIO. Si autem eſſet ſolus à querela excluderetur. Ang.

i Naturales. ſcilicet & legitimi: nam naturales tantum non agunt in bonis patris, ſed matris: vt. ff. eo. l. ſi ſuſpecta. §. primo.

k Diuiſionem. vt ab auo paterno, vel materno.

l Adoptati. id eſt arrogati, qui habent quartam ex conſtitutione diui Pij, vt. ff. eo. l. Papinianus. §. ſi quis impubes [z]. Itẽ adoptati ſi auo paterno dati ſunt: vt. C. de ad. l. cum in adoptiuis. & C. ſ. de ad. §. ſed hodie. & hoc prædixit.

m Partem. ſ. quartam. ſi autẽ minus, tunc ad ſupplementum agitur: vt. j. §. proximo.

n Veniunt. id eſt, venire poſſunt, vt iure legati vel donationis: vt. j. eo. §. pe. vel quia eorũ filij vel ſerui ſunt inſtituti: vt. ff. eo. l. nihil.

o Poſthumi. ſcilicet exhęredati. nã ſi pręteriti, ipſo iure rumpitur teſtamentum: vt. ſ. de exhæ. li. §. poſthumi. ſed hodie non poſſunt exhæredari: vt. C. eodem. l. ſi quis in ſuo. §. legis.

p Sed hæc. hoc refertur ad ſupradicta à principio vſque huc.

q Teſtamẽto. ſcilicet iure inſtitutionis [a] cum teſtamentum facit, vt in authen. vt cum de appel. cog. §. aliud. col. viij. ſed ſi aliã voluntatem facit, ſufficit quoquo relinquatur tit. vt in authenti. de triente & ſemiſſe. §. j. colla. tertia.

r Conſtitutio. vt. C. eodem. l. omnimodo. Accurſius.

s Eis. ſcilicet exhæredatis vel præteritis.

t Non fuerit adiectum. vt. C. eodem. l. ſcimus. in principio.

v Si tutor. teſtator extraneum inſtituit, & filium exhæredauit, & cuidam pupillo exiſtenti in tutela filij ſui legatum reliquit: quod petijt filius nomine pupilli ſui: non tamen ideo repellitur à querela ſuo nomine. Sed contra. ff. eodem. l. fina. primo reſponſo. Sed ibi certe aduocatus, procurator ſponte faciebat, cum illa officia ſint ſpontanea: vt infra manda. §. mandatum. at hic etiam ex neceſsitate: quia tutela ex neceſsitate ſuſcipitur: vt. ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. necnon. & neceſſario geritur: vt. ff. de admin. tut. l. j. in principio.

x Nihilominus. nam videbatur paternum iudicium approbaſſe, & ſic non poſſe poſtea querela agere: ſed tamen nihilominus poteſt, vt hic dicit.

y Patris. ſcilicet ipſius tutoris, imo erat exhæredatus. Accurſius.

† Pone caſum de Vitellio lenone apud valer. maxi. lib. vij. tit. vij. Aegid. per.

† Pone caſum in filio Teren. q patrem exhęredauit, ſed Piſo vrbis p̄fectus contra filium iudicauit: cum autẽ mouit patria maieſtas, donũ vitæ & beneficiũ educatiõis, vt ait Valer. maxi. li. vij de teſta. reſci. §. autẽ. & j. eod. §. vij. ſoror.

† Dummodo ſint ex legitimo matrimonio nati. alias ſecus etiã ſi per reſcriptũ principis eſſent legitimati. Itẽ p̄cedit iſte text. ſiue ſint exhæredati, ſiue p̄teriti: dũmodo legitimã in totum, vel in partem nõ habeãt: q̃a tunc agũt ad ſupplemẽtum. vt hic per Angel.

[z] Iſta expoſitio eſt mala: quia arrogatis conſulitur alio remedio. ſ. per. cõdictionẽ ex. l. vt ibi, &. l. ſi arrogatio. ff. de adopi. igitur &c.

[a] Beneficio: cuius pleni9 ius conſequũtur, qui legati, propter acquirendi ius, q̃d habẽt in teſtamẽto etiã ex cauſa partis vel rei, q̃ habent legatarij, iuxta ea q̃ tractãtur ĩ l. quoties. de hę. inſti. C. ĩ gl. vlt. vt hic neſcit Bal. &c. Iac. de Arena. A ducali & procuratoris officiũ eſt ſpõtaneum.

teſtamento agere. Sed ſi econtrario [a] pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat: de inofficioſo egerit: & ſuperatus eſt: ipſe tutor, quod ſibi in teſtamēto eodem legatum relictum eſt, non amittit.

Sufficit quòd filius habeat vnã quartam quoquo relicti titulo, ad hoc vt excludatur à querela, ſiue ſit vnus, ſiue plures. Aret.

Nam ſimul autem iure inſtitutionis titulo, legitimam relictam eſſe operæ pretium eſt.

Igitur quartam [b] quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſsit, ſiue iure hæreditario, ſiue iure legati [c] vel fideicommiſsi: vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos [d]: in his tantūmodo caſibus, quorum noſtra conſtitutio mētionem facit, vel alijs modis [e], qui in noſtris conſtitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus [f], ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur, quarta eis dari poſſit: vt ea pro rata eis diſtribuatur: id eſt, pro virili portione [g].

TITVLVS XIX.

DE HAEREDVM QVALITATE ET differentia.

Triplices ſunt hæredes. Angel. Aretinus.

HAeredes autem, aut neceſſarij [h] dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei [i].

Seruus proprius hæres à domino inſtitutus, dicitur neceſſarius: quia eſt hæres velit, nolit: bona tamen, quæ poſt mortem domini quærit, propria ſibi reſeruantur. Aretinus.

a Sed ſi ecōtrario. hic teſtator filiū ſuū pupillū exhæredauit, & tutori, quē ipſemet pater filio dabat, legatū dimiſit. licet ergo agat de inoffi. nomine pupilli, & ſuccumbat: tñ ad legatū admittitur. Et ita no. arg. ex hoc & ſuperiori reſpōſo, ꝙ quis agit aliquid interdū nō vt ipſe, ſed vt alius. ſimile. ff. de adop. l. ſi pater. §. qui duos. & ff. eo. l. is qui. §. ſi hæres. & l. aduerſus. §. j. & C. de admi. tut. l. cū quædā. & ff. de cōpēſ. l. pe. C. de dolo. l. j.

b Igitur quartã. cōtrariū formatur ex eo, quod, habes ſ. eo. §. ſed hæc ita. vbi dicit etiã ſi minus quarta habet, nō agit querela, ſed ad cōplementū. So. hic loquiť ante Iuſtinianū: vt. C. eo. l. cū quæritur. & ff. eo. l. Papinianus. §. quoniã autem quartam. arg. ſ. ſecundū Iuſtiniani tēpora, per legem. C. eo. l. omnimodo. Et illud igitur, quod eſt hic, poniť inceptiue, nō illatiue. ſic. ff. de iuſti. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. vel lege illatiue ex eo, quod habes. ſ. eo. §. tam aūt. in ſi.

c Iure legati. ſed hodie iure inſtitutionis. ſi facit teſtamentum: vt in authen. vt cum de appellatio. cognoſ. §. aliud. collatio. viij [1]. Si vero alia ſit voluntas, ſufficit quoquo relicti titulo: vt in authent. de trien. & ſemiſſ. § j. colla. iij.

d Inter viuos. ſ. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartam computetur [a]: vt. C. eodē. l. ſi quando. § generaliter. & hic ſubijcit.

e Alijs modis. vt dotis cauſa, & donationis propter nup. vt. C. de inoffic. teſt. l. quoniam nouella.

f Diximus. ſ. proxi. §.

g Pro virili portione. vt. ſ. quilibet habeat quartam huius partis, quã habiturus erat ab inteſtato: vt. C. eo. l parentibus. & l. cum quæritur. hoc tñ eſt hodie iure Auth. mutatū. ſ. vt tertia detur, ſi ſunt quatuor vel pauciores. Si vero plures ſunt filij exhæredati, habēt dimidiã: vt in auth. de triē. & ſemiſ. § j. col. iij quæ eſt. C. e. authen. nouiſsima [3]. Vnde verſus, Quatuor aut infra, dant natis iura trientē: Semiſſem vero dant natis quinque vel vltra. Et no. in ſi. huius ti. ꝙ quidã dicunt hūc ti. hodie non habere locum, niſi inter fratres, turpibus perſonis hæredibus inſtitutis. & hæc fuit ſententia M. per auth. C. de lib. præte. vel exhære. authen. nō licet. & authen. ex cauſa. Sed nos dicimus, ꝙ habet locum vt olim: quod plene diximus in auth. vt cum de appel. cog. § aliud. col. iij. in glo. nominatim. in ſi. & d. auth. ex cauſa. niſi ꝙ quædam ca. in d. auth. circa querelam ſunt innouata: vt quia olim nō tranſmittebatur ad hæredem etiam ſuum, niſi eſſet præparata: vt. ff. eo. l. poſthumus. §. ſi. & l. ſeq. hodie ſic [a]d ſuū hæredē: vt. C. eo. l. ſcimus. in ſin. Item olim quarta dabatur, hodie triens vel ſemis, vt dictū eſt. Item olim filij ſe gratos eſſe probabant: hodie hæredes probant ingratos: vt. C. eodē. l. omnimodo. in glo. arguantur. Item no. hunc tit. loqui de gratis filijs. ſi enim eſſent ingrati, nihil teneretur pater eis dimittere: vt in authē. de hær. & fal. §. exhæredatos. col. j. in glo. iuſte. ibi, vt quia. & auth. de immen. do. in ſi. §. ſin. Et ſunt cauſæ ingratitudinis xiiij. quibus filij exhæredantur: & vij. qbus pater à filijs: vt in auth. vt cū de ap. co. §. cauſas. & tres qbus frater à fratre: vt in auth. de nupt. § ingratitudinem. Accur.

ADDITIO. Iſtæ oēs cauſæ facile habenť p hos verſus, Bis ſeptē cauſis exhęres filius eſto. Si patrē feriat, vel maledicat ei: Carcere detruſum ſi negligit ac furioſum: Criminis accuſet, aut paret inſidias: Si dederit grauia ſibi damna, nec hoſte redemit: Teſtari prohibet, aut dat arena iocū: Si prauos ſequiť, vel amat genitoris amicã: Nō orthodoxus, filia qñ coit. Sed pater ex ſeptē, ſi nati ſpernet honorē: Hūc accuſabit, dira venena dabit. Teſtari vetat, aut vxorē diligit eius: Nō redimit captum, dum furit, ocit eum: Pellitur à fratre frater cauſis tribus: vt ſi Arguit hunc ſceleris: vel ei vult tollere vitam. Vel ſi iacturã rerum ſibi mouerit vnquam.

DE HÆREDVM QVAlitate & differentia.

Quia hæredes de quibus ſuprà dictū eſt, diuerſi ſunt. ideo de eorum differentia & qualitate. i. differenti qualitate, videamus. Accur.

HÆredes. Totus iſte no. titu. diuidiť principaliter in duas partes. Primo ponit regulã, ꝙ hæredum ſunt tria genera. Secundo illa genera proſequitur, et declarat ſeriatim. Secunda ibi, neceſſarius hæres.

h Neceſſarij. ſcilicet, tantum.

i Aut extranei. de his autē omnibus hic tit. dicit per ordinem: vt. j. proxi. §. & § ſui. & §. cæteri.

Neceſſarius. Diuiditur in tres partes. Nam primo proſequitur primū genus hæredum. ſ. qui ſunt neceſſarij hæredes tantum. Secundo proſequitur ſecundum membrum ſiue genus: videlicet, qui ſunt ſui & neceſſarij. Tertio proſequitur, qui ſunt extranei hæredes. Secunda ibi, Si autem. Tertia ibi, Cæteri qui. Item ſubdiuiditur prima pars in quatuor partes. Primo quis ſit hæres neceſſarius tantum. Secundo rationem aſsignat quare ſic vocatur. Tertio infert, conſulendo teſtatori, qui non

: Quod eſt verū etiã in legitima quæ debeť parētibus. et an ſit neceſſe quod expreſſe relinquat iure inſtitutionis an ſufficiat relinquere p legitima vel falcidia: vide Ange. hic.

: Quod ſatis videtur exprimere ſi dixit domino tibi hoc p parte tua: arg. l. peto. in prin. ff. de le ij. Et eſt ratio illius gl. quia legitima debeť ex bonis quæ reperiūtur tē pore mortis, in quibus non reperiť hæc donatio: cum ſã in vita patris patrimoniū perfectē extractat. Ange.

Idem in quarta debita parentibus: & eſt caſus in debita fratribus. An autē portio vnius filij in ſpacio accreſcat alijs, vide Ange. hic.

Pater filiū xiiij. cauſis, filius patrem ſeptē, & frater fratrē tribus exhæredare poteſt.

* Figura eſt endiadis, nam diuerſa nomina in vnam cōuenientiã iūguntur. ſic ſ. de tut. §. j. ibi vis atque poteſtas. i. violenta ptãs. Virg. Molem quę & montes, id eſt, molem montiū. & pateris libamus & auro. i. pateris aureis. et in p̃dã & partem. i. partē prædę. et. C. de agri. & cēſ. in tit. & l. deo nobis. ibi, legitime. vel ex pacto. i. ex pacto legitimo. C. de epiſc. & cleri. Aeg. per.

qui non eſt ſoluendo. Quarto prouidet ipſi ſeruo. Secunda ibi, Ideo. Tertia ibi, Vnde qui. Quarta ibi, Pro hoc tamen.

Necessarius[a] hæres, eſt ſeruus hæres inſtitutus. ideoq́; ſic appellatur: quia ſiue velit, ſiue nolit, omnino poſt mortē teſtatoris protinus[b] liber & neceſſarius[c] hæres fit. Vnde[d] qui facultates ſuas ſuſpectas[e] habent, ſolēt ſeruum ſuum primo, aut ſecundo, aut etiam vlteriori gradu hęredem inſtituere: vt ſi creditoribus ſatis nō fiat[f], potius eius hæredis[g] bona, quàm ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo[h], illud ei cōmodum præſtatur[i] †, vt ea, quæ poſt mortē[k] patroni[l] ſui, ſibi adquiſierit, ipſi reſeruentur[m]. Et quamuis non ſufficiāt bona defuncti creditoribus, iterum tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi adquiſierit, nō veneūt[n].

Vt quis ſui nomine dignus ſit [illegible]

Sui autem & neceſſarij hæredes ſunt veluti filius, filia, nepos, neptiſ́ve ex filio: & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate[o] morientis modo fuerint. Sed vt nepos neptiſ́ve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum, eaḿve in poteſtate aui mortis tempore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit[p] ſuus hæres eſſe, aut morte interceptus[q], aut qualibet alia ratione[r] liberatus à patris poteſtate †, tunc enim nepos neptiſ́ve in locum patris ſui ſuccedit[s]. Sed ſui quidem hęredes ideo appellantur[t]: quia domeſtici[v] hæredes ſunt: & viuo quoq;

: Dic hoc verū ſiue inſolidum ſiue ꝑ parte ſit hæres: vt ibi no. glo.

† Qui in vno grauatur, in alio releuatur. Aegi. per.

† Vel ſi eſt pater exhæredatus: tunc enim nepos eſt ſuus hęres & neceſſarius. l. q in aliena §. interdum. ff. de acquir. hær. Aegi. per.

a Neceſſarius. ad hoc vt ſit neceſſarius eſt neceſſe, vt ſit ſeruus teſtatoris tempore teſtamenti. vt hic, & ff. eo. de hær. inſti. l. ſi alienum. in princ. Itē & tempore mortis: vt. ſ. de hær. inſt. §. ſeruus. j. Item ꝙ nō ſit alteri legatus. tunc enim legatario quæreret hæreditatem, & ipſe eius eſſet: niſi idem ſeruus ſibi ſubſtitutus eſſet hæres & liber: vt. ff. de pup. ſubſt. l. fi. §. j.

b Protinus. i. ſtatim, & ſi quidē pure inſtitutus eſt, à ſe ipſo libertatem cōſecutus videtur: vt ff. de acqui. hære. l. ex parte. & ff. de hęred. inſtit. l. ſed & ſi in cōditione. §. fin. & etiam ignorans: vt. ff. ſi cer. pe. l. eius qui. in princi. & in glo. ſtatus. & ff. de teſtam. l. qui in domini.

c Et neceſſarius. niſi ſit īſtitutus ſub hac conditione, ſi vellet: quæ verba faciunt cum voluntarium: ſed in extraneo nihil operātur: vt. ff. de condi. inſti. l. verba. & ff. de hær. inſti. l. Cornelius. Accur.

d Vnde. quia neceſſarius.

e Suſpectas. ſ. vt quia ſciunt ſe non eſſe ſoluendo: & facit. ſ. quib. ex cauſis ma. non lic. in prin. & ſ. de vulg. ſubſti. in prin.

f Satis non fiat. ſcilicet, ab hoc ſeruo hærede & libero inſtituto.

g Hæredis. i. ſerui inſtituti. & hoc ne defunctus iniuria afficiatur: vt. ſ. quib. ex cau. ma nō li. § j. in fi.

h Incommodo. quia inuitus hæreditati adſtringitur. Accurſius.

i Com̄odum prȩſtatur. ſic & alias inuenitur in multis locis: vt qui in vno caſu grauatur, debet in alio releuari: vt. ff. de iureiurand. l. cum qui. in princip. in gloſſ. probandi.

k Poſt mortem. ſ. ante aditam hæreditatem: vt. C. ad Sylla. de his qui. vt indig. l. cum Syllanianum. Vel certe hic protinus videtur adita hæreditas: vt. d. l. cum Syllanianum. alio caſu loquitur.

ADDITIO. Scilicet, quando libertas eſt legata ſine inſtitutione: quæ ſtatim nō cedit: vt. l. vnica. §. libertatibus. C. de cadu. tol.

l Patroni id eſt, qui eſſet patronus, ſi eſſet liber in vita illius.

m Reſeruentur. ſeparatione impetrata, ſi bona patroni nō attingat. i. nō inceperit adminiſtrare: vt. ff. de ſepar. l. j. §. ſi. alias. i. ſi incepit adminiſtrare, non poterit poſtea impetrare ſeparationē, niſi ſit minor: vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. non ſolū. quo caſu tantum. ſ. cum eſt minor, ſeparationē impetrabit: etiā ſi iam attigerit hæreditatē, non aūt vt ab hæreditate ſe abſtineat: vt. ff. de acqui. hæ. l. neceſſarijs. §. ſi.

n Non veneūt. i. non venduntur.

Sui aūt. Iſte. §. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, q ſunt ſui & neceſſarij hæredes. Secundo hoc limitat & reſtringit. Tertio rationē reddit, quare dicunt̃ ſui hęredes. Quarto rationem ponit, quare dicuntur neceſſarij. Secūda ibi, Sed vt nepos. Tertia ibi, Sed ſui qdē. Quarta ibi, Neceſſarij.

o In poteſtate. alias ſi ſunt emācipati, extranei ſunt: vt j. eo. §. cæteri.

p Deſierit. improprie ponitur: qa viuo patre nō ſunt hæres ſed dicitur deſinere quantū ad id, quod futurū erat. ſic & alias: vt. ff. v. ſufr. quēadmo. ca. l. iij. §. deſinere.

q Interceptus. ſ. filius. et alias eſt interemptus, alias interceptus. i. remotus ab hoc ſeculo.

ADDITIO. Vnde Ouidius in ſua metamorphoſi loquēs de ranis dicit, Colla intercepta videntur.

r Alia ratione. veluti emancipatione vel deportatione: vt. ſ. quib. mo. ius pat. po. ſol. § præterea. & §. cum autem.

s Succedit. ita vt etiam filius emancipatus repellat̃ nepos, qui remanſit in poteſtate ex eo vel alio filio natus, admittatur: & hoc iure ciuili, quod non cognouit emancipatos: quia erant capite minuti: vt. j. de hæred. quæ ab inteſta §. emancipati. de iure autem prætorio ſoli filij emancipati admittuntur, non nepotes: vt. d. §. emancipati. ſed per edictum de coniungendis cum emācipato liberis eius. admittuntur ſimul filius & nepos: vt. ff. de coniungend cum emancip l. j ij. reſpon Quod (id eſt, quod ſimul nepos cum patre vel fratre patris admittatur) locum hodie non haberet. cum ſit ſublata omnis differentia, quæ fiebat occaſione emācipationis: vt in auth. de hære. ab inteſta. § j. col. ix. Accur.

ADDITIO. Quod eſt verum, quando ab inteſtato ſucceditur nullo facto teſtamento: vel facto, ſed non ſolenniter: aut eo per querelam penitus expugnato. ſecus ſi per contra tabulas de iure prætorio filius ſuccedat: quia etiam hodie procedit dictus titu de coniungen. &c. Ang.

t Appellantur. ſ. ſupradicti filij & nepotes.

v Quia domeſtici. No. filiū domeſticū patri. Sunt & alij multi domeſtici: vt. C. de ijs, qui ad eccle. confu. l. præſenti.

patre quodammodo domini exiſtimantur [a] †.

Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur: prima cauſa eſt in ſucceſſione liberorū [b]. Neceſſarij verò ideo dicuntur [c], quia omnino ſiue velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ex lege duodecim tabularū hæredes fiunt [d]. Sed his prætor permittit [e] volentibus abſtinere hæreditate, vt potius parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

Qui non eſt in poteſtate morientis tempore mortis, dicitur hæres extraneus. Aretinus.

Cæteri, qui teſtatoris iuri ſubiecti nō ſunt, extranei hæredes appellantur [f]. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti: extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa & qui hæredes à matre inſtituūtur, eodē numero ſunt *: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent [g]. Seruus quoque hæres à dño inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur [h].

Extraneum hæredem (quo ex teſtamento ſibi delatam aſſequitur hæreditatem) tribus temporibus eſſe capacem iura requirunt, teſtamenti ſcilicet tempore, & mortis teſtatoris, item additionis: medio autem tempore inter prædicta hæreditatis capeſſendæ, cum minime inhabilem reddunt.

In extraneis [i] hæredibus illud obſeruatur, vt ſit cum eis teſtamenti factio [k]: ſiue hæredes ipſi inſtituantur, ſiue ij, qui in poteſtate eorū [l] ſunt. & id [m] duobus * temporibus [n] inſpicitur [o]: teſtamenti quidem facti tempore, vt conſtiterit inſtitutio, mortis verò teſtatoris, vt effectū habeat. Hoc amplius, & cū adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamēti factio: ſiue purè, ſiue ſub conditione hęres inſtitutus ſit. Nam ius hæredis, eo maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum & mortē teſtatoris, vel cōditionem inſtitutionis exiſtētem, mutatio [p] iuris nō nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora [q] inſpici debent.

Teſtamenti factio capitur in actiua & paſſiua ſignificatione.

Teſtamenti autem factionem [r] non ſolùm is habere videtur, qui teſtamentū facere poteſt: ſed

[a] Huc pertinet, quod plinius in panegyrico ait, domeſticos hæredes bona quæ ſanguine gentilitate: ſacrorū denique ſocietate meruiſſet: nō capere vt aliena, ſed vt ſua, ſemperque poſſeſſa: ac proinde remiſ familiis viceſimam: quæ ab extraneis hæredibus fiſco pendebatur.

Ex quo ſequitur, quod ſi graduatus nominatus ducat vxorē, ea mortua poteſt vti ſua nominatione impetrata ante nuptias. facit ſup. quib. mo. teſt. infir. §. non tamen. &. ff. de adi leg. l. iij. in fin. & l. ſe cōtrariū not. ſ. qui. mo. ius pa. poteſt. ſo. in apoſtilla ſuper glo. in poteſtate. Arg. p.

Alias, eodem numero extraneorum ſunt.

Dic quod imo maritus eſt dominus & poſſeſſor cōſtāte matrimonio, non vxor: vt. l. dote. cū ibi not. per glo. & doct. C. de iu. vē. Sed mortuo viro dominium trāsfertur in vxorē. & perinde eſt acſi ſemper fuiſſet apud eam. vt. d. l. in rebus. C. de iur. dot. ſed in filium non trāsfertur: ſed continuatur: Vt l. i ſuis. ff. de li. & poſthu.

* Hoc verū quoad dominium īterpretatiuū & intellectuale: ſecus quo ad effectuale, & eſt verum: quia dominiū eſt quēdā plenitudo, quę nō capit plures in ſolidū. l. vt certo. §. ſi duob9. ff. cōmo. ſecūdum Por. Aegi.

Hoc verū de poſ. interpretatiua & intellectuali, nō de vera et naturali Aegi. per.

* Iſta glo. nō eſt Accurſij.

* Iſta glo. etiā nō eſt Accu. ſed additio.

* Ali. tribus.

præſenti. §. ſane enim. & ibi gloſ. ſ. Accurſius. ADDITIO. Et ideo ex furto facto per filium, ſeruum, aut vxorem, non oritur actio ciuilis vel criminalis: cum ſit domeſticum: niſi eſſet magnum. quod no. ſecundum Angelum hic.

a Exiſtimantur. ſcilicet ex artificio iuris ciuilis: quod fingit eandem perſonam patrē & filium: vt. C. de impu. & al. ſubſti. l. fi. in fine. Item eandē vocem vtriuſque: vt j. de inutil. ſtip. §. ei qui. Item & ideo videt dominus *: quia in bonis patris alitur ſicut ipſe pater: ſicut vxor domina dotis dicitur, & habere poſſeſſionem: vt. C. de iure do. l. in rebus. ad prin & in gloſ. iure naturali & C. qui po. in pig. l. fi. Item & poſſeſſionem viuo patre habere videt filius: vt. ff. pro hær. l. ij. in fi. hinc eſt: quod ſola adminiſtratio dicitur tranſire ad filium, cum pater moritur: vt. ff. de ll. & poſth. l. in ſuis.

b Liberorum. vt infra, de hær. quæ ab inteſta. §. j.

c Dicuntur. ſcilicet dicti filij.

d Hæredes fiunt. ſcilicet iure ciuili inſpecto. aliud de prætorio: vt ſubijcit, quod prævalet.

e Prætor permittit. ſ. liberis in poteſtate poſitis: non vt habeant neceſſitatem adire prætorē: ſed ſufficit ſi ſe non immiſceāt: vt. ff. de acqui. hære. l. ei qui ſe. &. C. ſi mi. ab hær. ſe abſti. l. j.

f Appellātur. ſic C. de rei vxo. act. §. accidit. verſi. extraneum. Alio modo dicitur extraneus ille cui nihil attinet, vel non eſt de aſcendenti aut deſcendenti linea, quę faciunt ad quæſtionem de eo qui promiſit non alienare in manum extraneam, ſecūdum Ioan. Fab. & Ang. hic.

g Non habent vt. ſ. de adopt. §. fœminæ.

h Habetur. ſ. vt ſit hæres extraneus, nam non conſequitur iſte vtrunque. ſ. libertatem & hæreditatem ex domini teſtamento quod eſt neceſſe, vt ſit hæres neceſſarius: vt. ſ. de hære inſtit § ſi vero à viuo.

i In extraneis hæredibus. Iſte. §. habetur ſub eadem verborum forma. in. l. ſi alienum ſeruum. ff. de hær. inſtit. circa princip. vſque ad finem legis.

k Teſtamenti factio. paſſiue accipe. ſ. vt poſſit capere ex teſtamento: quod poteſt quilibet, exceptis quibuſdam quos not. ſ. titu. j. §. legati.

l Eorum. nam ſeruo inſtituto, domini perſona inſpicitur: vt. ſ. de hære. inſtit. §. ſeruus autem plurium.

m Id. ſcilicet quod ſit capax.

n Duobus temporibus. alias tribus, & alias duobus, ſed tamen tria ſpectantur tēpora, vt ſubijcit.

o Inſpicitur. teſtamenti facti. vt cōſtiterit inſtitutio: et mortis teſtatoris, vt effectū habeat, ita eſt textus in. l. ſi alienum. ff. de hær. inſtitut. & re vera melius & ornatius quam hic.

p Mutatio. vt quia medio tēpore efficiatur non capax: tamen his tribus tēporibus bene inuenitur capax: vt hic, &. ff. de hæred. inſtit. l. ſed ſi in cōditione. §. ſolemus. & l. ſi alienū. §. in extraneis. Sed contra. ff. de acq. hære. l. ſi ſeruus eius qui. Sed certe quod ſeruus in ſeruitute non dicebatur capax, vt ibi: ex perſona domini principaliter erat: nam dominus erat nō capax, vnde eo manumiſſo nō nocet ei manumiſſio: cum præſumatur nūc, quod tunc fuerit capax. Item ſunt arg. contra. ff. pro empto. l. ij. in princ. & in authen. vt cum de appella. cogno. §. generalē. colla. viij. ADDITIO. Dic prout loquitur ibi in contractu emptionis, concordat: ſed cum loquitur in alijs cōtractibus, contradicit: ſed ibi loquitur in capace, & qui non patiebatur defectum in perſona ſua, ſed hic ſecus. Ang.

q Tria tempora. ſcilicet in extraneo hærede: ſed in ſuo & neceſſario exigitur vnum, ſecundum Ioan. ſcilicet tempus mortis: vt. ſ. eo. §. ſui. Vel ſecundum Azonem, etiam tempus teſtamenti inſpicitur. tempus autē aditæ hæreditatis non inſpicitur: quia ſtatim ſunt hæredes patre mortuo, ſcilicet de iure ciuili: vt. ff. de ſuis & legi. l. in ſuis. In neceſſarijs autem tantum duo tempora inſpiciuntur, ſcilicet teſtamenti, & tēpus mortis: vt. ff. de hære. inſti. l. ſi alienum §. reſpon. & l. ſeruum.

r Factionem. ſcilicet in actiua ſignificatione.

Acquirere.

a Adquirere. ſcilicet poteſt.
b Factionem. in paſsiua ſignificatione.
c Sibi. ſi ſunt ſui iuris.
d Alij. ſi ſunt in aliena poteſtate. vt hic, & ff. de teſt. l. filiusfamilias. & facit. ff. de ſlu. l. j. §. fina.

i inuentario ſi res pſentes ſunt, intra tres mēſes: ſi abſuerint intra annale ſpatium: vt. C. de iure deli. l. ſcimus. §. ſin autem dubius. & §. ſin autem à locis.
q Conſtitutionem. vt C. de iure deli. l. ſcimus.
r Aequiſsimam. quantum ad tractatum.

etiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt, vel alij adquirere [a], licet non poſsit facere teſtamentū. Et ideo furioſus, & mutus, & poſthumus, & infans, & filiusfamilias, & ſeruus alienus teſtamenti factionem [b] habere dicuntur. Licet enim teſtamētum facere non poſsint: attamen ex teſtamento vel ſibi [c], vel alij [d] adquirere poſſunt.

Extraneis hæredibus ſi [illegible] libera eſt adire vel repudiare, niſi ſemel immiſcuerint hæreditati: quia tunc non poteſt repudiare, niſi ſi minores. Aretinus.

Extraneis autem hæredibus deliberandi poteſtas eſt de adeunda hæreditate, vel non adeunda. Sed ſiue is, cui abſtinendi [e] poteſtas eſt, īmiſcuerit ſe bonis hæreditatis: ſiue extraneus, cui de adeunda [f] hęreditate deliberare licet [g], adierit: poſtea relinquendæ hæreditatis facultatē non habet, niſi minor ſit vigintiquinq; annis. Nam huius ætatis hominibus ſicut in cæteris omnibus [h] cauſis, deceptis, ita & ſi temerè damnoſam hęreditatē ſuſceperint, prętor ſuccurrit [i]: Sciēdum eſt tamen, diuū Adrianū etiam maiori [k] vigintiquinq; annis veniam [l] dediſſe, cùm poſt aditam hęreditatē grāde æs [m] alienū, quod aditæ hæreditatis tēpore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit: diuus aūt Gordianus [n] poſtea militibus tantummodo hoc conceſsit [o].

Qui ſine [illegible] hæreditatem [illegible] [illegible] hæreditatem poteſt [illegible] [illegible] hæreditatis vires [illegible] excedunt.

Sed noſtra beneuolētia cōmune omnibus ſubiectis imperio noſtro præſtitit [o] hoc [p] beneficiū: & conſtitutionē [q] tā æquiſſimam [r], quàm nobiliſsimam [s] ſcripſit: cuius tenorem ſi obſeruauerint homines, licet eis adire hæreditatē: & intantū teneri, quantum valere bona hæreditatis cōtingit: vt ex hac cauſa neq; deliberationis auxiliū ſit eis neceſſariū: niſi omiſſa obſeruatione noſtræ conſtitutionis [t], & deliberandum exiſtimauerint, & ſeſe veteri grauamini [v] aditionis ſupponere maluerint.

Etiam nuda voluntate verbis aut facto declarata, aditur hæreditas, facto autem declarat, qui ſe pro hærede gerit: id eſt, hos actus exercet, qui non niſi ab hærede & domino fieri poſſunt.

Item extraneus hæres teſtamēto inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam [x] hæreditatē vocatus, poteſt aut pro hærede gerēdo, aut etiam nuda volūtate [y] ſuſcipiēdæ hæreditatis hæres fieri.

e Abſtinendi. vt eſt ſuus hæres, cui datur abſtinēdi facultas per prætorē: vt. ſ. eo. §. neceſſarij. Accurſius.
f De adeunda. nota hic quatuor proportionabilia, ſcilicet immiſcere, & abſtinere, q̄ duo pertinent ad ſuos hęredes. Item adire & repudiare: quæ duo ptinent ad extraneos, vt hic dicitur. Sed quādoque ſuus dicitur adire & repudiare: vt C. de legit. hære. l. defunctis.
g Deliberare. intra annum deliberationis, petito tēpore, & indulto & ab Imperiali culmine: à noſtris autē iudicibus intra nouem mēſes: & nō niſi ſemel peti poteſt: vt C. de iure deli. l. ſcimus. §. & hæc quidem. Accurſius.
h Omnibus. niſi ſint vſi iure cōmuni [a]. vt. ff. de milit. l. verū. §. itē nō reſtituit. Item niſi iurauerit adultus ſup cōtractum: vt in. l. Fride. hac edictali. de pace tenenda. §. itē ſacramēta. li ij. feud. quæ eſt in authen. ſacramēta puberum. C. ſi aduer. vend. [b]
i Succurrit. vt. ff. de mi. l. ait p̄tor. §. ſed & ſi hęreditatē.
k Maiori. ſ. cuidā pro priuilegio.
l Veniam. abſtinendi. Accurſius.
m Grande æs. ſic ff. de cōdic ind. l. ij. §. ſi quid. & l. iij.
n Gordianus. ſed vbi ſunt leges iſtorum Imperatorū? Rñ. non habemus. ſed habetur mētio earum. C. de iure deli. l ſcimus. in principio.
o Præſtitit. alias præſtauit.
p Hoc. ſ. vt aliquis nō grauetur propter improuiſum debitū, vel etiā prouiſum, ſi nō eſt ſufficiēs hæreditas: vt. C. de iure deli. l. ſcimus. §. ex omnibus. & hoc facto inuentario ſi res pſentes ſunt, intra tres mēſes: ſi abſuerint intra annale ſpatium: vt. C. de iure deli. l. ſcimus. §. ſin autem dubius. & §. ſin autem à locis.

s Nobiliſsimam. quantum ad ſententiam.
t Cōſtitutionis. quæ de cōpoſitione dicti inuentarij loquitur.
v Veteri grauamini. Sed qđ erat grauamen? Rñ. tenebatur inſolidum oībus creditoribus & legatarijs: etiam ſi excedant mēſurā hæreditatis: vt. C. de iure deli. l. fi. §. ſi vero poſtquam. Si autē petijt tempus ad deliberādum, & fecit etiam inuentarium: creditoribus quidem tenet inſolidum, ſed de legatis detrahit Falcidiā: ſiue adierit hęreditatem intra deliberationis tēpus, ſiue nō recuſauerit. ſed ſi nō feciſſet inuentarium, oībus inſolidū teneretur: vt. C. de iure del. l. fin. §. ſi autē hoc aliquis. & §. ſi qs aūt.
x Ad legitimā. ſ. iure ciuili, aliud ſi iure prętorio. tunc enim neceſſe habet corā prętore agnoſcere: vt. C. de iure deli. l. j. l. puberem. & l. ſuā. & C. qui ad. ad bo. poſ. l. vl.
ADDITIO. Dic, q̄ ſola agnitio bonorū poſſeſsiōis facta coram prætore etiā non authorāte ſufficit, ſiue ſit bonorū poſſeſ. ſecundum tabul. ſiue ab inteſtato, ſiue etiā cōtra tab. vt eſt gl. ſing. in. l. fi. §. j. C. de cu. fu. in ver. pro antiqua. Ang.
y Nuda volūtate. oportet tamē, q̄ extrinſecus declaretur [c]. Si quid ergo pro hærede velut hæres geſsit [d], vt hic dicit: tunc volūtatē illam declarat, niſi proteſtetur ſe nō vt hæredem facere: vt hic, & ff. de acq. hę. l. pro hęrede. in prin. & l. gerit. Sed cōtra id qđ dicit hic, nuda volūtate, eſt. C. de iu. del. l. potuit. Sed certe eſt neceſſaria volūtas, et actus, ſi ab actu īcipias. ſic et alſ. ff. de acq. poſ. l. quēadmodū.

Hęredes ſui immiſcent & abſtinent, adeūt & repudiāt extranei.

[a] Ideſt eo iure quo q libet diligēs paterfam. vteretur: qa nō cuctus dāni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas. d. l. verū. Aegi. per.

[b] Et ſi ciuramentum interpoſitum tollit beneficiū reſtitutionis ſecūdū Por. Aeg. per.

[a] Alias, in milites tātum mādo hoc extendit.

Inuentarij faciendi tēpus.

Inuētariū facientes vnde grauantur.

[c] Et ſic qđ vulgo dicitur hęreditatem nuda volūtate poſſe adiri, intelligiſ dummodo hęc volūtas ſit declarata ſecūdū Por. Aegi. per.

[d] Gerit. p hærede, q aīo cognoſcit ſucceſſionē, licet non attingat rem hęreditariā. l. gerit. ff. de acquir. hære. Aegi. per.

[e] Quæ ꝓteſtatio nō eſt neceſſaria vbi facit actum pium q dilationē nō recipit nec releuat vbi facit actū contrarium: vt. c. cū M. Ferrar. de conſtit. ſecūdū Ioā. Fa. & Ange. hic.

Pro hære

Pro hærede [a] autem gerere quis videtur, ſi rebus hæreditarijs tanquã hæres vtatur, vel vēdendo res hæreditarias, vel prędia colēdo locādove, & quoquomodo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dummodo ſciat eum, in cuius bonis pro hærede gerit, teſtatũ inteſtatumve obijſſe [b], & ſe ei hæredem eſſe [c]. Pro hęrede enim gerere, eſt pro domino [d] gerere. veteres enim hæredes pro dominis appellabãt. Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit: ita contraria deſtinatione [e] ſtatim ab hæreditate repellitur. Eum, qui ſurdus, vel mutus natus, vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro hærede gerere, & adquirere ſibi hæreditatem: ſi tamē intelligit [f], quod agit.

TITVLVS XX.

DE LEGATIS.

Legatarijs triplici actione eorũ perſequi poſſe legata, cõceſſum eſt: videlicet perſonali, in rem, & hypothecaria.

Post hęc [g] videamus de legatis: quæ pars [h] iuris extra propoſitam [i] quidem materiã videtur: nã loquimur [k] de ijs iuris figuris [l], quibus per vniuerſitatē res nobis adquiruntur: ſed cùm omnino [m] de teſtamentis [n]: & de hæredibus [o], qui in teſtamento inſtituũtur, locuti ſumus: non ſine cauſa ſequenti [p] loco poteſt hæc iuris materia tractari.

Definitio legati. Ang. Aretinus.

Legatum [q] itaque, eſt donatio quædam [r] à de-

a Pro hærede. i. factis ipſis gerendo pro hærede.

b Obijſſe. alias enim niſi hoc ſciat, non præiudicat ſibi aditio. nam non videatur adire: vt hic, & ff. de acquir. hære. l. ſi is. & l. cum qui.

c Hæredem eſſe. etiam pure. nam ſi ſub conditione, non ante exiſtentē cõditionem adiret: vt ff. de acqui. hęr. l. is qui hęres. §. cęterum. Sunt & alia neceſſaria. ſ. vt ſit liber & ſui iuris, qui adit, alias non poterit, niſi iuſſu patris vel domini præcedente: vt ff. eo. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & l. quoties. Item oportet quod ſit compos mentis: vt in fine huius tit. Item quod ſit maior xiiij. ann. alias non poteſt adire: vt C. de iure deli. l. potuit. & l. ſi infanti. in princi. Item quod ſciat mortuum eſſe teſtatorē: alias non poteſt adire: vt ff. de acquir. hær. l. is qui hæres. §. ſi quis dubitet. & l. qui hęreditatem. & l. neminem. & l. qui ſuperſtitis. Itē certus de conditione teſtatoris eſſe debet: vt ff. de acquir. hęre. l. hæres. j. §. fin. & l. ſeq. ADDITIO. Simile habetis in l. illud. ſi pars hære. pe. & l. is qui putat. de acquir. hęr. hinc eſt quod vulgo dicitur, quod ille qui vult adire hæreditatem, debet ſcire cauſam ex qua defertur. vt l. ſi is ad quem. de acquirē. hære. ſecundum Christoph.

d Pro domino. vnde herus. i. dominus: vt ff. ad legē Aquil. l. item Mela. §. item & cum eo. ver. legis autem Aquiliæ. Item dicunt Teuthonici herus. i. dominus.

e Deſtinatione. dummodo & hoc actu extrinſeco declaretur. arg. tamen contra. ff. de pecu. leg. l. non ſtatim. Accurſius.

f Intelligit. non ergo demens vel furioſus.

DE LEGATIS.

Dic quod textus continuat iſtum titulum. Vel ſic, Dictum eſt ſupra, de teſta. in quibus legata relinquuntur: nunc ſequitur videre de ipſis legatis.

Post hæc. Totus iſte titu. diuiditur principaliter in quinque partes. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo ponit definitionē legati. Tertio recitat quot genera legatorũ olim erant. Quarto illud corrigit. Quinto incipit tractare materiam legatorum. Secunda ibi, Legatum. Tertia ibi, Sed olim. Quarta ibi, Noſtra autē. Quinta ibi, Non ſolum autem. Et illa quinta ſuo loco ſubdiuidetur. CASVS. In hoc princ. dicit dominus Iuſti. continuando proceſſum ſuum. Poſt hæc quæ diximus. ſ. de teſta. videamus de legatis nunc, ſed certe hæc pars iuris, quæ circa legata vertitur, videtur eſſe extra propoſitam materiã. nam locuti ſumus. ſ. de illis ſolis iuribus, quibus per vniuerſitatem nobis acquiritur. Igitur videtur mihi, quod materia legatorũ hic nõ debeat tractari. Sed licet hoc prima facie videri poſsit: tamē cum diligēter de teſtamentis locuti ſimus, & de hæredibus, qui in teſtamētis inſtituuntur, cum legata relinquantur in teſtamētis, & ab hęredibus pręſtentur: ideo poteſt in hoc loco non ſine ratione competēti materia legatorum tractari. & hæc dicunt vſque ad illũ. §. legatũ itaque eſt. Fr.

g Poſt hęc. ſ. quę diximus. ſ. de teſta. ordi. hucuſque.

h Pars. ſ. quæ eſt circa legata. & longa eſt: vt patet. ff. eo. per multos tit.

i Propoſitam. ſ. per quas perſo. no. acquir. §. fi. Accur.

k Loquimur. id eſt locuti ſumus. Et ſic tēpus pro tēpore ponit: vt C. de ijs, qui nor. infa. l. ſi Poſsidonium. Vel loquimur. i. loqui deberemus, ſi materiã præce. proſequeremur [1]. ſic in auth. de cõſang. & vter. fra. l. ſi igitur. colla. vj.

l Figuris. i. partibus vel formis, quæ quatuor ſunt: per ſucceſsionē ciuilem, per prætoriam, per arrogationem, per addictionem conſeruandæ libertatis cauſa: vt ſupra, per quas perſonas no. acqui. §. fina.

m Omnino. id eſt, diligentiſsime.

n Teſtamentis. vt ſ. de teſt. & tribus ſeq. tit. Accur.

o Hæredibus. vt ſ. de hære. inſti. vſque huc. Accur.

p Sequenti. quia nec debentur niſi in teſtamento relicta: & poſt hæredis inſtitutionem. Sed hodie contra in vtroque: vt j. de fideicom. hære. §. præterea. & j. eo. §. ſed non vſque. & §. ante. Accur.

Legatum. Diuiditur in ſeptem partes. Primo ponit qualiter definiatur legatum. Secũdo quot erãt olim genera legatorum. Tertio qualiter vnumquodque genus legatorum fiebat: quia erãt certa verba aſsignata. Quarto qualiter dicta verborum ſolennitas eſt hodie ſublata. Quinto qualiter per Iuſtinianum omnes iſti modi legandi, vel omnia iſta genera legatorum ſunt redacta ad vnam naturam: & legatarijs datur ius perſequendi legata altero de tribus modis. Sexto remouet differentiam, quæ erat inter legata & fideicommiſſa: & ea adæquat. Septimo reſpondet cuidam tacitæ obiectioni. Secunda ibi, Sed olim. Tertia ibi, Et certa quędam. Quarta ibi, Sed ex conſtitutionibus. Quinta ibi, Noſtra. Sexta ibi, Sed non vſque. Septima ibi, Sed ne in primis. CASVS. Domine, iam video, quod vultis tractare de legatis. Dicatis ergo mihi ſi placet, quid eſt legatum? Ad hoc reſpon. Amice, legatum eſt donatio quædam à defuncto relicta &c. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſed olim. Franc. de Aretio.

q Legatum ſic. ff. de leg. ij. l. legatum. ſed aliter definitur. ff. eo. j. l. legatum eſt ad finem titu.

r Donatio quædam. ſunt enim tres donationes. * vt ff.

[1] Dic quod præteritũ perfectum ſubiunctiui in cõtractibus quãdo non poteſt verificari in præterito trahitur ad futurũ: vt l. cũ ſtipulamur. ff. de verbo. ob. ſed in teſtamẽtis & legibus, quę dãt formã & eſſentiã capiũt a futuro: ſecũdum Ang.

* Scilicet cã mortis, inter viuos, & legatũ. Aegi. per.

functo relicta, ab hærede præſtanda. *

Antiquæ ſolennitas verborum, quæ olim in legatis obſeruabatur, eſt hodie ſublata. Aretinus.

Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vendicationem per damnationem †, ſinendi modo, per præceptionem †. Et certa quędam verba [a]cuique generi legatorum adſignata erant, per quæ ſingula genera legatorum ſignificabantur. Sed ex cõſtitutionibus [b]diuorũ principum ſolennitas huiuſmodi verborum penitus ſublata eſt [c].

In omnibus legatis, in quibus ſpectatur, potius voluntas quàm verba, vna naturæ imponitur: habentq; legatarij ius perſequendi legatum tribus actionibus.

Noſtra autem conſtitutio [d], quàm cum magna fecimus lucubratione [e], defunctorũ voluntates [f] validiores [g] eſſe cupientes: & nõ verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis [h] vna ſit natura [i]: & quibuſcunque verbis [k] aliquid relictũ ſit, liceat legatarijs id ꝑſequi, non ſolum per actiones perſonales [l], ſed etiam per in rem [m] †, & per hypothecariam [n]. cuius conſtitutionis perpẽſum [o] modum ex ipſius tenore perfectiſsimè accipere poſsibile eſt.

Sublata legatorum & fideicommiſſorum multiplici differentia, omnium hodie vna eademq; natura eſt.

vt.ff.de do.l.j. Et differt hęc à donatione cauſa mortis: vt diximus.ſ.de do.§.j.in fine. Item à donatione inter viuos: cum legatũ reuocari poſsit vſq; ad mortẽ: vt.ff. de adimen.leg.l.iij.in fi.&.l.iiij. Sed in donatione inter viuos non eſt ita: vt.ſ.de do.§.aliæ. [1] Item differt ab hęreditate: cum hoc ſingulare & ſine onere ſit, illud vero vniuerſale: & cum onere: vt.ff.man.l.ſi hæreditatem. & argu. ff. de eden.l.quædã.§.nihil intereſt.

Sed olim quidẽ. CASVS. Dicit Imperator, ꝙ olim erant quatuor genera legatorũ aſsignata: per quę quidem verba genera legatorum diſcernebantur. Si enim teſtator legabat his verbis: puta vẽdica tibi rem illam: tunc dicebatur illud genus legati per vendicationem. Si autem dicebat teſtator hæredi ſuo, Damno te Titium, legatario illam rem dare: tunc illud legatũ dicebatur per donationem. Si dicebat hęredi, ſinito Titium illam rem habere: tunc dicebatur per ſinendi modum. Si vero dicebat alteri hæredum, illam rem præcipito, id eſt ante partem hæreditariam capito: tunc dicebatur per pręceptionem. Et ita ſingula genera legatorum ex verbis ſingulis quibus teſtator in legãdo vtebatur, proprium nomen ſortiebantur. & hoc ita antiquitus obtinebat: ſed poſtea ex conſtitutionibus diuorum principum huiuſmodi verborũ ſolennitas penitus ſublata eſt. Nos vero cupientes voluntates teſtatorum eſſe validiores: & non verbis teſtatorum: ſed voluntatibus eorum fauentes: in conſtitutione noſtra, quam cum magna deliberatione fecimus. diſpoſuimus vt omnibus legatis decætero vna ſit natura: & quibuſcunq; verbis idoneis tamen, aliquid à teſtatore relictum ſit, liceat legatarijs id legatũ perſequi, non tantum per perſonales actiones ex teſtamento, ſed etiam per rei vendicationem, & per hypothecariam: videlicet in alijs rebus, quæ erant teſtatoris tẽpore mortis, & ita triplex remedium competit legatario ad legatum ſibi relictum perſequendum. & huius noſtræ conſtitutionis perpenſum modum poteſtis ex ipſius cõſtitutionis tenore perfectiſsime accipere. Et hæc dicũtur vſque ad illum.§.ſed non vſque. Fran.de Are.

a Quædam verba. vt ſi dicat legatario, Vendica tibi rem talem. vel hæredi dicat, Damno te illum ære alieno liberare: vt.j.co.§.ſed & tale. Item ſi ſic dicat, Sinito illum habere talem rem. [2] Item ſi dicat vni hęredũ, pręcipito rem illam, id eſt ante partem capito: vt.ff.e.l. ſi à pluribus.in princ.ibi, pręcipere iubeatur. Accur.

b Ex conſtitutionibus. quas non habemus. Accur.

c Sublata eſt. ſcilicet dudum retro. Accur.

d Conſtitutio. quæ eſt. C.commu.de leg.l.j.

e Lucubratione. i. vigilatione, maxime nocturna, nam ſecundum Philoſ. Luna dicitur habere radios lugubres, ſed Sol claros: ſic in authẽ. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in princip.col.ij.

f Voluntates. Interdum non eſt voluntas validior ſcriptura: vt.ff.de vſu.l.ſi alij. [3] & ff.de ſup.leg.l. Labeo. Et facit ad hoc, quod in textu dicitur. ſ. ꝙ voluntas ſit validior ſcriptura, quod eſt verũ: vt.ff.de leg.ij. l.cum pater.§.cum imperfecta. & de lega.j.l.iiij. ſecũdum Ioan. & hoc niſi ſit impoſsibilis vel ꝓbroſa: vt.j.co.§.fi. vel inepta: vt.ff.co. ſeruo alieno.§.fin.

g Validiores. ꝙ ſint verba ſolẽnia, vel quã ſit ſcriptura. Accurſius.

h Omnibus legatis. i. omni genere legatorum.

i Vna ſit natura. quãtum ad hoc, vt debeantur: ſunt tamen quædam fauorabiliora alijs: vt.j. de obl. quę ex quaſi contra.§.fina.

k Quibuſcũque verbis. aptis tamen ad hoc ſic.ff.de cõſti.pe.l.qui autem. in fi.& ibi in gloſ. fina. &.l.ſequen.

ADDITIO. Nota, ꝙ lex generaliter loquens, recipit reſtrictionem de habilitate. concordat gloſ.j.l.j.§. nuntiatio. & ibi doct. ff.de noui ope. nuntia. & in.l.vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff.de mu.& hono. & Bart.late in.l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure. Ang.

l Per actiones perſonales. ſcilicet ex teſtamento.

m Per in rem. i. per rei vendicationem. nam recta via tranſit dominium in legatarium rei legatę: vt.ff de fur. l.à Titio. Accur. ADDITIO. Id eſt, ficte à morte teſtatoris, & vere ab adita hæreditate, reuocabiliter tamen. & hæc vera, quando pure legatur res teſtatoris, & legatarius non repudiat. Et tunc fructus poſt mortem & ante aditionem poſt moram tamen adeundi ab hærede percepti, demum facta aditione debent legatario reſtitui. Si vero legetur res hæredis, nullo modo trãſit dominium, niſi facta traditione.

n Per hypothecariam. ſcilicet in rebus alijs, quę fuerunt defuncti. Et no. ꝙ ſi legatum ſit in ſpecie, & ſit res teſtatoris: cõpetunt illæ tres actiones. Si in genere, vt ſeruũ, competunt duæ. ſ. teſtamẽti & hypothecæ. ſed in caſu tantũ vna actio. ſ. ex teſtamento, & vna exceptio cõpetit: vt ſi lego debitori liberationẽ: vt.ff. de li.leg.l. quod mihi. &.ff.vt in poſ.le.l.j.§.ſi debitori. Si autem ſit res aliena, duæ tantũ competunt. ſ. perſonalis & hypothecaria: vt.C.cõmu.de leg.l.j. Non tamẽ o[illegible] ns aget. i. actione in rem, & ex teſtamẽto: ſed vna quã elegerit: vt.ff.de lega.ij.l.cum filius.§.varijs. Sed ſi legatarius ſit dñs qualiter ꝑſonali aget: vt.j.de act.§.ſi itaque. Reſpon. ratione poſſeſsionis: vt.ff.de cõdi.tri.l.ij. ADDITIO. Et ſic ex teſtamento agitur ad præſtandum ſeu tradendum, nõ autem ad dandum. Vel dic quod.§.ſic itaque. loquitur in vero domino facto per traditionem de iure communi, hic vero de iure ſpeciali ſine traditione. Igitur non eſt mirum, ſi datur concurſus, vt.l.in rebus.C.de iure do.ſecundum doct.

o Perpenſum. id eſt, deliberatum.

[1] Vt hæc inducũtur ad quęſtionẽ ſi teſtator dicat dono Titio fundũ pręſenti et recipienti, an cenſeatur legatũ vel donatio: vi per Ioan. Fa. & Ang.

* Hæc verba, ab hærede præſtanda, videntur eſſe aſcititia, et temere ab aliquo adſuta: nec ea Modeſtinus habet in.l.legatũ.ff.de leg.ij.quo ex loco definitio hęc ſumpta eſt, nec ea hic adiecit Theophilus græcarũ Inſtitutionum author.

† Id eſt obligatione, vel cõdẽnationẽ in pœnã: vt ſi heres meus Titiam duxerit vxorẽ, in damnũ eius centũ lego. Aeg. per.

† Id eſt ante captionem. Aeg. per.

[2] Et ſi res iã eſſet apud eũ cui legatur, et teſtator iubeat apud eum manere. Aeg. p.

[3] Nõ obſt. hęc lex ſi alij. quia videtur ſolũ contradicere: qa ibi attenditur ſcriptura: qa voluntas teſtatoris erat ambigua. Cæterũ ſi eius fuiſſet clara volũtas ab ea non recederet, imo obſeruaret ſcriptura relicta interpretatiõe: vt.l.cũ mater. C. de fideicõ. & hic.

† Cõcor. c. Raynutius. in gl. ſuper ver. dote. poſt mediũ. extra de teſt.

[3] Hæc gl. diuiditur in quatuor partes. in prima declarando textum, remouet quoddam cõtrarium tacitũ. In ſecunda ꝑ modũ notabilis remouet aliud contrariũ. In tertia remouet aliud contrariũ. In quarta & vltima per modũ quęſtionis remouet aliud contrariũ. Secunda ibi, & no. tertia ibi, nõ tamen omnib⁹. quarta ibi ſed ſi legatarius. Iaſ.

Sed non vſque ad eã [a] conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cũ enim antiquitatem inuenimus legata quidẽ ſtrictè [b] concludentem, fideicommiſsis autẽ, quæ ex volũtate magis [c] deſcendebant defunctorum pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſsis exęquare [d], vt nulla ſit inter ea differẽtia, ſed quod deeſt [e] legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius [f] eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabulis [g] permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quandam introducamus difficultatem: operæ pretium eſſe duximus [h], interim [i] ſeparatim prius de legatis [k], & poſtea de fideicommiſsis [l] tractare: vt natura vtriuſq; iuris cognita [m], facilè poſsint permiſtionẽ eorum eruditi [n] ſubtilioribus auribus accipere.

Etiam res aliena poteſt legari: & hæres tenetur eam redimere, ſi poteſt & ſoluere: alias tenetur æſtimationem præſtare; Et hoc verum, ſi teſtator ſcit eſſe rem alienam: & agẽti incumbit onus probandi. Arc.

Non ſolùm † aũt teſta-

Sed non vſq. Casus. Domine, iam video, ꝙ feciſti: ſatis vtilem conſtitutionẽ circa materiam legatorũ: in qua quidem conſtitutione ſatis diligenter legatarijs prouiſum eſt: vnde videtur mihi, quod illa conſtitutio poſsit ſufficere. Sed ad hoc reſpõd. Amice, certe minus bene videtur ſufficere. Non enim prędicta conſtitutione cõtenti ſumus. Inuenimus enim, ꝙ antiquitas ſtricto iure concludebat legata, & fideicommiſsis pinguiorem naturam indulgebat. Idcirco nos hac differentia ab antiquo iure introducta moti, neceſſarium duximus omnia legata omnibus fideicommiſsis penitus exæquare, vt decætero inter ea nulla ſit differentia. Statuimus enim eadem conſtitutione, vt quod hactenus legatis defuit, hoc ex natura fideicommiſſorum impleatur. ſi quid amplius etiam fuit in legatis, hoc fideicommiſsis accedat: & per hoc fideicõ. & legata per noſtram conſtitutionem exæquata ſunt. Vnde dixi, Quare igitur cõiunctim non tractatis de legatis & fideicom. Ad hoc reſpond. Amice, ad hoc optima ratio nos induxit, vt diuiſim de illis tractare debeamus. Ne enim in his primis legum cunabulis coniunctim de lega. & fideicom. tractando, adoleſcentibus ſtudioſis difficultatem introducamus: vtile nobis viſum eſt ſeparatim primo de lega. & poſtea de fideicommiſ. animos informare, vt ita natura vtriuſq; iuris per ſe cognita, facile poſsint iuuenes de vtriuſq; natura erudiri, & permiſtionẽ eorundem ſubtiliorẽ auribus intelligere. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. non ſolum. Franc.

a Sed non vſq; ad eam. i. non ſumus contenti. ſ. dicta conſtitutione: imo & aliã fecimus circa iſtam & eandem materiam: vt. C. commu. de leg. l. ij. Prima tamen remouet differentiam quatuor generum legat. ſ. in quo erat differentia inter ſe. Secunda vero remouet differentiam inter lega. & fideicom. Accur.

b Stricte. i. ſtricto iure: ſic vt teſtamento tantũ debeãtur: vt. j. de fideicom. hære. §. præterea.

c Magis. ſ. quam legata: vt ab inteſtato etiã debeantur: vt. j. de fideicõ. hære. §. præterea. Vel dic ex voluntate magis, quam ex ſolennitate teſtamenti. Accur.

d Exęquare. quantũ ad fidem & tractatũ. non quantum ad verba. nã non dicitur hodie legataria libertas & hæreditas: licet fideicõmiſſaria appelletur. Itẽ propter legatum nõ cogitur quis adire, ſed propter fideicom. vniuerſale ſic [*]: vt. j. ad le. Fal. §. quantitas. verſ. ex diuerſo & ad Treb. l. quia poterat. & j. de fideicõ. hær. §. ergo. verſic. ſed ſi recuſet.

e Sed quod deeſt. In tribus enim deeſt: vt. j. eo. §. poſt mortem. & j. de fideicom. hær. §. præterea. & j. de ſing. re. per fideic. rel. in prin.

f Amplius. ſ. vt ex neceſsitate dentur. quod non erat in fideicommiſsis: vt j. de fideicom. hære. in prin.

g In primis legum cunabulis: i. hoc volumine: vt. ſ. in proœ. circa medium.

h Operæ pretium eſſe duximus. i. pulchrum putauimus & vtile, vt dicitur in Saluſtio.

i Interim. i. ante, quam veniamus ad illam conſtitutionem, vbi tractantur communia eorum.

k De legatis. vt hoc titulo, & duobus ſequentibus.

l De fideicommiſſis. vt. j. de fideicommiſ hær. & alio ibi proximo titu.

m Cognita. i. ſeparatim.

n Eruditi. ſic. ſ. de iuſti. & iur. §. his igitur generaliter.

Non ſolum. Casus. Domine, iam video quid eſt legatum, & quot erant olim genera legatorum, & qualiter authoritate veſtræ conſtitutionis natura legatorum & fideicommiſſorum exæquata eſt: & quæ ratio vos induxit ad ſeparatim tractandum primo de legatis, & poſtea de fideicommiſsis, pro Deo dicatis modo mihi, ſi placet, quæ res legari poſſunt? Ad hoc reſpond. Amice, nõ ſolum res teſtatoris vel hæredis legari poteſt, ſed etiã aliena. Sed in hoc caſu, quãdo teſtator rem alienam legat, hæres eius compellitur rem legatã redimere à dño rei, ſi emere poteſt. Si enim nullo modo, vel pro nõ certo pretio redimere poteſt: ad eius æſtimationem tenetur. & hoc verum eſt, ſi talis eſt res, cuius cõmercium haberi poſsit. Si enim res legata ſit talis, ꝙ ſuper ea contrahere nõ licet: tunc nec ipſa res, nec eius æſtimatio debetur. veluti, ſi teſtator alicui legauerit campum Martiũ, vel baſilicas, vel templa, vel ea quæ ſunt publico vſui deſtinata. Nã in his caſibus legatũ nullius momenti eſt. Sed quod diximus generaliter alienã rem legari poſſe, hoc ita intelligendum eſt. ſ. ſi teſtator qñ legauit, ſciebat rem alienam eſſe: non aũt ſi ignorabat alienã eſſe: quia tunc forſitã ſi ſciuiſſet eam alienã eſſe, non legaſſet: & ita omnia hæc diuus Pius reſcripſit. Sed pone caſum: Quidam legauit Petro rem alienã: vnde mortuo teſtatore, Pe. illud legatum petebat ab hærede. Hæres autem ex aduerſo ad ſui defenſionem allegabat teſtatorem ignoraſſe illam rem eſſe alienam: & idcirco dicebat ſe non teneri ad huius legati præſtationem. Legatarius vero in contrarium aſſerebat teſtatorem ſciuiſſe rem alienam: & ita dicebat legatum valere, vnde magna fuit diſcordia inter hæredem & legatarium, ſuper iſto legato. Pro Deo Domine, dicatis mihi, quid iuris eſt in caſu iſto, videlicet, vtrum legatarius debeat probare teſtatorem ſciuiſſe rem alienam eſſe: vel hæres debeat probare teſtatorem ignoraſſe? Ad hoc reſpondet: Amice, in hoc caſu verius eſt ipſum legatarium oportere probare ſcientiam teſtatoris. Non autem oportet hæredem probare ipſius ignorantiam. & hoc propter illam regulam generalem, qua cauetur, quod ſemper neceſsitas probandi illi incumbit, qui agit. Igitur cum legatarius in hoc caſu agat ad legatum ſibi relictum præſtandum: merito onus probandi ei debet incumbere. Et non ſolum in caſu iſto prædicto locum habet hæc diſtinctio, ſed etiam in alio caſu

[*] Intellige iſtam adęquationẽ procedere in legatis particularibus quo ad particularia: & in vniuerſalibus quo ad vniuerſalia: & nõ aliter, vt p. doc. hic. & in. l. j. ff. de leg. j.

† Cõcor. cũ hoc. §. c. filius. cũ glo. ij. extra de teſt.

caſu: veluti, ſi teſtator legauit rem creditori ſuo obligatam. Nam in hoc caſu idem placet, quod in ſuperiori ſic: vt videlicet ita demum neceſſe habeat hæres eam à creditore luere, ſi teſtator ſciebat rem eſſe obligatam. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. & hoc eſt verum, niſi appareat de cõtraria voluntate teſtatoris. Nã ſi teſtator voluerit legatariũ luere, & hoc in teſtamento & codicillis expreſſit: quãuis teſtator ſciebat rem obligatam, hæres tamen in hoc caſu eam luere non debet. Et hæc dicunt vſque ad illũ. §. ſi res aliena. Fran.

toris vel hæredis[a] res, ſed etiam aliena[b] legari poteſt: ita vt hæres cogatur redimere[c] eam, & præſtare: vel ſi eam non poteſt redimere[d], æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non eſt[e], vel adipiſci[f] nõ poteſt: nec* æſtimatio[g] eius debetur: veluti, ſi quis campum Martium, vel baſilicas[h] †, vel templa, vel quæ publico vſui deſtinata ſunt[i], legauerit. nam nullius momẽti tale legatum eſt. ¶ Quòd autẽ diximus, alienã rem poſſe legari: ita intelligendũ eſt, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat[k]. forſitan enim, ſi ſciuiſſet[l] alienam rem eſſe, non legaſſet. & ita diuus Pius reſcripſit.

Annota ignorantiam in dubio præſumi: idcirco ſcientiam aſſerens onere probandi grauatur.

Et verius eſt[m] ipſum, qui agit, id eſt, legatariũ, probare oportere, ſciuiſſe, alienam rem legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit[n].

Rei hypothecatæ, quam teſtator cuipiam ſciens prudensq; legauerat, luitio ad hæredem ſpectat: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem appareat.

Sed & ſi* rem obligatam creditori aliquis legauerit: neceſſe habet hæres eã luere[o]. Et in hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatã eſſe. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expreſſerit: nõ debet hæres eam luere.

Legatarius rei ſibi legatæ dominium ex cauſa lucratiua nactus, legatum nequaquam petere

a Hæredis. & in his nihil refert, an ſcierit hoc defunctus, an ignorauerit: vt. j. eo. § ſi quis rem ſuam. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia, §. ſi rem tuã. Idem de re cõmuni legata, ſecundũ Io. vt. ff. eod. l. v. §. j. & ij. ſed certe ibi non valet legatum, niſi pro ea parte, pro qua non eſt error. ADDITIO. Idem ſi fiſcus rem cõmunem ſimpliciter legaret: quia non valeret, niſi pro parte ſua. Et eſt ratio: qa cum pro illa parte legatũ ſit vtile, maior ratio facit vt ad eam referatur: non ſic in re penitus aliena. Io. Fab.

b Aliena. etiam hoſtiũ: vt. ff. eo. j. l. ab omnibus. §. etiam. ſecundũ Io. Item ab hoſtibus capta: vt. ff. eo. j. l. ſeruus. ab hoſtibus. & l. id quod.

c Cogatur redimere. ſpeciale propter præceptũ teſtatoris: ſic. ff. cõmu. diui. l. cõmuni diuidundo. §. fi. Regulariter cõtra: vt. C. de contrah. emp. l. inuitum.

d Non poteſt redimere. vllo modo. quia non vult vendere: vel ſi vult: tamen nimiũ petit pro pretio: vt. ff. eo. l. non dubium. §. fin. & de lega. j. l. apud Iulianum. §. conſtat.

e Commercium non eſt. id eſt, non poteſt ſuper ea re contractus haberi.

f Adipiſci. paſſiue accipitur. i. acquiri vel haberi.

g Nec æſtimatio. Si apud nullum eſt cõmercium: vel etiam eſt, ſed cum grandi difficultate, nõ valet legatũ: vt hic, & ff. eo. l. apud Iulianum. §. fi. niſi teſtator voluerit contrariũ manifeſte: vt. ff. eo. j. l. ſi quis inquilinos. ad fi. ti. & ibi glo. iij. & niſi in alio caſu: vt ſi liber homo ſibi legetur, qui fuerat redemptus ab hoſtibus: quo caſu à pignore eximitur: vt. ff. eod. l. ſenatus. j. §. fi. Si autem cõmercium eſt in communi, ſed non eſt ei. ſ. à quo relinquitur: valet: vt ipſum detur, vel eius æſtimatio: vt. ff. eod. ij. l. mortuo boue. §. Labeo. ij. reſponſ. & ſic intelligitur. ff. de lega. j. l. ſed ſi res. Si autem tantum ei non eſt, cui præſtari debet: ſi propter ſuum delictum, vel ſectæ diuerſitatem, vt in Iudæo & mancipio Chriſtiano: vt. C. ne Iud. Chriſtia. man. l. j. nõ valet, nec æſtimatio datur: vt. ff. de leg. ij. l. mortuo boue. § Labeo. j. reſpon. & de verb. oblig. l. multum intereſt. Si propter ſtatus conditionẽ, vel corporis vitiũ: vt quia ſeruo militia, vel contracto legetur ſtipendiũ curſoris, ſi teſtator ſcit vitiũ ineſſe deeſt æſtimatio: alias nõ: vt. ff. de leg. iij. l. fideicom. §. ſi ſeruo alieno. & ff. eo. j. l. filiusfamilias. §. ſi quid alicui. Acc. ADDITIO. Vide glo. fere ſimilem ff. eod. j. l. ſed ſi res aliena. facit gloſ. in l. multum. ff. de verbo. oblig.

h Baſilicas. Baſilica Græce, Latine regia domus dicitur. Accur.

i Deſtinata ſunt. vt via publica.

k Ignorabat. quę ignorantia nocet, niſi coniunctæ perſonę ſit relictum: vt C. eodẽ. l. cum rem alienam. & niſi cũ relinquitur, libertas ſeruo alieno: vt ff. de fideicom. lib. l. Paulus. j. reſpon. Quid ſi res legata fuerit euicta? Reſp. ſi in ſpecie non teneri debet hęres de euictione: vt. ff. de euictio. l. hæres. & ff. de legat. primo. l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. Si in genere, ſiue extra iudiciũ, ſiue in iudicio tradita fuerit legatario non ſtipulanti, de euictione aget. ac ſi nihil ſibi datũ eſſet: ſi eſt extraneus, ſcilicet, iſte legatarius. vt. ff. de le. j. l. ſi domus. §. j. & l. nõ quocunq;. & de leg. iij. l. qui cõcubinam. §. ſi hęres. & de euict. l. hæres. Si de coniunctis eſt legatarius, vt ſi vni de fratribus eſt prælegatũ, non agit, ne creſcat inuidia inter eos: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis. Sed quando omnibus eſt prælegatum, omnes agunt: ſiue diſtributio prælegatorum ſit per iudicem facta, ſiue per partes. Si autem à teſtatore excipiendo ſeruant, non agendo: vt. C. communia vtriuſq; iud. l. ſi fratres. & ff. de leg. ij. l. cum pater. §. euictis.

l Si ſciuiſſet. in eo caſu quo ignorauit.

m Et verius eſt. vt. ff. de proba. l. verius. C. de rei vendi. l. fi. & ibi glo. fi. & C. de edendo. l. qui accuſare volunt. C. de except. l. ſi quidem. j. de interd. §. commodũ. C. de act. & obli. l. negantes. & C. de prob. l. actor.

n Qui agit. niſi qui negat, neget ius, & niſi pręſumeret ius pro actore. tunc enim probat reus negans: vt. ff. de probatio. l. ab ea parte. & ff. de dona. inter virum & vxorem. l. Quintus.

o Luere. tribus caſibus luit hæres. Si ſciebat teſtator rem eſſe obligatam, vt hic. Item ſi ignorabat, ſed relinquit coniunctæ perſonæ: vt. C. de fideicõ. l. prædia. vel pro tanto res erat obligata, quantũ valet, vel pro maiori ſumma: vt de leg. j. l. ſi res obligata. §. j.

* Alias, nec ipſa, nec æſtimatio &c.

† Baſilicas vocabant veteres locos publicos & quaſi regias aulas, in qbus iudicia exercebãtur & venalia omnia proponebantur. Baſilica ædificari debuiſſe ſcribit Vitruuius vt in ſuperiore parte iudicia, in inferiore negotia tractarentur. Fran. Baldul. hic.

‡ Siue quãdoque fuerit ſiue nũquã: dũmodo legetur ſub conditione ſi noſtra efficiatur, vel ſit ſpes q efficiatur, alias ſecus. Io. Fab. & Angel.

Legatum rei, cuius commercium nõ eſt, an valeat.

‡ Cõmerciũ dicitur eſſe de re, quãdo eſt in dominio alicuius & põt ſubijci, dominio alterius priuati. Aegi. per.

Baſilica.

* Alias, rẽ ſuã obligatam.

Legatũ ſi euincatur, an hæres defuncti teneatur.

‡ Niſi ſciens alienã: vel cõiunctæ perſonę legaſſet ſecũdũ Io. Fa. hic, ſed ſecundum An. tũc debetur per viam retentionis non actionis ſi ſit hęres, et cohæredibus etiam fuerit prælegatũ. vt hic l. fi. gl. de qua materia vide plenius Angel. hic.

Legata res obligata per hęredem in tribus caſib9 eſt luenda.

Addit

poteſt: diuerſum erit ſi ex oneroſa: quia [illegible] titulo æſtimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipſam petere.

Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore [a] legatarius dominus factus fuerit: ſi quidẽ ex cauſa emptionis ex teſtamento actione, pretiũ conſequi poteſt [b]. Si verò ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia [c] ſimili cauſa: agere [d] non poteſt. Nam traditum [e] eſt, duas lucratiuas cauſas in eundem hominem [f] & eandem rem [g] concurrere non poſſe [h]. Hac ratione [i] ſi ex duobus teſtamentis [k] eadem res eidem debeatur: intereſt, vtrum rem, an æſtimationem ex teſtamẽto conſecutus ſit. Nã ſi rem habet, agere non poteſt [l]: quia habet eam ex cauſa lucratiua. ſi æſtimationẽ, agere poteſt [m].

[illegible] res futura, quæ tamen eſſe ſperatur, legari poteſt. Arett.

Ea quoque res [n], quæ in rerum natura non eſt, ſi

ADDITIO Not. ꝙ quando teſtator legat rem pignoratam, obligatam pro tanto vel pluri quã valebat: ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit obligatam: tenetur hæres luere. Nam ſi teneretur legatarius, ex legato nullum commodum reportaret. Sed tamen dubium facit: quia quando obligatur res pro tanto vel pluri quam valeat, videtur res ipſa haberi pro alienata. facit quod no. glo. in. l. qui habebat. ff. de leg. iij. Sed qñ legaĩ extraneo res aliena ignoranter, non tenetur hæres luere, ergo nec hoc caſu. & hanc tenuit Rapha. ſed hæc eſt cõmunior. Iaſ. Aduertere diligenter, quod luo, eſt verbum equiuocũ ad quatuor. Vno modo ſignificat redimere ſiue liberare: vt luo pignus ære. & ſic accipitur hic. Secundo modo eſt ſuſtinere ſiue pati, vel punire, vt fur luit pœnas, & crux luit mala, id eſt punit. Tertio modo eſt purgare vel expellere: vt lux luit tenebras. Quarto modo pertinet ad actum venereũ, cum oues ſunt in ardore coẽundi. Vnde verſus, Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras. Dicitur & luere, quãdo ſalitur ouis. Vel ſic & breuius, Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pignus, ouẽ, tenebraſque. De hoc eſt gloſ. not. in. l. licet certis. C. de locato & conducto.

Luo luis, habet quatuor ſignificata.

Si res aliena. CASVS Domine, quidam legauit P. rem alienam: & P. viuente adhuc teſtatore conſecutus fuit dominium illius rei. modo quæro, vtrum mortuo teſtatore P. ratione illius legati cuius dominiũ habuit ante mortem teſtatoris, aliquid cõſequi ab eius hærede poſsit? Ad hoc reſpon. Amice, ſi res aliena legata fuerit, & eiuſdem dominium legatarius viuo teſtatore cõſecutus fuerit: diſtinguẽdum eſt ex qua cauſa legatarius cõſecutus fuerit dominium rei legatæ. nam ſi ex cauſa emptionis, vel alia cauſa oneroſa dominium conſecutus fuerit: nihilominus actione ex teſta. æſtimationem eiuſdem rei ab hærede teſtatoris cõſequi poterit: ſi vero ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa lucratiua, puta ex cauſa legati in alio teſtamẽto ſibi relicti factus fuerit dominus rei illius: tunc de cætero ab hærede nihil petere poterit: & hoc propter regulam iuris generalem, quã cauetur duas lucratiuas cauſas in eundem hominẽ, & in eandem rem non poſſe directe concurrere. Et eadem ratione ſi ex duorum teſtamentis eadem res alicui legatario debeatur: multum refert: vtrũ legatarius rẽ, an æſtimationem ex teſtamento vnius conſecutus ſit. nam ſi ipſam rem habeat: aduerſus hæredem alterius agere non poterit: cum ex cauſa lucratiua iam ipſam rẽ habeat. Si vero æſtimationẽ illius rei conſecutus prius fuerit: nihilominus ab hærede alterius ipſam rem conſequi poterit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. ea quoque res. Franc.

a Viuo teſtatore. idem eſt & ſi poſt mortem: vt infra. §. ſi cui.

b Conſequi poteſt. Not. caute ponis, cõſequi. nam pretium petere non poteſt: ſed rem, quæ tantum eſt in obligatione, ſecundum nos: æſtimatio tamẽ datur propter defectum: vt. ff. de ver. obli. l. ſi ſeruum. §. effectus. Sed contra nos eſt. ff. de leg. iij. l. ſi res mihi. Reſpõ. ibi, propter defectum iuris petendi, ex præſumpta volũtate defuncti rem legatam legatarius amiſit: ſed hic non ex voluntate defuncti amiſit emẽdo. Quidam tamẽ dicunt æſtimationem eſſe in obligatione: vt. ff. de cõdic. fur. l. in re furtiua. in prin. ibi, ſed vtrum. in ſi. Et nota quatuor caſus, quibus peto id quod habeo. Primus eſt vbi res mihi data poteſt auferri: vt. ff. de ſol. l. ſi rẽ. & l. qui res. §. j. reſpon. Itẽ ſi habeo ex alia cauſa, quam debeã habere: quia non videor habere, cum pretiũ abſit: vt hic. Item ſi aliquid iuris rei deeſt, id adhuc tradendum eſt: vt. ff. de ſo. l. etiam. & de verb. obli. l. Iulianus. §. fina. Item ſi res deterior eſt dolo dantis: ex cauſa ſtricti iuris datur de dolo, licet habeat rẽ: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. nõ ſolum. ſed in bonæ fidei agitur ex primo cõtractu: vt. ff. commoda. l. iij. §. ſi reddita.

Quæ leges non faciunt ad ꝓpoſitũ: quia cum res ſit euicta, nõ poteſt dici, quod eã habeat & petat: ſed facit. ff. de leg. j. l. nõ quocũque. in princi. Eſt et aliꝰ caſus quãdo res traditur, forma tamen mutata: vt l. mulieris. §. res abeſſe. ff. de ver. ſigni. ſecũdũ Io. Fab.

c Ex alia. vt legati: vt. ff. man. l. ſi hæreditatem. non dotis promiſsione: vt. ff. de act. & obli. l. ex promiſsione. Accurſius.

d Agere. etiam ſi ſua poſtea eſſe deſinit: vt. ff. de leg. ij. l. Mæuius. §. duobus.

e Traditũ. à iure: vt. ff. de act. & obli. l. omnes. & ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus Stichum. Accur.

f In eundem hominem. ff. eo. l. ſi ſeruus. §. j. contra. Sol. ibi per obliquum concurrunt, non directo: vt hic, & arg. ff. de vulga. ſubſti. l. quæ liberis. §. fina.

g Rem. id eſt ſpeciem. aliud ſi quantitatem: vt. ff. de lega. ij. l. Titia Seio. in prin.

h Non poſſe. ſed cur ſecus quãdo emit? Rñ. quia nec rem habere videtur: cum pretium ei abſit, & loco rei ſucceſſerit: vt. ff. de peti. here. l. ſi & rem. & quod metus cauſa. l. videamus. & l. ſi ipſa.

i Hac ratione. ſcilicet ſupradictæ regulæ.

k Ex duobus teſtamẽtis. ſ. duorum hominũ. ſi enim vnius eſſet, primum per ſecũdum corrigetur: vt. ſ. qui. mo. teſta. infir. §. poſteriore. Quid ſi in eodem bis legauit? Rñ. diſtingue ſpeciem à quãtitate: vt. ff. de lega. j. l. plane vbi. §. ſi eadem. vſque ad illum. §. ſi coniunctim.

l Agere non poteſt. vt. ff. de lega. j. l. plane vbi. §. ſi eadem. verſ. ſed ſi duorum. contra: vt ſequitur ex eodem teſtamento. Sol. illa intelligitur ſecũdum huius. §. diſtinctionem.

Vt ſcilicet ſpecies vel eius æſtimatio ſemel tantũ peti poſſit: quantitas autem bis debeatur. cuius rei rationẽ reddit Vlpianus in l. plane. §. j. de leg. j. qđ eadem res ſæpius ꝓſtari non poteſt; eadẽ aũt ſumma volente teſtatore multiplicari põt.

m Agere poteſt. ff. de lega. j. l. huiuſmodi. §. j. contra. Sol. ibi teſtatoris & heredis teſtãtis eſt eadem perſona: vt in auth. de iureiur. à mo. in prin. col. v. Vel ibi in ſecundo legato cõmodum repræſentationis primi legati relictũ videtur: vt. j. eo. §. ex cõtrario. qa nõ videĩ legaſſi bis in duobus teſtamẽtis: ideo nõ habebit niſi ſemel.

Ea quoque. CASVS Domine, pono, ꝙ aliquis legauit rem, quæ tẽpore conditi teſtamẽti in rerũ natura non erat, futura tamen ſperabatur: nunquid valet legatum? Et rñ. ꝙ ſic. ea enim res quæ in rerum natura nõ eſt, ſi tamen futura ſperetur, recte legari poteſt: veluti ſi teſtator legauerit fructus, qui in fundo Semproniano nati erunt: vel ſi legauerit, quod ab ancilla natum erit. nam in vtroque caſu valet legatum. Et hæc dicunĩ vſque ad illum. §. ſi eadem res duobus. Franc. de Are.

n Ea quoque res. ſic. ff. de lega. j. l. quod in rerum. in prin. & de lega. iij. l. etiam. Accur.

a Futura eſt. ſi autem nec fuit res, nec eſt in rerum natura, nec erit: vt chimera: vel fuit, ſed non eſt: vt homo mortuus non poteſt legari: vt. ĩ de inu. ſtip. in princ. Si autem eſt dubium, an ſit vel non ſit in rerum natura: cauet hæres de proſequendo & reſtituēdo: vt. ff. de le. j. l. ſeruo legato. §. fin. Idem in ſeruo legato, qui fugerat ante teſtamentum: aliud in eo, qui fugerat poſt, ſcilicet teſtamentum. qui ſcilicet eſt periculo legatarij: vt. ff. eo. ti. l. cum ſeruus. & l. ſi ſeruus legatus. j. rñ. ADDITIO. Dic plenius & ordinatius per glo. in dicta. l. cum ſeruus. & ibi Bar. & do. ff. de leg. j. & per glo. in. l. ſi qs ſeruo. ff. de lega. ij. & adde quod no. gl. et doc. in. l. quod legatur. ff. de iud. Ang.

b Natum erit. & tunc competit ſibi exactio: vt. ff. de ṽ. obl. l. interdū. j. rñ.

modò futura eſt[a], rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit[b].

Eiuſdem rei legatum duobus coniunctim aut ſeparatim factū, vtriq; acceptanti æquis portionibus queritur; ſi autem alterius portio defecta fuerit, accreſcendi quodam iure ad collegatarium pertinebit.

Si eadem res duobus[c] legata ſit, ſiue coniunctim[d], ſiue diſiunctim[e]: ſi ambo perueniant ad legatum: ſcinditur[f] inter eos legatū †. ſi alter deficiat: quia aut ſpreuerit legatum aut viuo teſtatore[g] deceſſerit[h], vel alio quoquo modo defecerit[i]: totum ad collegatarium pertinet. Cōiunctim[k] autē legatur, veluti ſi qs dicat, Titio & Seio hominem Stichum do lego. Diſiūctim[l] ita, Titio hominē Stichum do lego, Seio hominem Stichum do lego[m]. Sed & ſi expreſſerit, eundem hominem Stichū: æquè diſiunctim[n] legatum intelligitur.

Si legatij fundi proprietas ad legatarium oneroſo titulo peruenerit, vſuſfructus verò lucratiuo proprietatis æſtimationem iudicis officio tantum conſequetur.

Si cui fundus alienus le

† Inter cōiūctos ſiūt quidē ab initio partes: inter diſiunctos autem partes concurſu ſiunt. l. plane vbi. §. ſi cōiunctim. ff. de leg. j. Porro qui coniuncti faciant partes iure digeſtorum vel nō faciāt, ſubtiliter admodum tractat Zaſius in intellectibus ſuis ſingularibus.

Si eadem res. CASVS. Dñe, quidam legauit eādem rem duobus P. & M. ego quæro, quid iuris ſit in iſto caſu? Ad hoc rñ. Amice, ſi duobus eadem res legata ſit: ſi diuiſim vel coniunctim legetur, ſi ambo peruenerint ad legatum, diuiditur inter eos legatum. Si autē alter eorū per modū repudiandi deficiat: vt quia legatum peruenit in caſum caduci: vtputa, quia legatarius deceſſerit viuo teſtatore: vel ſi quolibet alio modo deficiat, veluti per mortem ciuilem: tūc omnibus his caſibus totum legatum ad legatarium iure accreſcendi pertinebit. Sed Domine, iam video, quid iuris eſt, quādo eadē res legatur duobus; ſiue cōiunctim: ſiue diſiunctim: pro Deo dicatis mihi, quādo quis cenſetur legare cōiunctim, & qñ diſiunctim? Ad hoc rñ. ꝙ coniunctim videt quis legare in hunc modum: veluti ſi quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do lego. Sed diſiunctim videtur quis ita legare: veluti ſi dicat, Titio Stichum do lego; Seio Stichum do lego. nam in hoc caſu etiam ſi expreſſerit eundem hominē, ſcilicet dicēdo ſic, Stichū do lego, nihilominus eum diſiunctim legare intelligitur. Et hæc vſque ad illum. §. ſi cui fundus. Fran. de Are.

c Duobus. quid ſi dicat, illi aut illi lego? Reſpō. duo rei ſtipulandi eſſe videntur: vt. ff. de leg. ij. l. ſi Titio aut Seio. Accurſius.

d Coniunctim. ſ. per copulatiuam coniunctionem: vt ff. de hære. inſti. l. ſi ita quis hæredes.

e Diſiunctim. i. ſeparatim: vt. ĩ. proxi. §.

f Sciuditur. viriliter, niſi ſimul duo coniuncti eſſent, qui locum vnius obtinent: vt. ff. de hære. inſti. l. Titius. & l. interdum. in prin. Accur.

g Viuo teſtatore. nam ſi teſtatore mortuo legatarius decedat: ad hæredem ſuum legatum tranſmittit: vt. C. de cadu. tol. §. cum igitur.

h Deceſſerit. poſt teſtamentum tamen: vt differat à ſequenti.

i Defecerit. ſ. legatarius: vt per mortem ciuilem. Vel dic legatum, quod tribus caſibus deficit, & accreſcit legatario: præter duos, qui ponuntur hic. Primus ſi non eſt collegatarius in rerum natura tempore teſtamenti: vt. C. de cad. tol. §. j. in prin. Secūdus ſi mihi & poſthumo legatur, qui oborietur poſtea: vt. ff. e. l. j. ſi duobus. §. fina. Tertius ſi mihi & hæredi ſuo legat: vt. ff eo. j. l. plane vbi. §. ſi duobus. & ſic ſunt quinq; caſus. E contra ſunt tres caſus, quibus deficit legatum: ſed collegatario non accreſcit. Primus ſi mihi & ſeruo ſuo legat: vt ff eod. j. l. plane. vbi. §. ſi cōiunctim. Secundus ſi mihi et tibi res tua legat: vt. ff. eo. j. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. Tertius ſi mihi & nō capaci legatur: vt. ff. de lega. ij. l. ſi Titio.

Legatum quinq; caſibus deficit & legatario accreſcit.

Legatū in tribus caſibus deficit, nec legatario accreſcit.

k Coniunctim. ſ. re & verbis: vt. ff. de lega. iij. l. re coniuncti.

l Diſiunctim. ſcilicet verbis tātum. nā re ſunt cōiuncti.

m Do lego. ſed nōne dando Seio, adimit Titio: vt. ff. de pupil. ſubſti. l. ſi quis cum. & de adi. leg. l. iij. in prin. & l. ſicut? Reſpon. ſic, ſi probatur teſtatorem hoc. ſ. adimere Titio, & dare Seio voluiſſe: ‡ nō alias: vt. ff. eodem. j. l. ſi pluribus. §. primo.

‡ Puta qa hoc expſſit vt ſub cōmemoratiōe primi legauit ſecūdo: vt fundū quē legauit Titio lego Sēpronio. aut hoc fecit ex interuallo ſecūdum Io. Fab.

n Diſiunctim. i. verbis tantū, re tamen cōiuncti ſunt: vt. ff. de lega. iij. l. re coniuncti. Sunt & alij re & verbis diſiuncti: vt ſi ita dicam, lego Titio dimidiā ſerui: Sempronio lego dimidiam eiuſdē ſerui: vt. ff. eo. ij. l. & proculo. Nec obſtat in eo. tit. de le. ij. l. Mæuio. in princi. quia illa intelligitur quando vnam dimidiam vtrique legauit. Et in iſtis non habet locū acceſsio. i. ius accreſcendi: vt dicta. l. & Proculo. Sunt etiā re diſiuncti, ſed verbis cōiuncti: vt ſi dico, lego tibi & Sempronio pro æquis portionibus. Sunt & alij re & verbis coniuncti; vt. ſ. proxi. Et coniuncti vtroque modo, præferuntur diſiunctis vtroq;, vel altero tantummodo coniunctis. Coniuncti vero vno modo tantum, ſimul admittūtur, ſcilicet re tantum. Coniuncti verbis tantum, diſiuncti re & verbis præferuntur: vt. ff. de hæredi. inſtituen. l. ſi ita quis hæredes. &. ff. de lega. iij. l. re coniuncti. §. penultimo. & §. finali.

Legatariorum quidam ſunt coniūcti re tantū: alij verbis tantū; alij re & verbis: alij prorſus diſiuncti.

ADDITIO. Similem gloſ. habes in. l. j. §. fina. ff. de vſufru. accreſcendi.

Si cui fundus. CASVS. Domine, quidam legauit Petro fundū alienū, poſtea legatarius. ſ. P. proprietatem eiuſdē fundi emit, vel ex alia cauſa oneroſa deducto vſufructu acquiſiuit: procedente tempore vſuſfructus eiuſdem fundi peruenit ad P. per mortem vel capitis diminutionem vſufructuarij: vel ex alia cauſa lucratiua, vſufructu finito, & ad proprietatem reuerſo: & ita legatarius fundum in plena proprietate habuit. modo P. nihilominus agit ex teſtamento contra hæredem, & petit totum fundum in plena proprietate ab hærede teſtatoris. modo quæro, vtrum P. legatarius recte agere videatur? Et reſpondet quod ſic. Nam ſi fundus alienus legatus fuerit, & poſtea legatarius emerit proprietatem eiuſdem fundi deducto vſufructu: licet poſtea vſuſfructus ad legatarium ex cauſa lucratiua peruenerit: tamen ad fundum nihilominus actione ex teſtamento recte agere poterit. & ita Iulianus ait. Contrarium tamen videbatur. nam ſi legatarius petat fundum in plena proprietate: quæ

proprietas

proprietas conſtat ex duobus, videlicet ex nuda proprietate, & vſufructu: ſi legatarius ex cauſa lucratiua habuit vſumfructum: videtur, quod fundum in plena proprietate petere non poteſt. Ad iſtam tacitam obiectionem, quæ fieri poſſet, reſpond. Iuſtinia. in litera, dicens quod hæc obiectio non obſtat: quia vſuſfructus in petitione tali, videlicet quæ fit per actionẽ ex teſtamento, non obtinet partem dominij, ſed vicem ſeruitutis: & ideo petendo fundum in plena proprietate, non videtur petere illam partẽ rei, quæ ſibi obuenerat ex cauſa lucratiua, ſcilicet vſumfruct. & hoc eſt verum de rigore iuris: ſed de æquitate ait Iulianus officio Iudicis contineri, vt æſtimatione vſuſfruct. deducta, hæredẽ ad æſtimationem nudæ proprietatis debeat cõdemnare. & hæc dicunt vſq; ad illum. §. ſed & ſi rẽ.

† Id eſt detracto à proprietate ſic Plau. deduco pedes de lecto. i. detraho ſe paro Aeg. per.

gatus ſit, & emerit [a] proprietatem deducto vſufructu, & vſuſfructus ad eum peruenerit [b]: & poſtea ex teſtamento agat: rectè eum agere, & fundum [c] petere [d], Iulianus ait: quia vſuſfructus [e] in petitione [f] ſeruitutis [g] locum obtinet. ſed officio iudicis continetur, vt deducto [h] † vſufructu, iubeat æſtimationem [i] præſtari [k].

Legatum rei propriæ legatarij non valet, etiam ſi poſt teſtamentum ſua eſſe deſierit. Arc.

Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit: inutile eſt legatum [l]: quia quod proprium eſt ipſius, amplius eius fieri non poteſt [m] †. Et licet alienauerit [n] eam: non debetur, nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

Valet legatum rei teſtantis, licet teſtator putauerit alienam.

Si quis rem ſuam quaſi alienam [o] legauerit: valet legatum. Nam plus valet, quod in veritate eſt, quàm quod in opinione [p] †. Sed & ſi legatarij eſſe putauit, valere conſtat: quia exitum [q] voluntas defuncti habere poteſt.

Ita demum rei legatæ alienatio aut pignoris datio legatum adimit, ſi teſtatorem adimendi animo alienaſſe conſtet.

Si rem ſuam legauerit

a Emerit. ſcilicet legatarius.

b Peruenerit. ſcilicet morte vſufructuarij, vel capitis diminutione, vel ſimili cauſa, lucratiua tamen: vt. ſ. de vſufruc. §. finitur. & ſic factus eſt caſualis.

c Et fundum. i. proprietatem plenam. de iudicis tamẽ officio aliter fit: vt. j. ſequitur.

d Petere. hic repete. quod diximus. ſ. eodem. §. ſi res. Accurſius.

Vſuſfructus an ſit pars dominij.

e Quia vſuſfructus. dixit fundũ peti, & ſic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas cõſtat ex duobus. ſ. ex nuda proprietate. & vſufructu, et iã habet partem. i. vſumfructũ ex cauſa lucratiua. quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Rñd. vſuſfructus hoc caſu cum fundus petitur in plena proprietate, nõ obtinet partẽ dominij, ſed vicẽ ſeruitutis prædialis, quæ nõ eſt pars rei, cũ non poſsit eſſe ſine re, & ideo nõ videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex cauſa lucratiua, ſcilicet vſuſfructus, & hoc de rigore: ſed contra de æquitate, vt ſubijcit.

Vſuſfructus ĩ multis locũ dominij habet.

f In petitione. ſ. tali. i. prædicta fundi per actionẽ ex teſtamẽto. alias in multis locũ dominij habet: vt. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. & ſuperficiariũ. & ff. de bon. aut. iud. poſ. l. in venditione. in prin. &. ff famil. erciſc. l. & puto. §. ij. & ff. de vſufruct. l. iiij. & v.

ADDITIO. Dic quod nõ eſt pars dominij prędicatiua ſeu ſubiectiua: vt poſita ſpecie ponatur genus: ſed eſt pars integralis: quia fructus iuncti cum proprietate faciunt plenum dominium: vt per gloſſ. in. l. recte dicimus. ff. de verb. ſig. Ange.

g Seruitutis. ſ realis.

h Deducto vſufructu. i. æſtimatione vſuſfructus. quẽ ſcilicet vſumfructum ex cauſa lucratiua habet: ideo nõ debet plus habere: vt. ſ. eo. §. ſi res.

i Æſtimationem. ſ. proprietatis.

k Præſtari. ſ. ab hærede ſuo.

Sed ſi rem. CASVS. Domine, quidã legauit P. fundum ipſius P. modo quæro à vobis vtrũ valeat? Et reſpon. quod nõ. Nam licet ſupra dictũ ſit alienam rẽ. legari poſſe: ſi tñ aliquis rem propriã ipſius legatarij ei legauerit: inutile eſt legatũ. & hoc ideo: quia illud quod proprium eſt ipſius legatarij, amplius eius fieri non poteſt. & in hoc caſu iterũ inutile eſt legatũ, & nullius eſt momẽti: quia nec ipſa res nec æſtimatio debeẽ. Sed po.

Quidam teſtator rẽ ſuam propriã credẽs eſſe alienã rem, quaſi alienam legauit Pe. ego quæro vtrum valeat? Rñ. Iuſtin. quod ſic: dicens ita, Si quis rẽ ſuam quaſi alienam legauit, in hoc caſu bene valet legatũ. nã plus valet quod eſt in veritate, quã quod eſt in opinione. Sed domine, ponamus quod teſtator putans rem ſuã eſſe legatarij, legauit: nunquid valet tale legatum? Rñd. quod ſic. In hoc enĩ caſu legatum valere conſtat: quia voluntas teſtatoris volentis huiuſmodi rẽ acquiri legatario, exitum habere poteſt. Et hæc dicuntur vſq; ad. §. ſi rem ſuam. Fran.

† Hic locus intelligendus eſt de re, cui9 legatarius plenum ac firmum dominiũ habet, vt nec incrementum recipiat, et nullo modo ab eo aueli poſsit: alias non inutiliter legaretur: per. l. non quocũq;. ff. de leg. j.

† Quãdo dicat plus eſſe id qđ in veritate eſt, quam quod ĩ opinione: aut cõtra, plus eſſe quod ĩ opinione eſt, quam quod in veritate, pulchre explicat hoc loco Frãciſ. Balduin9. Vide etiã in eam rẽ Aemi. Ferretum hic.

† Hæc reſponſio nõ eſt bona: quia quãtũ ad conualeſcentiam legati nihil refert, an viuo teſtatore rem ſibi legatam ꝓpriã alienauerit, an vero poſt ei9 mortẽ vt l. cętera. §. j. ff. de lega. j.

l Legatum. vt. ff. de lib. leg. l. j. contra. Sol. ibi liberatio relinquitur, quę non erat debitoris.

m Non poteſt. ſic. j. de actio. §. ſic itaque. ff. de legat. iij. l. cum quis. j. reſpon. & ff. de exceptio. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. & de acquir. poſſeſ. l. iij. §. ex pluribus. Accurſius.

n Alienauerit. ff. de reg. Cato. l. j. in fi. contra. Sol. ſecundum B. ibi viuo teſtatore alienauit, hic poſtea. Vel hic purum fuit, ibi conditionale, ſecundum Ioan. arg. ff eo. l. cætera. §. ij.

o Quaſi alienam. i. credens alienam.

p In opinione. Not. ſic. ff. de manu. vind. l. ſi pater. §. quoties. ibi plus eſt enim. &. ff. de iur. & fact. igno. l. regula. §. qui ignorauit. arg. contra. ff. de acqui. hære. l. is qui putat. Sol. ibi de re, quæ conſiſtit in animo.

q Exitũ. i. effectum: vt. ff. quemad. teſt. ape. l. vel negare. ibi publice enim expedit ſuprema hominum iudicia exitum habere. i. res talis legatario acquiri poteſt.

Si rem ſuã. CASVS. Quidam legauit Pe. fundum: poſtea idẽ teſtator eundem fundũ vendidit M. quæro vtrum valeat legatũ: an vero videatur ademptum per alienationem factã à teſtatore? Rñ. Iuſtin. quod in hoc caſu ſententia Celſi tenenda eſt. Celſus enim in hoc caſu exiſtimat, ſi teſtator nõ adimendi animo fundũ legatum vendidit, nihilominus etiã poſt alienationẽ deberi legatum. & hoc idem diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: & ijdem principes in quodã alio caſu idem ius ſtatuerunt: videlicet in tali caſu: Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamẽto ſuo quędã prędia legauit Pe. & poſtea eadem prædia Pe. legata, pignori obligauit. Nam recte in hoc caſu reſcripſerunt teſtatorem obligando prædia legata, legatum non videri ademiſſe: & ideo legatarius cum hærede experiri poterit actione ex teſtamento, vt prædia à creditore luantur. Et quod dixit ſupra, quando teſtator totam rem legatam alienauit, idem iuris eſt, & ſi partem rei legatæ alienauerit. nam in parte nõ alienata ita demũ valet legatum, ſi te-

 ſtator.

teſtator, poſteaq́; eam alienauerit[a]: Celſus putat, ſi non adimendi animo[b] vendidit, nihilominus deberi[c]: idemq́;[d] diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt. Iidem[e] reſcripſerunt, eum, qui poſt teſtamẽtum factum prædia, quæ legata erãt, pignori dedit[f], ademiſſe legatum non videri[g]: & ideo legatarium cum hærede eius agere poſſe, vt prędia à creditore luãtur. Si † verò[h] quis[i] partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non eſt alienata, omnino debetur. pars autẽ alienata ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit.

Liberationis legatum, totum legatarium; ciuſq; in poſterum [illegible]

quæ ei aduerſus creditores hæredem, vel [illegible] obligatione ſunt, acquirit.

Si quis debitori ſuo liberationem legauerit[k]: legatum vtile eſt[l], & neque ab ipſo debitore, neq; ab hærede eius põt hæres[m] petere[n], neq; ab alio[*], q hęredis loco ſit[o]: ſed & põt à debitore conueniri, vt liberet[p] eum. Poteſt etiam quis vel ad tempus[q] iubere, ne hæres petat.

Debitor creditori debitum legando, tunc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex legato conſequitur.

Ex contrario, ſi debitor[r] creditori ſuo[s] quod debet, legauerit: inutile eſt legatum: ſi nihil plus eſt in legato, quàm in debito: quia nihil am-

ſtator non adimendi animo eam alienauerit. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ſi quis debitori ſuo. Fran.

a Alienauerit. vendendo, ſed donando indiſtincte videtur adimere: nec diſtinguitur an valeat donatio, vel non: & etiã ſi reuocetur: vt. ff. de adi. leg. l. cum ſeruus. & l. rem legatã. & l. legatũ ſub conditione. § j. ſi ex alia cauſa à donatione, diſtingue animũ: vt hic, & in dubio ꝓbat hęres mutatam voluntatẽ: vt. ff. de le. iij. l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. et. ff. eo. ij. l. Lucius. §. pe. ibi, niſi hæres. & . ff. de prob. l. cum qui.

b Non adimendi animo. qui animus ex hoc probatur: quia ſi neceſſitate rei familiaris, nõ videt̃ reuocaſſe: alias ſic. quę diſtinctio in donationẽ non cadit: vt. ff. de adi. le. l. rem legatã. & no. C. e. l. qui poſt. Ac.

c Deberi. ſ. rẽ legatario. ar. ĩ. eo. §. non ſolum. vbi ab initio fuit alienata.

d Idemq;. ſcilicet, iuris eſſe.

e Iidem. ſ. Imperatores Seuerus & Antoninus.

f Pignori dedit. quid ſi rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid valet legatũ? Reſpõ. ſic: & nihilominus poterit petere debitum, niſi voluntas teſtatoris oſtendatur volẽtis compenſare: vt ff. de leg. ij l. creditorem. Accur.

g Non videri[illegible]. niſi ſub dicta conſtitutione. ſ. an habuit animũ adimendi, vel non. Vel dic nullo modo: vt hic, & C. eo. l. qui poſt. & hoc quia primo valuit relictum. alias contra: vt. C. de do. inter vir. & vxo. l. ſi maritus. ij. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. cum hic ſtatus. §. ſi maritus. & ibi in glo. j.

h Si vero. nota de toto ad partem.

i Quis. ſcilicet, teſtator.

Si quis debitori. CASVS. Quidã habuit debitorem in c. & in teſtamẽto ſuo legauit debitori ſuo liberationẽ. modo quæro, vtrũ valeat huiuſmodi legatũ? Et rñ. Iuſti. ꝙ ſic. nam ſi quis debitori ſuo liberationẽ ſiue quitationẽ legauit: in hoc caſu vtile eſt legatũ: & neq; ab ipſo debitore, neq; ab hærede debitoris, vel à quocũq; alio eius ſucceſſore hęres teſtatoris aliqd conſequi poterit: ſed etiã debitor cui liberatio legata eſt, cũ hęrede teſtatoris agere poterit, vt eũ liberet. Et nõ ſolũ in caſu prędicto valet legatũ, videlicet, qñ liberatio legata eſt: ſed etiã ſi dilatio debiti legata ſit. Poteſt enim teſtator iubere, ne hæres ſuus vſq; ad aliquod certũ tempus à debitore petat. Sed licet dixerim tibi valere legatum liberationis. ſecus tñ eſt in caſu conuerſo. Nam ſi debitor quod debet pure creditori ſuo, eidẽ legauerit: inutile eſt legatũ. & hoc eſt verũ, ſi nihil plus eſt in legato, quã in debito: quia in hoc caſu legatarius nullã vtilitatẽ ex huiuſmodi legato habiturus eſt. & hoc eſt verũ, qñ pure debitũ legauit. ſed ſi debitor quod in diẽ vel ſub cõditione debet creditori ſuo, pure legauit eidẽ: in hoc caſu vtile eſt legatum, videlicet, propter modũ repræſentationis: q͞a illud quod primo erat in diẽ vel ſub cõditione debitũ: per legatũ mortuo teſtatore purificatũ eſt. Sed quid ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit: nunquid euaneſcit legatũ? & certe videbatur quod ſic, cum debitũ per aduentũ diei vel conditionis iam ſit effectum purum: & ita nihil amplius eſt in legato, quam in debito. Papinianus tñ in hoc caſu ſcripſit nihilominus valere legatum: et hoc ideo, q͞a ab initio tenuit. & certe ſentẽtia Papiniani eſt vera. Non enim placuit nobis ſententia quorũdã exiſtimãtiũ in hoc caſu extinctũ eſſe legatũ: quia in eã cauſam peruenit à qua incipere nõ poteſt. Et hęc dicunt̃ vſq; ad illũ. §. ſed ſi vxori. Caſus qui ſequũtur planiſſimi ſunt vſque ad illum. §. ſi peculium. Franc. de Aret.

k Liberationẽ legauerit. ꝙ tribus modis fit. Primus, peti nolo, vel quod debet, relinquo. vel actionẽ remitto. ꝙ hic liberãdus eſt legatarius ab omni debito: vt hic, & . ff. de lib. leg. l. ſi quas rationes. & l. Aurelio. j. reſpõ. Secundus eſt ſi negotiũ teſtatoris geſſiſſet: & teſtator dixerit, rationes reddere nolo. & hic ab omni debito liberat̃, niſi ab eo, ꝙ penes eum ſit, & ab eo, quod dolo fecit: vt. ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. ſi. cum ſuis concord[z]. vt in gloſ. ſi. ibidẽ. Tertius ſi damnauit hæredem ne exerceat actiones. quo caſu ſi bonam cauſam habet teſtator: litis euentus & ſumptus ab aduerſario facti legati videntur: vt. ff. de liber. lega. l. petitor. ſi malã cauſam, nihil videtur[*] legare: vt in eadem lege.

ADDITIO. Similem gloſſ. habes in. l. Aurelio. ff. de libe. legat.

l Vtile eſt. licet res ſua ſibi legari videatur: vt. ff. de libe. lega. l. j. ſ. reſpon. & eſt hoc verum, niſi teſtatore viuo exactio fiat: vt. j. eo ti. §. tam autem. & . ff. eo. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. Accur.

m Hæres. vel hæres hæredis: vt. ff. de lib. leg. l. ij in ſi.

n Petere. cum effectu propter exceptionem: vt. ff. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu.

o Hæredis loco ſit. ſicut eſt bonorum poſſeſſor, & fideicom. vniuerſalis: vt. j. de bon. poſſ. §. quos autem. & de fideicom. hære. §. reſtituta.

p Vt liberet. per acceptilationẽ, ſi ſolus eſt debitor. ſi habet correũ ſocium, idẽ alias correus ſiue ſocius pacto eſt liberatus: vt. ff. de li. leg. l iiij. §. nũc de effectu. in ſi.

q Ad tempus. vt. ff. de lib. leg. l. non ſolum noſtrum. §. ij. Accur.

r Si debitor. ſecus ſi alius: quia intereſt creditoris plures reos habere: vt. ff. de liber. legat. l. ſi quis decedens. §. ſi. alias incipit, Iulianus.

s Creditori ſuo. ſ. ciuiliter, & naturaliter. & cum effectu, & pure, alias valet: vt. ff. de leg. j. l. ſi creditori. per totam legem. & l. ſi autem. Accur.

† Ex hoc §. no. doc. qđ illi' feudatari' ſeu di partem dño nõ rogato alienet, ſi dũtaxat partẽ priuet, ꝙ non placet Iacob. de Aret. ſi quidem p contrauẽtionẽ in pte à toto feudo is cadatur p l. ſi quis in grati. §. ſi quis ignorans. ver. ſin autẽ. ff. ad Vellei. & l. etiã ſi pars. ff. de leg. j. at de hoc pleniꝰ videbis per Bal. & Iac. Alua. in vſ. feu.

l Niſi pro tanta pecunia eſſet pignorata ꝙ non ſit veriſimile eã redimi: vt l. qui habebat. ff. de leg. iij. Angel.

* Alias, ab illo.

z Tenebitur tamen pure vel in groſſo rationes reddere omiſſa ſcrupuloſa inquiſitione: vt l. ſi ſeruus vetitus. ff. de leg. j.

* Quia ſi non valet principale, nec acceſſorium. Aegi. per.

Nihil

pluſ [a] per legatum habet. Quòd ſi in diem vel ſub conditione debitum ei [b] purè legauerit [c], vtile eſt legatū propter repræſentationem. Quòd ſi viuo teſtatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus ſcripſit, vtile eſſe [d] nihilominus legatum: quia ſemel conſtitit [e], quod & verum eſt. Non enim placuit ſententia exiſtimātium extinctum eſſe legatum: quia [f] in eam cauſam peruenerit, à qua incipere non poteſt [g].

Dotis prælegatio vxori à marito facta iure ſubſiſtit propter commodum repræſentationis: dotem igitur (etiam ſi nullam dederit) conſequetur vxor: modò certam dotis quantitatem teſtator legando expreſſerit.

Sed ſi vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius eſt [h] legatum, quàm de dote actio. Sed ſi quam non accepit dotem [i], legauerit: diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimpliciter † legauerit, inutile eſſe legatum †: ſi verò certa pecunia, vel certum corpus, aut inſtrumenta dotis [k] in prælegando [l] * demonſtrata ſunt: valere legatum.

Si res legata ſine facto hæredis etiã ignorantis præſtari non poteſt; hæres tenetur: ſecus ſi non ſuo facto. Aretinus.

Si res [m] legata ſine facto [n] hæredis perierit [o]: legatario decedit [p]. Et ſi ſeruus alienus legatus, ſine facto [q] hæredis [r] manumiſſus [s] fuerit: non tenetur hęres. Si verò hęredis ſeruus legatus ſit, & ipſe eum manumiſerit: teneri [t] ipſum Iulianus ſcripſit: nec intereſt [v] ſciuerit [x], an ignorauerit à ſe legatum eſſe. Sed & ſi alij donauerit [y] ſeruum [z]: & is, cui donatus eſt, eum manumiſerit: tenetur [a] hæres, quãuis iguorauerit [b] à ſe eũ legatum eſſe.

Copulatorum altero pereunte, aliud æquè principale firmum manet: quòd ſi alterũ fuerit acceſſorium, principali corruente, & id quod accedit corruere neceſſum eſt.

Si quis ancillas cum ſuis natis [c] legauerit: etiã ſi ancillæ mortuæ fuerint: partus legato ce-

a Nihil amplius. ſed nõquid hodie ſemper eſt plus, cum habeat ſtatim rei legatæ dominium, & hypotheca aliarum rerũ defuncti? Rñ. non: vt. ff. de leg. iij. §. ſi rẽ. quia plus tantũ quatuor modis dicitur: vt. j. de act. §. plus aũt. & iſte modus nõ eſt aliquis de his. Accur.

b Ei. ſcilicet, creditori.

c Legauerit ſcilicet, debitor.

d Vtile eſſe. ff. de lega. ij. l. debitor. in princip. contra, vbi eſt inutilis. Solut. hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id eſt, non vtile, cum & aliam habeat actionem ¹. poteſt tamen & iſta agi: vt hic. Accur.

e Cõſtitit. id eſt, valuit. Accur.

f Quia. ratio illius falſæ opinionis. Accur.

g Non poteſt. nota argumen. pro vtraque parte ad hãc regulam. ff. de verbo. obliga. l. exiſtimo. & l. pluribus. §. & ſi placeat. & de iis, quæ pro non ſcrip. hab. l. ſi in metallum. §. item ſi ſeruo. et de ſerui. l. pro parte.

ADDITIO. De iſto brocardo dic vt per Dynum in regula, factum vi ti. de regu. iu. in vj. & per Barto. in. l. pluribus. §. j. ff. de verbo. obliga. Angel. Aret.

h Plenius eſt. ſcilicet, in commodo repræſentationis: cum legatum ſtatim, dos vero annua bima trima die olim: hodie poſt annum mobilia, ſed immobilia ſtatim: vt. C. de rei vxor. actio. l. j. §. cum autem. & ff. de dote præleg. l. j. §. verum eſt. Item de dote datur actio in quãtum maritus facere poteſt, vel eius hæres: vt. ff. ſoluto matrimo. l. etiam. j. reſponſ. at legatum inſolidum. niſi in Falcidia per beneficium inuentarij: vt in authent. de hær. & fal. l. ſi vero non fecerit. col. j. Item ſi qua pacta in præiudicium mulieris facta ſunt, beneficio legati tolluntur: vt. ff. de do. præle. l. j. j. reſpon. Accur.

i Dotem. i. illam dotem, quam non recipit. Accur.

k Inſtrumenta dotis. ſ. in quibus confeſſus fuit ſe recepiſſe dotem quã non recepit: vt. ff. de dot. præleg. l. ſi. §. ſi. & l. cum ſcriptum. §. item ei quæ.

l In prælegando. i. legando: abundat enim præ: vt. ff. de dote præle. l. j. j. reſpon. in gloſſ. j.

m Si res. puta ſeruus Stichus.

n Sine facto. i. mora: quo caſu de interitu tenetur: vt ff. de verbo. oblig. l. ſi ſeruum. j. reſpon. de lega. j. cum res. §. ſina. Vel quia ſine cauſa occidit: vt dicta. l. ſi ſeruum. Aliud ſi cum cauſa: vt. ff. de leg. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. tenetur enim de dolo & lata culpa & leui: vt ff. eo. j. l. cum res. §. ſed ſi Stichus. ver. ſed ſi culpa. & §. culpa. Accur.

o Perierit. vel non cõpareat: quo caſu caueat hæres de dando ſi ad eum redierit. & ſuis ſumptibus recuperatur quando poſt mortem fugit: alias. i. ſi in in vita, ſumptibus legatarij: vt. ff. de leg. j. l. cum res. §. item ſi res. & de lega. ij. l. ſi quis ſeruum. in prin.

p Decedit. quia qui in ſpecie tenetur eius interitu liberatur: vt hic, * & ff. de verbor. obli. l. ſi ex legati.

q Sine facto. in hoc quoque, ſcilicet alieno ſeruo, poteſt admitti culpa: puta non certificauit hæres dominũ (qui ſi ſciuiſſet ſe poſſe vendere, non manumiſiſſet) ſcilicet forte, cum videret eum velle manumittere: vt. ff. eodem. j. l. cum res. §. ſed & ſi alienus. & §. penulti. & finali. item ſi fuerit in mora emendi: vt. ff. de verbor. obligat. l. ſi ſeruum. §. ſi autem alienus. & dic facto id eſt, culpa, vel mora.

r Hæredis. contra de leg. præſtã. l. nanque naturam ⁴.

s Manumiſſus. nã manumiſſus ſimilis eſt mortuo: vt. ff. de ſolu. l. ſi mihi alienum.

t Teneri. ſcilicet, ad æſtimationem: vt. ff. eod. j. l. ſi quis inquilinos. §. j. & ff. qui & à qui. l. hæres. Sed hic nõ dicit tenere manumiſsionem: ſed dicit quod nõ minus valeat legatum. ſ. quo ad æſtimationem. Accur.

ADDITIO. Et valet etiã manumiſsio: quia dñium ſerui hęredis nõ tranſit in legatariũ: vt hic, & d. ſi qs inquilinos, ſecus in ſeruo hęreditario etiã ſub cõditione legato. l. ſi ſeruum qui ſub cõditione. ff. de manumiſſ. Ang.

v Nec intereſt. cur ſecus vbi ſeruum indebitum ſibi ſolutum quis manumiſerit: vt ff. de cond. inde. l. in ſumma. §. ſi ſeruum. quæ eſt contra? Ioan. reſpon. quia debuit ſcire, cum factum ſuum cenſeatur: vt in authen. de iureiur: à mo. j. reſpon. coll. v.

x Sciuerit. ſcilicet ipſe hæres.

y Donauerit. ſcilicet hæres.

z Seruum. à teſtatore legatum. & erat hæredis.

a Tenetur. ad æſtimationem: vt. ſ. proxi. dixi.

b Ignorauerit. ſ. hæres.

c Suis natis. alias ſuo nato.

¹ Iſta glo. dicit verũ reſpectu hypothecæ, ſed reſpectu dominij, valet legatum: vt ibi probatur. Ang.

: Iſta eſt vera quã etiã ſequitur. Bart. in. d. l. debitor. An.

† Dicẽdo, do vxori, ſecundum Por. Aeg. per.

† Quia nõ conſtat quam dotem legauerit, ſecũdum Por. Aegi. per. Dotis legatũ à marito vxori factum, valet.

: De negligentia vero non tenetur debitor actione perſonali, niſi fuerit in mora: vel petatur res quæ fuit creditoris: vel negligentia ſit circa rem ſeu proprietatẽ ſubſtantiæ rei debitę. Ang.

* Alias, in relegãdo.

* Secus ſi ſit debitor quantitatis, qa nũquã perire poteſt l. incendiũ. C. ſi cer. pet. Aegi. per.

⁴ Falſa eſt hæc glo.

Cedunt

dunt [a]. Idem eſt [b], & ſi ordinarij [c] ſerui cum vicarijs legati fuerint: quia licet mortui ſint ordinarij, tamen vicarij legato cedunt. Sed ſi ſeruus fuerit cum peculio legatus: mortuo [d] ſeruo, vel manumiſſo, vel alienato, peculij legatum extinguitur [e]. Idem eſt, ſi fundus inſtructus [f], vel cum inſtrumento [g] legatus fuerit †. Nam fundo alienato [h], & inſtrumenti † legatum extinguitur.

Grex etiam in vna oue retinetur: & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi poſt teſtamentum. Idem eſt in legato ædium.

Si † Grex [i] legatus fuerit, & poſtea ad vnam ouem [k] peruenerit: quod ſuperfuerit, vendicari poteſt [l]. Grege autem legato [m], etiam eas oues, quæ poſt teſtamentum factum gregi adijciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Eſt autem gregis vnum corpus [n] ex diſtantibus capitibus: ſicut ædium vnum corpus eſt ex cohærentibus lapidibus. Aedibus denique † legatis, colūnas & marmora, quæ poſt teſtamentū factum † adiecta ſunt, legato dicimus cedere [o] †.

Quicquid legato peculio, adhuc viuo teſtatore accreſcit vel decreſcit, legatarij commodum vel damnum eſt: quicquid vero mortuo teſtatore, nondumq; adita hæreditate accedit, ipſi ſeruo manumiſſo cedit, quod ſi alij, quàm ſeruo legatum ſit, quod ex rebus peculiaribus augmentum prouenit, tantum conſequitur legatarius.

Si peculium legatum fuerit [p]: ſine dubio quicquid peculio [q] accedit, vel decedit viuo teſtatore, legatarij lucro vel damno eſt. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem aliquid ſeruus adquiſierit: Iulianus ait, ſi quidē ipſi manumiſſo peculium legatū fuerit: omne, quod ante aditam hæreditatem adquiſitum eſt, legatario [r] cedere [s] †:

a Cedūt. quia duo legata ſunt ſeparata: vt. ff. de pe. le. l. & ſi ancilla. quæ eſt. l. iij. Sed contra. ff. de ven. inſpi. l. j. §. ex hoc. vbi dicitur, quod partus eſt portio viſcerum matris? Reſpon. ibi loquitur donec inuentre eſt *.

b Idem eſt. ſic. ff. de pecu. lega. l. iiij.

c Ordinarij: qui ſunt hi? Dic vt. j. quod cum autem.

d Mortuo. ſ. viuo teſtatore, non ſi poſt: vt. ff. de pecu. lega. l. tunc inutile.

e Extinguitur. quia acceſſio eſt: vt. ff. de pec. leg. l. j. & ij. Sed quare nō ita in ſuperiori caſu? Rñ propter hominis dignitatē: quia nō ita accedit: vt. ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſime. in prin †. Itē quid ſi vicarij erant tantū in peculio; & legatus eſt cū peculio? Rñ. idem, vt exprimere peculiū noceat: vt. ff. de cōdi. & demon. l. ſi in diem. in fi.

ADDITIO Idē & ſi alię res erant in peculio, eadē ratione. Si vero leget ordinarium cum vicarijs & peculio, obtinet, quaſi ſeparet vicarios à peculio: vt l. ſi peculiū. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. leg.

f Inſtructus. huic primo articulo contradicit. ff. de fundo inſtru. l. ſi cui. in fi. Sol. ſecūdū Ro. hic ſimpliciter propter rudes ſic loqt. Vel dic, q ſit idem, qd' in partu & vicarijs: & q ſequit. cū inſtrumēto, referat ad proximū de peculio. Vel ſubtilius refert inter inſtrumentū fundi, q perit ſemper perempto legato fundi, & inſtrumentū patrisfamilias, q nō perit, licet legatū fundi pereat. & hoc caſu loquit lex cōtraria & alia cōtraria in co. ti. l. j. ar contra. ff. de fun. inſtru. l. quæſitū. §. ſi fundus. & §. ſi inſtructo. quibus dicit, ſi fundus inſtructus legatus ſit: inſtrumentū patrisfamilias continet, nō agri. Sed ibi ſubaudi, tantū. Vel dic illā eſſe Pauli ſententiam in l. ſi cui. iſtam Labeonis à Iuſti. probatam. & ſic corrigitur illa.

g Inſtrumento. eſt autē inſtrumentū apparatus rerū diutius permanſurarū, ſine quibus non poſſet exerceri poſſeſſio: vt. ff. de fun. inſtr. l. quæſitū. j rñ. Et ſunt inſtrumenta fundi, quæ fructus quærendi cogēdi, ſeruandi gratia comparata ſunt: vt. ff. de fundo. inſtr. l. inſtrumenta. in princip.

h Alienato. à teſtatore.

i Si grex. qui ex x. ouibus conſtat, vel quatuor, vel quinque porcis: vt. ff. de abigeis. l. oues.

ADDITIO Tres autem homines conſtituunt collegium: vt. l. Neratius. ff. de verbo. ſigni. no. inſti. j. extra de elect. ſecundum Chriſtoph.

k Ad vnam ouem. ſic. ff. quod cuiuſq; vniuer. l. ſicut. §. fi. & ff. co. j. l. grege.

l Vendicari poteſt. ff. quib. mo. vſusfr. amit. l. ſi. contra. Solu. facilius perditur legatum vſusfructus, quam proprietatis: vt argu. ff. co. ti. l. repeti. §. rei mutatione. & ff. cod. j. l. ſi grege. in fi.

m Legato. ſic ff. eod. l. grege. ſic. j. §. proxi.

n Corpus. tria enī ſunt corpora rerū. Vnū quod vno ſpiritu. i. elemētatione continetur: vt homo, lapis. Secundū quod ex cohærentibus conſtat: vt domus, & armarium. Tertiū, quod ex diſtantibus corporibus: vt grex, & populus vt hic, & ff. de vſuc. l. rerum mixtura. §. j. & ff. de rei vend. l. l in rem actio. §. at in ijs.

o Cedere. ſed columna vel tignū domus legari pure nō poteſt: vt. ff. de leg. j. l. cætera. ne vrbs deformetur. Accur.

Si peculium. CASVS Quidam in teſtamēto ſuo legauit peculium, & viuo teſtatore auctum eſt: vel forte diminutum eſt. modo quæro, cuius lucro vel periculo huiuſmodi augmētatio & diminutio peculij eſt? Ad hoc reſpon. Iuſti. generaliter, quod ſi peculium legatum fuerit, quicquid viuente teſtatore peculio acceſſerit vel deceſſerit: ſine dubio legatarij damno vel lucro cedit. & in hoc caſu ſi augetur vel diminuitur peculium viuente teſtatore, non refert, vtrū legetur ſeruo proprio cum libertate, an alicui extraneo. ſecus tamen eſt, ſi augeatur peculium poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem. nam ſi ſeruus hęreditarius aliquid acquiſiuerit, vel alio modo peculium legatum augmentū ſuſceperit: Iulianus ait, q ſi ipſi ſeruo manumiſſo peculiū legatū fuerit: quicquid ante aditam hæreditatē peculio acceſſerit: ipſi ſeruo legatario cedit. ſed ſecus eſt, ſi peculium extraneum fuerit legatum. In perſona enim extranei dies legati à morte teſtatoris in peculio legato cedit. & hoc eſt verum, niſi ex rebus peculiaribus actū fuerit peculium. In hoc enim caſu augmentū ex rebus peculiaribus procedens. legato cedere debet. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. peculium autem.

p Legatum fuerit. ſeruo vel extraneo.

q Peculio. nam & futurum peculium legari poteſt: vt. ff. de pecul. legat. l. ei quoque. & facit ad hoc ſupra proximo. §.

r Legatario. eidem quod manumiſſo. Accur.

s Cedere. not. tria tempora; ante mortem teſtatoris: & poſt.

† Ex quo ſequit qd' mater vendita in naui, non debet mercedem pro partu in vtero l. ſed ad des. §. ſi qs mulierem. ff. loca. itē nil debet pro lupo. exiſtēte in ventre matris. not. doc. in. l. q̄ i vtero. ff. de ſtat. ho. Aegi. per.

† Secus autē eſſet in fœtu animaliū brutorū & in his quę nō veniunt p modū principalis & acceſſorij: vt ſi legetur equus cum aſino: quia duo legata cenſentur. Et hæc inducuntur ad q̄ſtionē de ingrediēte monaſteriumvt viſitato igreſſu non valet bonorum de dicatio: niſi expreſſe ſe & ſua dedicaſſet, ſecūdū do. hic.

† Fūdi inſtructi legatū quid differat à Legato fūdi cum inſtrumēto, docet Anto. Augu. lib. emen. ij. cap. iiij.

† Scilicet fundi: non patrisfam. glo. in. l. ſi cui. ff. de fun. inſtr. Aegi. per.

† Ex hac litera eius

que gl. no. quod licet grex non poſſit, niſi ex pluribus capitibus cōſtitui, cōſtitutus tamen ſemel gregis nomen retinet, & ſi ad caput vnū deuenerit: vt hic, & l. grege legato. cum. l. ſeq. ff. co. Idque i. proprietatis legato, quoniā ſecus in legato gregis vſusfr. qui, ſi grex ad pauciora x. capitibus deuenlat, extinguit. l. fin. ff. qui. mo. vſusfruct. amit.

* Inſtrumentū fundi quid ſit, hic declaratur. Inſtrumentum patrisfa. eſt qd' habetur in iure p ſubſidio perſonę. Aeg. p.

* Alias, quoque.

* Factum, abundat.

† Ideſt accedere ſiue accreſcere: aliter eſt. l. ius alicuius venire: vt. j. eo. §. j. ibi, legatario cedere, itē legati eſt cedere: itē incipere legatū deberi j. e. §. j. ibi, quia huōi Aegi. per.

† In ius eius venire. Aeg. p.

& poſt ante aditam hæreditatem: item & poſt. In primo tempore, ſcilicet quo inuenitur ceſsiſſe dies legati, omnes legatarij ſunt pares. nam quicquid eo tempore acquirit ſeruus talis: ei cui hoc peculium eſt legatum, acquirit: ſiue ipſi ſeruo, ſiue alij extraneo ſit relictum: quia non cedunt legata. ſimiliter in tertio. ſ. ſunt pares. In ſecundo diſtinguitur extraneus à ſeruo, vt hic. Nā qđ legatū cedit extraneo à morte, hoc ſeruo ab adita hæreditate: quia nec libertas ſibi prius debetur. C. de cadu. tollē. §. cum igitur. &. §. in nouiſsimo. Nam plura legata, vel in diem certam relicta, à morte cedunt: niſi in ſex caſibus, vbi ab adita hęreditate: vt. C. de cadu. tol. §. cū igiť. &. §. in nouiſsimo. &. ff. qū dies leg. ce. l. ij. inter quos legatum ſeruo manumiſſo relictū, eſt vnum: vt hic. Conditionalia, vel in diem certū relicta, ex die vel ex conditione exiſtente cedunt. i. transmittūtur ad hęredes. nam ante conditionem vel diē venientem ſi decedit legatarius, non tranſmittuntur: vt. C. de cad. tol. §. ſin autem. niſi in tribus caſibus. Primus. ff. de condi. & demon. l. conditionee. Secundus. ff. eo. j. l. iij. Tertius ff. quando dies leg. ce. l. ſi cum præpoſitione. Item verbum cedere, duas habet ſignificationes. i. incipere deberi: vt. ff. de verbo. ſigni. l. cedere. Item cedere quantum ad tranſmiſsionem, vt accipitur. C. de cad. tol. per totum. & in vtraq; poteſt hic accipi.

quia[a] huiuſmodi legati dies ab adita hæreditate cedit†. ſed ſi extraneo peculium legatū fuerit: non cedere ea legato, niſi ex rebus peculiaribus auctum fuerit[b] *.

Datis libertati in vltima voluntate, peculium (niſi expreſſim legatum ſit) nequaquam petere poteſt: ſecus ſi inter viuos: ſi quid autem ſeruus, cui peculium quoq; legatum ſuit, pro domino impenderit, non repetiť. Item legata alicui libertate ſi rationes reddiderit & reliqua intulerit, etiam legatum videtur peculium.

Peculium[c] autem niſi legatū fuerit, manumiſſo non debetur: quamuis ſi viuus manumiſerit, ſufficit, ſi non adimatur. & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerūt. Iidē reſcripſerunt, peculio legato[e] non videri id relictum: vt petitionē[f] habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum, cum rationibus[g] redditis liber eſſe iuſſus eſt, & ex eo reliqua[h] inferre[i].

Iura incorporalia poſſunt legari. Aretinus.

Tam autem corporales res legari poſſunt, quàm incorporales[k]. & ideo quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, vt actiones ſuas hęres legatario præſtet[l], niſi exegerit[m] viuus teſtator pecuniā†. nam hoc caſu legatū extinguiť†.

a Quia. bona eſt ratio. ſi enim prius cederet: idē eſſet quod in extraneo. Eſt & alia ratio: vt. ff. de pecu. leg. l. denique. §. fin. vbi dicitur quod veriſimile eſt eū omne augmentum ad ipſum pertinere voluiſſe, cui &c.

b Auctum fuerit. ſcilicet peculium.

Peculium autem. CASVS. Quidam condidit teſtamentum: & in teſtamento ſuo Sticho, qui valde pingue habuit peculium, legauit libertatem, nulla mentione facta de peculio. modo quæro, vtrum legando libertatē videatur legaſſe peculium? Et reſpon. ꝙ non. Nam peculium niſi expreſſe fuerit legatum, ſeruo manumiſſo non debetur. & hoc verum eſt in vltima voluntate: ſecus tamen eſt inter viuos: quia ſi manumiſerit, videtur ei donaſſe peculium niſi illud expreſſe ademerit. & ita diuē Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Sed pone, Quidam legauit ſeruo ſuo peculium. iſte ſeruus, idēq; legatarius multa de peculio impēdit in rationes dñi: & etiā dominus factus eſt debitor peculiaris. Modo quęro, vtrum ſeruus mortuo teſtatore ab hærede domini petere poſsit illud, quod in ratiōes domini impēderit? Et reſpon. quod non. nam ijdem principes, ſcilicet Seuerus & Antoninus in hoc caſu reſcripſerunt peculio legato non videri id relictum ſeruo: vt petitionem habeat pecuniæ quam in rationes dominicas impendit, & hæc dicuntur vſq; ad illum. §. ijdem reſcripſerunt.

c Peculium. ſic. C. de pecu. eius qui li. me. l. j.

d Quamuis. cur tam varie? Reſpō. quia ſecūdo caſu, ſcilicet quando inter viuos, operas eius manumiſſor erat habiturus. vnde conuerſa donatio præſumitur, ſecundum Ioan. vt. ff. man. l. ſi vero non. §. idem Papin. vel ſecundum P. propter præoccupationem mortis: quia præſumiť auferre, ſi potuiſſet. vt in authē. de triē. & ſe. §. illud quoque. ibi, prętumultu mortis anguſtiatus &c. & C. qui teſta. face. poſſ. l. hac conſultiſsima. §. at cum.

Idem reſcripſerunt. CASVS. Quidā legauit ſeruo ſuo libertatē his verbis, Volo, ꝙ ſeruus meus redditis ratiōibus liber ſit: & de peculio reliqua ſoluātur, id eſt ea in quibus apparuerit eum mihi teneri: modo quæro, vtrum teſtator his verbis videatur legaſſe peculium? Et reſpon. ꝙ ſic. nam prædicti duo principes reſcripſerunt peculium videri legatum, quam rōnibus redditis ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, & ex ipſo peculio reliqua inferre. & hęc dicuntur vſq; ad illum. § tam autem corporales res. Cæteri caſus, qui ſequuntur in parte iſta, planiſsimi ſunt vſq; ad. § illum. Legari autem.

e Peculio legato. ſcilicet ſeruo. & etiam libertas fuit legata. aliud ſi extraneo: vt. ff. de pec. lega. l. vj. §. fina. & l. ſi Sticho. Accurſius.

f Petitionē. niſi teſtator fuerit huius conſuetudinis, vt redderet ſeruo quæ ſibi debebat: vt. ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. §. j. in fine.

g Cum rationibus. quaſi diceret, ſi relinquo ſeruo libertatem rationibus ab eo redditis: eoipſo & peculiū legare ſibi videor. aliud ecōtra ſi libertatē relinquo, & rationes reddere veto: quia non videtur legatum peculium: vt. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus vetitus. in fine. Rationes autē reddere dicitur, quādo amoto dolo & fraude reddit: vt. ff. de fideicom. li. l. Thais. §. Stichus. ADDITIO. Et ſic no. ꝙ remiſsio redditionis rationum non comprehendit reliqua, nec dolum ſeu latam culpā, ſed ſcrupuloſam tātum inquiſitionem. quod facit ad quæſtionem de eo cui conceſſum eſt liberum arbitrium: ita quod nō poſsit ſyndicari, ſecundum Ange. hic.

h Reliqua. alias reliquas, id eſt alia, quæ erant reddēda, reddere: cum iam quædam reddiderat, vel etiam ſi nihil: vt. ff. de verbo. ſigni. l. cæterorum.

i Inferre. repete, iuſſus eſt.

k Incorporales. i. actiones & ſeruitutes: vt. ſ. de rebus corp. & incor. & ff. de leg. j. l. j. & l. cętera. in prin.

l Præſtet. ſine ceſsione tñ vtiles habet legatarius: vt C. eo. l. ex legato. Accur. ADDITIO. Niſi res ſit litigioſa, vel lis cœpta. l. quicūq;. & auth. nūc ſi hęres. C. de liti. ſecundū Ang. Et no. ꝙ quāuis directā perſonalem exercere non poſsit, niſi cedať: poterit tñ exercere directā realē: quæ quia nō oſsibus affixa eſt, trāsferť in eum directa via. l. ſiue. §. ſi. cū. l. ſeq. ff. de cōdi. fur. Ang.

m Niſi exegerit. nam ſi exegerit, ſemper in dubio præſumo

† Ideſt huiuſmodi legatū incipit deberi à die aditę hæreditatis. Aegi. per.

* Alias, auctū fuerit peculium.

ꝛ Et hæc vera quando dies eſt certa an & quādo. Si vero eſt certa an, ſed incerta, quādo: vt quando in die mortis. & tunc apponiť in diē mortis legatarij: et habetur pro puro: ſi extranei vel hæredis, habetur pro cōditionali ſicut quādo dies penitus eſt incerta: ſed quādo omnino eſt extitura: vt ſi ſol, vel antichriſtus naſceť, habetur pro puro, ſecūdum Ang. hic.

Legata pura & cōditionalia quando cedunt.

ꝛ Iſtam rationem reputat ineſficacē Ioā. Fab. hic: cū per manumiſſum debeāt operæ exhiberi filio, nec niſi ex cōuentione debeať. l. j. C. de ope. lib. & l. ſi operarū iudicio. ff. eo. vnde dicit ipſe quod inter viuos eſt maior affectio domini: quia ſe priuat dominio ſerui & eius ſeruitio ꝙ retinere poterat, non ſic vbi moriens dat, quod ſibi retinere nō poteſt. alias ratiōes vide p Angel. hic.

† Si debitam.

† Niſi probauerit nō adimēdi animo exegiſſe. l. pe. §. fin. ff. de adi. le. Aegid. per.

præſumo voluiſſe legatū extingui: vt. ff. de adimē. leg. l. pe. §. fin. & de li. leg. l. non ſolum autē. §. liberatio. niſi probetur cōtrarium, vel quia debitor vltro obtulit eo non petente: vel quia exactam pro legatario depoſuit: vt. ff. de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi rem.

[illegible] legari poſſunt.

Sed & tale legatum valet, Damnas eſto hæres meus domum illius reficere: vel, Illum ære alieno liberare a.

Legatum in genere †, electio eſt legatarij.

Si †generaliter †ſeruus vel res alia b legetur: electio legatarij c eſt: niſi aliud teſtator dixerit.

Optionis legatum (quod apud antiquos iure ſic vocaretur) hodie ad hæredes transfertur: pluribus autem quibus optio competit, inuicem circa optionem diſſentientibus, illius in optione potior erit ſententia, ad quem ſors deuenerit.

Optionis legatum, id eſt, vbi teſtator ex ſeruis ſuis vel alijs rebus optare legatarium iuſſerat, habebat olim in ſe cōditionem d, & ideo niſi ipſe legatarius viuus optaſſet, ad hæredem legatum non tranſmittebat. Sed ex conſtitutione f noſtra & hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt: & data eſt licentia hæredi legatarij optare ſeruū, licet viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in noſtra cōſtitutione g additum eſt, ſiue plures legatarij extiterint, quibus optio relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo: ſiue vnius legatarij plures hæredes ſint, & inter ſe circa optandū diſſentiant, alio aliud corpus eligere cupiente h: ne pereat legatū (quod plerique prudentium cōtra beneuolētiam i introducebāt) ſortunam eſſe huius optionis iudicem, & ſorte k hoc eſſe dirimendum: vt ad quē ſors peruenerit, illius ſententia l in optione præcellat.

Illi poſſunt ex titulo legati capere, qui poſſunt hæredes inſtitui.

Legari autem illis ſo-

---

† Scilicet infimo. q. d. ſi genus infimū legetur, datur optio legatario. Aegi. per.

† Dic ſi legat genus generaliſsimū, vt ſubſtantia nō valet. ſi ſubalternum vt animal, etiā non valet. ſi infimum vt ſeruus, equus, valet: & datur optio. ſi ſpecies vt Stichus, etiā valet. Aegi. per.

† Cōcor. cū hoc. §. ca. inter cęteras cum gloſ. ſuper ver. quodcūque. extra, de reſcrip.

k Alias, conditionē tacitā.

l Quia nō eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe id legare quod non fuiſſet i ſpecię cōceſſurus: ſed vbi electio eſt hęredis vel debitoris poterit dari vili⁹ dū tamen nō ſit omnino inutile. quia potuit teſtator vel creditor cogitare q̄ daret minus. Io. Fab.

2 Et hoc verū quando dubiū oritur ſup iure nec à lege deciditur: & diſcordāt i prejudiciū ſui, aliás, ſi ad præiudiciū tertij iudex cōpellit ad concordiā aliquando precíſe, & aliquando cauſatiue. dubiū autē ſupra facta probatione dirimitur: vt l. actor. C. de proba. Ang.

a Aere alieno liberare. nam vtilitatem habet.

b Res alia. vt equus.

c Electio legatarij. Et à principio, & ex poſtfacto, ſecundum B. vt hic. & ff. de lega. j. l. ſi ſeruus legatus. §. cū homo. Sed Rom. à principio dabat electionem hæredi: ſed ex cōtumacia trāſferebatur in legatarium: arg. ff. de ſer. l. ſi cui. & C. de ſolu. l. j. Ioan. diſtinguit, aut in genere generaliſsimo, vel ſubalterno: vt ſi ſubſtantia vel corpus vel animal legatur: quo caſu nō valet: cum feſtucā vel muſcam dando liberetur: vel in eo genere quod dialectici ſpeciem appellant: vt homo, & ſimilia: & tūc ſubdiſtingue: aut habebat in hæreditate ſeruos: & tunc legatarius eligit, dummodo non meliorem: vt hic, & ff. eodem. j. l. legato. primo reſpon. & l. qui duos. & de liber. lega. l. ij. Aut non habebat: & tunc hęres eligit: vt. ff. de vi. tri. & oleo lega. l. iij. §. tri. & l. iiij. Si autem teſtator ex certis reliquit incertum: aut ipſe ſenſit de certo (quod patet expreſſo nomine eius) & tunc eligit hęres, & eius voluntatem interpretatur: vt. ff. eo. j. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. aut nō ſenſit: & tunc legatarius eligit: vt. ff. de leg. j. l. q duos. In domo autem in genere legata, ſi habet teſtator domos, vnam ex his eligit hęres. ſi nō habet & reliquit, deriſorium eſt legatum: vt. ff. eo. j. l. ſi domus. In fundo in genere legato dic non valere legatum: cum vnius digiti poſsit fieri fundus: vt. ff. de iure do. l. cū poſt. §. gener. & ff. eo. j. l. licet. & l. quod in rerū. §. quod ſi quis.

d Conditionem. ſcilicet ſi eligeret.

e Et ideo. bona ratio: vt. C. de cad. tol. §. ſin autem.

f Ex conſtitutione. quæ eſt. C. communia de leg. l. fina. in principio.

g In noſtra conſtitutione. ſcilicet prædicta.

h Eligere cupiente. & alio aliud ſubaudi.

i Contra beneuolentiam. i. contra æquitatem, ſcilicet quod perirent. i. de iure ſtricto perire deberēt: vt. ff. eo. j. l. huiuſmodi. §. fina.

k Et ſorte. vel cum taxillis, vel alio modo. &c. ff. de iudi. l. in tribus. Sed quare iudex non compellit eos ad conſentiendum: vt. ff. eo. j. l. huiuſmodi. in fine. Reſpond. imo hoc modo compellit. vel ibi compellit in actione eligenda, quæ datur à iure: hic autem non compellit in eo, quod datur à teſtatore.

l Sententia. vt tamen cæteris æſtimationem præſtet ſuarum partium: vt. C. commu. de leg. l. finali. in principio.

Legari autem. CASVS. Domine, iam video, quæ res legari poſſunt: dicatis mihi quibus legari poſſunt? Et ipſe reſpondet, quod illis cū quibus teſtamenti factio eſt, id eſt, ad quorum vtilitatem teſtamentum fieri poteſt. Sed ſecundum antiquæ iura multæ erant perſonæ, quibus legari non poterat. Incertis enim perſonis neque legata, neque fideicommiſſa relinqui olim conceſſum erat: & hoc intantum ſecundum iura antiqua obtinuit, vt nec etiam milites incertæ perſonæ legare potuerint. & ita diuus Adrianus reſcripſit. Sed pone, Domine, iam video, quod olim incertis perſonis legari non poterat, pro Deo, ſi placet, dicatis mihi, quæ perſona cenſebatur incerta? Ad hoc reſpondet, Amice, incerta perſona videbatur, quam teſtator opinione incerta animo ſuo ſubijciebat: veluti ſi quis dicat in hūc modum, Quicunq; filiam ſuam filio meo in matrimonium copulauerit, hæres meus illi fundum Sempronianum dato. nam in hoc caſu huiuſmodi legatum incertæ perſonæ videbatur relictum. & ſimiliter in hoc caſu, veluti ſi quis ita dicat, Iis qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati erunt, hæres meus centum dato. Nam in hoc caſu incertæ perſonæ ſicuti in ſuperiori caſu legari videbatur. & multæ aliæ ſpecies reperiri poſſunt, in quibus incertæ perſonæ legari videatur, & incertæ perſonæ libertas dari: veluti ſi quis ita dicat, Illum ſeruum, qui primus aſcenderit Capitolium, liberum eſſe volo. Olim enim libertas hoc modo data, inutilis erat, & hoc ideo: quia placebat ſeruos nominatim liberos fieri. Sed licet dixerim tibi incertis perſonis legari antiquitus non poſſe: ſub certa tamen demonſtratione, id eſt ex certis perſonis incertæ perſonæ etiam olim recte legabatur: veluti ſi quis ita dicat, Ex cognatis tuis, qui nunc ſunt: quicunque filiam meam in vxorem duxerit: hæres meus illi fundum Sempronianum dato. Nam in caſu iſto licet incertæ perſonæ videbatur relictum: ratione tamen demonſtrationis etiam olim valebat. Sed licet dixerim tibi legata vel fideicommiſſa incertis perſonis relicta olim non valere: cautum tamen erat in ſacris conſtitutionibus talia legata vel fideicommiſſa per errorem ſoluta repeti non poſſe. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. poſthumo quoque.

Solum.

lim [a] poteſt, cũ quibus teſtamenti factio [b] eſt.

Neque paganus, neque miles poterant olim incertæ perſonæ relinquere,: & quæ dicatur perſona incerta, declarat per duo exempla. Angelus.

Incertis verò perſonis, neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat [c]. Nam ne miles [d] quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubĳciebat: veluti ſi quis ita dicat: Quicunq; filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei hęres meus illum fundũ dato. Illud quoq; quod ĳs relinquebatur, qui poſt teſtamentũ ſcriptum primi conſules deſignati eſſent [e]: æquè incertę perſonæ legari videbatur. Et denicq; multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt.

Olim legatum etiam libertatis, quæ eſt multum fauorabilis, incertæ perſonæ factum erat inualidũ.

Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari [f]: quia placebat nominatim ſeruos liberari [g].

Incertæ perſonæ ex certis perſonis, etiam olim legari poterat. Angelus.

Sub certa [h] verò demonſtratione, id eſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ rectè legabatur: veluti, ex cognatis meis, qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam vxorem duxerit, ei hæres meus illam rem dato.

Licet legata incertis perſonis facta, olim eſſent inualida: ſi tamen per errorem ſoluta fuerant, repeti non poterant. Ange. Areti.

Incertis autem perſonis legata vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta, repeti nõ poſſe [i], ſacris conſtitutionibus cautum erat.

Olim non poterat legari poſthumo alieno, id eſt, qui non erat teſtatori futurus ſuus hæres.

Poſthumo quoque alieno inutiliter antea legabatur [k]. Eſt autem alienus poſthumus, qui natus inter ſuos [l], hęres te-

---

a Solum. & contra idem ſolus legati vt. ff. de legatis primo. leg. ij.

b Teſtamenti factio. in paſsiua ſignificatione accipe: vt. ſ. de hær. qua. & diff. §. teſtamenti. Sed qui ſunt iſti, qui nõ habent teſtamenti factionẽ? Reſpõ. incerta perſona: vt. j. proxi. §. Itẽ peregrinus, ſiue deportatus: vt. C. de hær. inſtit. l. j. Itẽ in metallũ dãnatus: vt. ff. de ijs, quę pro non ſcrip. ha. l. ſi in metallũ. Itẽ ſeruus de adulterio cũ domina cõmiſſo accuſatus: vt. ſ. de hære. inſti. §. ij. Itẽ collegiũ, niſi probetur licitum: vt. C. de hære. inſtit. l. collegiũ. Itẽ inceſtuoſi: vt in auth. quib. mo. nat. eſſic. ſui. §. vlti. col. vij. Itẽ hæretici maioris hæreſis: vt. C. de hæretic. l. manichæos. §. ipſos quoque. & §. ergo. Itẽ apoſtatæ: vt. C. de apoſta. l. ij qui ſanctam. Itẽ mulier nubens intra annum à tẽpore mortis mariti: vt in authẽ. de nup. §. j. col. iij. *Additio.* Sed hoc hodie ceſſat, propter dictũ Apoſtoli: quia omnes pœnæ propter feſtinationẽ intra tempus luctus ſunt ſublatę: non autem propter tranſitum ad ſecunda vota. Ange.

c Cõceſſum erat. hodie contra, etiam ante legẽ Græcam inferiorẽ in pauperibus: vt. C. de epi. & cle. l. id quod. *Additio.* Tu dic, ꝙ aut incertitudo eſt in perſona legãtis, & valet legatũ: quia hęredi onus iniunctũ intelligit. aut in perſona legatarij: & tũc aut certificãda ex futuro euentu, aut non. Primo caſu valet, etiã ſi erat incerta de incertis: vt l. ſi quis ita ſcripſerit. ff. de reb. du. Secũdo caſu valet, ſi per legem certificatur: vt. d. l. id quod. C. de epiſ. & cle. ſed de hoc vide Ang.

d Nam ne miles. cuius. ſ. militis voluntas ſeruatur pro lege, alias: vt. C. de teſt. mil. l. j.

e Deſignati eſſent. In calen. Ianua. ſortiebãtur. i. incipiebant honores adminiſtrare: & ante per tres menſes deſignabantur: vt. ff. de condi. & demon. l. Publius. & C. de magi. mu. l. j.

f Poſſe dari. vt ſi dicat ita, Illum liberum eſſe volo qui capitoliũ primus aſcenderit, vel ſimile fecerit: vt. ſ. proximo. §. incertis. Vel Stichum liberum eſſe volo, cum habeat duos Stichos: vt. ff. de ma. teſta. l. cum ex pluribus.

g Seruos liberari aduerte quod in aliquibus libris ſequitur iſta clauſula, Tutor quoq; incertæ perſonæ dari non poteſt. quam non inuenies in emendatis codicibus: & ſi ea, quæ ſequuntur in textu & gloſſa diligenter perſpexeris: profecto eam prorſus ſuperuacuam iudicabis *.

* Hæc gl. nõ eſt Accur. Aegi. per.

h Sub certa. ſic. ff. de le. j. l. iij. §. hoc amplius. ſic. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi. ſic. ff. de re. dub. l. quidam. ſic. ff. eod. j. l. legato. §. j.

i Repeti non poſſe. quaſi naturale debitum: vt. ff. de condictio. indebi. l. Iulianus. in fine. & l. frater à fratre. in princi. ibi, naturalem enim. & l. ſi dominus. in fin.

Poſthumo quoque. *Casus.* Domine, iam video plures perſonas, quibus olim legari nõ poterat: nunquid ſunt adhuc plures perſonę, quibus olim legari non poterat? Et reſpond. quod ſic. nam poſthumo alieno olim inutiliter legabatur. Sed domine, ſi placet, dicatis mihi quis cenſetur poſthumus alienus? Ad hoc reſpond. Amice, alienus poſthumus eſt, qui inter hęredes ſuos hæres teſtatoris futurus non eſt: ſicut nepos ex filio emancipato conceptus extraneus poſthumus erat auo. & hæc omnia ſupradicta ſecundum iura antiqua obtinebãt: ſed nõ ſolummodo omnia ſupradicta ab eo. §. incertis. ſed etiam ſpeciem circa poſthumum alienum correximus. Nam Codice noſtro quædam conſtitutio poſita eſt. per quam quidem conſtitutionem etiam huic parti remedium adhibuimus, non ſolum in hæreditatibus, vt alienus poſthumus hæres inſtitui poſsit: ſed etiam in legatis & fideicommiſſ. & hoc euidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. Sed quãquam dixerim tibi incertis perſonis authoritate noſtræ conſtitutionis hodie legari poſſe: tutor tamen incertus non ſolum ſecundum antiqua iura, ſed etiam per noſtram conſtitutionem dari non debet: & hoc ideo, quia certo iudicio debet quiſque pro tutela ſuæ poſteritati proſpicere. & licet ſupra dixerim alieno poſthumo ſecundum iura antiqua legari non poſſe: alienus tamen poſthumus, & olim de iure prætorio, & hodie poteſt hæres inſtitui de iure ciuili. & hoc verum eſt, niſi ſit in vtero illius mulieris, quæ de iure noſtro vxor eſſe nõ poteſt. & hæc dicuntur vſque ad illum. §. ſi quis in nomine.

k Legabatur. ſed nec inſtituebatur iure ciuili: vt. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. ille caſus.

l Suos. ſcilicet, quondam ante emancipationem, vt ſequitur.

Futur

ſtatori futurus[a] nō eſt†. Ideoq́; ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſthumus auo.

Hodie legatum incertæ perſonæ, aut poſthumo alieno factum, valet. iuncta gloſ.

Sed nec [b] huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine iuſta emendatione relicta: cùm in noſtro Codice cōſtitutio [c] poſita ſit: per quam & huic [d] parti medemur, non ſolùm in hæreditatibus, ſed etiam in legatis & fideicommiſſis: quod euidenter ex ipſius cōſtitutionis lectione clareſcit.

Tutor certus & certæ perſonæ dari debet. h. d. cum gloſ.

Tutor autem, nec per noſtram [e] conſtitutionē incertus [f] dari debet: quia certo iudicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati [g] cauere.

De iure prætorio alienus poſthumus etiam olim poterat hæres inſtitui, & hodie poteſt: dummodo naſciturus ſit ex ea, quæ vxor eſſe poſſit. Angel.

* Poſthumus autem alienus hæres inſtitui, & antea poterat [h]: & tunc poteſt, niſi in vtero eius ſit, quæ iure noſtro [i] vxor eſſe non poteſt [k].

Error nominis, prænominis, agnominis, cognominis, non vitiat, ſi de corpore conſtat. Are.

Si quis † in nomine [l] †, cognomine, prænomine, agnomine † legatarij teſtator errauerit: cùm de perſona conſtat, nihilominus valet legatum [m]. Idemq́; in hæredibus [n] ſeruatur: & rectè. Nomina enim ſignificandorum hominū gratia reperta ſunt: qui ſi alio quolibet modo intelligantur [o] †, nihil intereſt [p].

Falſa demonſtratio non vitiat legatum.

Huic proxima eſt illa iuris regula falſa, Falſa demonſtratione † legatum non perimi. Veluti

a Futurus. ſ. hæres.
b Sed nec. quaſi dicat, non ſolum in poſthumo, ſed omnia ſupradicta ab illo. §. incertis correcta ſunt: vt argu. ff. eo. iij. l. hoc legatum. §. ſi. & l. ea tamen.
c Conſtitutio. quam non habemus.
d Huic. ſ. poſthumo.
e Per noſtrā conſtitutionem. ſ. ſupradictam conſtitutionem Græcam, nec veteri iure: vt ff. de teſta. tut. l. tutor incertus.
f Incertus. vt ſi ita dixit: illum tutorem do, qui primus de Tuſcia venerit. nec incertæ perſonæ datur: vt ff. de teſta. tut. l. tutor ita.
ADDITIO. Et eſt ratio, ſecundum Ioan. Fa. quia quāuis poſtea certificetur, tamen poterit venire talis ribaldus, ꝙ pupillo prouiſum non erit: cōtra id ꝙ iura intendunt. incertæ tamē perſonæ poſt certificandę teſtamentarius dari poteſt, nō datiuus: vt hic per eum.
g Poſteritati. id eſt, filijs.
h Poterat. ſ. de iure prætorio non ciuili: vt. j. de bo. poſ. §. reſpon. contra. & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. ille. Acc.
ADDITIO. Sol. ibi loquit̃ in poſthumo alieno tēpore teſtamenti nato nōn ſuo, qui poſtea ſuccedendo in locū primi ſuus efficitur. hic vero etiam in eo, qui nunquam efficitur ſuus. Ang.
i Noſtro. i. Romano.
k Non poteſt. ſed quæ eſt illa, quæ vxor eſſe nō poteſt? Reſpon. multæ ſunt illæ, quæ vxores eſſe non poſſunt: vt. ſ. de nup. diximus. §. ſi aduerſus. C. de teſt. l. iij.

Si quis in nomine. CASVS. Quidā fecit teſtamentum: & in teſtamento legauit cuidam c. ſed tamen errauit in nomine legatarij. nā cum deberet dicere, lego Titio: dicebat, lego Sempronio: vnde conſtabat de perſona legatarij. modo quæro, vtrū huiuſmodi error vitiat legatum? Et reſpō. ꝙ non. Si quis enim in nomine, cognomine, vel agnomine & prænomine legatarij errauit, ſi tamen de perſona conſtat, nihilominus valet lega tum. & idem ſeruatur in hæredibus inſtituendis: vt ſi quis errauit in nomine, cognomine, agnomine, & prænomine ipſius hæredis inſtituendi, nihilominus valet inſtitutio, ſi de perſona hæredis conſtat: & certe in vtroq; caſu hoc optima ratione ſtatutum fuit. Nomina enim ſignandorum hominum gratia inuenta ſunt. Igitur ſi per quodcunq; aliud indicium intelligātur, nihil refert. vnde argumento huius regulæ cauetur, falſa nominatione legatum non perimi. Eſt enim quædam alia iuris regula qua cautum eſt, falſa demonſtratione legatum non vitiari: veluti, ſi quis ita legauerit, Stichū ſeruum vernā Titio do lego. Licet enim Stichus nō verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de perſona conſtat, non obſtante huiuſmodi falſa demonſtratione, valet legatū: & ſimiliter ſi ita demonſtrauerit teſtator, Stichum ſeruum meum, quem à Seio emi, Titio do lego. Licet enim ab alio emptus ſit, nihilominus valet legatum, ſi de perſona ſerui conſtat: & ſicut dixi tibi, ſcire debes, quod longe magis adiecta falſa cauſa legato, legatū non vitiat: veluti, ſi quis ita dixerit, Titio, qui abſente me negotia mea vtiliter curauit vel geſſit, Stichū do lego. vel ſi ita dixerit, Titio: quia patrocinio eius à capitali crimine liberatus ſum, Stichum do lego. nam ſi ita dixerit, valet legatum. Licet enim Titius legatarius negotia teſtatoris nūquam geſſerit, neque teſtator patrocinio Titij legatarij à capitali crimine liberatus ſit, in vtroq; tamen caſu legatum valet. ſed aliud ius ſtatutum eſt, ſi huiuſmodi cauſa conditionaliter enunciata ſit: veluti, ſi qs dixerit hoc modo, ſi negotia mea curauerit, fundū ei do lego. nā in hoc caſu ita demū valet hoc legatum, ſi conditio extiterit. Et hæc dicūtur vſq; ad. §. an ſeruo hæredi.

Si quis. Sic. C. de teſta. l. ſi in nomine. Accur.
l In nomine. nomē eſt genus: ſed ponit̃ hic pro ſpecie ſui, vt Albertus: quod dicit̃ propriū perſonę nomē, cognomē, quaſi cōmune cognationis nomē, vt Aſinellus. Pręnomē ꝙ cauſa differētię ponit̃: vt ſi ſint duo Tullij, & vni ſuperaddat̃ Marcus. & dicat̃ Marcus Tullius. nam Marcus, eſt prænomen. Agnomen eſt, ꝙ imponit̃ ab euentu: vt Aphricanus, qui vicit Aphricā: Alemanicus & Gotthicus: vt. ſ. in titul. procemij huius libri.
m Valet legatum. ſic. ff. ſi cer. pet. l. certum. & eod. l. ſi fortidianum.
n In hæredibus. ſ. ſi erret in eorum nomine.
o Intelligantur. ſcilicet à teſtāte. & hoc in proprijs. In appellatiuis diſtingue ſecundum Ioan. An parū erret, vt ſi libros membranas appellet. quo caſu valet, maxime cum fuerit conſuetus ſic appellare: vt. ff. de lega. iij. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. An multum erret, & tunc contra: vt. ff. eodem titu. leg. iiiſ[?]. & de ſupellect. lega. lege, Labeo. in medio legis. §. ſed de iis. in fine.
p Nihil intereſt. vnde liber homo ſibi nomen mutare poteſt: licet ſeruus non poſsit: vt. C. de mu. no. l. j. & ff. ad leg. Corne. de fal. l. falſi.

† Hūc locum pulchre explicat Lelius Taurellus in prælu. dijs ſuis ad interpretationem legis Gallus. ff. de lib. & poſthu.

* Vide q̃ in hunc. §. ſcripſit Alciat. li. ix. paregon. cap. j.

† Si quidem. † Vide in hunc locū Alcia. lib. diſpunct. iiij. c. j.

† Anto. Aug. emēda. lib. iij. ca. viij. putat expungendā hoc loco vocē, agnominis: tū qđ eius veteres nō meminerint: tum etiam ꝙ non extet in vet exēpl. Adde prætere ea nihil appellatione agnominis ſignificari, qđ non abunde explicetur ꝑ dictionē, cognomē. Porro qđ apud veteres ſignificarit prænomē, qđ nomē, qđ cognomē, diffuſe tractat Aemi. ferretus in notis ſuis hoc ipſo loco.

† Quia nomina impoſita ſūt ad rei cognitionē: vt hic, & l. ad recognoſcendos. C. de inge. man. & ſufficit quod res cognoſcatur ſiue ꝑ ſe ſiue per aliū. l. certū. ff. ſi cer. peta. Ag. per.

† Cōcor. c. qa circa. cū glo. ſuper verbo, falſa cā. extra de conſanguini. & affi.

Nomen, cognomē, prænomē & agnomen differunt.

l Et eſt ratio ibi, qa nomē appellatiuū tanquā naturale mutari nō poteſt ſine mutatione eſſentiæ ipſius rei, cū ſit de ſubſtantia: alias, ſecus. ſed de hac materia vide plenius hic ꝑ Angel.

Vernam

[a] Vernam. verna eſt ſeruus ex ancilla teſtatoris domi natus.

[b] Emptus. idem eſt non emit: vt argu. ff. de vſuca. l. nonnunquam. §. fina. ſecus in venditione: vt. ff. de contrahen. empt. l. ſi quis fundum.

ſi quis ita legauerit, Stichum ſeruum meum vernã [a] do lego. Licet enim nõ verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſeruo cõſtat: vtile eſt legatum. Et conuenienter, ſi ita demonſtrauerit, Stichum ſeruũ, quem à Seio emi: ſitq; ab alio emptus [b]: vtile eſt legatũ, ſi de ſeruo cõſtat.

Falſæ cauſæ adiectione ità demùm legatum perimitur, ſi conditionaliter enuncietur.

Longè magis [c] legato falſa cauſa adiecta nõ nocet: veluti cùm quis ita dixerit, Titio, quia me abſente negotia mea curauit, Stichum do lego: vel ita, Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Stichũ do lego. Licet enim neque negotia teſtatoris vnquam geſſerit Titius, neque patrocinio eius liberatus ſit: legatum tamen valet. Sed ſi conditionaliter [d] enunciata fuerit cauſa: aliud iuris eſt: veluti hoc modo, Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum meum do lego.

Hæredis ſeruo purè legari non poteſt, ſub conditione poteſt: effectumq; ſortitur tale legatum, ſi verificatæ conditionis tempore ab hæredis nexibus ſeruus ſolutus ſit: domino autem (cuius ſeruus hæres ſcriptus fuit) indiſtinctè valet factum legatum: quod tamen euaneſcit, ſeruo hæreditatẽ iuſſu domini adeunte.

An ſeruo hæredis rectè legemus, quęritur. & cõſtat purè inutiliter [c] † legari [f], nec quicquã proficere [g], ſi viuo teſtatore de poteſtate hęredis exierit [h]: quia quòd [i] inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt factum teſtamẽtum deceſsiſſet teſtator: hoc non debet ideo valere [k], quia diutius teſtator vixerit †. Sub conditione verò rectè legatur ſeruo: vt requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hæredis

[c] Longe magis. ideo dicit magis: quia verba falſæ demonſtrationis ſunt de ſubſtantia ipſius legati: vt cũ dico, Stichum vernã do lego. ſed verba falſæ cauſæ non ita. Item quia cauſæ legandi nõ cohærent legato: vt. ff. de cõdi. & demon. l. cum tale. §. falſam cauſam. [1] Itẽ quia hic donare præſumit: vt. ff. de condic. indeb. l. in ſumma. §. ci quoque.

[1] Puta quia de neceſsitate diſpoſitio nõ ſequitur ex cauſa, alias ſecus, vt hic per Angel.

[d] Sed ſi cõditionaliter. Not. conditio per ſi apponit, & per cum: vt hic, & ff. de condic. indebi. l. qui promiſit. & ff. de verb. obli. l. quodcunque. §. nõ ſolum. niſi in caſu: vt. ff. de tu. l. muto. §. ſub conditione. Modus per vt: vt. C. de iis, quæ ſub mo. l. ij. Cauſa per quia: vt hic. Demonſtratio fit oſtendendo aliquid qd' non eſt: vt. ſ. proxi. §. & ff. eodem. j. l. ſi ſic. §. j. Circa hæc quatuor ſi dicas, & primo: Falſa cauſa non nocet: vt hic. Cõditio nocet ſi deficiat: vt hic, & ff. ſi cer. peta. l. cum ad præſens. & l. itaque. Modus idem quod conditio operatur: excepto, quod hic quod datur ſub modo, etiam ante, quã modus impleatur, petitur: cautione tamen interpoſita de modo implendo: quod non eſt in conditione: vt. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. § fin. & de annu. leg. l. liberto. §. Lucius. & ff. eo. iij. l. ſi tibi. In demonſtratione diſtingue: vt. ff. eo. j. l. ſi ſic. § j. & l. non quocunque. vnde verſus, Scito quod vt, modus eſt: ſi, cõditio: quia cauſa. vide ca. verum. extra de condi. appo.

An ſeruo hæredis. CASVS. Domine, quidam fecit teſtamentum: & in teſtamento ſuo Titium inſtituit hęredem: & Sticho ſeruo ipſius hæredis inſtituti legauit fundum. modo quæro, vtrum huiuſmodi legatum valeat? Ad hoc reſpon. Iuſti. diſtinguẽdo, vtrũ ſeruo hæredis inſtituti pure, vel ſub cõditione legetur. nã ſi pure legetur: inutile eſt legatum, nec quicquã proficit, etiã ſi viuente teſtatore ſeruus legatarius de poteſtate hęredis exiuerit. illud enim quod inutile foret, ſi ſtatim poſt teſtamentũ factum teſtator deceſsiſſet, non debet ideo valere: quia teſtator diutius vixit ſub cõditione tamẽ ſeruo hęredis recte legari poteſt: nam in hoc caſu, ſi tẽpore exiſtentis cõditionis in poteſtate hęredis nõ ſit, legatũ valet. Sed quicqd dixerim tibi ſeruo hęrede inſtituto, domino ipſius ſine conditione legari poſſe non dubitatur: veluti ſi quis ita dixerit, Stichum ſeruum Sempronij hæredem inſtituo. & poſtea adiecerit, Sempronio domino Stichi hæredis inſtituti fundum do, lego. Nam in hoc caſu quamuis ſtatim poſt factum teſtamentum teſtator deceſſerit: non tamen apud eum, qui hæres ſit, dies legati cedere intelligitur. Per ſeruum enim inſtitutum, ſi ante, quam iuſſu domini adierit hæreditatem, in alterius poteſtatem translatus fuerit: alij hæreditas acquiri poterit: vel ſi forte ipſe ſeruus ante aditionem à domino ſuo fuerit manumiſſus. tunc enim ipſe hęres efficitur, & valet legatum: ſed ſi ille ſeruus in eadem cauſa permanſerit: & viuente domino eodemque legatario hæreditatem adierit, euaneſcit legatum. Et hæc dicuntur vſque ad. §. ante hæredis inſtitutionem. cuius caſus planus eſt vſque ad finem titu.

[c] Inutiliter. ſic C. de neceſ. ſer. hęredi. inſtitu. l. quidam. §. illo. contra. Sed ibi non imponitur neceſsitas dãdi. Vel in alimentis loquitur: vt. ff. de ali. & cib. leg. l. ſeruos. [2] nam cum ſit purum: à morte teſtatoris cedit: vt C. de cadu. tollen. §. cum igitur. & domino ex perſona ſerui acquiritur: vt ſupra, per quas perſonas nob. acquir. §. item vobis acquiritur, quod ſerui &c. ſed idem dominus erit hæres: ergo non valet legatum: quia idem non poteſt eſſe hæres & legatarius: vt. ff. de legatis primo. l. legatum eſt. §. primo. Accurſius.

ADDITIO. Quod eſt verum, ſi legatur ſine libertate ſeruo teſtatoris vel hæredis, ſecus ſi alieno: quia cederet ab adita hæreditate, niſi dies mortis & aditionis eſſet idem: vt. l. ſi optio. ff. de optio. leg. quando vero cum libertate legatur: cedit vel à die competentis libertatis, ſi ſit ſub conditione relicta: vel ab adita hæreditate, ſi vtrunque ſit purum: vt. §. in nouiſsimo. C. eo. titu. de cadu. tol. Ang.

† Ratio, quia hæreditas nõ ſeparatur à legato, & idem eſſet hęres & legatarius cũ per ſeruũ ſibi acquirat legatũ. Aegi. per.

† Et ſic qd' ab initio non valuit: tractu tẽporis nõ cõualeſcit. ſimile in ca. ij. cũ gloſ. ſi. extra de eo qui duxit in matrimoniũ quã pol. per adulte.

[2] Vel dic ſecũdũ Io. Fab. quod ibi teſtator legauerat ſeruo proprio, hic vero hæredis.

[f] Legari. propter confuſionem hæredis & legatarij: quia eadem perſona ſibijpſi debere non poteſt.

[g] Nec quicquam proficere. quia actus morientium non poſſunt eſſe in ſuſpenſo: vt. ff. communia prædi. l. finali. in fine, & propter regulam Catonis, quæ ſequitur.

[h] Exierit. ſeruus legatarius.

[i] Quia quod. hæc eſt regula Catoniana.

[k] Valere. Exceptis quibuſdam caſibus: vt cum res tua ſit tibi legata, & ante mortem teſtatoris alienata.

Non ſit.

non ſit [a]. Ex diuerſo, hærede inſtituto ſeruo, quin domino rectè etiam ſine conditione legetur, non dubitatur. Nam & ſi ſtatim poſt factum teſtamẽtum deceſſerit teſtator, non tamen apud eum [b], qui hæres ſit [c], dies legati cedere intelligitur [d]: cùm hæreditas à legato ſeparata ſit: et poſsit per eum ſeruum alius hęres effici, ſi prius, quàm iuſſu domini adeat, in alterius poteſtatem translatus ſit: vel manumiſſus ipſe hæres efficitur: quibus caſibus vtile eſt legatum. Quòd ſi in eadem cauſa permanſerit, & iuſſu legatarij [e] adierit: euaneſcit legatũ.

Legata & libertas hodie relinqui poſſunt ante hæredis inſtitutionem, & poſtea, & inter inſtitutionem & ſubſtitutionẽ. Areti.

Annotato potius ſpectandam voluntatem, quàm ſcripturæ ordinẽ.

Ante hæredis inſtitutionẽ inutiliter antea legabatur [f]: ſcilicet quia teſtamenta vim ex inſtitutione hęredis accipiũt: & ob id veluti caput atque fundamentũ [g] intelligitur † totius teſtamenti hęredis inſtitutio. Pari ratione nec libertas ante hæredis inſtitutionẽ dari poterat. Sed quia † inciuile eſſe putauimus, ſcripturæ ordinem [h] quidem ſequi (quòd & ipſi antiquitati vituperandũ fuerat viſum) ſperni autem teſtatoris voluntatem [i]: per noſtram conſtitutionem [k], & hoc vitiũ emẽdauimus: vt liceat & ante hæredis inſtitutionẽ [l], & inter medias [m] hęredũ inſtitutiones, legatum relinquere: et multò magis libertatem, cuius vſus fauorabilior eſt [n].

Hodie ante, & poſt mortem hæredis & legatarij, & pridie mortis iſtorum, legari poteſt. Areti.

Poſt mortẽ quoq; hæredis aut legatarij ſimili modo inutiliter legabatur: veluti ſi quis ita dicat. Cùm hæres meus mortuus fuerit, do lego: item, Pridie quàm hæres aut legatarius morietur. Sed ſimili modo & hoc correximus [o], firmitatem huiuſmodi legatis [p] ad fideicõmiſſorũ ſimilitudinem præſtãtes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorum inueniatur [q].

Hodie poteſt pœnæ nomine legari, & legatum transferri vel adimi, niſi præcipiatur aliquid impoſſibile, vel legibus interdictum, vel probroſum. hoc dicit. Aretinus.

Pœnæ quoque nomine inutiliter antea legabatur, & adimebatur [r], vel trãsferebatur. Pœnæ autẽ nomine legari videtur, quod coërcendi hæredis cauſa relinquitur, quò magis aliquid faciat [s], aut non faciat [t]: veluti ſi quis ita

a Non ſit: nam ſi eſt adhuc ſeruus, non valet legatũ, alias valet. ſic. ff. ad legem Falc. l. ſi à ſeruo.

b Apud eum. i. apud eundem, ſcilicet dominum qui ſit hæres per ſeruum: quia adhuc non eſt. Accur.

c Hæres ſit. hoc eſt dicere, mortuo teſtatore ſtatim poſt teſtamentum: non ideo ſtatim dominus ſerui erit hæres per ſeruum, & legatarius per ſe: & ita nõ erit apud eũ, id eſt eundem hæredem hęreditas & legatum: quod erat ſuperiori §. imo ad hoc vt ſit hęres per ſeruum: duo pręcedere oportet, iuſſum dñi, & obediẽtiã ſerui, & interim ſerui conditio poterit variari: ſed legatum tantum interim habebit dominus. ſunt ergo ſeparata hęreditas & legatũ interim: cũ legatum apud dominum ſit, hæreditas apud nullum, donec ſeruus vel manumiſſus ſibi, vel iuſſu alicuius domini eam adeat.

d Intelligitur. nã nemo eſt hęres adhuc, cum et domini iuſſus, & ſerui debeat ſequi volũtas: vt. C. de hęre. inſti. l. cũ proponas. & licet hęreditatis dies cedat, ea adita tamen legatũ à morte teſtatoris cedit: vt. C. de cad. tol. §. in nouiſsimo. vnde apud dominũ erit legatum: ſed hęreditas apud nullum: quę poterit eſſe vel apud hũc: vel apud alium ſi alienabatur, ſcilicet ſeruus prius, vt ſequitur.

e Legatarij. qui & dominus eſt.

f Legabatur. aliud in tutore etiã olim: vt. ſ. qui da. tu. poſ. §. ad certum.

g Fundamẽtum. cum ſine illa nullũ dicatur. ff. de iure codi. l. fina. & . j. ti. iij. §. in primis. & de ijs, quæ in teſta. delent. l. pen. ibi, Calphurnius.

h Scripturæ ordinem. not. ordinem ſcripturæ non ſeruandum. ſic ff. de ſolu. l. non enim. Sed contra. arg. ff. de fideicommiſ. lib. l. generaliter. §. quid ergo. & in authen. de hære. & Falc. §. inordinatum. col. j.

i Voluntatem. repete vituperandum erat.

k Conſtitutionem. quam non habemus, ſecundum quoſdam, vel dic verius, quod loquitur de ea, quæ eſt in. C. de teſtamen. l. ambiguitates. & quod ibi dicit, nõ ex mente, referas ad alia, non ad hunc ordinem.

l Ante hæredis inſtitutionem. quia primo poteſt legare rem, poſtea hæredem inſtituere.

m Medias. quia primò inſtituit hæredem: & poſtea legauit: & poſtea alium hæredem inſtituit: & ita legat inter medias hæredum inſtitutiones.

n Fauorabilior eſt. niſi in duobus caſibus: vt. ff. de manumiſ. teſtamẽ. l. cum ex pluribus. & de leg. j. l. ſi quis à filio. §. penulti. & l. ferre. & ad Trebellia. l. ſi patroni. §. ſed & ſi ſine fructibus.

ADDITIO.

Dic ſecundum Io. Fab. quod hoc nõ videtur verũ, imo videtur idem vtrobique: quia incertitudo vitiat legatum & libertatem: ſecus in re legata. vbi autem libertas legatur: eſt incertitudo & in re, & in perſona. & ſic vitiat: vt not. Dyn. in regula, in obſcuris. de regu. iur. in ſexto. Ang.

o Correximus. vt. C. vt act. ab hęre. & contra hære. l. j.

p Legatis. in ſtipulationibus idẽ: vt dicta. l. prima. C. vt act. ab hære. & contra hære. l. j. Caue tamen, quia legatum ſic incipit ab hęrede vel hęredi dari: qđ primo nullo modo fuit: ſed ſtipulatio fuit, licet inefficax: vt ff. de euict. l. qui à pupillo. & l. ſi per imprudentiã. §. nõ mirum.

q Inueniatur. vt ff. eodem. l. prima. & ſupra eodem titulo. §. ſed non vſque.

r Adimebatur. hæc verba expone: vt infra titulo primo.

s Aliquid faciat. quod fieri vult, ſecundum Ioannem, hoc adiecto, ſcilicet in pœnam hæredis ſe committere. alias eſt conditio, & valet: vt. ff. de iſs, quę pœno. l. j. & ij.

t Non faciat. quod fieri non vult. Accur.

Seruus hæres inſtitutus non acquirit dño niſi duo cõcurrant.

† Cõcor. cum hoc tex. capit. Raynaldus. iuncta glo. ſuper verbo, legauit. pro pe ſi. extra de teſt.

† Et ſic legata pręcedere poſſunt teſtamentũ ordine literę ſed ordine intellectus inſtitutio præcedit. Aeg. per.

† Concor. gloſſ. ij. in prin. in. c. cũ tibi extra de teſta. men.

ƺ Quod eſt verum ƺ ſi legauit poſt mortem hæredis vel alterius, ſecus ſi poſt mortem legatarij: quia ſtatim eſt nata obligatio vt in ſtipulatione: ſicut no. glo. in l. cedere diem. ff. de verb. ob. Ang.

Colloca

ſcripſerit, Hæres meus, ſi filiam ſuam in matrimoniũ Titio collocauerit [a]: vel ex diuerſo, Si nõ collocauerit [b], dato decem aureos Seio, aut ſi ita ſcripſerit, Hęres meus, ſi ſeruum Stichum alienauerit [c]: vel ex diuerſo, Si non alienauerit [d], Titio decem aureos dato. Et intantum hęc regula obſeruabatur, vt perquã [e] pluribus † principalibus conſtitutionibus ſignificaretur, nec principẽ quidem agnoſcere [f], quod ei pœnę nomine legatũ ſit. Nec ex militis quidẽ teſtamento talia legata valebant: quamuis alię militum voluntates in ordinandis teſtamẽtis valde obſeruabant [g]. quinetiã nec libertates pœnę noĩe dari poſſe placebat, eò amplius nec hæredem † pœnæ nomine adijci † poſſe, Sabinus exiſtimabat: veluti ſi quis ita dicat, Titius hæres eſto. ſi Titius filiam ſuã in matrimonium Seio collocauerit [h], Seius quoq; hæres eſto †. Nihil enim intererat, qua ratione Titius coërceretur: vtrum legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit. Et generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus [i], † vel in dãdo, vel in adimẽdo, vel in trãsferendo: exceptis videlicet ijs, quæ impoſsibilia [k] ſunt †, vel legibus interdicta [l], aut aliàs probroſa [m]. Huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, ſecta meorum temporum [n] non patitur.

TITVLVS XXI.

DE ADEMPTIONE LEGATORVM & translatione *.

Quod cuipiam teſtamento relictum fuit: poteſt eodem, alteróve teſtamento quibuslibet verbis adimi, vel ad alium transferri.

ADemptio * legatorũ (ſiue eodem teſtamẽto adimantur [o], ſiue codicillis [p]) firma eſt [q]. ſed & ſiue contrarijs verbis fiat adẽptio: veluti ſi quis ita quid legauerit, Do, lego: ita adimatur. Non do, nõ lego: ſiue non contrarijs, ſed *

a Collocauerit. ſcilicet quod fieri nolo, ſcilicet eam collocari.
b Non collocauerit. ſcilicet quod fieri volo, ſcilicet eam collocari.
c Alienauerit. quod nolo.
d Nõ alienauer. nã vt alienauerit volo.
e Perquã. id eſt, valde.
f Agnoſcere. ſcilicet poſſe: vt. ſ. quib. mo. teſt infir. §. fin. in fin.
g Obſeruabantur. vt. C. de teſta. mili. l. j.
h Collocauerit. ſ. quod fieri nolo.
i Conſtituimus. vt. C. de ijs quæ pœ. no. l. j.
k Impoſsibilia. ff. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. j. contra. Solu. ibi non erat impoſsibile: poterat enim eſſe quòd diu viueret: & intra triduũ poſſet id fieri, quod fieri volebat. Vel dic, quòd ibi voluit teſtator hęredẽ conſtituere ſe ſoluturum ſi decederet, ſcilicet, teſtator intra triduũ: quod potuit, nõ autem ſoluere [i]. Item cõtra. ſ. de hære. inſtit. §. impoſsibilis. Solu. quidam dicunt nõ valere ſicut teſtator voluit, vt hic: valet tamen pure, vt ibi. Vel diſtingue ſecũdum Ioã. aut apponitur conditio impoſsibilis hæredi, aut legatario. ſi hæredi ñ valet legatũ, vt hic, ſi legatario, valet: vt ibi. & quęre exempla. C. de ijs quæ pœ. no. l. j.

ADDITIO. Exemplũ quando apponitur cõditio impoſsibilis hæredi ſiue onerato: vt det hæres ſi cælum digito tetigerit: & tunc vitiat, quaſi non ſtet per eum quo minus impleat, ſed per impoſſibilitatem. Quando legatario ſiue onerato: vt tibi relinquo ſi cælum tetigeris digito. & hæc non vitiat, ſed vitiatur, & pro non adiecta habetur. Et eſt ratio: quia non debet auferri beneficium honorato, cui prouidere voluit teſtator. vide glo. not. in. l. j. ff de condi. inſtit.

k Impoſsibilia. de impoſsibili dic: præcipit hæredem transferre montem: alias ei adiecit cohæredem, vel aliã pœnam impoſuit. De legibus interdicto, vt præcepit hæredi vel legatario, vt daret inquilinos ſine prædijs. De probroſo: vt præcepit reliquias ſuas in mare proijci, vel ſe cum veſtibus ſepeliri: alias pœnam impoſuit. nam in prædictis & ſimilibus remanet hæres & legatarius: nec tenetur ad impoſsibile, vel legibus interdictũ, vel probroſum, nec etiam ad pœnã: ideo quod impoſſibile vel legibus interdictũ, vel probroſum nõ impleuit.

l Legibus interdicta. vt inquilinos ſine prædijs, vt ff. de legatis. j. l. ſi quis inquilinos. vt patuit ſupra.

ADDITIO. Et hoc verum, vbi aliquid eſt per ius diſpoſitum vel conſuetudinem: quod teſtator immutare non poteſt: vt quia forte ob ius publicum vel fauorem, alias ſecus. Ioan. Fab.

m Probroſa. vt veſtimenta in funus: vt. ff. de le. j. l. ſeruo alieno. §. ſi. vel reliquias in mare: vt ff. de condi. inſtit. l. penul. in princ.

n Secta meorũ tẽporum. id eſt, ego qui inſequor iuſtitiam hoc tempore, nõ patior. ſic. ff. de pac. l. fin. in fin.

DE ADEMptione &c.

Quia ambulatoria eſt defuncti voluntas vſq; ad ſupremum vitæ exitum: vt. ff. de adi. leg. l. iij. §. fin. & l. ſeq. ideo poſt data legata, & de eis adi. vide annis. Accur.

ADemptio. Diuiditur in duas partes. Primo loquitur de adẽptione. Secũdo de trãslatione, Secũda ibi, Transferri.

o Adimantur. ſcilicet legata.

p Codicillis. ſcilicet teſtamento cõfirmatis, ſecundum quoſdam: non aliter. Sed nos cõtra: vt in auth. de reſt. fideic. §. manifeſtum. col. x. Accur.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia non eſt ridiculum codicillos, etiam contrarios per teſtamentum confirmari: quia videmus agi ex contractu, vt contractus reſcindatur. l. ſed Celſus. §. j. ff. de contrahen. empt.

q Firma eſt. vt ſi eodem teſtamento fiat, videatur nec datum, ſi alia voluntate, videatur datum, ſed poſtea ademptum: vt. ff. de ijs quæ in teſt. de. l. j. in princ. & ff. de leg. j. l. ſi ita ſcriptum. Sed videtur, quòd nulla talis voluntas valeat: cũ videatur ſibi repugnare: vt. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. quæ eſt huic contraria. Sed dic, quòd ibi dicit de repugnantia, quæ fit propter ſimplicitatem verborum: vt. ff. de condi. inſti. l. ſi Titius. Vel habet locum prædicta regula, quando nõ apparet, quæ ſit

m vltima

† Quam plurimis.

[i] Iſtas ſolutiões reprehendit Io. Fa. hic et dicit quòd ibi ideo valet legatũ: quia nõ cõtinet impoſſibile: ſed adiectio tẽporis eſt impoſsibilis quæ nõ vitiat.

† Id eſt cohæredem.

† Id eſt adiungi. ſ. hęredi prius inſtituto. Aegi. per.

† Et hoc eſt pœna, quia ex quo Titius filiam dedit Seio vxorem, teſtator adiecit illi adiunxit ei pro pœna ipſum Seium cohæredem. Aegi. per.

† Sic ergo pœnæ nomine legari põt: vt hic, & in c. Raynal. iuncta gl. ſuper verbo, adijciens. extra de teſta.

† Si hęres iubeatur facere impoſſibile & ſi non faciat legatur aliquid ab eo, nõ valet. l. j. C. de ijs quæ pœn. nomi. ratio, quia nõ eſt imponẽda ſi nõ impleuerit impoſsibile l. in teſtamento. ff. de condi. & demon. Aegi. per.

* In quibuſdã exemp. non & tranſlatione.

* Hic titulus de ea ademptione duntaxat meminit quę expreſſe fit à teſtatore At li. xxxiiij. Pan. titu. eſt, de his qui. vt indig. &c. in quo fit mentio de ademptione, quæ fit quidẽ à lege, ſed ex coniectura mẽte teſtatoris cuius tituli breuẽ eam quidẽ ſed elegantem dilucidam ſynopſim ſeu compẽdioſam enarrationem habes apud Frãci. Balduinũ in comment. ſuis ad hunc titulum.

* Aliàs, id eſt.

vltima: quo caſu neutra valet. Si autem apparet, vltima valet: vt. ff. eo. l. nihil prohibet. Accurſius.

Legata voluntate præſumpta reuocãtur.

a Alijs. ſ. vt adimo, vel pœniteo eius, quod dedi, vel ſimilia imo etiã etiam nuda voluntate præſumpta: vt ſi inimicus poſtea factus ſit legatarij: vt. ff. de adimen. le. l. iij. in ſi. & l. iiij.

ADDITIO. Idẽ ſi ab ignorante ſiat ignoranti aliquid etiam poſt mortẽ: q ſi ſciuiſſet teſtator non fuiſſet legaturus. Ange.

b Transferri. facit. ff. eo. l. tranſlatio. Accurſius.

c Et Seio. ſed ſi Seius eſt non capax: nunquid ademptio à primo facta valet? Reſpondetur ſic: vt. ff. de leg. j. l. plane. in princ. Accurſius.

alijs a quibuſcunq; verbis. Transferri b quoq; legatum ab alio ad alium poteſt: veluti ſi quis ita dixerit, Hominem Stichũ, quem Titio legaui, Seio do lego: ſiue in eodẽ teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit. quo caſu ſimul & Titio adimi videtur, & Seio c dari.

TITVLVS XXII.

DE LEGE falcidia †.

Ne ſuprema teſtantium iudicia ... hæreditate corruant, lege Falcidia cautum fuit, ne cuipiam bonorum dodrantem legatis exhaurire fas ſit: alioqui quadrans hæreditatis per legem Falcidiam reſecatur, & penes vnum, plures ve hæredes remanet.

† Hęc lex Falcidia plebiſcitũ eſt, cuius author fuit C. Falcidius tribunus plebis Augusti Cęſaris tẽporib9. eius meminit Euſebius ĩ chronicis.

DE LEGE falcidia.

Qualiter minuãtur legata ademptione vel tranſlatione dictũ eſt: nunc qualiter lege Falcidia minuantur: & ideo dicit, ſupereſt. Accur. *Differentia inter hunc titu. & ſequentem habetur per hos verſus. Tũc defalcaris, ſi per legata grauaris: Sed trebellaris, cùm reddere cũcta rogaris.*

SVpereſt vt de lege Falcidia d diſpiciamus qua e modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel f totum patrimonium legatis erogare (quippe cùm ea lege ita cautum eſſet, vti quiſque g legaſſet, ſuæ rei h, ita ius eſto) viſum eſt, hanc legandi licentiã coartare: idq; ipſorum teſtatorum i gratia prouiſum eſt, ob id, quod plerunque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo aut minimo lucro hæreditates adire k. Et cùm ſuper hoc l tam lex Furia, quàm lex Vocania latæ ſunt: quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: nouiſſimè m lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare n liceat, quàm dodrantem o totorum bonorũ, id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures: apud eum, eos ve pars quarta remaneat.

SVpereſt. Totus iſte tit. diuidit principaliter in quinque partes. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo ponit effectum legis Falcidiæ, tam de iure legis duodecim tabularum: quam de iure quo nos vtimur. Tertio ponit vnum dubiũ, ſcilicet an hæres non grauatus reſpectu ſui cohęredis grauari poſſit detrahere Falcidiã. Quarto ad quod præſens tempus redigatur, vt inſpiciatur, an lex Falcidia habeat locum. Quinto qñ lex Falcidia imponitur, quid eſt ante deducendum. Secunda ibi, Cũ enim. Tertia ibi, & cũ quæſitum. Quarta ibi, Quantitas autem. Quinta ibi, Cũ autem. CASVS. Domine, multa dixiſtis nobis circa materiam legatorum, & de adoptio. & tranſla. eorundẽ. vnde videtur q ad aliquã aliam materiam decętero poteratis tranſire. Satis enim videtur q ea quæ iam dicta ſunt circa materiam legatorum, poſſunt ſufficere. Ad hoc rñ. Iuſti. Amice, nõ bene tibi videtur: imo circa materiã legatorũ etiam inſiſtendum eſt adhuc. nã ex quo ad adempti. & trãſla. legatorũ vidimus: ſupereſt vt de. l. Fal. per quã modus legatis nouiſſime impoſitus eſt, diſpiciamus. Sed pone: Domine, iã video q vos vultis tractare de. l. Fal. dicatis mihi ſi placet, quare fuit introducta. l. Fal. & quis ſit eius effectus. Ad hoc rñ. Amice, lex Fal. optima ratione fuit introducta: & eius effectus fructuoſus eſt. Cũ enim olim le. xij. tabu. libera erat legandi poteſtas, intantum vt liceret teſtatoribus totum patrimonium ſuum per legata erogare, & nihil penitus apud hęredes ſcriptos relinquere (nam. l. xij. tabu. ita cautum erat, quod ſicuti quiſq; legaſſet rem ſuam, ita ius eſſet) idcirco vtile viſum eſt legumlatoribus huiuſmodi liberam licentiam legandi coartare: quia propter huiuſmodi plerunq; moriebantur homines inteſtati, nam licet hæredes eſſent inſtituti: ſcripti tamẽ hæredes propter nullum hęreditatis lucrum eam nolebãt adire. & quamuis etiam ſuper huiuſmodi licentia legandi coartanda iã lex Furia, quàm Voconia latę ſunt: neutra tamen earũ ad rei conſummationem ſufficere videbatur. vnde nouiſsime lata eſt. l. Fal. qua cauetur, ne liceat teſtatoribus plus legare quã dodrantem totorum bonorum, vt ſiue vnus hæres ſit inſtitutus, ſiue plures apud eum quando vnus eſſet inſtitutus: vel apud eos, quando plures eſſent iſtituti: quarta pars totius patrimonij ipſius, teſtatoris integra remaneat. Et hęc dicuntur vſque ad illum. §. & cũ q̃ſitũ.

d Falcidia. ideo ſic dicta, q͞a vt falx fœnũ, ſic hęc lex legata reſecat. Vel dic à Falcidio authore: vt & Publ. à Publicio dicta: vt. j. de act. §. alię.

e Qui. ſ. Falcidia.

f Vel. pro etiam.

g Vti quiſque. hæc ſunt verba leg. xij. tabu.

h Suæ rei. idem in ſua re tota, quam ipſe legauit; vel etiam aliena. nam & aliena res legari poterat & poteſt, vt hic. & ff. ad. l. Fal. l. j. in prin. & ſ. de leg. §. nõ ſolũ.

i Ipſorum teſtatorũ. non tamen licet teſtatoribus eã renũtiare, niſi in caſu: vt. ff. eo. l. quod de bonis. §. ſi. & l. ſi debitor. arg. contra. C. de pact. l. penult. ibi, cum & alia regula ſit &c. Sed hodie per auth. ſed cum teſtator. quæ eſt. C. ad leg. Fal. contra. ADDITIO. Quod eſt verũ expreſſe: ſecus ſi tacite, puta dicendo tota vel integra legata ſoluas. niſi adijceretur, quod amplius hæres habere nõ poſſit &c. ſecundũ An. In Trebelliãca autem idem dicas, quod in Fal. ſecundum Io. Fab.

k Adire. facit. j. tit. j. §. ſed quia hæredes. Accur.

l Super hoc. i. ſuper coartanda legandi licentia.

m Nouiſſime. i. vltimo. Accur.

n Legare. vel etiã cauſa mortis donare. nã & ibi locũ habet Fal. Item & in mortis cauſa capione: vt. C. eo. l. penul. licet de hac quidam contra dicant: & eſt pro eis argumentum. ff. eo. l. acceptis. Itẽ in fideicommiſſis: vt C. eo. l. ij. Item in donatione inter viuos, quæ morte confirmatur, non alias: vt. C. eo. l. in donatione. & in his habet locum. quod hic de legatis dicitur.

o Dodrantem. i. nouem vncias totius hæreditatis. ſic

Qui fuit conſul. & ideo Falcidia reſecat ipſo iure: vt. l. lineã. ff eo. ſecus ſi fuiſſet p̄tor, ſecundũ Io. Fa.

Quod eſt verũ in fideicommiſ. particularibus: non in vniuerſalib9: vt. j. titu. proxi. §. j.

ſic enim dodrans dicitur: vt. ſ. de hær. inſt. §. hæreditas. Si ergo fiat in contrariũ: de ſingulis poteſt fieri ſectio. i. quartæ partis detractio, & ipſo iure propoſita etiã rei vendicatione: vt. ff. e. l. lineã. in ſi. §. j. rñ. & l. Plautius. & C. eo. l. ij. Iã ergo non eſt quæſtio, an hęres poſsit retinere Falcidiã in vna re. nam non poteſt: vt in. d. l. Plautius [1]. Sed aliud qñ quis legat partē bonorũ: tunc enim ſuccurritur hæredi, ſiue rerum partes. ſiue ęſtimationē dare maluerit: vt. ff. de legat. j. l. non amplius. §. j.

[1] Hoc verũ ſi plures ſint legatarij, ſecus ſi vnus: q2 poteſt ex rei neceſsitate, vel legatarij volunt ate vt ibi: et. l. plane. & l. ſe. §. ſi ſolus. ff. e. Vbi autē non cadit cõmoda diuiſio diuiditur ad arbitrium iudicis: vt. l. non amplius. ff. de le. j. §. fin. De Trebelliãnica vero vel legitima: dic vt habetur in l. filiũ quē habētē. C. fami. ercif. Angel.

Hæredum quilibet partis ſuæ legatis exinanita quartam detrahere poteſt: quamuis cohæredis portio nullatenus grauata extiterit.

Et cùm quæſitum eſſet [a], duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Seio) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quę nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modũ [b] onerata: à Seio verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius dũtaxat in partem dimidiã minuant [c]: an quia is [d] quartam partem [e] totius hæreditatis, aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat, vt quartam partem ſuæ partis ſaluam habeat [f]? placuit poſſe retinere [g]. etenim in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

Et cum quæſitũ. CASVS Domine, iã video q̃ effectus. l. Fal. talis eſt, q̃ teſtator non poteſt legare vltra dodrantē totorũ bonorum. videlicet vt quarta pars patrimonij ipſius teſtatoris remaneat apud hæredes: ſiue ſit vnus hæres ſcriptus, ſiue plures. Dicatis igitur mihi, quid iuris eſt in tali caſu? Quidã fecit teſtamentũ, & in teſtamento ſuo inſtituit duos hæredes pro æquis portionibus, puta Titiũ & Seiũ: et partē Titij, aut totã exhauſit legatis, quæ nominatim relinquit à Titio præſtanda, quod nihil penitus apud Titium remãſit: aut ſi aliquid remanſit, ſupra modum tamen partem Titij onerauit. à Seio vero aut penitus nulla legata reliquit: aut ſi quã ab eo reliquit partem, & tamē dimidia portio eadem integra penes ipſum Seium remanſit: & ita quarta pars totius hæreditatis apud Seium hæredem ſcriptum ſine aliqua diminutione, & ſine onere remãſit. vnde in hoc caſu multum fuit dubitatum & quæſitum, vtrum liceret Titio vltra quartam partem ſuæ portionis grauato aliquid ex legatis ab eo nominatim relictis retinere: vt ita beneficio leg. Fal. quartam partē ſuæ portionis ſaluam habeat? Ad hoc reſpon. Iuſti. Amice, certe in quęſtione propoſita placuit, vt liceat Titio vti beneficio legis Fal. & de ſingulis legatis ab eo relictis intantum detrahere, vt quartam partē ſuæ portionis ſaluam habeat: non obſtãte quod quarta pars totius hæreditatis apud Seium cohæredē ſuũ integra remaneat. Nã in ſingulis hæredibus ratio leg. Fal. habenda eſt: vt quilibet quartam ſuæ portionis ſaluam habeat. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. quantitas autem. Franc.

a Et cum quæſitum eſſet. facit. ff. eo. l. in ſingulis.

b Supra modum. i. ſupra quartam. Accur.

c Minuant. & ſic remanent ei tres vnciæ, quæ ſunt quarta pars totius aſsis. Accur.

d Is. ſcilicet Seius.

e Quartam partem. i. tres vncias.

f Habeat. hoc interrogatiue lege: & poſtea reſponde, & placuit &c. Accur.

g Poſſe retinere. ſ. quartã partem ſuę partis, quã iure hæreditario habet. nõ autem datũ cauſa adimplēdæ cõditionis ſibi ab aliquo, imputabit in quartã: niſi à ſtatu libero eſſet datũ: & de pecunia hęreditaria, de qua ei dare permiſſũ: vt. ff. e. l. id aũt. & de do. cau. mor. l. q̃ ſtatuliber. Item nec legatũ à cohærede relictum ſibi imputat: vt. ff. eo. l. in quartam. niſi teſtator hoc cauerit [2]: vt ff. eo. l. quod autem. j. reſpon. §. Marcellus.

[2] Hæc gl. ſequuntur Fa. Pla. & Angel.

Vt Falcidiæ locus ſit vel non, quantitas patrimonij teſtatoris à morte ſpectanda eſt: ideo vt bona mortuo teſtatore, hæreditate iacente aucta nihil obſunt hæredi, quin quartam de legatis detrahat, ita & diminuta non prohibent quin ſolida legata debeantur.

Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore [h] ſpectatur. Itaque (verbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit: nihil legatarijs prodeſt, ſi ante aditam hæreditatem per ſeruos hæreditarios, aut

Quantitas autē. CASVS. Domine, iam video, quod beneficio leg. Fal. ſingulis hæredibus prouiſum eſt. ſed dicatis mihi quo tēpore inſpicit, vtrũ lex Falc. locum habeat? Ad hoc rñd. Amice, quantitas patrimonij à teſtatore relicta, ad quã ratio le. Fal. reducitur tēpore mortis ipſius teſtatoris inſpicitur: ſicut manifeſte liquet in tali exemplo: Quidam habuit c. aureos in bonis. ipſe laborãs in extremis condidit teſtamentũ: & in teſtamento inſtituit hæredē: & c. aureos legauit: & ita totũ patrimonium ſuũ exhauſit legatis: vnde mortuo teſtatore beneficium leg. Fal. locũ ſibi vēdicat. Sed quid ſi ante quã hęres adierit hæreditatem, bona hæreditaria per ſeruos hæreditarios, vel ex fœtu pecorum, vel ex partu ancillarum intantum ſunt aucta, quod omnibus legatis inſolidum ſolutis, hæres quartã partem totius hæreditatis, vel etiam amplius ſaluam habere poſsit? Et reſpond. quod certe huiuſmodi augmentum poſt mortem teſtatoris ante aditionem hæreditatis adueniens, legatarijs nõ proderit: ſed nihilominus hæres beneficio legis Falcidiæ, quæ tempore mortis ipſius teſtatoris competit, vtetur: quartam partem à ſingulis legatis detrahet. & idem ius in caſu conuerſo obſeruatur. Nam ſicut augmentum rerum hæreditariarum ante aditam hæreditatem non poteſt prodeſſe legatarijs: ita diminutio rerum hæreditariarum eis non nocet. verbi gratia, Ponamus retento primo themate, quod ille qui habebat c. in bonis, legauit lxxv. & ita reliquit quartam partem hæreditatis. vnde mortuo teſtatore ratio leg. Falcid. locum ſibi vendicare non poterit: ſi tamē ante aditionem hæreditatis bona hæreditaria intantum decreuerint incendijs forte, aut naufragijs, aut forte per mortem ſeruorum, aut pecorum, vt lxxv. tempore aditionis in hæreditate vix inueniantur, certe in hoc caſu huiuſmodi diminutio legatarijs non nocet: imo nihilominus hæres ad præſtationem legatorum inſolidum tenetur. Sed forte obijceret aliquis ſic: Hoc videtur iniquum, videlicet compelli adire hæredem huiuſmodi damnoſam hæreditatem, & nihil lucrari. Ad iſtam tacitam obiectionem reſpond. Iuſti. in litera, acſi facta eſſet ſibi, dicens: Amice, hoc nullatenus dãnoſum eſt hæredi. nam liberum habet arbitrium non adire hæreditatem, & ita huiuſmodi periculum euitare. vnde in hoc caſu neceſſe eſt ipſis legatarijs cum hærede de certa portione legatorum recipienda paciſci, ne hæres deſerat teſtamentum: & ita deficiente teſtamento, legata in eo relicta nõ debeantur. Hæc dicuntur vſq; ad illum. §. cum autem ratio.

h Mortis tempore. ſ. de leg. §. ſi peculiũ. cõtra. Solu.

ſibi remanet ſeruus quaſi peculij dominus.

ADDITIO. In æſtimatione tñ debitoris eſt ſecus: quia ſi poſt mortē teſtatoris & ante aditam hæreditatē efficiatur nō ſoluendo: cedit damno hæredis: ſi ecōtra, cedit lucro legatariorum quo ad Falcidiā: vt. l. cum quo. ff. eod. Et eſt ratio: quia eſt ſpes, quod de inopia deueniat ad pinguiorē fortunam l. ſi defunctus. ibi, nec enim pauperibus. C. arbit. tut. Ioan. Fab.

ex partu ancillarum hæreditariarum, aut ex fœtu pecorum tantū acceſſerit hæreditati, vt centū aureis legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt: vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuagintaquinq; legauerit [a], & ante aditam hæreditatem intantum decreuerint bona (incendijs fortè, aut naufragijs, aut morte ſeruorum) vt non amplius quàm ſeptuagintaquinq; aureorum ſubſtantia, vel etiam minus relinquatur: ſolida legata debentur [b], nec † ea res [c] damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt nō adire hæreditatem, quæ res efficit, vt ſit neceſſe legatarijs, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci [d].

Falcidiæ ratio ita habenda eſt: primum omne æs alienum, funeris impenſa, & ſeruorum pretia deducantur: exinde ſi quod reliqui eſt, ex legatis exuperetur, vſque adeò quorūlibet minuuntur legata, vt viribus patrimonij coæquentur: poſtremò ita Falcidia detrahitur, vt quadrantem hæres, dodrātem verò legatarij ferant.

Cùm autem ratio legis Falcidiæ ponitur, antè deducitur æs alienū [e], item funeris [f] impenſa, et pretia ſeruorum [g] manumiſſorum: tunc demū in reliquo ita ratio habetur [h], vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat: tres verò partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata [i] ſcilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi finga-

a Legauerit. ſ. tres partes hęreditarias, & quarta remanet, ita quod non habet locū Falcidia: quia centum habebat in bonis: vt ſupra dictum eſt.

b Solida legata debētur. alias dent. Hoc locū habet, qñ res hæreditariæ nō legatę perierunt. Si autem legatæ pereant, diſtingue: aut erant in pōdere, numero, vel menſura: & tūc idē quod hic dicit [1]. Aut non: & tunc aut incertū: vt puta hominē: & tūc idē qđ hic. aut incertum ex certis: vt vnū de ſeruis ſuis: & tūc ſi oēs pereāt, legatarij dānū eſt: vt. ff. e. in rōe. l. Fal. l. mortes. §. diligenter. &. §. incertę. aut penitus certa: vt Stichus, & tūc perit legatario: vt. ſ. de le. §. ſi res legata.

c Nec ea res. Reſpōdet tacitę obiectioni quaſi dicat, nonne erit iniquū compelli adire, & non lucrari, & ita demum ſentire?

d Paciſci. i. aliquid oportet eos dare hęredi, vt adeat. Et ita no. quod nō per omnia etiā hodie ſunt exæquata fideicōmiſſa legatis, nec legata fideicōmiſſis. nam fideicōmiſſarius cōpellit hæredē ſcriptū adire, & nihil ei dat: vt. j. ti. j. §. ergo ſi quidē. ver. ſed ſi recuſet. ſed illud eſt in generalibus fideicommiſſis, hoc in ſpecialibus. Quę autem ſit differentia inter legata & fideicommiſſ. dixi in. l. j. ff. de legat. j.

Cum aūt. CASVS. Dñe, video quare. l. Fal. fuit introducta: & quis eius effectus ſit: & quo tēpore ſpectaf: vt. l. Falci. locū ſibi vendicet. pro Deo dicatis mihi, in quibus rebus locū ſibi vendicet. l. Fal. Ad hoc tñ. Amice, cū ratio. l. Fal. petitur, primo deducif omne æs alienum. i. quicquid teſtator tēpore mortis alijs debebat. Item impenſæ circa funus teſtatoris factæ. & etiam pretia ſeruorū manumiſſorū ſimiliter deducuntur, & facta tali deductione: tunc deinde in reſiduo habet locum ratio. l. Falc. vt ex eo quarta pars integra apud hæredem remaneat. & tres partes reſiduæ inter legatarios pro rata portione eius, quod cuique legatariorū relictum fuerit, diſtribuātur. Ponamus igitur, ꝙ aliquis habens patrimoniū cccc. aureorū, quadringentos aureos legauerit. certe in hoc caſu quarta pars ſingulorū legatariorū de ſingulis legatis detrahi debet: vt per huiuſmodi detractionē quartā partem c. hæres ſcriptus. l. Fal. beneficio habeat. & hoc eſt verum: qñ tantum erat legatum, quantū erat in patrimonio. Sed pone retēto primo themate. ſ. ꝙ ille, qui habebat in patrimonio quadringentos aureos legauit cccl. & ita viij. pars quadringentorum apud hæredē remaneat in hoc caſu hæres nō quartam, ſed tantū octauam partē de ſingulis legatis detrahet, retēta parte octaua quam ſaluam habuit. hac. ſ. octaua à ſingulis legatis detracta, quartā totius patrimonij integrā habebit. Sed pone retēto primo themate, ꝙ teſtator habēs quadringētos aureos in bonis legauerit quingentos: & ita plus legauerit, quā erat in patrimonio. in hoc caſu primo c. ī quibus exceſſit patrimoniū, detrahēda ſunt. i. perinde habenda, ac ſi nō eſſent relicta: & poſtea quartam partem ſingulis legatarijs detrahet hæres. Et ſic primo detrahendum eſt, quod vltra patrimonium teſtatoris legatum eſt: & poſtea illud quod ex bonis teſtatoris ſupereſt apud hæredē remanere oportet. Et hæc dicuntur vſque in fi. titu. Franciſ.

e Æs alienum. etiam quod ipſi hæredi debeatur tempore mortis, licet confuſione ſit factum indebitum: vt ff. eo. l. qui fundum. &. C. eo. l. irritum [2]. niſi expreſſe prohibeat: vt. ff. eo. l. ſi debitor creditore.

f Funeris. non monumenti: vt. ff. eo. l. j. §. fin.

ADDITIO. Niſi eſſet impenſa neceſſaria: puta quia eſſet dedecus ſepeliri in terra, ſecundum Angel.

g Seruorum. Mos erat antiquitus, vt qui ſeruos non habebat, vnū vel plures emeret, qui honoris cauſa funus teſtatoris pileati antecederēt: quo facto ſtatim intelliguntur manumiſſi: & ſic illorum manumiſſorū detrahitur pretium. & facit ad hanc poſitionē. C. de lati. lib. tol. §. ſed & qui domini. Vel dic quod teſtator alicui x. legauit, vt alienū ſeruum redimeret legatarius, & manumitteret. de hoc enim legato nō detrahitur Falcidia, niſi de eo quod ſupereſſet forte facta emptione: vt ff. de fideic. lib. l. decē. &. ff. e. l. ſed & ſi nō ſeruus. Si aūt vt ſuū propriū legatarius manumitteret: tūc nullā patitur Falcidiā legatarius [3]. & ita hæc pretia deducunf, vt Falcidiā non patiātur: vt. ff. e. l. ſi ſeruus. & l. Iulia.

ADDITIO. Ex quibus legibus no. ꝙ qñ vni legant duo, quorū alterū tantū eſt defalcabile, ꝙ de illo Falcidia pro vtroq; deducitur. ſecus aūt ſi diuerſis eſſet legatum: vt no. glo. in auth. ſimiliter. C. eo. Accur.

h Ratio habetur. habita. ſ. æſtimatione rerū, nō ex affectione, ſed cōmuni æſtimatione: vt. ff. eo. l. pretia.

i Pro rata. vt ita quartā detrahat hæres, ſi nihil ei dimiſerat teſtator: vel ſi aliquid erat reſiduum penes eum: adhuc detrahat ad ſuppletionē, vel quintā, vel etiā milleſimam: vt. ff. eo. l. in quātitate. §. fi. & facit ad hoc. C. eo. l. ij. &. ff. eo. l. Plautius.

Legatæ rei periculū ad quē pertinet.

1 Niſi talia eſſēt legata vt ſpecies: puta talē vegetem vini. l. ſi vero §. fin. cū. l. ſeq. ff. ſolu. matri.

† Ea res non debet videri alicui damnoſa, quā ipſe volēs fecerit. Ac. gl. par.

2 Quod eſt verum hodie ſi fecit inuētarium, alias ſecus. l. imponenda. C. eo.

Legatū alicui vt ſeruū manumittat: nō defalcaf.

3 Hodie tamē eſt clarum qđ de legato libertatis, et ſic pio, nō detrahitur Falcidia. auth. ſimiliter. C. eo.

a Fingamus. retento caſu, quod habebat in bonis quadringenta.

b Octaua.ſ.quadringentorum, quæ eſt quinquaginta: & ita habebit hæres prima quinquaginta: & hæc alia quinquaginta detracta, & ſic centum, & ſic quartã.

mus[a] quadringẽtos aureos legatos eſſe: & patrimonij quãtitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorũ eſſe: quarta pars legatarijs ſingulis debet detrahi †. Quòd ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus: octaua[b] debet detrahi. Quòd ſi quingentos[c] legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet[d]. Antè enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis apud hæredem remanere oportet.

TITVLVS XXIII.

DE † FIDEICOMMISSARIIS HÆREDITATIBUS: * & AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.

Fideicommiſſa ab hæredis fide nomen acceperunt: quæ licet nulla iuris neceſſitate, ſed ſolo fidei pudore olim præſtarentur, hodie tamen ad iuris neceſſitatem reducta ſunt.

Nunc trãſeamus ad fideicõmiſſa. ſed prius eſt, vt de hęreditatibus † fideicõmiſſarijs videamus. Sciẽdum itaque eſt[e], omnia fideicommiſſa primis tẽporibus infirma fuiſſe: quia nemo inuitus cogebatur pręſtare id, de quo rogatus erat.

c Quingẽtos. retẽto caſu, quod habebat in bonis quadringenta: & ſic legauit vltra, quam haberet centum.

d Detrahi debet. improprie autẽ ponitur detrahi, quo ad id qđ excedit: & proprie quo ad quartam, quę eſt in bonis: & ſic ſemel poſitũ verbũ proprie & improprie ponitur: vt. ff. de offic. procon. l. ij. Itẽ nota, ꝙ hęc Falcidia ceſſat in multis caſibus: quos dicas vt diximus ſ. l. in teſtamẽto. in gl. ij. C. ad legem Fal. & in auth. de hęre. & fal. §. & hinc nobis. col. j. Et iſti caſus patẽt in his ver. Falcidiã ceſſare facit pars debita natis. Dos, miles, vetitũ, libertas, ſponte ſolutum. Res vetitæ vendi, pietas, & chartula, crimen. Ac hęres ſi non facit inuentaria ſubſit.

ADDITIO. Nota diligenter hos verſus, ex quibus habes, quod Falcidia ceſſat in xj. caſibus. Primo, in bonorũ ſubſidio liberis relicto. Secundo, in legato dotis, quando videlicet maritus vxori dotem ſuam legat. Tertio, in teſtamento militis. Quarto, quando teſtator prohibuit illam detrahi. Quinto, in libertatibus relictis. Sexto, quando hæres non ignorans patrimonium defuncti ſponte ſoluit, non retenta Falcidia. Septimo, quãdo teſtator aliquam rem legat, & prohibet illam à legatario alienari. Octauo, in legatis ad pias cauſas relictis. Nono, in legato chartularum, ſiue inſtrumẽtorũ: quando videlicet aliquis legat inſtrumenta prædiorum aliquorum: quod quidem legatum affert vtilitatem probationis, quæ defalcari non poteſt. Decimo, ceſſat Falcidia propter crimen ſiue delictum hæredis, qui tacitũ legatum perſonæ incapaci ſoluit. Vltimo, quando hęres inuentarium facere non curauit.

† Ideſt, à ſingulis legatarijs ꝓ rata legati tantum eſt auferẽdũ, quantũ ſufficiat ad quartã totius hæreditatis, q̃ apud hæredem debet remanere.

Verbũ ſemel poſitũ proprie & improprie põt poni.

Falcidia ĩ xj caſibus ceſſat.

† Fideicõmiſſum dicitur quia olim pendebat ex fide hæredis. Aegi. per.

DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBUS & ad Senatuſconſultũ Trebellianũ.

*Iuſtinianus poſt tractatum legatorum, de lege Falc. prius, quàm de fideicommiſſis tractauit: quia lex Falcidiæ * in legatis prius fuit inuenta, quàm in fideicommiſſis. ſecũdum P. Vel ſic, Dictum eſt de legatis: ſed quia de fideicommiſſis ſumus polliciti dicere: vt ſuprà, de leg. §. ſed ne in primis. ideo de fideicommiſſis tractemus. Et quia fideicommiſſorum aliud generale, aliud ſpeciale: generale verò dignius, de generali primo videamus: vt infrà eodem. in prin. & infrà titu. j. in prin. Accurſius.*

* Sumitur hic Falcidia improprie, vt cõprehendat Treb. Aegid. per.

Nunc tranſeamus. Totus iſte tit. diuiditur in ſeptẽ partes. Primo ponit, qualiter iure vetuſtiſſimo nõ de neceſſitate, ſed verecundia quadã fideicõmiſſa præſtabantur. Secundo quomodo tẽpore Auguſti certis ꝑſonis ex neceſſitate præſtabantur: vel etiã de iure pretorio. Tertio quomodo fideicõmiſſum fieri debeat, vt valeat. Quarto, quãdo reſtituta erat hæreditas, ꝙ ex ſenatuſcõ. tranſibant actiones omnes in fideicõmiſſariũ. Quinto, qualiter ex ſenatuſc. Veſpaſiano hęres inſtitutus poterat detrahere quartã: & qualiter dicto iure hæres rogatus de tota hæreditate reſtituenda; vt trãſirẽt actiones pro rata in fideicõmiſſariũ ſtipulatio interponebaĩ ſi hęres volebat adire: ſi vero recuſabat, ex dicto ſenatuſcõ. cogebatur. Sexto, Iuſtinianus iſta duo ſenatuſcõſulta ęquiparat: & oĩa quę ſenatuſcõſultũ Treb. ſtatuit, eidem reſeruat: & q̃ ſenatuſcõ. Veſpaſianũ ſtatuit, attribuit ſenatuſc. Treb. tanquã antiquiori. Septimo, circa materiã fideicommiſſorũ certos caſus dubitabiles ponit. Secũda ibi, Poſtea. Tertia ibi, In primis. Quarta ibi, Reſtituta. Quinta ibi, Sed quia heredes. Sexta ibi, Sed quia ſtipulationes. Septima ibi, Nihil autẽ intereſt.

* In quibuſdam exẽp. hoc loco additur, & libertatibus.

† Quæ etiã à iab. ĩ l. Seius. ad Treb. fiduciarię dicũtur ea forma qua & hæres fiduciarius, id eſt fideicõmiſſarius.

CASVS. Dñe, multa iam dixiſtis nobis circa materiã legatorũ: pro Deo dicatis mihi, quid proponitis in hac materia facere? Ad hoc rñ. Amice, certe ex quo expedita eſt materia legatorũ, nunc ad fideicõ. tranſeundũ eſt: & primo de fideicõ. hæreditatibus breuiter videamus. Et hęc dicũtur vſq; ad illum ver. ſciẽdũ eſt. in quo pone caſum ſic, Dñe, video quod vultis tractare de fideic. hære. dicatis mihi modo ſi placet, qualiter erãt introducta fideicõ. & qualiter ſic appellabantur? Ad hoc reſpõ. Amice, ſcire debes, ꝙ olim omnia fideicõ. tam generalia quã ſpecialia primitiuis temporibus infirma erant: quia nemo inuitus huiuſmodi fideicom. de quibus erat à teſtatore rogatus, ſoluere cogebatur: & pro filijs ſpurijs & cæteris nõ capacibus, quibus teſtatores nõ poterant hęreditates & legata in teſtamẽto ſuo relinquere, fuerũt fideicõ. introducta. vnde ſub hac cautela relinquebãt nã fideicõ. eorũ, qui capere poterãt ex teſta. hęreditatẽ cõmittebant. & ideo fideicõ. appellata ſunt: qa nullo vinculo iuris innodata erãt: ſed tantũ pudori eorum cõmittebãt teſtatores huiuſmodi fideicõ. ſoluere: ſed nõ cogebanĩ. & ita hoc vſq; ad tẽpus diui Auguſti obtinebat. poſtea vero pius diuus Aug. gratia ꝑſonarũ capaciũ (quia fideicõ. defraudabanĩ) motus, fideicõ. huiuſmodi ad iuris neceſſitatẽ induxit. vnde qa aliqñ per fidem ſuã, vel per ipſius principis ſalutẽ aliqs rogatus nõ ſoluebat fideicõ. ideo ꝓpter magnã quorũdam perfidiã, qui fidẽ implere recuſabãt, præcipit cõſulibus, vt ipſi authoritatẽ ſuã interponerẽt: vt illi, q rogati eſſent fideicõ. ſoluere, ad eorũ ꝑſtationẽ cogerenĩ. & qa hoc iuſtũ videbaĩ & populo expediebat: paulatim conuerſum eſt in aſsiduã iuriſdictionẽ: & per ꝓceſſum tẽporis fauor fideicõ. intantũ augebaĩ, vt etiã proprius prætor circa huiuſmodi fideicõ. crearet: quẽ fideicõ. pretorem appellabant. Et hæc dicũtur vſq; ad illum. §. in primis.

e Sciẽdum itaq; eſt. q. d. tractaturis nobis de fideicõ.

quia eorum apud antiquos aliter ſe habebat tractatus, ne quid antiquitatis penitus ignoretur: itaque dicamus de fideicom. generalibus & ſpecialibus: vt argu. ſ. de teſt. in principio.

Quibus[a] enim non poterant hæreditatem vel legata relinquere, ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant hæreditatem †. Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt: qa nullo vinculo[b] iuris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebãtur. Poſtea diuus Auguſtus primus, ſemel, iterumq́; gratia perſonarũ[c] motus, vel quia per ipſius ſalutẽ rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſsit conſulibus authoritatẽ ſuam interponere[d]. Quod quia iuſtum videbatur, & populare[e] erat: paulatim conuerſum eſt in aſsiduã iuriſdictionem[f]: tantuſq́; eorum[g] fauor factus eſt, vt paulatim etiã prætor proprius crearetur[h], qui de fideicommiſsis ius diceret, quem fideicõmiſſarium appellabat †.

Ad hæc, vt valeat fideicommiſſum vniuerſale, ex teſtamento debet hæres vniuerſaliter inſtitui, qui poteſt grauari de tota, vel parte hæreditatis capiens reſtituenda. Arctinus.

In primis igitur[i] ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur[k], eiuſq́; fidei committatur, vt eam hæreditatem alij reſtituat: alioqui inutile[l] eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, Lucius Titius hęres eſto: poteſt adijcere, rogo te Luci Titi, vt cũ primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio reddas, reſtituas. Poteſt autem quiſque & de parte reſtituendam hęredem rogare. Et liberum eſt, vel purè, vel ſub conditione[m] relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die.

Reſtituta hæreditate nomen hæredis indelebile apud reſtituentem remanet: in fideicommiſſarium verò actiua paſsiuaq́; actiones transferuntur.

Reſtituta autem hæreditate is quidẽ, qui reſtituit, nihilominus hæres

[a] Quibus. vt ſpurijs. & in his nil innouatur. nam nec hodie valet fideicommiſſum: vt. ff. de iu. fiſci l. nõ intelligitur. §. j. ij. & iij. & C. de na. lib. l. j. & ij. & C. ad le. Falc. etiam ſecũdũ Azo. Sunt & alij qui capere non poterant: vt. ſ. de leg. §. legari. diximus & in his omnibus nil innouatur: vt in muliere quæ trãſit ad ſecũda vota intra tempus luctus: cui ab extraneo relinqui non poteſt: vt. C. de ince. nup. l. ſi quis inceſti. & C. de ſecũ. nupt. l. j.

[b] Nullo vinculo. i. nulla actione, ſed per officiũ iudicis: vt. ff. de verbo. ſigni. l. pecunię verbum. §. actionis.

[c] Perſonarũ. capacium duntaxat, non earũ, quæ ſunt nõ capaces: de quibus. ſ. loquutus eſt. & dic perſonarum quarundam.

[d] Interponere. ſ. vt fideicõmiſſa præſtentur generaliter in omnibus.

[e] Populare. i. populo expediens.

[f] In aſsiduam iuriſdictionẽ. i. vt aſsidue de hoc ius reddatur etiã ab alijs, quam à cõſulibus. Accurſius.

[g] Eorum. ſcilicet fideicommiſſorum.

[h] Crearetur. vt. ff. de orig. iur. l. ij. §. poſt deinde diuus. Accurſius.

In primis. CASVS. Domine, iam video qualiter fideicom. quæ olim erant infirma: poſtea per diuũ Auguſtum ad neceſsitatem iuris ſunt introducta. pro Deo dicatis mihi modo, qualiter teſtator in teſtamento ſuo rogat aliquem ſoluere huiuſmodi fideicom. Sed ante, quam Iuſtinianus ſoluat hanc quæſtionem, præmittit quoddam aliud, & dicit: Amice, in primis ſciẽdum eſt, quod neceſſe eſt quod aliquis hæres inſtituatur in teſtamento: & poſtea fidei hęredis inſtituti committatur, vt illam hæreditatem alicui alij reſtituat. Si enim ſecus fieret, teſtamentum inutile eſſet, in quo nullus hæres eſſet inſtitutus: & per conſequens ea, quæ in illo teſtamento relinquerentur, nullius eſſent momenti. Cum igitur aliquis in teſtamẽto ſibi adſcripſit heredem: puta per talia verba, Lucius Titius hæres meus eſto. poterit poſtea ſic adijcere, Luci Titi hæres meus cum primum poſsis hæreditatem adire: eam Caio Seio reddas & reſtituas. Et non ſolum de hæreditate reſtituenda poteſt teſtator rogare hæredem ſuum, ſed etiam de parte hæreditatis alicui reſtituenda eum rogare poteſt: & liberum eſt ipſi teſtatori vel pure, vel ſub conditione, vel ex die certo fideicommiſ. tam generale, quam ſpeciale relinquere. Et hæc dicuntur vſq; ad illum. §. reſtituta. Franc.

[i] In primis igitur. ſcilicet quia ius fideicommiſſorum expoſituri ſumus. quoniam autem fideicommiſſa vniuerſalia & ſingularia hoc, ſcilicet vt hæres primo inſtituatur, in ſua habent natura communiter: igitur de eo in primis notandum eſt. ſic & econtra dicitur, & continuatur. ſ. de leg. §. ſed in primis.

[k] Hæres inſtituatur. poteſt etiam ab inteſtato: vt. j. eo. §. præterea. qui eſt contra.

[l] Inutile. no. nõ valere teſtamẽtum ſine hærede. ſic. ff. de ijs, quæ in teſta. del. l. pxime. §. Calphurnius Conginus. & ff. de condi. l. finali.

[m] Sub conditione. quot, & à quo ſunt implendæ conditiones. dic vt. ff. ad Trebel. l. facta. §. ſi ſub cõditione.

ADDITIO. Secus tamen eſt in directa. §. hæres. ſ. de hæred. inſtit. Et eſt ratio: quia hoc ius hæreditarium non eſt in ſuſpẽſo: quia remanet penes hæredem: vt. j. proxi. §. Ang.

Reſtituta. CASVS. Domine, iam video qualiter teſtator poteſt rogare hæredem inſtitutum, vt ipſe alicui reſtituat totam hæreditatem, vel eius partem. Sed pone, Quidam inſtituit Petrum hæredem, & rogabat eũ per fideicommiſ. vt totam hæreditatem reſtitueret M. modo quæro, à vobis, vtrum facta reſtitutione ſecundum voluntatem teſtatoris P. nihilominus debeat hæres cenſeri? Et reſpond. Iuſtinianus quod ſic. nam reſtituta hæreditate, ille hæres qui fuit inſtitutus, nihilominus poſt reſtitutionem permanet hæres. Fideicommiſ. vero cui hæreditas reſtituitur: quandoque loco hæredis, quandoque loco legatarij habebatur: ſed Neronis temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca exiſtentibus conſulibus factum fuit ſenatuſconſultũ Trebellianũ, in quo quidem ſenatuſconſul. cautum eſt, vt ſi hæreditas ex cauſa fideicom. alicui reſtituta ſit: omnes actiones quæ de iure ciuili ipſi hęredi, vel aduerſus hæredem competerent: fideicommiſ. & aduerſus ipſum poſt reſtitutionem hæreditatis ei factam darentur. & poſt illud ſenatuſconſ. pretor actiones ipſi fideicommiſ. & aduerſus ipſum quaſi hæredi & in eundem dare cœpit. & ita manifeſte liquet, quod ſecundum ſenatuſcõ. Treb. ille cui ex fideicõ. reſtituta erat hæreditas: quantum

* Niſi tamẽ ipſis à patre relictum eſſet ab extraneo per fideicõmiſſum nã tũc valere no. Spec. titu. de ſucceſſ. ab inteſt. §. ĩ primis. Cuius rationẽ eſſe ait Bald. quod ipſis à iure relinqui prohibitum nõ ſit. At qua ratiõe poſſint efficaciter inſtitui ſpurij, vide p Cepol. in. lxxj. q. quæ ĩcipit, Octaua cautela.

† Veluti olim non poterat à marito vxor hæres inſtitui: ſed per fideicõmiſſum fieri poterat, vt ad eam bona peruenirẽt. q indicat Fabius li. viij. cap. ij. Fran. Balduin9 hic.

† Quis autẽ de fideicommiſsis prius cognouerit Romę, tradit Quintilia. cũ ait, Nõ debes apud prætorem petere fideicõmiſ. ſed apud conſules: maior enim p̃toria cognitiõe ſũma eſt At tu, infer huc q̃ tradit Bu. in Pãde. li. j.

permanet [a]: is verò qui recipit hæreditatem, aliquādo [b] hęredis, aliquādo [c] legatarij loco habetur. Et Neronis quidem temporibus Trebellio [d] Maximio, & Annæo Seneca conſulibus [e], ſenatuſcōſultum factum eſt: quo cautum eſt, vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omēs [f] actiones, quę iure ciuili [g] hæredi & in hęredem cō peterent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hæreditas. Poſt quod ſenatuſcōſultum prætor vtiles actiones ei, & in eum, qui recepit hęreditatē [h], quaſi hæredi & in hæredem dare cœpit.

Pegaſiano ſenatuſconſulto introductum fuerat, hæredē totam hæreditatem reſtituere grauatū, quadrantem detrahere poſſe, ne ſolo nomine hæres eſſet, actionibus tamē aētiuis paſſiuiſq; apud eum remanētibus, niſi ſtipulatione ſibi prouideret vt damnum lucrumq; ſibi & fideicommiſſario pro quota commune foret: ſin autem intra dodrantem reſtituere rogabatur, tunc Trebelliano ſenatuſconſulto locus erat: ex quo tā hæres, quàm fideicommiſſarius pro ratis portionibus onera ſuſtinebant.

Sed quia hæredes ſcripti, cum aut totam hæreditatem, aut penè totā plerunq; reſtituere rogabantur, adire hæreditatem ob nullum, vel mini

quantum ad emolumentum & onus loco hæredis habebatur. & iſta dicuntur in tertia parte vſque ad illum. §. ſed quia hæredes.

a Hæres permanet. not. quod ſemel eſt, ſemper erit, ſic. ff. de mi. l. etiam ſi ſine. alias incipit. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. in fin. ibi, ſine dubio hæres. & ff. de hæred. inſti. l. ei qui ſoluēdo. in fine. Accur.

ADDITIO. Hoc obtinet in immutabilibus de natura vel conſtitutione iuris, alias ſecus: arg. §. vt autē. in auth. de nō alie. colla. j.

b Aliquando. i. ſecundum vnū ius: vt per Treb. vt ſtatim dicet. nam oīa tranſibant.

c Aliquando. id eſt, ſecundum aliud ius non erat loco hęredis, ſed legatarij, vt per Pegaſianum: ſecundum quod retinet iſtitutus quartam: vt. j. eodē. §. ſed quia. & §. poſt quod.

d Trebellio. & hinc dictū fuit Trebellianum ſenatuſcōſultum: & Macedonianum à Macedone: vt. ff. ad Macēd. l. j.

e Conſulibus. ſcilicet exiſtentibus.

f Omnes. imo non omnes, etiam per Trebellianum: vt. j. eo. §. ergo contra. Sol. licet hic dicat, omnes: nō tamen dicit totę vel in totum. ſecundum Ioan. [1] Vel dic, quod quando de toto erat rogatus, habebat locū quod hic dicitur. ſi autem retenta quarta de cętero erat rogatus habet locum, quod dicitur infra. Accur.

[1] Et ſi ceuerbū omnis, eſt diſtributiuū vniuerſaliū totius vero particularīū: ꝙ no. ſecundum Ange. Sed Ioā. Fab. hoc reprobat & tenet ſequentem ſol.

g Iure ciuili. vel etiam prętorio: dummodo tales ſint prætoriæ, quæ ſunt tranſitoriæ: vt ſunt perſecutoriæ: vt. ff. de act. & obli. l. in honorarijs. &. ff. eo. ad ſena. Treb. l. j. §. quāquam. ſecus in pœnalibus: vt. j. de act. §. pœnales.

h Hæreditatem. non facta ceſſione actionum. alias enim etiam directas habet ex nomine cedentis.

Sed quia hæredes. CASVS. Domine, iam video, quod ſecundum ſe. con. Trebel. cui reſtituebatur hæreditas, quo ad onus & emolumentum loco hæredis habebatur, ſed vos dixiſtis mihi ſupra, ꝙ hæreditas quo ad onus, quandoq; habebatur. Ad hoc reſpon. Iuſtin. quia ſupra diximus, ꝙ hæredes ſcripti in teſtamento, totius hæreditatis reſti. poterant grauari, nec per ſena. conſul. Treb. aliquod remedium habebant: & idcirco hæreditatem ob nullum vel minimū lucrum adire plerunque recuſabāt: cum vel totam hæreditatem, vel fere totam per fideicom. reſtituere cogebantur: vnde teſtamento ab hæredibus ſcriptis deſerto fideicom. in teſtamento relicta penitus extinguebantur: ideo poſtea temporibus Veſpa. Auguſti Peg. & Puſione exiſtentibus conſulibus factum erat ſena. conſul. Peg. in quo quidē ſena. conſul. ſtatutum fuit, vt liceret hęredi ſcripto, qui rogatus eſſet per fideicom. hęreditatem reſtituere, quartam totius hæreditatis retinere. ſicuti beneficio. l. Fal. ex ſingulis legatis quartā retinere conceditur. Et non ſolum huiuſmodi beneficiū retentionis quartæ in vniuerſitate erat hæredibus cōceſſum: ſed etiam in ſingulis quoq; rebus per fidei. relictis eadem retētio quartæ ex Pega. ſenatuſcō. hęredi indulgebaſ. vnde poſt ſena. coſ. Pega. hęres ſcriptus occaſione illius onera hæreditaria ſuſtinebat: ille vero qui ex fideicō. partē hęreditatis recipiebat, puta dodrantē, loco legatarij partiarij habebatur. i. illius legatarij, cui pars bonorū legabaſ. Nam huiuſmodi ſpecies legati vocabaſ partitio: & hoc ideo, qa talis legatarius cum hęrede participabatur hęreditatem: & in hoc caſu ſtipulationes quæ ſolebant inter hęredem & partiariū legatariū interponi, eædē inter fideicō. & hęredem interponebātur. i. vt lucrum & damnū hæreditarium pro rata portione inter eos cōmune eſſet. vnde tūc demū habebat locū ſenatuſc. Trebel. quando nō totam hęreditatē, vel vltra dodrantē hęreditatis reſtituere rogabatur hęres: & in hoc caſu ex ſenatuſcō. Treb. fiebat reſtitutio. & ſine iterpoſitione ſtipulationis actiōes hęreditariæ in vtrunq;, videlicet hęredē ſcriptū & fideic. qui loco hęredis habebatur pro rata portione diuidebantur. Si vero plus, quā dodrantē vel totā hæreditatē fideic. reſtituere rogabatur: tūc ex ſena. Peg fiebat reſtitutio: & hęres qui ſemel adibat hęreditatē: ſi ſua voluntate et nō cōpulſus hoc fecerat: ſiue beneficio Peg. vſus ſibi quartā retinebat, ſiue quartam ſibi retinere nolebat: niſi per interpoſitionē ſupradictę ſtipulationis ſibi proſpexiſſet, vniuerſa onera hęreditaria per ſenatuſcō. Pega. ſuſtinebat: quarta tñ ab hęrede retēta etiā ad euitationē onerum hęreditariorū quaſi partis pro parte ſtipulationes interponebātur, quæ ſolebāt ſolebāt interponi inter partiariū legatariū, & hæredem. Alter enim ab altero ſtipulabatur, vt vterq; eorū onera hæreditaria, ſicut emolumētum, pro rata portione ſuſtineret. ſi vero hęres ſcriptus totā hęreditatē fideicō. reſtituebat: in hoc caſu emptæ vel vēditæ hęreditatis ſtipulationes inter ipſum hęred. & fideicō. interponebātur. & hęc dicuntur vſq; ad illum ver. Sed ſi recuſet. in quo pone caſum ſic, Dñe, iam video in quo caſu habebat locū ſe. cō. Treb. olim, & in quo caſu locū habebat Peg. & q̃ fuit ratio ſuæ inictionis Pegaſiani: & in qbus differunt illa duo ſenatuſc pro Deo, dicatis mihi ſi placet, ſi in aliquo caſu habeāt cōuenientiā illa duo ſenatuſc. ad hoc rñ. Iuſti. ꝙ ſic, Dictū eſt enim ſupra, qd iuris eſt, quādo hæres ſcriptus ſua ſponte adibat & reſtituebat hęreditatē, ſed certe ſi ſcriptus hęres recuſauerit hęreditatē adire, quia dicit eā ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam: in hoc caſu cauebatur ſe. conſ. Peg. vt deſiderāte fideicō. ſibi reſtitui hęreditatē iubēte prętore ſcriptus hęres hęreditatē adire & reſtituere fideic. cōpelleref: & tūc omnes actiones hęreditariæ ipſi fideicō. & aduerſus eū, cui authoritate Peg. ſen. facta fuiſſet reſtitutio, dabanf. & in hoc caſu, qñ hęres coactus hęreditatē reſtituit, ſtipulationes à Peg. deſcēdētes nō erāt neceſſarię: qa ſine iterpoſitione cuiuslibet ſtipulationis ſimul hrdi ſcripto, q coactus hęreditatē reſtituebat, plena dabaf ſecuritas, & oēs actiones hrditarię ipſi fideic. & in eū trāsferebanf.

In hoc enim caſu vtrunq; ſena. quo ad mentē cōcurrebat. Et hæc dicunt vſq; ad illū. §. ſed qa ſtipulatiōes.

a Recuſabant. ſic. ſ. ti. j. in prin.

b Conſulibus. ſ. exiſtentibus.

c Perinde liceret quartam: i. dicere ſicut per legē Falcid. defalcātur ſpecialia legata: vt. ſ. ti. j. §. cū aūt. & §. j. ita generale fideicōmiſſum defalcantur per Pagaſianū ſenatuſconſultū, vt hic. Et no. triplicē eſſe quartam. Vna * dicitur naturæ debita: vt quæ debetur filijs; & filiabus, & inferioribus, & ſuperioribus, & quibuſdā tranſuerſalibus: vt. C. de inoff. teſt. l. cum quærit. & l. parētibus. quæ eſt aucta in auth. de trien. & ſe. §. j. col. iij. & hoc dicit debitum bonorū ſubſidium: vt. C. de inof ſic. dona. l. ſi totas. Alia eſt quæ debetur iure inſtitutionis: vt ex ſingularibus legatis & fideicōmiſſis: vt. ſ. titu. j. Alia, quę dicit Trebellianica: vt. j. eo. §. ſed quia. licet fuerit per Pegaſianū inducta, vt hic. Itē eſt quarta quædam, quæ debetur ex cōſtitutione diui Pij filio arrogato: vt. ſ. de adop. §. cum autem.

ADDITIO. Item eſt & alia. quę debetur cōcubinæ, quā quis acceperat ea intentione, quod eam duceret in vxorē: q̄m ſi poſtea animo mutato illā expellat, tenet ei quartā partē ſuæ ſubſtātiæ dare: vt in aut. qui. mod. nat. eff. leg. §. ſit igit. alias & melius. §. quoniam autem. quaſi circa fin. tit. col. vj.

mum lucrū recuſabant [a]: atq; ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus Pegaſo & Puſione conſulibus [b], ſenatus cenſuit, vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde † liceret quartā partem [c] † retinere †, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex ſingulis quoq; rebus, quæ per fideicommiſſum relinquūtur, eadem retētio permiſſa eſt [d].

Poſt quod ſenatuſconſultum [e] ipſe hæres onera [f] hæreditaria ſuſtinebat: ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem [g] hæreditatis, legatarij partiarij loco erat, id eſt, eius legatarij, cui pars bonorum [h] legabatur, quæ ſpecies legati partitio vocabatur: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatē. Vnde quæ ſolebant [i] ſtipulationes inter hæredē & partiarium legatariū interponi [k], eædem interponebātur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem, & hęredem: id eſt, vt lucrum, & damnum hæreditariū pro rata parte inter eos commune eſſet [l].

Olim ſi quis erat rogatus de reſtituendo dodrantē ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones diuidebantur pro rata: ſed ſi vltra dodrantem, tunc ex ſenatuſconſulto Pegaſiano omnes actiones remanebant penes hæredem, niſi ſtipulatio de diuidendo fuerat interpoſita. Et hoc ſi ſponte adibat: ſin autem coactus, ex ſenatuſconſulto Trebelliano actiones omnes tranſibant in fideicommiſſarium. Aret.

Ergo ſi quidem [m] non plus, quàm dodrantē hæreditatis ſcriptus hæres rogatus ſit reſtituere: tūc ex Trebelliano ſenatuſcōſulto reſtituebatur hęreditas: & in vtrunque actiones hæreditariç pro rata parte [n] dabantur: in hæredem quidem iure ciuili, in eum verò, qui recipiebat hæreditatem, ex ſenatuſconſulto Trebelliano, tanquam in hæredem. At ſi plus, quàm dodrantem, vel etiam totā hæreditatē reſtituere rogatus eſſet: locus erat Pegaſiano ſenatuſconſulto. & hæres, qui ſemel adierat hæreditatem (ſi modò ſua volūtate adierat) ſiue retinuerat quartam partem, ſiue retinere noluerat *: ipſe vniuerſa onera [o] hæreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta, quaſi partis & pro parte ſtipulationes interponebātur, tanquam inter partiariū legatarium, & hæredem. Si verò totam hæreditatem reſtitueret [p]: emptę & venditæ hæreditatis ſtipulationes interponebantur [q].

Hæreditatem reſtituere grauatus, [illegible] adire & reſtituere cogitur quo caſu in fideicommiſſariū omnes traſmittuntur actiones.

Sed ſi recuſabat ſcriptus hæres adire hæreditatem, ob id quòd diceret, eam ſibi ſuſpectā eſſe,

d Permiſſa eſt. per ſenatuſc. Peg. ſ. ab hærede, nō à legatario grauato alij dare vel reſtituere: vt dicemus. j. §. j.

e Poſt quod ſenatuſconſultum. ſ. Pegaſianum.

f Onera. ſcilicet omnia.

g Partem. ſ. dodrantem.

h Pars bonorum. Intelligas tamen ſub nomine hæreditario, alias autem iſte textus non procederet: quia ille cui relinquitur pars bonorum, non ſuſtinet aliqua onera: vt. l. bonorum. ff. de verbo. ſignifica. & nota. in l. non amplius. §. fina. in gloſſ. fina. cum. l. ſequenti. & ibi Bartol. ff. de legat. j. & facit tex. cum gloſſ. & Bartol. in l. mulier quę duobus. §. finali. ff. eo. item. ad ſenatuſconſul. Treb. ſing.

i Solebant. ſcilicet, iure vetuſtiſſimo, ſecūdum Placenti. nam legatarius non ſuſtinebat onera: & ideo hæc ſtipulatio interponebatur. Sed cum hodie legata fideicommiſſis ſint adæquata: vt ſupra de leg. §. ſed non vſq;. & in fideicommiſſo diuidantur onera inter hęredem & fideicōmiſſariō: vt infra proximo. § ergo. & §. ſed quia ſtipulationes. patet quod hæc legata vniuerſalia ſeu particularia ſine ſtipulatione debent trāſire cum onere. & facit ad hunc. §. ff. de legat. ij. l. ſi quis ſeruum. §. fin. & l. ſequen. in princ. titu. Accur.

k Interponi. puta quando legabatur dodrans. Acc.

l Commune eſſet. ſed hac ſtipulatione non interpoſita omnia onera erant hæredis rogati occaſione quartę, quam retinebat: vt. j. eo. §. proxim. verſ. at ſi plus. Acc.

m Ergo ſi quidē. tunc demū locū habet ſenatuſcōſultū Pegaſianū, quando vel totum vel vltra dodrantem hæres rogatus eſt reſtituere. ergo &c.

n Pro rata parte. ſ. e. §. reſtituta. contra. Solu. vt ibi in glo. omnes. Accur.

o Vniuerſa onera. niſi ſtipulationē ſupradictā interpoſuiſſet: vt. ſ. e. §. ſed quia. verſ. poſt q̄d. & hic ſubijcit.

p Reſtituerct. ſ. ſponte. nā poterat quartā retinere per Pegaſianum: vt. ſ. eo. §. poſt quod.

q Interponebantur facit. ff. de pec. l. ſi creditor. & ff. mand. l. hæredem. §. ſi.

* Habes in ea. gl. aliā in. l. in quarta. ff. ad. l. Falc. & in. l. filium. C. fa. erci.

† Not. quos charitas nō prouocat ad bñficia ſpe lucri incitādos. Acc gl. per.

† Ergo videt, q̄d hæc quarta debeat dici pegaſiana potius quam Trebellianica. dic q̄ ſublatū eſt Senatuſcō ſul. Pegaſia. & eius authoritatem habet Trebel. vt. j. eo. §. ſed quia. Acg. per.

† Cōcor. cum hoc text. capi. Raynutius. in gl. ſuper verb. Trebelliano. ante mediū. extra, de teſt. Quarta eſt multiplex

Iſta glo. nō eſt Accur. ſed additio.

* Ad hoc nō procedit legata bonorum parte etiā facta ex æquatiōe, ſecūdū Bar. in. d. §. ſul.

* In plerisque exēpl. atq; adeo in ipſa Haloandri æditiōe ſcriptum eſt, ſiue retinere voluerat. ſed non recte, vt patet ex ver. Si vero totam hæreditatē, quo loco caſū hunc decidit, quo noluit hæres retinere quartā: ſed maluit integrā hęreditatē reſtituere. Certe Theophilus noſtrā hāc lectionem ſequutus eſt: ſic enī ille ſcripſit, Εἴτε κατεχράτησε τὸ δ´ εἴτε ἀδουλήθη κατασχεῖν, id eſt ſiue retinuerit quartā, ſiue retinere noluerit.

quaſi damnoſam [a]: cauebatur Pegaſiano ſenatuſconſulto, vt deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu prætoris adiret, & reſtitueret hæreditatem: perindeq́ ei, & in eum, qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano ſenatuſconſulto. quo caſu [b] nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas datur: & actiones hæreditariæ ei, et in eum transferuntur, qui recipit hæreditatem, vtroque [c] ſenatuſconſulto in hac ſpecie concurrente.

Exploſo Senatuſconſulto Pegaſiano, & omni eius authoritate Trebelliano attributa, hodie hæres reſtituere grauatus, quadrantem hæreditatis indiſtinctè conſequitur: actioneſq́ue inter eum & fideicommiſſarium pro quota portione ſcinduntur: niſi aut totam hæreditatem ſpōte reſtituat, aut coactus adeat, quibus ſanè caſibus quicquid commodi vel oneris eſt in hæreditate, id totum in fideicommiſſarium deuoluitur.

Sed quia ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano deſcendētes, & ipſi antiquitati diſplicuerūt: & quibuſdam caſibus [d] captioſas eas homo excelſi ingenii Papinianus appellat: & nobis in legibus magis ſimplicitas [e], quàm difficultas placet: ideo omnibus nobis ſuggeſtis [f], tam ſimilitudinibus, quàm differentijs vtriuſque ſenatuſconſulti, placuit, exploſo ſenatuſconſulto Pegaſiano, quod poſtea [g] ſuperuenit, omnem authoritatē Trebelliano ſenatuſconſulto præſtare: vt ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartā [h], ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet: liceat [i] ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra authoritate retinere, ...

Iudicē recuſati, ſufficit allegare ſuſpicionem.

a Quaſi damnoſam. licet cauſam nō aſſignet: quia variæ ſunt hominū voluntates: vt. ff. ad Treb. l. quia poterat. ibi, non enim. Accur.

ADDITIO. Idem dicunt doctores hic in recuſatione iudicis: quia ſufficit ſimplex allegatio ſuſpicionis cū iuramento: niſi recuſatio eſſet notorie fruſtratoria: vt quia datus eſſet de cōmuni concordia partiū: & ideo interim proceſſus iudicis recuſati eſt nullus ipſo iure, quæ omnia obtinent de iure ciuili, & in terris Imperij. ſed de iure canonico debet inſeri cauſa, & probari corā arbitris cōmuniter eligendis. c. ſuſpicionis. extra de officio deleg. & c. cum ſpeciali. de app. Ange. & Porc.

b Quo caſu. i. cū per Trebellianum reſtituiſ tota. Vel dic per Pegaſianū, ſcilicet in caſu propoſito vbi coactus adijt. ſi vero nō coactus, ſed ſponte, ſecus: vt. ſ. eo. §. ſi vero totam.

c Vtroque. ſcilicet Trebelliano: qa nihil retinebat: & Pegaſiano: quia cogebatur. & ita quo ad ſententiam concurrunt, quo ad verba enim non concurrūt: cum alio caſu vnū: & alio aliud loquebatur.

Sed quia ſtipulationes. CASVS. Domine, iam video in quibus ſe. con. Treb. & ſenatuſ conſ. Pega. differebant, & in quibus conueniebant. nūquid remanet adhuc hodie vtrunq; in ſuo vigore? Ad hoc reſpon. quod non. Cum enim ſtipulationes ex Pegaſiano ſenatuſcōſ. deſcendentes non ſolum modernis, ſed etiam ipſi antiquitati diſplicuerint: Pap. homo excelſi ingenij eaſdem ſtipulationes in quibuſdam caſibus captioſas appellet: & nobis magis ſimplicitas, quā difficultas in legibus placeat: ideo relatis nobis omnibus tam ſimilitudinibus, quam differentijs vtriuſq; ſenatuſcōſ. placuit abrogato ſe. conſ. Pega. quod poſtea circa fideicom. hæreditates inuentum erat: omnem eius authoritatē ſe. con. Treb. attribuere: vt hodie ex ſolo ſe. con. Treb. fideicōmiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue hæres ex voluntate teſtatoris quartam partem, ſiue plus, ſiue minus, ſiue penitus nihil retinuerit: & in eo caſu, quando ex voluntate teſtatoris, vel nihil, vel minus quarta habet: liceat ipſi hæredi vel quartam, qn̄ nihil penitus habet: vel quod deeſt quartæ, qn̄ aliquid habet, minus tn̄ quarta: ex noſtra authoritate retinere: vel ſi forte totam hæreditatem per ignorantiā facti reſtituerit: liceat ei quartam repetere: & in hoc caſu ſtatuimus ex ſena. conſ. Treb. actiones hæreditarias, tam in hæredem, qui reſtituit hæreditatem, quam in fideicom. cui reſtituitur pro rata portione vtriſq; competere. & hæc locum habent, quando hæres quartā ſibi retinet. Si vero hæres totam hæreditatem fideicommiſ. ſponte reſtituerit: in hoc caſu omnes actiones hæreditariæ fideicommiſſ. & aduerſus ipſum dabuntur. Et non ſolum, quę dicta ſunt, tranſtulimus in ſenatuſconſult. Trebellia. ſed etiam illud quod præcipuū fuerat in ſenatuſcō. Pegaſian. vt ſcilicet quando hæres ſcriptus recuſabat adire, authoritate Pega. compelleretur, & totam hæreditatem fideicommiſſ. reſtituere, & omnes actiones ad fideicō miſſ. & aduerſus eū cōferre: & hoc etiā ad ſenatuſcon. Trebellia. trāſtulimus, volentes vt ex eo ſolo hæres compellatur adire, & fideicommiſ. deſideranti hæreditatem reſtituere: in hoc caſu nullo damno, vel commodo apud hęredem adire & reſtituere coactum remanente. Et nihil in hoc caſu intereſt, vtrum aliquis hæres inſtitutus ex aſſe, totam hæreditatem, aut pro parte reſtituere rogatus fuerit: an ex parte hæres inſtitutus, totam partem: aut partem illius partis reſtiture ſit rogatus. nam & in hoc caſu eadē iuſſimus obſeruari, quæ in reſtitutione totius hæreditatis. ſ. diximus. & hæc dicuntur vſque ad. §. ſi quis vna. cuius caſus planus eſt vſque ad §. præterea.

Sed quia. dixi interponi ſtipulationes ex ſenatuſcōſulto Pegaſiano &c. Accur.

d Quibuſdā caſibus. ſ. propter ſolennitatē verbo. vt dicunt: vel tunc qn̄ is cui reſtituta erat, non erat ſoluendo: vnde inutilis erat ſtipulatio. Vel verius hos captioſos modos neſcimus qui ſint.

e Simplicitas. no. ſimplicitatē amicā legibus. & facit j. de leg. ag. ſuc. §. nos vero. & ff. de dolo. l. j. in prin.

ADDITIO. Intellige de ſimplicitate, quæ eſt cōtraria fraudi: nō autem de fatuitate: quia illa eſt damnabilis. l. iij. §. ſi. ff. de ſuſpect. tut.

f Suggeſtis. Hic not. quod in ſententia ſunt allegationes repetendæ.

g Quod poſtea. quia prius fuit Trebellia.

h Quartam. ſcilicet de bonis hæreditatis, detracto tamen alieno ære: vt. C. eo. l. & ſine ſcriptura.

i Liceat. etiam contra voluntatē defuncti iure iſto, ſcilicet inſtitutionum: vt. C. ad legem Falcid. l. ſi vt alleges. hodie forte contra, ſecundum quoſdam: vt in authentica de hæred. & Falcid. §. ſi vero expreſsim. collatio. j.

Simplicitas eſt legibus amica.

Poteſt tamen fideicōmiſſario volente quartā totius hæreditatis deducere: & tunc tenetur creditoribus pro ſua rata. de quo et qualiter legatarijs teneatur: vide per Ange. hic.

Solut

nere: vel repetere ſolutum [a] quaſi ex Trebelliano ſenatuſconſulto: pro rata portiõe actiõibus [b], tam in hæredem, quàm in fideicõmiſſarium competentibus. Si verò totã hæreditatem ſponte reſtituerit [c]: omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario, & aduerſus eũ competant [d]. Sed etiam id, quod præcipuum Pegaſiani ſenatuſcõſulti fuerat [e], vt quando recuſaret hęres ſcriptus ſibi datam hæreditatẽ adire, neceſsitas ei imponeretur, totam hęreditatẽ volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eũ & contra eũ trãſferre actiones: & hoc trãſpoſuimus ad ſenatuſconſultũ Trebellianum: vt ex hoc ſolo neceſsitas hæredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius deſideret reſtitui ſibi hæreditatẽ: nullo nec dãno nec commodo apud hæredem [f] remanente.

Quod iuris eſt de toto quò ad totum: idem iuris eſt de parte quò ad partem. Aretı.

Nihil autem intereſt: vtrum aliquis ex aſſe hæres iuſtitutus, aut totam hęreditatẽ, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte hæres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatur. Nam & hoc caſu eadem obſeruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus [g].

Hæreditatẽ deducta quarta reſtituere grauatus, pro ea parte hæreditatis onera ſuſtinet: quid ſi certa re quantũuis maxima ſiue quantitate præcepta, reſtituere rogetur, nullis tamen oneribus impingatur, ſed vniuerſæ ad fideicommiſſarium conuolant.

Si quis vna aliqua re deducta, ſiue præcepta, quę quartã [h] cõtinet (veluti fundo vel alia re) rogatus ſit reſtituere hæreditatem: ſimili modo ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtitutio fiet † perinde, acſi quarta parte retenta, rogatus eſſet reliquã hæreditatẽ reſtituere. Sed illud intereſt, ꝙ altero caſu. i. cũ deducta, ſiue præcepta aliqua re reſtituitur hæreditas, inſolidũ ex eo ſenatuſcõſulto actiones transferũtur: & res quæ remanet [i] apud hęredẽ, ſine vllo onere hęreditario apud eũ remanet, quaſi ex legato ei adquiſita. Altero verò caſu i. quũ quarta parte retẽta rogatus eſt hęres reſtituere hęreditatẽ, et reſtituit: ſcindũtur actiones [k], & pro dodrãte quidẽ trãſferunt ad fideicõmiſſariũ, pro quadrãte remanẽt apud hæredẽ. Quinetiã licet vna re aliqua deducta, aut pręcepta, reſtituere aliquis hæreditatẽ rogatus ſit, in qua maxima pars hęreditatis cõtineatur, æquè inſolidũ trãſferunt actiones. Et ſecũdũ deliberare debet is, cui reſtituiẽ hęreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadẽ. ſ. interueniũt, & ſi duabus pluribus´ve deductis, p̃ceptis´ve rebus reſtituere hęreditatẽ rogatus ſit, Sed & ſi certa ſumma deducta præcepta´ve, quæ quartã, vel etiã maximã partẽ hæreditatis conti-

a Solutum. propter facti, non iuris ignorantiam: vt C. ad leg. Fal. l. error.

b Actionibus. ſ. creditorum, non legatorum, ſecundum B. vt. ff. ad ſenatuſc. Treb. l. j in fi. & l. apud. j. rñ. ſed & legatarijs reſpondet hæres, cũ eis fideicõmiſſaria portio non ſufficit: ſic tñ, vt totius hæreditatis quarta ſibi reſeruetur: vt. ff. ad Treb. l. j. §. ſi is, qui. ſecundum Ioã. Sed Azo contra. C. ad Treb. l. ij. Sed illa ſecũdum ſupradictam diſtinctionem intelligitur.

c Reſtituerit quę reſtitutio fit re & verbo. re, vt ſi patiatur res hęreditarias à fideicõmiſſario poſsideri. vel totas, vel aliquas earum, hac mente vt ſibi reſtituatur hæreditas, verbo autẽ ſic, reſtituo hæreditatem tibi, licet corporaliter rerũ poſſeſsionem non tradam. & extunc res fiunt fideicommiſſarij in vtroque caſu: vt. ff. ad Trebel. l. facta. in princ. Sed nunquid etiam ante factam reſtitutionem eſt fideicommiſſarius dominus: vt. C. commu. de legat. l. fi. §. ſed quia? Reſpond. non: quia ante reſtitutionem omnia facit hæres, & etiam manumittit ſeruum hæreditarium: quod non faceret, ſi alius eſſet dominus: vt. ff. ad Trebellian. l. Marcellus. §. res. & l. ſi hæres inſtitutus. §. ſi hæres. Nec obſt. dicta. l. communia de legat. quæ dicit dari rei vẽdicationem fideicommiſſario generali. nam eſt intelligendum ex quo hæreditas eſt reſtituta. Vel ſpeciale eſt in rebus alienatis, vt ante reſtitutam hæreditatem detur fideicommiſſario vtilis rei vendicatio.

d Competant. quia per omnia eſt vt hæres: vt. ff. qđ cum eo. l. ſi filius. §. finali.

e Fuerat. vt. ſ. eo. §. ergo. verſi. ſed ſi recuſet.

f Apud hæredem. cui etiam cauebit fideicommiſſarius de præſtando eum indemnem futurum occaſione hæreditatis: vt. ff. ad Trebell. cum hæreditas. & etiam pro futuris habet exceptionem: vt. ff. ad Trebell. l. j. §. quanquam [1]. Sed hæc cautio de qua hic dicitur, qualiter fit? Reſpon. per officiũ iudicis, poſtulante eo, cui eſt reſtituenda hęreditas vel quota pars: non autem ſi ſingulare fideicõmiſſum ſit relictum: vt. ff. ad Trebellia. l. nam quod. §. nõ omnis. vel etiam poſtulante procuratore eius, cui ſit mandatum. nec ſufficit cauere de rato: vt. ff. ad Trebellia. l. quidam. §. j.

ADDITIO. Et not. quod procuratori ſimpliciter & habenti ſpeciale mãdatum poteſt fieri reſtitutio hæreditatis: non autem procuratori in rem ſuã ſiue ceſsionario: vt eſt caſus mirabilis in. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. do.

g Diximus. vt. ſ. eo. §. ſed quia ſtipulationes. & proxi. §. Et not. quod idẽ iuris eſt in toto, quo ad totũ, quod in parte, quo ad partẽ: vt. ff. de acquirẽ. hære. l. ſi ſeruus. & ff. de vſucap. l. qui ſcit. in princ. Argu. contra. ff. de euict. l. ex mille. in gloſſ. pro parte.

ADDITIO. Tu dic, quod hæc regula procedit, quãdo eſt eadem ratio in parte, quæ in toto: alias non, vt in contrario.

h Quartam. vel etiam minus quarta: ſed tamen agitur ad ſupplementum [2], vel retinebit: vt. ff. eod. l. j. §. ſi hæres præcepto. in fine.

i Remanet. facit C. de hære. inſtit. l. quoties.

k Actiones. ſ. creditorũ, non legatorũ. quod dic vt. ſ. e. §. ſed quia. in fine.

[1] Hoc verũ facta reſtitutione: ſed ante ipſam bñ cõuenit. l. ita tamẽ. §. q ex Trebelliano. ff. e. Ange.

† Adeo vt etiam illa certa res, quę quartam continet, amittatẽ, ſi coactus hæres adeat. l. ita tamẽ. §. ſi pręceptis. ff. ad trebelli.

Ius idẽ eſt i toto quo ad totum: qđ in parte quo ad partem, & econtra.

[2] Et tunc pro eo qđ ſuppletur, tenetẽ creditoribus: quia illud videtur habere ad reſtitutionẽ quotæ.

net, rogatus ſit aliquis hęreditatē reſtituere: idem iuris eſt †. Quæ autem diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus [a] eſt, eadē trāſferimus & ad eū, qui ex parte hæres ſcriptus eſt.

Ille qui ab inteſtato bona d. [illegible] ſuccesſi cœperit, & etiam fideicommiſſo [illegible] poteſt grauari de reſtituendo totam hereditatem, vel partem [illegible] h. d. Aret.

Pręterea īteſtatus quoque moriturus poteſt rogare [b] eum, ad quē † bona ſua vel legitimo iure, vel honorario pertinere intelligit: vt hæreditatē ſuam totam, partemve eius, aut rem aliquā (veluti fundum, hominē, pecuniā) alicui reſtituat [c]: cùm alioqui legata niſi ex teſtamēto nō valeāt [d]. Eum quoq;, cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, vt id rurſum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud reſtituat [e].

Quis ſit huius literæ ſenſus, acerrimè inter iuris commentatores pugnatū eſt, ad extremumq; [illegible] vſque laboratū: iuxta tamen receptiorem & communi calculo probatam ſententiam hoc dicit. Si quis legum ſolennia obſeruare nolens, hæredis fide ac legalitate fretus, fideicommiſſum reliquerit, iuſiurandum ſubire cogitur hæres, num tale quid relictum fuerit: quod ſi recuſat, ad fideicommiſſi ſolutionem artatur, nec audiendus eſt ſi minus ſolennem voluntatem alleget.

Et quia prima fideicōmiſſorū cunabula à fide hæredum pēdent, & tam nomen [f], quàm ſubſtantiam acceperunt: ideo diuus Auguſtus ad neceſsitatem iuris ea retraxit [g]: nuper & nos eundē principem ſuperare contendentes † ex facto [h], quod Tribonianus vir excellentiſsimus quęſtor † ſacri palatij ſuggeſsit, conſtitutionē [i] fecimus, per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hęredis ſui cōmiſit, vt vel hæreditatē, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat: & neq; ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicommiſsis legitimus [k] eſſe noſcitur) poſſit res manifeſtari, ſed vel pauciores quàm quinq;, vel nemo penitus teſtis interuenerit: tunc ſiue pater hęredis, ſiue alius quicunq; ſit, qui fidem hæredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit, ſi hęres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando rem ita eſſe ſubſecutam, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit †, cùm prius ipſe †

a Inſtitutus. vt reſtituat retenta certa re.

Præterea. casus. Dn̄e, vos dixiſtis mihi qualiter hæres oneratur ad præſtationem fideicommiſ. ſed nunquid poterūt ſucceſſores ab inteſtato fideicommiſ. ſimiliter grauari? Reſpon. Iuſti. quod ſic. nā pręter ſupradictos modos, quibus in teſtamento grauatur hæres ad reſtitutionē fideicōmiſsi: poteſt etiam quis ſi forte eſſet inteſtatus moriturus, per fideicōmiſſum rogare eū, quem intelligit ſibi de iure ciuili, vel de iure prætorio ab inteſtato ſucceſſurum, vt hæreditatem ſuam totā, vel partem eius, aut rē aliquam ſingularē, veluti, fundum, hominem, vel pecuniā alicui reſtituat. ſed licet hoc ſit verum in fideicōmiſ. ſecus tamen eſt in legatis. Legata enim olim non niſi ex teſtamento valebant: & non ſolum ſucceſſorem in vniuerſitate ab inteſtato poteſt quis grauare: ſed etiam eum cui aliquid reſtituitur per fideicommiſſum poteſt rogare, vt illud rurſus alij totum aut pro parte, reſtituat, aut etiam aliquid aliud quod tantūdem valeat. & hæc dicuntur vſque ad §. & quia prima.

b Rogare. in codicillis.

c Reſtituat. ideo poteſt ab his fideicommiſſum relinquere: quoniā ſua ſponte relinquere legitimam hæreditatem videtur non inſtituendo alium: vt. ff. de iure codi. l. conficiuntur. §. j.

d Non valeant. ſed quo iure hoc eſt verum? antiquo non: vt. ff. de lega. j. l. j. Item nouo non: vt. C. com. de lega. l. ij. Dic ergo antiquiori iure locum habere, quod hic dicitur. Vel dic, quod dicta. l. de lega. j. ſecundum noua iura loquitur, ſecundum quæ æquiparata ſunt legata fideicommiſsis [l]: vt. ſ. de leg. §. ſed non vſque.

e Reſtituat. etenim inquantum quis honoratur, & onerari poteſt: vt j. tit. j. §. hoc non ſolum. Sed nūquid quartā retinebit? Reſpon. vt. j. tit. j. §. hoc ſolum.

Et quia prima. casus. Domine, iam video quid erat olim circa fideicommiſſum, & quid hodie obtinemus. Vnde cum ſatis manifeſtū ſit, quid de antiquitate tollatur, & in quibus per veſtram cōſtitutionem circa fideicommiſſum inſiſtere debeamus: tranſeatis igitur ſi placet ad aliquam aliam materiam. Ad hoc rn̄. Amice, adhuc non eſt ad aliquam aliam materiam tranſeundū. Primo adhuc circa materiam fideicommiſ. inſiſtendum eſt. Nanq; prima fideicōmiſſorum cunabula à fide hæredū pēdebāt, & tā nomē, quā ſubſtātiā acceperunt, & ideo primus diuus Auguſt. vt. ſ. dictū eſt, fideicommiſ. ad legis neceſsitatem deduxit, & laqueis iuris innodauit. Igitur nos eundē principem circa figmenta fideicommiſ. nuper ſuperare contēdentes, ex quodam facto per Tribonianum virum excelſum ſacri palatij q̄ſtorem nobis relato, quandam fecimus conſtitutionē, qua ſtatuimus, vt ſi quis teſtator hæredem ſuū per fideicōmiſ. rogauit, vt vel hæreditatē, vel aliquod ſpeciale fideicom. alicui reſtituat, & huiuſmodi volūtas teſtatoris, neq; ex aliqua ſolēni ſcriptura, neque per quinque teſtes, qui in codicillis ſufficiūt, probari poſſit: qui fidē hæredis ſui elegit: in hoc caſu ſi hæres perfidia ductus fidem adimplere recuſauerit nequādo tale onus à teſtatore ſibi fuiſſe impoſitum, ſi fideicōmiſſarius iuſiurandum ei detulerit. ſacramento deſcalum. à fideicom. prius præſtito, neceſſe habebit hęres vel iuſiurādū ſubire, vel fideicō. ſiue generale, ſiue ſpeciale ab eo relictum fideicō. ſoluere. & ita per noſtram cōſtitutionem induximus, ne vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis ſui commiſſa depereat. Sed pone, q̄ ille à quo fideic. petit, poſtquā per ſacramentū aut per teſtes cōuictus fuerit cōfiteatur fideicō. à ſe relictū: ad legis tn̄ ſubtilitatē decurrat: videlicet allegādo ex minus ſolenni volūtate hoc fuiſſe relictū, certe in hoc caſu in pœnā incidit mēdacij: & nō obſtante huiuſmodi defenſione, ad fideicom. præſtationem omnino cogendus eſt. Et hæc dicuntur vſq; in fine. Franc. de Are.

f Nomē. no. nomē cōſeqūs rei: vt. ſ. de do. §. eſt et aliū.

g Retraxit. hæc iura ſunt. §. eo. in prin.

h Ex facto. i. ex quæſtione de facto.

i Conſtitutionem. vt. C. de fideicom. l. fina.

k Legitimus. no. teſtes quinq; in codicillis neceſſarios eſſe: vt. C. de co. l. ſi. & de fideic. l. ſi. ibi, ſed ſiue gnq; &c.

† Sane ſi quis rogatus ſit hæreditatē reſtituere p̄cepto ſeruo & peculio eius: actiones de peculio consetur ſuſcipere: nec poterit eo nomine cōueniri is, cui reſtituta eſt hæreditas. l. j. §. penul. ff. quando de pecul. act. eſt an-na.

† Dicēdo quiſq; mihi heres erit, & non eſt neceſſe exprimere proprium nomen, ſecundū Ia. Aegi. per.

a Et ideo quāuis directo in codicillis relinqui nō poſsint, vt no. glo. in d. l. j. ff. de ſe. j. tamen relicta valent vt fideicōmiſſa. & nihilominꝰ habēt effectū legati niſi in libertatibus & tutelis: de q̄bus dic vt j. de codicil. §. non tantum.

† Non eſt improbū ſi quis alium virtute vincere cōtendat, niſi hoc fiat ad humanam gloriā. §. cogitādū. in verb. zelus eis &c. Authē. de mu. ſecundum Por. Aegi. per.

† Alias, ex quęſtore.

† Scilicet fideicommiſſarius.

† Ideſt q̄ animo calumniandi nō petit fideicōmiſſum: quo caſu defertur iuramētum hæredi, ſecūdū Por. Aeg. per.

Iurauc

de calumnia iurauerit [a]: neceſſe eum † habere [b], vel iuſiurandum ſubire, quòd nihil tale à teſtatore audiuerit: vel recuſantem, ad fideicõmiſsi vel vniuerſalis vel ſpecialis ſolutionem coartari [c]: ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hæredis commiſſa. Eadem [d] obſeruari cẽſuimus, & ſi à legatario vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter relictum ſit. Quòd ſi [e] is, à quo relictum dicitur, poſtquã negauerit, confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem [f] recurrat: omnino ſoluere cogendus eſt [g].

TITVLVS XXIIII.

DE SINGVLIS REBVS PER FIdeicommiſſum relictis.

Etiam res ſingularis poteſt per fideicommiſſum relinqui, & tam ab hærede, quam à legatario.

POteſt tamen quis etiã ſingulas res [h] ꝑ fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argẽtum, hominem, veſtem, & pecuniam numeratã: & vel ipſum hæredẽ rogare, vt alicui reſtituat: vel legatarium [i]: quamuis à legatario legari non poſsit [k].

Non tantum res teſtatoris: ſed etiam hæredis, aut cuiuslibet alterius per fideicommiſſum relinqui poteſt. Et legatarius de re ſibi legata ſua, vel aliena alteri reſtituenda poteſt grauari, dummodo non plus oneretur, quàm honoratur. Et quãdo res aliena legatur, vel ipſa vel eius æſtimatio præſtanda eſt. Aretinus.

Annota, Eatenus quem fideicommiſsis grauari poſſe, quatenus honoratur.

Poteſt autem non ſolũ proprias res teſtator per fideicõmiſſum relinquere: ſed & hæredis, aut legatarij, aut fideicommiſſarij, aut cuiuslibet alterius [l]. Itaq; & legatarius & fideicommiſſarius nõ ſolùm de ea re rogari poteſt, vt eam alicui reſtituat, quę ei relicta ſit: ſed etiã de alia, ſiue ipſius [m], ſiue aliena ſit. Hoc ſolùm obſeruandum eſt, ne plus quiſquam rogetur † alicui reſtituere, quàm ipſe ex teſtamento ceperit. nam quod amplius eſt inutiliter [n] relinquitur.

Cùm autem aliena res

a Iurauerit. nam in omni caſu erat olim iurandum & in omni capi. vt. C. de iur. calum. l. j. in prin. hodie ſufficit ſemel iurare: vt in authen. de ijs, qui ingre. ad app. §. fina. colla. v.

b Neceſſe eum habere. ſed nunquid hodie corrigitur hoc, cum nulli deferat inuito: vt. C. de iureiur. l. ſi. & l. generaliter. §. ſed iuramẽto. ver. ſin autem? Reſpõ. nõ, quia hæc eſt poſterior conſtitutio Iuſtiniani: vt. C. de fideicom. l. fin. & ita eſt iſte ſpecialis caſus, in quo quis cõpellitur iurare.

c Coartari. nota propter contumaciam non iurantis eum condemnari: vt. C. de iura. calũ. l. ij. §. penulti.

d Eadem. ſcilicet vt compellatur iurare vel ſoluere.

e Quod ſi. dixi quando contumax fuit non iurando, nunc quando iurauit, & per ſacramẽtum fuit confeſſus, vel etiam ante, quã iuret, ſed prius negauerat relictũ: vt in fine huius titu. dicemus ſtatim.

f Subtilitatẽ. quę eſt, vt ex quo eſt voluntas non ſolẽnis, non valeant ea quæ facta ſunt: vt. C. de fideicom. l. ſi veritas. & . C. de teſt. l. non dubium. §. illud.

g Soluere cogendus eſt. ſed quomodo coartatur ex nõ ſolenni voluntate? ſic ergo ſoluuntur inutiliter relicta, ſicut & vtiliter, qđ eſſe nõ debet: vt. C. de fideicom. l. ſi veritas. quæ eſt contra. Sol. quidam dicunt, quod vbi ſolenniter teſtari voluit, & non fecit, habet locum lex contraria: alias ſi noluit teſtari ſolenniter habet locum quod hic dicitur: vt ff. de iu. codi. l. j. Sed hæc falſa eſt: quia & hic de teſtatore loquitur, qui ſolenniter facit: vt ibi ſi teſtator fidei hæredis ſui commiſit. Alij, vt B. dicebant eſſe diſtinguendum: an dicat hæres, non eſt verum tibi legatum eſſe. in quo caſu cogitur probare eſſe verum & ſolẽne, vt in contrario: eo ſaluo, vt ſi deferatur ſacramentum iure: vt. ſ. proxi. §. an dicat. non poteſt petere, quia eſt minus ſolenne, in quo caſu cogitur, vt hic. Sed hoc nõ valet: quia ſecundum hoc expediret ei negare, quod eſſe non debet: vt. ff. de trib. l. illud. §. penul. Dic ergo ſecũdum Ioan. aut ab initio confitetur relictum: & tunc nõ tenetur ex non ſolẽni voluntate: vt in. l. illa cõtraria. : Aut negauit, & tunc ex ſolenni voluntate nõ tenetur, ſed poſtea per ſacramentum, vel per probationes compellitur: vt ita ratione ſui mendacij teneatur: vt hic, & arg. in authẽ. de trien. & ſemiſ. §. ſtudium. & . §. ad hoc.

DE SINGVLIS REBVS PER fideicommiſſum relictis.

De fideicommiſ. generalibus ſupra titu. j. dixit, nunc de ſpecialibus dicit. Accurſius.

POteſt. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit de fideicommiſſo pecuniario. Secundo de libertatibus. Tertio per quæ verba fieri debeant. Secũda ibi, Libertas quoq;. Tertia ibi, Verba.

h Singulas res. nõ ſolum generaliter: vt. ſ. titu. j.

i Vel legatariũ. ſcilicet rogare, vt aliquid alicui reſtituat.

k Nõ poſsit. antiquo iure inſpecto: ſed nouo iure aliter eſt. nam poteſt à quolibet qui cõmodum quocunq; modo habet, legari & fideicõmitti: vt. C. cõ. de leg. l. ij. §. fina. & hoc ſtatim ſubijcit. ADDITIO. Dic ſecundum Ioã. Fab. quod accipiendo legatum proprie, forte non poteſt legari, niſi ab hærede, ſed fideicõmitti ſic: vt. l. ſi fuerit. §. j. ff. de lega. iij. & quod ibi no. maxime per Barto. ſed quia legatum & fideicommiſſum idem ſunt, & facta ſunt hodie ſimilia & ſynonima, ideo illa differentia hodie non tenet: vt dicta. l. ij. §. fina. C. communia de leg. & plene no. per gloſ. & doct. l. j. ff. de lega. j. & ibi dixi. ſ. de le. §. j. ſed ibi Rapha. dicit, quod iſte tex. non poteſt loqui de iure antiquo, cum hic ſit verbum, poſsit. dum dicit, legari non poſsit. non autem dicit, legari non poterat &c. dic vt per eum. Ang.

l Alterius. refert tamen an leget rem extranei, an hęredis. primo caſu diſtinguitur an ſciuerit alienam, vel crediderit ſuam: ſecundo non: vt. ſ. de lega. §. quod autẽ. & . ff. de leg. ij l. vnum ex familia. §. ſi rem.

m Ipſius. ſcilicet legatarij.

n Inutiliter. facit. ff. de leg. j. l. plane. ij. §. fin. & . l. videndum. & . ff. de leg. iij. l. j. §. ſciẽdum. & . l. iij. §. Iuli. & l. ſi legatarius. in princ. Sed contra in dicta. l. plane. §. ſi cui. Sed ibi ſtetit per legatariũ quo minus meliorẽ acceperit.

† Scilicet heredem.

Codicillis. v. teſtes adſunt.

: Et hęc lectura videtur ſatis ꝓbari ꝑ iſtũ tex. quem ſequuntur Fran. Accur. M ſil. & alij do. vt refert Bart. in. l. ſi. C. co. & Ange. hic. ſecundum quam erat practica, qđ hęredi ab initio non negãti deferret fideicommiſſari9 iuramentum ſi teſtator volens ſolenniter teſtari fidei ſuæ cõmiſiſſet tale legatum: quo iurante erit ſecurus: contra recuſantẽ vero aget cõdictione ex iſto §.

: Et quãuis etiã in iſto mẽbro opi. Io. ſit cõmunis, tamen Io. Fa. hic cã ipugnat: etiã ſi in teſtamento vel codici. fuerit relictum: & reſpõdet ad l. ſi veritas. qđ quã hæres negat li. conteſ. legatarius habet duo remedia: vel ꝙ deferat iuramẽtũ: & obtinet iſte. §. & . d. l. ſi. vel ꝙ oneret ſe ꝓbatione: & tũc ſibi imputet: quia debet ꝓbare diſpoſitionẽ ſolennem. vt ibi.

Legari poteſt à legatario.

† Nõ poteſt qs pl9 grauari, quã honoratur, imo debet habere lucrũ l. iij. §. Iulianus. ff. de lega. ij. Aegi. per.

perit. vel melior videt̃ eſſe quẽ elegerit, licet deteriorẽ elegerit: vt ar. j. de act. §. pręterea. Itẽ ar. cõtra. ff. de leg. ij. l. Imper. §. j. ibi, enimvero &c. Sed hoc ꝙ hic dicit̃ intellige qñ in quãtitate legat̃ alicui, & in quãtitate onerat̃, ibi aũt qñ quãtitas dat̃, & in ſpecie grauat̃: quo caſu tãtũ videt̃ æſtimaſſe ſpeciẽ ſuã legatarius accipiẽdo quantitatem. vt ex eadẽ. l. colligit̃. Itẽ cõtra. ff. ad. l. Fal. l. ſed & ſi nõ ſeruus. in princi. Sed & ibi eodẽ modo. rñde: q̃a quãtitas erat legata: & onus erat poſitũ in faciendo. Sed cũ quãtitas legat̃: & in quãtitate grauat̃ ſicut hic loquit̃: nunquid quartã iure Falcidię põt oneratus retinere: ſiue ſit legatarius, ſiue fideicõmiſſarius q̃ ſit grauatus? Quidã dicũt ꝙ ſic: vt ar. ff. ad. l. Fal. l. pœnales. §. ſi. Nos cõtra: vt in. e. ti. l. lex Fal. ſi interueniat. §. nũquam. & de vulga. ſubſtit. l. cohæredi. §. cum filiæ.

a Etiã ibi eſt caſus in quo plus grauat̃ q̃s, quã honoratur. ſecũdum Por. Aegi. per.

ADDITIO. De quo dic vt per gl. in d. §. nunquã. & in l. j. §. denique. & ibi Bar. ff. ad Tre. & p Ang. hic notab.

per fideicommiſſum relinquitur: neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare, aut æſtimationẽ eius ſoluere.

Etiam libertas ſeruo per fideicommiſſum poteſt relinqui: & nõ tantùm ſeruo proprio, ſed etiam alieno: vt quando poterit ematur & manumittatur. h. d.

Libertas quoque ſeruo per fideicõmiſſum dari poteſt: vt hæres eũ rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommiſſarius. Nec intereſt, vtrum de ſuo proprio ſeruo teſtato roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarij, vel etiam extranei [a] ſit. Itaque & alienus ſeruus, redimi & manumitti debet. Quòd ſi dominus eum non vendat [b]: ſi modo [c] nihil [d] ex iudicio eius, qui reliquit libertatẽ, recepit [e]: non ſtatim extinguitur fideicõmiſſaria libertas: ſed differtur [f]: quia poſſit tempore procedente, vbicunque occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas.

Directæ libertati datus, teſtatoris libertus efficitur: fideicommiſſariam autem adeptus libertatem hæredis eſt libertus.

Qui autem ex fideicõmiſsi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus, etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit: ſed eius, qui manumittit [g]. At is, qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur: ipſius teſtatoris libertus ſit: qui etiam Orcinus † [h] appellatur. Nec alius vllus directò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quã qui vtroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamẽtum, & quo moreretur. Directa autem libertas tunc dari videtur: cùm non ab alio ſeruũ manumitti rogat: ſed velut ex ſuo [i] teſtamento [k] libertatem ei competere [l] vult.

Siue preceptiuis, ſiue rogatiuis verbis, fideicommiſſum fiat, valet. h. d. Areti.

Verba autem fideicõmiſſorũ hæc maximè [m] in vſu habentur: peto, rogo, volo, mãdo, fidei tuæ committo, quæ perinde ſingula firma ſunt: atque ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

TITVLVS XXV.

DE CODICILLIS.

Codicillos etiam non teſtatus quiuis facere poteſt: porrò antè teſtamentum facti, nulla expreſſa confirmatione, nouo iure indigẽt.

ANte Auguſti tempora conſtat, codicillorum ius in vſu non fuiſſe: ſed primus Lucius Lentulus (ex cuius perſona etiam fideicommiſ-

a Extranei. licet etiã crediderit ſuũ: vt. ff. de fideicõ. lib. l. Paulus. j. rñ. & l. alieno. in prin. Sed in pecuniario legato diſtinguitur, ſciuerit vel ignorauerit rẽ alienã: vt. ſ. de leg. §. quod autẽ. & §. non ſolum.

c At in cõtrariũ facit text. in d. l. alieno.

b Non vendat. vel etiã ſi vẽdat, ſed vltra iuſtum pretiũ vẽdere vult. nã tũc perinde eſt ac ſi non vẽdat: vt. ff. de leg. iij. l. nõ dubiũ. §. ſi.

c Si modo. interpoſitio eſt.

d Nihil. ſi enĩ aliquid etiã modicum relinquit̃ alicui, vt vendat, & ille legatum accepit, compellitur vendere: vt hic, &. C. de fideicom. lib. l. liberi. & l. ſi te donatam. & C. ad leg. Fal. l. ſi ea cuius filium.

e Recepit. ſ. dominus iſtius.

f Differtur. quod differtur, nõ aufertur. ſic. ff. de iud. l. cum furioſus. Arg. contra. C. de inoffic. teſt. l. ſcimus. §. ſi. & ff. de vſufru. l. ſi vſusfructus. Itẽ no. ꝙ inſpicitur, quod euenire poteſt. ſic. ff. de iur. om. iud. l. ſi idẽ. §. ſi. in gloſ. adiudicari. & ff. de adi. le. l. ſi ſeruo.

i De iſto brocardo dic vt per Bart. in. l. inter ſtipulantem. §. ſacramenta. ff. de verb. obl.

g Eius qui manumittit. i. hęredis vel legatarij vel fideicõmiſſarij. C. de fideicõ. lib. l. ij. quibus. Accur.

h Orcinus. ſic dictus ab orco. i. manumiſſus ab eo, q̃ tendit ad orcũ. i. infernũ. Vel orthinus ab orthos, quod eſt rectũ. Vnde orthinus. i. directo manumiſſus. Vel ab orce, quod eſt capio (vñ & inde archiorcus) quia multa capiunt manumiſsi in teſtamento, in quo multa fiunt.

Orcinus q̃s & vnde dicitur.

i Ex ſuo. nõ expectata manumiſſiõe ab alio faciẽda.

k Teſtamẽto. vel etiã codicillis teſtamento cõfirmatis: vt. ff. de manumiſſ. teſt. l. libertas.

† Orcin⁹ ob id dicit̃ ꝙ libertus ſit defuncti & iã ad Orcũ miſſi. Alciat. li. j. præter miſ. legit Orthin⁹: ſed aptior eſt vox Orcini. Theophilo dicitur χαρωνιτης ἀπελεύθερος, id eſt Charonian⁹ libertus à Charonte inferorum portitore.

l Cõpetere. quæ cõpetit hæreditate adita etiam ab vno ex pluribus hæredibus: vt. ff. de manumiſſ. teſta. l. teſtamẽto manumiſſus. §. teſtamento.

m Maxime. ideo hoc dicit: quia quibuſcũq; verbis relinqui poſſunt: vt ſ. de lega. in princi. ſiue directis, ſiue p̃carijs: vt. C. cõ. de le. l. omne verbũ. & facit. ff. ad Treb. l. Scæuola.

ADDITIO. Et hoc verum, ſi verba important diſpoſitionẽ, item fideicõmiſſum, vel ad hoc extendi poſsint ex cõiectura ta mente teſtatoris: nõ alias: vt l. pater. §. pater filios. ff. de leg. iij.

DE CODICILLIS.

Quia teſtamẽta & eorum accidẽtia dicta ſunt: nũc de codicillis. i. de paruula vel de minima ſcripta volũtate. Nã ideo codicilli dicunt̃: quia in breuiori chartula vel codice, quã teſtamentũ fiebãt, & ſolũ in eis quædã fideicommiſſa relinquebãtur: & tales ſunt ad teſtamẽtũ qualis eſt ſcapha ad nauẽ. Sed nũquid ſecundũ hoc poſſunt fieri ſine ſcriptura? Quidã dicunt quod nõ: ſed tñ dico etiã ſine ſcriptura hodie fieri poſſe, licet forte olim in ſcriptis tãtùm fierent: vt. C. de bon. libe. l. ſi. in princip. Accurſius.

ANte Auguſti &c. Iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo quomodo fuerit introductus vſus codicillorum. Secundo, quando codicilli teſtamento confirmati valent. Tertio, an hæreditas directo poſsit dari, vel

Codicilli ſine ſcriptura fieri poſſunt.

ſa eſſe cœperunt) codicillos introduxit. Nã cùm decederet in Aphrica, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos [a], quibus ab Auguſto [b] petijt per fideicommiſſum, vt faceret aliquid. Et cùm diuus Auguſtus voluntatem eius impleſſet: deinceps reliqui eius [c] authoritatem ſecuti, fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat [d], ſoluit. Dicitur autem Auguſtus cõuocaſſe ſapiẽtes viros, interq́ eos Trebatium quoq́, cuius tũc authoritas maxima erat: & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſonãs à iuris ratione codicillorũ vſus eſſet: & Trebatiũ ſuaſiſſe Auguſto, quòd diceret vtiliſsimũ, & neceſſarium hoc ciuibus eſſe propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent: vbi ſi quis teſtamentum facere non poſſet [e], tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora cùm & Labeo codicillos feciſſet, iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

Admonendi tamen [p] ſumus, eos, qui in adoptiua familia ſunt, quęve poſt mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint: inteſtato parēte naturali mortuo licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſſionē [q] vocantur, nō admittantur: alia parte vocati, ſcilicet qua cognati defuncti vocātur, Ex qua parte ita admittuntur, ſi neq; ſui hęredes liberi, neq; emancipati [r] obſtent, neque adgnatus quidē vllus interueniat. Antè enim prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quàm emancipatos: deinde legitimos [s] hæredes: deinde proximos [t]

a Minus ergo iuris. quia naturales emācipati iure prętorio vocantur, ſed adoptiui emācipati non: vt. ſ. proxi. §. ergo &c.

b Naturales. & legitimi.

c Emācipati. ab adoptiuo patre.

d Non admittūtur. niſi ſint de ſuis: auus adoptauit nepotem in filium, & poſtea emācipauit: vt. ff. ad Tertul. l. ij. §. liberi autem. verſi. adoptiui.

e Ciuilis ratio. i. emācipatio quæ de iure ciuili eſt: vt. ff. de re iudi. l. actus.

f Non poteſt. ſic ſ. de leg. agn. tut. §. ſina. ſic. ff. de regu. iur. l. nihil tam.

g Emācipati. ab adoptiuo patre: & poſt mortē naturalis: vt. ſ. §. proxi. verſi. poſt mortem.

h Incipiunt eſſe. nota, q ſi emācipetur filius, vel filia, vel deinceps non ſunt ſui hęredes: nō tamen deſinunt eſſe filij vel filiæ.

i Eadem. q̄ obſeruātur in bonorū poſſeſſiōe Vnde liberi, & in cōtratabulas bonorū poſſeſſione ſeruantur.

k Inſtitutis. his enim inſtitutis nō datur hæc bonorū poſſeſſio, niſi præteritus rumpat, teſtamentum: & huic ſcilicet inſtituto viā aperiat. & hoc eſt quod dicitur, niſi præteritus cōmittat edictum: vt. ff. de contra tab. l. iij. §. ſi quis ex liberis. primo ſi autē præteritus nolit poſtquam ſemel agnouit [l] inſtitutus habet contra tabulas iure & ſecundum tabulas: quod eſt mirabile: nec expectat præteritum: vt ff. de contra tab. l. ſi poſt mortem. §. ſina. & de leg. prę-

ſtan. (see above)

l Vt oportet. ſcilicet maſculi nominatim, fœminæ inter cæteros: vt. j. de exhæreda. libe. §. primo.

m Exhæredatis. cū ergo matris pteritio pro exhæredatione habeaſ: vt. ſ. de exhæred. lib. §. vlti. ceſſat ibi contratabulas bonorū poſſeſſio: vt. ff. de contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta. ADDITIO. Et eſt ratio: quia etiam remoto emācipationis obſtaculo (id quod prętor principaliter intendit) nō eſſet ſeruus fœminæ: cū eos in poteſtate habeat, vt ibi. Ang.

n In poteſtate. emancipatis cōmittentibus edictum, nō alias, ſecundum Mar. vt. ff. de contratabu. l. iij. §. ſi qs ex liberis. Sed Io. contra. nam nullū dicere poſſunt, & contra tabulas ſuo iure habēt [a]: vt. ff. de leg. præſtan. l. ſi duo. & C. de libe. prętę. l. maximum. Accurſius.

o Repellit. ſ. prętor: niſi ſint inſtituti, & eis cōmittatur edictum: vt. ff. de cō tra tab. l. non putauit. §. in adoptiue. &. §. vt autē. Item contra. ff. de contra tabu. l. iij. §. ſi quis filio. Sol. ſ. eo. §. at ij. Accurſius.

p Admonēdi tn̄. licet hos duos qui ſequūtur, nō admiſerim de iure ciuili: vt ſupra eodem. §. at ij. tamen admonendi ſumus, id eſt admonemus [*] &c.

q Ad bonorum poſſeſſionem. ſcilicet vnde liberi.

r Emancipati. qui ſunt ſui per prætorem: vt ſupra eodem. §. emancipati.

s Legitimos. i. agnatos: vt. j. tit. j. primo reſpon.

t Proximos. ſic ff. ſi tab. teſt. l. j. ſic. ff. quis ord. in bo. poſ. ſerue. l. j. Accur.

Præteritus quādo que cōmittit edictū.

l Imo idē eſt etiam ſi repudiat: vt eſt caſus in. l. nō nūquā. ff. de leg. pſt. Ang.

Matris pteritio habetur pro exhęredatione.

t Dic vt l. is qui in poteſtate. ff. de leg. præſt. nam vt hic eſt text. clarus, licet p emancipatis ptor ad inuenerit, bo. poſſ. qa erat eis neceſſariaſ non tamē voluit eā denegare ſuis. imo conceſſit i caſu quo voluit: vt dictis iuribus: quia qui vocantur ad contra tab nō vocanſ de iure ciuili. vt. l. j. §. vocanſ ff. de contra. Angel.

* Sic. ſ. de ſucceſſ. eo. §. ſi. in pri. & j. de gradib. eo. in princip. ff. de gra. aff. l. j. §. ſed admonendi &. l. ij. §. admonēdi e. tit. & j. de aſſig. liber. i pri. Aegi. per.

cognatos.

Primo qui ad extraneum patrē adoptione translatus eſt, omnia ſui naturalis patris inuiolata iura retinet, perinde atq; ſi in familiā alienam datus non fuiſſet: idcirco ei inteſtato, aut teſtato ſuccedit: adoptiuo autem patri ex inteſtato tantum ſuccedit: condito autem teſtamento præteritus, teſtatoris nequaquam impugnat iudicium: niſi cuipiam aſcendentium in adoptionem datus ſit.

Sed ea omnia[a] antiquitati quidem placuerunt, aliquam[b] autem emendationem à noſtra conſtitutione[c] acceperunt: quam ſuper ijs perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalibus[d] in adoptionem alijs dantur. Inuenimus etenim nonnullos[e] caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſſionē propter adoptionem admittebāt, & adoptione facilè per emācipationē ſoluta[f] ad neutrius[g] patris ſucceſſionē vocabantur[h]. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem[i] ſcripſimus, per quā definimus, quando parens naturalis filiū ſuum adoptādum alij dederit, integra omnia iura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet[k], nec penitus adoptio fuiſſet ſubſecuta: niſi in hoc tantummodo[l] caſu, vt poſſit ab inteſtato[m] ad patris adoptiui venire ſucceſſionē. Teſtamēto autē ab eo[n] facto: neque iure ciuili[o], neq; prætorio[p] ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neq; cōtra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi[q] querela inſtituta: cum nec neceſſitas patri adoptiuo imponat, vel hęredem eum inſtituere, vel exhæredatum eū facere: vtpote nullo naturali vinculo copulatum: neq; ſi ex Sabiniano ſenatuſcōſulto[r] ex tribus maribus fuerit adoptatus. nam & in huiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur: neque vlla actio ad eius[s] perſecutionē ei cōpetit. Noſtra autem conſtitutione[t] exceptus eſt is, quem parens[v] naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroq; enim iure tā naturali, quàm legitimo in hanc perſonam cōcurrente, priſtina iura tali adoptioni ſeruamus[x]: quemadmodum[y] ſi paterfamilias ſeſe dederit adrogādum: quæ ſpecialiter & ſigillatim ex prę fatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

Ex [illegible] Diuis [illegible] conſtitutionibus ſtatuitur: vt ex filia nepotes pronepotésve cum reliquis filijs & ex eis deſcendētibus ad materni aui ſucceſſionem æquo iure vocetur, ſed cum trientis diminutione: quæ etiam locum obtinent cùm nepotes vnà cum filijs aut filiabus ſuperſtitibus auiæ ſuccedunt.

Item vetuſtas[z] ex maſculis progenitos plus diligens ſolos[a] nepotes vel neptes, qui quæ ve ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabat ſucceſſionem: & iure adgnatorum eos anteponebat[b]: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorū lineam eos vocabat[c], tam in aui vel proaui ma

a Sed ea omnia. quæ. s. eo. §. at ij dicta ſunt, &. s. proximo. §.
b Aliquam. quaſi dicat. quædam correximus, quædam retinuimus.
c Conſtitutione. vt. C. de adop. l. penultima.
d Naturalibus. & legitimis.
e Nonnullos. id eſt aliquos. Accur.
f Soluta. ſcilicet poſt mortem. ſecus ſi ante: vt. s. eo. §. at ij.
g Ad neutrius. vt ſupra eodē. §. at ij. Accurſius.
h Vocabant. hoc idem videtur etiam cōtingere hodie in caſu quē habemus infra hoc §. verſic. noſtra autem. C. de adopt. l. pen. §. ſed hoc. Sed dic, quod auus adoptans tenetur ei relinquere quartam, vt filio arrogato: vt. j. hoc. §. verſicu. noſtra. ibi, quēadmodum &c.
ADDITIO. Sed hanc reprobat glo. in dicta l. pen. quia vbi deſtituit omni remedio, ſibi imputet qui ſe emācipari permiſit.
i Conſtitutionē. ſcilicet prædictam.
k Permanſiſſet. Nunquid ergo nō permanſit? Reſpondeo, imo permāſit: vt. s. de adop. §. ſed hodie. Sed hoc dicit referendo ſe ad factū, quaſi dicat, ac ſi de iure & de facto in eius familia permanſiſſet.
l Tantummodo. Nunquid cum in ius vocabit ſine venia? Item nunquid alimenta tali filio dare tenetur? Reſpon. non, per hanc literā: vt. s. de adoptio. §. ſed hodie. P. dicit contra.
m Inteſtato. i. ſimul cum alijs naturalibus: vt. C. de ſuis & legi. l. ſi te. non tamen ſuccedit alijs conſanguineis ſui patris adoptiui: vt. C. de adop. l. pe. §. ſed ſi quidem. in fi. Accur. ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: ſecus de iure antiquo: vt. ff. de adoptio. l. qui in adoptionem.
n Ab eo. ſcilicet adoptiuo patre.
o Neque iure ciuili. quia non eſt in poteſtate ſua.
p Neque pretorio. quia non eſt emancipatus ab eo: vt. s. de exhęre. lib. in prin. &. §. emancipatos. &. §. fina.
q Inofficioſi. ſupra de inoffic. teſta. §. tam autem. contra. Sol. illa intelligitur ſecundum diſtinctionē huius. §. vt ibi dicitur.
r Sabiniano ſenatuſcōſulto. quod non habemus: ſed dicebat, quod tres iuuenes arroganti offerebātur, vt vnū eligeret. quo caſu magna erat hæc ſolennitas: vnde ex conſtitutione diui Pij quartam ei dabat arrogator, qđ hodie nō eſt in vſu: imo idem hoc caſu: vt & alias, vt hic: &. C. de adop. l. pe. §. quæ autem.
s Ad eius. ſcilicet quartæ.
t Conſtitutione. vt. C. de adop. l. penul. §. ſi vero pater.
v Parens. hoc in infinitum accipe: vt. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. parentes.
x Seruamus. vt ſiue loco filij, ſiue nepotis, adoptet, perinde habeatur, ac ſi vere naturalis eſſet, ſcilicet filio præcedente nepotem: vt. C. de adop. l. penulti. §. quæ in filio.
y Quemadmodum. quaſi dicat ſic tranſit, vt in hoc caſu qui ſequitur.
z Item vetuſtas. correximus ius antiquum circa liberos primi gradus naturales, ſiue adoptiuos nunc circa vlteriores.
a Solos. in hac maie. Accurſius.
b Anteponebat. in hoc bene.
c Vocabat. ſcilicet vetuſtas. non ciuilis iuris authoritas: vt ſupra, ſed prætorij: vt infra titu. primo. § ſed quia.

Male loquitur hæc glo. n. in §. per eam luc citato, tex. nō loquitur niſi de arrogatis in quibus nihil corrigitur hic, ſed antiqua iura ſeruāturvt patet in fi. huius. §. dic ergo duorū alterū, aut qđ triboniani lectio hic luxata eſt id de filijs à patre in adopti. datis corrigēs: quod non eſt in hoc tit. dictū cū nulla de his in hoc titulo mentio fiat: aut qđ oportet extendere. §. at ij. s. eo. vt etiā de adopt. intelligatur. quod vt fiat ſic legas illum tex. vel ad eum ſuppleas: vt ibi dixi Aegi. per. Opinionem iſtius gl. contra Pla. approbat Ange. hic. quo ad primā quæſtionē diſtinctè, licet Ioan. Fa. videat ſtare cum Pla. Item quo ad ſecundā: niſi operaret ipſi patri adoptiuo. arg. l. in rebus §. pōt ff. cōmod. vel niſi pater naturalis ageret & adoptatus non habeat vnde ſe alere poſſit, argu. l. pen. ff. de lib. agnoſcen.

Maiumſ.

terni [a], quã in auiæ, vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ [b] ſucceſsionem. Diui autem principes [c] nõ ſunt paſsi talem contra naturam † iniuriam ſine cõpetenti emendatione relinquere. ſed cũ nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriuſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideo eundem gradum & ordinem ſucceſsionis eis donauerunt [d]. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris iuris [e] ſuffragĳs muniuntur [f]: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus [g]) paulò [h] minuẽdam eſſe exiſtimauerunt [i]: vt minus tertia parte exciperent, quã mater eorũ vel auia † fuerat acceptura, vel pater † eorum, vel auus paternus †, ſiue maternus, qñ fœmina mortua ſit [k], cuius de hęreditate agitur: ĳsq́; [l] (licet ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et queadmodum lex duodecim tabularũ filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locũ patris ſui ad ſucceſſionẽ aui ſui vocat [m]: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ eos cũ iam deſignata partis tertiæ deminutiõe [n] vocat. Sed nos, cũ adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes: quartã partẽ ſubſtantię defuncti agnatis ſibi vendicantibus ex cuiuſdã conſtitutionis [o] authoritate memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus: neq; inſeri eam ex Theodoſiano codice in eo conceſsimus. noſtra autem conſtitutiõe [p] promulgata, toti iuri eius derogatũ eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullã partem mortui ſucceſsionis ſibi vendicare: ne ĳ, qui ex tranſuerſa linea [q] veniũt, potiores ĳs [r] habeantur, qui recto iure deſcendũt. Quam conſtitutionẽ noſtram obtinere ſecũdum ſui vigorem & tempora [s], & tunc ſancimus: ita tamen [t], vt quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit [v] non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hęreditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas, vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem ſine vlla deminutione [x] conſequatur, vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera, tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant [y].

TITVLVS II.

DE LEGITIMA ADGNATORVM ſucceſsione.

Poſt ſuos hæredes conſequenter qui eorum loco habentur, agnatis proximis (id eſt, per virilis ſexus cognationem iunctis) ſucceſſio defertur: in quorum etiam albo ſunt, qui ciuiliter (hoc eſt, per adoptionem) ſunt agnati.

† Contra naturã eſt plus diligere nepotẽ ex virili ſexu, quã ſœmineo. ſi. l. maximũ C. de lib. præ. Aegi. per.

† Si agit de hæreditate patris ipſius aui que Aegi. per.

† Si agit de hęreditate matris ei9 ſcilicet patris.

† Si agit de hęreditate matris ipſius aui paterni, & ſic ꝑ auiæ.

a Materni. ſ. moriẽte maſculo, de cuius bonis agitur: vt j. proximo.

b Maternæ. ſ. moriente fœmina: vt ſ. proxi. §. Accur.

c Diui autẽ principes. vt. C. de ſuis & legiti. l. ſi defunctus. & C. de colla. l. illam. circa princ.

d Donauerunt. ſ. principes: ſed non idem commodum: vt ſequitur.

e Veteris iuris. l. l. xij. tab.

f Muniuntur. nota duas ratiões vincere vnam: vt. ſ. de adopt. §. ſed hodie. in fi. §.

g Diximus. ſcilicet nullo modo, niſi in tertio ordine ſuccedere: vt. ſ. ꝓxi. §.

h Paulo. nota parum de tertia parte totius rei dici. & in auth. de exhi. & intro. re. §. ſancimus. in glo nullũ. col. v.

ADDITIO. Quod facit ad multa. imo tu dic ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis. l. hęc adiectio. ff. de verbo. ſign. & l. cum furti. ff. de in litem iur.

i Exiſtimauerũt. ſ. principes.

k Mortua ſit. no. duos caſus. Si enim moritur fœmina, nepotes vel neptes ex maſculis vel fœminis in nihilũ olim: niſi poſt agnatos: hodie cum diminutione tertiæ partis ſuccedunt. Si moritur maſculus, nepotes ex filia tantũ vocãtur cum diminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.

l Iĳque. ſcilicet, qui deſcendunt ex fœminineo ſexu.

m Vocat. ſ. eo. §. cum filius. Accur.

n Partis tertię diminutione. Quod de hac diminutione tertiæ dicitur, corrigitur per ſequentem. §. ſecundũ M. ſed nos ſecundũ B. dicimus ſequentem §. loqui in quadam alia parte, quæ debebatur agnatis, ſcilicet quarta: non autẽ de hac tertia: ſed per authent. dicimus de hac tertia correctum, ſcilicet, vt æqualiter hodie veniant: vt in auth. de trien. & ſemiſſ. §. neque illo. collatio. iij.

o Cõſtitutionis. quã non habemus, vt ſequitur.

p Conſtitutione. vt. C. de ſuis & legi. l. fin.

q Tranſuerſa linea. ſic in authenti. de non elig. § . cum igitur. circa fin. collatio. j.

r Iis. ſcilicet nepotibus & pronepotibus ex filia.

s Et tempora. vt in futuris caſibus tantum valeant: vt C. de ſuis & legiti. l. vlti. Accur.

t Ita tamen. hoc quod ſequitur, eſt referendum. ſ. ad. §. diui. non ad proximum.

v Antiquitas ſtatuit. ſ. eodẽ. §. cum filius.

x Diminutione. ſcilicet quartæ, quę debebatur agnatis: non tertiæ, quę debebatur patruis: vt ſupra proxi. §. diximus.

y Habeant. imo in capita videtur diuidi. vt infra titul. j. §. hoc etiam addendum. in fin. Sed ibi de collaterallibus, hic de deſcendentibus loquitur.

ADDITIO. Nota, quod non tãtum nepotes, ſed & pronepotes ſuccedunt in ſtirpes: & veniunt per repreſentationem, cuius contrarium videtur dici in authent. de hære. ab inteſta. veni. §. huiuſmodi. colla. ix. Ang.

DE LEGItima adgnatorũ tutela.

Quia

Quia. ſ. ti. proxi. dictũ eſt qualiter ſuccedãt ſui hæredes ſiue liberi: & quia poſt ſuos vocantur prius agnati, quàm cognati: vt. j. e. §. ſi. & l. j. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & le. ideo poſt titulũ præcedentẽ poſuit iſtum. Ang. Ar.

Si nemo ſuus. Totus iſte tit. diuidit̃ in vij. partes. Primo, qñ admittitur agnatus. Secundo, qs eſt agnatus. Tertio, vſq; ad quotũ gradum agnati veniunt, & vſque ad quotas perſonas, fœminas deuoluantur tam de iure vetuſtiſſimo, & de iure prætoris, quã etiã media iuris prudentia. l. xij. tab. & tempore Iuſtiniani. Quarto, q generi agnatorũ Imperator addit vnum cognatũ. Quinto, q l. xij. tabu. proximus agnatus vocatur: & quis dicatur proximus. Sexto, q ex. l. xij. tab. proximo repudiante ſequens non admittebatur: hodie vero ſic. Septimo, q filij emãcipati hæreditas eſt legitima patri. Secunda ibi, Sunt autẽ. Tertia ibi, Cæterum. Quarta ibi, Hoc etiam addendum. Quinta ibi, Si plures ſint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimam.

a Si nemo. etiam vnus: vt. ff. de teſta. tut. l. ſi nemo.

b Suus. ſ. tit. j. §. j. Accur.

c Prætor. ſ. titu. j. §. emancipati. Accurſius.

Si nemo [a] ſuus [b] hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes prætor [c] vel conſtitutiones [d] vocant, exiſtat [e], qui ſucceſsionem [f] quoquo modo [g] amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad adgnatum [h] proximum [i] pertinet hæreditas.

Agnati ſunt illi, qui ex linea maſculina deſcendunt, vel etiam ex adoptione: dũmodo ſint in priori gradu. Ang.

Sunt autem adgnati [k] (Vt primo quoq; libro [l] tradidimus) cognati virilis ſexus perſonas cognatione [m] coniuncti, quaſi à patre cõnati. Itaque ex eodẽ patre † nati fratres, adgnati ſibi ſunt: qui & cõſanguinei [n] vocantur. nec requiritur, an etiam eandem matrẽ habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem [o] is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam conſobrini [p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures adgnationis gradus peruenire poterimus. Ij etiam qui poſt mortem patris naſcuntur, iura cõſanguinitatis [q] nanciſcuntur. Non tamen [r] omnibus ſimul adgnatis dat lex [s] hereditatem: ſed ijs [t], qui tunc proximiores gradu ſunt, cùm certũ [v] eſſe cœperit, aliquem inteſtatũ deceſsiſſe. Per adoptionẽ quoq; [x] adgnationis ius conſiſtit: veluti inter filios naturales [y], & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium eſt, quin hi impropriè cõſanguinei appellentur. Item ſi quis [z] ex cæteris adgnatis tuis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui lõgiore gradu eſt, adoptauerit aliquem: adgnatus inter ſuos eſſe [a] non dubitatur.

Ex agnatis mulieribus nulli penitus (niſi ſorori) ad agnatorum ſucceſsionem per mediam iuris prudentiam dabatur aditus: quãuis prætoris beneficio poſt omnes demũ agnatos cognatosq; per Vnde cognati, ad bonorum poſſeſsionem admittebantur. [illegible] [illegible] los, ſiue fœminas pari ratiõe ad iura ſucceſsionis ab inteſtato vocari.

Cæterùm [b] inter ma-

† Duo fratres ex eodem patre dicunt̃ cõſanguinei.

d Conſtitutiones. ſ. tit. j. §. quibus connumerari. & §. itdm vetuſtas. ver. diui. Accur.

e Exiſtat. dico & amplectatur: nã hæc duo neceſſaria ſunt. Accur.

f Succeſsionem. defuncti. Accur.

g Quoquo modo. ſ. ciuili vel prætorio iure.

h Adgnatum. capite non minutum: vt. ff. de ſuis & legi. hære. l. capitis.

i Proximum. i. qui proximior eſt defuncto. j. eod. §. plures. & §. proximus. Accur.

k Sunt autem adgnati. ſic. ff. de legit. tut. l. ſunt autem. Accur.

l Libro. vt. ſ. de leg. agn. tut. §. ſunt autem.

m Cognatione. cognatio eſt genus, agnatio ſpecies: vnde quiſquis eſt agnatus, & cognatus, ſed non conuertitur.

n Conſanguinei. quaſi ex eodem ſanguine nati: cæteri agnati non dicuntur conſanguinei: vt. ff. de ſuis & leg. l. ij. & j. de ſuc. cog. §. vulgo.

o Inuicem. ſ. filius fratris patruo.

p Etiam conſobrini. impropriè: vt. j. de gradib. cognatio. §. iiij.

q Iura cõſanguinitatis. ſ. ad ſuos fratres prius natos: ad reliquos vero agnatos agnationis tantum ius acquiritur: vt. ſ. proxim. diximus. Et eſt verum hoc, ſi viuẽte eo de cuius hęreditate agitur, concepti ſaltem erant: vt. ff. de ſuis & legi. hære. l. Titius. ibi, reſponde &. ff. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior. Accur.

ADDITIO. Alias ex perſona ſua non ſuccedit: ſed bene ex perſona patris. Angel.

r Non tñ. quamuis agnati vocentur ad hæreditatẽ, non tamen &c.

ADDITIO. Et ſic no. ſecundũ Ange. diſpoſitionẽ abſolutã debere intelligi ſecundũ ordinis prærogatiuam. Quod facit ad eũ, qui accepit in emphyteuſim: vel cui legat̃ aliquod pro ſe & filijs ſuis, vt videantur eſſe vocati ſecundum ordinis charitatem.

s Dat lex. ſcilicet duodecim tabularum.

t Sed ijs. & omnibus ijs: vt. j. eo. §. ſi plures.

v Certum. quod eſt etiam, ſcilicet, facto teſtamento, quod euanuit: q dic vt. j. §. proxi.

x Per adoptionẽ quoq;. quaſi dicat, non ſolum iure naturali conſtituitur agnatio, ſed etiam ciuili, vt per adoptionem, ſcilicet, quamlibet iure iſto: vt. ff. de adoption. l. prima. & ſupra de adoption. in princip. ſed hodie per eam tantum ex qua tranſit in poteſtatem arrogatoris: vt. ſ. eodem titul. j. §. ſed ea omnia. verſicu. noſtra autem. ſed tamen licet non fiat agnatus, ſcilicet hodie: quia nõ tranſit in poteſtatem extranei arrogantis: ſuccedit tñ ab inteſtato patri tantũ nõ alijs patris agnatis: vt. C. de adop. l. pe. §. ſed ne articulũ. ver. ſed ſi qdẽ.

y Naturales & legitimos, nõ tantum emancipatos: vt. ff. de grad. affi. l. ſi filium.

z Item ſi quis. non ſolum pater, de quo dictum eſt.

a Inter ſuos eſſe. id eſt, agnaſcitur alijs agnatis adoptantis, & eis cognatus fit: vt. ff. de adop. l. qui in adoptionem.

b Cæterum. i. certe. vel aliter, lex quidem xij. tabu.

l Quid autem in veterinis an dicantur cõſanguinei: vide Ang. hic.

deferebat

ſculos quidem adgnationis iure hæreditas, & etiam ſi lõgiſsimo [a] gradu ſint, vltro citroq; capitur. Quod ad fœminas [b] verò attinet: ita placebat [c], vt ipſe cõſanguinitatis [d] iure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint: vlterius nõ capiant. maſculi autẽ ad earum [e] hæreditates (etiam ſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua [f] verò ad illas nõ pertinebat. Quod ideo ita cõſtitutum erat: quia cõmodius videbatur, ita iura conſtitui: vt plerunque [g] hæreditates ad maſculos [h] confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas [i] quaſi extraneas repelli: prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitatis [k] nomine bonorum poſſeſsionem pollicetur, ex qua parte ita ſcilicet admittũtur, ſi neq; adgnatus vllus, neq; proximior cognatus interueniat [l]. Et hæc quidem [m] lex duodecim tabularũ nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem [n] legibus amicã amplexa ſimili modo omnes adgnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas cuiuſcunq; gradus ad ſimilitudinẽ ſuorũ inuicẽ ad ſucceſsionẽ vocabat. Media autẽ iuris prudentia, quę erat quidem lege duodecim tabularum iunior [o], imperiali autem diſpoſitione anterior [p], ſubtilitate quadam excogitata, præfatam [q] differentiam inducebat, & penitus eas [r] à ſucceſsiõe adgnatorum repellebat, omni [s] alia ſucceſsione incognita: donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis [t] corrigẽtes, ſiue quòd deerat implentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderũt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſsionem eas adiuuabant, & pollicebãtur his [v] bonorum poſſeſsionem, quæ, vnde cognati [x], appellatur. Nos verò [y] legem duodecim tabularum ſequentes, & eius veſtigia hac in parte cõſeruantes: laudamus [z] quidem prætores ſuę humanitatis [†]: non tamẽ eos in plenum huic cauſæ [a] mederi inuenimus. Quare etenim [b] vno eodemq; gradu naturali cõcurrente, & adgnationis titulis [c], tam in maſculis, quàm in fœminis æqua lance conſtitutis [d]: maſculis quidem dabatur [e] ad ſucceſsionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad adgnatorum ſucceſsionem patebat aditus [f]. Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim tabularum eandem diſpoſitionẽ exequentes: noſtra conſtitutione [g] ſancimus omnes legitimas perſonas, id eſt per virilem ſexum deſcẽdentes (ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint) ſimili modo [h] ad iura ſucceſsionis legitimæ ab inteſtato vocari, ſecundum ſui gradus prærogatiuã: nec ideo excludendas: quia conſanguinitatis [i] iura, ſicut germanæ, non habent.

Vterinæ vel conſanguineæ ſe-

deferebat hæreditatem agnatis proximis, ſed media iuris prudentia cum diſtinctione: & ideo hic dicit cæterum, pro ſed.

a Longiſsimo. i. decimo: vt. j. de ſucceſ. cog. §. fi.

b Fœminas. agnatas.

c Ita placebat. nota. caute dicit placebat, & non placet: vt. j. §. nos vero. & hoc erat per mediã iuris prudentiam, non per l. xij. tab. neq; per prætorẽ: vt. j. eod. §. & hoc quidẽ. & §. media.

d Conſanguinitatis. i. agnationis.

e Earum. ſcilicet, fœminarum.

f Tua. ſcilicet, hęreditas.

g Plerunq;. Hoc Propter conſanguineas ſorores, de quibus modo dixit.

ADDITIO. Et huic ſumitur ratio ſtatutorũ cõiter per Italiam, quod ſtantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedãt: quia ſtatuta ex parte maſculorum ſunt fauorabilia. & ex parte fœminarũ odioſa: vt hic per Angelum.

h Ad maſculos. ſic. ſ. titul. j. §. item vetuſtas.

i Eas. i. agnatas fœminas.

k Proximitatis. i. cognationis.

l Interueniat. nec aliquis ſuorũ: vt. ſ. tit. j. §. admonendi. in fin. §.

m Et hæc quidẽ. quæ ſcilicet in. §. cęterũ. & §. ſed quia. dicta ſunt.

Simplicitas legib9 amica.

n Sed ſimplicitatẽ. remota differẽtia agnatorũ inter maſculos & fœminas. ſic. ſ. de fideicõ. hære. §. ſed quia.

o Iunior. & ſic no. q lex xij. tabu. eſt vetuſtior, quam media iuris prudentia: & quã ius prætorium.

p Anterior. i. conſtitutione anterio-ri infra ſcripta. quę eſt. C. de leg. hær. l. lege xij. tabul. Accurſius.

q Præfatam. ſ. dictã. ſ. eo. §. cæterũ.

r Eas. agnatas fœminas, niſi ſorores.

s Omni. nã ordo cognatorũ nõ erat adhuc. Vel dic etiã deficientibus agnatis: ipſi tamen non vocabantur.

t Iuris ciuilis. i. mediæ iuris prudẽtiæ, quod ſcilicet ciuile dicitur: vt. ff. de ori iu. l. ij. §. hæc diſputatio. Accur.

v His. ſ. mulieribus agnatis vltra ſorores.

x Vnde cognati. ſic dicta: quia per eã cognati vocantur. Accur.

y Nos vero. Hic Iuſtinianus loquit.

z Laudamus quidẽ prætores. No. q ille eſt [illegible] ius, qui eſt inuentor alicuius ordinationis, ſiue diſpoſitionis, licet nõ æque perfecte adinuenerit: quia facile eſt adinuẽtis addere: vt. l. j. C. de vete. iur. enuc. §. omnis. enim noſtra. Ange. Are.

† Deeſt hoc loco ablatiuus, nomine, aut cã eo ſcilicet loquendi genere, de quo admonet Anto. Augu. lib. emed. ij. cap. [illegible] Iſta [illegible] nõ eſt Accurſij. ſed additio.

a Huic cauſæ. id eſt expulſioni agnatorum.

b Quare etenim. Bene dico fore prouidendũ agnatis fœminis: quia etenim.

c Titulis. i. nominibus. Accur.

d Conſtitutis. id eſt, ordinatis.

e Dabatur. i. concedebatur.

f Aditus. certe nõ erat ratio iuſta vel ſufficiens, licet aliqua ſit: vt. ſ. eo. §. cęterum. in fi.

g Conſtitutione. vt. C. de leg. hær. l. lege xij. tabu. Accurſius.

h Simili modo. i. hincinde vel dic ita fœminæ vt mares.

i Cõſanguinitatis. i. licet nõ ſint ſorores, quæ germanæ vocantur, quaſi ex eodem germine natæ.

Exiſtim

[illegible]

Hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus [a], vt transferatur vnus tantummodo [b] gradus à iure cognationis in legitimam [c] ſucceſsionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecũdum quod iam definiuimus) ad ſucceſsionem patrui ſui vocentur: ſed etiã germanæ [d] conſanguineæ, vel ſororis vterinæ [e] filius & filia ſoli, & non deinceps [f] perſonæ vnà cum his ad iura auũculi ſui perueniãt: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filijs, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab vtroq; latere ſuccedant, tanquam [g] ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo iure veniant: ſcilicet vbi frater & ſoror ſuperſtites [h] nõ ſunt. His etenim perſonis præcedentibus, & ſucceſsionem admittẽtibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti: videlicet hereditate nõ in ſtirpes, ſed in capita [i] diuidenda.

Licet ſint plures agnati: tamen ſolus proximior in gradu vocatur. Et ſi plures ſunt in proximiori gradu, omnes ſimul vocantur. h.d. Ang. Are.

Si plures ſint [k] gradus adgnatorum: apertè lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaq; ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur [l]. Et quamuis † ſingulari numero vſa lex duodecim tabularum proximũ vocet: tamẽ dubium nõ eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur †. Nã & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur, & tamen non dubiũ eſt, quin licet vnus ſit gradus adgnatorũ, pertineat ad eos hæreditas.

Proximus inſpicitur tempore teſtamenti deſtituti quando teſtamentum factum eſt: alias autem tempore mortis teſtantis. Are.

[illegible] etiam dicimus, qui deſtituti teſtamenti tempore proximior eſt.

Proximus [m] autem (ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſceſſerit) per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur [n], quod ſi facto teſtamento, quiſquã deceſſerit [o] per hoc tempus requiritur, quo certũ eſſe cœperit, nullũ ex teſtamento hæredem extiturum: tunc enim [o] propriè quiſque * inteſtatus deceſsiſſe intelligitur. Quod quidem longo aliquando tempore [p] declaratur. In quo ſpatio temporis ſępè accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat qui moriẽte teſtatore, nõ erat proximus.

Lege duodecim tabularũ ceſſabat edictum ſucceſſoriũ de gradu in gradum (...) enim capitis perſonæ defecta, ſequentes in gradu perſonæ nequaquam admittebãtur, ſed protinus alteri capiti deferebatur ſucceſſio: quod hac conſtitutione emendatur.

Placebat [q] aũt in eo genere [r] percipiẽdarũ hæreditatũ ſucceſsionẽ nõ eſſe [s]: id eſt, vt quãuis proximus, q ſecundũ ea, quæ diximus, vocatẽ ad hæreditatẽ, aut ſpreuerit hęreditatẽ: aut antè, quã adeat, deceſſerit: nihilò magis [t] legitimo iure ſequẽtes admittãtur. Quod iterũ pretores iure imperfecto corrigẽtes, nõ id totũ ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorũ ordine eos vocabãt, vtpote adgnationis iure eis recluſo. Sed nos [v] nihil perfectiſsimo iuri deeſſe cupiẽtes, noſtra cõſtitutiõe, quã de iure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus [x], ſanximus ſucceſsionẽ in adgnatorum hæreditatibus nõ eſſe eis denegandam: cùm ſatis [y] abſurdum erat, quod

a Exiſtimauimus. vt. ff. de legit. hær. l. lege xij. tab. § j. & § in his.
b Tantũ modo i. non vlterior, proximior tamen ſic, vt ipſæ ſorores vel fratres vterini vel vterinæ, vt ſequif. C. de legi. hære. l. fi. §. ſed neque.
c In legitimam. ſ. agnatorum. Acc.
d Germanæ. i. natæ ex eodem patre, & matre cum defuncto.
e Vterinæ. i. natæ ex eadem matre tantum.
f Deinceps. i. vlteriores ſiue in gradu remotiores.
g Tanquã. No. ex hoc text. quod iſti improprie ſunt agnati: & ideo non comprehẽderenẽ in ſtatutis loquẽtibus de agnatis. Ang.
h Superſtites. hoc corrigif per authẽ. ceſſante. C. de legit. hære. quia cum his admittuntur. Itẽ & in alio quod ſubijcitur hic §. corrigitur: quia in ſtirpes fit diuiſio hodie, ſed poſt hos filios fratrũ fit diuiſio in capita, vt in authẽ. de hære. quæ ab inteſ. §. ſi igif defunctus neq;. colla. ix. & in auth. vt frat. filij. §. j. colla. [illegible]. Vel dic, quod [illegible] in authen. in ſtirpes diui[...] [...]rum eſt, quando cum alijs, ſcilicet patruis vocantur nepotes * alias in capita: vt hic.
i In capita. ſ. tit. j. in fi. contra. Sol. ibi de deſcendentibus loquitur: hic de collateralibus. Accurſ. vide gloſ. j. §. huiuſmodi. in aut. de hæ. ab inte.
k Si plures ſint. ſic in auth. de hære. ab inteſtat. ve. §. ſi vero neq; fratres. coll. ix. & ff. de ſuis & legit. hæred. l. ij. §. hæreditas.
l Habef. hoc corrigif: vt. ſ. dixi per auth. ceſſante. Acc.
m Proximus. ſic ſ. titu j. §. cum aũt.
n Quæritur. ſic ſ. eod. §. ſunt autẽ. verſ. non tamen.
o Tũc enim. ſ. cũ nõ aditur hęreditas ex teſtamento.
p Longo tempore. i. poſt mortem.
q Placebat. ſ. ex l. xij. tabul.
r In eo genere. ſ. iure ſucceſsionis.
s Succeſsionẽ nõ eſſe. id eſt, ſucceſſorium edictum inter agnatos locum nõ habere, ſcilicet de perſona in perſonam: ſed inter cognatos ſic: vt j. ſequitur: vt. ff. de ſuc. edict. l. j. §. quibus. ſed de ordine in ordinem, ſeu de capite in caput ſic :, vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos, et poſt in virum & vxorem, vt ſequitur, vt ff. ſi ta. teſta. nul. ex l. j. §. reſpon.
t Nihilo magis. i. non ideo magis.
v Sed nos. loquitur Iuſtinianus.
x Protulimus. ſ. in Græco.
y Cum ſatis. ratio prima.

Apert

† Scilicet æqualiter, & ſic p capita.

* Alias, propriè etiam quiſq; &c.

: Nota p euidẽtia q caput ſiue ordo eſt generalius: et ſunt quatuor, vnde liberi: vnde cognati: & vnde vir & vxor: & vnũquodque ipſorũ cõtinet ſub ſe plures gradus puta in vnde libe. ſũt primo filij: ſecũdo nepotes: tertio pronepotes & ſic deinceps: & eodẽ modo i quolibet capite.

1 Iſta glo. etiã nõ eſt Accurſij.

Filij fratris ſuccedunt cũ patruos & in ſtirpes fit diuiſio.

* Vnde ſi ſtatutũ eſt, q primus q intrauerit caſtrũ habeat cẽtũ, & plures ſimul ĩtrãt ſimul habebunt centum: & partiantur inter ſe, p hunc text. Aegi per.

† Idest qñ ſuccedunt nepotes ſine patruo ſuperſtite. ratio, quia æqualiter diſtãt à defuncto ergo æqualiter debent ſuccedere: vt. ſ. §. j. i. [...] quoniã ſi plures.

a . Apertum eſt. i. ſucceſſorium edictum de perſona in perſonam.
b Maxime. ratio. iſ.
c Gradu. agnatorum.
d Ad legitimam. eſt enim filius agnatus patri proximus; vt. ff. de iuis et legi. l. filius. qď ius non tollitur per capitis diminutionē: ſicut neq; inter fratres vt hic, &. C. de legi. tu. l. iiij. Acc.

ADDITIO.

Quamuis tamē pater ſuccedat filio ab inteſtato, & ſic ſecundum tacitam eius voluntatē: vt l. conficiūtur. ff. de iure codi. non tamē contra voluntatē, ſi ab ipſo filio aliquid vel tantū acceperit, quod ſatis ſit ad legitimam. l. j. §. ſi parens. ff. ſi à pa. quis fue. manu. de qua materia dic vt per Ang. hic.

e Parens . ſecus econtra: vt. ṡ. titu. j. §. emancipati.[1]
f Cōſtitutiōe. vt C. de emā. li. l. fina.
g Contracta fiducia. ſic dicendo: ius ſuccedēdi in bonis tuis mihi reſeruo. vel etiam ſic: emancipo de contracta fiducia.
h Non aliter. ꝙ non erat rectum: vt ff. de reg. iur. l. ſecū dum naturam et. ṡ. de legi. patro. tute. in fin. & j. de emp. & ven. §. cum autē. circa medium nam qui ſentit incommodum, ſentire debet commodum, vt dicunt iura ſuperius a leg. & econuerſo. non eſt enim ferendus, qui lucrū amplectitur, onus autem ſubire recuſat. C. de cadu. tol. l. vnica. §. pro ſecū do. ān ſi. habent canon iſtę regulam iuris, qui ſentit onus. de regu iu. in vj.
i Manumiſiſſet. i. emancipaſſet. ſic. ff. quando. act. de pe. eſt an. l. j. §. alienatio.

Filius eſt patri agnatus.

* In qbuſdam exēp. qui nō cōtracta fiducia &c. ſed hic n[illegible]. Nec Theophi. hoc loco negationem habet.

[1] Erat ratio diuerſitatis: quia pater multum conferebat filio per emācipationē ſe expoliādo priuilegijs patriæ poteſtatis ideo in recompenſationem admittebatur ad eius hæreditatem. Ang.

cognatis à prætore apertum eſt[a], hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè[b] cùm in onere quidem tutelarū & primo gradu[c] deficiente ſequens accedit: & quod in onere obtinebat, nō erat in lucro permiſſum.

Olim pater admittebatur ad legitimā hæreditatem filij emancipati, ſi in emancipatione fuerat contracta fiducia. Hodie verò præſumitur contractam eſſe fiduciam. Archi[illegible].

Ad legitimam[d] ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens[e], qui cōtracta fiducia* filium vel filiam, nepotem vel neptē, ac deinceps emancipat. quod ex noſtra cōſtitutione[f] omnino inducitur, vt emancipationes liberorū ſemper videantur quaſi contracta fiducia[g] fieri: cùm apud veteres non aliter[h] hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet[i].

TITVLVS III.

DE SENATVSCONSVLTO Tertylliano.

Lege duodecim tabularum mater non ſuccedebat filio ab inteſtato, nec econtra filius matri: ſed ex conſtitutione ſenatuſconſulti Tertylliani, ſi ingenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, [illegible] ab inteſtato ſuccedebat. Areti.

Annota, Filiam etiam nuptui datam in paterna ſemper reſidere poteſtate.

DE SENATVSCONSVLTO &c.

Poſt agnatos de quibus ſuprà ſuccedunt cog. ideo ſequebatur videre de cognatis. Verùm licet mater & filius ſint cognati tamen ex ſpeciali prouiſione ſibi adinuicem vt agnati ſuccedunt: vt inſ. à, de ſuc. cog. in princip. ideò poſt alios agnatos ante cognatos ponit de ſucceſſione matris ad filium, & econtra. Are. Differentia huius tit. & ſequentis notari poteſt in his verſibus: Matri dat mœſtæ geniti bona Tertyllianum. Fili maternas ſibi res dabit Orfitianum.

Ex duodecim. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primo, ꝙ ex lege xij. tabularum mater ad hæreditatem filij, & econtra nō admittebatur. Secū do qualiter admittebatur ex ſenatuſconſulto Tertyllia. Tertio, quæ pſonę pręponebantur tūc matri. Quarto conſtitutionem Tertylliani remouet. Quinto remouet alias cōſtitutiones. Secunda ibi, Et primus. Tertia ibi, Pręferunt. Quarta ibi, Sed nos. Quinta ibi, Sed cū antea.

Ex duodecim tabularum ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat[k] maſculorum[l] progeniē: & eos qui per fœminini ſexus neceſsitudinem[m] ſibi iunguntur, adeò expellebat, vt ne quidem inter matrem & filiū[n] filiamve vltro citroq; hæreditatis capiendæ ius daret: niſi quòd prætores ex proximitate cognatorū eas perſonas ad ſucceſsionē, bonorum poſſeſsiōe Vnde cognati, accōmodata, vocabant. Sed hæ iuris anguſtiæ[o] poſtea[p] emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius matri ad ſolatium liberorū amiſſorum[q], legitimam eorū[r] detulit hæreditatē. Poſtea autem ſenatuſcōſulto Tertylliano, quod diui Adriani temporibus factum eſt, pleniſsimè de triſti ſucceſsione matri[s] non etiam auiæ deferenda cautum eſt: vt mater ingenua trium liberorū ius habēs[t], libertina quatuor ad bona filiorum[v] filiarūve admittatur inteſtatò mortuorum, licet in poteſtate parētis ſit[x]:

k Præponebat. impropriè.[2] nā cognatos nullo modo vocabat, vt ſequit.
l Maſculorū ꝓgeniem. i. agnatos: vt. ṡ. tit. j. in ꝑin.
m Neceſsitudinē. i. cognationē: nam dicunt cognati neceſſarij: vt. ff. de iu. & iu. l. fina.
n Matrē & filiū. qui adinuicē ſunt cognati: vt. j. de ſucceſ. cog. §. vulgo.
o Iuris anguſtię. nota ius dici anguſtioſum, alias iniquum dicit: vt. j. de ſuc. lib. in princi. & ff. quod quiſq; iur. l. iij. in prin.
p Poſtea. poſt legē duodecim tabu. & per diuū Claudiū: & per ſenatuſconſultū Tertyllianum, vt ſequitur.
q Amiſſorū. ſ. in acie principis: vt arg. ṡ. de excu. tut. in princ. Vel dic, ꝙ generaliter ſtatuit: vt. C. de inoffi. teſt. l. liberi. prima verior eſt.
r Eorum. ſcilicet filiorum.
s Auiæ. etiam hodie auia ſuccedit ſicut mater, vt in authen. de hære. quæ ab inteſt. §. conſequens. colla. ix.
t Triū liberorū ius habēs. i. tres habēs filios, nō autē in poteſtate: vt. ṡ. de adop. §. fœminæ. quos tres habere videt etiā ſi ter geminos peperit: ſecundum lo. vt. ff. de verbo. ſigni. l. ter enixa.
v Filiorum quod dic vt. ṡ de hære. quę ab inteſt. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. diui.
x Parentis ſit. ſcilicet mater. Et ita nota de iure Romanorum vxorem alicuius eſſe in poteſtate parentis,[3] non

[2] Nam ꝓpriè nō dicit præponi illi qď nō ſequit: quāuis ꝓpriè proximus dicatur, quem nemo ſequ[illegible]tur: vt. ff. vnde cogna. l. j. §. ꝓximus. Ang.

Ius quādoque dicit iniquum.

[3] Et ideo non pōt teſtari nec codicillari etiam cū cōſenſu patris: vt per Ange. hic.

non mariti, niſi quoad debitum carnis, aliud de iure Longobardorũ: vt hic, & C. de condic. inſer. l. ſi vxor tua. & in Longobarda qualiter mulieri alienare permiſſum ſit. l. j. Tenetur tamen operari viro vxor: vt. l. ſicut. cum ibi not. ff. de oper. liber.

vt ſcilicet cum alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu [a] eius adeat hęreditatem, cuius iuri ſubiecta † eſt.

Filij defuncti excludunt matrem vſq; in infinitum. Idem in patre & fratre, qui etiam matrẽ excludunt. Soror autem defuncti vnà cum matre admittitur. Are.

Præferuntur autẽ matri liberi [b] defuncti [c], qui ſui ſunt, quive ſuorum [d] loco ſunt, ſiue primi gradus [e] ſiue vlterioris [f]. Sed & filiæ [g] ſuæ mortuæ, filius vel filia pręponitur [h] ex conſtitutionibus matri defunctæ [i], id eſt auiæ ſuę. Pater [k] verò vtriuſque [l], non etiam auus & proauus matri anteponitur, ſcilicet cum inter eos ſolos [m] de hæreditate agitur. Frater autem cõſanguineus tam filij, quam filię excludebat [n] matrẽ: ſoror autem cum conſanguinea pariter cũ matre admittebatur [o]. Sed ſi fuerant frater & ſoror cõſanguinei, & mater liberis [p] onerata: frater quidẽ matrem excludebat, cõmunis autem erat hęreditas ex æquis partibus fratribus & ſororibus.

Abiecta antiqui iuris impietate, hoc iure vtimur. vt quæcunq; matres (etiam ſi ter enixæ non fuerint) inteſtatorum filiorum ſucceſsionem excluſis agnatis conſequantur; exceptis tamen defuncti filij fratribus ex vtroq; vel altero parẽte natis, qui vnà cũ matribus forma hic tradita ſuccedunt.

Sed nos conſtitutione, quam in Codice [q] noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendũ eſſe exiſtimauimus reſpiciẽtes ad naturã & puerperium, & periculum, & ſæpe mortem ex hoc caſu matribus illatã. Ideoq; impium eſſe credidimus, caſum fortuitum [r] in eius admitti detrimentũ. Si † enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit: immeritò defraudabatur ſucceſsione ſuorum liberorũ. Quid enim peccauit [s], ſi non plures: ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matribus (ſiue ingenuis, ſiue libertinis) & ſi non ter enixę fuerint vel quater, ſed eum [t] tantùm vel eam, qui quæve morte intercepti [v] ſunt, vt ſic vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſsionem.

Mater præfertur omnibus alijs agnatis, exceptis fratribus & ſororibus: & cum ſororibus ſolum, venit ad dimidiam: & cũ ſororibus et fratribus, pro virili †. Are.

Sed cùm antea conſtitutiones [x] iura legitimę ſucceſsionis perſcrutãtes partim matrem adiuuabãt, partim eã prægrauabãt: nec inſolidum eam vocabant, ſed in quibuſdam caſibus tertiam ei partẽ abſtrahentes, cæteris legitimis dabant perſonis [y], in alijs autem cõtrarium faciebant [z]: nobis viſum eſt [a], recta et ſimplici via matrem omnibus perſonis [b] legitimis anteponi, & ſine vlla deminutiõe [c] filiorum ſuorum ſucceſsionem accipere: excepta fratris et ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt

a Iuſſu. ſ. iure antiquo, cum quælibet hæreditas patri per filium quæreretur: vt. ff. de acq. hære. l. qui in aliena. in prin. Sed hodie non ſola profectitia, non aduentitia, ſcilicet exigitur iuſſus: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. § ſiue ecõtrario. ADDITIO. No. quod in profectitijs iuſſus hodie non eſt correctus, ſed eſt neceſſarius vt olim. Item not. gloſ. in. l. fina. §. j. C. de bo. quæ libe. Angelus.

b Liberi. etiam adoptiui: & ita demum ſi ipſi ſuccedere velint: vt. ff. eo. l. ij. § liberi. & §. ita demũ. Accur.

c Defuncti. ſcilicet filij, de cuius hęreditate nunc agit.

d Suorum. quod dic vt. ſ. de hæred. quæ ab inteſta. §. j. & §. ij. & §. emancipati. & §. diui.

e Primi gradus. vt filij.

f Vlterioris. vt nepotes & ſimiles.

g Sed & filiæ. quaſi dicat non ſolum nepos ex filio maſculo excludit matrẽ defuncti, ſed & nepotes ex filia.

h Præponitur. i. præfertur.

i Defunctæ. ſcilicet filiæ.

k Pater. nõ adoptiuus: vt. ff. e. l. ij. §. ſed neque auus.

l Vtriuſque. ſ. filij & filiæ. hoc eſt maritus: huius mulieris volentis ſuccedere filio mortuo.

m Inter eos ſolos. ſcilicet auũ & matrẽ defuncti. Si autẽ ſit auus & pater defuncti, præfertur auus matri & etiã patri: vt. ff. eo. l. æquiſsimum. §. j. Et no. quod hic fallit regula, ſi vinco vincẽtẽ &c. vt. ff. de diuer. & tẽp. præſc. l. de acceſsionibus. §. nam qui me. nã auus patri defuncti præfertur: vt. ff. eo. l. æquiſsimum. §. j. & pater matri: nõ autẽ auus ſolus præfert matri. Sic fallit in authẽ. de æqua. do. §. his cõſequẽs. coll. vij. Item in auth. quibus mo. nat. effi. ſui. §. diſcretis. In gl. cõiunge. col. vj. Item. ff. qui pot. in pig. hab. l. Claudius. ſic. ff. de iniu. rup. teſta. l. penult.

n Excludebat. ſed male hodie: vt. j. e. §. ſed cum.

o Admittebatur. & bene: vt. j. eo. §. ſed cum.

p Liberis tribus vel quatuor: vt. ſ. eo. §. poſtea autem.

q In Codice. nõ in eo quẽ habemus: ſed in primo C. remanſit: quæ eſt. C. de iure deli. l. ij.

r Fortuitũ. ſ. habere, vel nõ habere tot filios: cũ ex diuina gratia hoc deſcendat.

s Peccauit. nã ſi peccatũ eſt, magis fuiſſet mariti: vt. C. de le. hæ. l. lege xij. tabu. in fi. j. reſpõ.

t Eum. ſcilicet cui ſuccedere vult.

v Intercepti. al's interempti.

x Cõſtitutiones. quas nõ habemus, ſecundum Ioan.

y Perſonis. patruo & filio, & nepoti patrui: vt. C. eo. l. fi. in fi. j. reſp.

z Contrarium faciebant. i. nihil dabant niſi prædictis.

a Viſum eſt. vt. C. eodem. l. fina.

b Omnibus perſonis. etiã patri defuncti: niſi in vſufructu, & toto quando habebat defunctũ in poteſtate. alias in beſſem tãtũ. ſed & in hoc caſu hodie etiã in totũ habet: vt. C. eo. l. fi. & de leg. hære. l. de emãcipatis. Iure tamen authẽ. aſcẽdentibus defert æqualiter paternis & maternis: vt in auth. de hęre. ab inte. §. ſi igitur defunctus deſcẽdẽtes. co. ix. ADDITIO. Dic quod hodie filio defuncto relicta matre & ſorore vel fratre aliter ſucceditur, vt authẽ. defuncto. C. eo. Ange.

c Diminutione. quæ fiebat per agnatos ſupradictos in princ. iſtius. §.

† Hæc triplex differẽtia ſublata eſt p. §. ſed nos. j. eo. Aegid. per.

Vxor non eſt in poteſtate mariti.

† Fœminę quæ liberis procreandis ſtrenuam nauabant operã olim laudabantur. Aegi. per.

† Id eſt in capita.

Quemadmo

a Quemadmodū.q.d.qui in vno honoratur, in alio grauetur.ff.de iureiu.l.cum qui.in prin.
b Eam ſ.matrem.
c Simul.ſ.cum matre.
d Sorores.hoc caſu eſt hodie idem quod in ſeq.§.vt in auth.de nupt.§.pe.&.§.& quoniā.colla.iiij.

quemadmodum[a] eam[b] toti alij ordini legitimo propoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue nō, ad capiendas hæreditates ſimul[c] vocemus. ita tamē vt ſi quidem ſolæ ſorores[d] adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint; dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite & fratre vel fratribus ſolis, vel etiam cū ſororibus, ſiue legitima[e] ſiue ſola cognationis[f] iura habentibus, inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatur eius hæreditas.

Quæ filio ſuo impuberi intra anni ſpatium tutorem petere neglexerit, ab eius ſucceſſione (ſi intra pubertatem deceſſerit) prorſus ſit aliena.

Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus[g], ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere[h]: ſcituris eis[i], quòd ſi tutores liberis non petierint: vel in locum remoti, aut excuſati intra annum petere neglexerint: ab eorū impuberum[k] morientium ſucceſsione meritò repellentur.

Filio non tantum legitimo, ſed etiā vulgo quæſito mater ſuccedit.

Licet aūt vulgò quæſitus[l] ſit filius filia ve: poteſt tamen ad bona eius mater ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.

e Legitima. quia ſunt ſorores ex vtroq; parente.
f Cognationis. quia ſunt tantū ex matre ſorores.
g Proſpeximus. in ſucceſsione.
h Conſulere. ſ. in tutore petēdo. Ac.
ADDITIO. Et dic petendo.ſ.intra annum, vt hic. Et iſtā opi.dicit Ange.eſſe cōmunem: & eā tenent tanquam magis æquam, per l.eg. ſciant.C.de legi.hęred.quamuis Bart. ibi & docto. velint quod teneatur petere ſtatim cum poteſt, niſi fuerit impedita legitima cauſa: ita quod annum nō tranſcendat.
i Sciturisceis.ſcilicet matribus negligētibus.alias nō perdunt: vt.C.qui pet.tut.l.cum ꝗ matribus. & maioribus, alias ſimiliter non perdunt: vt.C. ſi aduer.delic.l.ij. Accur.
k Impuberum. aliud ſi puberes moriantur: vt.C.eo.l. matres.
l Vulgo quæſitus. niſi mater ſit illuſtris. Sic ecōtra talis filius illuſtri matri non ſuccedit: vt C ad Orfi.l.ſi qua illuſtris.
ADDITIO. Idem ſi eſſet natus ex damnato coitu: ſecus ſi ex cōcubina etiā illuſtri, vt per Angel.hic.

Et ſufficit eā eſſe minorē tēpore mortis mariti: etiam ſi poſtea maior facta intra annū non petierit. Ange.

DE SENATVSCONSVLTO Orficiano.
Viſum eſt tit. ſuperiori qualiter mater ſuccedat filijs per ſenatuſconſ. Tertyl. videamus nunc qualiter filij ſuccedant matri: quod fit per ſenatuſconſultum Orficianum.

Per contrariū. Totus iſte ti. diuidit in quatuor partes. Primo ponit qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hęreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittātur. Secundo nunquid capitis diminutione tale ius ſuccedēdi tollatur. Tertio, qui ſunt illi filij, qui ad hæreditatē matris admittuntur. Quarto ſubnectit nouum caſum ad materiā ab inteſtato. Secunda ibi, Sciendū eſt. Tertia ibi. Nouiſsime. Quarta ibi, Si ex pluribus.

TITVLVS IIII.

DE SENATVSCONSVLTO ORficiano.

Filius & nepos veniūt ad hæreditatem matris & auiæ ab inteſtato ex ſenatuſconſulto Orficiano. Areti.

PEr contrariū[m] aūt liberi[n] ad bona matrū[o] inteſtatarū admittūtur ex ſenatuſcōſulto † Orficiano, quod Orficio & Ruffo cōſulibus factum eſt, diui Marci tēporibus: & data eſt, tam filio, quàm filię legitima[p] hæreditas, etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur[q] cōſanguineis[r] & adgnatis defunctæ matris. Sed cū ex hoc ſenatuſcōſulto nepotes & neptes ad auiæ ſucceſsionē legitimo iure nō vocarētur, poſtea hoc cōſtitutionibus[s] principalibus emendatum eſt: vt ſimilitudinem filiorum, filiarumq́;, & nepotes[t], & neptes vocentur.

Succeſsio ex Tertylliano vel Orficiano non tollitur minima capitis diminutione.

Sciendum autem eſt, huiuſmodi ſucceſsiones, quæ ex Tertylliano & Orficiano ſenatuſconſultis deferuntur, deminutione[v] non perimi, propter illam regulam[x] †, quia nouæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non pereunt: ſed illæ ſolæ[y], quæ ex lege

m Per contrariū. econtrario.nā ſ.ti. j.tractatū eſt qualiter mater filio ſuccedit: nūc dicit ecōtra. Vnde verſus: Matri ſuccedes ò nate per Orficianum. Inuidiam portas econtra Tertyllianum[z]. Accur.
n Liberi. ſtricte ponitur pro filijs tantū: vt.j.eod.§.j. verſ.ſed cum. alias contra: vt.ff.de verbo.ſign.l.liberorū.
o Matrum. ingenuarum vel libertinarum: vt.ff.eo.l.j.§.reſpōſ.imo & ancillarum, dūmodo ſit ſibi facta mora in fideicō. libertate præſtanda: vt.C.eod.l.fina.
p Legitima. non quia lege xij.tabu. daretur, imo denegabatur: vt.ſ.tit.j. in prin.ſed ſenatuſcon.dat, quod vicem legis obtinet: vt.j.de exce.§.hæc exempli cauſa.
q Et præferuntur.ſ.filij.
r Cōſanguineis. i.cognati. Accur.
ADDITIO. Alibi exponitur conſanguineis, id eſt, fratribus: vt.l.j.C.eo.titu.& illa communiter tenetur. Ang.
s Conſtitutionibus. quas non habemus.
t Nepotes.idē in alijs deſcendētibus ex hac linea dicā: Sed quid ſi nepos iſte fuit conceptus poſt mortem auiæ? Rū non ſic: vt.ſ.de hær.quæ ab inte.§.cum autē dicimus.
v Capitis deminutione.ſ minima.nā per alia omne ius etiā cognationis tollitur: vt.ſ.de ca.di.§.quod aūt.
x Regulam.cuius tenor eſt hic, &.ff.de capi.dimi.l.tutelas.§.reſpon.
y Sed illæ ſolæ.ff.vnde lib.l.ſi.in ſi.contra. Sol. Hic dicit ſolæ, vt excludat eas tantū, quæ ex ſenatuſcon-

z An autē in correlatiuis ſeruetur æqualitas: vide Bartol. in l.ij.C.de cu.ex iu.lib.xj. Ange.
† De quo & itē libelli ſuper ea ſirmatibꝰ, quotcp iudē vt competat, requiratur, vide apud Roſ.co. titu.in li.vij.parte.
† Id eſt ꝙ ex nouis legibus dātur: vt ex ſenatuſcō. Terty. & Orfi.&.l. tutelas in ſi.ff.de ca.dim. Aeg.per. Hęreditas per capitis diminutionē minimā quandoq; perdit quādoque nō.

ſulto deferuntur, non prætorias ſucceſsiones, vt ibi.
a Ex lege duodecim tabularũ. ſic. ff. e. ad ſenatuſcõ. Tert. & Orfi. l. j. §. capitis. ſic. ff. de ſuis & leg. l. capitis.
b Deferuntur. quare magis lege xij. tabularũ data hæreditas perditur per capitis diminutionẽ minimam, quã ſenatuſconſulto delata? Reſpon. quia illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis diminutionem minimã tollitur: at ſenatuſcõſ. filio, qui matri eſt cognatus: & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimã: vt. ſ. de leg. agn. tut. §. j.
c Vulgo quæſiti. quia nõ habent certum patrem: vt. ſ. de nupt. §. ſi aduerſus. multomagis in naturali tantum: vt C. eo. l. penul.
d Hæreditatem. ſ. vna cum legitimis, niſi erat mater illuſtris: tunc enim cũ legitimis ab inteſtato non veniunt. ſecus in naturalibus ex licita cõſuetudine procreatis: vt. C. eo. l. pe.
e Admitti. nunquid hodie ſuccedit vulgo quæſitus? Videtur quod nõ: vt in authen. quib. mod. nat. eff. ſui. §. vlti. Sed tamen diſtingue, aut ex tali coitu, qui poſsit damnari, vt inceſtus adulterij nefarij & ſimilis: quo caſu non ſuccedit, cum ob hoc ipſum damnandus eſt: vt in dicta authent. & ff. ſolu. matri. l. ſi ab hoſtibus [1]. aut non: & tunc ſuccedit matri, vt hic: nõ patri, cum ſit incertus. nam & ſi habet certum patrem naturalem, nõ tamen ſuccedit ei, niſi in duabus vncijs ab inteſtato, non extantibus legitimis, alias in nihilum: vt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. diſcretis. colla. vij.

duodecim tabularum [2] deferuntur [b].

Etiam filius vulgo quæſitus ad [illegible].

Nouiſsimè ſciendum eſt, etiã illos liberos, qui vulgò [c] quæſiti ſunt ad matris hereditatem [d] ex hoc ſenatuſconſulto admitti [e].

Quod ex pluribus legitimis hæredibus delata eſt hæreditas, [illegible] adeuntium portio adeuntibus adcreſcit, quo ad adcreſcendi ius ad hæredes quoque transfertur.

Si ex pluribus [f] legitimis hęredibus quidam omiſerint hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa [g] impediti fuerint, quò minus adeãt: reliquis qui adierint [h], adcreſcit [i] illorum portio. & licet ante deceſſerint [k]: ad hæredes tamẽ eorũ pertinet [l].

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

[illegible]

Poſt ſuos [m] hęredes, eoſque, quos inter ſuos hæredes prætor [n] & conſtitutiones [o] vocant: & poſt legitimos, quo [†] numero ſunt adgnati [p], & ij [q], quos in locum adgnatorum, tam ſupradicta ſenatuſconſulta [r], quàm noſtra erexit conſtitutio [s], proximos [t] cognatos prætor vocat, qua parte naturalis cognatio [v] ſpectatur. Nam adgnati capite deminuti, quique [x] ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur [y], ſed à Prętore tertio

f Si ex pluribus. Iſte. §. eſt communis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accreſcendi inter legitimos tantum tractat: vt hic, & ff. eo. l. j. §. ſi nemo. & C. de caduc. tollend. §. his ita. Idem etiam eſt in his, qui de iure prætorio ſuccedunt: vt. ff. de bonor. poſſeſſ. l. iij. in fin. & l. iiij. & v.
ADDITIO. Nota, quod iſte. §. eſt lex. ff. de ſuis & legi. hær. & incipit, Si ex pluribus.
g Alia cauſa. vt ſi defecerit conditio ſub qua inſtituti erant: vt. ſ. quib. mod. teſta infir. §. poſteriore.
h Adierint. ſic. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. ibi, Cæterum prout.
i Accreſcit. ſed pro qua parte? Reſpond. prout erant inſtituti: vt. C. de cadu. tol. §. is ita. & ſ. de vulga. ſubſtit. §. j [2]. Item nunquid eſt neceſſe iterum adire? Reſpon. non, niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui, fiat mihi augmentum: vt. ff. de acqui. hære. l. ſi ſolus. in j. reſpon. & in fine legis.
k Ante deceſſerint. quã accreſceret eis. Vel dic ante, quam illi repudiarent, vel antè quã adirent illorũ portionem: non autem ante, quam ſuam partem adirent: imo adiuerant, vt ſequitur. alias non tranſmitterent olim, vel hodie: vt. C. de cadu. tol. §. in nouiſsimo. niſi in perſonis liberorum: vt. C. de his, qui ante apert. tab.
ADDITIO. Hoc verum, niſi in hæreditate aſcendentium ex vtraque linea, non in hæreditate tranſuerſalium, vel extraneorum: quia non adita per liberos, ad poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque, etiam extraneos. dic vt per Ang. hic.
l Pertinet. ſcilicet, augmentum ſupradictum, vel portio illorum.

Poſt ſuos. Iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo, qñ cognati admittãtur, & quo iure. Secũdo, qui ſunt cognati. Tertio, vſque ad quotũ gradũ cognati & agnati admittuntur. Secunda ibi. Qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.
m Suos. vt. ſ. de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & j. de ſeruit. cogna. §. j.
n Prætor. vt. j. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati.
o Conſtitutiones. vt. ſ. de hæred. quæ ab inte. §. quibus. verſi. nec non. & §. item vetuſtas. verſic. diui.
p Agnati. vt. ſ. de legi. ag. ſuc. in prin.
q Et ij. ſ. qui ſunt de numero legitimorum.
r Senatuſconſulta: vt. ſ. proximis duobus titulis.
s Conſtitutio. vt. ſ. de leg. ag. ſuc. §. hoc etiam.
t Proximos. ſ. quos nemo cognatus antecedit, vel pręcedit, ſiue vnus ſit, ſiue plures. & inſpicit quis proximior ſit eo tempore, quo bonorum poſſeſsio defertur: vt. ff. eodem. vnde cognati. l. prima. §. proximus. & §. gradatim.
v Cognatio. Nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorũ poſſeſsio? Rñ. etiã, ſi fiat poſtea liber, nõ dat: vt. ff. eo. vnde cog. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis: quia nõ videt ibi naturalis cauſa? Rñ. ſic: quia quibus agnaſcitur, & cognaſcitur: vt. ff. eo. vñ cog. l. j. §. cognationem. Accur.
ADDITIO. Sed hoc non obtinet iure nouo. Vide. ſ. de hær. quę ab inteſt. §. at iſ qui. ver. poſt mortem. ſu ſi.
x Quique; Breue debet eſſe illud, que.
y Non habentur. vt. ſ. tit. j. §. ſciendum.

De æquitate tamen canonica parentibus ſũt alẽdi. c. cũ haberet, de eo qui du. ĩ mat. quã pol. per adulter. ex quo inferunt doct. quod pater poteſt relinquere baſtardis pro dote & alimentis, ſed vltra in fraudẽ nõ relinquat. ſecundum Ang.
2 Dic quod in hæreditate pars deficiẽs accreſcat etiã inuitis. Fallit primo ſi iure ſpeciali deficiat. Itẽ ſi ope exceptionis. Itẽ ſi iure diuerſo ſuccedat. Itẽ in pluribus partibus prouenientibus ex pluribus hæreditatibus & ex eodẽ teſtamẽto, ſecundum Angel.

† Cognatio eſt de iure naturali, ideo capitis diminutione non tollitur. ſ. de ca. dimi. §. quod autem. Ac gi. per.

Tertio

ordine[a] vocantur: exceptis[b] ſolis tantummodo fratre & ſorore emãcipatis, non etiam liberis eorum, quos[c] lex Anaſtaſiana[d] cum fratribus integri iuris[e] conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatẽ, ſiue ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cũ aliqua deminutione[f]: quã facilè eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Alijs verò adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionẽ paſsi non ſunt: tamen anteponit eos[g] & proculdubio cognatis[h].

Tranſuerſales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiui exiſtentes vocantur ex iſto ordine. Aretinus.

Eos etiam[i], qui per fœminini ſexus perſonas ex trãſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu[k] proximitatis nomine p̃tor ad ſucceſsionem vocat. Liberi[l] quoq;, qui in adoptiua familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu[m] vocantur.

V[illegible] agnatorum, ſed cognationem: ideo ſuc[illegible] [illegible] Areti.

Vulgò quęſitos nullos habere adgnatos, manifeſtum eſt. cùm adgnatio à patre ſit, cognatio à matre. hi autem nullum patrem habere intelligunt. Eadem ratione inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis ius, ſpecies eſt[n] adgnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi[o], ſicut & matri cognati ſunt. itaq; omnibus[p] iſtis ex ea parte cõpetit bonorũ poſſeſsio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

Agnati ad decimum vſq; gradum, cognati verò in ſextũ, ad hæreditates ex inteſtato admittũtur.

Hoc loco[q] & illud neceſſariò admonendi ſumus, adgnationis quidẽ iure admitti aliquem ad hæreditatẽ, & ſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis[r] hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſsionẽ pollicet. Proximitatis[s] verò nomine ijs ſolis p̃tor[t] promittit, qui vſque ad ſextum[v] gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo[x] ſobrino ſobrinaq; nato natæve[y].

TITVLVS VI.

DE GRADIBVS† COGNATIONVM.

Qui huiuſce tituli perfectam [illegible] tionem intus & in cute oculari quadã inſpectione aſſequatur, ad cuiuſdam arboris figuram, quæ [illegible] Adhæc ſi quid ſit cognatio, quid gradus, quid linea, quid affinitas, ac plurium denique vocum ſignificationes [illegible] tractatus, Pandectarum trigeſimooctauo libro decerptus, omnia [illegible] tibi ſuppeditabit.

HOc loco ne-

a Tertio ordine. nam ſunt quatuor ordines ſuccedẽdi: vt. ff. ſi tabu. teſta. nul. extab. l. j.
b Exceptis. nam iſti inter legitimos numerantur.
c Quos ſ. fratres emancipatos & ſorores. Accur.
d Lex Anaſtaſiana. quam non habemus, ſed de ea habetur mentio. C. de leg. tut. l. iiij. & de leg. hæred. l. ſi. §. j. Accurſius.
e Integri iuris. i. non emancipatis.
f Diminutione. tertiæ partis ſorte.
g Eos. ſ. fratres emancipatos. Acc.
h Cognatis ſcilicet anteponit: & ſic vocantur cum fratribus, & agnatis, & cognatis vlterioribus p̃ferunt.
i Eos etiam non ſolum agnatos capite minutos: vt ſupra &c.
k Tertio gradu. ſcilicet cognatiõis.
l Liberi. vt. ſ. de hære. quæ ab inte. §. admonendi.
ADDITIO. Dic, hodie immutatum eſt: vt habetur. C. de adopt. l. penul. Ang.
m Eodem gradu. ſcilicet tertio, puta cognationis.
n Species eſt. nã agnatio genus eſt. Cõſanguinitas, eſt illa quæ inter fratres tantũ eſt: vt ff. de ſuis & legi. l. ij. primo reſpon. et. ſ. de legi. agna. ſucceſsio. §. j.
o Cognati ſunt ſibi. ſic. ff. codẽ. l. ſi ſpurius.
p Itaq; omnibus. inter ſe & cum matre: vt. ff. vnde cogni. l. hac parte.
q Hoc loco. iſte §. communis eſt ad totum iſtum titulum, & illum. ſ. de legit. agnat. ſucceſ. ſic. ſ. titu j. §. fina.
r Legitimis. ſcilicet agnatis.
s Proximitatis. id eſt, cognationis.
t Prætor. caute tacet hic de iure ciuili. nam cognati de iure ciuili non vocantur. Accur.
v Vſq; ad ſextũ. imo videtur, quod vſque ad quintum tantum vocentur, tam agnati, quã cognati: vt. ff. de vetera. mill. ſuc. l. ij. §. fina. Sed reſpon. illa etiam in caſtrenſibus loquitur, hæc in alijs: Vel dic, quod ibi ita erat de facto, ſcilicet quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.
ADDITIO. Dic, quod prima ſolutio probatur, & obſtat in duobus, quo ad agnatos & cognatos: ſed ibi ſpeciale: q2 ius priuilegiatũ, quod nõ trãſit ſicut ius commune. Ang.
x Et ſeptimo. ſubaudi, qui ſunt.
y Natęve. ſed nũquid ſunt alij in ſeptimo gradu? Rñ. multi et alij eſſe poſſunt: vt colligit. j. titu. j. §. vj. Item & quare magis hi vocantur, quam alij in ſeptimo gradu? Rñ. quia hi reſpiciunt inferius lineã tranſuerſalem, alij omnes ſuperius: vt arg. ff. vnde libe. l. ſcripto in fine. Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius §. per authẽ. de hære. ab inteſt. §. j. colla. ix. vbi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitũ ſuccedere, & ſic corrigi, quod hic dicit. Nos oẽs vſq; ad x. gradum vocamus: non autẽ trahimus agnatos ad cognatos, cum extẽdere ſucceſsionẽ debeamus. l. vellimus: vt. j. de bon. poſ. §. adhuc argu. cõtra. C. de pa. cõ. l. legẽ.[t] & in auth. de nup. §. deinceps. col. iiij. ADDITIO. Quod dictũ eſt patet in authẽ. in ſuc. C. de ſuis & legi.

DE GRADIBVS cognationum.

Quomodo in ſuccedendo admittitur, qui eſt proximior in gradu: vt cõprehendatur quoto gradu quiſ ſit, ponitur iſte titu.

HOc loco. Iſte tit. diuiditur in plures partes. Primo cõtinuat materiã. Secũdo, incipit dinumerare gradus. Tertio dat vnam regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerẽtur gradus agnatorum. Secũda ibi, quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi, agnationis.

Cõſanguĩnitatis ius eſt ſpecies agnatiõis. Cõſanguinitas eſt inter fratres.

Hic colligi põt ex verbis gl. quod non liceat ducere argumẽtũ ab enuntiatiuis verbis legis. quod ſępe accidit. vt habet in. l. ex his. C. de teſta. mil.

Cognati & agnati pariter ſuccedunt hodie vſque ad decimũ gradum.

t Sol. ibi maior trahit ad minorem q2 cõſtat partes in hoc tãtum conueniſſe. ad hoc ſatis conſtat de mẽte legis ſucceſsionẽ ampliare volenti. Præterea cũ text. hodie vocet cognatos & agnatos: cõſtat eos cenſeri legitimos & vt legitimos ſuccedere vſq; ad decimũ gradũ, vt hic: arg. ſ. eod. in princi. Ange.

† Similis titu. eſt. ff. de gradi. affi.

Neceſſa

ceſſarium[a] eſt exponere, quęadmodum gradus[b] cognationis numerētur. Quare in primis admonendi[c] ſumus, cognationem aliā ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex trāſuerſo[d], quæ etiā à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſuerſo fratrum, ſororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & cōuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit. at ea quæ ex trāſuerſo numerat à ſecūdo[e].

Ponit perſonas primi gradus, tam aſcēdendo, quàm deſcēdendo.

Primo gradu eſt ſuprà pater, mater[f]: infrà filius, filia[g].

Auus & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in ſecundo gradu. Arretinus.

Secundo gradu ſuprà auus auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo[h] frater, ſoror.

Proauus & aliæ perſonæ hic poſitæ, ſunt in tertio gradu cognationis. Ang.

Tertio gradu ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſuerſo[i] fratris ſororiſq; filius, filia: & conueniēter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus[k] eſt, frater patris, qui Gręcè[l] πατράδελφος appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur: & vterq; promiſcuè θεῖος appellatur. Amita † eſt patris ſoror, quæ Græcè πατράδελφη appellatur. Matertera verò matris ſoror, quę Græcè μητράδελφη dicitur: & vtraq; promiſcuè θεία appellatur.

Qui diſtant à ſtirpe per tres perſonas vel gradus, tam in linea aſcendenti, quam deſcendenti: directè ſunt in quarto gradu, ſed in linea tranſuerſali, [illegible] diſtant per duas perſonas. Aretinus.

Quarto gradu ſuprà abauus abauia: infrà abnepos, abneptis: ex trāſuerſo fratris ſororiſq; nepos[m], neptiſve, & conuenienter patruus magnus[n], amita magna, id eſt, aui frater & ſoror: itē auunculus magnus[o], & matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror, conſobrinus, conſobrina, id eſt qui, quæve ex ſororibus aut fratribus procreātur. Sed quidē rectè conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi conſororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus progenerant, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcūtur: ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre et ſorore progenerant, amitinos propriè dici putāt. Amitæ tuæ filij conſobrinum te appellant: tu illos amitinos.

Atauus, & atnepos, & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in quinto gradu. Areti.

Quinto gradu ſuprà adauus, adauia: infrà adnepos, adneptis: ex trāſuerſo fratris ſororiſq; pronepos, proneptis, & conuenienter proparuus, proamita, id eſt proaui frater & ſoror: & proauunculus & promatertera, id eſt, proauiæ frater, & ſoror. Item fratris patruelis vel ſororis patruelis, conſobrini & conſobrinæ, a-

a Neceſſariū. ſed quid ad nos de his? Reſpondet propter hæreditates, quæ per gradus feruntur: & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda: vt. ff. eo. de grad. affini. l. iuriſconſultus.

b Gradus. qd ſit dic vt. j. eod. §. hactenus.

c Admonēdi. ſic ff. eo. de grad. affini. l. j.

d Aliam ex trāſuerſo. hæc ſuperflua videtur: vt. ff. eo. l. ſtigmata. cōtra. So. ibi in directa linea tantum loquif, hic in indirecta.

e A ſecundo. ſed quare nō à primo? reſpon. cum ego patri meo ſim in vno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio: ſumus ergo in duobus grad. ego cum fratre facto aſcenſu ad patrē, quaſi per quendam gradum: vt. ff. eo. l. iuriſconſultus. §. gradus. ‡ ſed nullus ex trāſuerſo proximior fratre inuenitur: ergo nō poteſt inueniri primo gradu à latere: vt hic, & ff. e. de gra. affi. l. j. in prin.

f Pater, mater. ſi pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus? Reſpon. nō ſequitur. nā ſum ei in primo, ita quod in eodem, & iter me & ipſum vnū tantū gradum facimus: ad ſimilitudinem feneſtræ: nā duæ columnæ ex lateribus vnam faciunt feneſtrā, tertia autē adiecta fiet alia feneſtra. & ita in gradu perſona adiecta etiā vna deinceps facit gradum: vt. j. e. §. hactenus.

ADDITIO.

Nota hanc gloſ. quod ad faciendum vnā gradum primū, nō ſufficit ponere vnā perſonam, ſed duæ perſonæ primæ faciunt vnum gradum. quo primo gradu facto ex duabus perſonis vnaquæq; perſona ſola, quæ poſtea adiungitur, facit alium gradum ad ſimilitudinem feneſtræ: quia neceſſario ad perficiendum vnam feneſtram requiruntur duæ columnæ: poſtea vnaquæque columna ſuperaddita facit aliam feneſtram. Ang.

g Filius filia. qui licet multi ſint, omnes tamē ſunt patri in primo: inter ſe autem in ſecūdo: vt. ff. de grad. affin. l. iuriſconſultus. §. tranſeamus.

h Ex trāſuerſo. nunc de hoc gradu incipit: cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt. ff. eo. l. j. in princ.

i Ex tranſuerſo. not. caute, quod etiam illi, qui ſunt ex tranſuerſo, diuiduntur in ſuperiorem & inferiorem lineam: & ſic reperies in ſequē. gradibus, & quandoque in parentibus: vt. j. eo. §. iiij.

k Patruus. Vnde verſus: Sunt patrui patris fratres, amitæq; ſorores: Frater auunculus eſt, ſoror eſt matertera matris.

l Græce. id eſt patroos vt clare patet ex tex. dicitur frater patris, & mitroos, frater mātris: & vterq; poteſt dici theios. Similiter patredelphe, eſt ſoror patris: Mitradelphe vero, ſoror matris: & vtraque theia dicitur.

m Nepos. hoc inferius reſpicit.

n Patruus magnus. hoc refertur ad ſuperiorē lineā tranſuerſalem.

o Auunculus magnus. hoc autē conſtat, quod qui eſt mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: quod meæ matris auunculus eſt, mihi erit magnus auunculus. Sed quid ſi erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Reſpō. Io. omnem illum mihi eſſe patruum vel auunculum magnum, qui eſt meo patri, vel matri ſimplex; vt. ff. eo. de grad. affin. l. iuriſcon

Cognatio tranſuerſalis quare nō incipit à primo gradu.

‡ In plano enim de iure ciuili nō eſt gradus: & iterum à patre deſcendit ad filiū, & eſt ſecundus gradus: de iure autem canoni. aſcēditur ad ſtipitē, in primo per ſaltus etiam in linea plana ſit copulatio, vt per Ange. hic. & j. e. §. hacten9.

† Amita dicit quaſi à me tertia: vel quia à patre meo amita ſit. nā plus ſorores à fratribus, quam fratres diligi ſolent. Aegi. per.

Hic dicūt Nicol. & Ange. quod filius fratris dicitur nepos, per hūc text. & in l. perfecta. C. de don. quæ ſub mo. ſed hi textus nihil faciunt. dicit tamē Dy. qd' quādoque capit nepos pro filio filij. quandoq; & improprie pro filio fratris: vt in gl. j. & i. l. auūculo. ff. de don. cau. mor. text. in. x. co. q. mo. ſeu. §. ſimiliter. ſic Auguſtus Cæſaris nepos ex ſorore dictus eſt. Aegi. per.

l.iuriſconſultus.§.patruus.&.C.de ſucceſſo. edict.l.j. Sed Roma.con.

a Filius, filia. iſti nominatiui regunt ſuperiores genitiuos ab illo verſic. item fratris &c. Et ſunt omnes iſti in quinto gradu lineæ collateralis reſpectu deſcendentium.

mitini & amitinæ filius filia[a]: propius ſobrino[b], propius ſobrina †: hi ſunt[c] patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni: materteræ magnæ filius filia.

Tritauus & aliæ perſonæ hic enumeratæ ſunt in ſexto gradu.

Sexto gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex trāſuerſo fratris ſororis que abnepos, abneptis, & cōuenienter abpatruus, abamita, id eſt abaui frater & ſoror, abauūculus, abmatertera, id eſt, ab auiæ frater & ſoror. Itē propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia. (Item propioris ſobrini ſobrinę ve filius filia. †) Itē ſobrini ſobrinæ, id eſt, qui, quæ ve ex fratribus vel ſororibus patruelibus vel cōſobrinis vel amitinis progenerantur.

Vnica perſona adiecta alteri perſonæ per carnis propagationē facit gradum, tam in cognatis, quam in agnatis. Aretinus.

Hactenus oſtēdiſſe ſufficiat, quemadmodū gradus cognationis numerētur. Nanq; ex his palàm eſt intelligere, quēadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata[d] perſona gradū adijcit[e]: vt longe facilius[f] ſit reſpondere, quoto quiſq; gradu[g] ſit, quā propria cognationis appellatione quēquam denotare.

In gradibus agnationis & cognationis ſimilis eſt computatio. Et quia facilius oſtenditur res ad oculum corporalē, quàm intellectualem: ideo neceſſarium eſt hic arborem cōſanguinitatis inſcribi. Aretinus.

Adgnationis quoque gradus eodem modo[h] numerantur. Sed cū magis veritas oculata fide, quàm per aures[i] animis hominū infigatur: ideo neceſſariū duximus poſt enarrationē graduū, eos etiam præſenti libro inſcribi: quatenus poſsint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſsimā graduum doctrinam adipiſci †[k].

b Propius ſobrino. quaſi dicat, qui filius dicitur propius ſobrino, & filia quæ dicitur ꝓpius ſobrina. ADDITIO. Vel dic et forte melius, ſenſum textualem eſſe quod propior ſobrinus, & ꝓpior ſobrina ſunt in quinto gradu. Et qui ſint tales, declarat textus ſubiungēs, Hi ſunt patrui & cætera. Eſt enim propior ſobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ. & idem dicas de propiore ſobrina, quod ſcilicet ſit filia & cætera. vt clare patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborē corrumperet.

c Hi ſunt. ſubaudi in quinto gradu lineæ collateraliū ex parte aſcendentium, ſcilicet filius patrui mei magni. & ſimiliū: de quibus dicitur hic, & ff. e.l.j.in fi. &.l.ij.

d Generata quęque &c. Hoc eſt verum, ſi vna ab vna non ſi plures ab vna: vt.ff.co.l.iuriſcōſultus.§. trāſeamus. & hoc eſt verū ex omni ordine graduum ſecundū nos. Sed ſecundum canones ex latere trāſuerſo aliud eſt: nam quem nos dicimus in ſecundo, ipſi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipſi in ſecundo, & ſic de ſingulis, vt in Decret.xxxv.qō.v.c.ij. Sed fuit eorum conſideratio bona propter matrimonia: noſtra etiā bona propter hæreditates quæ per gradus deferuntur: vt.j.de bon. poſ.§.quos autem.& ff.co.l.iuriſconſultus. in prin. ADDITIO. Idem in ſtatutis & pactis, vbi de pacto non agitur, ſecundum Ang. Hic no. hanc glo. quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualet ius canonicū etiam in terris Imperij, & econtra in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris eccleſiæ, vt per Ange. hic.

e Adijcit. hic poteſt colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus eſt numeratio ſingularum perſonarum cognatione vel affinitate ſibi coniunctarū, quoto gradu vna perſona diſtat ab altera optime indicans. Dictus quaſi lapideus gradus: vt.ff.e.l.iuriſcōſultus. Ac. ADDITIO. Gradus ſecundum doct. aliter diffinitur, Gradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis. Vel eſt habitudo diſtantium perſonarū, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis, ſeu affinitatis diſtantia.

f Lōge facilius. ſit propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur ſpecialia: ſed ſuperiores & inferiores vocantur: vt.ff. co.l.fi.§. parentes. & hoc, quia ſunt plura negotia, quā vocabula: vt.ff.de pręſcri.verb.l.iiij. Sed vſq; ad quem numeramus? Rñd. vſq; ad vij.cognatorū, & vſq; ad x. agnatorum: vt.ff. co.l.nō facile.&.ſ. tit.j.§.fi. niſi ratione demōſtrādi vellemus vlterius numerare, nō vtilitatis: licet decretiſtæ hic aliter dicant. ADDITIO no. ꝙ decretiſtæ contrarium dicunt ſolum in collaterali linea nō autem in directa, vt ſupra dixi. Si vis ergo ſcire de duobus agnatis quoto gradu diſtant de iure ciuili: incipe ab vno, & cōputa ab illo deſcendendo ad perſonam mediā ex qua omnes deſcendūt: & poſtea deſcende ab illa vſq; ad aliā, quam vis computare: & apparebit quoto gradu ſit. Sed de iure canonico incipias a perſona, ex qua deſcendunt perſonæ de quarum gradu agitur. Verbi gratia, vis ſcire quoto gradu ſunt filij duorum fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui ſimiliter eſt in ſecundo gradu. vnde quoto gradu quilibet diſtat a ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe: remotior autem addit gradum, vt in capit. ſedem.xxx.q.j. Ange.

g Quoto gradu. ſcilicet octauo vel decimo.

h Eodem modo. ſcilicet adiecta perſona.

i Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demiſſa per aures, Quā quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Certior aure arbiter eſt oculus: & vt ait Candaules in Hærodoto magis incredulæ ſunt hominibus aures, quam oculi. Aegi. Petri.

k Adipiſci. Vnde quidam habent hic Arborē. Ac. ADDITIO. Et in rei veritate debet eſſe: cum text. & glo. illam requirant.

† Propius ſobrino quis dicatur, qui itē dicant ſobrini, eleganter ac diffuſe tractat Anto. Auguſt. emendatio. lib.ij c.v. Sunt autē Sobrini, qui ex duobus conſobrinis naſcuntur. Porro conſobrini mei filijs ego ꝓpius ſobrino ſum, quaſi vno gradu propior quam ſobrinus.

† Hæc, q̄ parentheſi incluſa ſunt reijciēda eſſe tanquam notha & adulterina cēſet Anto. Auguſ. eo ipſo loco, quē modo citauimus quæ nec in vetuſtis ex empl. habētur. Debuiſſe autē ait Iuſtinianū conſobrino ꝗ ſobrinorū nepotes ſexto gradu enumerare.

† Debemus dare doctrinam per modū magis facilem. Aegi. Per.

Cognationis ſpiritualis, ſtudioſiſsimis quibuſcunque, præſertim eccleſiaſticis, apta & vtilis materia.

CHRISTOPHORVS Porcus iuris vtriuſque profeſſor acutiſsimus, quia difficultates aliquas circa cognationis ſpiritualis materiam hic ſuculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit abſonum, neque à propoſito alienum, quæ verba talia ſunt.

Quæritur, an ratione cognationis ſpiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & commatrem impeditur matrimonium: ac etiã inter patrem ſpiritualem & filiam ſuſceptam ex ſacro fonte. & hoc ſi iſta cognatio ſpiritualis fuerit cauſata ſiue per ſanctũ baptiſmá, ſiue per ſanctum chriſma. trigeſima quæſtione quarta. ca. ſi quis vnus.

Addite prædictis, quòd ſi maritus & vxor tenuerint aliquem vel aliquam ad baptiſmum vel chriſma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. ca. ſi quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognationis ſpiritualis contractæ conſtabat inter eos matrimonium: ſecus ſi ex poſtfacto fuerit contractum. cap. Martinus Bertam. extra de cogna. ſpiritu. cum ſua glo. E contra autem ſi tenueris ad ſacrum chriſma vel ſanctũ baptiſma filium vel filiam meam ex alia muliere, quã vxore, non efficitur tibi commater. c. qui ſpiritualem. xxx. quæſtio. iiij. Ratio, quia in contrahenda cognatione ſpirituali, maritus & vxor copulãt ſibi actiones, & non paſsiones. Quod igitur agit vnus coniugũ, intelligitur alius agere: quia ſunt duo in carne vna. d. ca. ſi quis. in fi.

Sed quid ſi fornicator teneat aliquẽ ad ſacrum baptiſma, an cõcubina efficiatur commater? Videtur quòd ſic. Nam ſicut vxor hoc caſu ideo efficitur commater: quia eſt eadem caro cum marito. d. cap. ſi quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cũ ea. xxxij. q. iiij. ca. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum ſentẽtia magis placet: quia abſurde dictũ videret, quòd ſpiritualitas ſuper re improbata cauſaretur: ex vtraq; ſcriptura, & hominum opinione. Non obſtat, quòd concubina & fornicator dicãtur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id eſt duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in. d. cap. in eo. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit ſibi commater ante matrimonium? Dicite quod ſic. ca. poſt vxoris obitum. xxx. q. iiij. Sed quid de filijs duorum compatrum: an poterunt ſimul matrimonio copulari? Dicite quod ſic, ſiue nati fuerint ante compaternitatẽ, ſiue poſt: dummodo matrimonium nõ cõtrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterũ deuentum ſit ad compaternitatem. ca. j. & ca. ſuper eo. extra de cogna. ſpiritu. Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor acutiſsimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, quod cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit poſt contractum, oritur ex datione duorũ ſacramentorum duntaxat: quæ ſunt baptiſmus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione ſeu miniſtratione. patet in ca. fi. de cogna. ſpirit. lib. vj. Ratio eſt, quia in baptiſmo renaſcimur: & chriſmatio frõtis ipſum confirmat: quod non eſt in alijs ſacramentis. Ioan. And. in. d. ca. fi.

Nota vlterius, quod ex hac cognatione xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet x. ratione baptiſmi, & x. ratione confirmationis, ratione enim baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens, vt dictum eſt.

Primò inter has perſonas.

Baptizatum, & baptizantem:
Baptizatũ, & vxorẽ baptizantis prius cognitã:
Baptizatum, & filios baptizantis:
Parentes baptizati, & baptizantem:
Parẽtes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.

Secundò inter has perſonas, videlicet inter

Baptizatum, & ſuſcipientem:
Baptizatũ, & vxorem ſuſcipientis prius cognitã:
Baptizatum, & filios ſuſcipientis:
Parentes baptizati, & ſuſcipientem:
Parentes Baptizati, & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.

Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus, cõfirmans, & tenens ante confirmationem, qui ſcilicet ponit faſciolam ſupra frontem poſt confirmationẽ epiſcopalem. De hoc vide

text.

tex.cum gloſ.in.c.j.de cogna.ſpiri.lib.vj. iſta clariſsime reſerantur per carmina ſequentia.

Spiritualis ab his cognatio ſit ſacramentis
Quæ ſunt baptiſmus, ac confirmatio frontis:
Perſonaſque decẽ connectit quodlibet horũ.
Baptizans, huius uxor, ſi cognita primo:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cũ conſorte thori, baptizãs atque parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali ſune ligati.
Baptizans, & ſuſcipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hæc nota diligenter: quia ſingularia ſunt, & plurimum vtilia: nec eſt plures caſus reperire, qui matrimonium dirimant.

QVæritur ad propoſitũ materiæ præſentis de quæſtione quotidiana, & apud vulgares ſatis dubia. Pone quod duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo: nũquid iſti inter ſe efficiuntur compatres? Innocẽtius (& bene) dicit quòd nõ. Vnde poſſunt adinuicem contrahere matrimoniũ. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere: vt in.c.tanta.extra qui filij ſint legi.ita & iſti qui ſunt compatres ſpirituales reſpectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit tex.& ibi glo.in.c.ſi.xxx.q.iiij. vbi dicitur quòd maritus & vxor nõ debent aliquem ſimul de ſacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares exiſtimãt illos eſſe cõpatres. Hæc ſunt verba Abb. Sicul.in.c.Martinus.extra de cogna.ſpiritua. De hoc in ſummula pauperum.

Vnde verſus,

Maſculus & mulier puerum de fonte leuantes.
Legitimè iungi poterunt: nec ſunt prohibendi.

Quæritur vlterius: Pone, quod tenui aliquam puellam in baptiſmo: volo contrahere cum eius ſorore, an poſsim? Dicẽdum quòd ſic. pater enim ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bene tenet matrimonium. xxx. quæſtione tertia. capitulo vltimo.

Vnde verſus,

Duco meæ natæ germanam ſpiritualis.

Quæritur inſuper: Pone, quòd filius meus tenuit in ſacris fontibus filiam, volo cum illa filia poſtquam ad annos nubiles peruenit, cõtrahere: an liceat? Dic quod ſic. Poteſt enim pater ſumere filiam ſpiritualem filij ſui carnalis: quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcẽdat: vt.c.j.&.c.ſuper eo.extra de cogna.ſpiri. non tamen aſcendit de filijs ad patrem, cũ iure cautum non reperiatur: & edictũ de matrimonio prohibitoriũ eſt: adeo, quòd cuilibet licet cõtrahere, niſi expreſſe prohibeatur.c.cum apud.extra de ſponſa. & matrimo. Hoc notat Ioannes Theuthonicus glo.decret.in.c.fina.xxx.q.iij. Hoc idem recitat & approbat Ioan. Andr. in c.j.de cogna.ſpiritua.lib.vj.

Vnde verſus,

Eſſe mei nati coniunx, mihi ſpiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Deſcendunt, & non aſcendunt talia vincla.

Multò plura de huiuſmodi materia poſſent adduci: ſed pro nunc hęc ſufficiãt. Si tamẽ vis videre, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſsit cõtrahi, recurras ad Barto.in.l.Gallus.§.forſitan. ff.de lib.& poſthu.ad Ange.Aret.in.§.illud.inſti.de nup.ad Ioan.And.in regula, Poteſt quis per alium.de reg.iur.in vj.& ad Panor.in.c.veniens.extra de cog.ſpiritua. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem poſsit contrahi.c.fina.de procura.lib.vj. non tamen cognatio ſpiritualis.

Vnde verſus,

Procurator habet nodos vincere iugales:
Nõ tamẽ hos nexus domino dat ſpirituales.

DEO GRATIAS.

nepos auo ſuus hæres exiſtet: quia quo tēpore certum eſt inteſtatum deceſſiſſe patremfamilias, ſolus [a] inuenitur nepos. & hoc certum eſt [b]. Et licet poſt mortem aui natus ſit: tamen auo viuo conceptus, mortuo [c] patre eius, poſteaq́ deſerto [d] aui teſtamento, ſuus hæres efficitur. Planè ſi & cōceptus & natus fuerit poſt mortem aui, mortuo patre ſuo, deſertoq́ poſtea aui teſtamento, ſuus hæres auo non exiſtet: quia nullo iure cognationis patrem ſui patris attigit [e]. Sed nec ille eſt inter liberos aui, quē filius emancipatus adoptauit. Hi autem [f], cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi: neq; bonorum poſſeſsionem petere poſſunt quaſi proximi cognati [g]. Hæc de ſuis hæredibus.

Emancipatus de iure ciuili incognitus ad ſucceſsionem parentum non venit: prætoris tamē beneficio per bonorum poſſeſsionē Vnde liberi, perinde admittitur, ac ſi in eius poteſtate manſiſſet. Aretin.

Emancipati aūt liberi, iure ciuili nihil iuris habent (neq; enim [h] ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt) neq; vllo alio iure [i] per legē duodecim tabu. vocantur. Sed prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorū poſſeſsionem Vnde liberi, perinde ac ſi in poteſtate parētis tempore mortis fuiſſent: ſiue ſoli ſint [k], ſiue cū ſuis hæredibus [l] concurrant. Itaq; duobus liberis exiſtētibus, emancipato vno, & eo, qui tēpore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidē is, qui in poteſtate fuit, ſolus iure ciuili hęres eſt, & ſolus ſuus hæres. Sed cùm emācipatus beneficio prætoris in partē admittitur: euenit, vt ſuus hęres pro parte [m] hæres fiat.

Emancipati filij qui ſeſe adoptādos extraneo dedere, ita demū naturali patri olim ſuccedebant, ſi eo viuo ſuit ea eſſet adoptio: quæ ſi eo mortuo diſſolueretur, nec ad eius, nec adoptiui patris ſucceſsionē vllo iure peruenire poterant.

At ij [n], qui emancipati à parēte in adoptionem [o] ſe dederunt ✝, nō admittuntur [p] ad bona naturalis patris quaſi liberi, ſi modò cùm is [q] moreretur, in adoptiua familia fuerint. Nam viuo eo [r] emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac ſi emancipati ab ipſo [s] eſſent, nec vnquā in adoptiua familia fuiſſent [t]. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiunt. Poſt mortē verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc adoptiuum patrē pertinet, æquò extraneorum [v] loco ſunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilò magis liberorū gradum nanciſcūtur. Quod ideo ſic placuit: quia iniquū erat, eſſe in poteſtate patris adoptiui [x], ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrum ad liberos eius [y], an ad adgnatos [z].

a Solus. ſ. ſuus hæres.
b Certum eſt. ſ. nepotem ſuum hæredem eſſe, cū nulles præcedat cum: vt. s. eo. §. j.
c Mortuo. ante quam adeatur ex teſtamento hæreditas. Vnde conſtat non tranſmitti ad filiū de inofficioſo querelā. imo etiā ea adita nō trāſmittebat olim: ſed hodie contra [1]: vt. C. de inoff. teſt. l. ſcimus. §. fin. & l. ſi quis filium. ibidem.
d Deſerto. ſ. ab hærede, qui nō vult adire.
e Attigit. nec eñ fuit proximus cognatus ei. ſ. auo viuo nondum animal erat: vt. ff. vñ co. l. j. §. ſi quis ꝓximus. Sed nunquid hodie per authē. ſuccedit: vt in aut. de hęr. ab inteſt. §. j. col. ix. P. dicit ꝙ ſic: quia naturalis cauſa tantū ſpectatur. Ioan. cōtra [2]: quia nec iure prætorio: quo caſu naturalis inſpiciebatur, admittebat͂: vt ſequit͂: vt. j. eo. §. emācipati. & ff. de ſuis & le. l. Titius. et. l. pe. [illegible] Et hæc eſt cōmunis opinio: vt ꝑ Io. Fa. & per An. hic.
f Hi aūt. ſ. concepti et nati poſt mortem aui.
g Qui proximi cognati. i. tāquam agnati. nam agnati ſunt proximiores, quā cognati. Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocant͂? Rñ. M. ꝙ ſic: vt. ff. co. l. j. in fi. & in gl. ſi. Ioā. cō tra: quia ibi de cōceptis prius natis poſtea, loquit͂, ſecus ſi poſtea cōcipiunt͂ & naſcunt͂, vt hic: & ff. de iniu. rup. teſt. l. ſi quis filio. §. non fuiſſet.
h Neq; enim. bona ratio: vt. s. de hę. quali. & diff. §. ſui. & s. eo. §. j ibi, ſui autem &c.
i Neq; vllo alio iure. ſ. neq; vt patroni: neq; vt agnati, quos vocat lex xij. tab. vt. j. ti. j. in prin. & j. de ſucc. li. in prin. alias cōtra: vt. j. ti j. §. ſi.

k Soli ſint. ſ. emancipati.
l Cum ſuis hæredibus. ſ. cum alijs, qui remanſerunt in poteſtate.
m Pro parte. ſ. dimidia: vt. ff. de verb. ſig. l. nomen filiarum. §. portionis.
n At ij. ſ. vocant͂ emācipati ad ſucceſſionē patris: ſed nō omnes. & hoc ſequitur, at ij &c.
o Adoptionē. i. arrogationem.
p Nō admittunt͂. ff. de cōtra tab. l. iij. §. ſi quis filio. contra. Sol. ibi non valuit adoptio, ſecundum Ioā. ſed hic valuit. Vel diſtingue, an detur extraneo, vt hic: an detur in adoptionem nepos ex filio emācipato patri eiuſdē, vt ibi: ar. s. de adopt. §. ſed hodie. Item. C. de adop. l. pen. §. ſed ſi quidē [4]. quę eſt cō tra. Sol. illā intelligę: vt. j. eo. §. admonendi.
q Cum is. ſ. pater naturalis.
r Viuo eo. ſ. patre naturali.
s Ab ipſo. ſ. patre naturali.
t Fuiſſent. vt. s. de exhæred. libe. §. emancipatos.
v Extraneorū. ſi autem morte patris adoptiui facti eſſent iuris ſui. durat agnationis ius inter eos. i. inter adoptiuum & naturalem filiū adoptātis non emancipatum, vt ſibi ſuccedat: vt ff. de gradi. affi. l. ſi filium naturalē. & l. non facile. §. cognationis. & ff. vñ cogna. l. j. §. cognationem. & de adop. l. antepen. M. Item & ipſi adoptiuo patri ſuccedunt: vt. j. eo. §. ſed ea.
x Adoptiui. poſt emancipationē, nō prius: vt. s. eo. §. inteſtatorum. verſic. nec intereſt.
y Eius. ſ. naturalis patris.
z Ad agnatos. nā ſi non emancipat: certum eſt, quod filij non ſuccedūt naturali patri: & ita agnati ſuccedūt: vt s. proxi.

1 Idē Fab. Pla. & Angel.

Sequuntur Io. Fa. & Ang.

Et hæc cōmuniter tenetur: ꝙ hodie procedit quādo filius fuit rite & iuſte exhæredatus, nec ſecuta aditio. iuxta gl. fin. in. §. exhæredatos in auth. de hęredi. & fal. alias virtute trāſmiſſiōis būi admittit͂ vt per Ioan. Fa. & An.

4 Dic qđ iſta differētia eſt ſecūdū ius antiquū. quia ſecundum nouum debet dici cō tra: qa quādo dat͂ aſcendēti nō admittitur ad ſucceſſionem patris naturalis. quādo extraneo ſic: vt. s. de adopti. §. ſed hodie, ſecundum Ioā. Fabr. Sed tu dic melius ſecundū Io. de Pla. qđ hic loqtur de arrogatiōe: ibi de adoptiōe. Angel.

✝ Et ij, q ab ipſo patre in ado. dati ſunt hæc prædicta verba vel ad tex. ſunt ſupplēda, vel textus ita legēdus eſt. At ij q emancipati in arrogationē, & ij qui à parēte in adoptionē dati ſunt, alias Tribonianus videret͂ pulchre hallucinatus: vt ſcribo. j. e. §. ſed ea omnia. i principio. Aegi. per.

ſupra proxi. &.ff. vnde lib. l. j. Si autem emanciparet, ſuccederent filij: vt. ſ. proxi. §. & ſic in eius poteſtate eſſet, ad quē bona naturalis patris pertinerent: quod eſt abſurdum & contra regulam iuris, vt hic, &.ff. de hære. inſtit. l. illa inſtitutio. circa prin. ADDITIO Itē quia tunc videtur, quod auferret ius quæſitum agnatis: quod eſt inconueniens. Et ex his nota, ꝙ neq; ex teſtamento, neq; ab inteſtato poteſt eſſe voluntas captatoria. Ang.

ſtan. l. nonnunquam. Accur. ADDITIO. Quod facit ad quæſtionem vt ex cōtemptu alicuius, qui debuit in electione adhiberi: etiam ipſo nolente, cæteri qui interfuerūt, poſsint eam dicere nullam. Dic vt in. c. quod ſicut. extra de electio. per Ioan. Fab. hic.

Filius legitimus & naturalis emancipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio prætoris. Sed filius adoptiuus emancipatus nullo modo poteſt admitti ad bona patris adoptiui. Areti.

Minus ergo iuris [a] habent adoptiui filij, quàm naturales. Nanq; naturales [b] emancipati, beneficio prętoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui verò emancipati [c], & iure ciuili perdunt gradum liberorum, & à prætore non admittuntur [d], & rectè. Naturalia enim iura ciuilis ratio [e] perimere non poteſt [f] nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filięve, aut nepotes nepteſve eſſe. Adoptiui verò emancipati [g], extraneorum loco incipiūt eſſe [h]: quia ius nomenq; filij filięve, quod per adoptionem conſecuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt emancipatione perdunt.

Filius legitimus & naturalis in poteſtate, vel emancipatus habet contra tabulas de iure prætorio ſi ſit præteritus: niſi fuerit in adoptiua familia tūc tēporis: adoptiuus verò ſecus.

Eadem [i] hæc obſeruantur, & in ea bonorū poſſeſsione, quam contra tabulas teſtamenti parētis liberis præteritis, id eſt, neq; hæredibus inſtitutis [k], neque vt oportet [l] exhęredatis [m] prętor pollicetur. Nam eos quidē, qui in poteſtate [n] mortis tempore fuerint, & emācipatos, vocat prętor ad eandem bonorū poſſeſſionem. eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parēs moreretur, repellit [o]. Itē adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, ſicut ab inteſtato, ita lōgè minus contra tabulas teſtamēti ad bona eius non admittit: quia deſinunt in numero liberorū eius eſſe.

Quamuis enim emancipato filio, extraneo in adoptionem dato ad patris naturalis ſucceſſionem conſequendam bonorum poſſeſſione Vnde liberi, vel Vnde agnati denegaretur, ſi tamen Vnde cognati bonorum poſſeſsione omnibus demum liberis & agnatis deficientibus deferebatur.

Admonendi tamen [p] ſumus, eos, qui in adoptiua familia ſunt, qve poſt mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint: inteſtato parēte naturali mortuo licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſsionē [q] vocantur, nō admittantur: alia parte vocati, ſcilicet qua cognati defuncti vocātur, Ex qua parte ita admittuntur, ſi neq; ſui hęredes liberi, neq; emancipati [r] obſtent, neque adgnatus quidē vllus interueniat. Antè enim prætor liberos vocat tam ſuos hæredes, quàm emancipatos: deinde legitimos [s] hæredes: deinde proximos [t]

a Minus ergo iuris. quia naturales emācipati iure prętorio vocantur, ſed adoptiui emācipati non: vt. ſ. proxi. §. ergo &c.

b Naturales. & legitimi.

c Emācipati. ab adoptiuo patre.

d Non admittūtur. niſi ſint de ſuis: auus adoptauit nepotem in filium, & poſtea emācipauit: vt. ff. ad Tertul. l. ij. §. liberi autem. verſi. adoptiui.

e Ciuilis ratio. i. emācipatio quæ de iure ciuili eſt: vt. ff. de re iudi. l. actus.

f Non poteſt. ſic ſ. de leg. agn. tut. §. fina. ſic. ff. de regu. iur. l. nihil tam.

g Emācipati. ab adoptiuo patre: & poſt mortē naturalis: vt. ſ. §. proxi. verſi. poſt mortem.

h Incipiunt eſſe. nota, ꝙ ſi emācipetur filius, vel filia, vel deinceps non ſunt ſui hęredes: nō tamen deſinunt eſſe filij vel filiæ.

i Eadem. ꝗ obſeruātur in bonorū poſſeſsiōe Vnde liberi, & in cōtratabulas bonorū poſſeſsione ſeruantur.

k Inſtitutis. his enim inſtitutis nō datur hæc bonorū poſſeſsio, niſi præteritus rumpat, teſtamentum: & huic ſcilicet inſtituto viā aperiat. & hoc eſt quod dicitur, niſi præteritus cōmittat edictum: vt. ff. de contra tab. l. iij. §. ſi quis ex liberis. primo ſi autē præteritus nolit poſtquam ſemel agnouit [1], inſtitutus habet contra tabulas iure & ſecundum tabulas: quod eſt mirabile: nec expectat præteritum: vt ff. de contra tab. l. ſi poſt mortem. §. fina. & de leg. prę-ſtan. l. nonnunquam. Accur.

l Vt oportet. ſcilicet maſculi nominatim, fœminæ inter cæteros: vt. j. de exhæreda. libe. §. primo.

m Exhæredatis. cū ergo matris ꝑteritio pro exhæredatione habeaſ: vt. ſ. de exhæred. lib. §. vlti. ceſſat ibi contratabulas bonorū poſſeſsio: vt. ff. de contra tab. l. illud. §. ad teſtamenta.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia etiam remoto emācipationis obſtaculo (id quod prętor principaliter intendit) nō eſſet ſeruus fœminæ: cū eos in poteſtate habeat, vt ibi. Ang.

n In poteſtate. & emancipatis cōmittentibus edictum, nō alias, ſecundum Mar. vt. ff. de contratabu. l. iij. §. ſi qs ex liberis. Sed Io. contra. nam nullū dicere poſſunt, & contra tabulas ſuo iure habēt [2]: vt. ff. de leg. præſtan. l. ſi duo. & C. de libe. prętc. l. maximum. Accurſius.

o Repellit. ſ. prętor: niſi ſint inſtituti, & eis cōmittatur edictum: vt. ff. de cō tra tab. l. non putauit. §. in adoptiuo. &. §. vt autē. Item contra. ff. de contra tabu. l. iij. §. ſi quis filio. Sol. ſ. eo. §. at ij. Accurſius.

p Admonēdi tñ. licet hos duos qui ſequūtur, nō admiſerim de iure ciuili: vt ſupra eodem. §. at ij. tamen admonendi ſumus, id eſt admonemus [*] &c.

q Ad bonorum poſſeſsionem. ſcilicet vnde liberi.

r Emancipati. qui ſunt ſui per prætorem: vt ſupra eodem. §. emancipati.

s Legitimos. i. agnatos: vt. j. tit. j. primo reſpon.

t Proximos. ſic ff. ſi tab. teſt. l. j. ſic. ff. quis ord. in bo. poſ. ſeruc. l. j. Accur.

Matris ꝑteritio habetur pro exhęredatione.

[1] Dic vt l. is qui in poteſtate. ff. de leg. præſt. nam vt hic eſt text. clarus, licet ꝑ emancipatis ꝑtor ad inuenerit, bo. poſſ. q̄ erat eis neceſſaria: non tamē voluit eā denegare ſuis. imo conceſsit in caſu quo voluit: vt dictis iuribus; quia qui vocantur ad contra tab nō vocanſ de iure ciuili. vt. l. j. §. vocanſ. ff. de contra. Angel.

[*] Sic. ſ. de ſucceſſ. co. §. ſi. in pri. &. j. de gradib. co. in princip. ff. de gra. aff. l. j. §. ſed admonendi &. l. ij. §. admonēdi e. tit. & j. de aſsig. liber. l pri. Aegi. per.

Præteritus quādo quę cōmittit edictū.

[1] Imo idē eſt etiam ſi repudiat: vt eſt caſus in. l. nō nūquā. ff. de leg. ꝑſt. Ang.

cognatos.

Filius qui ad extraneum patrē adoptione translatus eſt, omnia ſui naturalis patris inuiolata iura retinet, perinde atq; ſi in familiā alienam datus non fuiſſet: idcirco ei inteſtato, aut teſtato ſuccedit: adoptiuo autem patri ex inteſtato tantum ſuccedit: condito autem teſtamento præteritus, teſtatoris nequaquam impugnat iudicium: niſi cuipiam aſcendentium in adoptionem datus ſit.

Sed ea omnia[a] antiquitati quidem placuerunt, aliquam[b] autem emendationem à noſtra conſtitutione[c] acceperunt: quam ſuper ijs perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalibus[d] in adoptionem alijs dantur. Inuenimus etenim nonnullos[e] caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſsionē propter adoptionem amittebāt, & adoptione facilè per emācipationē ſoluta[f] ad neutrius[g] patris ſucceſsionē vocabantur[h]. Hoc ſolito more corrigentes, conſtitutionem[i] ſcripſimus, per quā definimus, quando parens naturalis filiū ſuum adoptādum alij dederit, integra omnia iura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet[k], nec penitus adoptio fuiſſet ſubſecuta: niſi in hoc tantummodo[l] caſu, vt poſsit ab inteſtato[m] ad patris adoptiui venire ſucceſsionē. Teſtamēto autē ab eo[n] facto: neque iure ciuili[o], neq; prætorio[p] ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neq; cōtra tabulas bonorum poſſeſsione agnita, neque inofficioſi[q] querela inſtituta: cum nec neceſsitas patri adoptiuo imponat, vel hęredem eum inſtituere, vel exhæredatum eū facere: vtpote nullo naturali vinculo copulatum: neq; ſi ex Sabiniano ſenatuſcōſulto[r] ex tribus maribus fuerit adoptatus. nam & in huiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur: neque vlla actio ad eius[s] perſecutionē ei cōpetit. Noſtra autem conſtitutione[t] exceptus eſt is, quem parens[v] naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroq; enim iure tā naturali, quàm legitimo in hanc perſonam cōcurrente, priſtina iura tali adoptioni ſeruamus[x]: quemadmodum[y] ſi paterfamilias ſeſe dederit adrogādum: quæ ſpecialiter & ſigillatim ex prȩfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

[illegible] Diuus [illegible] conſtitutione [illegible] ſtatuitur: vt ex filia nepotes pronepotéſve cum reliquis filijs & ex eis deſcendētibus ad materni aui ſucceſsionem æquo iure vocetur, ſed cum trientis diminutione: quā etiam locum obtinent cum nepotes vnà cum filijs aut filiabus ſuperſtitibus auiæ ſuccedunt.

Item vetuſtas[z] ex maſculis progenitos plus diligens ſolos[a] nepotes vel neptes, qui quæ ve ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabat ſucceſsionem: & iure adgnatorum eos anteponebat[b]: nepotes autem, qui ex filiabus nati ſunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorū lineam eos vocabat[c], tam in aui vel proaui ma

a Sed ea omnia. quæ ſ. eo. §. at ij. dicta ſunt, & ſ. proximo. §.

b Aliquam. quaſi dicat: quædam correximus, quædam retinuimus.

c Conſtitutione. vt. C. de adop. l. penultima.

d Naturalibus. & legitimis.

e Nonnullos. id eſt aliquos. Accur.

f Soluta. ſcilicet poſt mortem. ſecus ſi ante: vt. ſ. eo. §. at ij.

g Ad neutrius. vt ſupra eodē. §. at ij. Accurſius.

h Vocabant. hoc idem videtur etiam cōtingere hodie in caſu quē habemus infra hoc §. verſic. noſtra autem. C. de adopt. l. pen. §. ſed hoc. Sed dic, quod auus adoptans tenetur ei relinquere quartam, vt filio arrogato: vt ſ. hoc. §. verſicu. noſtra. ibi, quemadmodum &c.

ADDITIO. Sed hanc reprobat glo. in dicta l. pen. quia vbi deſtituit omni remedio, ſibi imputet qui ſe emāncipari permiſit.

i Conſtitutionē. ſcilicet prædictam.

k Permanſiſſet. Nunquid ergo nō permanſit? Reſpondeo, imo permāſit: vt. ſ. de adop. §. ſed hodie. Sed hoc dicit referendo ſe ad factū, quaſi dicat, ac ſi de iure & de facto in eius familia permanſiſſet.

l Tantummodo. Nunquid eum in ius vocabit ſine venia? Item nunquid alimenta tali filio dare tenetur? Reſpon. non, per hanc literā: vt. ſ. de adoptio. §. ſed hodie.[1] P. dicit contra.

m Inteſtato. i. ſi ſimul cum alijs naturalibus: vt. C. de ſuis & legi. l. ſi te. non tamen ſuccedit alijs conſanguineis ſui patris adoptiui: vt. C. de adop. l. pe. §. ſed ſi quidem. in ſi. Accur. ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: ſecus de iure antiquo: vt. ff. de adoptio. l. qui in

n Ab eo. ſcilicet adoptiuo patre.

o Neque iure ciuili. quia non eſt in poteſtate ſua.

p Neque prętorio. quia non eſt emancipatus ab eo: vt. ſ. de exhęre. lib. in prin. & §. emancipatos. & §. fina.

q Inofficioſi. ſupra de inoffic. teſta. §. tam autem. contra. Sol. illa intelligitur ſecundum diſtinctionē huius. §. vt ibi dicitur.

r Sabiniano ſenatuſcōſulto. quod non habemus: ſed dicebat, quod tres iuuenes arroganti offerebātur, vt vnū eligeret. quo caſu magna erat hæc ſolennitas: vnde ex conſtitutione diui Pij quartam ei dabat arrogator, quod hodie nō eſt in vſu: imo idem hoc caſu: vt & alias, vt hic: & C. de adop. l. pe. §. quæ autem.

s Ad eius. ſcilicet quartæ.

t Conſtitutione. vt. C. de adop. l. penul. §. ſi vero pater.

v Parens. hoc in infinitum accipe: vt. ff. de gradi. l. iuriſconſultus. §. parentes.

x Seruamus. vt ſiue loco filij, ſiue nepotis, adoptet, perinde habeatur, ac ſi vere naturalis eſſet, ſcilicet filio præcedente nepotem: vt. C. de adop. l. penulti. §. quæ in filio.

y Quemadmodum. quaſi dicat ſic tranſit, vt in hoc caſu qui ſequitur.

z Item vetuſtas. correximus ius antiquum circa liberos primi gradus naturales, ſiue adoptiuos nunc circa vlteriores.

a Solos. in hoc male. Accurſius.

b Anteponebat. in hoc bene.

c Vocabat. ſcilicet vetuſtas. non ciuilis iuris authoritas: vt ſupra, ſed prætorij: vt infra titu. primo. § ſed quia.

* Male loquitur hæc glo. nã in §. per eam hic citato, tex. nō loquitur niſi de arrogatis in quibus nihil corrigitur hic, ſed antiqua iura ſeruātur vt patet in ſi. huius. §. dic ergo duorū alterū, aut quod triboniani lectio hic luxata eſt id de filijs à patre in adopti. datis corrigēs: quod non eſt in hoc tit. dictū cū nulla de his in hoc titulo mentio fiat: aut quod oportet extendere. §. at ij. ſ. eo. vt etiā de adopt. intelligatur. quod vt fiat ſic legas illum tex. vel ad eum ſuppleas: vt ibi dixi Aegi. per.

1 Opinionem iſtius gl. contra Pla. approbat Ange. hic. quo ad primā quæſtionē indiſtincte, licet Ioan. Fa. videatur ſtare cum Pla. Item quo ad ſecundā: niſi operaretur ipſi patri adoptiuo. arg. l. in rebus. §. pōt ff. cōmod. vel niſi pater naturalis ageret & adoptatus non habeat vnde ſe alere poſſit, argu. l. pen. ff. de lib. agnoſceu.

Materni.

terni [a], quã in auiæ, vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ [b] ſucceſsionem. Diui autem principes [c] nõ ſunt paſsi talem contra naturam † iniuriam ſine cõpetenti emendatione relinquere. ſed cũ nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriuſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideo eundem gradum & ordinem ſucceſsionis eis donauerunt [d]. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolùm naturæ, ſed etiam veteris iuris [e] ſuffragijs muniuntur [f]: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus ſuprà diximus [g]) paulò [h] minuẽdam eſſe exiſtimauerunt [i]: vt minus tertia parte exciperent, quã mater eorũ vel auia † fuerat acceptura, vel pater † eorum, vel auus paternus †, ſiue maternus, quũ fœmina mortua ſit [k], cuius de hęreditate agitur: ijſq́ [l] (licet ſoli ſint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et queadmodum lex duodecim tabularũ filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locũ patris ſui ad ſucceſſionẽ aui ſui vocat [m]: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ eos cũ iam deſignata partis tertiæ deminutiõe [n] vocat. Sed nos, cũ adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes: quartã partẽ ſubſtantię defuncti agnatis ſibi vendicantibus ex cuiuſdã conſtitutionis [o] authoritate memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus: neq; inſeri eam ex Theodoſiano codice in eo conceſſimus. noſtra autem conſtitutiõe [p] promulgata, toti iuri eius derogatũ eſt: & ſanximus, talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullã partem mortui ſucceſsionis ſibi vendicare: ne ij, qui ex tranſuerſa linea [q] veniũt, potiores ijs [r] habeantur, qui recto iure deſcendũt. Quam conſtitutionẽ noſtram obtinere ſecũdum ſui vigorem & tempora [s], & tunc ſancimus: ita tamen [t], vt quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit [v] non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hęreditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps perſonas, vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem ſine vlla deminutione [x] conſequatur, vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera, tres aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant [y].

TITVLVS II.

DE LEGITIMA ADGNATORVM ſucceſsione.

Poſt ſuos hæredes coſiq́ue qui eorum loco habẽtur, agnatis proximis (id eſt per virilis ſexus cognationem iunctis) ſucceſſio defertur: in quorum etiam albo ſunt, qui ciuiliter (hoc eſt, per adoptionem) fiunt agnati.

---

a Materni. ſ. moriẽte maſculo, de cuius bonis agitur: vt j. proximo.

b Maternæ. ſ. moriente fœmina: vt. j. proxi. §. Accur.

c Diui autẽ principes. vt. C. de ſuis & legiti. l. ſi defunctus. & C. de colla. l. illam. circa princ.

d Donauerunt. ſ. principes: ſed non idem commodum: vt ſequitur.

e Veteris iuris ſ. l. xij. tab.

f Muniuntur. nota duas rationes vincere vnam: vt. ſ. de adopt. §. ſed hodie. in fi. §.

g Diximus. ſcilicet nullo modo, niſi in tertio ordine ſuccedere: vt. ſ. ꝓxi. §.

h Paulo. nota parum de tertia parte totius rei dici. ſic in auth. de exhi. & intro. re. §. ſancimus. in glo nullũ. col. v.

ADDITIO. Quod facit ad multa. imo tu dic ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis. l. hęc adiectio. ff. de verbo. ſign. & l. cum furti. ff. de in litem iur.

i Exiſtimauerũt. ſ. principes.

k Mortua ſit. no. duos caſus. Si enim moritur fœmina, nepotes vel neptes ex maſculis vel fœminis in nihilũ olim: niſi poſt agnatos: hodie cum diminutione tertiæ partis ſuccedunt. Si moritur maſculus, nepotes ex filia tantũ vocãtur cum diminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.

l Iiſque. ſcilicet, qui deſcendunt ex fœminaeo ſexu.

m Vocat. ſ. eo. §. cum filius. Accur.

n Partis tertię diminutione. Quod de hac diminutione tertiæ dicitur, corrigitur per ſequentem. §. ſecundũ M. ſed nos ſecundũ B. dicimus ſequentem §. loqui in quadam alia parte, quæ debebatur agnatis, ſcilicet quarta: non autẽ de hac tertia: ſed per authent. dicimus de hac tertia correctum, ſcilicet, vt æqualiter hodie veniant: vt in auth. de trien. & ſemiſſ. §. neque illo. collatio. iij.

o Cõſtitutionis. quã non habemus, vt ſequitur.

p Conſtitutione. vt. C. de ſuis & legi. l. fin.

q Tranſuerſa linea. ſic in authenti. de non elig. §. cum igitur. circa fin. collatio j.

r Iis. ſcilicet nepotibus & pronepotibus ex filia.

s Et tempora. vt in futuris caſibus tantum valeant: vt C. de ſuis & legiti. l. vlti. Accur.

t Ita tamen. hoc quod ſequitur, eſt referendum. ſ. ad. §. diui. non ad proximum.

v Antiquitas ſtatuit. ſ. eodẽ. §. cum filius.

x Diminutione. ſcilicet quartæ, quę debebatur agnatis: non tertiæ, quę debebatur patruis: vt ſupra proxi. §. diximus.

y Habeant. imo in capita videtur diuidi. vt infra titul. j. §. hoc etiam addendum. in fin. Sed ibi de collateralibus, hic de deſcendentibus loquitur.

ADDITIO. Nota, quod non tãtum nepotes, ſed & pronepotes ſuccedunt in ſtirpes: & veniunt per repreſentationem, cuius contrarium videtur dici in authent. de hære. ab inteſta. veni. §. huiuſmodi. colla. ix. Ang.

† Contra naturã eſt plus diligere nepotẽ ex virili ſexu, quã fœmineo. ſi. l. maximũ C. de lib. præ. Aegi. per.

† Si agit de hæreditate patris ipſius auię Aegi. per.

† Si agit de hęreditate matris ei9 ſcilicet patris.

† Si agit de hęreditate matris ipſius aui paterni, & ſic ꝓ auiæ.

DE LEGITIMA adgnatorũ ſucceſsio.

Quia

Quia .ſ. ti. proxi. dictũ eſt qualiter ſuccedãt ſui heredes ſiue liberi: & quia poſt ſuos vocantur prius agnati, quam cognati: vt. j. e. §. ſi. & l. j. §. poſt ſuos. ff. de ſuis & le. vnde poſt titulũ præcedentẽ poſuit iſtum. Ang. Ar.

SI nemo ſuus. Totus iſte tit. diuiditur in vij. partes. Primo, quã admittitur agnatus. Secundo, q̃s eſt agnatus. Tertio, vſq; ad quotũ gradum agnati veniunt, & vſque ad quotas perſonas fœminas deuoluantur tam de iure vetuſtiſſimo, & de iure prætoris, quã etiã media iuris prudentia. l. xij. tab. & tempore Iuſtiniani. Quarto, q̃ generi agnatorũ Imperator addit vnum cognatũ. Quinto, q̃ l. xij. tabu. proximus agnatus vocatur: & quis dicatur proximus. Sexto, q̃ ex. l. xij. tab. proximo repudiante ſequens non admittebatur: hodie vero ſic. Septimo, q̃ filij emãcipati hæreditas eſt legitima patri. Secunda ibi, Sunt autẽ. Tertia ibi, Cæterum. Quarta ibi, Hoc etiam addendum. Quinta ibi, Si plures ſint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimam.

SI nemo [a] ſuus [b] hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes prætor [c] vel conſtitutiones [d] vocant, exiſtat [e], qui ſucceſsionem [f] quoquo modo [g] amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad adgnatum [h] proximum [i] pertinet hæreditas.

Agnati ſunt illi, qui ex linea maſculina deſcendunt, vel etiam ex adoptione: dũmodo ſint in priori gradu. Ang.

Sunt autem adgnati [k] (vt primo quoq; libro [l] tradidimus) cognati virilis ſexus perſonas cognatione [m] coniuncti, quaſi à patre cõnati. Itaque ex eodẽ patre † nati fratres, adgnati ſibi ſunt: qui & cõſanguinei [n] vocantur. nec requiritur, an etiam eandem matrẽ habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem [o] is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt: qui etiam conſobrini [p] vocantur. Qua ratione etiam ad plures adgnationis gradus peruenire poterimus. Ij etiam qui poſt mortem patris naſcuntur, iura cõſanguinitatis [q] nanciſcuntur. Non tamen [r] omnibus ſimul adgnatis dat lex [s] hæreditatem: ſed ijs [t], qui tunc proximiores gradu ſunt, cùm certũ [v] eſſe cœperit, aliquem inteſtatũ deceſsiſſe. Per adoptionẽ quoq; [x] adgnationis ius conſiſtit: veluti inter filios naturales [y], & eos quos pater eorum adoptauit. Nec dubium eſt, quin hi impropriè cõſanguinei appellentur. Item ſi quis [z] ex cæteris adgnatis tuis, veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui lõgiore gradu eſt, adoptauerit aliquem: adgnatus inter ſuos eſſe [a] non dubitatur.

Ex agnatu mulieribus nulli penitus (niſi ſorori) ad agnatorum ſucceſſionem per mediam iuris prudentiam dabatur aditus: quãuis prætorii beneficio poſt omnes demũ agnatos cognatosq; per Vnde cognati, ad bonorum poſſeſſionem admittebatur. Hodie autem conſtitutũ eſt omnes agnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas pari ratione ad iura ſucceſſionis ab inteſtato vocari.

Cæterùm [b] inter ma-

† Duo fratres ex eodem patre dicunt cõſanguinei.

a Si nemo. etiam vnus: vt. ff. de teſta. tut. l. ſi nemo.

b Suus. ſ. tit. j. §. j. Accur.

c Prætor. ſ. titu. j. §. emancipati. Accurſius.

d Conſtitutiones. ſ. tit. j §. quibus connumerari. & §. itdm vetoſtas. ver. diui. Accur.

e Exiſtat. dico & amplectatur: nã hæc duo neceſſaria ſunt. Accur.

f Succeſsionem. defuncti. Accur.

g Quoquo modo. ſ. ciuili vel prætorio iure.

h Adgnatum. capite non minutum: vt. ff. de ſuis & legi. hære. l. capitis.

i Proximum. i. qui proximior eſt defuncto. j. eod. §. plures. & §. proximus. Accur.

k Sunt autem adgnati. ſic. ff. de legit. tut. l. ſunt autem. Accur.

l Libro. vt. ſ. de leg. agn. tut. §. ſunt autem.

m Cognatione. cognatio eſt genus, agnatio ſpecies: vnde quiſquis eſt agnatus, & cognatus, ſed non conuertitur.

n Conſanguinei. quaſi ex eodem ſanguine nati: cæteri agnati non dicuntur conſanguinei: vt. ff. de ſuis & leg. l. ij. & j. de ſuc. cog. §. vulgo.

o Inuicem. ſ. filius fratris patruo.

p Etiam conſobrini. impropriè: vt. j. de gradib. cognatio. §. iiij.

q Iura cõſanguinitatis. ſ. ad ſuos fratres prius natos: ad reliquos vero agnatos agnationis tantum ius acquiritur: vt. ſ. proxim. diximus. Et eſt verum hoc, ſi viuẽte eo de cuius hereditate agitur, concepti ſaltem erant: vt. ff. de ſuis & legi. hære l. Titius. ibi, reſponde &. ff. vnde cog. l. j. §. ſi quis proximior. Accur.

ADDITIO. Alias ex perſona ſua non ſuccedit: ſed bene ex perſona patris. Angel.

Quid autem in vterinis an dicantur cõſanguinei: vide Ang. hic.

r Non tñ. quamuis agnati vocentur ad hæreditatẽ, non tamen &c.

ADDITIO. Et ſic no. ſecundũ Ange. diſpoſitionẽ abſolutã debere intelligi ſecundũ ordinis prærogatiuam. Quod facit ad eũ, qui accepit in emphyteuſim: vel cui legat aliquod pro ſe & filijs ſuis, vt videantur eſſe vocati ſecundum ordinis charitatem.

s Dat lex. ſcilicet duodecim tabularum.

t Sed ijs. & omnibus ijs: vt. j. eo. §. ſi plures.

v Certum. quod eſt etiam, ſcilicet, facto teſtamento, quod euanuit: q̃ dic vt. j. §. proxi.

x Per adoptionẽ quoq;. quaſi dicat, non ſolum iure naturali conſtituitur agnatio, ſed etiam ciuili, vt per adoptionem, ſcilicet, quamlibet iure iſto: vt. ff. de adoption. l. prima. & ſupra de adoption. in princip. ſed hodie per eam tantum ex qua tranſit in poteſtatem arrogatoris: vt. ſ. eodem titul. j. § ſed ea omnia. verſicu. noſtra autem. ſed tamen licet non ſtat agnatus, ſcilicet hodie: quia nõ tranſit in poteſtatem extranei arrogantis: ſuccedit tñ ab inteſtato patri tantũ nõ alijs patris agnatis: vt. C. de adop. l. pe. §. ſed ne articulũ. ver. ſed ſi qdẽ.

y Naturales & legitimos, nõ tantum emancipatos: vt. ff. de grad. affi. l. ſi filium.

z Item ſi quis. non ſolum pater, de quo dictum eſt.

a Inter ſuos eſſe. id eſt, agnaſcitur alijs agnatis adoptantis, & eis cognatus fit: vt. ff. de adop. l. qui in adoptionem.

b Cæterum. i. certe. vel aliter, lex quidem xij. tabu.

deferebat

ſculos quidem adgnationis iure hæreditas, & etiam ſi lõgiſsimo [a] gradu ſint, vltro citroq; capitur. Quod ad fœminas [b] verò attinet: ita placebat [c], vt ipſe cõſanguinitatis [d] iure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores, ſint: vlterius nõ capiant. maſculi autẽ ad earum [e] hæreditates (etiam ſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua [f] verò ad illas nõ pertinebat. Quod ideo ita cõſtitutum erat: quia cõmodius videbatur, ita iura conſtitui: vt plerunque [g] hæreditates ad maſculos [h] confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat, in vniuerſum eas [i] quaſi extraneas repelli: prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua proximitatis [k] nomine bonorum poſſeſsionem pollicetur, ex qua parte ita ſcilicet admittũtur, ſi neq; adgnatus vllus, neq; proximior cognatus interueniat [l]. Et hæc quidem [m] lex duodecim tabularũ nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem [n] legibus amicã amplexa ſimili modo omnes adgnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas cuiuſcunq; gradus ad ſimilitudinẽ ſuorũ inuicẽ ad ſucceſsionẽ vocabat. Media autẽ iuris prudentia, quę erat quidem lege duodecim tabularum iunior [o], imperiali autem diſpoſitione anterior [p], ſubtilitate quadam excogitata, præfatam [q] differentiam inducebat, & penitus eas [r] à ſucceſsiõe adgnatorum repellebat, omni [s] alia ſucceſsione incognita: donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis [t] corrigẽtes, ſiue quòd deerat implentes, humano propoſito alium ordinem ſuis edictis addiderũt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſsionem eas adiuuabant, & pollicebãtur his [v] bonorum poſſeſsionem, quæ, vnde cognati [x], appellatur. Nos verò [y] legem duodecim tabularum ſequentes, & eius veſtigia hac in parte cõſeruantes: laudamus [z] quidem prætores ſuę humanitatis [†]: non tamẽ eos in plenum huic cauſæ [a] mederi inuenimus. Quare etenĩ [b] vno eodemq; gradu naturali cõcurrente, & adgnationis titulis [c], tam in maſculis, quàm in fœminis æqua lance conſtitutis [d]: maſculis quidem dabatur [e] ad ſucceſsionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad adgnatorum ſucceſsionem patebat aditus [f]. Ideo nos in plenum omnia reducentes, & ad ius duodecim tabularum eandem diſpoſitionẽ exequentes: noſtra conſtitutione [g] ſancimus omnes legitimas perſonas, id eſt per virilem ſexum deſcẽdentes (ſiue maſculini generis, ſiue fœminini ſint) ſimili modo [h] ad iura ſucceſsionis legitimæ ab inteſtato vocari, ſecundum ſui gradus prærogatiuã. nec ideo excludendas: quia conſanguinitatis [i] iura, ſicut germanæ, non habent.

Vterinæ vel conſanguineæ ſo-

deferebat hæreditatem agnatus proximis, ſed media iuris prudentia cum diſtinctione: & ideo hic dicit cæterum, pro ſed.

a Longiſsimo. i. decimo: vt. ĩ. de ſucceſ. cog. §. fi.

b Fœminas. agnatas.

c Ita placebat. nota. caute dicit placebat, & non placet: vt. ĩ. §. nos vero. & hoc erat per mediã iuris prudentiam, non per. l. xij. tab. neq; per prætorẽ: vt. ĩ. eod. §. & hoc quidẽ. &. §. media.

d Conſanguinitatis. i. agnationis.

e Earum. ſcilicet, fœminarum.

f Tua. ſcilicet, hæreditas.

g Plerunq;. Hoc propter conſanguineas ſorores, de quibus modo dixit.

ADDITIO. Et huic ſumitur ratio ſtatutorũ cõiter per Italiam, quod ſtantibus maſculis fœminæ nõ ſuccedãt: quia ſtatuta ex parte maſculorum ſunt fauorabilia. & ex parte fœminarũ odioſa: vt hic per Angelum.

h Ad maſculos. ſic. ſ. titul. j. §. item vetuſtas.

i Eas. i. agnatas fœminas.

k Proximitatis. i. cognationis.

l Interueniat. nec aliquis ſuorũ: vt. ſ. tit. j. §. admonendi. in fin. §.

m Et hæc quidẽ. quæ ſcilicet in. §. cęterũ. &. §. ſed quia. dicta ſunt.

n Sed ſimplicitatẽ. remota differẽtia agnatorũ inter maſculos & fœminas. ſic. ſ. de fideicõ. hære. §. ſed quia.

o Iunior. & ſic no. ꝙ lex xij. tabu. eſt vetuſtior, quam media iuris prudentia: & quã ius prætorium.

p Anterior. i. conſtitutione anterio-ri infra ſcripta. quę eſt. C. de leg. hær. l. lege xij. tabul. Accurſius.

q Præfatam. ſ. dictã. ſ. eo. §. cæterũ.

r Eas. agnatas fœminas, niſi ſorores.

s Omni. nã ordo cognatorũ nõ erat adhuc. Vel dic etiã deficientibus agnatis: ipſi tamen non vocabantur.

t Iuris ciuilis. i. mediæ iuris prudẽtiæ, quod ſcilicet ciuile dicitur: vt. ff. de ori. iu. l. ij. §. hæc diſputatio. Accur.

v His. ſ. mulieribus agnatis vltra ſorores.

x Vnde cognati. ſic dicta: quia per eã cognati vocantur. Accur.

y Nos vero. Hic Iuſtinianus loquit.

z Laudamus quidẽ prætores. No. ꝙ ille eſt [illegible] qui eſt inuentor alicuius ordinationis, ſiue diſpoſitionis, licet nõ æque perfecte adinuenerit: quia facile eſt adinuẽtis addere: vt. l. j. C. de vete. iur. enuc. § omnis enim noſtra. Angel Aret.

a Huic cauſæ. id eſt expulſioni agnatorum.

b Quare etenim. Bene dico fore prouidendũ agnatis fœminis: quia [illegible].

c Titulis. i. nominibus. Accur.

d Conſtitutis. id eſt, ordinatis.

e Dabatur. i. concedebatur.

f Aditus. certe nõ erat ratio iuſta vel ſufficiens, licet aliqua ſit: vt. ſ. eo. §. cęterum. in fi.

g Conſtitutione. vt. C. de leg. hær. l. lege xij. tabu. Accurſius.

h Simili modo. i. hincinde vel dic ita fœminæ vt mares.

i Cõſanguinitatis. i. licet nõ ſint ſorores, quæ germanæ vocantur, quaſi ex eodem germine natæ.

† Deeſt hoc loco ablatiuus, nomine, aut cã eo ſcilicet loquendi genere, de quo admonet Anto. Augu. lib. emẽd. ij. cap. [?] Iſta [?]. nõ eſt Accurſij. ſed additio.

Simplicitas legib9 amica.

Exiſtim

rerii filij filiæue ad auunculi ſuc- [illegible]

Hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus [a], vt transferatur vnus tantummodo [b] gradus à iure cognationis in legitimam [c] ſucceſsionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecundum quod iam definiuimus) ad ſucceſsionem patrui ſui vocentur: ſed etiã germanæ [d] conſanguineæ, vel ſororis vterinæ [e] filius & filia ſoli, & non deinceps [f] perſonæ vnà cum his ad iura auũculi ſui perueniãt: & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filijs, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab vtroq; latere ſuccedant, tanquam [g] ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo iure veniant: ſcilicet vbi frater & ſoror ſuperſtites [h] nõ ſunt. His etenim perſonis præcedentibus, & ſucceſsionem admittẽtibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti: videlicet hęreditate nõ in ſtirpes, ſed in capita [i] diuidenda.

Licet ſint plures agnati: tamen ſolus proximior in gradu vocatur. Et ſi plures ſunt in proximiori gradu, omnes ſimul vocantur h.d. Aug. Arc.

Si plures ſint [k] gradus adgnatorum: apertè lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaq; ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur [l]. Et quamuis † ſingulari numero vſa lex duodecim tabularum proximũ vocet: tamẽ dubium nõ eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes admittantur [∻]. Nã & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur, & tamen non dubiũ eſt, quin licet vnus ſit gradus adgnatorũ, pertineat ad eos hæreditas.

Proximus [illegible] *tempore* [illegible]

Eum [illegible] *teſtamenti tempore proximior eſt.*

Proximus [m] autem (ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit) per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur [n], quod ſi facto teſtamento, quiſquã deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo certũ eſſe cœperit, nullũ ex teſtamento hæredem exiturum: tunc enim [o] propriè quiſque [*] inteſtatus deceſsiſſe intelligitur. Quod quidem longo aliquando tempore [p] declaratur. In quo ſpatio temporis ſępè accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat qui moriẽte teſtatore, nõ erat proximus.

Lege [illegible] *de gradu in gradum (* [illegible] *) nam enim* [illegible] *in gradu perſona* [illegible] *ferebatur ſucceſsio: quod hac conſtitutione emendatur.*

Placebat [q] aũt in eo genere [r] percipiẽdarũ hæreditatũ ſucceſsionẽ nõ eſſe [s]: id eſt, vt quãuis proximus, q ſecundũ ea, quæ diximus, vocat ad hæreditatẽ, aut ſpreuerit hęreditatẽ: aut antẽ, quã adeat, deceſſerit: nihilò magis [t] legitimo iure ſequẽtes admittãtur. Quod iterũ prętores iure imperfecto corrigẽtes, nõ id totũ ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorũ ordine eos vocabãt, vtpote adgnationis iure eis recluſo. Sed nos [v] nihil perfectiſsimo iuri deeſſe cupiẽtes, noſtra cõſtitutiõe, quã de iure patronatus, humanitate ſuggerente protulimus [x], ſanximus ſucceſsionẽ in adgnatorum hæreditatibus nõ eſſe eis denegandam: cùm ſatis [y] abſurdum erat, quod

a Exiſtimauimus. vt ff. de legit. hær. l. lege xij. tab. §. j. & §. in his.

b Tantũmodo. ſ. non vlterior, proximior tamen ſic, vt ipſæ ſorores vel fratres vterini vel vterinæ, vt ſequit. C. de legi hære. l. ſi. §. ſed neque.

c In legitimam. ſ. agnatorum. Acc.

d Germanæ. i. natæ ex eodem patre, & matre cum defuncto.

e Vterinæ. i. natæ ex eadem matre tantum.

f Deinceps. i. vlteriores ſiue in gradu remotiores.

g Tanquã. No. ex hoc text. quod iſti improprie ſunt agnati: & ideo non comprehẽderenſ in ſtatutis loquẽtibus de agnatis. Ang.

h Superſtites. hoc corrigiſ per authẽ. ceſſante. C. de legit. hære. quia cum his admittuntur. Itẽ & in alio quod ſubijcitur hic. §. corrigitur: quia in ſtirpes fit diuiſio hodie, ſed poſt hos filios fratrũ fit diuiſio in capita, vt in authẽ. de hære. quæ ab inteſ. §. ſi igiſ defunctus neq; colla. ix. & in auth. vt frat. filij. §. j. collat. Vel dic, quod dicitur in authen. in ſtirpes diuiſ. verum eſt, quando cum alijs, ſcilicet patruis vocantur nepotes [*] alias in capita: vt hic.

i In capita. ſ. tit. j. in fi. contra. Sol. ibi de deſcendentibus loquitur: hic de collateralibus. Accurſ. vide gloſſ. j. §. huiuſmodi. in aut. de hæ. ab inte.

k Si plures ſint. ſic in auth. de hære. ab inteſtat. ve. §. ſi vero neq; fratres. coll. ix. & ff. de ſuis & legit. hæred. l. ij. §. hæreditas.

l Habet. hoc corrigit: vt. ſ. dixi per auth. ceſſante. Acc.

m Proximus. ſic ſ. titu j. §. cum aũt.

n Quæritur. ſic ſ. eod. §. ſunt autẽ. verſ. non tamen.

o Tũc enim. ſ. cũ nõ aditur hæreditas ex teſtamento.

p Longo tempore. i. poſt mortem.

q Placebat. ſ. ex l. xij. tabul.

r In eo genere. ſ. iure ſucceſsionis.

s Succeſsionẽ nõ eſſe. id eſt, ſucceſſorium edictum inter agnatos locum nõ habere, ſcilicet de perſona in perſonam: ſed inter cognatos ſic: vt j. ſequitur: vt. ff. de ſuc. edic. l. j. §. quibus. ſed de ordine in ordinem, ſeu de capite in caput ſic [2], vt de liberis in agnatos, de agnatis in cognatos, et poſt in virum & vxorem, vt ſequitur, vt ff. ſi ta. teſta. nul. ex l. j. §. reſpon.

t Nihilo magis. i. non ideo magis.

v Sed nos. loquitur Iuſtinianus.

x Protulimus. ſ. in Græco.

y Cum ſatis. ratio prima.

Apert

1 Iſta glo. etiã nõ eſt Accurſij.

Filij fratris ſuccedunt cũ patruo: & in ſtirpes fit diuiſio.

* Vnde ſi ſtatutũ eſt, q primus q intrauerit caſtrũ habeat centũ, & plures ſimul intrãt ſimul habebunt centum: & partiantur inter ſe, p. hunc text. Aegi per.

† Idest qñ ſuccedunt nepotes ſine patruo ſuperſtite. ratio, quia æqualiter diſtãt à defuncto: ergo æqualiter debent ſuccedere: vt. ſ. §. j. i. ſi quoniã ſi plures.

∻ Scilicet æqualiter, & ſic p capita.

* Alias, propriè etiam quiſq; &c.

2 Nota p euidẽtia q caput ſiue ordo eſt generalius: et ſunt quatuor, vnde liberi: vnde cognati: & vnde vir & vxor: & vnũquodque ipſorũ cõtinet ſub ſe plures gradus puta in vnde libe. ſũt primo filij: ſecũdo nepotes: tertio pronepotes & ſic deinceps: & eodẽ modo i quolibet capite.

a Apertum eſt. i. ſucceſſorium edictum de perſona in perſonam.
b Maxime. ratio. ij.
c Gradu. agnatorum.
d Ad legitimam. eſt enim filius agnatus patri proximus; vt. ff. de ſuis et legi. l. filius. qd' ius non tollitur per capitis diminutionẽ: ſicut neq; inter fratres vt hic, & C. de legi. tu. l. iiij. Acc.

Filius eſt patri agnatus.

ADDITIO.

Quamuis tamẽ pater ſuccedat filio ab inteſtato, & ſic ſecundum tacitam eius voluntatẽ: vt l. conficiũtur. ff. de iure codi. non tamẽ contra voluntatẽ, ſi ab ipſo filio aliquid vel tantũ acceperit, quod ſatis ſit ad legitimam. l. j. §. ſi parens. ff. ſi à pa. quis ſuc. manu. de qua materia dic. vt per Ang. hic.

cognatis à prætore apertum eſt[a], hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè[b] cùm in onere quidem tutelarũ & primo gradu[c] deficiente ſequens accedit: & quod in onere obtinebat, nõ erat in lucro permiſſum.

Olim pater admittebatur ad legitimã hæreditatem filij emancipati, ſi in emancipatione fuerat contracta fiducia. Hodie verò præſumitur contractam eſſe fiduciam. Aretinus.

Ad legitimam[d] ſucceſſionem nihilominus vocatur etiam parens[e], qui cõtracta fiducia* filium vel filiam, nepotem vel neptẽ, ac deinceps emancipat. quod ex noſtra cõſtitutione[f] omnino inducitur, vt emancipationes liberorũ ſemper videantur quaſi contracta fiducia[g] fieri: cùm apud veteres non aliter[h] hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet[i].

* In qbuſdam exẽp. qui nõ cõtracta fiducia &c. ſed hic reſti⁹. Nec Theophi. hoc loco negationem habet.

e Parens. ſecus econtra: vt. ſ. titu. j. §. emancipati.[1]

f Cõſtitutiõe. vt C. de emã. li. l. fina.

g Contracta fiducia. ſic dicendo: ius ſuccedẽdi in bonis tuis mihi reſeruo. vel etiam ſic: emancipo de contracta fiducia.

1 Erat ratio diuerſitatis: quia pater mulcum conſerebat filio per emãcipationẽ ſe expoliãdo priuilegijs patriæ poteſtatis ideo in recompenſationem admittebatur ad eius hæreditatem. Ang.

h Non aliter. quia non erat rectuari: vt ff. de reg. iur. l. ſecũdum naturam et. ſ. de legi. patro. tute. in fin. & j. de emp. & ven. §. cum autẽ. circa medium nam qui ſentit incommodum, ſentire debet commodum, vt dicunt iura ſuperius a leg. & econuerſo. non eſt enim ferendus, qui lucrũ ampleƈtitur, onus autem ſubire recuſat. C. de cadu. tol. l. vnica. §. pro ſecũdo. in fi. habent canoniſtę regulam iuris, qui ſentit onus. de regu. iu. in vj.

i Manumiſiſſet i. emancipaſſet. ſic. ff. quando. act. de pe. eſt an. l. j §. alienatio.

TITVLVS III.

DE SENATVS-CONSVLTO Tertylliano.

Lege duodecim tabularum mater non ſuccedebat filio ab inteſtato, nec econtra filius matri: ſed ex conſtitutione ſenatuſconſulti Tertylliani, ſi ingenua tres, libertina quatuor liberos enixa fuerat, illis ab inteſtato ſuccedebat. Areti.

Annota, Filium etiam nupti datam in paterna ſemper reſidere poteſtate.

DE SENATVSCONSVLTO &c.

Poſt agnatos de quibus ſuprà ſuccedunt cog. ideo ſequebatur videre de cognatis. Verùm licet mater & filius ſint cognati tamen ex ſpeciali prouiſione ſibi adinuicem vt agnati ſuccedunt: vt infrà, de ſuc. cog. in princip. ideo poſt illos agnatos ante cognatos ponit de ſucceſſione matris ad filium, & econtra. Aret. Ex ſequentia notari poteſt in his verſibus: Matri dat mæſta geniti bona Tertyllianum. Filii maternas tibi res dabit Orfitianum.

Ex duodecim. Totus iſte titulus diuiditur in quinque partes. Primo, quia ex lege xij. tabularum mater ad hæreditatem filij, & econtra nõ admittebatur. Secũdo qualiter admittebatur ex ſenatuſconſulto Tertyllia. Tertio, quæ perſonę preponebantur tũc matri. Quarto conſtitutionem Tertylliani remouet. Quinto remouet alias cõſtitutiones. Secunda ibi, Et primus. Tertia ibi, Preferunt. Quarta ibi, Sed nos. Quinta ibi, Sed cũ antea.

Ex duodecim tabularum ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat[k] maſculorum[l] progeniẽ: & eos qui per fœminini ſexus neceſsitudinem[m] ſibi iunguntur, adeò expellebat, vt ne quidem inter matrem & filiũ[n] filiamve vltro citroq; hæreditatis capiendæ ius daret: niſi quòd prætores ex proximitate cognatorũ eas perſonas ad ſucceſsionẽ, bonorum poſſeſsiõe Vnde cognati, accõmodata, vocabant. Sed hæ iuris anguſtiæ[o] poſtea[p] emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius matri ad ſolatium liberorũ amiſſorum[q], legitimam eorũ[r] detulit hæreditatẽ. Poſtea autem ſenatuſcõſulto Tertylliano, quod diui Adriani temporibus factum eſt, pleniſsimè de triſti ſucceſsione matri[s] non etiam auiæ deferenda cautum eſt: vt mater ingenua trium liberorũ ius habẽs[t], libertina quatuor ad bona filiorum[v] filiarũve admittatur inteſtatò mortuorum, licet in poteſtate parẽtis ſit[x]:

k Præponebat. impropriè.[2] nã cognatos nullo modo vocabat, vt ſequit.

2 Nam proprie nõ dicit præponi illi quod nõ ſequit: quãuis proprie proximus dicatur, quem nemo ſequitur: vt. ff. vnde cogna. l. j. §. proximus. Ang.

l Maſculorũ progeniem. i. agnatos: vt. ſ. tit. j. in prin.

m Neceſsitudinẽ. i. cognationẽ: nam dicunt cognati neceſſarij: vt. ff. de iu. & iu. l. fina.

n Matrẽ & filiũ. qui adinuicẽ ſunt cognati: vt. j. de ſucceſ. cog. §. vulgo.

o Iuris anguſtię. nota ius dici anguſtioſum, alias iniquum dicit: vt. j. de ſuc. lib. in princi. & ff. quod quiſq; iur. l. iij. in prin.

Ius quãdo que dicit iniquum.

p Poſtea. poſt legẽ duodecim tabu. & per diuũ Claudiũ & per ſenatuſconſultũ Tertyllianum, vt ſequitur.

q Amiſſorũ. ſ. in acie principis: vt arg. ſ. de excu. tut. in princ. Vel dic, quia generaliter ſtatuit: vt. C. de inoffi. teſt. l. liberi. prima verior eſt.

r Borum. ſcilicet filiorum.

s Auiæ. etiam hodie auia ſuccedit ſicut mater, vt in authen. de hære. quæ ab inteſt. §. conſequens. colla. ix.

t Triũ liberorũ ius habẽs. i. tres habẽs filios, nõ autẽ in poteſtate: vt. ſ. de adop. §. fœminæ. quos tres habere videt etiã ſi ter geminos peperit: ſecundum Io. vt. ff. de verbo. ſigni. l. ter enixa.

v Filiorum quod dic vt. ſ. de hære. quę ab inteſt. §. j. & ij. & §. emancipati. & §. diui.

x Parentis ſit. ſcilicet mater. Et ita nota de iure Romanorum vxorem alicuius eſſe in poteſtate parentis,[3] non

3 Et ideo non põt teſtari nec codicillari etiam cũ cõſenſu patris: vt per Ange. hic.

a Quemadmodũ.q.d.qui in vno honoratur, in alio grauetur.ff.de iureiu.l.cum qui.in prin.
b Eam ſ.matrem.
c Simul.ſ.cum matre.
d Sorores.hoc caſu eſt hodie idem quod in ſeq.§.vt in auth.de nupt.§.pe.&.§.& quoniã.colla.iiij.
e Legitima.quia ſunt ſorores ex vtroq; parente.
f Cognationis.quia ſunt tantũ ex matre ſorores.
g Proſpeximus.in ſucceſsione.
h Conſulere.ſ.in tutore petẽdo. Ac.
ADDITIO. Et dic petendo.ſ.intra annum,vt hic. Et iſtã opi.dicit Ange.eſſe cõmunem:& eã tenent tanquam magis æquam,per ſ.leg.ſciant.C.de legi.hęred.quamuis Bart.ibi & docto. velint quod teneatur petere ſtatim cum poteſt,niſi fuerit impedita legitima cauſa:ita quod annum nõ tranſcendat.
i Sciturıs eis.ſcilicet matribus neglig ẽtibus.alias nõ perdunt: vt.C.qui pet.tut.l.cum ã matribus. & maioribus, alias ſimiliter non perdunt:vt.C.ſi aduer.delic.l.ij[1]. Accur.
k Impuberum.aliud ſi puberes moriantur:vt.C.eo,l.matres.
l Vulgo quæſitus niſi mater ſit illuſtris.Sic ecõtra talis filius illuſtri matri non ſuccedit:vt C ad Orfi.l.ſi qua illuſtris.
ADDITIO. Idem ſi eſſet natus ex damnato coitu: ſecus ſi ex cõcubina etiã illuſtri[1], vt per Angel.hic.

1 Et ſuffi-cit eã eſſe minorẽ tẽpore mortis mariti: etiam ſi poſtea maior facta intra annũ non petierit. Ange.

quemadmodum[a] eam[b] toti alij ordini legitimo propoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue nõ, ad capiendas hæreditates ſimul[c] vocemus. ita tamẽ vt ſi quidem ſolæ ſorores[d] adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint: dimidiam quidem mater, alteram verò dimidiam partem omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite & fratre vel fratribus ſolis, vel etiam cũ ſororibus, ſiue legitima[e] ſiue ſola cognationis[f] iura habentibus, inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur: in capita diſtribuatũr eius hæreditas.

Quæ filio ſuo impuberi intra anni ſpatium tutorem petere neglexerit, ab eius ſucceſsione (ſi intra pubertatem deceſſerit) prorſus fit aliena.

Sed quemadmodum nos matribus proſpeximus[g], ita eas oportet ſuæ ſoboli conſulere[h]: ſciturıs eis[i], quòd ſi tutores liberis non petierint: vel in locum remoti, aut excuſati intra annum petere neglexerint: ab eorũ impuberum[k] morientium ſucceſsione meritò repellentur.

Filio non tantum legitimo, ſed etiã vulgo quæſito mater ſuccedit.

Licet aũt vulgò quæſitus[l] ſit filius filiáve: poteſt tamen ad bona eius mater ex Tertylliano ſenatuſconſulto admitti.

DE SENATVSCÕSVLTO ORFICIANO.

Viſum eſt tit. ſuperiori qualiter mater ſuccedat filijs per ſenatuſconſ. Tertyl. videamus nunc qualiter filij ſuccedant matri: quod fit per ſenatuſconſultum Orficianum.

PEr contrariũ. Totus iſte ti.diuidiť in quatuor partes. Primo ponit qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hęreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittãtur. Secundo nunquid capitis diminutione tale ius ſuccedẽdi tollatur. Tertio, qui ſunt illi filij, qui ad hæreditatẽ matris admittuntur. Quarto ſubnectit nouum caſum ad materiã ab inteſtato. Secunda ibi, Sciendũ eſt. Tertia ibi. Nouiſsime. Quarta ibi, Si ex pluribus.

TITVLVS IIII.

DE SENATVS-CONSVLTO ORFICIANO.

Filius & nepos veniũt ad hæreditatem matris & auiæ ab inteſtato ex ſenatuſconſulto Orficiano. Areti.

PEr contrariũ[m] aũt liberi[n] ad bona matrũ[o] inteſtatarũ admittũtur ex ſenatuſcõſulto † Orficiano, quod Orficio & Ruffo cõſulibus factum eſt, diui Marci tẽporibus: & data eſt, tam filio, quàm filię legitima[p] hæreditas, etiam ſi alieno iuri ſubiecti ſint: & præferuntur[q] cõſanguineis[r] & adgnatis defunctæ matris. Sed cũ ex hoc ſenatuſcõſulto nepotes & neptes ad auiæ ſucceſsionẽ legitimo iure nõ vocarẽtur, poſtea hoc cõſtitutionibus[s] principalibus emendatum eſt: vt ſimilitudinem filiorum, filiarumq́;, & nepotes[t], & neptes vocentur.

Succeſsio ex Tertylliano vel Orficiano non tollitur minima capitis diminutione.

Sciendum autem eſt, huiuſmodi ſucceſsiones, quæ ex Tertylliano & Orficiano ſenatuſconſultis deferuntur, deminutione[v] non perimi, propter illam regulam[x] †, quia nouæ hæreditates legitimæ capitis deminutione non pereunt: ſed illæ ſolæ[y], quæ ex lege

m Per contrariũ.econtrario.nã.ſ.ti.ſ.tractatũ eſt qualiter mater filio ſuccedit: nũc dicit ecõtra. Vnde verſus: Matri ſuccedes ò nate per Orficianum. Inuidiam portat econtra Tertyllianum[z]. Accur.
n Liberi. ſtricte ponitur pro filijs tantũ: vt.j.eod.§.j.verſ.ſed cum. alias contra: vt.ff.de verbo.ſign.l.liberorũ.
o Matrum. ingenuarum vel libertinarum: vt.ff.eo.l.j.§.reſpõſ.imo & ancillarum, dũmodo ſit ſibi facta mora in fideicõ. libertate præſtanda: vt.C.eod.l.fina.
p Legitima. non quia lege xij.tabu. daretur, imo denegabatur: vt.ſ.tit.j.in prin.ſed ſenatuſcon.dat, quod vicem legis obtinet: vt.j.de exce.§.hæc exempli cauſa.
q Et præferuntur.ſ.filij.
r Cõſanguineis. i.cognatis. Accur.
ADDITIO. Alibi exponitur conſanguineis, id eſt, fratribus: vt.l.j.C.eo.titu.& illa communiter tenetur. Ang.
s Conſtitutionibus. quas non habemus.
t Nepotes.idẽ in alijs deſcendẽtibus ex hac linea dicã: Sed quid ſi nepos iſte fuit conceptus poſt mortem auiæ? Rñ.non ſic: vt.ſ.de hær.quæ ab inte.§.cum autẽ dicimus.

z An autẽ in correlatiuis ſeruetur æqualitas? vide Bartol. in l.ij.C.de cu.ex iu.libr.xj. Ange.
† De quo & itẽ libelli ſuper ea firmatiõe, quotcq; iidẽ vt competat, reqratur, vide apud Roſ.co. titu.in li.vij.parte.
† Id eſt q̃ ex nouis legibus dãtur: vt ex ſenatuſcõ. Terty. & Orfi.&.l.tutelas in ſi.ff.de ca.dim. Aeg. per. Hęreditas per capitis diminutionẽ nunquã quandoq; perdiť quandoque nõ.

v Capitis deminutione.ſ.minima.nã per alia omne ius etiã cognationis tollitur: vt.ſ.de ca.di.§.quod aũt.
x Regulam.cuius tenor eſt hic,&.ff.de capi.dimi.l.tutelas.§.reſpon.
y Sed illæ ſolæ.ff.vnde lib.l.ſi.in ſi.contra. Sol. Hic dicit ſolæ, vt excludat eas tantũ, quæ ex ſenatuſconſulto

ſulto deferuntur, non prætoriæ ſucceſsiones, vt ibi.

a Ex lege duodecim tabularũ. ſic. ff. e. ad ſenatuſcõ. Tert. & Orfi. l. j. §. capitis. ſic. ff. de ſuis & leg. l. capitis.

b Deferuntur. quare magis lege xij. tabularũ data hæreditas perditur per capitis diminutionẽ minimam, quã ſenatuſconſulto delata? Reſpon. quia illa agnatis defert, quæ agnatio per capitis diminutionem minimã tollitur: at ſenatuſcõſ. filio, qui matri eſt cognatus: & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimã: vt. ſ. de leg. agn. tut. §. j.

c Vulgo quæſiti. quia nõ habent certum patrem: vt. ſ. de nupt. §. ſi aduerſus: multomagis in naturali tantum: vt C. eo. l. penul.

d Hæreditatem. ſ. vna cum legitimis, niſi erat mater illuſtris: tunc enim cũ legitimis ab inteſtato non veniunt. ſecus in naturalibus ex licita cõſuetudine procreatis: vt. C. eo. l. pe.

e Admitti. nunquid hodie ſuccedit vulgo quæſitus? Videtur quod nõ: vt in authen. quib. mod. nat. eff. ſui. §. vlti. Sed tamen diſtingue, aut ex tali coitu, qui poſsit damnari, vt inceſtus adulterij nefarij & ſimilis: quo caſu non ſuccedit, cum ob hoc ipſum damnandus eſt: vt in dicta authent. & ff. ſolu. matri. l. ſi ab hoſtibus ¹. aut non; & tunc ſuccedit matri, vt hic: nõ patri, cum ſit incertus. nam & ſi habet certum patrem naturalem, nõ tamen ſuccedit ei, niſi in duabus vncijs ab inteſtato, non extantibus legitimis, alias in nihilum: vt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. diſcretis. colla. vij.

¹De æquitate tamen canonica parentibus ſũt alẽdi. c. cũ haberet, de eo qui du. ĩ mat. quã pol. per adulter. ex quo inferunt doct. quod pater poteſt relinquere baſtardis pro dote & alimentis, ſed vltra in fraudẽ nõ relinquat. ſecundum Ang.

duodecim tabularum a deferuntur b.

Etiam filius vulgò quæſitus ad hæreditatem matris admittitur.

Nouiſsimè ſciendum eſt, etiã illos liberos, qui vulgò c quæſiti ſunt ad matris hæreditatem d ex hoc ſenatuſconſulto admitti e.

Quoties pluribus legitimis hæredibus delata eſt hæreditas, non adeuntium portio adeuntibus adcreſcit, quod ad adcreſcendi ius ad hæredes quoq; transfertur.

Si ex pluribus f legitimis hæredibus quidam omiſerint hæreditatem, vel morte, vel alia cauſa g impediti fuerint, quò minus adeãt: reliquis qui adierint h, adcreſcit i illorum portio. & licet ante deceſſerint k: ad hæredes tamẽ eorũ pertinet l.

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

f Si ex pluribus. Iſte. §. eſt communis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accreſcendi inter legitimos tantum tractat: vt hic, & ff. eo. l. j. §. ſi nemo. & C. de caduc. tollend: §. his ita. Idem etiam eſt in his, qui de iure prætorio ſuccedunt: vt. ff. de bonor. poſſeſ. l. iij. in fin. & l. iiij. & v.

ADDITIO. Nota, quod iſte. §. eſt lex. ff. de ſuis & legi. hær. & incipit, Si ex pluribus.

g Alia cauſa. vt ſi defecerit conditio ſub qua inſtituti erant: vt. ſ. quib. mod. teſta. infir. §. poſteriore.

h Adierint. ſic. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. ibi, Cæterum prout.

i Accreſcit. ſed pro qua parte? Reſpond. prout erant inſtituti: vt. C. de cadu. tol. §. is ita. & ſ. de vulga. ſubſtit. §. j ². Item nunquid eſt neceſſe iterum adire? Reſpon. non, niſi quando ex alterius perſona, puta ſerui, fiat mihi augmentum: vt. ff. de acqui. hære. l. ſi ſolus. in j. reſpon. & in fine legis.

² Dic quod in hæreditate pars deficiẽs accreſcat etiã inuitis. Fallit primo ſi iure ſpeciali deficiat. Itẽ ſi ope exceptionis. Itẽ ſi iure diuerſo ſuccedat. Itẽ in pluribus partibus prouenientibus ex pluribus hæreditatibus & ex eodẽ teſtamẽto, ſecundum Angel.

k Ante deceſſerint. quã accreſceret eis. Vel dic ante, quam illi repudiarent; vel ante quã adirent illorũ portionem: non autem ante, quam ſuam partem adirent: imo adiuerant, vt ſequitur. alias non tranſmitterent olim, vel hodie: vt. C. de cadu. tol. §. in nouiſsimo. niſi in perſonis liberorum: vt. C. de his, qui ante apert. tab.

ADDITIO. Hoc verum, niſi in hæreditate aſcendentium ex vtraq; linea, non in hæreditate tranſuerſalium, vel extraneorum: quia non adita per liberos, ad poſteritatem non tranſmittitur. Suus tranſmittit ad quoſcunque, etiam extraneos. dic vt per Ang. hic.

l Pertinet. ſcilicet, augmentum ſupradictum, vel portio illorum.

Vbi deficiunt ſui hæredes, [illegible] proximos cognatos [illegible] vocat prætor in quorum numero ſunt emancipati agnati, ſoli tamen fratre & ſorore dempti.

Poſt ſuos m hæredes, eoſq;, quos inter ſuos hæredes prætor n & conſtitutiones o vocant: & poſt legitimos, quo † numero ſunt adgnati p, & ij q, quos in locum adgnatorum, tam ſupradicta ſenatuſconſulta r, quàm noſtra erexit conſtitutio s, proximos t cognatos prætor vocat; qua parte naturalis cognatio v ſpectatur. Nam adgnati capite deminuti, quiq; x ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur y, ſed à Prætore tertio

DE SVCCESſione cognatorũ.

Continuatur per ipſum tex. in princ. [illegible] Quia [illegible] cũ [illegible] quia poſt illos vocantur cognati: ideo ſequitur de ſucceſſione agnatorum.

† Cognatio eſt de iure naturali, ideo capitis diminutione non tollit. ſ. de ca. dimi. §. quod autem. Ac gi. per.

Poſt ſuos. Iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo, quando cognati admittãtur, & quo iure. Secũdo, qui ſunt cognati. Tertio, vſq; ad quotũ gradũ cognati & agnati admittuntur. Secunda ibi. Qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.

m Suos. vt. ſ. de hæred. quæ ab inteſt. §. j. & j. de ſeruil. cogna. §. j.

n Prætor. vt. j. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati.

o Conſtitutiones. vt. ſ. de hæred. quæ ab inte. §. quibus. verſi. necnon. & §. item vetuſtas. verſic. diui.

p Agnati. vt. ſ. de legi. ag. ſuc. in prin.

q Et ij. ſ. qui ſunt de numero legitimorum.

r Senatuſconſulta: vt. ſ. proximis duobus titulis.

s Conſtitutio. vt. ſ. de leg. ag. ſuc. §. hoc etiam.

t Proximos. ſ. quos nemo cognatus antecedit, vel præcedit, ſiue vnus ſit, ſiue plures. & inſpicit quis proximior ſit eo tempore, quo bonorum poſſeſsio defertur: vt. ff. eodem. vnde cognati. l. prima. §. proximus. & §. gradatim.

v Cognatio. Nunquid ergo inter ſeruos datur hæc bonorũ poſſeſsio? Rñ. etiã, ſi fiat poſtea liber, nõ datur: vt. ff. eo. vnde cog. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis: quia nõ videtur ibi naturalis cauſa? Rñ. ſic: quia quibus agnaſcitur, & cognaſcitur: vt. ff. eo. vñ cog. l. j. §. cognationem. Accur.

ADDITIO. Sed hoc non obtinet iure nouo. Vide. ſ. de hær. quæ ab inteſt. §. at ij qui. ver. poſt mortem. in fi.

x Quique; Breue debet eſſe illud, que.

y Non habentur. vt. ſ. tit. j. §. ſciendum.

Tertio

ordine[a] vocantur: exceptis[b] ſolis tantummodo fratre & ſorore emãcipatis, non etiam liberis eorum, quos[c] lex Anaſtaſiana[d] cum fratribus integri iuris[e] conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatē, ſiue ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cū aliqua deminutione[f]: quã facilè eſt ex ipſius conſtitutionis verbis colligere. Alijs verò adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionē paſsi non ſunt: tamen anteponit eos[g] & proculdubio cognatis[h].

Tranſuerſales per lineam fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua exiſtentes vocantur ex iſto ordine. Aretinus.

Eos etiam[i], qui per fœminini ſexus perſonas ex trãſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu[k] proximitatis nomine prætor ad ſucceſsionem vocat. Liberi[l] quoq;, qui in adoptiua familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu[m] vocantur.

Vulgò quæſiti [illegible] habet agnationem, ſed cognationem; ideo ſuccedit matri, & alijs ex ſua linea [illegible] ordine. Aretinus.

Vulgò quęſitos nullos habere adgnatos, manifeſtum eſt. cùm adgnatio à patre ſit, cognatio à matre. hi autem nullum patrem habere intelligunt. Eadem ratione inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis ius, ſpecies eſt[n] adgnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi[o], ſicut & matri cognati ſunt. itaq; omnibus[p] iſtis ex ea parte cõpetit bonorũ poſſeſsio, quà proximitatis nomine cognati vocantur.

Agnati ad decimum uſq; gradum, cognati verò in ſextũ, ad hæreditatem ex inteſtato admittũtur.

Hoc loco[q] & illud neceſſariò admonendi ſumus, adgnationis quidē iure admitti aliquem ad hæreditatē, & ſi decimo gradu ſit: ſiue de lege duodecim tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis[r] hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſsionē pollicet. Proximitatis[s] verò nomine ijs ſolis prætor[t] promittit, qui vſque ad ſextum[v] gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo[x] ſobrino ſobrinaq; nato natæve[y].

TITVLVS VI.

DE GRADIBVS † COGNATIONVM.

Quò huiuſce tituli perfectam notitiam, veramq; graduum cognitionem intus & in cute oculari quadā inſpectione aſſequaris, ad cuius [illegible] arboris figuram, quæ non [illegible] hic inſeritur, accurrito. A libro, [illegible] quid ſit cognatio, qui gradus, quæ linea, quid affinitas, ac plurium denique verum ſignificationes [illegible] tractatus [illegible] ſexto libro decerptus, omnia expreſſe tibi ſuppeditabit.

Hoc loco neceſſa-

---

a Tertio ordine. nam ſunt quatuor ordines ſuccedēdi: vt. ff. ſi tabu. teſta. nul. extab. l. j.

b Exceptis. nam iſti inter legitimos numerantur.

c Quos ſ. fratres emancipatos & ſorores. Accur.

d Lex Anaſtaſiana. quam non habemus, ſed de ea habetur mentio. C. de leg. tut. l. iiij. & de leg. hæred. l. fi. §. j. Accurſius.

e Integri iuris. i. non emancipatis.

f Diminutione. tertiæ partis forte.

g Eos. ſ. fratres emancipatos. Acc.

h Cognatis ſcilicet anteponit: & ſic vocantur cum fratribus, & agnatis, & cognatis vlterioribus pferunt.

i Eos etiam non ſolum agnatos capite minutos: vt ſupra &c.

k Tertio gradu. ſcilicet cognatiōis.

l Liberi. vt. s. de hære. quæ ab inte. §. admonendi.

ADDITIO. Dic, hodie immutatum eſt: vt habetur. C. de adopt. l. penul. Ang.

m Eodem gradu. ſcilicet tertio, puta cognationis.

n Species eſt. nã agnatio genus eſt. Cōſanguinitas, eſt illa quæ inter fratres tantū eſt: vt ff. de ſuis & legi. l. ij. primo reſpon. et. s. de legi. agna. ſucceſsio. §. j.

Cōſanguinitatis ius eſt ſpecies agnatiōis. Cōſanguinitas eſt inter fratres.

o Cognati ſunt ſibi. ſic. ff. codē. l. ſi ſpurius.

p Itaq; omnibus. inter ſe & cum matre: vt ff. vnde cogni. l. hac parte.

q Hoc loco. iſte §. communis eſt ad totum iſtum titulum, & illum. s. de legit. agnat. ſucceſ. ſic. s. titu. j. §. fina.

r Legitimis. ſcilicet agnatis.

s Proximitatis. id eſt, cognationis.

t Prætor. caute tacet hic de iure ciuili. nam cognati de iure ciuili non vocantur. Accur.

v Vſq; ad ſextū. imo videtur, quod vſque ad quintum tantum vocentur, tam agnati, quã cognati: vt. ff. de vetera. mill. ſuc. l. ij. §. fina. Sed reſpon. illa etiam in caſtrenſibus loquitur, hæc in alijs. Vel dic, quod ibi ita erat de facto, ſcilicet quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.

ADDITIO. Dic, quod prima ſolutio probatur, & obſtat in duobus, quo ad agnatos & cognatos: ſed ibi ſpeciale: q2 ius priuilegiatū, quod nō trãſit ſicut ius commune. Ang.

x Et ſeptio. ſubaudi, qui ſunt.

y Natæve. ſed nūquid ſunt alij in ſeptimo gradu? Rñ. multi et alij eſſe poſſunt: vt colligif. j. titu. j. §. vj. Item & quare magis hi vocantur, quam alij in ſeptimo gradu? Rñ. quia hi reſpiciunt inferius lineã tranſuerſalem, alij omnes ſuperius: vt arg. ff. vnde libe. l. ſcripto in fine. Sed nunquid corrigitur hodie diſtinctio huius §. per authē. de hære. ab inteſt. §. j. colla. ix. vbi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitū ſuccedere, & ſic corrigi, q hic dicif. Nos oēs vſq; ad x. gradum vocamus: non autē trahimus agnatos ad cognatos, cum extēdere ſucceſsionē debeamus. l. velimus: vt. j. de bon. poſ. §. adhuc argu. cōtra. C. de pa. cō. l. lege. & in auth. de nup. §. deinceps. col. iiij. ADDITIO. Quod dictū eſt patet in authē. in ſuc. C. de ſuis & legi.

* Hic colligi pōt ex verbis gl. quod non liceat ducere argumētū ab enuntiatiuis verbis legis. quod ſępe accidit. vt habef in. l. ex his. C. de teſta. mil.

Cognati & agnati pariter ſuccedunt hodie vſque ad decimū gradum.

t Sōl. ibi maior trahif ad minorem q2 cōſtat partes in hoc tãtum conueniſſe. ad hoc ſatis conſtat de mēte legis ſucceſsionē ampliare volenti. Præterea cū text. hodie vocet cognatos & agnatos: cōſtat eos cenſeri legitimos & vt legitimos ſuccedere vſq; ad decimū gradū, vt hic: arg. s. eod. in princi. Ange.

DE GRADIbus cognationū.

Quando in ſucc. [illegible] admittitur, qui eſt proximior in gradu: vt [illegible] quoto gradu quiſ ſit, ponitur iſte titu.

Hoc loco. Iſte tit. diuiditur in plures partes. Primo cōtinuat materiã. Secūdo, incipit dinumerare gradus. Tertio dat vnam regulam generalem in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerētur gradus agnatorum. Secūda ibi, quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi, agnationis.

† Similis titu. eſt. ff. de gradi. affi.

Neceſſa

ceſſarium [a] eſt exponere, quẽadmodum gradus [b] cognationis numerẽtur. Quare in primis admonendi [c] ſumus, cognationẽ aliã ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex trãſuerſo [d], quæ etiã à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex tranſuerſo fratrum, ſororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur: & cõuenienter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit. at ea quæ ex trãſuerſo numerãt à ſecũdo [e].

Ponit perſonas primi gradus, tam aſcẽdendo, quàm deſcẽdendo.

Primo gradu eſt ſuprà pater, mater [f]: infrà filius, filia [g].

Auus & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in ſecundo gradu. Aretinus.

Secundo gradu ſuprà auus auia: infrà nepos, neptis: ex tranſuerſo [h] frater, ſoror.

Proauus & aliæ perſonæ hic poſitæ, ſunt in tertio gradu cognationis. Ang.

Tertio gradu ſuprà ꝓauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſuerſo [i] fratris ſororiſq; filius, filia: & conueniẽter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus [k] eſt, frater patris, qui Grecè [l] πατράδελφος appellatur. Auunculus eſt frater matris, qui Græcè μητράδελφος dicitur: & vterq; promiſcuè θεῖος appellatur. Amita † eſt patris ſoror, quæ Græcè πατράδελφη appellatur. Matertera verò matris ſoror, quę Græcè μητράδελφη dicitur: & vtraq; promiſcuè θεῖα appellatur.

Quæ diſtat à ſtipite per tres perſonas vel gradus, tam in linea aſcendenti, quàm deſcendenti: directò eſt in quarto gradu, ſed in linea tranſuerſali, ſi diſtat per duas perſonas. Aretinus.

Quarto gradu ſuprà abauus abauia: infrà abnepos, abneptis: ex trãſuerſo fratris ſororiſq; nepos [m], neptisve, & conuenienter patruus magnus [n], amita magna, id eſt, aui frater & ſoror: itẽ auunculus magnus [o], & matertera magna, id eſt, auiæ frater & ſoror, conſobrinus, conſobrina, id eſt qui, quæve ex ſororibus aut fratribus ꝓcreãtur. Sed quidẽ rectè conſobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus ſororibus progenerantur, quaſi conſororinos. Eos verò, qui ex duobus fratribus progenerant̃, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcũtur: ſorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre et ſorore progenerant̃, amitinos propriè dici putãt. Amitæ tuæ filij conſobrinum te appellant: tu illos amitinos.

Abauus, & abnepos, & aliæ perſonæ hic enumeratæ, ſunt in quinto gradu. Areti.

Quinto gradu ſuprà adauus, adauia: infrà adnepos, adneptis: ex trãſuerſo fratris ſororiſq; ꝓnepos, proneptis, & conuenienter ꝓpatruus, ꝓamita, id eſt proaui frater & ſoror: & proauunculus & ꝓmatertera, id eſt, proauiæ frater, & ſoror. Item fratris patruelis vel ſororis patruelis, conſobrini & conſobrinæ, a-

a Neceſſariũ. ſed quid ad nos de his? Reſpondet propter hæreditates, quæ ꝑ gradus feruntur: & tutelas, & propter teſtimonia non dicenda: vt. ff. eo. de grad. affini. l. iuriſconſultus.

b Gradus. qd ſit dic vt. j. eod. §. hactenus.

c Admonẽdi. ſic ff. eo. de grad. affini. l. j.

d Aliam ex trãſuerſo. hæc ſuꝑflua videtur: vt. ff. eo. l. ſtigmata. cõtra. So. ibi in directa linea tantum loquit̃, hic in indirecta.

e A ſecundo. ſed quare nõ à primo? reſpon. cum ego patri meo ſim in vno gradu, & ipſe pater fratri meo in alio: ſumus ergo in duobus grad. ego cum fratre facto aſcenſu ad patrẽ, quaſi per quendam gradum: vt. ff. eo. l iuriſconſultus. §. gradus. ¡ ſed nullus ex trãſuerſo ꝓximior fratre inuenitur: ergo nõ poteſt inueniri primo gradu à latere: vt hic, & . ff. e. de gra. affi. l. j. in prin.

f Pater, mater. ſi pater eſt mihi in primo, & ego ſibi in alio primo: ergo ſumus in duobus? Reſpon. nõ ſequitur. nã ſum ei in primo, ita quod in eodem, & iter me & ipſum vnũ tantũ gradum facimus ad ſimilitudinem feneſtræ: nã duæ columnæ ex lateribus vnam faciunt feneſtrã, tertia autẽ adiecta fiet alia feneſtra. & ita in gradu ꝑſona adiecta etiã vna deinceps facit gradum: vt. j. e. §. hactenus.

ADDITIO.

Nota hanc gloſ. ꝙ ad faciendum vnã gradum primũ, nõ ſufficit ponere vnã perſonam, ſed duæ perſonæ primæ faciunt vnum gradum, quo primo gradu facto ex duabus perſonis vnaquæq; perſona ſola, quæ poſtea adiungitur, facit alium gradum ad ſimilitudinem feneſtræ: qa neceſſario ad perficiendum vnam feneſtram requiruntur duæ columnæ: poſtea vnaquæque columna ſuperaddita facit aliam feneſtram. Ang.

g Filius filia. qui licet multi ſint, omnes tamẽ ſunt patri in primo: inter ſe autem in ſecũdo: vt. ff. de grad. affin. l. iuriſconſultus. §. tranſeamus.

h Ex trãſuerſo. nunc de hoc gradu incipit: cum nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt. ff. eo. l. j. in princ.

i Ex tranſuerſo. not. caute, quod etiam illi, qui ſunt ex tranſuerſo, diuiduntur in ſuperiorem & inferiorem lineam: & ſic reperies in ſequẽ. gradibus, & quandoque in parentibus: vt. j. eo. §. iiij.

k Patruus. Vnde verſus: Sunt patrui patris fratres, amitæq; ſorores: Frater auunculus eſt, ſoror eſt matertera matris.

l Græce. id eſt patroos vt clare patet ex tex. dicitur frater patris, & mitroos, frater mr̃is: & vterq; poteſt dici theios. Similiter patredelphe, eſt ſoror patris: Mitradelphe vero, ſoror matris: & vtraque theia dicitur.

m Nepos. hoc inferius reſpicit.

n Patruus magnus. hoc refertur ad ſuperiorẽ lineã tranſuerſalem.

o Auunculus magnus. hoc autẽ conſtat, quod qui eſt mei patris patruus, mihi erit magnus patruus ꝙ meæ matris auunculus eſt, mihi erit magnus auunculus. Sed qd ſi erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Reſpõ. Io. omnem illum mihi eſſe patruum vel auunculum magnum, qui eſt meo patri, vel matri ſimplex; vt. ff. eo. de grad. affin. l. iuriſcon

Cognatio tranſuerſalis quare nõ incipit à primo gradu.

¡ In plano enim de iure ciuili nõ eſt gradus: & iterum à patre deſcendit ad filiũ, & eſt ſecundus gradus: de iure autem canoni. aſcẽditur ad ſtipitẽ, ꝑ ſummo per ſaltus etiam in linea plana ſit copulatio, vt per Ange. hic. & . j. e. §. hacten9.

† Amita dicit̃ quaſi à me tertia: vel qa à patre meo amita ſit. nã plus ſorores à fratribus, quam fratres diligi ſolent. Aegi. per.

Hic dicũt Nicol. & Ange. ꝙ filius fratris dicitur nepos, ꝑ hũc text. & in l. perfecta. C. de don. q̃ ſub mo. ſed hi textus nihil faciunt. dicit tamẽ Dy. qđ quãdoque capit̃ nepos pro filio filij. quandoq; & impropriè pro filio fratris: vt in gl. j. & i. l. auũculo. ff. de don. cau. mor. text. in. x. co. q. mo. ſeu. §. ſimiliter. ſic Auguſtus Cæſaris nepos ex ſorore dictus eſt. Aegi. per.

l.iuriſconſultus.§.patruus.&.C.de ſucceſſo. edict.l.ſ. Sed Roma.con.

a Filius, filia. iſti nominatiui regunt ſuperiores genitiuos ab illo verſic. item fratris &c. Et ſunt omnes iſti in quinto gradu lineæ collateralis reſpectu deſcendentium.

mitini & amitinæ filius filia[a]: propius ſobrino[b], propius ſobrina † : hi ſunt[c] patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni: materteræ magnæ filius filia.

Tritauum & alia personæ hic enumeratæ ſunt in ſexto gradu.

Sexto gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex trāſuerſo fratris ſororis que abnepos, abneptis, & cōuenienter abpatruus, abamita, id eſt abaui frater & ſoror, abauūculus, abmatertera, id eſt, ab auiæ frater & ſoror. Itē propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius filia. (Item proprioris ſobrini ſobrinę ve filius filia. †) Itē ſobrini ſobrinæ, id eſt, qui, quæ ve ex fratribus vel ſororibus patruelibus vel cōſobrinis vel amitinis progenerantur.

Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis propagationē facit gradum, tam in cognatis, quàm in agnatis. Aretinus.

Hactenus oſtēdiſſe ſufficiat, quemadmodū gradus cognationis numerētur. Nanq; ex his palàm eſt intelligere, quēadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generata[d] persona gradū adijcit[e]: vt longè facilius[f] ſit reſpondere, quoto quiſq; gradu[g] ſit, quā propria cognationis appellatione quēquam denotare.

In gradibus agnationis & cognationis ſimilis eſt computatio: quia facilius oſtenditur res ad oculum corporalē, quàm intellectualem: ideo neceſſarium eſt hic arborem cōſanguinitatis inſcribi. Aretinus.

Adgnationis quoque gradus eodem modo[h] numerantur. Sed cū magis veritas oculata fide, quàm per aures[i] animis hominū infigatur: ideo neceſſariū duximus poſt enarrationē graduū, eos etiam præſenti libro inſcribi: quatenus poſſint & auribus, & oculorum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimā graduum doctrinam adipiſci †[k].

b Propius ſobrino. quaſi dicat, qui filius dicitur propius ſobrino, & filia quæ dicitur ꝑpius ſobrina.

ADDITIO. Vel dic et forte melius, ſenſum textualem eſſe quod propior ſobrinus, & ꝑpior ſobrina ſunt in quinto gradu. Et qui ſint tales, declarat textus ſubiungēs, Hi ſunt patrui & cætera. Eſt enim propior ſobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ. & idem dicas de propiore ſobrina, quod ſcilicet ſit filia & cætera. vt clare patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborē corrumperet.

c Hi ſunt. ſubaudi in quinto gradu lineæ collateraliū ex parte aſcendentium, ſcilicet filius patrui mei magni. & ſimiliū: de quibus dicitur hic, & ff.c.l.ſ.in fi. &.l.ij.

d Generata quęque &c. Hoc eſt verum, ſi vna ab vna non ſi plures ab vna: vt.ff.co.l.iuriſcōſultus.§.trāſeamus. & hoc eſt verū ex omni ordine graduum ſecundū nos. Sed ſecundum canones ex latere trāſuerſo aliud eſt: nam quem nos dicimus in ſecundo, ipſi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipſi in ſecundo, & ſic de ſingulis, vt in Decret.xxxv.qō.v.c.ij. Sed fuit eorum conſideratio bona propter matrimonia: noſtra etiā bona propter hæreditates quæ per gradus deferuntur: vt.j.de bon.poſ.§.quos autem. & ff.co.l.iuriſconſultus. in prin.

ADDITIO Idem in ſtatutis & pactis, vbi de pacto non agitur, ſecundum Ang. Hic no. hanc glo. quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualet ius canonicū etiam in terris Imperij, & econtra in non concernentibus peccatum præualet ius ciuile etiam in terris eccleſiæ, vt per Ange. hic.

e Adijcit. hic poteſt colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus eſt numeratio ſingularum perſonarum cognatione vel affinitate ſibi coniunctarū, quoto gradu vna perſona diſtat ab altera optime indicans. Dictus quaſi lapideus gradus: vt.ff.c.l.iuriſcōſultus. Ac.

ADDITIO. Gradus ſecundum docto. aliter diffinitur, Gradus eſt diſtantia vnius perſonæ ab alia in linea conſanguinitatis. Vel eſt habitudo diſtantium perſonarū, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis, ſeu affinitatis diſtantia.

f Lōge facilius. ſit propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur ſpecialia: ſed ſuperiores & inferiores vocantur: vt.ff.co.l.ſi.§.parentes. & hoc, quia ſunt plura negotia, quā vocabula: vt.ff.de preſcri.verb.l.iiij. Sed vſq; ad quem numeramus? Rñd. vſq; ad vij.cognatorū, & vſq; ad x. agnatorum: vt.ff.co.l.nō facile.&.ſ.tit.j.§.fi.niſi ratione demōſtrādi vellemus vlterius numerare, nō vtilitatis: licet decretiſtæ hic aliter dicant.

ADDITIO no. q decretiſtæ contrarium dicunt ſolum in collaterali linea nō autem in directa, vt ſupra dixi. Si vis ergo ſcire de duobus agnatis quoto gradu diſtant de iure ciuili: incipe ab vno, & cōputa ab illo deſcendendo ad perſonam mediā ex qua omnes deſcendūt: & poſtea deſcende ab illa vſq; ad aliā, quam vis computare: & apparebit quoto gradu ſit. Sed de iure canonico incipias a perſona, ex qua deſcendunt perſonæ de quarum gradu agitur. Verbi gratia, vis ſcire quoto gradu ſunt filij duorum fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui ſimiliter eſt in ſecundo gradu. vnde quoto gradu quilibet diſtat a ſtipite, tali gradu ſunt inter ſe: remotior autem addit gradum, vt in capit.ſedem.xxx.q.j. Ange.

g Quoto gradu. ſcilicet octauo vel decimo.

h Eodem modo. ſcilicet adiecta perſona.

i Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demiſſa per aures, Quā quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. Certior aure arbiter eſt oculus: & vt ait Candaules in Herodoto magis incredulæ ſunt hominibus aures, quam oculi. Aegi. Perri.

k Adipiſci. Vnde quidam habent hic Arborē. Ac.

ADDITIO. Et in rei veritate debet eſſe: cum text. & glo. illam requirant.

† Propius ſobrino quis dicatur, qui etiā dicant ſobrini, eleganter ac diffuſe tractat Anto. Auguſt. emendatio. lib.ij.c.v. Sunt autē Sobrini, q ex duobus conſobrinis naſcuntur. Porro conſobrini mei filijs ego ꝑpius ſobrino ſum, quaſi vno gradu propior quam ſobrinus.

† Hæc, q parentheſi inclusa ſunt reijciēda eſſe tanquam notha & adulterina cēſet Anto. Auguſ. eo ipſo loco, quē modo citauimus quæ nec in vetuſtis exempl. habētur. Debuiſſe autē ait Iuſtinianū conſobrinorū nepotes ſexto gradu enumerare.

† Debemus dare doctrinam per modū magis facilem. Aegi. Per.

Cogn

Cognationis ſpiritualis, ſtudioſiſsimis quibuſcunque, præſertim eccleſiaſticis, apta & vtilis materia.

CHRISTOPHORVS Porcus iuris vtriuſque profeſſor acutiſsimus, quia difficultates aliquas circa cognationis ſpiritualis materiam hic ſuculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit abſonum, neque à propoſito alienum, quæ verba talia ſunt.

Quæritur, an ratione cognationis ſpiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & commatrem impeditur matrimonium: ac etiã inter patrem ſpiritualem & filiam ſuſceptam ex ſacro fonte. & hoc ſi iſta cognatio ſpiritualis fuerit cauſata ſiue per ſanctũ baptiſmã, ſiue per ſanctum chriſma. trigeſima quæſtione quarta. ca. ſi quis vnus.

Addite prædictis, quòd ſi maritus & vxor tenuerint aliquem vel aliquam ad baptiſmum vel chriſma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. ca. ſi quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognationis ſpiritualis contractæ conſtabat inter eos matrimonium: ſecus ſi ex poſtfacto fuerit contractum. cap. Martinus Bertam. extra de cogna. ſpiritu. cum ſua glo. E contra autem ſi tenueris ad ſacrum chriſma vel ſanctũ baptiſma filium vel filiam meam ex alia muliere, quã vxore, non efficitur tibi commater. c. qui ſpiritualem. xxx. quæſtio. iiij. Ratio, quia in contrahenda cognatione ſpirituali, maritus & vxor copulãt ſibi actiones, & non paſsiones. Quod igitur agit vnus coniugũ, intelligitur alius agere: quia ſunt duo in carne vna. d. ca. ſi quis. in fi.

Sed quid ſi fornicator teneat aliquẽ ad ſacrum baptiſma, an cõcubina efficiatur commater? Videtur quòd ſic. Nam ſicut vxor hoc caſu ideo efficitur commater: quia eſt eadem caro cum marito. d. cap. ſi quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cũ ea. xxxij. q. iiij. ca. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum ſentẽtia magis placet: quia abſurde dictũ videreẽ, quòd ſpiritualitas ſuper re improbata cauſaretur: ex vtraq; ſcriptura, & hominum opinione. Non obſtat, quòd concubina & fornicator dicãtur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id eſt duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in. d. cap. in eo. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit ſibi commater ante matrimonium? Dicite quod ſic. ca. poſt vxoris obitum. xxx. q. iiij. Sed quid de filijs duorum compatrum: an poterunt ſimul matrimonio copulari? Dicite quod ſic, ſiue nati fuerint ante compaternitatẽ, ſiue poſt: dummodo matrimonium nõ cõtrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterũ deuentum ſit ad compaternitatem. ca. j. & ca. ſuper eo. extra de cogna. ſpiritu. Chriſtophorus Porcus iuris vtriuſque doctor acutiſsimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, quod cognatio ſpiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit poſt contractum, oritur ex datione duorũ ſacramentorum duntaxat: quæ ſunt baptiſmus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione ſeu miniſtratione. patet in ca. fi. de cogna. ſpirit. lib. vj. Ratio eſt, quia in baptiſmo renaſcimur: & chriſmatio frõtis ipſum confirmat: quod non eſt in alijs ſacramentis. Ioan. And. in. d. ca. fi.

Nota vlterius, quod ex hac cognatione xx. ſunt caſus prohibiti, ſcilicet x. ratione baptiſmi, & x. ratione confirmationis, ratione enim baptiſmi contrahitur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens, vt dictum eſt.

Primò inter has perſonas.

Baptizatum, & baptizantem:
Baptizatũ, & vxorẽ baptizantis prius cognitã:
Baptizatum, & filios baptizantis:
Parentes baptizati, & baptizantem:
Parẽtes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.

Secundò inter has perſonas, videlicet inter

Baptizatum, & ſuſcipientem:
Baptizatũ, & vxorem ſuſcipientis prius cognitã:
Baptizatum, & filios ſuſcipientis:
Parentes baptizati, & ſuſcipientem:
Parentes Baptizati, & vxorem ſuſcipientis prius cognitam.

Ecce decem caſus prohibiti ratione baptiſmi. Totidem in confirmatione reperies: in qua ſunt confirmatus, cõfirmans, & tenens ante confirmationem, qui ſcilicet ponit faſciolam ſupra frontem poſt confirmationẽ epiſcopalem. De hoc vide

text.

tex.cum gloſ.in.c.j.de cogna.ſpiri.lib.vj. iſta clariſsime reſerantur per carmina ſequentia.

Spiritualis ab his cognatio fit ſacramentis
Quæ ſunt baptiſmus, ac confirmatio frontis:
Perſonaſque decẽ connectit quodlibet horũ.
Baptizans, huius uxor ſi cognita primo:
Ac eius nati ſunt abluto ſociati:
Cũ conſorte thori, baptizãs atque parentes.
Fonte ſacro loti, ſunt tali fune ligati.
Baptizans, & ſuſcipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hæc nota diligenter: quia ſingularia ſunt, & plurimum vtilia: nec eſt plures caſus reperire, qui matrimonium dirimant.

QVæritur ad propoſitũ materiæ præſentis de quæſtione quotidiana, & apud vulgares ſatis dubia. Pone qđ duo vel plures tenent aliquem in baptiſmo: nũquid iſti inter ſe efficiuntur compatres? Innocẽtius (& bene) dicit quòd nõ. Vnde poſſunt adinuicem contrahere matrimoniũ. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere: vt in.c.tanta.extra qui filij ſint legi.ita & iſti qui ſunt compatres ſpirituales reſpectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit tex.& ibi glo.in.c.fi.xxx.q.iiij. vbi dicitur quòd maritus & vxor nõ debent aliquem ſimul de ſacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares exiſtimãt illos eſſe cõpatres. Hæc ſunt verba Abb. Sicul.in.c. Martinus.extra de cogna.ſpiritua. De hoc in ſummula pauperum.

Vnde verſus,

Maſculus & mulier puerum de fonte leuantes.
Legitimè iungi poterunt: nec ſunt prohibendi.

Quæritur vlterius: Pone, quod tenui aliquam puellam in baptiſmo: volo contrahere cum eius ſorore, an poſsim? Dicẽdum quòd ſic. pater enim ſpiritualis ſi copuletur ſorori filiæ ſpiritualis, bene tenet matrimonium. xxx. quæſtione tertia. capitulo vltimo.

Vnde verſus,

Duco meæ natæ germanam ſpiritualis.

Quæritur inſuper: Pone, quòd filius meus tenuit in ſacris fontibus filiam, volo cum illa filia poſtquam ad annos nubiles peruenit, cõtrahere: an liceat? Dic qđ ſic. Poteſt enim pater ſumere filiam ſpiritualem filij ſui carnalis: quia licet cognatio ſpiritualis de patre ad filios deſcẽdat: vt.c.j.&.c.ſuper eo.extra de cogna.ſpiri. non tamen aſcendit de filijs ad patrem, cũ iure cautum non reperiatur: & edictũ de matrimonio prohibitoriũ eſt: adeo, quòd cuilibet licet cõtrahere, niſi expreſſe prohibeatur.c.cum apud.extra de ſponſa. & matrimo. Hoc notat Ioannes Theuthonicus glo.decret.in.c.fina.xxx.q.iij. Hoc idem recitat & approbat Ioan. Andr. in c.j.de cogna.ſpiritua.lib.vj.

Vnde verſus,

Eſſe mei nati coniunx, mihi ſpiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Deſcendunt, & non aſcendunt talia vincla.

Multò plura de huiuſmodi materia poſſent adduci: ſed pro nunc hęc ſufficiãt. Si tamẽ vis videre, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſsit cõtrahi, recurras ad Barto.in.l.Gallus.§.forſitan. ff.de lib.& poſthu.ad Ange. Aret.in.§.illud.inſti.de nup.ad Ioan. And.in regula, Poteſt quis per alium.de reg.iur.in vj.& ad Panor.in.c.veniens.extra de cog.ſpiritua. Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimonium per procuratorem poſsit contrahi.c.fina.de procura.lib.vj. non tamen cognatio ſpiritualis.

Vnde verſus,

Procurator habet nodos vincere iugales:
Nõ tamẽ hos nexus domino dat ſpirituales.


DEO GRATIAS.

Hactenus fœdè hic hallucinatum eſt. Nā quum trinepos fratris, dicatur quaſi tertius eius nepos, ſicut triauus quaſi tertius auus. l. fina. §. ſexto gradu. ff. de gradi. affin. Clarum eſt, quod filius trinepotis fratris, non poteſt dici quadrinepos: ipſius fratris quippe qui quartus eius nepos non eſt, ſed tertij tantum nepotis ipſius fratris filius. Quamobrem repoſuimus in hac penultima cellula (fratris trinepotis filius, filia) ſicuti & in vltima cellula (fratris quadrinepos, quadrineptis.) Nam nepotem trinepotis fratris, eiuſdem fratris quadrinepotem, id eſt, quartū nepotem eſſe nemo ambigit, non quinque nepotem, vt praua hactenus inoleuit conſuetudo. Ex aduerſo, item huius arboris latere, in penultima cellula ſic emendauimus (Sororis trinepotis filius filia) expunctis his verbis (Sororis quadrinepos quadrineptis.) Et in vltima, in horum verborum locum (Sororis quinque nepos, quinque neptis) ſubſtituimus hæc, Sororis quadrinepos quadrineptis. Qua autem ratione moti id effecimus, vide gloſ. vſque ad quintum. §. multis alijs. infra, de ſucceſ. liber. quæ non vocat filium trinepotis, quadrinepotem, ſed trinepotis filiū. Et ratio eſt: quia vltra tritauum & trinepotem non reperiuntur vocabula ſpecialia, vt vult idem Accurſius & rectè in §. hactenus. ſupra, eodem. hoc pacto locus hic nimia temporū vetuſtate iā penè obſoletus, impubeſcq; temeratus, Germanę lectioni nobis authoribus nūc primū, vt ſpero, reſtituet Aegidus Perrinus.

Arbo

rimo
vſq;
ē gra
phi-

nitas
ntra-
ex
illi-


Filius Filia. i
ii Nepos Neptis.
iii Pronepos Proneptis.
iiii Abnepos Abneptis.
v Atnepos. Atneptis.
Hæc est Arbor Ciuilis.

Arboris Ciuilis decimum ad gradum deſcendentis peculiaris declaratio.

GRadus, lineæ, & conſanguinitatis definitionibus omiſsis, ſciendum quod numeratio punctorum, qui ſunt in cellulis, eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulā vacuam: à qua omnes ſumunt nomen, exceptis ijs, quæ per genitiuum nominantur. Hanc Ioan. And. nomine ſui bidelli Petruciū vult vocari. Puncti, qui ſuperiores ſunt, computationem iuris cano. denotant. Illi autem qui inferiorem locum retinent, computationē ciuilis iuris exprimunt, quod canonico ſubeſſe ipſa graduum ſituatio declarat. Ex prædicta computatione ſi diligenter inſpicitur, apparet, quod in aſcendētium & deſcendentium numeratione ius vtrunq; concordat: quia in eis perſona addita perſonæ per carnis propagationem, gradum adijcit. Vt autem hæc arbor cunctis innoteſcat, notandæ ſunt tres regulæ.

Prima, Aſcendentium & deſcendentium, quot ſunt perſonæ, de quibus quęritur: computatis intermedijs. vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Verbi gratia: Abauus diſtat à Petrucio quatuor gradibus: & ſic de alijs.

Secunda (ſecundum ius ciuile, cuius tantum gratia hæc arbor fuit hic impreſſa) talis eſt: Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, eodem duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, vt P. & pronepos propatrui diſtant viij. gradibus, cum abauum ſtipitem facis. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia collateraliū in linea inæquali quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto, tot ſunt gradus. vnde P. diſtat à propatruo quinq; gradibus. Ab eius filio, ſex: & ſic de alijs. Non inutile forſitan iudicabitur, ſi aliquid de cōputationis diuerſitate inter ius ciuile & cano. ſubiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipſa graduum mentio facta eſt: niſi vt hæreditas, vel ſucceſsio ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, vt apte monſtretur vſque ad quotam generationem à conſanguineorum nuptijs ſit abſtinendum. Hac ergo de cauſa, quia hæreditates nequeūt deferri, niſi de vna ad alteram perſonam: idcirco curauit ſecularis Imp. in ſingulis perſonis ſingulos perficere gradus. Quia vero nuptiæ ſine duabus non valent fieri perſonis, ideo ſacri canones duas in vno gradu conſtituere perſonas. Hæc habentur plene. c. ij. xxxv. q. v. & ferme per totam illam quæſtionem. Et hoc idem not. hic Chriſtopho. Porc. in ver. circa primum, ibi, ſecunda differentia. & Ioan. And. in declaratione huius arboris.

Chriſtophori Porci in arborem & ipſius intelligentiam quæſtiones plurimùm vtiles.

PRo declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligētia huius materiæ & eorum quæ pertinēt ad illam quędam videnda ſunt. Primo qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico: ſecundum vtriuſq; iuris rationum diuerſitatem. Secundo vſque ad quem gradū deferuntur hæreditates & tutelæ. Tertio vſque ad quē gradū copula matrimonialis impeditur. Quarto vſq; ad quem gradum poſsit papa diſpenſare.

Circa primum dicite, quod quo ad lineam aſcendentem nulla eſt differētia inter ius ciui. & ius cano. Vtroque enim iure pater & mater ſunt in primo gradu aſcēdentium, & ſimiliter filius & filia deſcendentium: & ſic ſupra & infra in infinitū: quia in dinumeratione graduum in linea aſcendentium & deſcendentium vtrunq; ius habuit reſpectum ad ſtipitem, ſcilicet ad primū parentem: vt hic, cum gloſ. xxxv. q. v. ad ſedem. In linea trāſuerſali inter ius ciuile, & ius cano. duplex eſt differentia. Prima, quia iure ciuili frater & ſoror ſunt in ſecundo gradu, iure canonico ſunt in primo. Ratio differentiæ ſumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit, quod vnaquæq; perſona adiecta nouum gradum generat, vt hic, in ver. hactenus. Vnde cum ego ſim in primo gradu patri meo, ſi naſcatur mihi frater vel ſoror, ex generatione huius perſonæ cauſatur nouus gradus: & conſequenter appellatur in ſecūdo. Sed iure cano. ideo appellatur in primo: quia ius canonicum non cōſiderauit dinumerationem graduum in linea trāſuerſali, habito reſpectu ad ſtipitem. i. communem parentem, ſed conſiderauit, quod duo fratres, duæ ſorores, tribuunt initium lineæ trāſuerſali. & ideo in primo gradu illius lineæ illos conſtituit. Secunda differētia eſt, quia iure ciuili regula traditur, quod in linea trāſuerſali ſola pſona adiecta nouum gradum facit, vt hic. Iure autem canonico pro regula traditur, quod ad cauſandum nouū gradum duæ perſonæ requirantur dicto. c. ad ſedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicū dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. vnde ſicut ad cauſandum copulā matrimonialem requiritur concurſus duarū perſonarū: ita ad cauſandum gradū quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hæreditates & tutelas. vnde cū tutela & hæreditas deferatur de vna perſona in aliam: nil mirum, ſi vnaquęq; perſona generat nouum gradū. Iſta fuit ratio poſita in dicto capi. ad ſedem.

Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus ſecundū ius canonicum: quo autē ad tutelas & hæreditates deferendas connumerabuntur ſecundum ius ciuile.

Circa ſecundum dicite, quod vſque ad decimum gradum deferuntur hæreditates & tutelæ: vidiſtis. ſ. tit. j. §. fina. cum ſua gloſ. & ſ. de capi. diminu. § fina. de legi. agna. tute. in tex. & in gloſ.

Circa tertium dicite, quod olim erat prohibita copula matrimonialis vſque ad ſeptimū gradum agnationis vel cognationis incluſiue: hodie autē eſt prohibita vſq; ad quartum gradum incluſiue, dinumeratione facta ſecundum ius cano. c. non debet. extra de conſan. & affi. Sed hic dubitatur: Pone, quod vnus ſit in quinto gradu tranſuerſalium, alius ſit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inſpiciamus perſonam exiſtentem in quarto gradu, illa impeditur. Si inſpiciamus pſonam exiſtētem in quinto gradu permittitur. Dicite, quod copula eſt permittenda: quia quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eodem gradu diſtat à quolibet deſcēdente. c. fina extra de cōſang. & affi. Illud tamē eſt palam, quod inter aſcēdentes & deſcēdentes eſt prohibita copula matrimonialis in infinitū. vnde ſi Adā viueret, vxorē habere nō poſſet. §. inter eas. & ibi gl. ſ. de nup.

Matrimonium vſq; ad quē gradum ꝓhibetur.

Sed qd de gradu affinitatis? Dicite, quod licet olim ratione affinitatis eſſet prohibita vſq; ad tertiū genus, vt aliqui dixere: veritas tamen hodie eſt, quod ſolum prohibetur quo ad genus primum: vt not. gloſ. iij. c. nō debet. extra de conſang. & affinitate.

Sed nunquid per cōiunctionem illicitā cauſatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecūdię. Arch. xxxv. q. iij. extraordinaria. dixit per hāc diſſolui matrimoniū: & in hoc bene, ſed nō cauſari affinitatē, propterea, quia affinitas eſt irregularitas perſonarū ex nuptijs deſcendentiū. l. non facile. §. affines. ff. de grad. vbi ergo nō ſunt nuptię, ibi nō cauſaſ affinitas. Sed gl. tenuit cōtrariū in. §. affinitatis. ſ. de nup. quæ communiter cōprobatur per. c. tuę. & per. c. Iordanæ. & per. c. diſcretionē. extra de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ.

Affinitas an contrahatur ex coitu illicito.

Stat igitur concluſio, quod per illicitam coniunctionē contrahitur affinitas. Sed quid ſi quis non intrauit clauſtra vuluæ, in circumitu tamen palpitauit, vel ſeras reſerauit, ſed opus non expleuit, an contrahatur affinitas? gloſ. in dicto. c. extraordinaria. dicit quod nō. Item dicit illud quod nō dico. Dicit Innoc. quod ad cauſandū affinitatem, requiritur concurſus vtriuſq; ſeminis. Sed tamen cauſa euitandi peccata, ius canonicū, & ſancta mater Eccleſia in dubio præſumunt ex copula concurſum vtriuſq; ſeminis & maris & fœminæ interueniſſe. c. iuuenis. extra de ſponſ. Addite prædictis, quod ſi aliquis promiſerit alicui illam accipere in vxorem, poſt modum habeat copulam cum ea ſine alijs verbis, intelligitur validum matrimonium extitiſſe contractum: nec cum alia contrahere poſſet, ſed matrimonium poſtea cum alia cōtractum eſſet diſſoluendum. c. is qui fidem. extra de ſponſa.

† Hoc loco nō eſſe affigēdum] nouum titulum, ſed totū hunc locum appendicē eſſe tituli de Gradibus cognationum exiſtimat Frāci. Balduī. hoc ipſo loco nec vllā in veteri. exēp. eſſe hic ſectionē. atque huius ſuæ ſententiæ authorē laudat Theophilū grǽcum Inſtitutionum paraphraſten.

Circa quartum dicite breuiter, quod in gradu aſcendentium, & deſcendentium non poſſet papa diſpēſare, vt copula matrimonialis contrahatur. Nō poſſet enim papa diſpenſare, quod filia patri copularetur. Item nec in linea tranſuerſali in gradu primo. vnde nō poſſet papa diſpenſare, quod fratri ſoror nubat. Itē nec in gradu ſecūdo linea exiſtente inæqualiter. vnde nō poſſet diſpenſare, quod neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea vero æquali bene poſſet diſpenſare, vt conſanguineo copularetur. & ita communiter concluditur in ca. literas. extra de reſtitu. ſpolia. facit. c. gaudemus. extra de diuort.

Matrimoniū ſemel cōtractum an poſsit per papam diſſolui.

Sed an papa poſsit diſpenſare, vt matrimonium ſemel contractum diſſoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem conſummatū, aut non. priore caſu non poteſt, poſteriore autem ſic: quia primo caſu effecti fuere duo in carne vna: ſecundo vero non. Item quia matrimonium conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione diuina, contra quā nō poteſt papa diſpenſare. c. propoſuit. & ibi, ſupra ius. extra de conceſ. præben. ſed matrimonium non conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione Eccleſiæ, cōtra quā papa bene poteſt diſpenſare. Iſta eſt gloſ. ordi. in ca. ex publico. extra de conuer. coniug. in gloſ. fina.

Sed nunquid maritus & vxor poſſunt ſe ſeparare? Dicite, aut copula non eſt ſubſecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito poteſt ſeparare matrimonium per ingreſſum religionis. ſecus ſi copula fuerit ſubſecuta, niſi vterq; cōcordauerit, quod vterq; pariter intret religionem, vel alter qui remanet in ſeculo, ſi talis conditionis & qualitatis, quod nulla ſuſpicio fornicationis ſiniſtra ſit contra eum. vt quia ſit ætate cōfectus. c. quidam. c. verum. c. vxoratus. & cap. cum ſis prǽditus. extra de conuer. coniug.

DE SERVILI COGNATIONE.

Quia ſupra, de cognatione & ſucceſsione cognatorum liberæ conditionis dictum eſt: nunc quia naturali iure inſpecto inter ſeruos etiam cadit cognatio: & dubitari poſſet, an inter ſeruos eſſet ſucceſsio: de ſeruili cognatione, meritò ſubdit. Nec obſtat, quòd inter illum tit. de ſucceſ. co. & iſtum ſit titu. intermedius, de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiam horum titu. continuatio non vitiatur. l. ſ. & fina ff de duobus reis. Porcius.

TITVLVS VII.

DE SERVILI COGNATIONE †.

Cognationem ſeruilem, id eſt, ſanguinis neceſsitudinem, quam ſeruorum filij cum parentibus habent, antiqua iura non adiuuabant hodie autem ſerui nati, & deinde manumiſsi, non modò parentibus etiam libertati donatis ex inteſtato ſuccedunt, & parentes eis, ſed etiam ſibijnuicem, & cum reliquis fratribus ex legitimis nuptijs, atq; in libertate procreatis ad ſucceſsionem vocantur.

Illud certum. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo ponit verū ſerui habeāt ius cognationis contractæ in ſeruitute. Secundo infert ex rationibus præpoſitis, videlicet quod non ſemper ſequitur, quod qui prior eſt in gradu, potior ſit in iure. Tertio illa melius declarat. Secunda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

Illud certū[a] eſt, ad ſeruiles cognationes illam partem edicti[b], qua proximitatis[c] nomine bonorū poſſeſsio promittitur, nō pertinere[d].

CASVS. Domine, iā video, quod vos vultis tractare de ſerui. cog. & ſpecialem tractatum facere. Nā vos dixiſtis mihi. ſ. tit. de ſucceſ. co. circa quos in bono. poſ. vnde cog. quā prǽtor proximis agnatis pollicetur, ſola naturalis cauſa ſpectatur: nunquid igitur cognati in ſtatu ſeruili cōcepti & nati, & poſtea manumiſsi per bon. poſ. vnde cog. in tertio ordine cauſa naturali inſpecta ſibijnuicem poterunt ſuccedere? Ad hoc reſpondet Iuſtinia. quod non: illud enim certum eſt, eandem partem edicti prætoris qua bo. poſ. iure cogna. permittitur, ad ſeruiles cognatiōes antiquitus nō pertinere. Nec enim vlla antiqua lege talis cogna. quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuil. computabatur: vnde viſum erat huiuſmodi cogn. ſeruilem quo ad emolumentum ſucceſsio. non computari: nec quo ad onera cōputabatur. & hæc vſque ad noſtra tempora: ita obtinebāt: ſed nos per conſtitutionem noſtram, quam pro iure patron. fecimus (quod quidem ius patro. vſq; ad tempus noſtrū ſatis obſcurum atque nube plenum, & vndique confuſum fuerat) & hoc ſuggerente humanitate ſtatuimus, vt ſi quis in conſortio ſeruili conſtitutus ex libera vel ſeruilis conditionis muliere liberum vel liberos habuerit, vel econuerſo mulier ſerua ex libero vel ſeruo liberos cuiuſcunque ſexus habuerit, & tandem parentibus & liberis ex ſeruili ventre natis ad libertatem peruenientibus, vel dum forte ipſǽ mulieres liberæ erant: & ita liberi ab illis nati ingenui: & poſtea patres, qui huiuſmodi liberos in ſeruili ſtatu procreauerint, ad libertatem peruenerint, ſtatuimus dico, in omnibus his caſibus, vt omnes hi liberi ad ſucceſsionem patris vel matris ab inteſtato admittantur: iure patron. in hac parte penitus ſopito. Nam hos liberos non ſolum in parentum ſuorum ſucceſsionem, ſed etiam parentes in liberorum mutuam ſucceſsionem authoritate prǽdictæ cōſtitutionis noſtræ ſpecialiter vocamus. & hoc obtinere ſtatuimus, ſiue huiuſmodi liberi ex ſeruili matre nati: poſtea manumiſsi ſoli fuerint, ſiue cum alijs, qui poſt libertatem parentum concepti & nati, ad ſucceſsionem vocentur ſiue ex eodem patre, vel eadem matre: ſiue ex alijs nuptijs procreati fuerint. & hoc ſtatuimus ad ſimilitudinem eorum: qui ex iuſtis nuptijs procreantur. Et hoc dicit vſque ad illum. §. repetitis itaque. Cætera plana ſunt vſque ad finem tit. quia non poteſt caſus poni, niſi ſecundum quod litera iacet. h. d. Franc. de Are.

a Illud. alias eſt hic titulus, de ſeruili cognatione, alias non. Accurſius.

b Edicti. Sunt enim quatuor partes ſucceſsionis ab inteſtato: vt. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. l. j.

c Proximitatis nomine. i. cognationis, vt ſequitur: vt. ff vnde cog. l. j. §. pertinet.

d Non pertinere. ſed nec aliam aliquam, vt vel ipſe ſuccedat, vel ei ſuccedatur: vt. C. commun. de ſucceſ. l. ſeruus. niſi in tribus caſibus: vt. C. de iis qui. vt indi. & ad Sylla l. penulti. & C. de ſuis & legi. l. apud hoſtes. & C. ad Orfi. l. fina.

Sed illud pcedit ex fictiōe poſtliminij: vt ibi no. Angel.

Computa

a. Computabatur. hæc videtur mala ratio: cũ magis iure prætorio, quod naturalẽ cauſam intuebatur, deberet cõputari: vt.ſ.de hær. quæ ab inte. §. emãcipati. quã ciuili. Sed dic ꝙ etiã ad alia, vt ad tutelas, & ſimilia: niſi quo ad nuptias: vt.ſ. de nup. §. illud. & ff. de rit. nup. l. adoptiuus. §. ſeruiles [†]. Sed nunquid dñs ex ſui perſona ſuccedit cognatis ſeruiſtñ. nõ: vt hic dicitur. Accur.

ADDITIO. Not. ergo acquiri dño ab inte. ſicut ex teſtamento. Et eſt ratio: quia ius ſolum defert hæreditatem ab inte. ſecundũ qd̃ ſeruus nihil eſt. l. quod attinet. ff. de re. iur. ſed ex teſtamento defert voluntas teſtãtis, quã ius ſequit̃. Aliud tñ eſt in monacho, & monaſterio: vt. l. Deo nobis. C. de epi. & cle.

b Noſtra tẽpora. loquit̃ Iuſtinianus.

c His. ſ. parẽtibus.

d Ipſi. ſ parentes.

e In ſeruitute. idẽ donec ſerui erant.

f Peruenerint. ſ. parentes.

g Veniãt aliud ſi liber factus ſeruus iterũ manumittat̃: vt. ff. vnde cog. l. is qui contra. & ſ. de cap. di. §. quod aũt. quia eſt ibi, quod ſibi imputetur. Sed nunquid etiam iſte, qui eſt in. l. is qui. hodie ſuccederet naturali cauſa inſpecta: vt. C. de ſuis & legi hæred. auth in ſucceſſione? Reſpõ. non, ſecundum Io. quia prætor naturalem cauſam intuebatur: & tamen nõ vocabat eum, vt dictum eſt. Itẽ econtra. C. de ſuis & legi. l. ex libera. Sol. hinc nouum ius. Vel [‡] ibi loquitur, quãdo nec de facto erat matrimonium. Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quo ad ſucceſſiões.

h In alterius ſucceſſionem. id eſt, parentes liberis & econtra excluſo patrono: & hoc ſecundum omnes. Item libertum vnum alteri eidem fratri ſuo. & ita fratri liberti præfertur patrono. & hoc ſecundũ quoſdam, vt hic. Sed Ioan. contra: præfert enim patronum fratri [§]: vt. ff. de bon. lib. l. liberto. ff. de ſuis & legi. l. inteſtato. in princ. & j. ti. j. §. ſed noſtra. verſ. ſi autem ſiue.

† No. qd̃ in ſeruis quo ad matrimoniũ impediendum etiã poſt manumiſſionẽ debet eſſe cognatio: vt. d. §. illud. quæ etiam dicitur eſſe affinitas: vt d. §. ſeruiles. Ange. ꝙ d. ſeruos nõ habere cognationẽ, qd̃ fallit quo ad matrimonia. Aegi. per.

‡ Hæc nõ eſt bona: qa non apparet expreſſe de correctione: vt arg. l. præcipimus. in fi. C. de app.

§ Iſta cõmuniter approbatur per doct. hic.

nam nec † vlla antiqua lege talis cognatio cõputabatur [a]. Sed noſtra cõſtitutiõe, quã pro iure patronatus fecimus (quod ius vſq; ad noſtra tempora [b] ſatis obſcurum, atq; nube plenum, & vndiq; confuſum fuerat) & hoc humanitate ſuggerẽte cõceſſimus, vt ſi quis in ſeruili conſtitutus cõſortio, liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſeruilis cõditionis muliere: vel ecõtrà, ſerua mulier ex libero vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcunque ſexus: & ad libertatem his [c] peruenientibus, ij, qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipſi [d] in ſeruitute [e] eos habuerint, & poſtea ad libertatem peruenerint [f]: vt hi omnes ad ſucceſsionẽ patris vel matris veniãt [g], patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolũ in ſuorũ parentum ſucceſsionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſsionẽ [h] mutuã vocauimus, ex illa lege [i] ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſsi ſunt: ſiue vnà cum alijs, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt, ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre: ſiue ex alijs nuptijs, ad ſimilitudinem eorum, qui ex iſtis nuptijs procreati ſunt.

Cùm de inteſtatorum ſucceſſione agitur, liberorum prima habetur ratio: qui etiam, ſi gradus ſint remotioris, quoſcunque aſcendentes, & agnatos quantumuis proximiores excludunt.

Repetitis [k] itaque omnibus, quæ iam tradidimus [l], apparet, nõ ſemper eos, qui parem gradũ cognationis obtinẽt, pariter vocari: eoque amplius, ne eum quidẽ, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cùm enim prima cauſa ſit ſuorum hæredum, & eorũ, quos inter ſuos hæredes enumerauimus [m]: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem eſſe, quàm fratrẽ, aut patrẽ matremq; defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (vt ſuprà quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò ſecundum, pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt in poteſtate morientis fuerit [n], an nõ: quòd vel emancipatus, vel ex emãcipato, aut ex fœmineo ſexu [o] propagatus eſt.

Nouiſſima tamen iure agnationis & cognationis ſublato diſcrimine, omnes ſimul æquo iure ſuccedunt: ita tamen, vt eorũ prior habenda ſit ratio, qui ſunt gradu proximiores.

Amotis [p] quoq; ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hæredes vocari diximus, adgnatus, qui integrum ius habet [q] adgnationis, etiam ſi longiſſimo gradu ſit, plerũq; [r] potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patrui nepos [s], vel

i Ex illa lege. ſ. ſupradicta Græca. Accur.

k Repetitis. hic §. communis eſt ad omnes titu. ſ. hoc libr. iij. poſitos. & idem in ſeq. proxi. §. Sic & alias. ſ. de ſuc. co. §. vlti. & ad Orfi. §. fi.

l Tradidimus. à principio tertij libri.

m Enumerauimus. vt curiæ datos & emãcipatos. vt. ſ. de hæred. quæ ab inteſta. §. j. & §. quibus cõnumerari. & §. emãcipati.

n Fuerit. hoc ſubdiuiditur.

o Ex fœmineo ſexu. qui tamen cũ diminutione tertiæ partis ſuccedit huius legis tẽpore. ſ. de hære. quæ ab inteſta. §. item vetuſtas. verſ. diui. hodie ſine diminutione: vt in authen. de trien. & ſem. §. nec non. col. j.

p Amotis. i. ceſſantibus ſuis. fallit adhuc hæc regula, qui prior eſt in gradu &c. vt eo. §. toties. Accur.

q Integrũ ius habet. i. capite minutus non eſt. ſic. ſ. de ſuc cog. j. rñ. in fin. nã ſecus eſſet, ſi eſſet capite minutus: qa illæ ſucceſsiones, quæ veniunt ex le. xij. tab. pereũt per mi. capi. di. vt. ſ. ad ſenatuſcõ. Orfic. §. ſciendum.

r Plerunq;. propter fratrem & ſororẽ emãcipatos: vt j. eod. ibi, exceptis. Item propter quoſdam cognatos, qui vocãtur vt agnati: vt. ſ. de legit. agna. ſucc. § hoc etiã. Itẽ propter patrẽ, qui filium emãcipauit: vt. ſ. de legit. agna. ſuc. §. fin.

s Nepos. q eſt in v. gradu agnatibus. o. iii.) Pronep

a Pronepos. qui eſt in ſexto gradu agnationis.
b Auunculo, vel matereræ. qui ſunt in tertio gradu cognationis.
c Præfert. in ſucceſsiõe eius, qui tales habet agnatos.
d Toties. no. regulam bonam, vt cõmun. de ſucceſ. l.

i Nota ſingulariter illã. l. quia poſt nepotem quando concurrit cum patruo vel auunculo: quia q̃ prior eſt ĩ gradu potior eſt in iure. nec aſſumit perſonam patris ſui. patet ibi quod auunculus qui eſt in tertio gradu præfert fratri cõſobrino, qui eſt in quarto licet gl. ĩ. titu. j. §. multum. ĩ verſi. quo ad quintũ gradũ. aliter dicat ſed ibi dicemus. Angel.

auunculo [i]. &. C. vnde lib. l. ij. Et ad eius euidentiã nota tres eſſe ordines ſuccedẽdi. ſ. inferiores & ſuperiores, & ex latere venientes: vt in aut. de hæ. ab inte. in princ. coll. ix. Primo deſcendẽtes in infinitũ vocan̄t: vt. ſ. de hær. quę ab inte. §. j. & in auth. de hær. ab inte. §. j. col. ix. His ceſſantibus vocan̄t aſcendẽtes, primo pater & mater, ſecũdo auus & auia, & ſic deinceps: ſic tũ vt fratres ex vtroq; parẽte defuncto cõiuncti, cũ his ſuperioribus vocen̄t: licet quidã dicant cũ patre & matre tantũ eos vocari: & alios ſuperiores per fratres excludi. & pro nobis eſt auth. de hære. ab inte. §. ſi vero cum aſcendẽtibus. colla. ix. & ff. de ſuis et legi. l. ij. §. hæreditas. Superioribus ceſſantibus: primo frater ex vtroq; parente, & ſoror, & eorũ filij. Secũdo ex altero tantũ. & eorũ filij. Tertio hæc regula obtinet, vt qui prior eſt in gradu &c. vt hic, & in authẽ. de hær. ab inte. §. ſi reliquũ. & §. ſi vero neq; frater. & in auth. vt fratrũ filij. §. j. col. ix. Acc.

ADDITIO. Dic q̃ hodie eſt ſublata differẽtia agnationis & cognationis, & in. d. §. j. in auth. de hæ. ab inte. ve. coll. ix. Christopho.

e Tradidimus. vt ſ. §. proxim. & hoc eo. §.
f Exceptis. excipit ab eo quod ſ. dixerat, q integrũ &c.
g Præferuntur: vt ſ. de ſucceſſ. cog. j. reſpon.

pronepos [a] auunculo [b], vel matereræ præfertur [c]. Toties [d] igitur dicimus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradũ cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati ſunt: quoties neq; ſuorum hæredum, quiq; inter ſuos hęredes ſunt: neq; adgnationis iure aliquis præferri debeat, ſecundũ ea, quę tradidimus [e]: exceptis [f] fratre & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſsionẽ fratrum vel ſororum vocantur: qui etſi capite deminuti ſunt, tamen præferuntur [g] cæteris vlterioris gradus adgnatis.

TITVLVS VIII.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti ſolùm ab inteſtato, nullo ſuo hærede relicto. Are.

Nunc [h] de libertorũ bonis videamus. Olim [i] itaque licebat liberto patronũ ſuũ impunè [k] teſtamẽto præterire. Nã ita demũ [l] lex duodecim tabularum ad hæreditatẽ liberti vocabat patronũ, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuũ hęredẽ [m] reliquiſſet mortuo patrono nihil [n] in bonis eius erat. Et ſi quidẽ ex naturalibus [o] liberis aliquem ſuum hæredẽ reliquiſſet, nulla videbatur querela [p]. Si verò adoptiuus filius fuiſſet apertè iniquũ erat, nihil iuris patrono ſupereſſe.

Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiã habebat, non ſolũ hærede inſtituto, ſed etiam ab inteſtato relicto filio adoptiuo. Ipſum tamen patronum excludebant liberi, ſiue eſſent in poteſtate, ſiue emancipati, ſiue etiam in adoptionem dati: dũmodo inſtituti eſſent: aut præteriti bonorum poſſeſsionem petijſſent. Areti.

Qua de cauſa poſtea [q] prætoris edicto hæc iuris iniquitas [r] emendata eſt, ſiue enim faciebat teſtamentũ libertus [s]: iubebatur ita teſtari, vt patrono partem dimidiã [t] bonorum ſuorũ relinqueret. & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidię bonorũ poſſeſsio [v]. Siue inteſtatus moriebatur, ſuo † hęrede relicto filio adoptiuo: dabatur æque patrono contra hunc ſuũ hæredem partis dimidiæ bonorum poſſeſsio. Prodeſſe autẽ liberto ſolebant [x] ad excludendum patronum [y] naturales [z] liberi, non ſolũ quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati [a]: ſi modò aliqua ex parte ſcripti hæredes erant, aut prę teriti contra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ ex edicto prætorio petierant. nã exhæredati

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

Supra de ſucceſſione ingenuorũ viſum eſt: Et quia in bonis libertorũ eſt dare ſucceſſionẽ: ideo de his ſubdit. Vnde nota quod dicit hic Accur. de ſucceſſione libertorũ, paſſiuè ſcilicet i. qualiter ſuccedatur ei, nõ actiuè. i. qualiter ipſi ſuccedant alijs.

Nunc de libertorũ. Totus iſte ti. diuidit ĩ tres partes. Primo circa ſucceſsionẽ libertorũ ponit duplex ius antiquũ. Secundo ponit ſtatutũ circa ſucceſsionẽ: & q̃d vſq; ad quartũ gradũ agnati patronorũ ſuccedũt liberto. Tertio ponit aliam nouã conſtitutionẽ circa perſonas & genera libertorũ. Secunda ibi, Sed noſtra. Tertia ibi, Sed hæc. Are.

h Nũc. quia hucuſq; de bonis ingenuorũ dixit.
i Olim. ſ. l. xij. tabu. et hoc eſt primũ ius. quatuor enim ſunt: vt hic, &. ĩ. §. j. &. §. poſtea. &. §. ſed noſtra.
k Impune. i. ſine timore teſtamẽti rũpendi. Accur.
l Itaq; demũ. & non aliter.
m Hæredẽ. naturalẽ, vel adoptiuũ: vt. j. innuit.
n Nihil. i. nullum ius, ſecundũ Ioan.
o Ex naturalibus. ad differẽtiam adoptiuorũ.
p Querela. i. non poterat patronus conqueri. Accur.
q Qua de cã poſtea. ſecundum ius.
r Iuris iniquitas. dic vt. ſ. ad ſe. conſ. Tert. in prin.
s Libertus. nullũ filiũ habẽs legitimũ et naturalẽ: vt. j. co. §. prodeſſe.
t Dimidiã. niſi in caſtris ſint bona q̃ſita: vt. ff. de bo. li. l. iij. §. patronus. Ac.
v Bonorũ poſſeſſiõ. vnde le. j. de bo. poſſ. §. cunq;.
x Solebant. Hoc iure p̃torio. Nã de primo nõ erat dubiũ: vt. ſ. ibi. itaq; inteſtato &c.
y Ad excludendum patronum. ſ. in totum.
z Naturales. & legitimi.
a In adoptionem dati. ſi inſtituti erant, vt ſequitur.

† Et ſic adoptiuus eſt ſuus hęres. ſic. ſ. e. verſ. ſi vero. &. ſ. de hære. quæ ab inteſt. defer. §. j. Aegi. per.

alias

alias nec contra tab. datur eis: vt. ff. de contra tab. l. nõ putauit. §. in adoptio.

a Repellebant. quia pro mortuis habẽtur: vt. ff. de cõiun. cum eman. li. l. j. §. ſed. & ſi patruus. nec à iure ciuili reſpiciunt: vt ĩ aut. de hę. et fal. §. exhęredatos. cõ. j.

dis. ſed nunquid et cõtra moriente filio, qui eſt libertus, pręponitur pater patrono? Rñd. ſic: vt. ṡ. titu. j. de ſer. cog. in fi. j. reſpon.

ADDITIO. No. ꝙ ſicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiã per parentes liberti. & idem not. glo. ṡ. titu. j. in fi. in ver. alterius. Ange.

† Niſi quã do tractatur de portione ſua. cui accreſcat. computatur enim in numero filiorum: vt faciat augeri legitimam fratrũ: ſecus in fratre minore & filia dotata per ſtatutum a ſucceſsione priuatę: quia nõ poſſunt. Ang.

† Vide ꝙ ſcripſit in hunc locũ Anto. Augu. emenda. libr. ij. cap. vij.

b Poſtea. Tertium ius.
c Cautum. ſ. lege Papia. & male: vt & alias. C. de cadu. tol. in prin. Accur.
d Deberet. ex lege Papia.
e Sed noſtra. quartum ius.
f Omniũ notiõe. alias omni natione: al's omniũ notitia.
g Cõpoſuimus. & huius, vt credo, habeť mẽtio in multis locis: vt. ṡ. tit. j. de ſer. co. in prin. & ṡ. de le. ag. ſu. c. §. fi.
h Sic enim. interpoſitio eſt.
pignus vtriuſque gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur: & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditū: placuit ſufficere, ſi ad eā rem cuſtodiendam exactam [a] diligentiam adhibeat: quam [b] ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu [c] rem amiſerit: ſecurū eſſe [d], nec impediri creditum petere.

. Cur autem ꝑ pecunia numerata nō cōpetit triticaria, mire ſomniāt hic doc. in reddēda ratione: de qbus licet videre hic apud Por. Tu vero cū Zaſio in. l. triticū. de ver. oblig. dicito id eſſe ob id, qd' ſub appellatione tritici veniāt opes frumētarię omnes quæ in terra ſeruntur, vt & veteres intellexerunt. Item & quæ in pecoribus cōſiſtebāt, excepta pecunia numerata, ac ꝓinde triticariā cōdictionem veteribus dictam, nō vt glo. ibi ſentit à tritico: exiſtimat idē Zaſius. Nā & olim veteribus tritici cum ſupra modū nobile fuit.

TITVLVS XVI.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

Quæ ex ſtipulatiōe, id eſt, vltro citroque facta interrogatione & reſpōſione obligatio oritur: verborū obligatio dicitur, ex qua, ſi certum in ea deductum ſit, certi condictio: ſi incertum, ex ſtipulatu actio proficiſcitur. & quamuis ſolennem quandam verborum formulā olim concipi deberet: hodie tamen quibuſcunq; verbis (modo vterq; contrahentium quid alter velit intelligat) fieri poteſt.

DE VERBORum obligationibus. *iſte continuatur ad præcedētia, vt patet in tex. ſ. de obli. in ſi. Arct.*

VErbis. Totus iſte titu. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, qualiter obligatio verbis cōtrahitur, & quæ actio ex ea reſultet. Secundo quibus verbis olim & hodie cōcipiſ. Tertio, quod modis ſtipulatio fieri pōt. Quarto, illud per exēpla declarat. Secūda ibi, In hac re. Tertia ibi, Omnis ſtipulatio. Quarta ibi, Pure veluti. CASVS. Quæſiui à Iuſtin. Dñe, qualiter obligatio cōtrahitur verbis? & rñd. Ex interrogatione præcedēte, & reſpōſione ſubſequente, cum quid dari fieriue ſtipulamur. Ex qua obligatione verborū duæ proficiſcūtur actiones. ſ. certi cōdictio ex ſtipulatione: & actio ex ſtipulatu, ſi res incerta deducaē in ſtipulationē. Sed dñe. quod eſt nomē verb. oblig. Et rñ. dñs Impe. quod vocatur ſtipulatio. Sed dñe, quare dicitur hæc obligatio, ſtipulatio? Et ad hoc rñ. ꝙ hoc eſt ideo: quia ſtipulū apud veteres firmū appellabatur, à ſtipite deſcendens: & ideo hæc obligatio tanquā firma vocabatur ſtipulatio. Fran. de Are.

e Ex interrogatione. ſ. præcedente, & reſponſione ſequente: vt hic, & C. de vſur. l. j. aliàs non valeret.

f Dari. ſ. certū, quod appareat, quid quale, vel quantū ſit in obligatione: vt. ff. e. l. ſtipulationū. & l. ſe. Acc.

g Fieriue. vel etiam non fieri: vt. ſ. eo. l. vbi autem. §. id quod. & .j. eo. §. ſi. Accur.

h Stipulamur. eſt autem ſtipulatio, verborū conceptio, qua aliquid dare vel facere promittimus &c. vt ff. eo l. v. §. ſtipulatio. Accur.

i Ex qua. ſ. obligatione verborum.

k Condictio. ſ. certi generalis: de qua dic vt. ſ. ti. j. diximus circa prin. Item & triticaria locum habet, vbi petitur certum vel incertum: niſi petatur . pecunia numerata: vt. ff. de tritic. l. j.

l Ex ſtipulatu. ſi autem incertum quid mihi debeaē. non ex ſtipulatione, ſed ex alio contractu, agitur condictione incerti. nam dico, quod eſt proprium nomen actionis: vt. ff. de condi. indebi. l. ſed & ſi me. §. j. vbi de hoc notaui. Accur.

m Si incerta. niſi in caſu: vt. C. de rei vxor. action. in princ. Sed quid ſi promitto aliquid in genere? Reſpon. non valet. nam dando muſcam liberaret. oportet enim quod aliqua certitudo ibi ſit: vt homo, vel equus, quæ certis finibus contineatur, alias non valet: vt. ff. eo. l. ita ſtipulatus. in princ. & ff. de iure dot. l. l. cum poſt. §. gener à ſocero. Accur.

VErbis obligatio contrahitur ex interrogatione [e] & reſpōſione, cùm quid dari [f] fieri ve [g] nobis ſtipulamur [h]: ex qua [i] duę proficiſcuntur actiones: tam condictio [k] certi, ſi certa ſit ſtipulatio, quàm ex ſtipulatu [l], ſi incerta [m] ſit: quæ [n] hoc nomine inde videtur, quod ſtipulum [o] † apud veteres firmum [p] appellabatur, forte à ſtipite † deſcēdens †.

Olim requirebatur quædam ſolennitas in ſtipulatione, quæ hodie eſt ſublata: nec refert qua lingua fiat interrogatio & reſponſio, dummodo ſe intelligant. Arct.

n Quæ. ſcilicet, ſtipulatio.

o Stipulum. alludit vocabulo. ſic. ſ. de teſta. in princip. & ff. de acquirend. poſſeſſ. l. j. in principio. nam nomina conſonantia debēt eſſe rebus: vt ſupra de donatio. §. eſt & aliud.

p Firmum. nam & baculum vel ſtipitem paleæ dabat vnus alteri pro inueſtitura, vt hodie fit in Marchia: ſed in Lombardia bibunt: alibi per metallum inueſtiunt. ſic. ff. de pactis. l. j. §. j. Accur. ADDITIO. Iſta tamen inueſtitura nō eſt neceſſaria de iure ciuili, ſed de cōſuetudine ſic. Idem in beneficialibus de iure canonico: per eam tamen poſſeſſio non acquiritur, vt hic per doctores.

In hac re. CASVS. Quæſiui à legiſlatore ſub qua forma fieret ſtipulatio? Et dicit legiſlator. i. ipſe Iuſti. Frater, recitabo tibi antiquitatē circa hoc: & etiā nouitatē. & recitat primo antiquitatē, dicens, ꝙ antiquitas erat quod per illud idē verbū, per quod fiebat in terrogatio, debebat fieri reſpōſio: mutata. ſ. perſona ſecunda à parte quærētis in primā perſonā à parte reſpōdentis. Verbi gratia, Spōdes? ſpondeo. ſed hæc ſolēnitas identitatis verborū per domi. Leonem fuit ſublata per cōſtitutionem ſuā, quam habes. C. de cōtrah. & cōmi. ſti. l. omnes. Vnde cōſtitutio illa Imperatoria de ſolennitate verborū non curauit: ſed intellectū cōſonantem inter partes deſiderauit, vt ſtipulantes adinuicē ſe intelligerēt, nec curauit illa cōſtitutio per quę verba fieret ſtipulatio, dūmodo fieret per verba ad ſtipulationē idonea, & iſtā conſtitutionē approbat hic Iuſt. & ſic patet ſub qua forma debet hodie fieri ſtipulatio. Sed qđ dñe, iam bene video, ꝙ ſolēnitas verborū, quę olim neceſſaria erat ad ſtipulationē hodie eſt ſublata. ſed dñe, pro Deo, poſſet ne ſtipulatio fieri diuerſis linguis? Ad hoc rñ. & dicit, quod nō refert, quacunq; lingua fiat ſtipulatio, ſiue Græca, ſiue alia: dūmodo contrahentes ſe adinuicē intelligāt. Nec eſt neceſſariū, ꝙ ambo vna lingua vtanē: ſed prius vnus vna lingua quærere, & alius altera lingua rñdere pōt: & nihilominus valet ſtipulatio: dū tñ verba apta fuerint ad ſtipulationē, & vterq; alterū intellexerit. Nā duo etiā Britones) verbis Gallicis contrahere poſſunt, & Galli Britonicis verbis: dummodo ſe intelligant. vnde Græci Latina lingua contrah

† Stipulū in hanc ſignificationem, quā dicit Iuſti. apud latinos nō reperiri aſſerit catellianus Cotta in Memorabilibus ſuis: & ſtipulationē à ſtipe potius deduci, & circa ſtipen. i. pecuniā. maxime cōſiſtat.

† Stipulari eſt ſtipē, i. pecuniā obligare. Valeri. maxi. li. ij.

† Alciat. lib. Parergon. j. ca. xxxix. legendū putat, ἀπὸ τοῦ ϛυπτοῦ. qđ apud græcos ϛυπτὸς ſignificet firmum ac ſolidum.

contrahere poſſunt. Franc.

a In hac re. ſ. ſtipulatione contrahenda.

b Faciam. quæ omnia dici debebãt in ſtipulatione, vel aliqua de his. ſic. ſ. de ſing. reb. per fideic. rel. §. fina. ſed hodie vel vnũ ex his, vel etiam aliud dũmodo aptũ ſufficit: vt. j. eod. §. ver. ſed hæc. qui cõtinuari debet cum iſto. §.

c Lingua. vt Aſſyria. Latina, Græca, vel alia: vt. ff. eo. l. j. §. fin.

ADDITIO Dũmodo ſe intelligãt, alias erit neceſſarius interpres. idẽ in teſte in Illyrico nato cuius lingua nõ intelligit: quia iudex eũ interrogabit per interpretẽ. Et ſi ipſe iudex & notarius, vel etiã notarius ſolus ſit interpres, ſufficiet: imo ipſius ſcriptura vel inſtrumentũ faceret fidẽ etiã cõtra nũtiũ vel teſtẽ dicentes aliter denuntiaſſe, vel depoſciſſe, q̃ ſcriptũ ſit. & hæc vera in iudicijs ciuilibus. ſecus in criminalibus, vt p Ang. hic.

d Stipulantium. proprie & improprie dicitur. ſic in aut. de æqua. do. §. j. col. vij. & ſic improprie etiã ꝓmittens dicit ſtipulari: vt hic, & ff. de cõd. inde. l. ſi non ſortẽ. §. ſi decem.

In hac re[a] olim talia verba tradita fuerunt: Spondes? Spondeo. Promittis? Promitto. Fidepromittis? Fidepromitto. Fideiubes? Fideiubeo: Dabis? Dabo. Facies? Faciam[b]. Vtrum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua[c] ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt: ſcilicet ſi vterque ſtipulãtium[d] intellectum eius linguæ habeat: nec neceſſe eſt, eadẽ lingua vtrũq; vti. ſed ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere: quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere poſſunt. Sed hæc[e] ſolennia verba olim quidẽ in vſu fuerunt: poſtea autem Leonina cõſtitutio[f] lata eſt, quæ ſolennitate verborum ſublata, ſenſum[g] & conſonantẽ intellectũ ab vtraq; parte ſolũ deſiderat, quibuſcũq;[h] tandẽ verbis expreſſum eſt†.

Stipulationis puræ ſtatim cedit dies, & petendi ius cõpetit, ſtipulationis verò in diem quamuis ſtatim dies ceſſerit, non tamen antea promiſſum peti poteſt, quàm etiã tota dies, in quam ſtipulatio facta fuit, præterierit.

Omnis ſtipulatio, aut purè, aut in diem, aut ſub conditione fit. Purè, veluti, Quinque aureos dare ſpondes? idq; confeſtim[i] peti põt. In diẽ[k], cum adiecto die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit: veluti, Decem aureos primis[l] calẽdis Martijs dare ſpõdes? Id aũt quod in diẽ[m] ſtipulamur, ſtatim quidem debetur: ſed peti prius, quàm[n] dies venerit, nõ poteſt[o]. At ne eo quidem ipſo[p] die, in quem ſtipulatio facta eſt[q], peti poteſt†: quia totus is dies arbitrio ſoluẽtis tribui debet[r]. Neque enim certum eſt, eo die, in quẽ ꝓmiſſum eſt,

ſtipulatiõe facta, debet qđ promiſſum eſt: ſed nõ poteſt peti ante, quã dies venerit: & die aduenieẽte, vel ſtante adhuc nõ poteſt peti promiſſum: niſi tota dies ſit præterita, ſiue elapſa: quia incõmutabiliter nõ poſſumus dicere, q nõ ſoluerit ſua die. i. appoſita vel præfixa, ante quã totus dies fuerit elapſus.

i Confeſtim. i. ſtatim: vt. ff. eo. l. cum qui calendis. §. ſi. & hoc niſi ratione loci fit in diẽ: vt. j. eo. §. locat. vel ratione rei, quæ adhuc non eſt in rerũ natura: vt. j. de exce. §. antepe. & ff. eod. l. interdũ. in princ. & de cond. & demon. l. j. §. ſi. Sed ad quid ſit promiſsio, cum non incõtinenti ſoluitur? Reſpon. non eſt ſic praue intelligendũ verbũ confeſtim, vt veniat ſtatim cũ ſacco paratus: vt. ff. de ſolut. l. quod diximus. ſed aliquod ſpatiũ puta decẽ dierũ dandũ eſt. vt. ſ. de inſu. ſti. §. ſi. & ff. de conſti. pec. l. promiſſor. ſic etiã fere vbique cõſuetudo interpretatur, vt intra decem dies fiant præcepta à poteſtatibus, quę eſt bona legũ interpres: vt. ff. de leg. & ſenatuſconſ. l. ſi de interpretatione. & c. cum dilectus. extra de conſue.

† Et ſic poteſt fieri ſine interrogatiõe. gl. in. l. ſpõſio. ff. de verb. ſign. Aeg. per.

† Non eſt tamen ibi nata actio vel obligatio: q̃a cũ ſit incertũ, an fructus naſcantur, vel non. dies, quæ tacite ineſt habetur ꝓ cõditione: vt. l. j. ff. de condi. & demonſtr. Ange.

† Niſi ita cõcepta ſit ſtipulatio, hodie dare ſpõdes: tũc etiã ſtatim peti poteſt. l. liber homo. §. decẽ. ff. de verb. obl.

e Sed hæc. quæ diximus. ſ. eo. §. in hac.

f Conſtitutio. vt. C. de contra. & com. ſtip. l. omnes.

g Senſum. alias cõſenſum. ſ. verbis* expreſſo ab vtroq;, & incõtinenti: vt. ff. eo. l. j. in prin. & §. qui præſens. & §. ſi quis ita interroget. licet verba inutilia fuerint inſerta: vt. ff eo. l. quæ extrinſecus. alias ſi diceret verba expſſa nõ exigi, nõ differret ab his cõtractibus, qui cõſenſu cõtrahunt: vt. j. de obl. ex cõſen. j. rñ. Acc.

* Vnde ſi annuis capite, nõ valet l. j. §. ſi. ff. eo. quia conceptus mentis debet deprehendi per verba, nõ per ſigna. Bart. tamẽ refert de quodã qui per motũ labiorum quemlibet loquẽtem intelligebat. Aeg. per.

h Quibuſcunq;. habilibus tñ ad hoc. Quid enim ſi dicam à, & velim repreſentare, promittis: tu dicas b, & velis repreſentare promitto? nõ valet: vt. ff. de cõſti. pe. l. qui autem. §. ſi. in glo. ſi. & l. ſeq. & ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. & ſi lege. ibi, ſic idonei ſunt.

Omnis ſtipulatio. CASVS Dixi Iuſti. Domine, procedatis in materia: & dicatis mihi aliquã ſtipulationum diuiſionẽ. Et rñ q omnis ſtipulatio, aut eſt pura, aut in diem, aut ſub cõditione. Sed dñe poſuiſtis iã trimembrẽ diuiſionẽ: ponatis de prima exemplũ ſi placet. Et rñ. q ſtipulatio fit pure. Nã ſi quærã à te ſic: frater quinq; aureos dare ſpõdes? & tu rñdeas, promitto. iſta ſtipulatio dicitur pura: & ideo illud quod in iſtã ſtipulationẽ deductũ eſt, ſtatim peti põt: non tñ ſic intelligẽdũ eſt, vt ſtatim veniat cũ ſacco paratus. Sed dñe, iam vidi qualiter fit ſtipulatio pure: ſed qualiter in diẽ? Rñ. dicens, In diem fit ſtipulatio, veluti ſi dicat ſtipulator. Promittis mihi in primis calend. Iunij x. & promiſſor reſpondeat, promitto. iſta eſt ſtipulatio in diẽ: & ſtatim

Stipulatio fieri debet verbis aptis.

k In diem. ſcilicet fit ſtipulatio. ſed nũquid ſtipulatio eſt actus ciuilis? Rñ. ſic: vt. j. de act. §. de conſtituta. ergo non debet recipere diem, nec etiã conditionẽ: vt. ff. de regu. iur. l. actus. Sed dic, q hic actus ibi non cõputatur. ſic in nouatione. vt dicitur. ff. de noua. l. nouatio. Et illa regula, actus, habet locũ in ſuis numeratis caſibus.

Stipulatio an poſſit fieri ſub conditiõe. In diem & ad diẽ differunt.

l Primis. ſuperflue hoc dicitur. ff. eo. l. eum qui calendis. in princip.

m In diem. aliud ſi ad diem. nam tunc vſq; ad diem tenetur, & nõ poſt: vt. ff. de act. & obli. l. obligationum fere. §. j. & dic, quod idem eſt dicere ex die, quod in diẽ: vt. d. l. in princ. & hic.

n Prius quam. nã ceſſit, ſed non venit dies. quod dic: vt. ff. de ver. ſig. l. cedere.

o Nõ põt. ſic. ff. ſi cer. pe. l. certi cõdic. in prin. & ſi petat, repellitur per exceptionẽ: vt. j. de exce. §. præterea.

p Ne eo quidẽ ipſo. niſi ab initio ſic dicat, Hodie dare ſpõdes? quo caſu pura eſt: vt. ff. e. l. liber homo. §. decem, ſed ſi eſt pura: ergo peti nõ poteſt ante decẽ dies. Ita enim determinatur verbũ, cõfeſtim. ſ. eo. §. omnis. & in. d. l. ff. eo. l. liber homo dicitur quod eadẽ die: ergo male. Sed ibi expreſſa eſt dies.

Confeſtim determinatur per x. dies.

q Facta eſt. ſ. vt ſoluatur.

r Tribui debet. hic no. quæſtionẽ de facto: iudex ſtatuit terminum peremptoriũ partibus ad audiendã ſententiam, puta diem Iouis: vna partium non veniente eadem die, quæro quando debeat ea ſententia ferri: an

die, iſta?

die ſtatuta, vel ſequenti? Et videtur quod non, die ſtatuta: quia, vt in contractibus, tota illa dies videtur ſua: vt hic. & pro hoc eſt. ff. de ſerui. l. more Romano. per quam legem etiam ſi media nocte veniſſet, ſatis ſufficeret. vnde patet, quod ea die ferri non debuit. Item alia ratione: quia poſt peremptorium debet eam partē abſentē citare iudex: vt. ff. de iudicijs. l. & poſt edictum. & inter vnam citationem & aliam debet eſſe ſpatium decem dierum olim: vt. ff. de iud. l. ege, per interuallum hodie triginta dierum: vt in authen. de liti. §. omnem. coll. viij. & ſecundum conſuetudinem Bononiē. vnius diei. Vnde patet, ꝙ in die peremptorij nō debet ferri. Sed in illa. l. & poſt edictū. exponiſ, debet. i. pōt. Item videſ ecōtra, quod in die peremptorij debeat iudicari. vt. C. quando prouoca. non eſt ne. l. cū non eo die. Item ſi ſit ita prope ſero, vt certum ſit eam partem amplius non poſſe venire, debet iudicare in die peremptorij: vt. ff. de verborū obliga. l. cum ſtipulatus ſum mihi à Proculo. & l. liber homo. in fine. Et hæc verior opinio. Sed tamen poſt veſperas ſtatim, vel in ipſis veſperis debet ferri: vt in authen. de iudi. §. ſedebunt. col. vj. ſed nec in nocte debet ferri ſententia: & ita paulo poſt exceſſum veſperarum debet iudicari. Et ita quidem electi ad quoddam conſilium de facto iudicauerunt. ADDITIO. Niſi iuriſdictio iudicis ſit peritura. Et hæc procedūt in definitiua, non in interlocutoria: quę etiam de nocte ferri poteſt. & ab opi. iſtius gloſ. quam etiam tenuit Barto. & Bal. dicit Ang. nō eſſe recedendum. & an die ſequēti peremptorium, poſsit ferri ſententia, vide pulchre per eum hic.

† Neque enim ſemel nata obligatio tolli tur tempore, certis modis inuētis ad eā tollēdam, de quibus ĵ. titu. qui. mod. toll. ob.

Sententia die præfixa debet ferri etiam abſente altera partium.

datum non eſſe [a] prius, quàm [b] is præterierit.

Stipulatio annua quoad quis viuet, pura, & perpetua eſt: ſed poſt mortem ſtipulatoris obſtat exceptio hæredi. Aretinus.

Annota, Tempus ipſo iure non poſſe tollere obligationem, ſed exceptionis ope.

At ſi ita ſtipuleris, Decē aureos annuos [c], quoad viuam [d], dare ſpondes? & purè facta [e] obligatio intelligitur: & perpetuatur [f] †: quia ad tempus nō poteſt deberi: ſed hæres petendo, pacti exceptione ſubmouebitur.

Stipulatio collata in aliquem futurum euentum incertum, eſt conditionalis. Aretinus.

Sub conditione ſtipulatio fit, cum in aliquem caſum [g] differtͤ obligatio [h]: vt ſi aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio: veluti, Si Titius conſul fuerit factus, quinq; aureos dare ſpondes?

Stipulatio ſub negatiua conditione concepta: cum viuo ſtipulatore impleri nequeat, eo mortuo effectum ſortitur.

a Datum non eſſe. id eſt, non eſt hoc verum incommutabiliter.

b Prius, quam. vt. ff. eo. l. quicquid. §. fina. & ff. de pig. act. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua.

At ſi ita ſtipuleris. CASVS. Supra vidimus, quod ille qui promittit, non poteſt conueniri cū effectu quouſque dies venerit. ſed domine quid diceretis de illa ſtipulatione, qua quis mihi promittit decem quoad viuā? Frater, dicit ipſe: iſta ſtipulatio pura eſt, & perpetuo obligatus eſt promiſſor. vnde ſi pura eſt poſſum ſingulis annis quandiu viuam, agere de decem in principio cuiuslibet anni. & hæres etiam meus de rigore iuris poteſt agere: ſed ſubmouebitur per exceptionem pacti facti de non petendo, quaſi videar tacite pactum feciſſe, quod ego poſſim petere dum viuo: hæres autem meus non poſſit. Illud autem (vt dicunt) pactum tacitum eſt inductum à poteſtate iuris ab iſto verbo in ſtipulatione inſerto: videlicet quoad viuam. Eo enim ipſo, qd' fuit mihi promiſſum illud annuum quoad viuerem: per hoc tacite videor pactus fuiſſe, ne hæres meus petat. & h. d. Et legatur illud at, ſcilicet quod poniſ in principio. §. aduerſatiue. videlicet ſic: ita eſt, quod illa ſtipulatio in diem, quæ eſt in proxi. §. non eſt pura. at, pro ſed.

Promitto x. aureos annuos & ſingulis annis, differunt.

c Annuos. aliud ſi diceret, ſingulis annis. Nam primo caſu in initio cuiuſcunq; anni, ſecundo in fine committitur ſtipulatio: qa ſic eſt in legato ſic relicto: vt. C. quando dies lega. ced. l. j. & ff. q̄ñ dies leg. ced. l. nec ſemel. Vnde verſus, Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni; Anno ſi debes, in fine teneberis anni. vt dicés. ĵ. de inutil. ſtipul. §. qui hoc anno. & ff. eo. l. qui hoc anno. Sed nunquid eſt vna ſtipulatio, vel plures? Rñ. vna eſt: vt. ff. eo. l. ſi Stichum. §. j. [1] licet legata ſic relicta ſint plura: vt. ff. de do. cau. mor. l. ſenatus. §. ſi. Sed quæ eſt ratio? Rñd. quia ſemel in ſtipulatione inſpicitur cōditio ſtipulātis: vt ſi ſit filius, acquirat patri: & vna eſt actio: vt. ff. eo. l. ſi filius. ſed in legatis pluries conſideratur. ſ. ſingulis annis: cum ſingulis annis cedat dies legati, & plures ſint actiones: vt. ff. de annuis legatis. l. cū in annos. & quādo di. le. ced. l. cum in annos. Sed M. dicebat hanc eſſe differentiam: quia in ſtipulatione eſt vna verborū cōceptio: ſed quantum ad rei vtilitatem plures ſunt, ſicut legata. & facit pro eo. ff. eo. l. pluribus. §. j. Sed ibi certe ꝑ alia verba fuit facta, ſcilicet per hęc: annua, bima, trima die. vel dic quod ibi quorundam ſententia recitatur. Nec obſtat, quod vna eſt conceptio: nam & in legato vna eſt conceptio.

1 Hoc verū vbi nō enumerātur anni, ſiue aliqd quod perſonæ non cohæreat ſit ex parte ſtipulatoris implendū ſiue nihil, dummodo ex curſu tēporis debeat ſtipulatio cōmitti: alias ſi ī euentū alicuius conditiōis: vel expſſe fuerint anni dinumerati eſt ſecus vt per Angel. hic.

d Quoad viuam. id eſt, donec viuam.

e Pure facta. ſcilicet ratione primi anni: ſed ratione ſequentium eſt in diem quo ad quid: quia ante annum non debetur: & conditionalis quo ad aliud: nam alias non debetur, niſi viuā: arg. ff. eo. l. hoc iure. & l. in illa. Vel dic, ꝙ eſt pura abnegatiue. i. non conditionalis.

f Perpetuatur. i. donec viuat. ſic. ff. pro ſocio. l. j. ſecundum quoſdam. imo dic, per omnia ſecula, etiā poſt mortem. nam tēpore non tollitur obligatio, ipſo ſcilicet iure, [2] vt ſequitur: vt. ff. de act. & obli. l. obligationum fere. §. placet. & ff. de ſer. l. ſeruitutes. ſed per exceptionem. i. vt ſequitur. ſed hæres petēdo &c. vt. ff. de act. & obli. l. obligationum fere. §. placet. & ff. de ſer. l. ſeruitutes.

2 Niſi ex præſſe vel tacite ex ſtipulantis paupertate pro alimentis deducta cenſerētur. & ita ſecūdū Barto. pōt ſaluari gl. in. l. ſtichū §. huiuſmodi. ff. e. li. e. ſit magna diuinatio. Vel dic quod quoties agiſ de multiplicitate obligatione, infinitas eſt cuitāda: vt. l. ſi ſeruus commiſſi. §. ſi decē. ff de le. iij. An.

Sub cōditione. CASVS. Dixi Iuſti. Dñe, iam vidi exemplum de primo mēbro diuiſionis noſtræ, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio pure: & etiam de ſecundo membro, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio in diem. ponatis modo, ſi placet, exemplum de tertio membro, ſcilicet qualiter fit ſtipulatio ſub conditione. Et ad hoc rñ. dominus Iuſtinia. quod ſub conditione fit ſtipulatio, cum in aliquem caſum promiſſio differtur: hoc eſt ad aliquid quod indifferenter ſe habet ad eſſe, & ad nō eſſe: veluti, ſi aliquid factū fuerit, promittis mihi decē; vel ſi aliqd factum nō fuerit, promittis mihi decē? Et primo ponit exēplū cōditionis, q̄ fit ꝑ verba affirmatiua: vt pura, Si Titius factus fuerit cōſul, qnq; aureos dare ſpōdes? Fr.

g In aliquem caſum. i. in aliquam fortunam inopinatam: vt poſsit ſe habere ad eſſe & non eſſe, quod in futuris tantum eſt: vt. ĵ. eo. §. conditiones.

h Differtur obligatio. nam ante euentum conditionis obligatio ceſſat: vt. ff. ſi cer. pet. l. non omnis. & ſic ea pendente non eſt debitor, ſicut nec hæres ſub conditione inſtitutus interim eſt hæres: vt. ff. famil. erciſc. l. ſi maritus. Arg. contra. C. de cōſti. pe. l. ij. in eo quod dicit conditionale debitū poſſe cōſtitui quod nō poſſet, niſi eſſet debitū: vt. ff. de cōſti pe. l. j. Sed dic, ꝙ ſufficit debitū ſpe. Itē nec illud interim debeſ: vt. ff. de cōſt. pe. l. id quod.

l.id quod. Item arg. contra.ff.ex quibus cau.in poſ.ea. l.in poſſeſsione.&.ff.de ver.ſig.l.creditores. Sed rõne ſpei creditores dicuntur: vt.j.eo.§.ex conditionali.

ADDITIO. Impropriè tamen: propriè autem creditor eſt, qui fidem alterius credendo ſecutus eſt. Et ita intelligitur ſtatutũ de eo qui credidit faciens mẽtionem: ſecus ſi de creditore ſimpliciter, quia intelligitur, quocũque modo aliũ habeat obligatũ: dũmodo non in diem vel ſub cõditione. Angelus.

Si quis ita ſtipuletur, Si in capitolium nõ aſcẽdero[a], dare ſpondes[b]? perinde erit, acſi ſtipulatus eſſet, cùm † morietur[c], ſibi dari.

Conditionalis ſtipulationis ſpes tranſmittitur ad hæredes.

Ex cõditionali † ſtipulatione, tantùm ſpes eſt[d] debitum iri: eamq; ipſam ſpem in hæredem tranſmittimus[e], ſi prius, quã conditio extet, mors nobis contigerit[f].

Si certo loco ſolutio fienda deſtinetur, etiam pura ſtipulatio tacitam habet diem, quã ſcilicet ad locum veroſimiliter perueniri poſſit.

Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolẽt, veluti. Carthagini dare ſpõdes? quæ ſtipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipſa habet tẽpus[g] adiectũ †, quo promiſſor vtatur ad pecuniã Carthagini dandam. Et ideo ſi quis Romæ ita ſtipuletur, Hodie Carthagini dare ſpondes? inutilis erit ſtipulatio: cùm impoſsibilis[h] ſit repromiſsio.

Eam propriè conditionem dicimus quæ futurum reſpicit: idcirco conditio quæ ad præſens aut præteritum refertur, ſtipulationem conditionalem non reddit, ſed aut puram, aut nullam.

Conditiones, quæ ad præſens vel præteritum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obligationẽ, aut omnino nõ differũt: veluti, ſi Titius cõſul[i] fuit: vel, Si Mæuius viuit, dare ſpõdes? Nã ſi ea ita nõ ſunt: nihil valet

† Ratio, quia ex ſtipulatione conditionali nõ poteſt agi prius, quã cõditio ſit purificata: ſed nõ poteſt purificari ante mortẽ. ergo &c. Aegi. per.

† Vide. j. de inuti. ſtipu.§.qs ſub. q hũc §. declarat. Aegi. per.

Si quis ita ſtipuletur. CASVS. Ponit exemplũ cõditionis prolatæ ꝑ verba negatiua di. ꝙ ſi aliqs ſtipuleẽ, Promittis mihi decem, ſi Capitolium non aſcẽdero. bene valet talis ſtipulatio, ſed perinde eſt, acſi ſtipulator ſtipulatus eſſet cũ moreretur, decem ſibi dari. nam in vtroq; caſu demum poſt mortem ſtipulatoris poterit illud, ꝙ in ſtipulationẽ deductum eſt, peti cũ effectu. Not. ꝙ cõditio alia reſpicit tẽpus futurũ: vt.ſ.eo.§.ſub conditione. alia præteritũ, & alia præſens.

a Si in Capitolium non aſcẽdero. ſupra poſuit in affirmatiua cõditione & negatiua: nunc in negatiua tm̃.

b Dare ſpondes. ſ. quinq; aureos, vel aliquid aliud.

c Cum morietur. ſimiles ſunt iſtæ duæ ſtipulationes in hoc, quia mortuo ſtipulante in vtroq; caſu cõmittiẽ vt hæredes agant. nam poteſt obligatio ab hærede ſic incipere: vt.C.vt act.ab hære.& contra hær.l.j. Diſsimiles in hoc, quia prima cõditionalis, ſecunda in diem: quam diem certum eſt euenire: vt.ff.de cõdic.inde.l.nã ſi. licet neſciamus quando: vt.ff.de condi.& demon.l.j. & in authen.de nup.§.deinceps.colla.iiij.

Ex conditionali. CASVS. Aliquis ſtipulatus eſt aliquid ſibi dari ſub conditione quæ pendet: nunquid habet ſtatim alium ſibi obligatum, ſcilicet illum à quo ſtipulatus eſt? Et rñ. ꝙ non: imo ex conditionali ſtipulatione tantum ſpes eſt in debito: & ſi contingat ipſum decedere ante, quam conditio exiſtat, ipſe iſtam ſpem tranſmittit ad hæredem ſuum.

Diem cedere & venire differunt.

d Spes eſt. nõ autem ceſsit, vel venit dies: ſed in pura ſtatim cedit & venit.ff.de ver.ſigni.l.cedere. ſed in illa quæ eſt in diem: ſtatim cedit dies legati, ſed non venit. ſ.eo.§.in diem.

e Tranſmittimus. ſic.C.de ijs qui ante aper tab.l.j.

f Contigerit. ſed quare legatarius cõditionalis legati ſpem ad hæredem non tranſmittit: vt.C.de cadu.tol. §.ſinautem aliquid? Reſpon. in ſtipulatione interuenit factum ſtipulantis volentis ſibi proſpicere: & ſic hæredi: vt.ff.de proba.l.ſi pactum. quod non eſt in legatario: cuius nullum factum interuenit. & eodem modo reſponde in hæreditate conditionali.

Legatarius cõditionalis legati ſpem nõ trãſmittit.

Loca etiam inſeri. CASVS Supra dictum eſt, quod in ſtipulationem quandoq; dies, quandoque conditio venit. Et non ſolum illa, quæ ſupra dicta ſunt, poſſunt venire in ſtipulationem: imo etiam loca ſtipulationibus inſeri poſſunt: puta ſi dicam ſic, Promittis te mihi daturum decem Carthagini? & tu reſpondes, Promitto. & huiuſmodi ſtipulationes licet puræ videantur: re ipſa tamen habent tacite tempus adiectum, quo aliquis ire vel mittere poſſit ad locum illum, in quo promiſit pecuniam ſe daturũ. vnde ſi aliquis ita ſtipuletur Romæ: hodie Carthagini dare ſpondes? iſta ſtipulatio non valet, cum repromiſſio ſit impoſsibilis, & ratiõe huius impoſsibilitatis vitiatur huiuſmodi ſtipulatio.

† Alias. iniectum. Quæd. vetu. exẽ. habent, interiectum.

Loca etiam. nõ ſolum conditio vel dies.

g Tempus. quod bonus iudex arbitratur. quod dic, vt ff.eodem.l.continuus.§.cum ita.

ADDITIO. Nota, quod licet in actibus iudiciarijs tẽpus itinerandi ſit ſtatutũ certum, vt viginti miliarium ſingulo die. vt.l.j.ff.ſi quis cau.(& dic vt ibi per Bart.& doct.) tamen in contractibus non eſt determinatum: ſed totum reſidet in pectore iudicis: qui multa debet conſiderare, & locum, & periculum. & qualitatem perſonæ: vt.l.continuus.§.primo. & ibi vide Bartolum & Imol.ff.eodem. Ange.

h Impoſsibilis. Ratione enim impoſsibilitatis ſtipulatio vitiatur: vt.j.de inutil.ſtipu.§.ſi impoſsibilis. niſi vterq; haberet ibi procuratorem, & egiſſet quilibet cũ ſuo, vt eadem die fieret ſolutio: vt.ff.eodem.l.fina.§.ſi inter eos.

Conditiones quæ. CASVS. Quæſiui à Iuſtin. domine, ſupra dictum eſt, quod ſtipulatio conditionalis eſt, cum differtur in aliquem caſum. Sed domine, nunquid omnis ſtipulatio eſt incerta, quæ fit per hanc coniunctionem, ſi? Reſpon. dominus Iuſtinia. quod non: nam ea quæ ſunt præſentia vel præterita, non dicũtur pendere: ſed ea quæ ſunt futura, propriè dicuntur pendere, quaſi diceret: tunc intelligitur ſtipulatio ſub conditione, quando differtur in aliquem caſum futurum. Quando autem in aliquem de præterito, vel de præſenti concipitur: tunc nõ eſt ſtipulatio ſub cõditione: imo aut ſtatim valet obligatio, aut non valet. Ea enim quæ per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem. Si enim dicam, Promittis mihi decem, ſi Mæuius viuit? & tu reſpondeas, Promitto. ſi viuit tempore conceptæ ſtipulationis, ſtatim valet ſtipulatio: ſi autem non viuat tempore conceptæ ſtipulationis, non valet, imo ſtatim infirmatur & ita ſtipulationes, quæ concipiuntur in aliquem caſum præſentem vel præteritum: quanquam illi caſus nobis ſint incerti: quia tamen quo ad naturam naturantem ſunt certi, non morantur &c. Franc.

i Conſul fuit. ſic.ff.ſi certum petatur.l.itaque.&.l. cum ad præſens tempus. patet etiam in.l.conditio.ff.de verborum obliga.

Nam

a Naturam.ergo nec futura morantur obligationẽ. nam etiam illa per rerum naturã certa ſunt:vt de iud.l. ſed & ſi reſtituatur.§.ſi.contra. Sed dic, quod aliud eſt eſſe certum per rerum naturã.i.per naturalem curſum naturæ:per quã ſola præterita & præſentia ſunt certa: & ita hic accipitur.

Natura eſt duplex

Et etiam illa futura certa ſunt, quæ nõ habent ſe ad vtrunlibet:vt ſi morior.nã & hæc non morantur obligationem:vt.ff.de cõdi.inde.l.nam & ſi. &.l.preced.& ſeq. &.ff.de nouat l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione †.Et aliud eſt in natura rerũ.i.in ſcitia Dei: in qua omnia, quæ ſunt vel fuerũt, vel futura ſunt, teſte Boetio tanquam præſentia ſunt. Itẽ & alias, ſunt mille anni ante oculos eius tanquã heſterna dies: quæ præterijt. & dicitur prima natura naturata,ſed ſecunda natura naturans: quod idem eſt,quod Ipſe Deus.

† Not.ex gl.cõditio nem futurum collatas quæ ne ceſſariã habent exiſtentiã nõ differre obligatio nem.quod verũ limita ſi profe rantur per tale quid, ꝙ tẽpus ſi gnificat ꝑ mitto cum morieris. §.id autẽ. j.de inuti ſtipulatio. Chriſt.

b Non moranſ. i.non ſuſpendunt ſi ue differunt. Acc.

c Incerta ſint. ff. de reg.iur.l.in totum.contra. Solut. illa loquitur in his, vbi præſens ſolennitas exigitur:vt ſeptem teſtes in teſtamento:vt.ſ.de teſt. §.j. Vel loquitur in illis caſibus, vbi certa ſcientia & intellectus de præſenti exigitur in contractibus puris: vt C.de donatio.l.nec ignorans,nec inuitus:hic autem in conditionali.

ſtipulatio.ſinautem ita ſe habẽt:ſtatim valet. Quę enim per rerum naturã [a] ſunt certa:nõ morãtur [b] obligationem,licet apud nos incerta ſint [c].

Factum in ſtipulationibus deduci poſſe explorati iuris eſt: quibus(cum intereſſe præſtando à facti obligatione eximatur promiſſor) vtile eſt pœnam adijci:propter eius quod intereſt difficilem probationem.

Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt, ſed etiam facta: vt ſi ſtipulemur fieri aliquid, vel non fieri. & in huiuſmodi ſtipulationibus optimum erit pœnam ſubijcere [d], ne quantitas [e] ſtipulationis in incerto ſit. ac neceſſe ſit actori probare [f], quòd eius interſit. Itaque ſi quis, vt fiat aliquid ſtipuletur:ita adijci pœna debet. Si ita factum non erit, tunc pœnę nomine decem aureos dare ſpondes? Sed ſi quædam fieri [g], quædã non fieri [h], vna eademq́ con ceptione ſtipuletur quis: clauſula [i] huiuſmodi erit adijcienda. Si aduerſus ea factum erit [k], ſiue quid ita factum non fuerit [l]: tunc pœnæ nomine decẽ aureos dare ſpondes?

Non ſolum res. CASVS. Supra dictum eſt de ſtipulationibus,quæ conſiſtunt in dando:nunc tractandum eſt de ſtipulationibus,quæ conſiſtunt in faciendo.vnde dicit Iuſtinia.non ſolum res poſſunt deduci in ſtipulationem,ſed & facta:puta cum ſtipulor aliquid à te fieri,vel non fieri in futurum:& ſi nõ fuerit factum ſecundum ſtipulationem,potero agere cõtra te,& petere intereſſe meũ.& quia difficile eſt probare intereſſe, propterea dat Iuſtin.conſilium ſtipulatori,vt adijciat pœnam ita ſtipulatione:quam petere poterit ſtipulator,ſi non fuerit factum ſecundum ſtipulationem: & ita non habebit neceſſario probare quanti ſua intereſt. Et docet in litera qualiter pœna debet ſtipulari,dicẽs, quod ſi aliquis ſtipulet̃ aliquid fieri,veluti turrim:ita adijcere debet. Et ſi turrim non feceris,decẽ aureos dare ſpõdes nomine pœnę? Contingit aũt aliqñ,ꝙ in eadẽ ſtip. ſtipulet̃ quis aliquid fieri,& aliquid nõ fieri: puta,Stipulor à te,vt eas Romã,ſed ꝙ nõ eas per Florentiã,& in iſtis ſtipulationibus in quibus ſtipulor aliquid fieri, & nõ fieri,ita erit pœna adijcienda,ſi aduerſus ea factũ fuerit.i.ſi iueris per locum prohibitum: ſeu ita factum non erit.i.ſi non iueris Romã,decem aureos dare ſpondes? Et hæc dicuntur vſq; ad finem.

† Ref,inquit Acmi

Non ſolum.de ſtipulationibus.quæ in dando conſiſtunt hucuſq; diximus:nũc de ijs,quæ in facto cõſiſtũt.

d Pœnam ſubijcere.ſic.ff.de præt.ſtip.l.ſi.vbi datur ſimile conſilium.

e Quantitas.ſ.debi.l.non autem.cõtra. Sol.nõ intereſt quo ad hoc, vt valeat cõpromiſſum. intereſt tamen quo ad vtilitatem ſtipulationis.

f Probare. ſed quomodo intereſſe probatur? Reſpon. per teſtes,vt hic innuitur:&.C.de ſenten.quæ pro eo.l.j. §.j.niſi ſperatur ex dolo alterius: quia tunc per ſolũ ſacramentũ:vt.ff.quod vi aut clam.l.ſemper.§.in hoc interdicto. &.§.ſequen. &.C.vnde vi.l.ſi quando.&.C.de iure do.impe.l.j.

g Quędã fieri.puta ire Romam.

h Quædam non fieri.puta per Florentiam non ire.

i Clauſula.ſ.pœnalis. Accur.

k Factũ erit.hoc reddiſ ſcd'o dicto.

l Factum nõ fuerit.hoc refertur ad primum. Et ſi ex vno capite ſit pœna cõmiſſa,non cõmittetur plus,: vt.ff.de arb.l.ſi duo.§.ſi.ni ſi hoc actum ſit vt pluries committatur:vt.ff.de tranſactionib.l.qui fidem.

ADDITIO. Item niſi ſit appoſita ſuper facto iterabili, vel continente plura capitula,ſi ratione intereſſe petatur.ſecundum Io.Fab.hic. Et no. quod iuramentum de non contraueniendo habet vim iſtius clauſulæ:item facit,vt actus valeat eo meliori modo,quo poteſt. Angelus.

TITVLVS XVII.

DE DVOBVS REIS † STIPVLANDI & PROMITTENDI.

Ne credito hic reos à reatu ſiue delicto dici:ſed eos reos ſtipulandi dicimus,qui duo pluresue ab aliquo ſibi quid dari aut fieri ſtipulantur,quibus ſimul reſpondetur: promittendi verò reos,qui ſeparatim interrogati,cuipiam idem dare aut facere ſinguli promittunt: proinde quòd duobus reis ſtipulandi debetur,ſingulis inſolidum debetur: & è regione quod plures promittendi rei ſpoponderunt, ſinguli ſolidum dare tenẽtur: vnius tamen ſolutione aut receptione, vtriuſque perimitur obligatio.

ET ſtipulandi & promittẽdi duo pluresve rei fieri poſſunt. Stipulãdi ita,ſi poſt omnium interrogationẽ

DE DVOBVS REIS STIPVLAN. &c.

Quia in ſtipulatione de qua dictum eſt.ſ.ti.j.plures perſonæ interueniunt quandoq;,quarum quædam dicuntur rei ſtipulandi, aliæ rei promittendi:ideo dicit de duobus reis ſtipulandi ac promittendi. Accur.

ET ſtipulandi. Totus iſte titulus diuiditur in quatuor partes. Primo ponit de duobus reis ſtipulandi qualiter fiant. Secundo de duobus reis promittendi. Tertio ponitur effectus ipſius obligatiõis plurium reorũ. Quarto redit ad duos reos promittendi. Secunda ibi, §.duo pluresve. Tertia ibi, Ex huiuſmodi. Quarta ibi, Ex duobus. CASVS. Quæſiui à Iuſtinia. qualiter poſſunt fieri duo pluresve rei ſtipulandi vel promittendi? Et reſpond.dicens,quod hoc pacto: ſi poſtquã duo ſtipul

lius Ferretus in notis ſuis ad hunc titulum,dicuntur,quorũ res in iudicio tractatur. Allegat in eam rem & Ciceronẽ & Noniũ tu illum vide to.

† Tu vero in hoc qua ratione ꝑ bet intereſſe, adde vt in ca.ſi extra qd' mt. cau. & apertius in c.ſi diligẽti,extra de for.cõ. & vi de vi & vi ar.l.iij. §.interdicto.&.l.ſ. q.iij.ca.ꝙ frater.& ꝑ Inno.c.ſi. quod met. cau.et Barto.in.l.nemo.ff.de duobus reis ad ſi. Ad des quoq; quod licet nil de eo qd' intereſt, probatũ ſit ſi tamen iudici aliunde vt pote ex informationibus quibuſdã officio eius receptis conſtet: debeat ipſe iudex condẽnationẽ facere .vt.l. j.C.de ſententẽ quę pro eo ꝙ inter. & ibidem per Bar.et l.ſemper. in gl.alle. hic. Et facit qd' no. idem Bar. i.l.ſi quid ex Pamphilo. ff. de lega.ij.

ſtipulati fuerint eandem rem ab eodē, ipſe poſt amborum interrogationem reſpondeat, vtriq; veſtrum dare ſpondeo. verbi gratia: pone quod ſum ſtipulatus à Titio in hunc modum. Promittis mihi Stichum: & Petrus incōtinenti poſt meam ſtipulationem, & ante promiſſoris reſponſionem ſtipulatus fuerit ab eodem Titio ſibi dari eundē Stichum: & ipſe poſt ambas interrogationes reſpondeat, Vtrique veſtrū dare ſpondeo: & ego & Petrus effecti ſumus duo rei ſtipulādi. Sed pone, domine quid ſi mihi primo ſtipulanti Stichū promiſerit? deinde Petro ſtipulāti ex interuallo eūdem Stichum promiſerit? Reſpon. dominus Iuſt. dicens, quod nos ſcilicet, ego & Petrus ſumus duo creditores in eadem re: ſed non ſumus duo rei ſtipulādi vnius obligationis, ſed diuerſarum obligat. Vna enim obligatio mihi eſt acquiſita, & alia Petro ſtipulanti ex interuallo: quia natura duorū reorum ſtipulandi hæc eſt. vt nihil ſit medium inter ſtipulationē vnius & alterius. ſed ſi ſtatim poſt vnam ſtipulationem fiat alia, qualiter intelligi debeat. ex ſequētibus apparebit. Frā.

promiſſor reſpondeat, Spondeo[a]: vt puta cum duobus ſeparatim ſtipulātibus ita promiſſor reſpondeat, Vtriq; veſtrū dare ſpondeo. Nā ſi prius Titio ſpoponderit, deinde alio interroganti ſpondeat[b]: alia atq; alia erit obligatio: nec creduntur duo rei[c] ſtipulandi eſſe.

Si duo promittant eidem eandem pecuniam; efficiuntur duo rei promittendi. Aret.

Duo plures've rei promittendi ita ſiunt: Mæui decem aureos dare ſpondes? & Sei, eoſdem decē aureos dare ſpōdes? ſi reſpondeant ſinguli ſeparatim, Spondeo[d].

Natura duorum reorum eſt, vt quilibet teneatur inſolidum: ſed vnius ſolutione & receptione tollitur obligatio [illegible]. Accur.

Ex huiuſmodi obligationibus[e] & ſtipulationibus ſolidum ſingulis debetur: & promittētes ſinguli inſolidum tenentur. In vtraq;[f] tamē obligatione vna res vertitur: & vel alter[g] debitum accipiendo, vel alter[h] ſoluendo, omnium perimit[i] obligationem, & omnes liberat[k].

Etiam diuerſitas temporis adiecti [illegible] conſtitutionem duorum reorum. Are.

Ex duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt[l]:

Reus ſtipulandi. — Et ſtipulandi. hic dicitur reus ſtipulādi, qui rem aliquam, vt pecuniā ſtipulatur à re, non à reatu dictus. Et ecōtra reus promittendi, qui aliquā rem promittit: vt ff. eo. l. j. alias reus tantū debitor dicitur: vt patet. C. de iur. cal. l. ij. alias dicitur reus, qui cōuenitur: vt. C. de iudi. l. properandū. §. & ſi quidē. & dic vt. ff. eod. l. j. Poteſt dici & alio reſpectu reus ſtipu. & promittendi: vt dicitur in glo. Accur. — Reus promittendi.

a Spondeo. hoc adiecto. vt ſint duo rei inſolidū etiā iure veteri: vt. ff. eo. l. reos. §. fi. & §. cum in tabulis.

Reorū debendi vel credēdi cōſtitutio an per interuallum impediatur.

b Spondeat. ex interuallo: puta ſi diuerterint ad alios actus extraneos: vt. ff. eo. l. duos. §. fi. alias ſi nō eſt extraneus actus, cōtradiceret. d. l. ei. ꝙ modo dixerat ibi, nam ſi prius. & quod dicitur. ff. eo. l. iij. Accur.

ADDITIO. Tu dic, quod interuallū magnum, puta vnius diei, cum actu extraneo, vitiat conſtitutionē duorum correorum, ſi interueniat inter interrogationē & reſponſionem: alias ſi inter obligationem vnius perfectam, & alterius perficiendam, nō vitiat conſtitutionem correorum expreſſam, ſed tacitam ſic, ſaltem in duobus reis credendi.

c Nec creduntur duo rei. ſ. vt vna ſit obligatio, & vnius rei ſed ſunt creditores duo, & diuerſarum rerū: vt. j. eo. §. ex huiuſmodi.

Duo plures ve. CASVS Dixit Iuſti. Domine. ſ. dixiſtis qualiter fiant duo rei ſtipulandi, ponatis ſi placet exempla de duobus reis promittendi? Reſpond. dominus Iuſtin. dicens ſic: In duobus reis promittendi ſunt duo, qui ſtipulātur ab eodem. ſed vbi ſunt duo rei promittendi: vnus ſtipulatur à pluribus. Vnde ſcire debes, quod duo rei promittendi ita fiunt, ſi fuero ſtipulatus in hunc modum, Mæui promittis mihi decem aureos, & ipſe reſpon. promitto. & poſtea ſine interuallo dixero Seio. Sei promittis mihi eoſdem x. aur. quos ſtipulatus ſum à Mæuio? & ipſe reſpon. promitto. iſti ſunt duo rei debendi vel promittendi. ſunt enim duo debitores debentes eandem rem. Fran.

d Spondeo. hoc acto vt ſiant duo rei, & inſolidum: vt. ff. eo. l. reos. §. fi.

Ex huiuſmodi. CASVS. Dixit Iuſti. Iam vidi qualiter fiant duo rei ſtipulandi & promittendi pro Deo dicatis mihi, quis eſt effectus earum obligationū? Ad hoc reſpon. Iuſti. ꝙ ex ſtipu. huiuſmodi ſolidum ſingulis debetur, ſup. reis ſtipulādi: & ſolidū debent ſinguli. ſ. rei ꝓmittēdi: quia vterq; eorum inſolidū obligat: ſic ſingulis eorū ſtip. ſolidū debetur. ſed licet inſolidum teneant, vel ſolidū ſingulis debeatur, tñ vna res ſola in obligatione vertit. vnde ſi fuerint duo rei ſtipul. & ita duo creditores: ſi tñ vnus eorū recipiat illud, quod deductū erat in ſtipulationibus: ille qui recipit, perimit obligationē ſingulorum: vnde ab altero reo ſtipulandi liberatur promiſſor. & ſi fuerint duo rei promittendi. & ita duo debitores eiuſdem rei, ſi alter rem illam ſoluat, perimit obli. illam, & liberatur alter. Fran.

e Obligationibus. hoc refertur ad reos promittendi: & quod ſequitur & ſtipulationibus, ad reos ſtipulandi: vt probatur. j. ſtatim. — Obligatio eadem pōt eſſe vna & plures.

f In vtraq;. i. vtriuſq; obligatione. nam vna eſt quo ad vnum effectum: vt. ff. eod. l. iij. in fin. ſed plures ſunt. quia plures tenentur, vt hic.

g Alter. ſ. reorum ſtipulandi.

h Alter. ſ. reorum promittendi.

i Perimit obligationem. ille, qui accepit.

k Liberat. ille qui ſoluit. Similis electio ſeu implicatio verborū eſt. ff. de arbit. l. ſi duo. in princip. Vel dic, quod quilibet iſtorum referuatur ad vtrunq; ſupradictum. & poſſunt fieri in ſtipulatione duo rei, & in quolibet genere obligandi: vt. ff. eo. l. eandem.

Ex duobus reis &c. CASVS. Quæſiti à Iuſtin. an vnus de duobus reis promittendi aliter poſsit obligari, quam alius? Et videtur quod nō: quia videtur, quod æquitas omnimoda ſiue paritas debeat eſſe inter duos reos debendi. dicit tamen, quod ex duobus reis promittendi alter pure. & alter ſub cōditione obligari poteſt, puta x. fui ſtipulatus à Titio pure, & eadem x. fui ſtipulatus à Martino ſub conditione. Iſti duo intelliguntur eſſe duo rei debendi: & licet Marti. ſub conditione obligetur: non ideo minus petere potero illā x. à Titio, qui mihi pure eſt obligatus, quanquā adhuc pendeat conditio. & hoc dicit. Fran.

l Poteſt. ſed nonne eſt hic imparitas? quod eſſe non debet: vt. ff. eodem. l. eandem. §. ſed ſi cuis. Reſpond. ſecundum M. quod ibi regulariter dicitur, fallit hic: vt ff. eodem. l. ſi ex duobus. §. fina. Alij vt P. dicunt. quod hic non eſt imparitas: cum aduenīente conditione vel die, ambo æqualiter teneantur: ſed adhuc medio tempore — Obligatio an poſſit imparitatem continere.

pore

Et huic poſt omnẽ diceptatio nẽ aſtipulatur Ia.

z Et huic pote remanet imparitas: quare dic quod in quãtitate debita, vel re quæ debetur, non poteſt eſſe imparitas, vt ibi, ſed in alijs poteſt: vt hic, &. ff. eo. l. ſi ex duobus. §. finali.

a Quo minus. ſed adueniente conditione ſocium poterit cõuenire mandati ſecundũ quoſdam, vel verius nego. geſto. vt. C. eo. l. j. Patet ergo cõſtitui poſſe pure duos reos debẽdi, & quẽlibet inſolidũ conueniri: vt. C. eo. l. j. Hodie contra: etiã ſi hoc actum eſt expreſsim, niſi altero abſente, vel ĩope exiſtente: vt in authen. de duob. reis §. j. colla. ij. & authen. hoc ita. eo. ti. C. niſi renũtiatum fuerit illi conſtitutioni: vt. C. de pac. l. penulti. & . ff. de mino. l. ſi iudex.

Rei debendi inſolidũ nõ poſſunt cõueniri.

Hãc quaſi mirabilẽ notat atq; excutit. Iaſ. quẽ vidержо hic cũ magno certe tibi futuro emolumento.

nec ĩpedimẽto erit dies, aut cõditio, quò minus [a] ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

TITVLVS XVIII.

DE STIPVLATIONE SERuorum.

Si quid hæreditarius ſeruus iacente adhuc hæreditate ſtipuletur, futuro hæredi acquiritur. Itẽ vtcunq; cõcepta fuerit ſerui aut filij ſtipulatio, domino aut patri protinus quæritur.

DE STIPVLATIONE SERVORUM.

Supra tit. j. & ti. [illegible] dictum eſt de ſtipulatione liberarum perſonarũ. Verum quia interdum ſerui ſtipulantur: ideo de his tractaturus intitulauit de ſtipulatione ſeruorum.

Seruus ex pſona domini [b] ius ſtipulandi habet. Sed & hęreditas in pleriſq; [c] perſonæ defuncti [d] vicẽ ſuſtinet: ideoq; quòd ſeruus hæreditarius ante aditã hæreditatẽ ſtipulaẽ, adquirit hæreditati [e]: ac p hoc etiam hæredi poſtea facto adquiritur.

Seruus ſiue filiusfamilias à quocunq; ſtipuletur, & in cuiuſcunq; perſona ſtipulationem concipiat: acquirit domino & patri. Areti.

Siue autẽ domino, ſiue ſibi [f], ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter [g] ſeruus ſtipuletur: domino adquirit. Idem iuris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis adquirere [h] poſſunt.

Seruus factũ, ſuam ipſius perſonam reſpiciens ſtipulando ſibi, non domino quærit.

Sed cum factum [i] in ſtipulatione continebitur: omnimodo [k] perſona ſtipulantis cõtinetur [l]: veluti ſi ſeruus ſtipuletur, vt ſibi ire agere [m] liceat.

Seruus. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo quod ſeruus ſtipulando acquirit domino in cuiuſcunq; perſona, ſtipulatio concipiatur. Secundo excipit à regula, q factum nõ acquiritur. Tertio ſi ſint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secunda ibi, ſed cũ factum. Tertia ibi, Seruus communis. CASVS Quęſiui à Iuſti. vtrum ſerui haberent ius ſtipulandi? & videbatur quod nõ, cũ ſtipulatio ſit actus ciuilis. & quantum ad ius ciuile attinet, ſeruus pro mortuo habetur. et reſpon. dñs Iuſti. q quãquam ſeruus quãtum ad perſonam ſuam propriam pro mortuo habeatur: ex perſona tamen domini ſui poteſt habere ius ſtipulat. Sed dicet aliquis, Dñe, hoc verum eſt, ſi ſeruus habet dominum: ſed quando non habet dñm, puta dum hæreditas iacet: nunquid valet ſtipulatio? Et reſpon. Iuſti. q ſic: quia hæreditas in caſu iſto vicem domini ſuſtinet. vnde ſi ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipuletur, acquirit hæreditati, & ſic hæredi futuro. Franc.

Dominus eſt caput ſerui.

Hęreditati furtũ fieri non poteſt.

b Domini. qui dominus caput eſt ſerui: vt. j. de noxa. §. omnis. ex ſua enim perſona nihil poteſt: vt ff. de reg. iur. l. ſeruitutem &. l. quod attinet. niſi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: vt. ff. de capi. dimi. l. hodie.

c In pleriſq;. hoc propterea dicit, quia hęreditati furtum fieri nõ poteſt: niſi in tribus caſibus: vt. ff. de fur. l. hæreditariæ. & l. ſeq. Item propter vſumfru. qui ſeruo hæreditario promitti nõ poteſt, vt hæreditati quæratẽ: vt ff. eo. l. vſusfructus. ADDITIO. Veriſ ratio ſecundum Doct. quia ſine perſona cui accedit, deberi nõ põt.

Item ꝓpter iuſſũ qui requiritur ad adeundã hęreditatem ſeruo hęreditario delata ibi cũ nõ poterit hæreditas loco domini haberi. l. hæreditas in mul tis. ff. de ac qui. rer. do mi.

d Defuncti non hæredis: vt hic, & [illegible] de hære [illegible]. §. Seruus. & ff. de acquirẽ. rerum domi. l. hæreditas. Et quæ ſit ratio, quare perſonam defuncti, & non hæredis

ſuſtinet: dic vt dicto. §. ſeruus.

e Hæreditati. ſic. ff. de iniur. l. j. §. quoties autem.

Siue autem &c. CASVS. Dixi Iuſti. Domine, vidi quod ſi ſeruus ſtipuletur aliquid dari domino ſuo: q illud domino ſuo acquiretur: ſed ponamus, quod non domino ſuo, ſed ſibi ſtipuletur aliquid dari: acquiritne domino ſuo? Et reſpon. Iuſti. dicẽs quod ſiue ſeruus ſtipuletur dño ſuo, ſiue ſibi, ſiue cõſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter, id eſt, pſona non adiecta, omnibus iſtis modis quatuor dño acquirit. Idem iuris eſt in filio: qui qualitercũq; ſtipuletur, patri ſuo acquirit ex his cauſis, per quas pater per filiũ acquirere põt. Frã.

f Siue ſibi. niſi in caſibus, vt cum factum eſt in ſtipulatione: quo caſu domino non acquiritur: vt. j proxi. §. & cũ operas liberto ſtipulaẽ: vt. ff. eodẽ. l antepe. & in alijs caſibus, quos no. ff. eodẽ. l. j. & l. ſeq. Sed nũquid frater poteſt ſtipulari fratri ſuo in eadem poteſtate exiſtenti? Dic quod ſic: quia ſeruus cõſeruo ſuo ſtipulari poteſt, vt hic: igitur frater fratri: arg. C. de diuer. reſcrip. l. j. Item, quia vox filij, vox patris intelligitur: & vox ſerui, vox domini intelligitur: vt. j. de inutil. ſtipul. §. ei vero qui. &. §. poſt mortem.

g Imperſonaliter. nullius facta mentione, id eſt, vel proprio nomine, vel appellatiuo: vel facta mentione de nomine appellatiuo, ſed non proprio: vt. ſ. de exhęred. lib. §. j. Accur. ADDITIO Idem per omnia dici poteſt in monacho ſtipulante. Ang.

h Acquirere. vt ex cauſa profectitia & aduẽtitia iſto iure. quod dic: vt ſupra, per quas perſonas nobis acquir. §. primo.

Sed cum factum &c. CASVS. Supra dictum eſt, quod quocunque modo ſeruus ſtipuletur, quod domino acquirit: ſed hoc eſt verum, ſi ipſe ſtipuletur aliquid quod conſiſtat in dando. Sed pone, quod ſeruus aliquod factum ſtipuletur, puta, vt liceat ei ire, agere: tũc ſeruus per hanc ſtipulationem domino nihil acquirit, ſed ſibi ſoli. vnde ſi dominus vellet ire agere, bene poſſet prohiberi ne iret, vel ageret. Franc. de Aret.

i Cum factum. ſed ſi ſtipulatur ſeruus ſibi ſcribi librum, & ſic factum: nonne acquirit domino? Reſpon. ſic. & quod hic dicitur, ſed cum factum &c. id eſt, à ſeruo faciendum, & non ab alio, vel etiam à domino.

ADDITIO. Tu dic ſecundum Ang. quod factum ſi perſonæ ſerui inhæreat: à quocunque, ſiue ipſi ſeruo, ſiue ſibi ab alio ſit præſtandum, non acquiritur domino: alias ſecus. Ioan. Fab.

k Omnimodo. ſic. ff. de vſu & habita. l. plenum §. ſi vſus.

l Continetur. ſic. ff. de condi. & demonſtra. l. qui hęredi. Accurſius.

m Ire agere. hęc ꝟba expone vt. ſ. de ſer. in prin. & ff. de ſer.

Nec valet talis ſtipulatio: quia cũ perſonæ cohęreant de perſona ſerui, in dominũ tráſire nõ poſſũt. Itẽ quia operas nemo niſi dominus ſtipulatur valeret tamẽ ſi eas vel imperſonaliter, vel domino ſtipularet vt per Ang. hic.

Stipulari ire & ſtipulari iter diſferunt.

de ſer. ruſti. præd. l. j. Et not. quia hic per verba loquitur: aliud ſi per nomen puta iter. tunc enim domino acquiritur: vt. ff. eo. l. ſi communis.

Non etiam dominus. ſubaudi, prohiberi nõ debet: quaſi diceret, debet prohiberi. Sed contra. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. non ſolum. & ſ. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. §. j. Sed nõ eſt contra: quia & hic acquiritur dño cõmodum: nam ad ſui domini vtilitatem ibit ſeruus.

ipſe enim tantum prohiberi non debet: nõ etiam dominus[a] eius.

Ex communis ſerui ſtipulatione vnicuiq; dominorum pro portione, ſcilicet dominica, acquiritur: niſi vnius domini iuſſu, aut nomine ſtipulatus ſit: quod autem vni dominorum quæri non poteſt, alteri accreſcit.

Seruus cõmunis ſtipulando[b], vnicuiq; dominorum pro portione dominij † adquirit: niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim[c] alicui eorum ſtipulatus eſt[d]: tunc enim ſoli ei adquiritur.

Seruus cõmunis ſtipulando rem quæ nõ poteſt vni ex dominis acquiri: acquirit inſolidum alteri. Aretinus.

Seruus cõis &c. CASVS. Supra dictum eſt, qñ ſeruus vnius ſtipulat. ſed domine, quid iuris eſt ſi ſeruus communis ſtipulatur? Et reſpon. Iuſti. quod ſi ſeruus communis ſtipulet aliquid ſibi dari impersonaliter, vel dñis ſub nomine appellatiuo: acquirit vnicuique domino pro portione dominij, & non pro portione virili: niſi vnus ex dominis iuſſerit eũ ſtipulari: tunc enim iubenti acquiritur: vel ſi nullus eorum iuſſerit ei, ipſe tamen alterum nominauerit, puta ſtipulatus eſt Petro dño ſuo, tunc per hãc ſtipulationẽ acquirit nominato. Si autẽ vnus iuſſerit, & ipſe aliũ noiauerit: quid iuris ſit, habes in gl. Franc.

† Fallit primo qñ ſtipulat vni ex dominis nominatim. ſecũdo ſi iuſſus vnius pcedit, tertio ſi res ſtipulata nõ poſſet acquiri alteri ex dominis. Aeg. per.

b Seruus communis ſtipulando. imperſonaliter, vel ſibi, vel dominis ſuis ſub nomine appellatiuo, aliud ſi propria nomina expreſſerit: nam tunc acquirit pro virili, nõ pro portione dominij. Sed quid ſi propriũ * nomen & appellatiuũ? Rñ. ſi præponat propriũ, pro virili. ſi appellatiuum præponat, pro dominica: vt. ff. de ſtipu. ſer. l. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur, Lucio Titio. & ff. de ſtatu libe. l. ita. § j. Accur.

* Ratio, quia nomina appellatiua ſequẽtia ſtãt demõſtratiue, non diſpoſitiue. Aeg. per.

c Nominatim. proprio nomine: vt. ſ. de hære. libe. § j. vel appellatiuo: dummodo intelligatur de quo domino dicat: vt. C. de libe. præte. l. ij. & iij. & ff. ſi certũ peta. l. certum. Accurſius.

d Stipulatus eſt. hoc diſiũctim. i. diuiſim exaudi. Sed quid ſi vnus iuſſit ſeruo, & ipſe alteri ſtipulatus eſt nominatim? Diſtingue, ex cuius re: vt ſi ex re iubentis ſibi quęratur, alias nominato: vt. C. per quas perſo. no. acquir. l. fina. §. fina. & ff. eo. l. proinde. §. fina. & l. ſeq. licet antiqui aliter diſtinguebant.

Quod ſeruus communis. CASVS. Supra dictum eſt quid iuris ſit, quando ſeruus cõmunis ſtipulatur ſibi dari aliquid: & dictum eſt; quod vtriq; dominorũ poteſt acquiri. ſed domine, quid iuris eſt, ſi ſeruus communis ſtipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non poteſt: veluti ſi res quam ſeruus ſtipulatus eſt, ſit alterius dominorum: cum res ſua ſibi acquiri non poſſit? Et reſpon. Iuſtin. quod tunc neceſſarium eſt, quod alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

e Vnius domini ſit. nam cum ſua ſit, amplius ei quęri non poteſt: vt. ſ. de leg. §. ſed ſi rem. & j. de actio. §. ſi itaque. reſtat ergo vt ſoli alteri quæratur. Aliud ſi ex re vnius ſtipulet: quia tunc oibus quærit, ſed cõmuni diuidundo iudicio reddetur. i. cũ aget cõmuni diuid. pro iſto ſeruo, poteſt etiam deducere, q ſocius ſuus lucratus erat ex ſtipulatione facta ex rebus ſuis; & redditur illi, ex cuius re quæritur: vt. ff. eo. l. ſi ex re. §. j.

Quod ſeruus communis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, ſolidum alteri adquiritur: veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit[e].

DE DIVISIONE STIPV.

Suprà dictum eſt de ſtipulationum materia. Verùm, quia earum multiplex eſt ſpecies: ideo ſubdit de diuiſione ſtipulationum. Imo.

TITVLVS XIX.

DE DIVISIONE STIPVLAtionum.

Prætoria ſtipulatio, eſt quæ eſt inducta ab edicto prætoris: iudicialis à iuriſconſultis, vel alijs patribus iuris, quàm à prætore: conuentionalis à ſola partium conuentione: communis quandoq; à prætore, quandoq; à iuriſconſultis inducta eſt. Areti.

Stipulationũ aliæ ſunt

Stipulationũ. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes principales. Primo ponit diuiſionẽ ſtipulationis. Secundo illam per exempla declarat. Secunda ibi, Iudiciales. CASVS. Tradidit Iuſti. diuiſionem ſtipulationum: modo ſingula membra diuiſionis per exẽpla declarat. Et primo ponit, quæ ſunt iudiciales: dicens, q illæ ſunt iudiciales ſtipulationes, quæ à mero iudicis officio proficiſcunt. qđ ſic intellige, ſcilicet quæ proficiſcũtur ab officio iudicis mercenario. & appellatur iudicis officium mercenariũ, qñ aliquid expeditur per iudicẽ, propter quod iudex principaliter nõ aditur. Verbi gratia: aliquis vſucepit rem meam, quam à non dño emit bona fide: ego egi cõtra eum rei vendicatione, & litem cum eo ſum conteſtatus: lite conteſtata cõpleuit vſucapionem, nõ obeſt ei litis cõteſtatio quo ad curſum vſucapionis cõplendæ. Sed ſecus eſt in pſcriptione: quia ſi tantũ completa vſucapione probẽ illam rem meã eſſe: tenetur illam mihi reſtituere: & ita licet quo ad curſum nõ noceat ſibi litis cõteſtatio, tamẽ quo ad effectũ vſucapionis ei obeſt: & debet iudex ipſum facere cauere, quod nõ cõmiſit dolum in re illa, ſeruum forſan per itũ alienãdo: vel manumittendo, vel aliquo alio modo: vt ff. de rei ven. l. ſi poſt acceptũ. Et illam cautionẽ debet iudex facere interponi per officium mercenarium: & ſic accipe, quod litera dicit, mero: quia nunquã prætor viuus vel mortuus de hoc ſe intromiſit: ſed lege iubẽte interponitur huiuſmodi cautio: vt in cautione de dolo per. l. prius alleg. ff. de rei ven. l. ſi poſt. & ſubdit exempla duo. primum eſt veluti de dolo cautio. Secundũ dicitur eſſe quędam ſtipulatio iudicialis. Si enim ago cõtra aliquẽ pignoratitia actione, debet iudex ex officio ſuo facere reo interponere cautionem, q in re pignorata non cõmiſit dolum ſeruitutes admittendo, vel aliquo modo ius læſerit: vel de perſequẽdo ſeruo. Si enim aliquis metu abſtulit à me ſeruũ meum, & illum poſtea perdiderit: debet iudex facere cauere de perſequẽdo ſeruo illo, & de reſtituendo eius pretio. Prætoria autem proprie eſt illa ſtipulatio propter quam aditur iudex viuus ad hoc, q illud exequatur, quod mortuus iudex promiſit, vel præcepit. Cũ enim prætor mortuus præceperit, q ille cuius domus minatur ruinam, caueat de damno infecto: ſi adeatur prætor viuus ad executionẽ illius pręcepti, hoc eſt ad hoc, vt faciat ipſum cuius domus minatur ruinã, cauere de damno infecto: iſta cautio ſiue ſtipulatio pretoria nũcupatur. In verſ. ptoriæ. Iuſti. manifeſtat per exempla, quæ ſunt ptoriæ ſtipulationes, quæ proficiſcũtur à mero ptoris officio. i. purę: ita quod

ita quod nõ iudicis officio interponãtur: veluti damni infecti cautio, & legatorũ. & dicunt ſtipulationes ædilitias ſub prætorijs ſtipulationibus contineri: ita quod ſi animal tibi vẽdam: & de vitijs (prout teneor) caueã: dicitur iſta cautio, quãquã ſit ædilitia prætoria. Fran.

h Ve. pro vel.
i Prætoriæ. ſtipulationes.
k A mero. i. puro: ſic quod non iudicis officio. ſ. tali quali in ſuperiori caſu: vt ſtatim dicam. Accur.
l Damni infecti. vt. ff. de damno infec. l. prætor ait. §. de eo. verſ. in eũ qui. Dicitur et alio reſpectu prætoria illa, quæ ab initio exigitur: ſiue ſit p̃toria inuentione, ſiue ciuili, ſiue alio quocũq; modo inuenta: ex eo, ſcilicet quod prætor eã approbat: vt. ff. de ver. ſig. l. & hoc ſenſu cõprehendit prętorias & iudiciales & communes. & omnes prætor conuentionales: & ita accipitur. ff. de pręto. ſtipul. l. j. ſic eſt de adoptione. ff. de adop. l. ij.

Stipulationum. ſimile p omnia. ff. de verbo. obliga. l. ſtipulationum. ij.

a Iudiciales. quã do iudex cognoſcit de aliqua cauſa, & pendente cauſa incidẽti facit interponere cautionem. & dicuntur iudiciales à iudice.

b Prætoriæ. quãdo nõ aditur iudex alia de cã ſed principaliter vt talis cautio interponatur: veluti damni infecti & cautio legatorũ præſtandorum: & talis eſt differentia

iudiciales a, aliæ prætoriæ b, aliæ conuentionales c, aliç cõmunes d, tam prętoriæ, quã iudiciales. Iudiciales e ſunt dũtaxat, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio f, vel de perſequendo ſeruo g, qui in fuga eſt, reſtituendove h p̃tio. Prætoriæ i ſunt, quæ à mero k prætoris officio proficiſcuntur: veluti dãni infecti l, vel legatorum m. Prętorias autẽ ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiã cõtineantur ædilitiæ n †. nam & hæ à iuriſdictione prætoris veniunt o. Conuentionales ſunt, quæ ex cõuentione vtriuſq; partis cõcipiuntur: hoc eſt, neq; iuſſu iudicis, neq; iuſſu prętoris, ſed ex conuentione contrahentiũ, quarũ p totidem genera ſunt, quot (penè q dixerim) rerum contrahendarũ r. Com-

inter ea quæ dicta ſunt. Sed cum hic ponatur prętoriæ, vt ſpecies oppoſita iudiciali: quare. ff. de pręto. ſtip. l. j. in prin. ponitur vt genus? Reſpon. ibi, aliter accipitur iudicialis: ſcilicet * à iudicio: hic à iudice: vt. ff. manda. l. Lucius. ADDITIO. Gloſ. iſta nõ intellexit bene differentiam: ſed melius dicit. j. eo. in verbo, veniunt. Chriſtophorus.

c Conuentionales. quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum eſt & planum.

d Communes. veluti rem pupilli ſaluam fore: quia principaliter poteſt adiri iudex vt interponatur cautio, cum pupillus habet tutorem, qui non ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore: & ſic dicitur prætoria. Poteſt vero adiri iudex non principaliter: vt cautio illa interponatur, ſed ex alia cauſa: veluti cum pupillus non habet tutorem, poteſt petere coram iudice, & iudex qui dat tutorem, ex officio ſuo facit interponi cautionem rem pupilli ſaluam fore: & ita dicitur iudicialis. Item quidam dicunt illam cautionem rem ratam haberi, eſſe communem: quia quandoq; interponitur à procuratore actoris: quãdoq; à procuratore rei: vt. ff. de procur. l. Pomponius. §. ſed & is qui. Vel alia ratione dicitur communis: veluti cum procuratorio nomine quis alium cõuenit iudex ex officio ſuo debet facere, vt cautio rem ratam haberi, interponatur: & tunc eſt iudicialis. Prætoria, eſt quando quis promiſit mihi quod promitteret rem ratam haberi: modo volo, quod promittat: & ſic principaliter ad iſtam ſtipulationem vado ad prætorẽ vt ipſa interponatur. Reſiduũ gloſ. (quæ in alijs impreſſionibus hic communiter ponitur:) in fine gloſ. huius tituli habetur.

e Iudiciales. ſcilicet ſtipulationes.

f De dolo cautio. vt ſi ago pignoratitia: caueas ne ſeruitutes dolo perdideris, vel rei ius in aliquo læſeris: vt. ff. de pig. act. l. creditor. Item ſi rei ven. agam pro re quam vſucepiſti: iam lite conteſtata caues de dolo, ne alienaueris, vel manumiſeris ſeruum: vt. ff. de rei ven. l. ſi poſt. ſic &. ff manda. l. ſi procuratorem. §. pe. et. l ſeq.

g De perſequendo ſeruo. vt ſi metu mihi abſtuliſti ſeruum, quem poſtea perdideris: caueas de eo perſequẽdo, vel eius pretio reſtituendo: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. verſic q ſi homo. Item emptor qui redhibet, & non habet ſeruum quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de perſequendo ſeruũ: vt ſi habere poterit, illi reſtituat: vt ff. de ædil edic. l. redhibere. §. fina. ſic &. ff de condic. cau. da. l. ſi pecuniam. §. penulti.

m Vel legatorum. vt. ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l. prima. primo reſpon.

n Ædilitiæ. ſ. ſtipulationes: vt ſi animal tibi vendo, de vitijs eius cauere debeo: vt. ff. de ædil. edic. l. itaque. & l. ſi venditor.

o Veniunt. cum ædiles erant ex prætoribus: vt. ſ. de iure na. §. proponebant. Sed quæ erit intelligibilis differentia inter prætorias & iudiciales: cum hoc titu. accipiatur prætoria & iudicialis? Rñ. quia prętoria prætore mortuo inducta eſt: ſed iudicialis à iuriſcõſultis alijs. Item in prætoria inuenies iudicem ob hoc ipſum principaliter adiri: ſed in iudiciali per cõſequentiam: vt patet ex ſupradictis exemplis. Item iudiciales vagæ ſunt per totum corpus iuris: ſed prætoriæ licet & ipſæ ſint vagæ: comprehenſæ tamen ſunt ſimul in vno tit. vt. ff. de præto. ſtipu. l. j. Item potes notare quartam differentiam vt notatur. ff. de verbo. obliga. l. v. §. ij. ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens: quia prætoriæ ſunt, quæ per ſolum iudicem ordinariũ interponũtur: & iudiciales quæ per quemlibet alium iudicem.

Conuentionales ſunt, quæ &c. CASVS. Quæſiui à Iuſti. quæ eſſent ſtipulationes conuentionales? Et reſpon. q illæ ſunt ſtipulationes conuentionales, quæ ſunt vel fiunt ex conuentione contrahentium: hoc eſt, neq; iuſſu prætoris, neque iuſſu iudicis ordinarij. Sed domine, quot ſunt genera conuẽtionalium ſtipulationum? Reſpon. q tot fere ſunt, q dicimus eſſe genera rerum contrahendarũ, & in quibuſdam valet contractus: verbi gratia, venditio in quibuſdam valet, in quibuſdã non valet ſtipulatio. ff. de contrahen. emp. & vend l. & liberi. & l. liberi hominis. §. fina. & j. titu. proxi. j. reſpon. Franc. de Are.

p Quarum. ſcilicet conuentionalium.

q Pene. ideo dicit pene: quia in quibuſdã valet alius contractus: vt venditio in libero homine, & ſimilibus: vt. ff. de cõtrahen. emp. l. & liberi. & l. liberi hominis. & j. de contrahen. emp. §. fina. in quibuſdam non valet ſtipulatio: vt. j. titu. j primo reſpon. §. j.

r Rerũ contrahendarum. ſ. eſſe genera. i. quot poſſumus dicere eſſe genera contractuum, tot ſunt genera ſtipulationum, id eſt vbicunq; poteſt contrahi, ibi poteſt ſtipulatio interuenire. nam ſtipulatio proprie non eſt contractus: vt. ff. de verbo. ſigni. l. Labeo.

Cõmunes ſunt &c. CASVS. Quæſiui à Iuſti. quæ eſſent cõmunes ſtipulationes. Et ipſe rñ. dicens q cõmunes ſtipulationes ſunt veluti rem pupilli ſaluã fore.

† Merum officiũ hic vocat, qđ vulgo dicitur nobile. Nec aliud ſignificat hoc loco, Merũ, quam ſolum. Itaq; Theophilus tranſtulit hic μόνον. Fran. Balduin9 hic.

* Hęc Balduí. nõ placet, quem tamen hic videto.

Cautio rẽ pupilli ſaluã fore, eſt cõmunis.

Cautio rẽ ratam haberi, eſt cõmunis.

† Harũ ſtipulationũ Aedilitiarum mẽtio eſt apud Varronẽ de re ruſt. lib. j. Emptor, inqt ſtipulatur priſca formula ſic, Illaſce oues, quade re agitur, ſanas recte eſſe. vti pecus ouillũ: quod ſanũ recte eſt extra luſcũ, ſurdam mi nam, ideſt ventre glabro: neque de pecore morboſo eſſe, habereque recte licere: hæc ſic recte fieri ſpondes.

Stipulationes prætoriç & iudiciales multipliciter differunt.

Hãc quoque damnant aliq vt per Io. Fabr hic: qa de dã. infect. quãuis ſit prætoria per quemlibet eũ magiſtratũ expediri poteſt: vt. l. j. & l. iiij. §. j. ff. de dã. infe. niſi forte dicat ibi ſpeciale propter periculum moræ. Ang.

Stipulatio enim quæ interponitur rem pupilli ſaluam fore, eſt communis: quia & prætor mortuus præcepit hanc cautionẽ interponi: & iudex viuus hoc exequitur, ſi aliter res huiuſmodi nõ poſsit expediri. Similiter ſtipulatio de rato eſt cõmunis. quia prætor mortuus præcepit, ꝙ caueret de rato à procuratore actoris: & quãdoq; præcepit iudex viuus, ꝙ caueatur de rato. Alio etiã modo dicitur cautio de rato cõmunis, quia interponitur à ꝓcuratore actoris proprie: & quãq; à ꝓcuratore rei dicitur: vel quãdoq; interponitur in iudicio, & quãq; extra: vt hic habes in gloſ.

Cautio petitur à tutore quandoque principaliter, quãdoque incidẽter.

munes [a] ſunt, veluti rem ſaluam fore pupillo (nam & prætor [b] iubet, rem ſaluam fore pupillo, caueri: & interdum iudex [c], ſi aliter hæc res expediri nõ poteſt [d]) vel de rato [e] ſtipulatio.

TITVLVS XX.

DE INVTILIBVS STIPVLAtionibus.

Stipulatio rei, quæ non eſt, nec eſſe poteſt in rerum natura, non valet: ſecus ſi poſſet in noſtro dominio haberi. Aretinus.

OMnis res, quæ dominio noſtro ſubijcitur [f], in ſtipulationem deduci poteſt: ſiue mobilis [g] ſit, ſiue ſoli. At ſi quis rem, quæ in rerum natura [h] non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichũ, qui mortuus ſit, quem viuere credebat [i]: aut hippocentaurũ [k] †, qui eſſe non poſsit: inutilis [l] erit ſtipulatio.

Stipulatio rei, quæ in dominio noſtro nõ eſt, vel quæ eſt, ſed poſtea deſinit, licet poſsit effici in noſtro commercio, non valet: ſiue purè, ſiue conditionaliter fuit concepta. Aretinus.

Suprà inſtitu. de verborum obli. dixit in genere de ſtipulationibus interpoſitis ab vno: verùm quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures perſonæ interueniunt, & ſunt duo rei: ideo ſubiecit titulũ de duobus reis. Verùm, quia non tantùm ſtipulatio interponitur à libero, ſed etiã à ſeruo: ideo ſubiecit titulum de ſtipulatione ſeruorum. Verùm quia ſtipulatio non eſt ſimplex, ſed multiplex: ideo poſteà annectit titulum de diuiſione ſtipulationum vt infra titu. proxi. Verùm quia aliquando ſtipulatio eſt inutilis, & quia in hoc poteſt contingere multis modis: ideo ponit hoc iſtum titulum, de inutilibus ſtipul. Ange. Aret.

a Cõmunes. abnegatiue lege. i. nõ prætoriæ tantum, vel iudiciales tãtũ, vel conuẽtionales tantum: ſed partim ex vno, partim ex altero naturã accipiunt. Nam ſi non cauerit tutor pupillo, hoc ipſum peti poteſt: & quo ad hoc habet naturam prætoriæ: ſi petitur tutor, & per cõſequẽs præſtatur ſatiſdatio, in hoc habet naturã iudicialis: vt. ff. de ſatiſda. tuto. §. j. Sed de hoc dic plenius: vt. ff. de ver. obli. l. v. §. prætoriæ. vbi eſt hic tit. de verbo ad verbum. Item ſi petat hæc ſatiſdatio ab altero tutorum vel curatorum: ex conſequẽtia petitur, & non præciſe: vnde & in hoc habet naturã iudicialis: vt. ff. de admi. tut. l. iij. §. reſpon. & .ſ. de ſatiſd. tut. vel cur. §. j. & §. ij. Vel dic cõmunes alio modo: vt. j. eo. §. ſed ſecundũ hoc omnis ꝓtoria poteſt eſſe cõmunis. ADDITIO. Dic quod hæc gloſ. ſecuta fuit errorẽ ſuũ, ꝙ illa appellatur cautio prætoria, propter quã interponẽdam iudex principaliter aditur: illa vero appellatur iudicialis, ꝓpter quam interponendam iudex non principaliter, ſed in conſequentiam aditur, quæ opinio ibi fuit reprobata, ſecundum Chriſtophorum.

b Prætor. ſ. mortuus: cuius verba non habemus, ſed ſententiam: vt. ſ. de ſatiſda. tuto. in prin. & §. j.

c Iudex. ſcilicet viuus.

d Nõ poteſt. Quia ſponte nõ vult ſatiſdare ex ꝓcepto mortui ꝓtoris: vnde inuitus cõpellitur à iudice viuo.

e De rato. hæc eſt cõis alia cauſa, quã ſuperior. nam hæc eſt conuẽtionalis quãq;: vt ſi fiat extra iudicium ex conuẽtione: vt. ff. rem ra. hab. l. interdum. Itẽ iudicialis quando interponitur à procuratore actoris: cũ dubiũ eſt, an ſit procurator: vt. C. de ꝓcu. l. j. & de ſatiſda. l. j. alias nõ poteſt res expediri, cum non admittatur: vt. j. de ſatiſd. §. pe. Alij dicunt eã communẽ ſ. de rato: quia à procuratore rei præſtatur quãq;, nõ ſolũ actoris, vt. ff. de ꝓcu. l. nõ ſolum. §. ſi ſtatus. & §. eſt & alius caſus. & §. vlti. & l. Pomponius. §. ij. & l. ſi defunctus. §. vlti. Accurſius.

Cautio de rato eſt cõmunis.

ADDITIO. Et hæc melior, & ideo dicãtur cõmunes, quia partim per prætores, vt in ꝓcuratore actoris: partim per iuriſcõſultos: vt in procuratore rei, fuerint inuẽtæ, vt hic. Cautio autem, quæ ex forma ſtatuti inducitur: ſi ſit factum à toto populo, vel repreſentãtibus ipſum, dicetur ciuilis. Si vero ab epiſcopo, duce vel marchione: dicetur prætoria. Ang.

Cautio è ſtatuto inductaan ſit ciuilis, an prætoria.

DE INVTILIBVS STIpulationibus.

OMnis res. Quoniã iſte tit. eſt valde longus, & habet plurimos. §§. & vnuſquiſq; habet materiã de per ſe, ideo nõ diuidam: qa eſſet valde longa diuiſio. CASVS. Quæſiuit à Iuſtin. ſuper qbus rebus poſſet fieri ſtipulatio. Rñ. dñs Iuſti. ꝙ ſup illis quę dñio humano ſubijci poſſunt: ſiue illa res ſit mobilis, ſiue immobilis: dum tñ ſit ſubijcibilis cõmercio humano. Sed ſi quis ſtipulatus fuerit ſibi dari, ꝙ nõ eſt in rerũ natura, licet fuerit, puta Stichum iam mortuum, aut rem quæ eſſe nõ poteſt, puta hippocentaurum. nõ valet ſtipulatio. h. d. Franc. de Are.

f Subijcitur. i. ſubijci poteſt. Sunt enim quædã res, quæ non poſſunt eſſe in noſtro dominio: vel quia nec ſunt, nec fuerunt, ſcilicet in rerum natura: vt. j. pxi. §. vel ſi ſunt, impoſsibile eſt de natura: vt in Sole, & Luna, & ſimilibus: vt. j. eo. §. ſi impoſsibilis. vel de facto, vt aureum montem: vt. ff. de ſtatulib. l. cum hæres. §. j. vel de hominum diſpoſitione: vt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ, & publicæ, & in vſu publico exiſtentes: & aliæ ſimiles: vt liber homo ex ſui natura, vt. j. pxi. §. & .ſ. de rerũ diui. §. reſpon. & §. nullus. & ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Accur.

g Mobilis. cuius appellatione & per ſe mouentia, vt equi, contineantur: vt. ff. de verborum ſigni. l. mouẽtium. Accurſius.

h In rerum natura. i. apud aliquos homines. ſic. ſ. de verb. obli. §. conditiones. Accur.

i Credebat. maxime ſubaudi. nam idem ſi ſciret mortuum, niſi mora debitoris preceſsiſſet mortem: vt. ff. de conſtit. pec. l. promiſſor. & ff. de verbo. obli. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. quæ eſt contra. ADDITIO. Et tunc res ipſa & in ſtipulationem, & in petitionem & in condemnationem deduci debet: in eius tamẽ æſtimationem fiet executio. l. ſi ſeruum §. effectus. vbi gl. in verbo poſsit. & doct. ff. de verb obli. Ang.

k Hippocentaurum. animal forte natum ex equa & tauro: quod nunquam fuit viſum. vnde Horatius. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit &c.

l Inutilis. i. vitioſa, quia contra Ius eſt.

† Hippocentaurus eſt homo equo mixtus, ab hippos, di eſt equus, & centein i. pungere vide Diodo. & Verri. in. vj. Hiero. i vita Pauli dicit cẽtaurũ ab Antonio viſum. Pli. l. vij. ait ſe vidiſſe hippocẽtaurum in melle allatum Claudio principi ex Aegypto. ergo contra hunc text. q dicit impoſsibile eſſe centaurum reperiri. tu cogita. Aeg. per.

Dominiũ in quibuſdam rebus habere nõ poſſumus.

Iura autẽ & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione cõtinẽtur: & ſunt quædam ſpecies de per ſe, quæ ſecundum rẽ cui adijciuntur, mobilia vel immobilia eſſe iudicantur, ſecundum Ang.

Idem iuris eſt [a], ſi rem ſacram [b], aut religioſam [c], quam humani iuris eſſe credebat: vel publicam rem, quæ vſibus [d] populi perpetuò expoſita ſit: vt forum [e], vel theatrum [f]: vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe crebebat [g]: vel cuius cõmercium [h] non habuerit: vel rem ſuam [i] dari, quis ſtipuletur.

Annota, Euentum rei ad quem præſens ſtatus non tendit, nequaquam conſiderandum.

Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus [k] inutilis eſt †.

Annota, Etiam quod à principio valuit, ſi ad eum perueniat caſum à quo initium ſumere nequit, vitiari.

Item contrà [l], licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit: ſi tamẽ poſtea in aliquã eorũ cauſam [m], de quibus ſuprà dictũ eſt ſine facto [n] promiſſoris deuenerit:

Idem iuris &c. CASVS. Supra dictũ eſt quod inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ſtipulatur dari ſibi hippocentaurum, qui eſſe non poteſt. Similiter inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ſtipulatur dari ſibi rem ſacram vel religioſam, quam credebat eſſe humani iuris: vel publicam, quæ publico vſui deputata eſt: vt forum, vel theatrũ, vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat: & rẽ cuius commercium haberi non poteſt: vel rem ſuam ſibi dari. & ſi dicas, videtur quod iſtæ ſtipulationes non debent eſſe, vel dici inutiles: ſed magis in pendẽti, eo quod illud, quod modo publicum eſt, poteſt priuatum fieri, & ex libero homine poteſt ſeruus fieri: & ſic de alijs. & ſic ſtipulatio poteſt valere, nihil dicis. Stipulatio enim, cum iuribus nitatur, ex præſenti illicito valet, vel inutilis eſt, & hoc dicit. Supra dictum eſt, ꝙ ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari liberum hominem: non valet ſtipulatio, licet poſtea factus fuerit ſeruus, vel ſi aliquis fuerit ſtipulatus dari ſibi rem ſuam: licet poſtea aliena facta fuerit, non valet ſtipulatio: vel econuerſo ſi fuerit aliquis ſtipulatus rem alienam ſibi dari: ſi poſtea facta fuerit ſua, non valet ſtipulatio. Similiter ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari rem priuatam, & poſtea fiat ſacra: & ſic de alijs, nõ valet ſtipulatio. Quotieſcunq; enim ſine facto promiſſoris illud quod ſtipulatur, deductum eſt in eum caſum, à quo incipere poſſit, non valet ſtipulatio. Scire enim debes, quod ſi ego ſtipulor mihi dari rem ſacram, vel religioſam, vel liberum hominem, non valet ſtipulatio. Sed pone quod ſic dicam, Promittis mihi Petrũ, qui liber eſt, cum fuerit ſeruus: vel rem ſacram, vel religioſam cum facta fuerit priuata, & ſic de alijs: quid iuris erit? certe non valet ſtipulatio. Quæ enim de natura ſui à dominio noſtro exempta ſunt, nullo modo in ſtipulationem deduci poſſunt. & h. d. Fran.

a Idem iuris eſt. ſ. vt ſit inutilis. Accur.

Sacræ rei vẽditio valet inter ignorantes. Aliena res vendi poteſt, ſed nõ obligari.

b Sacram. licet nõ valeat ſtipulatio, vt hic: valet tamen venditio inter ignorãtes, vt actio detur: vt. j. de cõtrahen. emp. §. fi. & ff. de cõtrah. empt. l. liberi. & l. ſed Celſus. Sed quæ eſt ratio? Reſpond. quia in venditione non eſt neceſſe transferri dominium, in ſtipulatione ſic: vt ff. de contrahen. emp. & vend. l. ſi ita. §. fi. & in gloſ. fina. Hæc eſt ſimilis ratio, quare quis poteſt rem alienam vendere: vt. ff. de contrahend. emptio. l. rem alienam. ſed non obligare: vt. C. quæ res pignor. obliga. poſſ. l. qui filios[1]: quia in pignore debet ius conſtitui creditori, quod ſibi det hypothecariam actionem in venditione ſola traditio cum obligatione euictionis ſufficit: vt. ff. de pign. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & de actio. emp. l. ex empto. Accur.

1 Nã ſi ſit bonę fidei poſſeſſor. vt. l. ſi ab eo. ff. de pigno. & eſt ratio: quia ille reputatur quaſi dominus: vt. j. de actio. §. alius.

c Religioſam. hæc verba, ſacram & religioſam, expone: vt. ſ. de re. di. §. nullius. & §. religioſam.

ADDITIO Dic hoc verum, quando res in totũ eſt ſacra vel religioſa: ſi autẽ eſſet pro parte: an valeat ſtipulatio, emptio, vel alia diſpoſitio: vide. l. hanc. & l. in modicis. ff. de contrahen. emp. Ang.

d Vſibus. alias ſi non eſſet in vſu publico, poteſt alienari: vt. ff. de contrahen. empt. l. ſed Celſus. j. reſpon. & l. pacta. §. fi. ſic. ff. de via publica. l. viam.

e Forum. ſ. vbi redditur ius: vt. ff. de iuſti. & iur. l. pe. vel rerum venalium. Sed forus eſt burſa. Accur. — Forum & forus.

ADDITIO Itẽ forus dicit locus exercendarũ litiũ: vt cap. forus. extra de verb. ſig. Itẽ calcatorium. i. locus, vbi vua calcatur: quod pede calcantis feriatur. Dicũtur etiam fori tabulata nauiũ ab eo quod inceſſus ferant. Itẽ ſpectacula, hoc eſt loca erecta, vt ex his ſpectetur. Itẽ forus, dicitur foramẽ illud, per quod remus immittitur, à forãdo. Vnde verſus, Cauſatur, venditq; forum, ſignatq; foramen: Alta fori, loca ſunt, datq; carina foros. Hoſtien. dicit, quod forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiuſq; iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos homines animaduertere. vnde tota diœceſis dicitur territoriũ epiſcopi. xvj. q. vij. omnes Baſilic.

† Cõcor. cum hoc text. ca. ad audientiã. iuncta gl. ſuper ver. habere. circa mediũ. extra, de ſpõſa. Cõmerciũ, cõprehẽdit omnes cõtractus.

f Theatrum. expone: vt. ſ. de rer. diui. §. vniuerſitatis. Accur.

g Credebat. idẽ ſi ſciebat: vt. j. proxi. §. & ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ibi, caſum enim &c.

h Commercium: generale nomen eſt ad omnes contractus. Vnde dicitur aliquis habere commercium rei, quando per emptionẽ, vel alio modo poteſt eam habere, quare Iudæus non habet cõmercium Chriſtiani mãcipij: vt. C. ne Chriſtian. man. Iud. &c. vnde ſi Iudæus Iudæo promittit tale mancipium, non valet: vel Chriſtia. Iudæo: vt hic. ſi autem Chriſtiano promittat Iudæus, valet: vt. ff. de verb. obli. l. multum intereſt. & de leg. j. l. apud Iulia. §. ſi.

i Suam. nam cum ſua ſit, plus ſua fieri non poteſt: vt ſ. de leg. §. ſed ſi rem. & j. de act. §. ſic itaq;. niſi ratione poſſeſsionis apud alium conſtitutæ: vt. ff. de contrahẽ. emp. l. ſi in emptione. §. iij. vel niſi ſub cõditione, dum tamen adueniente conditione ſtipulatoris res eſſe deſierit: vt. ff. de verbo oblig. l. ſi rem meam. & l. exiſtimo. — Stipulatio rei ſuæ an valeat.

k Protinus. i. ſtatim: quia pura ſtipulatio ſuſpẽdi nõ poteſt: vt. ff. de ſtipu. ſeruo. l. vſusfructus. ſecus in alijs actibus viuorum: vt. ff. com. præ. l. ſi in ſi. Accur. — Stipulatio pura nõ ſuſpenditur, ſed bñ alij actus.

ADDITIO Puta per euentum confirmationis, quæ ex poſtfacto fieri poteſt: ſed tamen ipſe actus in veritate non pendet, ſicut nec ſtipulatio: ſed interim vel eſt nullus: vel ſola ipſius qualitas, puta dominij translatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur. & hæc vera in actibus puris.

l Item contra ſ. contrario. nam ſupra dixit, quando ab initio res erat ſacra vel ſimilis, ſed poſtea deſijt. nũc econtra, quando prius non ſacra, ſed poſtea ſit.

m Eorum cauſam. i. ſacra, vel religioſa, vel ſimilis: vt ſ. proxi. §. Accur.

n Sine facto. quod eſt cum erat res aliena: alias ſi ſua ſemper ſuo facto factum videtur, etiã ſi alienauerit poſt tempus ſtipulationis. Idẽ & ſi erat aliena: dummodo poſt moram: vt. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. ſ. & ij.

extinguitur [a] ſtipulatio. Ac nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? & ſimilia [b], quæ enim natura ſibi dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem [c] deduci nullo modo poſſunt.

Alieni facti promiſſio inutilis eſt: facti autem proprij, vtilis.

Si quis alium [d] † daturū, facturum've quid promiſerit, non obligabitur [e]: veluti, ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd ſi effecturum [f] ſe, vt Titius daret, ſpoponderit: obligatur.

Stipulari nemo poteſt vt alteri (quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit) aliquid detur, aut fiat.

Si quis aliŋ, quàm ei, cuius iuri [g] ſubiectus ſit, ſtipuletur: nihil agit [h].

Adiecto ſolutioni obligatio nō quæritur, ei tamen rectè ſoluitur: taliſq; ſolutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione propoſita ſtipulanti, quod accepit, reſtituere.

a Extinguitur. Arg. contra. ſ. de leg. §. ſi quis debitori. verſi. quod ſi viuo.

b Similia. puta rem ſacram. cū erit profana, & ſic de ſingulis. ſ. ſacra vel religioſa: vt. ſ. proxi. §.

c In obligationem. ſ. iſtam, hoc eſt ſtipulationem.

Si quis. CASVS. Quidam promiſit, quod dominus epiſcopus daret mihi decem. valet ne iſta ſtipulatio? Dicitur quod non: quia videtur factum alienum promiſiſſe. ſi tamen promitteret ſe facturum, vel præſtaturum vel procuraturū, quod alius aliquid mihi faceret, factum ſuū promittere videtur: & ideo ſtipulatio valet: & ex ea obligatur. & hoc dicit. Et ad inſtantiā illam, quæ ponitur in gl. contra regulā iſtam de eo qui cauit dominum ſuum rem ratam habiturum, reſpondet, non videtur factum alienum promiſiſſe: ſed intereſſe rei, qui conuenitur, ſi dominus ſuus pro quo agit, ratum nō habeat. & ſimiliter eſt in alijs inſtantijs. Fran.

d Alium. prorſus extraneum.

e Non obligabitur. & eſt ratio: quia nemo alienum factum promittere poteſt: vt hic, & ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. in princi. niſi pœna promittatur: vt. j. eodē. §. verſa vice. niſi in caſibus, in quibus præſumit lex intereſſe promitti, niſi fiat, vt in cautione iudicio ſiſti: vt. ff. de ver. ob. l. quoties quis. Itē in ſtipulatione iſta, habere licere: vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. j. reſpon. Item in ſtipulatione de rato: vt. ff. rem ratam hab. l. in ſtipulatione. Itē in ſtipulationibus ædilitijs, vt ſanum eſſe ſeruum venditū, vel non furem, & ſimilia: vt. ff. de euict. l. ſi ita quis. Itē in ſtipulatione rē pupilli ſaluam fore. nā cum ſit prætoria, exigitur fideiuſſor. vt. ff. de præt. ſtipu. l. prætoriæ. Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiuſſore: Promittis rem meam ſaluam fore per tutorem vel curatorē? nam & his verbis ab eis ſtipulatur: vt. ff. rem pup. ſaluam for. l. j. & l. cum pupillus. Præterea nonne quis ſemper promittit per ſe & ſuos hæredes ad facta, quæ per alium poſſunt explicari: vt. C. de contrahē. ſtip. l. ſi. licet cōtra ſit, ſi non poteſt per alium fieri: vt. ff. eo. de verb. obli. l. centeſimis. §. id quod. & C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autē? Reſpō. Non eſt alius hæres, quam teſtator: imo idē præſumitur: vt in auth. de iureiur. à mo. præ. §. j. col. v.

Adde ſecundum Ang. alios caſus: puta quando promittit aliū dare vel facere id, ad quod promiſſor tenebatur. Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo, quo poteſt: vt. l. cum pater. §. filius. ff. de leg. ij. Ang.

f Effecturū. tunc enim ſuum factū manifeſte promittit. Idem ſi dixit ſe curaturum: vt fiat: vt. ff. ſi cert. peta. l. fina. § fina.

Si quis alij. Pone, quod ego ſtipuler dari ei centū, cuius iuri nō ſum ſubiectus: valet ne iſta ſtipulatio? Et rñ. Iuſti. ꝙ non, cōſiderata ſtipulationis natura. Inuenta enim fuit ſtipulatio, vt per ſtipulationē vteriuſq; ſibimet aliquid acquirat. Sed licet ſtipulādo extraneo aliquid acquirere nō poſsimus: tñ in perſonā alterius ſolutionē poſſumus cōferre. Verbi gratia, ꝓmittis mihi x. aut Seio: & tūc bene valet hæc ſtipulatio. Obligatio enim mihi ſtipulanti acquiſita eſt: ſolutio tñ poteſt fieri adiecto, me inuito: & cōtinget promiſſoris plena liberatio. Cōpetit tñ ſtipulatori contra adiectum actio mandati propter id, quod ſolutum eſt. h. d. Extra caſum, no. ſpecialē caſum, in quo ſi ſoluat debitor alij, quam ei cui ſoluere debet: puta adiecto ſ. alternatiue, liberatur. No. quod vox patris eſt vox filij, & econtra. Franc. de Aret.

g Iuri. ſ. dominio vt ſeruus dño, cui acquirit: vt. ſ. per quas per. no. acqui. §. itē nobis. Itē reuerentia paterna, vt filius patri: vt. ſ. per quas per. no. acqui. §. j. Item obediētia: vt monachus monaſterio cui quęrit, & ſe & alia: vt in authē. de monach. §. illud. col. j. Idē dicas de ſeruo fructuario. Idē de vſuario. Idē de ſeruo bona fide poſſeſſo: & libero bona fide poſſeſſo, qui ex duabus cauſis quærunt: vt. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. de his. §. idem placet.

h Nihil agit. & eſt ratio: quia inuētæ ſunt &c. vt. j. e. §. alteri. & ff. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Fallit tñ in caſibus xvj. In primis, vt ſi ſtipulātis interſit: quia ſit tutor eius cui ſtipulatur rē pupilli ſaluam fore. Secūdo, quia procuratori ſtipuletur dominus. Tertio, ſi ſtipulat̄ creditori: vt. j. e. §. ſed ſi quis ſtipuletur. verſ. & ſi creditori. & ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & §. ſi quis inſulā. Quarto fallit in omnibus prętorijs ſtipulationibus: vt. ff. de pręt. ſtip. l. in omnibus. vt eſt dāni infecti. ff. de dā. infe. l. dāni. §. ſi. Itē iudicatū ſolui, & ſimiles: vt. ff. de proc. l. in cauſæ. §. ſi. Itē fallit in procuratore pręſentis: vt. ff. de verb. ob. l. ſi procurator. & ff. de procu. l. quod procurator. Itē fallit in actore municipū: ex cuius pacto quæritur municipibus. Itē in curatore furioſi, & cōſimilium perſonarū, & tutoribus: vt. ff. de cōſti. pe. l. cum qui. §. ſi actori. Itē fallit in inſtitore. nā ſibi actio ex pacto inſtituti quæritur: vt ff. de inſtito. l. j. in ſi. & l. ij. Itē fallit in iudice, vel notario, vel ſimili perſona publica: ex quorū pactis & ſtipulationibus alteri quærit̄: vt. ff. rē pup. ſal. for. l. ij. iij. & iiij. j. rñſ. & in auth. de execu. & ijs qui cō. § j. col. vij. & in auth. de hær. ab int. § ex his. colla. ix. Itē fallit in creditore. ex cuius pacto quærit̄ actio debitori: vt. ff. de pig. act. l. ſi cum vēderet. j. rñ. Itē fallit, ſi auus paciſcat̄ dotē reddi nepti, quā iam in poteſtate nō habet: vt ff. ſo. ma. l. Caius Seius. Itē fallit in procuratore vendētis: vt. ff. de ac. emp. l. Iulia. §. ſi procurator. Itē fallit in deponēte, ſi paciſcat̄ alij rē reſtitui. Itē fallit in cōmodāte faciēte ſimile pactū: vt. ff. depo. l. publia. & C. ad exhi. l. ſi res. Itē fallit in donāte ſimile pactū faciēte in euentum alicuius cōditionis: vt. C. de do. quæ ſub modo. l. quoties. Itē fallit, ſi pater ſtipuletur filio, vel alij poſito ſub ſua poteſtate poſt mortē ſuam. ſ. patris. Nā & filio quęritur, licet hęres nō ſit: vt. ff. de verb. ob. l. quicunq;. §. ſi quis ita. Si vero pure & non poſt mortē: ipſi ſtipulāti quęrit̄ vt. ff. de verbo. ob. l. dñs ſeruo. His enī caſibus ex pacto vel ſtipulatione alterius, alteri quęrit̄, nō aliās: vt hic, & C. per quas perſ. no. acquir. l. j. Cum enim ſint ſpeciales, nō ſunt trahēdi ad conſequētiā: vt ff. de leg. & ſenatuſcō. l. quod vero. Sed M. dicebat hos caſus facere regulam: & ſi quis caſus eſſet cōtra illud, ſpecial

Tu vero dicas, ideo ibi actū nō vitiari, licet in eum caſum perductus eſſet, abs quo cœpiſ ſe non potuit, quod ille caſus ad eundem finem pertinebat ad quē & cauſa ipſa, nē pe vt legatū valeret, ſecundum Por.

Facit ad hūc. §. qđ dicitur in cap. ex reſcripto. in gl. ſi. in ſi. extra de iureiu.

Factum alienum qñ que licite promittitur.

Et hoc iō ibi quia pceſsit cō tractus emptionis de cuius natura tenetur ex facto omniū emā extraneorū, puta de euictione, ſecundū Angel. ſecundū Io. Fa. contra qa etiam tunc nō, niſi de facto ſuo, vel hæredis tenet̄, niſi vel ꝗti intereſt, vel pœna ꝓmiſerit.

Stipulatur alter alteri xvj. modis.

Etiam ſi ſonuet verba in perſona domini. & eſt ratio authoritas iudicialis per quā interponūtur. ff. de diui. ſtipu. circa prin. Ioā. Fab.

Nec refert in cuius perſona verba concipiātur vt per Ioā. Fab. hic.

Hoc operatur dominiū rei, quod eſt i perſona illius, cui ſtipulat̄. Ex quo colliges ſtipulationem alteri factā ſup re ſua valere, & tenere, ſecūdū Chr.

ſpeciale eſſet: & quod hic regulariter dicitur, &. j. eo. §. alteri. & C. per quas perſonas nobis acqui. l. j. dicebat iure directo non valere, ſed vtiliter acquiri poſſe. & ſic ſecūdum cum ſemper ex pacto alterius quæritur: quod falſum eſt, cum parū intereſſet, directo, an vtiliter quęreretur, vt. ff. de ne. geſt. l. actio. Accur.

Planè ſolutio etiam in extraneam perſonā conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, Mihi aut Seio dare ſpōdes? vt obligatio quidem ſtipulatori acquiratur[a]: ſolui tamen Seio[b] etiam inuito eo[c] rectè poſsit, vt liberatio ipſo iure contingat[d]: ſed ille[e] aduerſus Seium habeat mandati[f] actionem.

Si quis ſibi & alteri copulatiuè ſtipuletur, dimidia tantùm ſtipulatoris debetur.

Annota, Ea eſt ratio nam extranei adiectio inutilis, vtilem pro parte ſtipulatoris vitiare non debet ſtipulationem. Vtile enim per inutile nequaquam vitiatur.

Quòd ſi quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus nō ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet[g] quidem ſtipulatio: ſed vtrū totum debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, non plus[h], quàm dimidiam partem ei adquiri.

Si pater ſtipulatur filio, acquiritur ſibi. Aret.

Ei verò, qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris[i]: qa vox tua, tanquā † filij † ſit[k]: ſicuti & filij vox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi adquiri[l] poſſunt.

Reſponſio interrogationi nō conueniens ſtipulationem nullam efficit: & qui interrogatis ſimpliciter reſpondet, cum omnibus interrogationi connexis qualitatibus reſpondiſſe cenſetur quandoquidem ad omnia in interrogatione deducta refertur ſimplex reſponſio.

a Acquiratur. ſcilicet tantum.

b Seio. non tamē hęredi eius: vt. ff. de verbo. obli. l. cum quis. Item hoc intellige ſtatu huius adiecti nō mutato, alias contra: vt. ff. de ſol. l. cum quis. Item hoc intellige ante litem conteſtatam à ſtipulāte, alias contra; vt. ff. de ſolutio. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decē. §. primo. Item licet ſolui poſsit adiecto, nō tamē agere poteſt adiectus: vt ff. de conſti. pecu. l. ſed & ſi filiofam. in fin. & l. ſi vero.

Solutio an poſsit fieri adiecto.

c Inuito eo. qui ſtipulatur.

d Contingat. niſi in caſu: vt. ff. de eo quod certo loco. l. iij. §. idē Iulia. Sed ibi facta fuit ſolutio alibi, quam fieri debuit: vnde venit intereſſe, vt. ff. de actio. §. loco. in quo non potuit domino præiudicare accipiendo ſortem adiectus: vt. ff. de regu. iur. l. non debet. licet & ipſe dominus poſſet: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. centum. in fi. & l. fina. in fine.

e Ille. ſcilicet ſtipulator.

Adiectus cui ſoluit, diuerſa actione tenetur.

f Mandati. nunquid adiectus mandati ſemper tenetur? M. dicit quod ſic, vt hic, & ff. de verb. obli. l. Iulia. §. fina. Nam ſemper tacitum mandatum, & ſi non expreſſum interuenire dicebat, & in abſentia, & ſine nūtio vel epiſtola. quod eſt contra legem. ff. de procu. l. j. §. j. Quare dicemus, ꝙ mādati agitur ſi interceſsit mandatum: vt quia præſente adiecto fuit ſtipulatus: vt hic, & ff. de ver. obli. l. Iulia. §. fina. & ff. mand. l. qui fidē. alias agit nego. geſto. cum non ſit procurator: vt. ff. de ſol. l. vero procuratori. §. interdum. & j. de oblig. quæ ex quaſi contract. in prin. ADDITIO. Nota bene hanc gloſ. qua actione teneatur. & iſta ſunt vera, niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi: vt dicta l. Iulia. §. j. & ibi Barto. ff. de ver. obli. In dubio autem non videtur adiectus animo donandi: vt. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. Angelus.

Quod ſi quis. CASVS. Supra dictum eſt, quod ſi ſtipuler alteri dari, quam ei qui iuri meo ſubiectus eſt non valet ſtipulatio. Sed pone, ꝙ aliquis ſtipuletur aliquid dari ſibi & extraneo valet ne iſta ſtipulatio? Rñ. ꝙ ſic: ſed nunquid in totum? Reſpon. ꝙ non, ſed pro parte dimidia ſ. pro parte ſtipulatoris. Sup iſto. §. quęri poteſt, quare ita eſt, ꝙ ſi ego emero fundum mihi & extraneo pro decē, valet totus cōtractus: vt. ff. de contrahen. emp. & ven. l. fundus. ſi autem ſtipulatus fuero decē dari mihi & extraneo nō valet ſtipulatio in totū, ſed pro parte? Rñ. cōtractus empt. & vendi. celebratur tam gratia emptoris, quā venditoris, vnde tam emptori, quam venditori expedit quod valeat cōtractus: niſi in totū valeret venditio: cōtractus, qui vtriuſq; gratia celebrari dicit, in detrimentū alterius partis redundaret: quod eſſe non debet. Sed ſi dicas: poteſt eſſe, ꝙ non expediet emptori, ꝙ emptio in totū valeat ſemper. Ad hoc dico: ꝙ ſibi imputet. Regulariter enim loquēdo, gratia vtriuſq; cōtractus huiuſmodi dicitur fieri. Non ſic autē eſt in ſtipulatione. Semp enim expedit ꝓmiſſori, ꝙ ſtipulatio potius valeat in partem, quam in totū. hoc dicit. Franc.

g Valebit. ſ. pro parte dimidia, vt ſubijcit: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. iij. §. ſi quis. Et collige, quod nō vitiat vtile per inutile. ſic. ff. de verb. obli. l. j. §. ſed & ſi mihi. argu. contra. ff. de arbi. l. parui. alias Pedius §. j. & dic vt ibi.

h Nō plus. vt. ff. de ver. obli. l. ſi mihi. Sed contra. ff. de cōtrahē. emp. l. fundi. Sed dic vt ibi.

Bi qui. CASVS. Supra dictū eſt, ꝙ ſi ſtipulor aliqd dari extraneo: nō valet ſtipulatio. Sed pone quod ſtipuler aliqd dari ei, qui iuri meo ſubiectus eſt, vtputa filio vel ſeruo: valet ne ſtipulatio illa? Dicit ꝙ ſic, qa vox patris, vox filij intelligit. & hoc verū eſt quod valet ſtipulatio in rebus illis, quæ patri poſſunt acqri per filiū: vt in bonis aduētitijs ꝓficit: in bonis autem caſtrēlibus, vel quaſi nō valet. h. d. Franc. de Are.

i Acquiris. ſic. ff. de ver. obli. l. dñs ſeruo. & C. de cōtrah. & cōmit. ſtip. l. ij. & ff. de pac. l. hęredi. §. nos aūt.

k Filij ſit. cum vna perſona cenſeatur pater & filius: vt. C. de impu. & ali. ſubſti. l. fina. ſic & in ſeruo & domino eſt eadem vox: vt. j. eo. §. poſt mortem.

l Acquiri poſſunt. vt profectitio peculio & aduentitio quo ad vſumfructum: vt. ſ. per quas perſo. nobis acqui. §. j. Accur.

Præterea inutilis. CASVS. Dixi Iuſti. Dñe, ſupra dixiſtis multos caſus, in quibus inutilis eſt ſtipulatio: ſed pter illos ſunt ne alij caſus, in qbus ſtipulatio inutilis ſit? Et rñ. ꝙ ſic. Quotieſcūq; enim ille qui ꝓmittit, ad ea quæ interrogatus eſt, nō rñdet, veluti ſi dicat aliqs. Promittis mihi decē? & tu rñdeas, Promitto quinq;: vel econuerſo: vel dicat aliqs, Promittis mihi decē? & tu rñdeas, Promitto ſi nauis venerit ex Aſia: vel ſi alicui ſtipulāti in diē vel ſub conditione, tu rñdeas, pſenti die vel pure: dum tñ illud exprimas: videlicet præſenti die vel pure rñdeo. nō valet ſtipulatio. Si enim ſtipulāti in diē, vel ſub cōditione, reſpōderes, & nō exprimeres, ꝙ præſenti die vel pure promitteres: valeret ſtipulatio, & videreris in eandē diē, vel pure ſpopondiſſe. Non enim neceſſe eſt in reſpondēdo eadē omnia repeti quæ ſtipulator expreſſit. quæ enim in præfationibus dicūtur, in rñſionibus repetita credunt: vt. ff. de ver. ob. l. Titia. §. idē rñdit. Itē dicitur, ꝙ ſi ad ea quę interrogata ſunt, nō rñdeas ꝓmiſſor, nō valet ſtipulatio. Hoc intelligas niſi

† Filius eſt pars viſcerum patris. Ariſto. ſ. v. Ethic. vnde Chri. Ioā. v. Ego in quis in patre, & pater in me manet. Acgi. per.

† Quia pater & filius cēſentur vna perſona. & cō cor. gl. i. c. ſuper eod. ibi, & pater & filius extr. de teſta. & c. tua nobis. in glo. ſup ver. lucro. circa med. extra de dec.

Vtile per inutile nō vitiatur.

Filius & pater cenſentur eadem perſona.

Stipulatio ſemper vitiatur ex reſponſionis diuerſitate.

Præterea inutilis eſt [a] ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpõdeat [b]: veluti, ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinq; promittas, vel cõtrà: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas, vel contrà: ſi modò ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione vel in diem ſtipulanti tu reſpondeas, Præſenti die ſpondeo. Nam ſi hoc ſolùm reſpõdeas, Promitto: breuiter videris in eandẽ diem, vel cõditionem ſpopondiſſe, neque enim neceſſe eſt, in reſpõdendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit [c].

Inter dominum & ſeruum, patrem & filium non contrahitur ſtipulatio. Aretinus.

Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt: vel ſi is à te ſtipuleť [d]. Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt [e], ſed ne quidem vlli alij. Filij verò familiarum alijs obligari poſſunt [f].

Mutus & ſurdus omnino non poſſunt ſtipulationem contrahere. Aretinus.

Mutum neque ſtipulari, neq; promittere poſſe, palàm eſt †: quod & in ſurdo receptũ eſt: quia & is, qui ſtipulatur, verba promittẽtis: & is qui promittit, verba ſtipulãtis audire debet: vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: ſed de eo, qui omnino non audit.

Furioſus neque ſtipulari, neque aliter contrahere poteſt. Aret.

Furioſus nullum negotium [g] gerere poteſt [h]: quia non intelligit, quod agit.

diuerſitas placeat ſtipulanti. Quæ autem diuerſitas vitiet ſtipulationem, vtrum ea quæ eſt in qualitate, vel in quantitate, vel in ſpecie: habes in gloſ. ordi. non tamen ſufficienter. hoc dicit. Franc.

a Inutilis eſt. interdum in totum: interdũ pro parte.

b Nõ reſpõdeat. ſcilicet congrue, diligenter tamen attẽde, quod vbicunq; eſt diuerſitas: ſi incontinẽti placet diuerſitas ſtipulatori, valet ſtipulatio: vt. ff. de verb. obli. l. j. §. cum adijcitur. Si autem non placeat, [i] aut eſt in qualitate, aut in quantitate, aut in ſpecie diuerſitas. In primo caſu nullo modo valet, vt hic: ibi, aut ſi ille &c. & ff. eo. l. j. §. cum adijcitur. &c. §. ſi quis ſimpliciter. Si vero in quantitate: in eo quod conſonat, valet: ſiue detrahat, ſiue adijciat: [k] vt. ff. de ver. obli. l. j. §. ſi ſtipulanti. quæ eſt contra. in alio nõ, vt hic: ibi, veluti &c. Si autẽ in ſpecie: aut promittitur vna ſpecies pro altera: & tunc nõ valet: vt. j. eo §. ſi de alia. aut alia adiecta, & ita copulatiue: & tunc valet in alia, nõ in adiecta: vt. ff. de verb. obli. l. j. §. ſed ſi. Si autem plures res ſtipuletur: tunc aut copulatiue fuit facta interrogatio, & valet in eo quod reſponſum eſt, aut diſiunctiue: vt illam aut illam rẽ promittis? quo caſu valet: ſiue ad vtrunq;, ſiue ſimpliciter reſpondeat, & in vtraq;. Si vero in vna, non valet etiã in ea: ſed in ſummis non vitietur alternatiua, ſi reſpondeatur ad vnam tantum: vt. ff. de ver. obli. l. j. §. ſi quis. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulantem. Accurſius.

ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis ſecundũ Ioã. Fab. quia in ſpeciebus talis reſponſio facit diuerſitatẽ in qualitate: quia in qualibet ſub conditione interrogaſſe videtur. Sed in alternatiua ſummarum minor eſt in obligatione. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem, aut quinque. ff. eo. ideo de ea interrogatũ et reſpõſum eſſe videť.

c Expreſſerit. quæ enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita creduntur: vt. ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem reſpondit.

Item inutilis. CASVS. Non ſolum in caſibus qui præceſſerunt, eſt inutilis ſtipulatio, ſed etiam in alijs: quia ſi fueris ſtipulatus aliquid ab eo, qui iuri tuo ſubiectus eſt: vel ſi is à te fuerit aliquid ſtipulatus, inutilis eſt ſtipulatio. Sed differentia eſt inter ſeruum qui eſt in poteſtate, & filiũfa. qui ſimiliter eſt in poteſtate: q̃a ſeruus neque dñ̃o, neque extraneo ꝓmittendo obligatur. Filius autẽ famil. patri ſuo nõ obligať præter, quam in voto & in mutuo. Sed videtur q́ filiusfa. ꝓmittẽdo in voto obligatur, per. l. in authẽ. de ſan. epiſc. §. interdicimus. Sed poteſt reſponderi diſtinguendo inter votum perſonæ, & votũ rerũ. In voto rerũ nõ obligať, in voto autẽ perſonæ obligať. & ſic loquitur. Authẽ. Fran.

Item inutilis. quantum ad ciuile vinculum, ſed naturale cõtrahitur, vt. ff. de condic. inde. l. ſi id quod. & l. frater à fratre. §. j. vn. & fideiuſſor accedit, vt. j. de fideiuſ. in prin. Et hęc vera ſunt, niſi in caſtr. pec. vel quaſi. nam tũc eſt loco patriſfa. vt. ff. ad Macedo. l. ij. &. ff. de colla. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. tũc enim & cum patre obligatur: & agitur cũ effectu: vt. ff. de iudi. l. lis nulla.

d Stipuletur. C. de pac. con. l. pactũ dotale. cõtra. Sol. maxime, ibi poſitũ abundat. ſic. C. de teſta. ma l. fina. §. j.

e Obligari non poteſt. ſcilicet ciuiliter. Accur.

f Obligari poſſunt. ex omni cauſa: vt. ff. de iudi. l. tã ex contractibus. & cõueniri inſolidum durãte patria poteſtate: authoritate tamen patris interueniente: ad qđ pater compellitur officio iudicis: vt. C. de bonis quæ libe. l. cum non ſolum. §. j. [l] & poſtea, niſi in ſex caſibus: qui ſunt. ff. quod cum eo. l. ij. Excipe duos caſus vt in mutua pecunia, ex qua nõ tenetur cũ effectu ꝓpter exceptionẽ Macedoniani, neque pater: vt. C. ne filius pro patre. l. j. Item in voto. vel Deo, vel Reip. facto: vt. ff. de polli. l. ſi quis rem. §. voto. Nam licet alias. ſ. ex contractu, vel quaſi, cõueniať à prælato maiore loci illius: hic tñ̃ nõ cõueniť: vt. C. de epiſc. & cle. l. nulli. & in authẽ. de eccle. ti. §. ſi quis. colla. ix.

Mutum. CASVS. Quæſiui à Iuſti. vtrum mutus ſtipulari poſſet? Et rñ̃. dicens, q́ mutus neque ſtipulari poteſt, neque ꝓmittere. & ratio huius eſt: q̃a ſtipulatio fit vno interrogãte, altero reſpondẽte: & ſic vtroque loquẽte. Idẽ dicit de ſurdo propter defectũ auditus. Qui enim ſtipulatur, exaudire debet promittẽtẽ: et qui promittit, verba interrogãtis ſimiliter exaudire debet, & hoc planũ eſt. Quod tñ̃ de illo ſurdo intelligiť, qui oĩno nõ exaudit: & non de illo qui tardius exaudit. Qui enim tarde exaudit, promittentẽ & ſtipulantẽ poterit exaudire, quãquã nõ illico: & ita ſtipulari & ꝓmittere poteſt. Itẽ quęſiui à Iuſti. de furioſo, an poſſet verbalẽ obligationẽ cõtrahere? & dicit q́ nõ. Nullũ enim negotiũ furioſus rectè gerit: quia nõ intelligit q́ agit. Fr.

g Nullum negotiũ. ſ. obligatorium. Idem in ꝓdigo, cui bonis interdictũ eſt ff. eo. de ver. obli. l. is qui. quia furioſo ſimilis eſt: vt. ff. de cura. furio. l. j. primo rñ̃. & ff. de regu. iur. l. furioſi. Idem in * mente capto: vt ſ. de cur. §. j. ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de his qui oĩno nihil rõnis ſapiũt: alias ſecus, ſecũdũ Ang.

h Poteſt. ſcilicet ciuiliter.

Pupillus. CASVS. Quęſiui à Iuſti. an pupillus poſſet rectè ſtipulari? Rñ̃. q́ pupillus oĩe negotiũ rectè gerit, dum

i Subaudi nec expreſſe diſplice at: q̃a tunc nõ eſſet locus. d. §. cũ adijcitur, nec huic materiæ. Io. Fab.

k Niſi eſſet actũ ſtipulationẽ nõ valere niſi ſub toto: vel niſi validitas ſtipulationis noceret ſtipulãti: vt. l. ſi decem. ff. loc. & hęc vera quando ſtipulatio & reſponſio eſt de toto & parte numerabili: alias ſi de toto integrali & parte propria vel impropria: dic vt per Io. Fab. & Ange. hic.

Obligatio naturalis iter patrem & filiũ poteſt conſiſtere.

† Neque enim ſtipulatio confici poteſt. niſi vtroq; loquente. l. j. ff. de verb. obli.

l Scilicet captis pignoribus. Et ſi nullo modo velit conſentire ſi filius agat & pater ſit pręſens: repellit à iudicio: ſec9 ſi pater ſit abſens longa abſentia: vel filius conueniatur. Ange.

* Tu tamẽ intellige gl. hanc de ꝓdigo et mẽte capto cui bonis interdictũ ſit, alioq; obligaretur, quãuis manifeſte ac aperte prodigus eſſet ſecundum Bal.

rit, dum tamen tutoris authoritas intercedat. & hoc quando neceſſaria eſt, ſcilicet, cum ſe alteri velit obligare: alterũ tamen ſine tutoris authoritate bene poteſt obligare. In verſiculo, Sed quod diximus. pone ſic caſum, Supra dictum eſt, quod pupillus rectè gerit omne negotium: ergo cum infans ſit pupillus, omne negotium rectè gerit: vel ita ſtipulari, & promittere rectè poterit, ſed non eſt ita ſimpliciter. Et ad hoc reſpõdens legiſlator dicit, ꝙ dictum eſt de pupillo intelligendum eſſe de eo, qui proximus eſt pubertati: & etiam de illo, qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi, qui ꝓximi ſunt infantiæ, non multum diſtant à furioſis: quia nullum habent intellectũ. Sed deinde ſtatim corrigit iam dictum ſuũ quo ad vnum membrum. dicens, quod pupilli ꝓximi infantiæ non per omnia ſunt cenſendi pubertati proximi, ſcilicet tanquam furioſi: ſed habent idẽ iuris, quod cum tutoris authoritate ſe alijs poſſint obligare: & ſine tutoris authoritate ſibi alios obligare poſſint.

Negotium hoc loco accipe pro contractu. nã alias non omne negotiũ rectè gerit pupillus: cũ teſtari non poſſit. ſ. quib. non permiſſum facc. teſta. §. pterea.

Qui infantiam exceſſit, alium ſibi obnoxium, etiam ſine tutoris authoritate, reddere poteſt, ipſe autem alteri obligari non poteſt.

Pupillus [a] omne negotium rectè gerit ⁎: ita tamen, vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti, ſi ipſe obligetur [b]. nam alium ſibi obligare, etiã ſine tutoris authoritate [c] poteſt. Sed quod diximus de pupillis, vtique de ijs verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans [d], & qui infantiæ proximus [e] eſt, non multum [f] à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantię, propter vtilitatem eorum, benignior [g] iuris interpretatio facta eſt: vt idẽ iuris habeant [h], quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes [i], ne authore quidẽ patre [k] obligatur.

Filius impubes etiã cũ authoritate patris nõ poteſt obligari.

Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem: conditio verò neceſſaria facit eã haberi pro pura. Arc.

Annota, Conditionem impoſſibilem negatiue cõceptam, cùm potius neceſſaria, quàm impoſſibilis dicatur, ſtipulationem non vitiare, nec ſuſpẽdere, ſed purã reddere.

Si impoſſibilis conditio obligationibus [l] adijciatur, nihil valet ſtipulatio †. Impoſſibilis autem cõditio habetur, cui natura [m] impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti, ſi quis ita dixerit: Si digito cælum attigero, dare ſpondes? At ſi ita ſtipuletur: Si digito cælum non attigero, dare ſpondes? purè [n] facta obligatio intelligitur: ideoq; ſtatim [o] peti poteſt.

Quia impoſſibiliũ nulla eſt obligatio: vt hic. & in c. ad audientiam. iũcta gl. ſup verb. habere. poſt pri. ci. ext. de ſpõ. & ma. Et fa. cap. vlti. cũ gl. ſuper ver. impoſſibilis. extra de condi. appo.

Sed poteſt ne filiusfa. impubes authoritate patris ſui alteri obligari patris authoritate præcedente: ſicut poteſt pupillus tutoris authoritate? Et reſpõ. quod non. & huius ratio poteſt eſſe: quia ſi tutor male præſtiterit authoritatem pupillo ſuo, pupillus habebit illum ſibi obligatũ: non ſic autem filius patrem. Fran. de Are.

a Pupillus. ſcilicet pubertati proximus: vt ſequitur. & eſt ratio. quia intellectum habet: vt. ff. de reg. iur. l. in negotijs. Accur.

b Obligetur. ſcilicet alij.

c Authoritate. ſic. ſ. de auth. tut. in prin. ſic. ff. de pac. l. contra iuris ciuilis.

Proxim9 pubertati.

d Infans. i. vſq; ad ſeptem annos: vt. C. de iure delib. l. ſi infanti. primo reſponſo.

Hereditas tranſmittitur p infantẽ, ſed nõ per furioſum.

e Infantiæ proximus. i. vſq; ad decẽ annos & dimidium: & ſic proximus reſpicit infra: ſed cũ dico pubertati proximũ, à decem annis & dimidio ſupra intellige. nam ſic in maſculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nouo & dimidio: vt. ſ. qui. ex cau. ma non lic. §. fi. & ſ. quib. mod. tut. finia. j. reſpon.

Stipulatur quandoq; infans, non autem furioſus.

f Non multum. nam diſtat aliquantulũ, vt in hæreditate, quã tranſmittit infans: vt. C. de iure delib. l. ſi infanti. §. j. ſecus in furioſo: vt. C. de cur. fur. l. fi. §. ſin aũt. & hoc ſecundum Azo. Sed certe ſic poſſet dixiſſe: quia vnus paruus, alter magnus, alter continuum tempus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, diſtat in ſtipulando in hoc: quia infans ſine intellectu interdum ſtipulatur: ſed furioſus nunquã: vt. ff. rem pupil. ſal. fore. l. ſeruum pupilli. Item dicit non multum, propter proximum infantiæ, qui intellectum habet: & ideo colligitur ſtatim quod hic dicitur. ibi, ſed in proximis. Ac.

g Benignior. quam ſupra dictum eſt. Accur.

h Idem iuris habeant. vt alios ſibi obligent: alijs vero non obligentur ſine tutore, vt. ſ. proxi. §.

i Impubes. aliud ſi pubes. nã obligatur ac ſi eſſet ſui iuris: vt. ff. eodẽ. de verbo. oblig. l. fin. §. j. niſi in duobus caſibus: vt. ſ. e. §. itẽ inutilis. diximus.

k Patre. Sed quę eſt ratio de hoc ad pupillum: cum tutore authore obligetur? Reſpond. quidam, quod ob hoc ipſum datur tutor, ſed patria poteſtas eſt ad corrigẽdum. & eſt pro eis. C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ſin autem. Vel dic quod tutorem habet obligatũ, ſi male authoratur, patrem non: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. ſub hac tamen. ver. non autem hipothecã. Ac. ADDITIO. Hoc verum, quando de pupillo mere obligando tractatur: ſecus ſi de mera vtilitate: quia poteſt etiam ſine patre. Si vero poteſt eſſe vtilitas & damnũ: puta quando vſusfructus, vel aliquid patri quæri põt: quo caſu de iure nouo pater legitimam adminiſtrationẽ habet, ſufficit ipſius authoritas, non in alijs: vt. l. ſi infanti. C. de iu. del. An.

Si impoſſibilis. CASVS. Supra habuiſtis multa exempla inutilium ſtipulationum. adhuc ponitur hic vnum, ſcilicet cum impoſſibilis conditio ſtipulationi adijcitur: & appello impoſſibilẽ conditionem, illam, ſcilicet cum natura impedimento eſt: vtputa hominem in ſtatu iſto exiſtentem cælum digito tangere: vnde iſta ſtipulatio, Promittis mihi decẽ, ſi cælum digito tetigeris, inutilis eſt: ſed ſi negando cõditionem impoſſibilẽ promittas aliquid alicui ſtipulanti: vtputa, Promitto tibi decem, ſi cælum digito non tetigeris. pura eſt ſtipulatio: & quod ſtipulatur, incõtinenti peti poteſt. hoc dicit. Nota, quod impoſſibilis conditio vitiat ſtipulationem. Franciſcus.

Et dum gl. ibi ſoluit contrarium de. l. ſi militem. C. de condi. ob cau. eſt cõtraria huic gl. iſta tamen eſt verior. Nec ob. cõtra. quia concor. cũ hic & ibi conditio & cã impoſſibilis annullet effectũ, non eñ ad cõficiendũ agitur, ſed ſolum ad reuocanda mãdata, ſecundũ Io. Fab.

l Obligationibus. quibuſcunq;: vt hic, & ff. de act. & oblig. l. non ſolum. Secus eſt in vltimis voluntatibus: quia tunc pro non appoſita habetur: vt. ſ. de hæred. inſti. §. impoſſibilis.

m Cui natura. non ita ſi verborum perplexio ſit: vt ff. de condi. inſtitu. l. ſi Titius. Ioan. contra: tunc enim quandoque non diceretur impoſſibilis, licet non poſſet exiſtere: vt. ff. de verbo. oblig. l. ſi Titius. ſecundum Azo. Et facit ad hunc. §. ff. de reg. iur. l. impoſſibiliũ. & fi. eo. l. impoſſibilis. §. j.

n Pure. i. ſine conditione, etiam ſi dies eſſet appoſita: vt. ff. eo. l. in illa ſtipulatione. §. fi.

o Statim. cum ſpatio tamẽ, quo ſolui poſſit: vt. j. eo. §. fi. ff. eo. l. eum qui calendis. Et hoc dixi. ſ. de verbo. obl. §. omnis ſtipulatio. Accur.

Stipulationis contractus præ-ſentium præſentiam expostulabat: pu-blica tamen ſcripturæ partes præ-ſentes fuiſſe enarranti, uſq; adeo fides adhibetur, vt niſi abſentiam allegans eam legitimè probarit, perpetuo illi ſtetur.

Item verborum [a] obligatio inter abſentes [b] concepta, inutilis eſt. Sed cū hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat [c], fortè poſt tempus [d] tales [e] allegationes opponentibus, & non [f] præſentes fuiſſe, vel ſe, vel aduerſarios ſuos contēdentibus: ideo noſtra conſtitutio [g] propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quā ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus [h]: per quam diſpoſuimus, tales ſcripturas [i], quæ præſto [k] eſſe partes indicant, omnino [l] eſſe credēdas: niſi is, qui talibus vtitur improbis [m] allegationibus, manifeſtiſſimis [n] probationibus, vel per ſcripturā [o], vel per teſtes idoneos [p] approbauerit, toto eo die [q],

Item verborum. CASVS. Supra dixiſtis domine, multa exempla de inutilibus ſtipulationibus: ſed pro Deo, quid ſi inter abſentes fiat ſtipulatio, valet ne ſtipulatio? Reſpon. quod non, ſed eſt inutilis. & hoc ſcilicet, quod ſtipulatio inter abſentes cōcepta, inutilis ſit, hoc ideo eſt: quia viam ſine materiā altercandi contētioſis hominibus pręſtabat. Cùm enim aliquis ab aliquo ſibi promiſſum per ſtipulationem peteret: & inſtrumētum in quo fuit promiſſum, pro ſe produceret in medium: in huiuſmodi caſibus ſolebāt promiſſores ſæpiſsime contra ſtipulatores talibus vti allegationibus. Frater quanquam in inſtrumento contineatur, me tibi hoc, vel illud promiſiſſe: iſta tamen ſtipulatio nullius eſt momenti, cū ego non eſſem pręſens tali die in loco in quo conficiebatur inſtrumentum: vel etiam cum tu non eſſes præſens: & ſtipulatio inter abſentes cōcepta ſit inutilis. Et ideo propter celeritatē dirimendarum litium, introducta fuit à domino Iuſtiniano quædam conſtitutio, quā habes. C. de contrahend. & commit. ſtipula. l. optimā. quam ſcripſit ad Cæſariēſes aduocatos: in qua cautum eſt, quod huiuſmodi ſcripturis, quæ partes pręſto fuiſſe indicant, omnimodo fides adhibeatur: niſi ille, qui talibus vtitur allegationibus, ſcilicet dicendo aliquam partium abſentē fuiſſe manifeſtiſsimis probationibus, veluti per ſcripturā aliam, vel per teſtes idoneos, quibus nulla poſsit opponi exceptio, probauerit ſe, vel aduerſarium ſuum in alio loco fuiſſe, quam vbi inſtrumentum confectum erat. h. d. Fran.

a Item verborum. ſicut per conditionem impoſsibilem, ita per abſentiam fit inutilis ſtipulatio.

b Abſentes. ita intellige abſentē, vt audire non poſſit: vnde ſi eſt in turri, vel à remotis, & clamet, valet ſtipulatio, ſi ſe audiant [1]. arg. ad Syl. l. j. §. eo [+]. alias accipitur multis modis: vt ff. de verbo. ſigni. l. abſentem. & not. in auth. de fideiuſſ. §. j. Sed cōtra eſt. ff. de donat. inter virum & vxo. l. ea quæ. Sed ibi interceſſerat ſtipulatio ante abſentiā. cuius verba etiam inter abſentes nunc repetuntur. Item contra. ff. de pactis. l. Labeo. in prin. Sed aliud in pacto quolibet alio, quod ſine huiuſmodi ſolennitate fieri poteſt. Sed ſtipulatio nō: vt. ff. de pact. l. j. in fi. & l. de actio. §. de conſtituta. Item contra ff. de ſpon. l. iij. & l. v. Sed poteſt dici ibi ſpeciale, vt valeant inter abſentes. Vel dic, quod & per ſtipulationē fieri poſſunt ſponſalia: & tunc inter præſentes, vt hic. Item cōſenſu. ſ. ſolo, poſſunt fieri ſponſalia: & tunc etiā inter abſentes; vt. d. l. iiij. Accur.

1 Sub. & itelligant.

+ Et dicit Barto illū dici vicinum cuius vox audiri poteſt, ſi ex oſtio clamauerit. Aegid. per.

Sponſalia inter abſētes & præſentes fieri poſſunt.

ADDITIO. Et hæc vltima communiter tenetur in l. j. in prin. ff. eod.

c Præſtabat. antiquitus.

d Poſt tempus. poſt ideo dicit: quia quando conueniuntur poſt tēpus cōtractus, talia opponūtur. Accur.

e Tales. quales ſubijcit ſtatim, & non &c. Accur.

f Et non. ecce allegationes.

g Conſtitutio. vt. C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. optimam.

h Scripſimus. Loquitur Iuſtinianus, autor illius conſtitutionis.

i Scripturas. ſed quid ſi vnus proferat inſtrumentū, in quo cōtineatur contrahētes fuiſſe præſentes Romæ tali die, alter φ Bon. Dicunt quidam, φ neutri credit. Alij, φ bonus iudex debet animaduertere, cui potius credendum ſit: vt ſi ſtipulator ipſo tēpore tenebat ſcholas Bono. ſtabitur illi inſtrumēto, quo continet ipſum fuiſſe Bononiæ.

Inſtrumenta duo ſi ſint eiuſdē diei, ſed diuerſi loci, cui ſtabit.

k Præſto. i. præſentes.

l Omnino. nota ſtandum ſcripturæ, niſi contra probet. ſic. C. de prob. l. cū precibus. & l. j. eo. §. ſi ſcriptū. & l. j. ti. j. §. ſi. & hoc quādo formā habet publicam, alias ſi priuatam: ſi pro ſcribēte, non valet: ſi contra ſcribentem, valet ſi eſt cum cauſa: vt in authen. de iureiu. à mo. §. j. & C. de nō nume. pecu. l. generaliter. Accur.

Scripturæ an ſemper ſtandū ſit.

ADDITIO. Scilicet ſola: ſed cum adminiculis ſic: puta ſi à tribus teſtibus ſit innotata: pro tertio tñ ſi perſona ſcribens ſit legalis. ſcriptura priuata facit ſemiplenam probationē: per Ioan. Fab. & Ang. hic.

m Improbis. ſ. prima facie, quæ forte probe apparebunt tandem. ſic. C. de epiſ. & cleric. l. omnes qui. circa prin. ſecundum Ioan.

n Manifeſtiſsimis. quia contra ſcripturam.

o Scripturam. ſ. aliam. quod eſt melius.

p Idoneos. omni exceptione maiores. i. quod nulla exceptio poterit eis opponi: vt. C. de contrah. & com. ſtip. l. optimam. Accur.

q Toto die. no. φ dies debet inſeri in inſtrumēto φ alia ſunt neceſſaria, vt dixi in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. & facit. C. de diuer. re. l. ſi qua. Sed quomodo hoc probabitur, cū dies inſtrumēti non debeat exhiberi: vt. ff. de edend. l. j. §. editiones? Rñd. tribus modis petitur inſtrumentum edi. Primo, vt fundet intentionem ex inſtrumēto rei actor: vel reus ex inſtrumento actoris fundet exceptionē, cum neutro caſu aduerſarius vteretur, quod nō debet eſſe: & tūc nulla pars inſtrumēti debet exhiberi: vt. C. de eden. l. ſi. in fi. & C. de teſti. l. nimis. Secundo. ſ. quando aduerſarius vtitur. nam tunc editur, vt videatur, an aliquid poſsit ei opponi: & tunc exhibetur, ſed ſine die & cōſule: ne materia detur falſum fabricandi: vt. d. l. ff. de eden. l. j. §. editiones. & ff. quemadmod. teſta. aper. l. j. §. j. Tertio, vt de falſo accuſetur [:]: & tunc etiam cum die & conſule eſt exhibendum: vt hic, & C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. optimam. & C. de fide inſtru. l. ſi. Alijs autem modis petuntur inſtrumenta edi vel tradi per varia genera actionum: vt. ff. de eden. l. quædam perſonæ ſunt ſed dictis tribus modis petuntur edi. i. demonſtrari. Itē quomodo hoc eſt, quod hic probat reus, contra iuris ordinem: vt. C. de eden. l. qui accuſare? Reſpon. hoc propter præſumptionē, quæ eſt contra eum propter ſcripturā: vt. ff. de pact. l. iuris gentium. §. quod fere. Itē nunquid duo teſtes hoc probantes. ſ. alterum contrahētium abfuiſſe, ſufficiunt? Reſpon. ſic: vt. ff. de teſtib. l. vbi. Sed nonne inſtrumentum vicem duorum tenet? vt. C. de fide inſtru. l. in exercendis. quare videtur, quod in dubio pro inſtrumento ſtetur. Sed certe non directe contradicitur inſtrumento, ſed per obliquum, ſcilicet fuiſſe in ſcriptura quadam facta Romæ, vel vt teſtis, vel vt

Inſtrumenti editio tripliciter petitē fieri.

: Siue criminaliter ſiue ciuiliter & contra quamcunq; partem inſtrumenti falſitas opponatur, ſi alio bono modo probari non poſsit: alias illa pars tantū editur, cōtra quam opponit: debet tamen ante exhibitionē accuſator ſe ſubſcribere. ad pœnam talionis: vt per Io. Fab. et Ange. hic.

contrahens. Si vero contra eam directe dicitur, plures quam duo exiguntur, vt vincant ſcripturã: vt. ff. de teſtib. l. iij. ibi, alias numerus &c. Vel dicas etiam hic exigi tres. Sed nunquid ſi aliqui teſtes dicant pro inſtrumento, vel in eo ſcriptu, vel non: tot vel plures erant neceſſarij cõtra inſtrumentũ? Rñd ſic: q̃a inſtrumentũ per ſe vicẽ duorũ tenet: vt dictũ eſt. Itẽ & præter ipſum ſunt probationes, vt ponis: vt ff. de pi. l. cõtrahit. Itẽ ꝙ dicit, eo die, idẽ dicas, ſi alio tali quod hic eſſe nõ potuit: vt ar. ſ. de ver. ob. §. loca. Accur.

ADDITIO. Ex hac gloſ. not. quod duo teſtes probãtes per indirectũ cõtra inſtrumentũ, faciunt vacillare inſtrumentũ: quia probãt affirmatiuã: & etiam voci viuæ magis credit, quã mortuę. aut. ſi quis aliquid. C. de teſti. Chriſto.

a Quo. vel etiam alio. dummodo ſit cantũ remotus locus, in quo dicit fuiſſe tempore, quo dicitur inſtrumentum fuiſſe factum, quod hic nõ potuit eſſe: vt. ff. de verbo. obl. l. viii. §. ſi. &. ſ. de verb. ob. §. loca. Accurſ.

b Eſſe. i. fuiſſe. ſic ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. in poteſtate.

* Alias, fuiſſe.

quo [a] conſiciebatur inſtrumentum: ſeſe, vel aduerſarium ſuum in alijs locis eſſe [b] *.

Actiones hodie ab hæredibus & contra hæredes initium capere poſſunt.

Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat [c]: nõ magis, quàm poſt eius mortẽ [d], à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius [e] ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur [f]. Sed & ſi quis ita ſtipularetur. Pridie [g] quam moriar, vel pridie quam morieris, dare ſpondes? inutilis erat [h] ſtipulatio. Sed cùm, vt iam [i] dictum eſt [k], ex conſenſu contrahẽtium ſtipulationes valeant, placuit [l] nobis etiam in hunc iuris articulum neceſſariã inducere emẽdationem: vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie, quam moriatur ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipulatio valeat [m].

Præpoſtera ſtipulationis conceptio, inutilem minime reddit ſtipulationem.

Item ſi quis ita ſtipulatus erat, Si nauis cras [*] ex Aſia venerit [n], hodie dare ſpõdes? inutilis erat ſtipulatio: quia præpoſterè [o] concepta eſt. Sed cùm Leo inclitæ recordationis in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reijciendam exiſtimauerit [p]: nobis placuit [q], & huic perfectũ robur accommodare, vt nõ ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnibus [r] valeat huiuſmodi conceptio [s] ſtipulationis.

Stipulatio cùm morietur promiſſor ſtipulator, vel poſt mortem tertij, valet etiam de iure veteri. Aretinus.

lante ſic erat ſtipulatio inutilis: ita & ſeruo talia verba dicente vel filio: vt hic, & ſ. eod. §. ei qui. & facit. C. de impu. & ali. ſubſti. l. ſi.

g Pridie. i. die præcedẽti mortẽ: vt. ff. de fer. l. pridie.

h Erat. ſcilicet, olim.

i Sed cũ vt iam. nunc corrigitur.

k Dictum eſt. ſic ſ. de verb. oblig. §. ſed hæc.

l Placuit. vt. C. de contrah. & com. ſti. l. ſcrupuloſam.

ADDITIO. Et ſic quando conſtat de mente cõtrahentiũ, ſecundũ eam fit interpretatio, etiã in his, quæ ſtricti iuris ſunt. quod facit, vt ſtatutũ recipiat interpretationẽ extẽſiuam etiam actiuã: ſi ſic cõſtet de mente ſtatuẽtiũ, alias ſecus. vt p. Ange. hic.

m Valeat. ſ. ſtatim: efficax aũt erit poſt mortẽ, vnde ab hærede & cõtra hæredẽ incipiunt actiones hodie, quod olim non erat: vt. C. vt act. ab hær. & cõtra hære. l. j.

Itẽ ſi qs. CASVS. Supra vidimus ſtipulationẽ vnã, quę olim erat inutilis. & adhuc recitat vnum caſum, in quo olim erat ſtipulatio inutilis: hodie tamẽ vtilis eſt. Olim enim ſi aliquis ſtipulabat ita, Si nauis venerit ex Aſia, hodie dare ſpõdes? inutilis erat talis ſtipulatio propter præpoſteratiõnẽ. Innuitur enim in iſta ſtipulatione, quod datio euentũ conditionis debeat præcedere. Sed cũ præpoſteram ſtipulationẽ in dotibus non exiſtimauerit reijciendã, placuit Iuſtinia. & huic ſtipulationi non obſtante præpoſteratione perfectũ robur accommodare: vt non ſolum in dotibus, ſed & in alijs valeat ſtipulatio præpoſtera, & præpoſtere concepta. h. d. Franc. de Are.

* Alias nõ eſt, cras. Et ſane Anto. Auguſt. emendatio. lib. j. ca. ix. tractãs de interpũctionibus huius loci, nõ addit eã dictionẽ: admonet tamen eã haberi in gręcis Inſtitutionibus Theophili.

Poſt mortem. CASVS. In §. iſto recitat nobis Iuſti. antiquam formã ſtipulationum, & eam corrigit. Olim enim ita fuerat, quod ſi aliquis ſtipularetur ita: Promittis mihi decem poſt mortẽ tuam, non valebat ſtipulatio: eo quod poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, qui quod in ſtipulationẽ deductum eſt, ſolueret vel reciperet: ex iure vetuſtiſsimo, quod in fin. huius. §. corrigitur: neq; ab hæredibus, neque contra hæredes incipere poſſet obligatio. Similiter ſi is qui in poteſtate alicuius eſſet, vt patris vel domini: ſtipularetur ſibi aliquid dari poſt mortẽ patris vel domini, nõ valebat ſtipulatio olim, ſicut ſi ipſe pater, vel dominus ſtipularetur aliquid poſt mortem ſuam ſibi dari: quia filius vel ſeruus voce patris vel domini loqui videtur. Similiter ſi quis olim ita ſtipularetur, Pridie quam moriar. vel, Pridie quam morieris, promittis mihi decẽ? non valebat ſtipulatio. Sed demũ iam dicta corrigit Iuſtin. dicens, quod cum ſtipulationes valeant, quæ conſenſu contrahentiũ ſunt conceptæ: ſibi placuit hunc iuris articulũ emendare: ſtatuens, vt ſiue poſt mortẽ, ſeu pridie quã moriatur, fuerit quis ſtipulatus aliquid ſibi dari, vel promiſit aliquid ſe daturum, valeat ſtipulatio. h. d. Fran.

* Addas ꝙ imo iure. ff. alioqui ſuperuacanea eſſet correctio. l. fin. C. de contrah. & cõmit. ſtipu. Nec huic obſtabit l. quodcũque. §. nõ ſolũ. ff. eo. quoniã loquitur i ſtipulatione, cũ moriar. de qua in ſequen. §.

c Nemo ſtipulari poterat. ſcilicet iure vetuſtiſsimo: quod hodie corrigitur, vt in ſi. huius. § *.

d Non magis. quia nec hæc valebat. Accur.

e Eius. ſ. patris vel domini.

f Videretur. vnde ſicut patre vel domino ſic ſtipu-

n Venerit. Poſt hoc verbũ venerit, eſt punctum: & ſubaudi quandoq;, vel vſq; ad annum. ſi autẽ eſſet poſt illam dictionem hodie, non eſſet ſtipulatio inutilis etiã iure veteri. ſed vtilis & conditionalis: vt. ſ. de verbor. oblig. §. ſub conditione.

Dupliciter literam exponit.

o Præpoſtere. primo enim debet venire nauis ſecundum naturam conditionalis ſtipulationis, vel conditionis, quam dari hodie.

p Exiſtimauerit. ſ. cũ ita ſtipulabatur mulier, Si ſine liberis deceſſeris, promittis mihi dotẽ reddere, vt de ea poſsim teſtari? cum prius teſtari proponebat, & ea mortua dotẽ reddi: vt. C. de iur. ord. l. ſi mulier. vel dic ſecundũ Ioã. cum ſtipulatur maritus ſic, Si dabis mihi x. promittis te mihi nupturam? primo enim nubere, & poſtea dare debebat.

q Placuit. vt. C. de teſt. l. præpoſteri.

r In omnibus ſ. obligationibus.

s Conceptio. exactio tamen ſit poſt conditionẽ exiſtentem

ſtentem: vt. C. de teſta. l. præpoſteri. in fi. & facit ad hūc §. ſ. quod non ſit curandus ordo ſcripturæ. ff. de pecu. lega. l. quidam. in fi. & glo. fi. & . s̄. de leg. §. ante. & . ff. de ſolu. l. nec enim.

Ita autem concepta. CASVS. Supra dictū eſt, ꝙ huiuſmodi ſtipulatio, Promittis mihi x. poſt mortē? inutilis erat olim: hodie tñ vtilis eſt. Sed qd dices de iſta ſtipulatione, Cū moriar, dare ſpōdes? Et rñ. Iuſt. dicēs, quod olim hmōi ſtipulatio vtilis erat, & hodie etiā vtilis eſt. Itē ſi quis ita ſtipuletur, Promittis mihi x. poſt mortē Titij: bene valet ſtipulatio huiuſmodi. & h. d. Franc.

Ita autem concepta ſtipulatio, veluti, ſi Titius dicat, Cùm moriar, dare ſpondes? vel, Cùm morieris? & apud veteres vtilis erat [a], & nunc valet. Item poſt mortē alterius [b] rectè ſtipulamur.

Verbum promiſiſſe in ſcriptis repertum, importat ſtipulationem. Aretinus.

Annota, Ea eſt ratio, nam o[illegible] præſumuntur.

Si ſcriptum [c] in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem: perinde [d] habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit †.

Si plures res deducuntur in ſtipulationem, & ſimpliciter reſpondes promiſſor, ad omnes tenetur: alias ad eas tantùm, in quibus reſpondet. Are.

Annota, Tot ineſſe ſtipulationes, quot res in ſtipulationem deductæ.

Quoties † plures res vna ſtipulatione comprehenduntur: ſi quidē promiſſor ſimpliciter reſpondeat, Dare ſpondeo: propter omnes tenetur. Siverò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit [e]: obligatio in his, pro quibus ſpoponderit, contrahitur [f]. Ex pluribus enim ſtipulationibus vna, vel quædam videntur eſſe perfectæ. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus [g].

Vt alteri detur vel fiat, ſtipulari non poſſumus quandoquidem alteri acquiri, noſtra minimè intereſt: pœnam tamen, ſi promiſſa non præſtentur, ſtipulari nobis nō prohibemur.

Alteri [h] ſtipulari, vt ſuprà dictū eſt [k], nemo † poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi ſtipulationes, vel obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Ce-

a Vtilis erat. vt ff. de bo. aut. iudic. poſſ. l. hæreditariū. Accurſ.

b Alterius. ſcilicet, tertij.

Si ſcriptum fuerit. CASVS. Scriptū fuerat in quodā inſtrumento Petrum promiſiſſe Titio cē tum: poſtmodū Titio centum illa petenti prætextu illius inſtrumēti, Petrus opponit in hūc modū, Frater, quāquam cōtineatur in inſtrumēto me tibi promiſiſſe c. tñ con tinetur ibi, ꝙ interrogatio promiſsionē non præceſſerit: vnde cum nō valeat promiſsio in ſtipulatione, niſi interrogatio præcedat: non poteris per illud inſtrumentū ad illa c. agere. Quæſiui ergo à Iuſti. in iſto caſu quid iuris? & rñd. dñs Iuſti. ꝙ ſi ſcriptū fuerit in inſtrumēto quēpiam aliquid promiſiſſe: perinde habetur, acſi interrogatione præcedente promiſsio facta eſſet. Cum enim in inſtrumento contineatur ipſum promiſiſſe. videntur omnia ſolenniter acta. & hoc dicit. Fran.

c Si ſcriptum nunquid idē ſit, ſi teſtes dicant aliquem promiſiſſe: vt etiam tunc intelligatur præceſsiſſe interrogatio? Videtur ꝙ ſic: vt. C. de fide inſtr. l. in exercendis. Sed tñ cōtra dico: vt. C. de vſur. l. j. in glo. pe. Et eſt ratio ſecundum Ioā. quia teſtes nō ſic in iure inſtructi ſunt, vt inſtrumenta quæ à iuriſperitis fiunt. Accur.

d Perinde. niſi contra probetur: vt. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. quod fere.

Quoties plures res. CASVS. Quidā ſtipulatus eſt ſibi dari plures res, vt puta, Codicē, Digeſtum, & Inſtitu. Quæritur verū valet talis ſtipulatio? Et rñ. ꝙ ſi reſpondeat promiſſor, Promitto: omnia videtur promiſiſſe. Si autem reſpondeat, Inſtituta promitto: pro ſolis Inſtitutis contrahitur obligatio. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. hoc dicit. Fran. de. Are.

e Spoponderit. alias reſpondeat.

f Contrahitur. imo videtur non valere, cum ſit diuerſitas in reſpondendo: vt. s̄. eod. §. præterea. Sed diſtingue, vt ibi diximus.

g Reſpondere debemus. ſi volumus in omnibus teneri, alias tenemur tantū in his, in quibus reſpondemus, vt hic. Item & ſufficit ſimplex reſponſio, vt diximus, cū æquiparet ei, quādo ad omnes reſpōdet. ſi. ff. de ver. obl. l. Titia. §. idē reſpondit. & . s̄. eo. §. præterea.

Alteri ſtipulari. CASVS. Supra dictū eſt, ꝙ nemo poteſt alteri ſtipulari, eo quod inuentæ ſunt huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; ſibi acquirat, quod ſua intereſt: ſed non intereſt ſtipulatoris: quod aliquid alteri detur. Sed ponamus, quod aliquis velit alteri aliquid ſtipulari, qualiter poterit hoc facere? Et rñd. ꝙ pœnā debet ſtipulari, videlicet ſic, niſi ita factū ſit, vt cōprehenſum eſt in ſtipulatione. verbi gratia: Promittis Titio decē? Promitto, & niſi illa decē dederis, ꝓmittis mihi viginti? Pœna aūt adiecta in ſecunda ſtipulatione non facit primā ſtipulationē, quæ primo erat inualida, valere: ſed metu pœnæ, quod in prima ſtipulatione contentū eſt, ſoluit. Niſi eñi dederis decē in prima ſtipulatione cōtenta, cōmittitur illa ſtipulatio. ſ. in viginti. Cum aūt quis ſtipulatur pœnam, non inſpicitur quid interſit ſtipulatoris, ſed quæ ſit quantitas in cōditione ſtipulationis, ꝙ ſic intelligūt quidam, ꝙ pœna non excedat duplum. Alij autem dicunt, quod nō debet excedere quadruplū. Dominus autem Guido ſic diſtinguit, Cum autem pœna interponitur, aut interponitur per verba quantitatē deſignātia: cuiuſmodi ſunt duplum, triplum, quadruplum: & talis pœna nō debet excedere quadruplū. aut per verba deſignantia qualitatē: & tunc quantacunq; fuerit quantitas etiam in centuplum, bene valet ſtipulatio. h. d. Frā.

h Alteri. ſic ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Accurſius.

i Vt ſupra dictum eſt. s̄. eo. §. ſi quis alij. hoc tamē fallit in multis caſibus, vt ibi diximus. Et not. quod hic tribus modis alteri ſtipulamur. Nam interdum directā acquirimus actionem, ſubaudi alteri ſtipulando, vt filius patri, ſeruus domino & contra: vt. s̄. eod. § ſi quis alij. & . § ei vero qui. quandoq; vtilem: vt tutor pupillo, & in ſimilibus ratione officij, vt ſeruus publicus: vt ff. de conſti. pecu. l. cum qui. §. penul. & . ff. rem pup. ſaluam fore. l. iiij. Interdum nullam, & tunc neceſſaria eſt pœna, vt hic dicitur. Itē no. quod hoc vltimo caſu verba ſtipulationis, & fortis, & pœnæ poſſunt formari tribus modis. Aut eñi ſic dico, Promittis mihi, quod dabis illi, & eodē modo pœnam? Aut ſic, Promittis illis, quod dabis ei, & eodē modo pœnā? Et in his duobus caſibus nō valet, neq; fortis, neque pœnæ promiſsio. Sed aliud, quando deberet vtilis vel directa acquiri, vt

in pri

Ordo ſcripturæ attēdendus nō eſt.

† Atque id quidem in dubio ꝑſumit: admittit tamē probatio in contrarium. l. iuriſgētiū. §. ꝙ fere. ff. de pa.

† Facit ad hunc. §. c. præterea. cū gl. ij. ibi item ar. extra de ver. ſignifi.

Nam ſæpe teſtes ſunt iuris periti, tabelliones non: dic ergo qd' id prouenit ex ratione intellectus quia ita cōceptus intellectus iudicat in inſtrumento ſed teſtes non audiūtur ſuper eo, quod percipiunt ratione intellectus, ſed ſuper eo, quod percipiunt ſenſu corporeo ad extra declarato.

† Hunc locū intelligeac limitave per Bar. ac. gl. in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulatio. ff. de verbo. oblig. & vide Ang. in §. ſed & ſi quis. j. co.

Stipulādo alteri quādoq; ſibi actionem quærimus quandoq; non.

Stipulatio alteri facta poteſt tribus modis formari.

terùm ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere: pœnam ſtipulari conueniet: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehēſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei [a], cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur [b] qs, nō illud inſpicitur, quod interſit eius: ſed quæ ſit quantitas [c] in conditione ſtipulationis [d] †. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, Titio dari [e]? nihil agit. Sed ſi adiecerit pœnā, Niſi dederis, tot aureos dare ſpōdes [f]? tunc committitur ſtipulatio [g].

Quoties noſtra intereſt extraneo dari, toties & ſtipulari poſſumus.

Sed et ſi quis ſtipuletur alij, cū eius [h] intereſſet †: placuit ſtipulationem valere. Nā ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit [i] adminiſtrationem cōtutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio [k]. Ergo & ſi quis ꝓcuratori ſuo dari ſtipulatus ſit: ſtipulatio vires [l] habebit.

Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt [m], ne fortè vel pœna committatur, vel prędia diſtrahantur, quę pignori data [n] erant: valet ſtipulatio [o].

Promiſſio facti alieni non valet, niſi appoſita ſit pœna. Aret.

Verſa vice [p], qui alium facturum promiſit: videtur in ea eſſe cauſa, vt nō teneatur, niſi pœnam [q]

in primis duobus caſibus: vt. ff. de conſtitu. pecu. l. cum qui. §. ſi actori. & §. Iulianus. & hic. Aut ſic, Promittis mihi, quod dabis illi? aut pœnam mihi tātum ſtipulor: quia & tūc habet locum quod hic dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis, quod dabis mihi recipienti nomine eius? quo caſu valet vtrunq; & ego illi cedā, cuius nomine ſtipulatus ſum: vt. ff. mādati. l. ſi procuratorem. §. ſi. ADDITIO. Et hoc verum, ſiue ſim procurator habens mandatū, ſiue negotiorū geſtor, ſiue ſaltem generalis, vt mihi acquiram, & poſtea cedam, ſicut procurator cum ratihabitione &c. vt. l. fina. C. ad Maced. & l. ſi ego. ff. de nego. geſt. vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

a Etiam ei. ſ. ſtipulanti: cuius tamē nō intereſt dari ei, cui fuit ſtipulatus, nec mirū, quia ſibi fuit ſtipulatus pœnam, vt modo diximus, & facit. ff. de recept. arbit. l. cum pœna. Sed cōtra. ff. de recept. arb. l. aduerſus. §. ſed ſi cū. Sed ibi non directo cōtra arbitriū itur: & ideo inſpicit̃ an interſit etiā in pœna: cum ad ea quæ frequenter accidunt, iura ſe referant: vt. ff. de legibus. l. nam ad ea. Item contra. ff. ſi quis in ius voca. l. ij. §. fi. in gloſ. interſit. Sed ibi in pœna prætoria, hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo nō committitur, quia nō debuit venire: quia aduerſarij nō intererat: & ita per obliquum illa ratio redditur.

b Pœnam enim cū ſtipulat̃. no. ꝙ caute ponit, ſtipulatur: nā ſecus eſt, cū paciſcit̃ tm̃: cū pœna ex nudo pacto etiā incōtinenti appoſito, ſicut vſura, non poſſit peti: vt. ff. de ſer. ex por. l. ſeruus. in gl. j. & C. de vſuris. l. iij.

c Quæ ſit quantitas i. quæ ſit quantitas, & quæ ſit conditio. Inſpicitur conditio, vtrum ſit poſſibilis vel probabilis, vel non: vt. ſ. eo. §. ſi impoſſibilis. & j. e. §. quod turpi. Quantitas vero quæ ſit inſpicitur, vt quantacunq; ſit, petatur certi condictione, ſi eſt certa: alias ſi ſtipulatio eſt incerta, actione ex ſtipulatu: vt hic, & ſ. de ver. obli. in princi. Iſta enim nomina, quis, & quæ, ſubſtantiæ ſunt ſignificatiua, non quantitatis. ſ. certæ, vel taxatæ, vel taxandæ: & hoc ſecundum Azonem. Sed cōtra eſt, vt. j. de actio. §. omnes. Solue vt ibi. Itē contra. ff. de euic. l. ſi dictum in prin. Sed ibi ſic agebatur. Item contra. C. de ſponſa. l. mulier. §. quæ omnia. Sed illud fauore matrimonij: ne in infinitū pœna excedat: vt. C. de inuti. ſtipu. l. ij. Alij, vt M. dicūt vſque ad duplū: & in hoc cōſiderat̃ hic quātitas, vt duplum non excedat ſecundū eū: vt. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. Alij, vt Ioan. diſtinguūt inter eū, qui ſcienter promittit vltra duplū, cū ſciat ſe nō teneri, vt ille teneatur, alias nō: vt. ff. ſi quis cau. l. ſed ſi qs. §. ſi. Alij dicūt vſq; ad quadruplum ſemper extēdi, & nō plus: vt. j. de act. §. omnes. prima verior eſt. Accur. ADDITIO. Quæ procedit, vbi datio quantitatis non eſt in obligatione: vt quia promittis daturum te centum Titio, ad ea enim agere nō poſſum: & ſic facti obligationi pœna cenſetur appoſita, ſecundum Ioan. Fab. & Ang. hic.

d In cōditione ſtipulatiōis. i. in pœnali ſtipulatiōe q̃ eſt conditionalis. ſ. ſi nō pareat ꝓmiſſor principali promiſſioni. Accur.

e Titio dari. vt ꝓmittis Titio, vel mihi, quod dabis Titio. Accur. Flo.

f Spondes. ſ. mihi: alias non valet hoc, vt modo diximus. Accurſius.

g Cōmittit̃ ſtipulatio. ſ. pœnę eo nō dante. non autē illa inutilis efficit̃ vtilis, ſed pœne metu, & illi ſtatur: vt & alias. C. de arbi. l. j. Accurſius.

Sed & ſi qs. CASVS. Supradictum eſt, quod nemo pōt alteri ſtipulari: vnde quærit̃, qualiter hoc eſt intelligēdū? Et dicit Imꝑator, ꝙ hoc eſt ſic intelligendū: niſi interſit eius qui ſtipulatur. Nā ſi tutor, qui tutelā pupilli ſui cœpit miniſtrare, ceſſerit adminiſtrationē cōtutori ſuo: bene poterit à cōtutore ſtipulari rē pupilli ſaluā fore, & alteri ſtipulari, cū eius interſit: eo, qd' ſi male adminiſtrauerit cōtutor tutelā, haberet pupillus tutorē, qui primo adminiſtrauit, ſibi obligatū. Et eadē rōne poterit aliqs aliqd ſtipulari ꝓcuratori; qui aliqd certa die à dño ſuo ꝓmiſit ſub pœna; ne pœna cōmittatur, vel creditori ſuo, ne pignora ſua diſtrahāt̃. h. d. Fr.

h Eius. ſcilicet ſtipulantis.

i Ceſſerit. ſic. ſ. de ſatiſda. tuto. §. ij. alias iij.

k Tenet obligatio. nam vtilis actio pupillo datur: vt ff. de mag. conue. l. j. §. penul. Item ipſi ſtipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

l Habebit vires. intereſt enim mea procuratori meo ſolui, qui in rem meam expendit: vt. j. manda. §. j verſi. tua gratia & mandantis.

m Quod ſua intereſt. quod, id eſt, quia.

n Data. ab iſto, qui nunc ſtipulatur.

o Valet ſtipulatio. nō vt ꝓcuratori, vl' creditori actio cōpetat: ſed q ſtipulatus eſt, aget actiōe ex ſtipulatu ad intereſſe quāti ſua ītereſt creditori, vel ꝓcuratori fuiſſe ſolutū: vt. C. de inut. ſtip. l. ſi. & ff. de verb. obl. l. liber homo. §. ſi. & C. de do. l. cū res. Vel ſecūdū nos aget certi cōdic. ad īntereſſe: qd' ꝓbauimus. ſ. de verb. obl. l. j prin. Ac.

Verſa vice. CASVS. Supra dictū eſt, ꝙ ſi aliqs alteri ſtipuletur, nō valet ſtipulatio, niſi fuerit ſtipulatus ſic, ſi ita non factum fuerit, vt in ſtipulatione comprehēſum eſt, in caſu contrario. Nam ſi aliquis promiſerit alium aliquid facturum, & ſtipulari: non valet promiſſio, niſi pœnam promiſerit, ſi illud nō fecerit alius. h. d. Franc.

p Verſa vice. ad ſuperiorem. §. alteri.

q Pœnā. Sed & tunc ad pœnam tantū tenetur. & facit. ſ. eo. l. quis alium.

† Cui nō poſſit adijci pœna. vnde hic p Angel. ex ſententia Iac. But. Bar. et Io. And. l. iij. co. ad me. verſi. ſolet eſſe du.

† Ratio, q̃ hic decſt cauſa ſinalis ob quam modus ſtipulatiōis adhibendus eſt, q̃ qs ſtipulatur quod ſua itereſt. Ac gl. per.

Pœna ex pacto non poteſt peti.

Quis & quæ, ſubſtātiam ſignificant.

Dic qđ ibi loquitur in pœna legali, quæ nō excedit quadruplū: ſed nos loquimur in pœna conuētionali, q̃ poteſt excedere quadruplū ex diſpoſitione contrahentiū. mitius enim agitur cū lege, quā cū homine: vt. l. ſi cū dies. §. ſi. & l. ſeq. ff. de arb. Chri.

Item

Item nemo. CASVS. Aliquis promiſit tibi fructū fundi in futurum: valet ne huiuſmodi ſtipulatio? Et reſpon. Iuſtinia. quod non. Nemo enim rem ſuam futuram, in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. hoc dicit. Franciſcus.

ipſe promiſerit.

Nemo poteſt ſtipulari rem ſuam. Aretinus.

Ite nemo rem ſuam futuram a, in eum caſum, quo ſua ſit b, vtiliter ſtipulatur c.

Inutilis eſt ſtipulatio, ſi in re quæ in ſtipulationem deducitur, diſſenſus verſetur.

Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia ꝓmiſſor: perinde nulla cōtrahitur obligatio, acſi ad interrogatum reſponſum nō eſſet: veluti ſi hominē Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris d.

Stipulatio turpis, vel ex turpi cauſa [illegible] non valet. Are.

Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt e: veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturū pro-

a Futurā. vt partum ancillæ, vel fœtum animaliū ſuorum, quæ ſua futura ſunt: vt. ſ. de re. diui. §. item ea. Itē multo magis ſi ſtipuletur rem, quæ nunc eſt ſua: vt. ſ. eodem. §. j.

b Quo ſua ſit. hoc ideo, qa in eo caſu quo ſua futura non eſt, valet ſtipulatio. ff. de verb. oblig. l. ſi rem meā. Accurſius.

c Stipulatur. ſ. dari. & eſt ratio: quia quod ſuū eſt, amplius ſuū fieri non poteſt: vt. j. de act. §. ſic itaq;. reſtitui tamen poſſum ſtipulari: vt. ff. de ver. oblig. l. nemo. primo rñ. &. ff. vſufructu. quemadmodū. l. j. §. ſed quod diximus.

Si de alia. CASVS. Stipulatus ſui à Titio in hūc modum, Promittis mihi animal? intelligens de equo, & ipſe reſpon. Promitto, intelligens de aſino: valet ne ſtipulatio? Et reſpon. do. Iuſtin. ꝙ non. Cum enim de vna re ſenſerit ſtipulator, & de alia promiſſor perinde non valet ſtipulatio, acſi ad interrogatū reſponſum nō eſſet: & hoc dicit. Et iſtum. §. bene intellige. niſi diuerſitas illa placeat ſtipulatori: qa ſi ſic, bene valet ſtipulatio. hoc dicit. Franc.

d Credideris. hoc eſt verum, quando certum eſt eos diſſenſiſſe: vt. ff. de ver. obli. l. cōtinuus. §. j. alias autē ſi poteſt ſecūdum vtriuſq; intellectum valere, valet ſecūdum intellectum ꝓmiſſoris: vt. ff. de ver. obli. l. qui ex pluribus. & l. ſtipulatio iſta. §. cum qui. j Nec obſt ꝙ dicitur minorē præſtari debere: vt. ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. ſcio. quia minor eſt, quā dare vult ꝓmiſſor: vt. j. de act. §. præterea. Si autē ſecūdum vnius intellectum tantū valere poteſt, ſecūdum eius intellectum valet: vt hodie dare mihi Bonon. decē promittis? ſi enim de hac Bononia in qua ſumus intelligatur, valet: alias non: vt. j. de verb. obli. l. quoties in ſtipulationibus. & de rebus dub. l. quoties. ij.

j Niſi fauorabilius eſſet ſecundum ſtipulatorē interpretari. l. in ambiguo. ff. de reg. iur.

Quod turpi. CASVS. Stipulatus ſui ſic, Promittis mihi decē, ſi Titium occidero, vel ſi furtū fecero? valet ne huiuſmodi ſtipulatio? reſpon. ꝙ non. Quod enim ex turpi cauſa promiſſum eſt &c. Franc.

e Promiſſum eſt. ſiue dicam, Promittis homicidium facere? ſiue dicam, Promitto decem, quia promittis facere homicidium: vt. ff. de ver. obli. l. generaliter.

f Non valet. huiuſmodi enim cōditiones turpes, impoſſibiles præſumūtur à iure: vt. ff. de condi. inſtitu. l. ſi filius. vnde nō valet ſtipulatio: vt. ſ. eo. §. ſi impoſſibilis. Circa quod tñ dic, ꝙ aut ipſum quod promittiſ, eſt turpe, vt facere homicidium: & tūc nō valet, nec etiam pœna appoſita: vt. ff. de ver. obli. l. generaliter. & l. veluti. & l. ſi plagij. Idem dico, & ſi ſub cōditione turpi, vt hic. Aut ſi honeſtum promittatur, ſed tñ turpiter, vt dare decē, ſed per metū vel per dolum: tunc valet quidē promiſsio facta, ſed exceptione eliditur: k vt. C. de inuti. ſtipu. l. dolo, niſi in caſu, vbi ipſo iure non valet, ꝓmiſſio facta per metū: vt. ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. dos. ſecūdum Ioā.

mittat: non valet f.

Stipulatio conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulatoris & promiſſoris. Aretinus.

Cùm quis ſub aliqua cōditione ſtipulatus fuerit: licet ante cōditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione hæres eius agere poteſt g. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

Qui promittit certo tempore dare, non poteſt conueniri, niſi totus terminus ſit elapſus.

Qui hoc anno h, aut hoc mēſe dari ſtipulatus eſt: niſi omnibus partibus anni, vel mēſis præteritis i, nō rectè l petet.

Promiſſori datur tempus habile ad ſoluendum. Aretinus.

Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere: niſi tantum ſpatium præterierit, quo traditio fieri

k Vel per iudi. officiū reſcindiſ. l. ſi dolo. C. de inut. ſtip. & l. interpoſitas. C. de tranſ. l. ſi. §. j. ff. qđ me. cau. ꝙ habetur. & l. elegāter. ff. de dol.

Cum quis. CASVS. Stipulatus ſui à Titio dari mihi decem, ſub aliqua cōditiōe ante, quā exiſteret conditio, deceſsi: poſt modū exiſtēte cōditione, quęritur verū meus hæres agere poſsit ex iſta ſtipulatiōe? Et reſpon. Iuſti. ꝙ ſic. Eodem modo, ſi me ſtipulatore viuente demum ante cōditionis euētum decedat promiſſor: poſt modum ſi exiſtat conditio. poterō agere cōtra hæredes promiſſoris. Franciſcus.

g Agere poteſt. hoc in cōtractibus: vt hic, &. ſ. de ver. obli. §. ex cōditionali. aliud in relictis. vt. C. de cadu. tol. §. ſi naūt aliqd. &. ff. de manu. teſt. l. ſi ita ſcriptū fuerit. in fine legis. Et facit ad hunc. §. ff. de periculo & cōmo. rei ven. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. j. reſpon.

l Nota quia hoc tēpus fauore promiſſoris, vnde debet interpretari in eius fauorem, vt demum anno finito teneatur ſecus ſi dixiſſet annū ꝓmitto: qa hoc tēpus eſt appoſitum fauore ſtipulatoris. Acgi. per.

Stipulatio an vitietur ꝓpter turpitudinē.

Solutio quādo fiet ſi hoc anno promiſſum ſit.

Qui hoc anno. CASVS. Stipulatus ſui à te dari mihi decem hoc anno, vel hoc mēſe, quæritur qñ poſsim iſta decē petere? Et reſpō. Impe. ꝙ omnibus partibus anni vel menſis præteritis poſſum petere. Aliud autem eſt, ſi ſtipulatus ſui mihi dari aliquod annuum, quia tunc in principio anni peti poteſt. h. d. Franc. de Are.

h Qui hoc anno. i. qui ſtipulatus eſt his verbis, Promittis hoc anno vel hoc menſe. Et no. ꝙ iſte. §. eſt lex. ff. de ver. obli. & incipit, Qui hoc anno. Accur.

i Præteritis. i. elapſis. ſed ſecus eſt in relictis, fauore vltimę voluntatis. nam in capite anni pſtatio fit: vt. C. qñ di. leg. ced. l. j. vel diſtingue, aut ꝓmittit per hęc verba, hoc anno, vel quolibet anno. & tūc in fine anni fit ſolutio: vt hic, &. ff. de ver. obli. l. qui hoc anno. & l. cū qui certarum. Aut annuū: & tunc in capite anni fit ſolutio, ſiue legatum ſit, ſiue in cōtractu fiat promiſsio ſecundum Io. & B. vt. ff. de cōdi. & demon. l. ſi in annos. & ff. qñ di. leg. ced. l. nec ſemel. Vnde verſus. Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni: Anno ſi debes, in fine teneberis anni. Sed quid ſi vſque ad forum rem promiſeris? Videtur ꝙ ſtatim incœpto foro poſsit agi: vt. ff. ad Treb. l. qui filiū. §. Sabinus. ADDITIO. Et hāc ap. Ang. hic, propter dictionem vſque, quæ de ꝓprio ſignificato exclu hic: vt. l. j. ff de pig. act. ſecundum Ang.

Si fundum. CASVS. Promiſi fundū & hominē pure: quęro ergo cū iſta ſtipulatio ſit pura, verum ex ea incōtinenti poſsim agere? Et reſpon. Iuſti. ꝙ nō niſi tantum tēpus præterierit, quo traditio fieri poſsit. & h. d. Super autem iſto tit. ſolebat aliqñ à quibuſdā fieri tale quære: quare apud antiquos iſta ſtipulatio, Promittis mihi pridie quā moriar, erit inutilis: hęc aūt, Promittis

mihi

mihi x. cum moriar, apud antiquos erat vtilis? quidam iſtud quare reputāt ꝓ truſa, cū ius antiquū hodie ſit correctū ſic tñ reſpondetur, Incertior eſt dies mortē præcedēs, quā dies mortis dicatur, vt in pluribus: & propter maiorē incertitudinē dies proxima morti dicebaē apud antiquos ſtipulatio in diē ꝓximā morti: non ſic aūt in diē mortis. Franc.

a Fieri poſsit. cō cōmodo promiſſoris [1]: vt. ff. de ver. ſ. l. nepos ꝓculo. nec tñ inimicū expectatur, licet prius non poſsit ſoluere: vt ff. de verb. obl. l. cōtinuus. §. illud. Itē & ſi incontinēti poteſt, non tñ ideo ſtatim exigitur: vt. ff. de ſol l. quod diximus. Quoddā ergo tēpus medium eligimus. ſ. x. dierū, ſecūdum quoſdā: vt. ff. de conſti pe. l. promiſſor. Vel dic arbitrio iudicis, cū lege nō ſit determinatū: vt. ff. de iur. delib. l. j. in ſi. qui iudex ſtatuet tēpus quoddā, nec nimiū, nec modicū: vt. ff. de ſol. l. ratum. & rē ra. ha. l. quo enim. §. j. & j. de off. iud. j. rñ. Item nunquid idē in quantitatibus, quod in ſpeciebus hic dicitur? Rñ. non, imo tēpore tanto quantū iudicatis datur. expectatur: vt. ff. de iudic. l. ſi debitori. ſ. quatuor mēſium [2]: vt. C. de vſur. rei iudica. l. ij. ſecundum quoſdam. vel verius dic: vt no. ſ. de ver. obli. §. omnis. in glo. j. ſtatim &c.

1 Promiſſor an ſtatim conueniri poſsit.

2 Quibus pendētib⁹ capi poterit, niſi ſatiſdet, qđ aduenien te termino ſatisfaciet nec iterim cōpēſare, vel aliqd opponere poterit: qa tale tēpus miſeratiōnis cauſa cōcedit ſecundū Ange.

poſsit [a].

TITVLVS XXI.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Quandoquidem non ſemper ei qui promittit tutum eſt credere, cautius erit alium aſſumere, qui obligationem illam in ſe recipiat, promiſſore quoque remanente obligato, quem fideiuſſorem à fide promiſſæ appellamus, quiquidem cuiuis obligationi vtcunque contractæ, etiam ſi naturalis tantùm ſit, accedere poteſt.

PRo eo, qui promittit [b], ſolēt alij obligari, q fideiuſſores appellātur: quos homines [c] accipere ſolent [d], dum curant, vt diligentius ſibi cautum ſit [e].

Omni obligationi accedere poteſt fideiuſſor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero, ſed etiam pro ſeruo. Aret.

In omnibus autem obligatiōibus [f] adſumi poſſunt: id eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu [g] contractæ fuerint. At nec [h] illud quidem intereſt, vtrum ciuilis [i], an naturalis [k] ſit obligatio, cui [l] adijcitur fideiuſſor: adeò [m] quidem, vt pro ſeruo [n] quoque obligetur [o], ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat,

DE FIDEIVSSORIBVS.

Continua ſic, Viſum eſt de ijs, qui principaliter obligantur ex pluribus contractibus. Verùm quia, vt hic dicitur in principio, pro eo qui obligatus eſt, ſolet accedere fideiuſſor: ideò poſt illos titulos ſubijcitur iſte, De fideiuſſor. Aretinus.

PRo eo. Totus iſte ti. diuidiē in v. partes. Primo qualiter fideiuſſores accipiūt. Secūdo in qua obligatione accedere poſſunt. Tertio, qñ ſunt plures fideiuſſores, an inſolidū vel pro parte quilibet obligetur. Quarto, ꝙ non pōt fideiuſſor in plus obligari, quā principalis, & qñ dicitur in plus obligari. Quinto, quādo ſolēnitas intrinſeca præſuminer. Secūda ibi, In omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiuſſores. Quinta ibi, In ſtipulationibus. CASVS. Quæſiui à Iuſti. vnde ꝓcederēt fideiuſſores, ſiue ortū haberēt? Certe dicit ipſe, ſæpe cōtingit, ꝙ vnus principaliter obligaē, & alius ꝓ eo introducēdo obligaē, qui fideiuſſor appellaē. & fideiuſſores iſtos accipiūt creditores, dū curant, vt tutius ſibi caueaē. Fran.

b Promittit. ſ. principaliter. ſ. per ſtipulationē. & idē ſi quocunq; alio modo quis obligetur. vt. j. eod. §. j. & ff. eo. l. j. Nunquid autē acceſſoriæ obligationi accedere fideiuſſor poteſt? Reſpon. ſic. vt. ff. eo. l. Græce. §. ſi. & de pign. act. l. ſi rem. §. j.

c Quos homines. i. fideiuſſores.

d Solent. ſ. creditores.

e Cautum ſit. & eſt cautum ſine dubio: vt infra de replica. §. final.

ADDITIO. Vnde plena cautio dicitur cū fideiuſſoribus, ſed plenior cū pignoribus, ſimpliciter vero prolata ab homine intelligitur ſine fideiuſſoribus: ſecus, ſi à lege vel à prætore, niſi procederet vltra declarando nudam cautionem ſufficere. Ang.

In omnibus. CASVS. Quæſiui ab Imperatore, an fideiuſſor accipi poſsit ſolūmodo à debitore, qui eſt verbis obligatus? Rñ. dicēs, ꝙ fideiuſſor pōt accipi in omni obligatione, ſiue ſit obligatio cōtracta re, ſiue verbis, ſiue cōſenſu: & plus dico, ꝙ fideiuſſor poteſt dari pro obligatione ciuili tantū, & pro naturali tantū, & pro ciuili & naturali: vnde cum ſeruus domino ſuo poſsit naturaliter obligari: poteſt & dare fideiuſſorē domino ſuo in id, ꝙ ei naturaliter debet, & etiam extraneo: & erit ille fideiuſſor à ſeruo datus domino naturaliter & ciuiliter obligatus: cum tñ debitor principalis ſit tantū naturaliter obligatus: quod mirū videtur: cum plus nō debeat eſſe in acceſsione, quā in principali obligatione: vt. j. eo. ti. §. fideiuſſores. Ad quod reſpōdet: quod plus loco, vel tēpore, vel re, vel cauſa nō poteſt eſſe in fideiuſſore, quā in principali debitore: tamē circa illud idē quod debet principalis debitor, poteſt eſſe efficacior obligatio fideiuſſoris, quam principalis debitoris. Fran.

f In omnibus autem obligationibus. i. in omni ſpecie obligationum, dummodo nō ſit contra legē: vt. ff. eo. l. cum lex. Sed contra. C. ne fideiuſſ. do. den. l. j. Sol. illud ſpeciale eſt [3]. Item in præſentibus & futuris negotijs poteſt accedere fideiuſſor: vt. ff. de iudic. l. non quemadmodum. & j. eo. §. fideiuſſor.

3 Hoc verō in fideiuſſ. de dote conſeruanda propter perfidiam cuiuſdam inter eos: vt ibi dicit text. Quid autē de dote reſtituenda, vide in l. conſtante. §. quoties. ff ſo. ma. Ange.

g Conſenſu. ſiue etiā ex maleficio vel quaſi: vt. ff. eo. l. Græce. §. ſed & ſi ex delicto.

h Nec. id eſt, non.

i Ciuilis. ſcilicet tantum: vt pro eo, qui fuit confeſſus ſpē futuræ numerationis: vt. j. tit. proxi. habet tamen eandem exceptionem, quam reus: vt. C. de non numera. pecu. l. penul. in fine. & l. tam mandatori. Et ſic nota ciuili tantum obligationi accedere fideiuſſorem: vt hic, & dicta. l. dicitur. & ff. eodem. l. fideiuſſor obligari. §. ij.

k Naturalis. ſ. vt pro ſeruo, vt ſubijcit, & ff. eo. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor accipi. ergo quantum ad dationē fideiuſſoris nō intereſt, ſed quo ad alia multa intereſt. ſ. inter ciuilem & naturalē obligationem: vt. ff. de conſt. pecu. l. j. §. debitum & l. quod ſi maritus. §. ſi quis autem. Accurſius.

l Cui. ſ. obligationi.

m Adeo. i. in tantum.

n Pro ſeruo. qui ſeruus de iure naturali tenetur tantum, non ciuili: vt. ff. de condi. inde. l. ſi id quod. & ſ. de lib. §. j. & ſ. de inuti. ſtip. §. itē inutilis. & huic naturali accedit hic fideiuſſor. At ipſe ſeruus fideiubere nō poteſt: vt. ff. eo. l. ſeruus inſcio. & l. ſeq.

Seruus ciuiliter nequit obligari.

o Obligetur. fideiuſſor, qui pro eo intercedit.

Domin

a Dominus. non idē econtra, vt dominus ſeruo poſſit fideiuſſorē dare. Et eſt ratio: quia talis fideiuſſor obligando ſe ſeruo, per conſequēs domino obligatur. Itē pro eodē ſ. domino obligatur: quod eſſe nō poteſt, vt idem pro eodē, & apud eundē poſsit obligari: vt. ff. eo. l. ſi quis pro eo. §. j. & l. Vranius. & ff. ad Velleia. l. tutor. Accur.

ſiue ipſe dominus [a] in id, quod ſibi naturaliter debetur.

Obligatio fideiuſſoris eſt tranſitoria ad hæredem. Are.

Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum [b].

Fideiuſſor poteſt adhiberi, etiā pro futura obligatione. Areti.

Fideiuſſor & præcedere [c] obligationem, & ſequi poteſt.

Si plures ſint fideiuſſores pro eodē interuenientes, inſolidum tenentur ſinguli: diui tamen Hadriani beneficio ſi omnes litis conteſtatæ tempore ſoluendo exiſtant: in viril. ſcinditur debitum: quod ſi vnus fideiuſſorū neglecto diui Hadriani beneficio ſolidum debitum exoluerit, fruſtra à confideiuſſoribus viriles repetere nitetur: ſed ei cum principali debitore experiendum eſt.

Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli inſolidum

Fideiuſſor, an ſemper relinquat hæredem obligatum.

Fideiuſſor. CASVS. Si aliquis pro debitore aliquo fideiubeat: non ſolū ipſe eſt obligatus, quandiu viuit, ſed etiā ſi deceſſerit, relinquit hæredē obligatum, & huius ratio eſt: quia ex contractu tenentur hæredes.

b Relinquit obligatū. ſiue hoc dictū ſit, ſiue nō. & idē in omni obligatione ex contractu, vel quaſi in ipſa re principali: vt hic, & ff. de act. & obli. l. ex contractibus. Sed quid ſi ad pœnam furti obligatus eſt, vel alia actione vel obligatione, quæ non tranſit ad hæredes? Reſpon. Nō puto teneri ex hoc caſu hęredem quaſi naturam mutet hoc caſu ſtipulatio: vt argu. ff. ſi quis cau. l. ſi cum. § qui iniuriarum. & j. de act. §. fuerat autem [1]. & facit ad hunc §. ff. eodem. l. iiij. §. finali.

1 Hoc verū intellige quādo ſimpliciter pro tali actione, vel delic. fideiubet: ſecus ſi pœnam vel certam ſummā: licet pro delicto promiſſent, vel pro eo qui iam erat condēnatus: quia contra hæredem trāſit: niſi ſub conditione promiſiſſet. Ioan. Fa. & Angel.

Fideiuſſor. CASVS. Pone quod aliquis ita fideiuſſit pro Titio, Fideiubeo pro Titio in id quod ſibi credes, vel in id quod ſibi credidiſti: valet ne talis fideiuſſio? Reſpond. quod ſic. & hoc eſt, quod in iſtis duobus §§. dicitur Franciſ.

c Fideiuſſor & præcedere. puta fideiubeo in id quod ſibi credes, vel credidiſti, vel credis. Nam in his tribus temporibus poteſt accipi, vt hic, & ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu con. l. quoniam. §. ſi.

Si plures. CASVS. Pone quod pro quondā debito penes ſuum creditorē quatuor fideiuſſerunt, nūquid iſti plures fideiuſſores tenētur inſolidū? Rñ. Iuſti. quod ſic: & liberū eſt creditori à quo petat. ſi velit exigere ſolidum, de tēpore iuris primitiui: ſed poſtea inuenta fuit epiſtola diui Hadriani, in qua cauetur, quod inter cētes fidiuſſores, qui ſunt ſoluendo tēpore litis conteſtatę diuidatur obligatio ſed ſi tēpore litis cōteſtatæ vnus inueniatur non ſoluēdo, cæteros onerat. Sed pone, cum quatuor ſunt fideiuſſores, quod vnus conuētus à creditore, ſolidū ſoluerit: quid iuris in iſto caſu? Rñ. Iuſti. quod ſi principalis debitor nō ſit ſoluēdo, hoc erit ſuū detrimentum & ſibi debet imputare, quare totū ſoluit: quia potuiſſet ſe iuuiſſe epiſtola diui Hadriani h. d. Franciſ.

d Tenentur. idē eſt in pluribus mandantibus, vel iubentibus: vt. ff. quod iuſſu. l. ſi. Sed videtur iure nouo, quod pro parte ſua tantū quilibet teneatur ipſo iure: vt iam non ſit neceſſaria epiſtola, de qua ſubijcitur iuc: niſi expreſſe inſolidū promittatur. & ſic videtur corrigi quod hic dicitur: vt in auth. de duo. reis. §. j. colla. vij. Vel verius (vt puto) dicta aut. loquitur in pluribus reis debēdi: in quibus etiā iure veteri videtur fuiſſe cautum, vt pro partibus teneantur: vt. ff. de duo. re. l. reos.

tenentur [d]. Itaque liberum eſt creditori, à quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola [e] diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis, qui modo ſoluēdo ſunt litis conteſtatæ tempore, partes [f] petere. Ideoq; ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit: hoc cæteros onerat [g]. Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſecutus fuerit: huius ſolius detrimētum erit ſi is [h], pro quo fideiuſsit, ſoluendo non ſit: & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari [i] ex epiſtola diui Hadriani, et deſiderare, vt pro parte in ſe detur actio.

Fideiuſſoris obligatio acceſſoria eſt principali, quo fit vt maior principali eſſe nequeat: minor autem queat.

Annota, illud vulgatum. Qui citò dat, bis dat.

Fideiuſſores ita obli-

At ſecus ſit in fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur in ſolidū, vt ipſe reus pro quo intercedit. & ita habebit locū epiſtola hodie, vt olim.

ADDITIO. Et iſta cōmuniter approbatur. Adhibētur enim iſti pro ſecuritate: vt. ſ. eo. in prin. ſecus in duobus reis: ideo &c. Io. Fab. & Ang.

e Ex epiſtola. ſed vbi eſt hæc epiſtola? Reſpondet, non habemus eam ſcriptam: multoties tñ de ea mentionē facit lex, vt hic, & C. de conſti. pec. l. fin. & ff. eod. l. inter fideiuſſores. & l. ſeq.

f Partes. Hæc tñ epiſtola fallit in v. caſibus: vt in fideiuſſoribus tutorum qui non implorant beneficiū, licet tutores implorent: vt ff. rem pup. ſaluam fore. l. fina. & ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. §. nunc tractemus. Item fallit in fideiuſſore fideiuſſoris: vt. ff. eod. l. ſi plures. §. ſi. Itē fallit, quando cæteri fideiuſſores ſoluendo non ſunt tēpore litis conteſtatę: vt infra ſubijcit ſtatim. Item fallit, quando eiuſdē ſummæ ſunt fideiuſſores, ſed non pro eodem debitore: vt. ff. eo. l. ſi à Titio. Item & quando inficiantur: vt. ff. eo. l. ſi dubitet. §. ita. Sed nunquid hæc exceptio epiſtolę eſt perēptoria vel dilatoria? Videtur perēptoria: quia prorſus perimit id in quo opponitur. Itē econtra videtur dilatoria: quia ante litem conteſtatam opponi debet, vt hic: quare videtur dilatoria: vt. C. de proba. l. exceptionem. Sed dico eam quaſi anomalam, cum nec peremptorias prorſus immitetur, quæ vſq; ad ſententiā opponuntur: nec dilatorias, quę tantum differunt: vt. j. de except. §. hæc exempli. & C. ſent. reſcin. non poſſ. l. peremptorias [2]. Sed quid ſi ſoluit, nunquid repetet quaſi ſit fauorabilis exceptio? Videtur quod ſic, vt in Velleia. vt. ff. de condi. inde. l. qui exceptionē. & ff. eo. l. ſi contendat. Sed cōtradico: quia non inuenio, quod ſit ſic fauorabilis, & qui ſuū recipit: vt ff de condi. inde. l. repetitio.

Exceptio diuiſionis fallit i quinq; caſibus.

Exceptio epiſtolę diui Hadriani eſt anomala.

2 Tu dic, quod etiā vſque ad ſententiā poteſt opponi: vt not. gloſ. in. l. fideiuſſor. C. eod. an aut? poſt ſententiā, vide Angel. hic.

g Onerat. argu contra. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. ij §. ſi quis. Accurſius.

ADDITIO. Solu. ibi non erat fideiuſſor obligatus, niſi pro ſua parte.

h Si is. ſcilicet, reus.

i Iuuari. facit. ff. eo. l. vt fideiuſſor.

Fideiuſſores. CASVS. Quæſiui à Iuſtiniā. vtrum fideiuſſores ita poſsint obligari, quod plus debeant, quam debeat debitor principalis? Et rñd. Iuſtin. quod non.

Oblig

Obligatio enim fideiuſſoria acceſſoria eſt principali obligationi. Plus enim non debet eſſe in acceſsione, quam in principali obligatione: ſed econuerſo bene poteſt eſſe. Si enim principalis debitor obligetur in decẽ, bene poteſt fideiuſſor obligari in quinq;, quod ſi fideiuſſor obligetur in viginti hoc eſſe non poteſt. In verſ. Itẽ ſi ille, caſus eſt talis, Supra dixi, quod in maiori quãtitate non poteſt teneri fideiuſſor, quã debitor principalis. Idem dico in tẽpore. non enim poteſt eſſe, quod fideiuſſor teneatur pure, quando principalis debitor ſub conditione obligat: quia ſic in plus teneret fideiuſſor, quã debitor principalis: quia plus intelligitur non ſolum in quantitate, ſed etiã in tempore minus et plus intelligitur. econuerſo autẽ nõ poteſt obligari pure. hoc dicit.

a Obligãtur. ſed nũquid in idipſum in quo reus tenet, ſaltẽ remanet obligatus, quando in plus fideiuſsit? Qui dam dicunt quod ſic: pro quibus eſt hoc generale. Vtile per inutile non vitiatur: vt. ff. eo. l. ſi à reo. §. j. & C. de do. l. ſi quis argentum. §. ſed in his omnibus. Nos contra ſ. quod in nihilo teneatur: & eſt pro nobis. ff. eo. l. Græce. §. illud.

ADDITIO Collige ex gloſ. duas opiniones. Prima, quod vbi fideiuſſor fideiubet in plus, quã reus principalis debet, obligatur pro occurrente quantitate. & pro hac ſententia allegatur primo. l. ſi à reo ff. eo. l. ſi hactenus. in fi. ff. de conſti. pecu. l. rogatus. in fi. ff. manda. allegatur vulgaris regula: Quia vtile per inutile vitiari non debet, regula iuris. vtile. lib. vj. Chriſtopho.

b Nec plus. cõtra hanc regulam eſt. ſ. de rerum diui. §. ſi tamen rem alienam. Item. ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. in princi. ibi, nec refert. Item. ff. de ſolu. l. qui res. §. mihi decẽ. & §. qui ſtipulatur. & §. mihi Romæ. Sed his omnibus da generalem ſolutionem, vt ſic exponas hanc literam, nõ plus eſſe poteſt in acceſsione &c. i. in acceſſoria obligatione, ſecundum Ioã. Item contra. ff. de iud. leg. non quemadmodum. Sol. ibi non eſt plus: quia licet fideiubeat ante reum, nõ tamen plus tenetur. Item contra. ſ. eo. §. j. verſi. at nec. Sed ibi non eſt plus eo modo, quod dicitur plus. Dicitur enim plus quatuor * modis, quorum nullus eſt ibi: vt. j. de act. §. plus autem. Accur. ADDITIO Et eſt ratio: quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris: ideo ſibi imputet. Diſparitas vero in ſpecificatione, ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo ſibi magis ſuccurritur.

c Contra. l. ſi reus quinq; promiſit, fideiuſſor decẽ.

d Contra vero. Si reus ſub conditione promittat, & fideiuſſor re. Accurſius.

e Plus eſt enim. Facit ad hoc. ff. de ver. ſig. l. ſi cui. §. fina. & ſ. j. de actio. §. plus autem. & ff. de ſolu. l. ſolidũ. & ff. de ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. quoties. Accur.

† Cõ cor. l. fideiuſſores. & l. in partẽ. ff. e.

* An autẽ hi quatuor modis contingat in amplius fideiuſſorem, atque reũ obligari: vide hic p Io. Pla.

gari nõ poſſunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligãtur [a]. Nã eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis; nec plus [b] in acceſsione poteſt eſſe, quã in principali re. At ex diuerſo, vt minus debeãt, obligari poſſunt †. Itaq; ſi reus decẽ aureos promiſerit, fideiuſſor in quinq; rectè obligatur: contrà [c] verò obligari nõ poteſt.

Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contrà [d] verò nõ poteſt. Non ſolùm autẽ in quantitate, ſed etiam in tẽpore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim [e] ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare.

Fideiuſſor ſoluens pro reo, habet contra eum mãdati actionem. Aretinus.

Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit [f]: eius recuperandi cauſa habet cũ eo mandati iudiciũ [g]. Græcè [h] etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ †. ſed & ſi dixerit θέλω * ſiue βούλομαι *, ſed & φημί *: pro eo erit, ac ſi dixerit, λέγω †.

Solennitas interueniſſe præſumitur, quando ſcriptura verba apta ſunt illam comprehendere.

In ſtipulationibus fideiuſſorũ, ſciendum eſt hoc gñaliter accipi: vt quodcunq; ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum [i]. Ideoq; conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe: videri omnia ſolenniter [k] acta [l].

Si quid. CASVS. Supra dictum eſt, quod inter fideiuſſorẽ & creditorẽ eſt obligatio verborum: ſed quæ eſt obligatio inter fideiuſſorẽ & principalem reum? Et reſpõ. Iuſti. quod ſi aliquid fideiuſſor pro reo ſoluerit, habet contra eum actionẽ mãdati: & ita quãquam verborum obligatio, quæ eſt ſtricti iuris, ſit inter fideiuſſorẽ, & principalem debitorem, eſt obligatio mãdati, quæ eſt bonæ fidei. Franc.

f Soluerit. ſiue p iudicem, ſiue nõ: vt ff. mandati. l. idẽq;. § fideiuſſores. Sed etiã in caſibus quatuor ante, quã ſoluat, agit mãdati: vt ſi hoc dictum ſit, vt ad tẽpus teneatur. Item ſi fuerit cõdemnatus, item ſi cœpit bona ſua diſsipare reus, itẽ ſi diu ſteterit fideiuſſor in obligatione: vt. C. manda. l. ſi pro ea. & ff. manda. l. Lucius. [1] alias nõ agit ante, quam ſoluat, ſed ſoluere debet: vt. ff. de cõdic. ind. l. indebitũ. Sed etiã in his caſibus nullo modo agit: vt ſi pro inuito, aut donãdi animo, aut in rem ſuã fideiuſsit: vt. ff. manda. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit, vt nõ agam: vt. ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. Marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium: vt. j. mandati. §. illud. Item & ſi fideiuſſor nõ oppoſuit exceptionem, quam debuit opponere: vt. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. Accur.

g Mandati iudicium. i. actionem, ſi interceſsit mandatum, vel etiam eo præſente fideiuſſiſſet: vt. ff. mãdati. l. qui fide. & l. ex mandato.

h Græce. Facit. ff. eo. l. Græce. j. reſpon. & j. quibus mo. tolli. obligatio. §. j. verſi. ſed & Græce. & ſupra, de verbo. obli. § verum autem. Accur.

In ſtipulationibus fideiuſſorum. CASVS Stipulatio autẽ in fideiuſ. poteſt eſſe cauta, & nõ cauta: ſi aũt cauta non ſit, vt ſi inſtrumentum dicat, quod ipſe promiſerit creditori interroganti: nihilominus omnia præſumuntur ſolẽniter acta, quaſi interrogatio promiſsionẽ præceſsiſſet. hoc dicit vſq; ad finem. Franc.

i Etiam actum. q. d. ſi ita dicit ſcriptura, ac ſi vere ita fuiſſet factum, quod forte fuit vel non fuit actum, certè præſumitur pro ſcriptura, vt ſi: videtur actũ: & eſt hæc ſcriptura priuata. dicit enim, ſi quis ſe &c. & ex cauſa: vnde incõtinẽti præiudicat, niſi cõtra probetur: vt. ff. de non nu. pec. l. generaliter. Et facit ad hunc. §. ff. de ver. obli. l. ſciendum. & C. de cõtra. ſtipul. l. j. & ſ. tit. j. § ſi ſcriptũ. In ſcriptura autẽ publica condicit ſtandũ multo magis, niſi cõtra probetur: vt. C. de proba. l. cũ precibus. & in auth. de fide inſtru. §. ſi vero moriantur. in prin. §. col. vj. [2] Item nota hic præſumi omnia ſolẽniter acta, quod probant ſupradictæ leges. Accur.

k Solenniter. i. etiam interrogationem factam fuiſſe: quam neceſſe eſt præcedere: vt. ſ. de ver. obli. in prin. & C. de contrahẽ. & commit. ſtipu. l. j.

l Acta. ſed contra. ff. de pub. in rem actio. l. quæcunq;. §. fina.

Fideiuſſor in quatuor caſibus agit antequam ſoluerit.

† Ideſt, mea fideiubeo ego.

* Ideſt, volo.

* Ideſt, conſulto volo.

* Ideſt ad ſtimo.

† Ideſt dico.

[1] Intellige de arbitrio iudicis: ſecundũ cõmunem opin. & no. quia debuit ſtiliſſe in obligatione: nec ſufficeret qđ ſteteriſſet in promiſſione tãtum, vel fideiuſſione. Et alios caſus addit ad iſtam gl. vt p An hic.

[2] Nota ſecundũ Angel. hic, qđ falſitas inſtrumẽti item ſolennitas vel error ſcribentis poſſunt pbari p teſtes. Item ſimul latibus dũ modo contractus fuerit ſine ſcriptis celebratus, licet in ſcriptis redactis fuerit. alias ſi in ſcriptis ſit celebratus: nõ reprobatur niſi per contrariã ſcripturã. De qua materia vide. ſ. tit. j. §. itẽ verborũ. Ange.

de ſer. ruſti. præd. l. j. Et not. quia hic per verba loquitur: aliud ſi per nomen puta iter. tunc enim domino acquiritur: vt. ff. eo. l. ſi communis.

Non etiam dominus. ſubaudi, prohiberi nõ debet: quaſi diceret, debet prohiberi. Sed contra. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. non ſolum. & ſ. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. §. j. Sed nõ eſt contra: quia & hic acquiritur dño cõmodum. nam ad ſui domini vtilitatem ibit ſeruus.

ipſe enim tantum prohiberi non debet: nõ etiam dominus[a] eius.

Ex communis ſerui ſtipulatione vnicuiq; dominorum pro portione, ſcilicet dominica, acquiritur: niſi vnius domini iuſſu, aut nomine ſtipulatus ſit: quod autem vni dominorum quæri non poteſt, alteri accreſcit.

Seruus cõmunis ſtipulando[b], vnicuiq; dominorum pro portione dominij † adquirit: niſi iuſſu vnius eorum, aut nominatim[c] alicui eorum ſtipulatus eſt[d]: tunc enim ſoli ei adquiritur.

Seruus cõmunis ſtipulando rem quæ nõ poteſt vni ex dominis acquiri: acquirit inſolidum alteri. Aretinus.

Seruus cõis &c. CASVS. Supra dictum eſt, qñ ſeruus vnius ſtipulatur. ſed domine, quid iuris eſt ſi ſeruus communis ſtipulatur? Et reſpon. Iuſti. quod ſi ſeruus communis ſtipuletur aliquid ſibi dari imperſonaliter, vel dñis ſub nomine appellatiuo: acquirit vnicuique domino pro portione dominij, & non pro portione virili: niſi vnus ex dominis iuſſerit eũ ſtipulari: tunc enim iubenti acquiritur: vel ſi nullus eorum iuſſerit ei, ipſe tamen alterum nominauerit, puta ſtipulatus eſt Petro dño ſuo, tunc per hãc ſtipulationẽ acquiritur nominato. Si autẽ vnus iuſſerit, & ipſe aliũ noĩauerit: quid iuris ſit, habes in gl. Franc.

† Fallit primo qñ ſtipulatur vni ex dominis nominatim. ſecũdo ſi iuſſus vnius pcedit, tertio ſi res ſtipulata nõ poſſet acquiri alteri ex dominis. Aeg. per.

b Seruus communis ſtipulando. imperſonaliter, vel ſibi, vel dominis ſuis ſub nomine appellatiuo, aliud ſi propria nomina expreſſerit: nam tunc acquirit pro virili, nõ pro portione dominij. Sed quid ſi propriũ * nomen & appellatiuũ? Rñ. ſi præponat propriũ, pro virili. ſi appellatiuum præponat, pro dominica: vt. ff. de ſtipu. ſer. l. ſi communis ſeruus ita ſtipuletur, Lucio Titio. & ff. de ſtatu libe. l. ita. §. j. Accur.

* Ratio, quia nomina appellatiua ſequẽtia ſtãt demõſtratiue, non diſpoſitiue. Aeg. per.

c Nominatim. proprio nomine: vt. ſ. de hære. libe. §. j. vel appellatiuo: dummodo intelligatur de quo domino dicat: vt. C. de libe. præte. l. ij. & iij. & ff. ſi certũ peta. l. certum. Accurſius.

d Stipulatus eſt. hoc diſiũctim. i. diuiſim exaudi. Sed quid ſi vnus iuſſit ſeruo, & ipſe alteri ſtipulatus eſt nominatim? Diſtingue, ex cuius re: vt ſi ex re iubentis ſibi quęratur, alias nominato: vt. C. per quas perſo. no. acquir. l. fina. §. fina. & ff. eo. l. proinde. §. fina. & l. ſeq. licet antiqui aliter diſtinguebant.

Quod ſeruus communis. CASVS. Supra dictum eſt quid iuris ſit, quando ſeruus cõmunis ſtipulatur ſibi dari aliquid: & dictum eſt, quod vtriq; dominorũ poteſt acquiri. ſed domine, quid iuris eſt, ſi ſeruus communis ſtipuletur aliquid, quod alteri dominorum acquiri non poteſt: veluti ſi res quam ſeruus ſtipulatus eſt, ſit alterius dominorum: cum res ſua ſibi acquiri non poſſit? Et reſpon. Iuſtin. quod tunc neceſſarium eſt, quod alteri acquiratur. hoc dicit. Franc.

e Vnius domini ſit. nam cum ſua ſit, amplius ei quęri non poteſt: vt. ſ. de leg. §. ſed ſi rem. & j. de actio. §. ſi itaque. reſtat ergo vt ſoli alteri quæratur. Aliud ſi ex re vnius ſtipuletur: quia tunc oĩbus quæritur, ſed cõmuni diuidundo iudicio reddetur. i. cũ aget cõmuni diuid. pro iſto ſeruo, poteſt etiam deducere, ꝙ ſocius ſuus lucratus erat ex ſtipulatione facta ex rebus ſuis; & redditur illi, ex cuius re quæritur: vt. ff. eo. l. ſi ex re. §. j.

DE DIVISIONE STIPV.

Suprà dictum eſt de ſtipulationum materia. Verùm, quia eorum multiplex eſt ſpecies: ideo ſubdit de diuiſione ſtipulationum. Per.

Quod ſeruus communis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, ſolidum alteri adquiritur: veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit[e].

TITVLVS XIX.

DE DIVISIONE STIPVLAtionum.

Prætoria ſtipulatio, eſt quæ eſt inducta ab edicto prætoris: iudicialis à iuriſconſultis, vel alijs partibus iuris, quàm à prætore: conuentionalis à ſola partium conuentione: communis quandoq; à prætore, quandoq; à iuriſconſultis inducta eſt. Areti.

STipulationũ aliæ ſunt

STipulationũ. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes principales. Primo ponit diuiſionẽ ſtipulationis. Secundo illam per exempla declarat. Secunda ibi, Iudiciales. CASVS. Tradidit Iuſti. diuiſionem ſtipulationum: modo ſingula membra diuiſionis per exẽpla declarat. Et primo ponit, quæ ſunt iudiciales: dicens, ꝙ illæ ſunt iudiciales ſtipulationes, quæ à mero iudicis officio proficiſcunt. qđ ſic intellige, ſcilicet quæ proficiſcũtur ab officio iudicis mercenario. & appellatur iudicis officium mercenariũ, qñ aliquid expeditur per iudicẽ, propter quod iudex principaliter nõ aditur. Verbi gratia: aliquis vſucepit rem meam, quam à non dño emit bona fide: ego egi cõtra eum rei vendicatione, & litem cum eo ſum conteſtatus: lite conteſtata cõpleuit vſucapionem, nõ obeſt ei litis conteſtatio quo ad curſum vſucapionis cõplendæ. Sed ſecus eſt in pſcriptione: quia ſi tantũ completa vſucapione probẽ illam rem meã eſſe: tenetur illam mihi reſtituere: & ita licet quo ad curſum nõ noceat ſibi litis cõteſtatio, tamẽ quo ad effectũ vſucapionis ei obeſt: & debet iudex ipſum facere cauere, quod nõ cõmiſit dolum in re illa, ſeruum forſan per itũ alienãdo: vel manumittendo, vel aliquo alio modo: vt ff. de rei ven. l. ſi poſt acceptũ. Et illam cautionẽ debet iudex facere interponi per officium mercenarium: & ſic accipe, quod litera dicit, mero: quia nunquã prætor viuus vel mortuus de hoc ſe intromiſit: ſed lege iubẽte interponitur huiuſmodi cautio: vt in cautione de dolo per. l. prius alleg. ff. de rei ven. l. ſi poſt. & ſubdit exempla duo: primum eſt veluti de dolo cautio. Secundũ dicitur eſſe quędam ſtipulatio iudicialis. Si enim ago cõtra aliquẽ pignoratitia actione, debet iudex ex officio ſuo facere reo interponere cautionem, ꝙ in re pignorata non cõmiſit dolum ſeruitutes admittendo, vel aliquo modo ius læſerit: vel de perſequẽdo ſeruo. Si enim aliquis metu abſtulit à me ſeruũ meum, & illum poſtea perdiderit: debet iudex facere cauere de perſequẽdo ſeruo illo, & de reſtituendo eius pretio. Prætoria autem proprie eſt illa ſtipulatio propter quam aditur iudex viuus ad hoc, ꝙ illud exequatur, quod mortuus iudex promiſit, vel præcepit. Cũ enim prætor mortuus præceperit, ꝙ ille cuius domus minatur ruinam, caueat de damno infecto: ſi adeatur prætor viuus ad executionẽ illius pręcepti, hoc eſt ad hoc, vt faciat ipſum cuius domus minatur ruinã, cauere de damno infecto: iſta cautio ſiue ſtipulatio pretoria nũcupatur. In verſ. pretoriæ. Iuſti. manifeſtat per exempla, quæ ſunt pretoriæ ſtipulationes, quæ proficiſcũtur à mero pretoris officio. i. purę: ita quod

ita quod nõ iudicis officio interponãtur: veluti damni infecti cautio, & legatorũ. & dicunt ſtipulationes ædilitias ſub prætorijs ſtipulationibus contineri: ita quod ſi animal tibi vẽdam: & de vitijs (prout teneor) cauẽ: dicitur iſta cautio, quãquã ſit ædilitia prætoria. Fran.

Stipulationum. ſimile p omnia. ff. de verbo. obliga. l. ſtipulationum. ij.

a Iudiciales. quãdo iudex cognoſcit de aliqua cauſa, & pendente cauſa incidẽti facit interponere cautionem. & dicuntur iudiciales à iudice.

b Prætoriæ. quãdo nõ aditur iudex alia de cã ſed principaliter vt talis cautio interponaẽ: veluti damni infecti & cautio legatorũ præſtandorum: & talis eſt differentia

iudiciales[a], aliæ prætoriæ[b], aliæ conuentionales[c], alię cõmunes[d], tam prętoriæ, quã iudiciales. Iudiciales[e] ſunt dũtaxat, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: veluti de dolo cautio[f], vel de perſequendo ſeruo[g], qui in fuga eſt, reſtituendove[h] p̃tio. Prætoriæ[i] ſunt, quæ à mero[k] prætoris officio proficiſcuntur: veluti dãni infecti[l], vel legatorum[m]. Prętorias autẽ ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiã cõtineantur ædilitiæ[n]†. nam & hæ à iuriſdictione prætoris veniunt[o]. Conuentionales ſunt, quæ ex cõuentione vtriuſq; partis cõcipiuntur: hoc eſt, neq; iuſſu iudicis, neq; iuſſu prętoris, ſed ex conuentione contrahentiũ, quarũ[p] totidem genera ſunt, quot (penè[q] dixerim) rerum contrahendarũ[r]. Com-

inter ea quæ dicta ſunt. Sed cum hic ponatur prętoriæ, vt ſpecies oppoſita iudiciali: quare. ff. de pręto. ſtip. l. j. in prin. ponitur vt genus? Reſpon. ibi, aliter accipitur iudicialis: ſcilicet à iudicio: hic à iudice: vt. ff. manda. l. Lucius. ADDITIO. Gloſ. iſta nõ intellexit bene differentiam: ſed melius dicit. j. eo. in verbo, veniunt. Chriſtophorus.

c Conuentionales. quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum eſt & planum.

d Communes. veluti rem pupilli ſaluam fore: quia principaliter poteſt adiri iudex vt interponaẽ cautio, cum pupillus habet tutorem, qui non ſatiſdedit rem pupilli ſaluam fore: & ſic dicitur prætoria. Poteſt vero adiri iudex non principaliter: vt cautio illa interponatur, ſed ex alia cauſa: veluti cum pupillus non habet tutorem, poteſt petere coram iudice, & iudex qui dat tutorem, ex officio ſuo facit interponi cautionem rem pupilli ſaluam fore: & ita dicitur iudicialis. Item quidam dicunt illam cautionem rem ratam haberi, eſſe communem: quia quandoq; interponitur à procuratore actoris: quãdoq; à procuratore rei: vt. ff. de procur. l. Pomponius. §. ſed & is qui. Vel alia ratione dicitur communis: veluti cum procuratorio nomine quis alium cõuenit iudex ex officio ſuo debet facere, vt cautio rem ratam haberi, interponatur: & tunc eſt iudicialis. Prætoria, eſt quando quis promiſit mihi quod promitteret rem ratam haberi: modo volo, quod promittat: & ſic principaliter ad iſtam ſtipulationem vado ad prætorẽ vt ipſa interponatur. Reſiduũ gloſ. (quæ in alijs impreſſionibus hic communiter ponitur:) in fine gloſ. huius tituli habetur.

e Iudiciales. ſcilicet ſtipulationes.

f De dolo cautio. vt ſi ago pignoratitia: caueas ne ſeruitutes dolo perdideris, vel rei ius in aliquo læſeris: vt. ff. de pig. act. l. creditor. Item ſi rei ven. agam pro re quam vſucepiſti: iam lite conteſtata caues de dolo, ne alienaueris, vel manumiſeris ſeruum: vt. ff. de rei ven. l. ſi poſt. ſic &. ff. manda. l. ſi procuratorem. §. pe. et. l. ſeq.

g De perſequendo ſeruo. vt ſi metu mihi abſtuliſti ſeruum, quem poſtea perdideris: caueas de eo perſequẽdo, vel eius pretio reſtituendo: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. verſic. ꝙ ſi homo. Item emptor qui redhibet, & non habet ſeruum quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de perſequendo ſeruũ: vt ſi habere poterit, illi reſtituat: vt ff. de ædil edic. l. redhibere. §. fina. ſic &. ff de condic. cau. da. l. ſi pecuniam. §. penulti.

† Merum officiũ hic vocat, qđ vulgo dicitur nobile. Nec aliud ſignificat hoc loco, Merũ, quam ſolum. Itaq; Theophilus tranſtulit hic μίνοι. Fran. Balduin9 hic.

* Hęc Balduí. nõ placet, quem tamen hic videto.

Cautio rẽ pupilli ſaluã fore, eſt cõmunis.

Cautio rẽ ratam haberi, eſt cõmunis.

h Vt. pro vel.

i Prætoriæ. ſtipulationes.

k A mero. i. puro: ſic quod non iudicis officio. ſ. tali quali in ſuperiori caſu: vt ſtatim dicam. Accur.

l Damni infecti. vt. ff. de damno infec. l. prætor ait. §. de eo. verſi. in eũ qui. Dicitur et alio reſpectu prætoria illa, quæ ab initio exigitur: ſiue ſit p̃toria iouentione, ſiue ciuili, ſiue alio quocũq; modo inuenta: ex eo, ſcilicet quod prætor eã approbat: vt. ff. de ver. ſig. l. & hoc ſenſu cõprehendit prętorias & iudiciales & communes. & omnes prætor conuentionales: & ita accipitur. ff. de pręto. ſtipul. l. j. ſic eſt de adoptione. ff. de adop. l. ij.

m Vel legatorum. vt. ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l. prima. primo reſpon.

n Ædilitiæ. ſ. ſtipulationes: vt ſi animal tibi vendo, de vitijs eius cauere debeo: vt. ff. de ædil. edic. l. itaque. & l. ſi venditor.

o Veniunt. cum ædiles erant ex prætoribus: vt. ſ. de iure na. §. proponebant. Sed quæ erit intelligibilis differentia inter prætorias & iudiciales: cum hoc titu. accipiatur prætoria & iudicialis? Rñ. quia pretoria prætore mortuo inducta eſt: ſed iudicialis à iuriſcõſultis alijs. Item in prætoria inuenies iudicem ob hoc ipſum principaliter adiri: ſed in iudiciali per cõſequentiam: vt patet ex ſupradictis exemplis. Item iudiciales vagæ ſunt per totum corpus iuris: ſed prætoriæ licet & ipſæ ſint vagæ: comprehenſæ tamen ſunt ſimul in vno tit. vt. ff. de præto. ſtipu. l. j. Item potes notare quartam differentiam vt notatur. ff. de verbo. obliga. l. v. §. ij. ADDITIO. Hanc differentiam dominus Ioan. addit dicens: quia prætoriæ ſunt, quæ per ſolum iudicem ordinariũ interponũtur: & iudiciales quæ per quemlibet alium iudicem.

Conuentionales ſunt, quæ &c. CASVS. Quæſiui à Iuſti. quæ eſſent ſtipulationes conuentionales? Et reſpon. ꝙ illæ ſunt ſtipulationes conuentionales, quæ ſunt vel fiunt ex conuentione contrahentium: hoc eſt, neq; iuſſu prætoris, neque iuſſu iudicis ordinarij. Sed domine, quot ſunt genera conuẽtionalium ſtipulationum? Reſpon. ꝙ tot fere ſunt, ꝙ dicimus eſſe genera rerum contrahendarũ, & in quibuſdam valet contractus: verbi gratia, venditio in quibuſdam valet, in quibuſdã non valet ſtipulatio. ff. de contrahen. emp. & vend l. & liberi. & l. liberi hominis. §. fina. & j. titu. proxi. j. reſpon. Franc. de Are.

p Quarum. ſcilicet conuentionalium.

q Pene. ideo dicit pene: quia in quibuſdã valet alius contractus: vt venditio in libero homine, & ſimilibus: vt. ff. de cõtrahen. emp. l. & liberi. & l. liberi hominis. & j. de contrahen. emp. §. fina. in quibuſdam non valet ſtipulatio: vt. j. titu. j. primo reſpon. §. j.

r Rerũ contrahendarum. ſ. eſſe genera. i. quot poſſumus dicere eſſe genera contractuum, tot ſunt genera ſtipulationum, id eſt vbicunq; poteſt contrahi, ibi poteſt ſtipulatio interuenire. nam ſtipulatio proprie non eſt contractus: vt. ff. de verbo. ſigni. l. Labeo.

Cõmunes ſunt &c. CASVS. Quæſiui à Iuſti. quæ eſſent cõmunes ſtipulationes. Et ipſe rñ. dicens ꝙ cõmunes ſtipulationes ſunt veluti rem pupilli ſaluã fore.

† Harũ ſtipulationũ Aedilitiarum mẽtio eſt apud Varronẽ. de re ruſt. lib. j. Emptor, inqt ſtipulatur priſca formula ſic, Illaſce oues, qua de re agitur, ſanas recte eſſe. vti pecus ouillũ: quod ſanũ recte eſt extra luſcũ, ſurdam minam, ideſt ventre glabro: neque de pecore morboſo eſſe, habereque recte licere: hæc ſic recte fieri ſpondes. Stipulationes prætoriæ & iudiciales multipliciter differunt.

Hãc quoque damnant aliq; vt per Io. Fabr. hic: q̃ de dã. infect. quãuis ſit prætoria per quemlibet etiã magiſtratũ expediri poteſt: vt. l. j. & l. iiij. §. j. ff. de dã. infe. niſi forte dicat ibi ſpeciale propter periculum moræ. Arg.

Stipulatio enim quæ interponitur rem pupilli ſaluam fore, eſt communis: quia & prætor mortuus præcepit hanc cautionẽ interponi: & iudex viuus hoc exequit͛, ſi aliter res huiuſmodi nõ poſsit expediri. Similiter ſtipulatio de rato eſt cõmunis: quia prætor mortuus præcepit, ꝙ caueret͛ de rato à procuratore actoris: & quãdoq; præcepit iudex viuus, ꝙ caueatur de rato. Alio etiã modo dicitur cautio de rato cõmunis, quia interponitur à ꝓcuratore actoris propriè: & qñq; à ꝓcuratore rei dicitur: vel quãdoq; interponitur in iudicio, & qñq; extra: vt hic habes in gloſ.

Cautio petitur à tutore quandoque principaliter, quãdoque incidẽter.

a Cõmunes. abnegatiuę lege. i. nõ prætoriæ tantum, vel iudiciales tãtũ, vel conuẽtionales tantum: ſed partim ex vno, partim ex altero naturã accipiunt. Nam ſi non cauerit tutor pupillo, hoc ipſum peti poteſt: & quo ad hoc habet naturam prætoriæ: ſi petitur tutor, & per cõſequẽs præſtatur ſatiſdatio, in hoc habet naturã iudicialis: vt. ff. de ſatiſda. tuto. §. j. Sed de hoc dic plenius: vt. ff. de ver. obli. l. v. §. prætoriæ. vbi eſt hic tit. de verbo ad verbum. Item ſi petat͛ hæc ſatiſdatio ab altero tutorum vel curatorum: ex conſequẽtia petitur, & non præciſe: vnde & in hoc habet naturã iudicialis: vt. ff. de admi. tut. l. iij. §. reſpon. & . ſ. de ſatiſd. tut. vel cur. §. j. & §. ij. Vel dic cõmunes alio modo: vt. j. eo. §. ſed ſecundũ hoc omnis p̃toria poteſt eſſe cõmunis. ADDITIO. Dic quod hæc gloſ. ſecuta fuit errorẽ ſuũ, ꝙ illa appellatur cautio prætoria, propter quã interponẽdam iudex principaliter aditur: illa vero appellatur iudicialis, ꝓpter quam interponendam iudex non principaliter, ſed in conſequentiam aditur, quæ opinio ibi fuit reprobata, ſecundum Chriſtophorum.

b Prætor. ſ. mortuus: cuius verba non habemus, ſed ſententiam: vt. ſ. de ſatiſda. tuto: in prin. & . §. j.

c Iudex. ſcilicet viuus.

d Nõ poteſt. Quia ſponte nõ vult ſatiſdare ex p̃cepto mortui p̃toris: vnde inuitus cõpellit͛ à iudice viuo.

e De rato. hæc eſt cõis alia cauſa, quã ſuperior. nam hæc eſt conuẽtionalis qñq;: vt ſi fiat extra iudicium ex conuẽtione: vt. ff. rem ra. hab. l. interdum. Itẽ iudicialis quando interponitur à procuratore actoris: cũ dubiũ eſt, an ſit procurator: vt. C. de ꝓcu. l. j. & de ſatiſda. l. j. alias nõ poteſt res expediri, cum non admittatur: vt. j. de ſatiſd. §. pe. Alij dicunt eã communẽ ſ. de rato: quia à procuratore rei præſtatur qñq;, nõ ſolũ actoris, vt. ff. de ꝓcu. l. nõ ſolum. §. ſi ſtatus. & . §. eſt & alius caſus. & §. vlti. & . l. Pomponius. §. ij. & . l. ſi defunctus. §. vlti. Accurſius.

Cautio de rato eſt cõmunis.

ADDITIO. Et hęc melior, & ideo dicãtur cõmunes, quia partim per prętores, vt in ꝓcuratore actoris: partim per iuriſcõſultos: vt in procuratore rei, fuerint inuẽtæ, vt hic. Cautio autem, quæ ex forma ſtatuti inducitur: ſi ſit factum à toto populo, vel repreſentãtibus ipſum, dicitur ciuilis. Si vero ab epiſcopo, duce vel marchione: dicetur prætoria. Ang.

Cautio ſtatuto inducta an ſit ciuilis, an prætoria.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

...munes [a] ſunt, veluti rem ſaluam fore pupillo (nam & prætor [b] iubet, rem ſaluam fore pupillo, caueri: & interdum iudex [c], ſi aliter hęc res expediri nõ poteſt [d]) vel de rato [e] ſtipulatio.

TITVLVS XX.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

Stipulatio rei, quæ non eſt, nec eſſe poteſt in rerum natura, non valet: ſecus ſi poſſet in noſtro dominio haberi. Aretinus.

Omnis res, quæ dominio noſtro ſubijcitur [f], in ſtipulationem deduci poteſt: ſiue mobilis [g] ſit, ſiue ſoli. At ſi quis rem, quæ in rerum natura [h] non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti Stichũ, qui mortuus ſit, quem viuere credebat [i]: aut hippocentaurũ [k] †, qui eſſe non poſsit: inutilis [l] erit ſtipulatio.

Stipulatio rei, quæ in dominio noſtro nõ eſt; vel quæ eſt, ſed poſtea deſinit; licet poſsit effici in noſtro commercio, non valet: ſiue purè, ſiue conditionaliter fuit concepta. Aretinus.

Suprà in titu. de verborum obli. dixit in genere de ſtipulationibus interpoſitis ab vno: verum quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures perſonæ interueniunt, & ſunt duo rei: ideo ſubiecit titulũ de duobus reis. Verum, quia non tantum ſtipulatio interponitur à libero, ſed etiã à ſeruo: ideo ſubiecit titulum de ſtipulatione ſeruorum. Verum quia ſtipulatio non eſt ſimplex, ſed multiplex: ideo poſtea [illegible] titulum de diuiſione ſtipulationum vt ſuprà titu. proxi. Verum quia aliquando ſtipulatio eſt inutilis, & quia in hoc poteſt cõtingere multis modis: ideo ponit hic iſtum titulum, de inutilibus ſtipul. Ange. Aret.

Omnis res. Quoniã iſte tit. eſt valde longus, & habet plurimos. §§. & vnuſquiſq; habet materiã de per ſe, ideo nõ diuidam: quia eſſet valde longa diuiſio. CASVS. Quæſiuit à Iuſtin. ſuper quibus rebus poſſet fieri ſtipulatio. Rñ. dñs Iuſti. ꝙ ſup illis quę dñio humano ſubijci poſſunt: ſiue illa res ſit mobilis, ſiue immobilis: dum tñ ſit ſubijcibilis cõmercio humano. Sed ſi quis ſtipulatus fuerit ſibi dari, ꝙ nõ eſt in rerũ natura, licet fuerit, puta Stichum iam mortuum, aut rem quæ eſſe nõ poteſt, puta hippocentaurum. nõ valet ſtipulatio. h. d. Franc. de Are.

f Subijcitur. i. ſubijci poteſt. Sunt enim quædã res, quæ non poſſunt eſſe in noſtro dominio: vel quia nec ſunt, nec fuerunt, ſcilicet in rerum natura: vt. j. ꝓxi. §. vel ſi ſunt, impoſsibile eſt de natura: vt in Sole, & Luna, & ſimilibus: vt. j. eo. §. ſi impoſsibilis. vel de facto, vt aureum montem: vt. ff. de ſtatulib. l. cum hæres. § j. vel de hominum diſpoſitione: vt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ, & publicæ, & in vſu publico exiſtentes: & aliæ ſimiles: vt liber homo ex ſui natura, vt. j. ꝓxi. §. & . ſ. de rerũ diui. §. reſpon. & . §. nullus. & . ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. Accur.

g Mobilis. cuius appellatione & per ſe mouentia, vt equi, contineantur: vt. ff. de verborum ſigni. l. mouẽtium. Accurſius.

h In rerum natura. i. apud aliquos homines. ſic. ſ. de verb. obli. §. conditiones. Accur.

i Credebat. maxime ſubaudi. nam idem ſi ſciret mortuum, niſi mora debitoris preceſsiſſet mortem: vt. ff. de conſtit. pec. l. promiſſor. & . ff. de verbo. obli. l. inter ſtipulantem. §. Stichum. quæ eſt contra. ADDITIO. Et tunc res ipſa & in ſtipulationem, & in petitionem & in condemnationem deduci debet: in eius tamẽ æſtimationem fiet executio. l. ſi ſeruum §. effectus. vbi gl. in verbo poſsit. & doct. ff. de verb. obli. Ang.

k Hippocentaurum. animal forte natum ex equa & tauro: quod nunquam fuit viſum. vnde Horatius. Humano capiti ceruicem pictor equinam Iungere ſi velit &c.

l Inutilis. i. vitioſa, quia contra Ius eſt.

† Hippocentaurus eſt homo equo mixtus, ab hippos, dicitur equus, & centein i. pungere vide Diodo. & Verri. in. vj. Hiero. i vita Pauli dicit cẽtaurũ ab Antonio viſum. Pli. l. vij. ait ſe vidiſſe hippocẽtaurum in melle allatum Claudio principi ex Aegypto. ergo contra hunc text. q̃ dicit impoſsibile eſſe centaurum reperiri tu cogita. Aeg. per.

Dominiũ in quibuſdam rebus habere nõ poſſumus. Iura autẽ & actiones ſub ſimplici bonorum appellatione cõtinẽtur: & ſunt quædam ſpecies de p ſe, quæ ſecundum rẽ cui adijciuntur, mobilia vel immobilia eſſe iudicantur, ſecundum Ang.

Idem

Idem iuris eſt [a], ſi rem ſacram [b], aut religioſam [c], quam humani iuris eſſe credebat: vel publicam rem, quæ vſibus [d] populi perpetuò expoſita ſit: vt forum [e], vel theatrum [f]: vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe crebebat [g]: vel cuius cõmercium [h] non habuerit: vel rem ſuam [i] dari, quis ſtipuletur.

Annota, Euentum rei ad quem præſens ſtatus non tendit, nequaquam conſiderandum.

Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatam deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt, & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res ſua ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt: ſed protinus [k] inutilis eſt †.

Annota, Etiam quod à principio valuit, ſi ad eum perueniat caſum à quo initium ſumere nequit, vitiari.

Item contrà [l], licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit: ſi tamẽ poſtea in aliquã eorũ cauſam [m], de quibus ſuprà dictũ eſt ſine facto [n] promiſſoris deuenerit:

Idem iuris &c. CASVS. Supra dictũ eſt quod inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ſtipulatur dari ſibi hippocentaurum, qui eſſe non poteſt. Similiter inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ſtipulatur dari ſibi rem ſacram vel religioſam, quam credebat eſſe humani iuris: vel publicam, quæ publico vſui deputata eſt: vt forum, vel theatrũ, vel liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat: & rẽ cuius commercium haberi non poteſt: vel rem ſuam ſibi dari. & ſi dicas, videtur quod iſtæ ſtipulationes non debent eſſe, vel dici inutiles: ſed magis in pendẽti, eo quod illud, quod modo publicum eſt, poteſt priuatum fieri, & ex libero homine poteſt ſeruus fieri: & ſic de alijs. & ſic ſtipulatio poteſt valere, nihil dicis. Stipulatio enim, cum iuribus nitatur, ex præſenti illicito valet, vel inutilis eſt, & hoc dicit. Supra dictum eſt, ꝙ ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari liberum hominem: non valet ſtipulatio, licet poſtea factus fuerit ſeruus, vel ſi aliquis fuerit ſtipulatus dari ſibi rem ſuam: licet poſtea aliena facta fuerit, non valet ſtipulatio: vel econuerſo ſi fuerit aliquis ſtipulatus rem alienam ſibi dari: ſi poſtea facta fuerit ſua, non valet ſtipulatio. Similiter ſi aliquis ſtipulatus fuerit ſibi dari rem priuatam, & poſtea fiat ſacra: & ſic de alijs, nõ valet ſtipulatio. Quotieſcunqꝫ enim ſine facto promiſſoris illud quod ſtipulatur, deductum eſt in eum caſum, à quo incipere poſſit, non valet ſtipulatio. Scire enim debes, quod ſi ego ſtipulor mihi dari rem ſacram, vel religioſam, vel liberum hominem, non valet ſtipulatio. Sed pone quod ſic dicam, Promittis mihi Petrũ, qui liber eſt, cum fuerit ſeruus: vel rem ſacram, vel religioſam cum facta fuerit priuata, & ſic de alijs: quid iuris erit? certe non valet ſtipulatio. Quæ enim de natura ſui à dominio noſtro exempta ſunt, nullo modo in ſtipulationem deduci poſſunt. & h. d. Fran.

Sacræ rei vẽditio valet inter ignorantes.

a Idem iuris eſt. ſ. vt ſit inutilis. Accur.

b Sacram. licet nõ valeat ſtipulatio, vt hic: valet tamen venditio inter ignorãtes, vt actio detur: vt. j. de cõtrahen. emp. §. fi. & ff. de cõtrah. empt. l. liberi. & l. ſed Celſus. Sed quæ eſt ratio? Reſpond. quia in venditione non eſt neceſſe transferri dominium, in ſtipulatione ſic: vt. ff. de contrahen. emp. & vend. l. ſi ita. §. fi. & in gloſ. fina. Et eſt ſimilis ratio, quare quis poteſt rem alienam vendere: vt. ff. de contrahend. emptio. l. rem alienam. ſed non obligare: vt. C. quæ res pignor. obliga. poſſ. l. qui filios [1]: quia in pignore debet ius conſtitui creditori, quod ſibi det hypothecariam actionem in venditione ſola traditio cum obligatione euictionis ſufficit: vt. ff. de pign. l. & quæ nondum. §. quod dicitur. & de actio. emp. l. ex empto. Accur.

Aliena res vendi poteſt, ſed nõ obligari.

1 Niſi ſit bonæ fidei poſſeſſor. vt. l. ſi ab eo. ff. de pigno. & eſt ratio: quia ille reputatur quaſi dominus: vt. j. de actio. §. alius.

c Religioſam. hæc verba, ſacram & religioſam, expone: vt. ſ. de re. di. §. nullius. & §. religioſam.

ADDITIO Dic hoc verum, quando res in totũ eſt ſacra vel religioſa: ſi autẽ eſſet pro parte: an valeat ſtipulatio, emptio, vel alia diſpoſitio: vide. l. hanc. & l. in modicis. ff. de contrahen. emp. Ang.

d Vſibus. alias ſi non eſſet in vſu publico, poteſt alienari: vt. ff. de contrahen. empt. l. ſed Celſus. j. reſpon. & l. pacta. §. fi. ſic. ff. de via publica. l. viam.

Forum & forus.

e Forum. ſ. vbi redditur ius: vt. ff. de iuſti. & iur. l. pe. vel rerum venalium. Sed forus eſt burſa. Accur.

ADDITIO Itẽ forus dicit locus exercendarũ litiũ: vt cap. forus. extra de verb. ſig. Itẽ calcatorium. i. locus, vbi vua calcatur: quod pede calcantis feriatur. Dicũtur etiam fori tabulata nauiũ ab eo quod inceſſus ferant. Itẽ ſpectacula, hoc eſt loca erecta, vt ex his ſpectetur. Itẽ forus, dicitur foramẽ illud, per quod remus immittitur, à forãdo. Vnde verſus, Cauſatur, venditqꝫ forum, ſignatqꝫ foramen: Alta fori loca ſunt, datqꝫ carina foros. Hoſtien. dicit, quod forum in neutro genere ponitur pro territorio cuiuſqꝫ iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos homines animaduertere. vnde tota diœceſis dicitur territoriũ epiſcopi. xvj. q. vij. omnes Baſilic.

† Cõcor. cum hoc text. ca. ad audientiã. iuncta gl. ſuper ver. habere. circa mediũ. extra, de ſpõſa. Cõmerciũ, cõprehẽdit omnes cõtractus.

f Theatrum. expone: vt. ſ. de rer. diui. §. vniuerſitatis. Accur.

g Credebat. idẽ ſi ſciebat: vt. j. proxi. §. & ff. de verb. obli. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ibi, caſum enim &c.

h Commercium: generale nomen eſt ad omnes contractus. Vnde dicitur aliquis habere commercium rei, quando per emptionẽ, vel alio modo poteſt eam habere, quare Iudæus non habet cõmercium Chriſtiani mãcipij: vt. C. ne Chriſtian. man. Iud. &c. vnde ſi Iudæus Iudæo promittit tale mancipium, non valet: vel Chriſtia. Iudæo: vt hic. ſi autem Chriſtiano promittat Iudæus, valet: vt. ff. de verb. obli. l. multum intereſt. & de leg. j. l. apud Iulia. §. fi.

Stipulatio rei ſuæ an valeat.

i Suam. nam cum ſua ſit, plus ſua fieri non poteſt: vt ſ. de leg. §. ſed ſi rem. & j. de act. §. ſic itaqꝫ. niſi ratione poſſeſſionis apud alium conſtitutæ: vt. ff. de contrahẽ. emp. l. ſi in emptione. §. iij. vel niſi ſub cõditione, dum tamen adueniente conditione ſtipulatoris res eſſe deſierit: vt. ff. de verbo oblig. l. ſi rem meam. & l. exiſtimo.

Stipulatio pura nõ ſuſpenditur, ſed bñ alij actus.

k Protinus. i. ſtatim: quia pura ſtipulatio ſuſpẽdi nõ poteſt: vt. ff. de ſtipu. ſeruo. l. vſusfructus. ſecus in alijs actibus vicorum: vt. ff. com. præ. l. ſi in ſi. Accur.

ADDITIO Puta per euentum confirmationis, quæ ex poſtfacto fieri poteſt: ſed tamen ipſe actus in veritate non pendet, ſicut nec ſtipulatio: ſed interim vel eſt nullus: vel ſola ipſius qualitas, puta dominij translatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur. & hæc vera in actibus puris.

l Item contra. i. contrario. nam ſupra dixit, quando ab initio res erat ſacra vel ſimilis, ſed poſtea deſijt. nũc econtra, quando prius non ſacra, ſed poſtea ſit.

m Eorum cauſam. i. ſacra, vel religioſa, vel ſimilis: vt ſ. proxi. §. Accur.

n Sine facto. quod eſt cum erat res aliena: alias ſi ſua ſemper ſuo facto factum videtur, etiã ſi alienauerit poſt tempus ſtipulationis. Idẽ & ſi erat aliena: dummodo poſt moram: vt. ff. de verb. oblig. l. ſi ſeruum. §. j. & ij.

extinguitur [a] ſtipulatio. Ac nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, Lucium Titium, cùm ſeruus erit, dare ſpondes? & ſimilia [b], quæ enim natura ſibi dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem [c] deduci nullo modo poſſunt.

Alieni facti promiſſio inutilis eſt: facti autem proprij, vtilis.

Si quis alium [d] † daturū, facturum've quid promiſerit, non obligabitur [e]: veluti, ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd ſi effecturum [f] ſe, vt Titius daret, ſpoponderit: obligatur.

Stipulari nemo poteſt vt alteri (quàm ei cuius iuri ſubiectus ſit) aliquid detur, aut fiat.

Si quis alij, quàm ei, cuius iuri [g] ſubiectus ſit, ſtipuletur: nihil agit [h].

Adiecto ſolutioni obligatio nō quæritur, ei tamen rectè ſoluitur: ſaluâq; ſolutio obligationem perimit: tenetur tamen adiectus mandati actione propoſita ſtipulanti, quod accepit, reſtituere.

a Extinguitur. Arg. contra. ſ. de leg. §. ſi quis debitori. verſi. quod ſi viuo [4].

b Similia. puta rem ſacram. cū erit profana, & ſic de ſingulis. ſ. ſacra vel religioſa: vt. ſ. proxi. §.

c In obligationem. ſ. iſtam, hoc eſt ſtipulationem.

Si quis. Casus. Quidam promiſit, quod dominus epiſcopus daret mihi decem. valet ne iſta ſtipulatio? Dicitur quod non: quia videtur factum alienum promiſiſſe. ſi tamen promitteret ſe facturum, vel præſtaturum vel procuraturū, quod alius aliquid mihi faceret, factum ſuū promittere videtur: & ideo ſtipulatio valet: & ex ea obligatur. & hoc dicit. Et ad inſtantiā illam, quæ ponitur in gl. contra regulā iſtam de eo qui cauit dominum ſuum rem ratam habiturum: reſpondet, non videtur factum alienum promiſiſſe: ſed intereſſe rei, qui conuenitur [1], ſi dominus ſuus pro quo agit, ratum nō habeat. & ſimiliter eſt in alijs inſtantijs. Fran.

[4] Tu vero dicas, ideo ibi actū nō vitiari, licet in eum caſum per ductus eſſet, a quo cœpiſſe non potuit, quod ille caſus ad eundem finem pertinebat ad quē & cauſa ipſa, nē pe vt legatū valeret, ſecundum Por.

[1] Facit ad hūc. §. qd' dicitur in cap. ex reſcripto. in gl. fi. in fi. extra de iureiu.

d Alium. prorſus extraneum.

e Non obligabitur. & eſt ratio: quia nemo alienum factum promittere poteſt: vt hic, & . ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. in princi. niſi pœna promittatur: vt. j. eodē. §. verſa vice. niſi in caſibus, in quibus præſumit lex intereſſe promitti, niſi fiat, vt in cautione iudicio ſiſti: vt. ff. de ver. ob. l. quoties quis. Itē in ſtipulatione iſta, habere licere: vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. j. reſpon [3]. Item in ſtipulatione de rato: vt. ff. rem ratam hab. l. in ſtipulatione. Itē in ſtipulationibus ædilitijs, vt ſanum eſſe ſeruum venditū, vel non furem, & ſimilia: vt. ff. de euict. l. ſi ita quis. Itē in ſtipulatione rē pupilli ſaluam fore. nā cum ſit prætoria, exigitur fideiuſſor. vt. ff. de præt. ſtipu. l. prætoriæ. Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiuſſore: Promittis rem meam ſaluam fore per tutorem vel curatorē? nam & his verbis ab eis ſtipulatur: vt. ff rem pup. ſaluam for. l. j. & . l. cum pupillus. Præterea nonne quis ſemper promittit per ſe & ſuos hæredes ad facta, quæ per alium poſſunt explicari: vt C. de contrahē. ſtip. l. ſi. licet cōtra ſit, ſi non poteſt per alium fieri: vt. ff. eo. de verb. obli. l. centeſimis. §. id quod. & . C. de cadu. tol. l. vnica. §. ne autē? Reſpō. Non eſt alius hæres, quam teſtator: imo idē præſumitur: vt in auth. de iureiur. à mo. præ. §. j. col. v.

Factum alienum qn̄ que licite promittitur.

[3] Et hoc idō ibi quia præceſſit cōtractus emptionis de cuius natura tenetur ex facto omniū etiā extraneorū, puta de euictione, ſecundū Angel. ſecundū Io. Fa. contra qa etiam tunc nō, niſi de facto ſuo, vel hæredis tenetur, niſi vel q̄ſti intereſt, vel pœna promiſerit.

Additio. Adde ſecundum Ang. alios caſus: puta quando promiſerit aliū dare vel facere id, ad quod promiſſor tenebatur. Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo, quo poteſt: vt. l. cum pater. §. filius. ff. de leg. ij. Ang.

f Effecturū. tunc enim ſuum factū manifeſte promittit. Idem ſi dixit ſe curaturum: vt fiat: vt. ff. ſi cert. peta. l. fina. §. fina.

Si quis alij. Casus. Pone, quod ego ſtipuler dari ei centū, cuius iuri nō ſum ſubiectus: valet ne iſta ſtipulatio? Et rū. Iuſti. q non, cōſiderata ſtipulationis natura. Inuenta enim fuit ſtipulatio, vt per ſtipulationē vtriuſq; ſibimet aliquid acquirat. Sed licet ſtipulādo extraneo aliquid acquirere nō poſsimus: tū in perſonā alterius ſolutionē poſſumus cōferre. Verbi gratia, promittis mihi x. aut Seio: & tūc bene valet hæc ſtipulatio. Obligatio enim mihi ſtipulanti acquiſitā eſt: ſolutio tū poteſt fieri adiecto, me inuito: & cōtinget promiſſoris plena liberatio. Cōpetit tū ſtipulatori contra adiectum actio mandati propter id, quod ſolutum eſt. h. d. Extra caſum, no. ſpecialē caſum, in quo ſi ſoluat debitor alij, quam ei cui ſoluere debet: puta adiecto ſ. alternatiue, liberatur. No. quod vox patris eſt vox filij, & econtra. Franc. de Aret.

g Iuri. i. dominio vt ſeruus dño, cui acquirit: vt. ſ. per quas per. no. acqui. §. itē nobis. Itē reuerentia paterna, vt filius patri: vt. ſ. per quas per. no. acqui. §. j. Item obediētia: vt monachus monaſterio cui quærit, & ſe & alia: vt in authē. de monach. §. illud. col. j. Idē dicas de ſeruo fructuario. Idē de vſuario. Idē de ſeruo bona fide poſſeſſo: & libero bona fide poſſeſſo, qui ex duabus cauſis quærunt: vt. ſ. per quas perſo. no. acqui. §. de his. §. idem placet.

h Nihil agit. & eſt ratio: quia inuētæ ſunt &c. vt. j. e. §. alteri. & . ff. de verb. ob. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Fallit tū in caſibus xvj. In primis, vt ſi ſtipulātis intereſt: quia ſit tutor eius cui ſtipulatur rē pupilli ſaluam fore. Secūdo, quia procuratori ſtipuletur dominus. Tertio, ſi ſtipulaſ creditori: vt. j. e. §. ſed ſi quis ſtipuletur. verſ. & ſi creditori. & . ff. de verb. obl. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. & . §. ſi quis inſulā. Quarto fallit in omnibus prætorijs ſtipulationibus: vt. ff. de præt. ſtip. l. in omnibus. vt eſt dāni infecti. ff. de dā. infe. l. dāni. §. ſi. Itē iudicatū ſolui, & ſimiles: vt. ff. de proc. l. in cauſæ. §. ſi [2]. Itē fallit in procuratore præſentis: vt. ff. de verb. ob. l. ſi procurator. & . ff. de procu. l. quod procurator [3]. Itē fallit in actore municipū: ex cuius pacto quæritur municipibus. Itē in curatore furioſi, & cōſimilium perſonarū, & tutoribus: vt. ff de cō ſti. pe. l. cum qui. §. ſi actori. Itē fallit in inſtitore. nā ſibi actio ex pacto inſtituti quæritur: vt ff. de inſtito. l. j. in fi. & . l. ij. Itē fallit in iudice, vel notario, vel ſimili perſona publica: ex quorū pactis & ſtipulationibus alteri quærit: vt. ff. rē pup. ſal. for. l. ij. iij. & iiij. j rūſ. & in auth. de execu. & ijs qui cō. §. j. col. vij. & in auth. de hær. ab int. § ex his. colla. ix. Itē fallit in creditore. ex cuius pacto quæritſ actio debitori: vt. ff. de pig. act. l ſi cum vēderet. j. rū. Itē fallit, ſi auus paciſcaſ dotē reddi nepti, quā iam in poteſtate nō habet: vt ff. ſo. ma. l. Caius Seius. Itē fallit in procuratore vendētis: vt. ff. de ac. emp. l. Iulia. §. ſi procurator. Itē fallit in deponēte, ſi paciſcaſ alij rē reſtitui. Itē fallit in cōmodāte faciēte ſimile pactū: vt. ff. depo l. publia & . C. ad exhi. l. ſi res. Itē fallit in donāte ſimile pactū faciēte in euentum alicuius cōditionis: vt. C. de do. quæ ſub modo. l. quoties [4]. Itē fallit, ſi pater ſtipuletur filio, vel alij poſito ſub ſua poteſtate poſt mortē ſuam. ſ. patris. Nā & filio quæritur, licet hæres nō ſit: vt. ff. de verb. ob. l. quicunq; §. ſi quis ita. Si vero pure & non poſt mortē: ipſi ſtipulāti quærit vt. ff. de verbo. ob. l. dñs ſeruo. His enī caſibus ex pacto vel ſtipulatione alterius, alteri quærit, nō aliās: vt hic, & . C. per quas perſ. no. acquir. l. j. Cum enim ſint ſpeciales, nō ſunt trahēdi ad conſequētiā: vt ff. de leg. & ſenatuſc. l. quod vero. Sed M. dicebat hos caſus facere regulam: & ſi quis caſus eſſet cōtra illud, ſpecial

Stipulatur alter alteri xvj. modis.

[2] Etiam ſi formet verba in perſona domini. & eſt ratio authoritas iudicialis per quā interponūtur. ff. de diui. ſtipu. circa prin. Ioā. Fab.

[3] Nec refert in cuius perſona verba concipiātur vt per Ioā. Fab. hic.

[4] Hoc operatur dominiū rei, quod eſt in perſona illius, cui ſtipulaſ. Ex quo colliges ſtipulationem alteri factā ſup re ſua valere, & tenere, ſecūdū Chr.

ſpeciale eſſet: & quod hic regulariter dicitur, &.j.eo.§. alteri. &.C. per quas perſonas nobis acqui.l.j.dicebat iure directo non valere, ſed vtiliter acquiri poſſe. & ſic ſecũdum cum ſemper ex pacto alterius quæritur: quod falſum eſt, cum parũ intereſſet, directo, an vtiliter quęreretur, vt.ff.de ne. geſt.l.actio. Accur.

Planè ſolutio etiam in extraneam perſonã conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, Mihi aut Seio dare ſpõdes? vt obligatio quidem ſtipulatori acquiratur[a]: ſolui tamen Seio[b] etiam inuito eo[c] rectè poſsit, vt liberatio ipſo iure contingat[d]: ſed ille[e] aduerſus Seium habeat mandati[f] actionem.

Si quis ſibi & alteri copulatiuè ſtipulatur, dimidia tantùm ſtipulatoris debetur.

Annota, Ea eſt ratio nam extranei adiectio inutilis, vtilem pro parte ſtipulatoris vitiare non debet ſtipulationem. Vtile enim per inutile nequaquam vitiatur.

Quòd ſi quis ſibi, & alij, cuius iuri ſubiectus nõ ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet[g] quidem ſtipulatio: ſed vtrũ totum debeatur ſtipulatori, quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, non plus[h], quàm dimidiam partem ei adquiri.

Si pater ſtipulatur filio, acquiritur ſibi. Aret.

Ei verò, qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris[i]: quia vox tua, tanquã † filij † ſit[k]: ſicuti & filij vox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi adquiri[l] poſſunt.

Reſponſio interrogationi nõ conueniens ſtipulationem nullam efficit: & qui interrogatis ſimpliciter reſpondet, cum omnibus interrogationi connexis qualitatibus reſpondiſſe cenſetur quandoquidem ad omnia in interrogatione deducta refertur ſimplex reſponſio.

a Acquiratur. ſcilicet tantum.

b Seio. non tamẽ hęredi eius: vt.ff.de verbo. obli. l.cum quis. Item hoc intellige ſtatu huius adiecti nõ mutato, alias contra: vt.ff. de ſol. l.cum quis. Item hoc intellige ante litem conteſtatam à ſtipulãte, alĩs contra; vt.ff.de ſolutio.l.ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ.§. primo. Item licet ſolui poſsit adiecto, nõ tamẽ agere poteſt adiectus: vt ff.de conſti.pecu.l. ſed & ſi filiofam.in fin.& l.ſi vero.

Solutio an poſsit fieri adiecto.

c Inuito eo. qui ſtipulatur.

d Contingat. niſi in caſu: vt.ff.de eo quod certo loco.l. iij.§.idẽ Iulia. Sed ibi facta fuit ſolutio alibi, quam fieri debuit: vnde venit intereſſe, vt.ff.de actio.§.loco.in quo non potuit domino præiudicare accipiendo ſortem adiectus: vt.ff.de regu.iur.l.non debet.licet & ipſe dominus poſſet: vt.ff.de eo quod cer. lo.l.centum. in fi.&.l.fina.in fine.

e Ille. ſcilicet ſtipulator.

f Mandati. nunquid adiectus mandati ſemper tenetur? M.dicit quod ſic, vt hic, &.ff.de verb. obli.l. Iulia. §.fina. Nam ſemper tacitum mandatum, & ſi non expreſſum interuenire dicebat, & in abſentia, & ſine nũtio vel epiſtola. quod eſt contra legem. ff.de procu.l.j. §.j. Quare dicemus, ꝙ mãdati agitur ſi intercesſit mandatum: vt quia pręſente adiecto fuit ſtipulatus: vt hic, &.ff.de ver.obli. l.Iulia.§.fina.&.ff.mand. l.qui fidẽ. alias agit nego.geſto.cum non ſit procurator: vt.ff.de ſol.l.vero procuratori.§.interdum.&.j.de oblig.quæ ex quaſi contract.in prin. ADDITIO. Nota bene hanc gloſ. qua actione teneatur. & iſta ſunt vera, niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi: vt dicta.l.Iulia.§.j. & ibi Barto.ff.de ver.obli. In dubio autem non videtur adiectus animo donandi: vt.l.ſi cum aurum.ff.de ſolu. Angelus.

Adiectus cui ſoluit, diuerſa actione tenetur.

Quod ſi quis. CASVS. Supra dictum eſt, quod ſi ſtipuler alteri dari, quam ei qui iuri meo ſubiectus eſt non valet ſtipulatio. Sed pone, ꝙ aliquis ſtipuletur aliquid dari ſibi & extraneo valet ne iſta ſtipulatio? Rñ. ꝙ ſic: ſed nunquid in totum? Reſpon. ꝙ non, ſed pro parte dimidia ſ.pro parte ſtipulatoris. Sup iſto.§.quęri poteſt, quare ita eſt, ꝙ ſi ego emero fundum mihi & extraneo pro decẽ, valet totus cõtractus: vt.ff de contrahen.emp.& ven.l.fundus.ſi autem ſtipulatus fuero decẽ dari mihi & extraneo nõ valet ſtipulatio in totũ, ſed pro parte? Rñ. cõtractus empt.& vendi.celebratur tam gratia emptoris, quã venditoris, vnde tam emptori, quam venditori expedit quod valeat cõtractus: niſi in totũ valeret venditio: cõtractus, qui vtriuſq; gratia celebrari dicit, in detrimentũ alterius partis redundaret: quod eſſe non debet. Sed ſi dicas: poteſt eſſe, ꝙ non expediet emptori, ꝙ emptio in totũ valeat ſemper. Ad hoc dico: ꝙ ſibi imputet. Regulariter enim loquẽdo, gratia vtriuſq; cõtractus huiuſmodi dicitur fieri. Non ſic autẽ eſt in ſtipulatione. Semp enim expedit pmiſſori, ꝙ ſtipulatio potius valeat in partem, quam in totũ. hoc dicit. Franc.

g Valebit. ſ.pro parte dimidia, vt ſubijcit: vt.ff.de eo quod cer.lo.l.iij.§. ſi quis. Et collige, quod nõ vitiat vtile per inutile. ſic.ff. de verb.obli.l.j.§. ſed & ſi mihi. argu. contra.ff.de arbi.l. parui. alias Pedius §.j.& dic vt ibi.

h Nõ plus. vt.ff. de ver.obli.l.ſi mihi: Sed contra.ff.de cõtrahẽ.emp. l.fundi. Sed dic vt ibi.

† Filius eſt pars viſcerum patris. Ariſto.ſ.v.Ethic. vnde Chri.Ioã. v. Ego in quit in patre, & pater in me manet. Ae gi.per.

Bi qui. CASVS. Supra dictũ eſt, ꝙ ſi ſtipulor aliqd dari extraneo: nõ valet ſtipulatio. Sed pone quod ſtipuler aliqd dari ei, qui iuri meo ſubiectus eſt, vtputa filio vel ſeruo: valet ne ſtipulatio illa? Dicit ꝙ ſic, qa vox patris, vox filij intelligit. & hoc verũ eſt quod valet ſtipulatio in rebus illis, quæ patri poſſunt acqri per filiũ: vt in bonis aduẽtitijs pficit: in bonis autem caſtrẽſibus, vel quaſi nõ valet. h.d. Franc. de Are.

† Quia pater & filius cẽſentur vna pſona. & cõ cor.gl.i.c. ſuper eod. ibi, & pater & filius extr. de teſta. &.c. tua nobis. in glo. ſup ver. lucro. circa med. extra de dec.

i Acquiris. ſic.ff.de ver.obli.l.dñs ſeruo. &.C.de cõtrah.& cõmit.ſtip.l.ij.&.ff.de pac.l.hęredi.§.nos aũt.

k Filij ſit. cum vna perſona cenſeatur pater & filius: vt.C.de impu.& ali.ſubſti.l.fina.ſic & in ſeruo & domino eſt eadem vox: vt.j.eo.§.poſt mortem.

l Acquiri poſſunt. vt profectitio peculio & aduentitio quo ad vſumfructum: vt.ſ.per quas perſo.nobis acqui.§.j. Accur.

Vtile per inutile nõ vitiatur.

Filius & pater cenſentur eadem perſona.

Præterea inutilis. CASVS. Dixi Iuſti. Dñe, ſupra dixiſtis multos caſus, in quibus inutilis eſt ſtipulatio: ſed pter illos ſunt ne alij caſus, in qbus ſtipulatio inutilis ſit? Et rñ. ꝙ ſic. Quotieſcũq; enim ille qui pmittit, ad ea quæ interrogatus eſt, nõ rñdet, veluti ſi dicat aliqs, Promittis mihi decẽ? & tu rñdeas, Promitto quinq;: vel econuerſo: vel dicat aliqs, Promittis mihi decẽ? & tu rñdeas, Promitto ſi nauis venerit ex Aſia: vel ſi alicui ſtipulãti in diẽ vel ſub conditione, tu rñdeas, pſenti die vel pure: dum tñ illud exprimas: videlicet præſenti die vel pure rñdeo. nõ valet ſtipulatio. Si enim ſtipulãti in diẽ, vel ſub cõditione, reſpõderes, & nõ exprimeres, ꝙ præſenti die vel pure promitteres: valeret ſtipulatio, & videreris in eandẽ diẽ, vel pure ſpopondiſſe. Non enim neceſſe eſt in reſpondẽdo eadẽ omnia repeti quæ ſtipulator expreſsit. quæ enim in prefationibus dicũtur, in rñſionibus repetita credunt: vt.ff.de ver.ob.l.Titia.§. idẽ rñdit. Itẽ dicitur, ꝙ ſi ad ea quę interrogata ſunt, nõ rñdeat pmiſſor, nõ valet ſtipulatio. Hoc intelligas niſi diuerſitas

Stipulatio ſemper vitiatur ex reſponſionis diuerſitate.

diuerſitas placeat ſtipulanti. Quæ autem diuerſitas vi-tiet ſtipulationem, vtrum ea quæ eſt in qualitate, vel in quantitate, vel in ſpecie: habes in gloſ. ordi. non tamen ſufficienter. hoc dicit. Franc.

a Inutilis eſt. interdum in totum: interdũ pro parte.

b Nõ reſpõdeat. ſcilicet congrue, diligenter tamen attẽde, quod vbicunq́ eſt diuerſitas: ſi incontinẽti placet diuerſitas ſtipulatori, valet ſtipulatio: vt. ff. de verb. obli. l. j. §. cum adijcitur. Si autem non placeat, [1] aut eſt in qualitate, aut in quantitate, aut in ſpecie diuerſitas. In primo caſu nullo modo valet, vt hic: ibi, aut ſi ille &c. & ff. eo. l. j. §. cum adijcitur. &c. §. ſi quis ſimpliciter. Si vero in quantitate: in eo quod conſonat, valet: ſiue detrahat, ſiue adijciat: [2] vt. ff. de ver. obli. l. j. §. ſi ſtipulanti. quæ eſt contra. in alio nõ, vt hic: ibi, veluti &c. Si autẽ in ſpecie: aut promittitur vna ſpecies pro altera: & tunc nõ valet: vt. j. eo §. ſi de alia. aut alia adiecta, & ita copulatiue: & tunc valet in alia, nõ in adiecta: vt. ff. de verb. obli. l. j. §. ſed ſi. Si autem plures res ſtipuletur: tunc aut copulatiue fuit facta interrogatio, & valet in eo quod reſponſum eſt, aut diſiunctiue: vt illam aut illam rẽ promittis? quo caſu valet: ſiue ad vtrunq́, ſiue ſimpliciter reſpondeat, & in vtraq́. Si vero in vna, non valet etiã in ea: ſed in ſummis non vitietur alternatiua, ſi reſpondeatur ad vnam tantum: vt. ff. de ver. obli. l. j. §. ſi quis. & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulantem. Accurſius.

ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis ſecundũ Ioã. Fab. quia in ſpeciebus talis reſponſio facit diuerſitatẽ in qualitate: quia in qualibet ſub conditione interrogaſſe videtur. Sed in alternatiua ſummarum minor eſt in obligatione. l. ſi ita ſtipulatus fuero decem, aut quinque. ff. eo. ideo de ea interrogatũ et reſpõſum eſſe videt.

c Expreſſerit. quæ enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita creduntur: vt. ff. de verb. obli. l. Titia. §. idem reſpondit.

Item inutilis. CASVS. Non ſolum in caſibus qui præceſſerunt, eſt inutilis ſtipulatio, ſed etiam in alijs: quia ſi fueris ſtipulatus aliquid ab eo, qui iuri tuo ſubiectus eſt: vel ſi is à te fuerit aliquid ſtipulatus, inutilis eſt ſtipulatio. Sed differentia eſt inter ſeruum qui eſt in poteſtate, & filiũfa. qui ſimiliter eſt in poteſtate: qa ſeruus neque dño, neque extraneo ꝓmittendo obligatur. Filius autẽ famil. patri ſuo nõ obligat̃ præter, quam in voto & in mutuo. Sed videtur ꝙ filiusfa. ꝓmittẽdo in voto obligatur, per. l. in authẽ. de ſan. epiſc. §. interdicimus. Sed poteſt reſponderi diſtinguendo inter votum perſonæ, & votũ rerũ. In voto rerũ nõ obligat̃, in voto autẽ perſonæ obligat̃. & ſic loquitur. Authẽ. Fran.

Item inutilis. quantum ad ciuile vinculum, ſed naturale cõtrahitur, vt. ff. de condic. inde. l. ſi id quod. &c. l. frater à fratre. §. j. vnde fideiuſſor accedit, vt. j. de fideiuſ. in prin. Et hęc vera ſunt, niſi in caſtr. pec. vel quaſi. nam tũc eſt loco patriſfa. vt. ff. ad Macedo. l. ij. &c. ff. de colla. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. tũc enim & cum patre obligatur: & agitur cũ effectu: vt. ff. de iudi. l. lis nulla.

d Stipuletur. C. de pac. con. l. pactũ dotale. cõtra. Sol. maxime, ibi poſitũ abundat. ſic. C. de teſta. ma. l. fina. §. j.

e Obligari non poteſt. ſcilicet ciuiliter. Accur.

f Obligari poſſunt. ex omni cauſa: vt. ff. de iudi. l. tã ex contractibus. & cõueniri inſolidum durãte patria poteſtate: authoritate tamen patris interueniente: ad qđ pater compellitur officio iudicis: vt. C. de bonis quæ libe. l cum non ſolum. §. j. & poſtea, niſi in ſex caſibus: qui ſunt. ff. quod cum eo. l. ij. Excipe duos caſus vt in mutua pecunia, ex qua nõ tenetur cũ effectu ꝓpter exceptionẽ Macedoniani, neque pater: vt. C. ne filius pro patre. l. j. Item in voto. vel Deo, vel Reip. facto: vt. ff. de polli. l. ſi quis rem. §. voto. Nam licet alias. ſ. ex contractu, vel quaſi, cõueniat̃ à plato maiore loci illius: hic tñ nõ cõuenit̃: vt. C. de epiſc. & cle l. nulli. & in authẽ. de eccle. ti. §. ſi quis. colla. ix.

Præterea inutilis eſt [2] ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpõdeat [b]: veluti, ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinq́ promittas, vel cõtrà: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu ſub conditione promittas, vel contrà: ſi modò ſcilicet id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione vel in diem ſtipulanti tu reſpondeas, Præſenti die ſpondeo. Nam ſi hoc ſolùm reſpõdeas, Promitto: breuiter videris in eandẽ diem, vel cõditionem ſpopondiſſe, neque enim neceſſe eſt, in reſpõdendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit [c].

Inter dominum & ſeruum, patrem & filium non contrahitur ſtipulatio. Aretinus.

Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt: vel ſi is à te ſtipulet̃ [d]. Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt [e], ſed ne quidem vlli alij. Filij verò familiarum alijs obligari poſſunt [f].

Mutus & ſurdus omnino non poſſunt ſtipulationem contrahere. Aretinus.

Mutum neque ſtipulari, neq́ promittere poſſe, palàm eſt †: quod & in ſurdo receptũ eſt: quia & is, qui ſtipulatur, verba promittẽtis: & is qui promittit, verba ſtipulãtis audire debet: vnde apparet, non de eo nos loqui, qui tardius exaudit: ſed de eo, qui omnino non audit.

Furioſus neque ſtipulari, neque aliter contrahere poteſt. Aret.

Furioſus nullum negotium [g] gerere poteſt [h]: quia non intelligit, quod agit.

Mutum. CASVS. Quæſiui à Iuſti. vtrum mutus ſtipulari poſſet? Et rñ. dicens, ꝙ mutus neque ſtipulari poteſt, neque ꝓmittere. & ratio huius eſt: qa ſtipulatio fit vno interrogãte, altero reſpondẽte: & ſic vtroque loquẽte. Idẽ dicit de ſurdo propter defectũ auditus. Qui enim ſtipulatur, exaudire debet promittẽtẽ: et qui promittit, verba interrogãtis ſimiliter exaudire debet, & hoc planũ eſt. Quod tñ de illo ſurdo intelligit̃, qui oino nõ exaudit: & non de illo qui tardius exaudit. Qui enim tarde exaudit, promittentẽ & ſtipulantẽ poterit exaudire, quãquã nõ illico: & ita ſtipulari & ꝓmittere poteſt. Itẽ quęſiui à Iuſti. de furioſo, an poſſet verbalẽ obligationẽ cõtrahere? & dicit ꝙ nõ. Nullũ enim negotiũ furioſus recte gerit: quia nõ intelligit ꝙ agit. Fr.

g Nullum negotiũ. ſ. obligatorium. Idem in ꝓdigo, cui bonis interdictũ eſt. ff. eo. de ver. obli. l. is qui. quia furioſo ſimilis eſt: vt. ff. de cura. furio. l. j. primo rñ. & ff. de regu. iur. l. furioſi. Idem in * mente capto: vt. ſ. de cur. §. j. ADDITIO. Idem in fatuo. Et intellige de his qui oino nihil rõnis ſapiũt: alias ſecus, ſecũdũ Ang.

h Poteſt. ſcilicet ciuiliter.

Pupillus. CASVS. Quęſiui à Iuſti. an pupillus poſſet recte ſtipulari? Rñ. ꝙ pupillus oĩe negotiũ recte gerit, dum

[1] Subaudi nec expreſſe diſplicet: qa tunc nõ eſſet locus. d. §. cũ adijcitur, nec huic materiæ. Io. Fab.

[2] Niſi eſſet actũ ſtipulationẽ nõ valere niſi ſub toto: vel niſi validitas ſtipulationis noceret ſtipulãti: vt. l. ſi decem. ff. loc. & hęc vera quando ſtipulatio & reſponſio eſt de toto & parte numerabili: alias ſi de toto integrali & parte propria vel impropria: dic vt per Io. Fab. & Ange. hic.

Obligatio naturalis iter patrem & filiũ poteſt conſiſtere.

† Neque enĩ ſtipulatio confici poteſt, niſi vtroq́ loquente. l. j. ff. de verb. obli.

3 Scilicet captis pignoribus. Et ſi nullo modo velit conſentire ſi filius agat & pater ſit præſens: repellit à iudicio: ſec9 ſi pater ſit abſens longa abſentia: vel filius conueniatur. Ange.

* Tu tamẽ itellige gl. hanc de ꝓdigo et mẽte capto cui bonis interdictũ ſit, alioq obligatur, quãuis manifeſte ac aperte prodigus eſſet ſecundum Bal.

rit, dum tamen tutoris authoritas intercedat. & hoc quando neceſſaria eſt, ſcilicet, cum ſe alteri velit obligare: alterũ tamen ſine tutoris authoritate bene poteſt obligare. In verſiculo, Sed quod diximus. pone ſic caſum, Supra dictum eſt, quod pupillus rectè gerit omne negotium: ergo cum infans ſit pupillus, omne negotium rectè gerit: vel ita ſtipulari, & promittere rectè poterit, ſed non eſt ita ſimpliciter. Et ad hoc reſpõdens legislator dicit, ꝙ dictum eſt de pupillo intelligendum eſſe de eo, qui proximus eſt pubertati: & etiam de illo, qui aliquem habet intellectum. Infantes enim, & illi, qui ꝓximi ſunt infantiæ, non multum diſtant à furioſis: quia nullum habent intellectũ. Sed deinde ſtatim corrigit iam dictum ſuũ quo ad vnum membrum. dicens, quod pupilli ꝓximi infantiæ non per omnia ſunt cenſendi pubertati proximi, ſcilicet tanquam furioſi: ſed habent idẽ iuris, quod cum tutoris authoritate ſe alijs poſſint obligare: & ſine tutoris authoritate ſibi alios obligare poſſint. Sed poteſt ne filiusfa. impubes authoritate patris ſui alteri obligari patris authoritate præcedente: ſicut poteſt pupillus tutoris authoritate? Et reſpõ. quod non. & huius ratio poteſt eſſe: quia ſi tutor male præſtiterit authoritatem pupillo ſuo, pupillus habebit illum ſibi obligatũ: non ſic autem filius patrem. Fran. de Are.

a Negotium hoc loco accipe pro contractu. nã alias non omne negotiũ rectè gerit pupillus: cũ teſtari non poſsit. ſ. quib. non permiſſum facc. teſta. §. ꝑterea.

Qui infantiam excesſit, alium ſibi obligare, etiam ſine tutoris authoritate, reddere poteſt, ipſe autem alteri obligari non poteſt.

Pupillus [a] omne negotium rectè gerit ⁎: ita tamen, vt vbi tutoris authoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti, ſi ipſe obligetur [b]. nam alium ſibi obligare, etiã ſine tutoris authoritate [c] poteſt. Sed quod diximus de pupillis, vtique de ijs verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum: nam infans [d], & qui infantiæ proximus [e] eſt, non multum [f] à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantię, propter vtilitatem eorum, benignior [g] iuris interpretatio facta eſt: vt idẽ iuris habeant [h], quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes [i], ne authore quidẽ patre [k] obligatur.

Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem: conditio verò neceſſaria facit eã haberi pro pura. Arc.

Annota, Conditionem impoſſibilem negatiue cõceptam, cùm potius neceſſaria, quàm impoſſibilis dicatur, ſtipulationem non vitiare, nec ſuſpẽdere, ſed purã reddere.

Si impoſſibilis conditio obligationibus [l] adijciatur, nihil valet ſtipulatio †. Impoſſibilis autem cõditio habetur, cui natura [m] impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti, ſi quis ita dixerit: Si digito cælum attigero, dare ſpondes? At ſi ita ſtipuletur: Si digito cælum non attigero, dare ſpondes? purè [n] facta obligatio intelligitur: ideoq́ ſtatim [o] peti poteſt.

a Pupillus. ſcilicet pubertati proximus: vt ſequitur. & eſt ratio. quia intellectum habet: vt. ff. de reg. iur. l. in negotijs. Accur.

b Obligetur. ſcilicet alij.

c Authoritate. ſic. ſ. de auth. tut. in prin. ſic. ff. de pac. l. contra iuris ciuilis.

Proxim⁹ pubertati.

d Infans. i. vſq; ad ſeptem annos: vt. C. de iure delib. l. ſi infanti. primo reſponſo.

e Infantiæ proximus. i. vſq; ad decẽ annos & dimidium: & ſic proximus reſpicit infra: ſed cũ dico pubertati proximũ, à decem annis & dimidio ſupra intellige. nam ſic in maſculis debet fieri dimidiatio: in fœminis in nouo & dimidio: vt. ſ. qui. ex cau. ma non lic. §. fi. & ſ. quib. mod. tut. finia. j. reſpon.

Hęreditas tranſmittitur ꝑ infantẽ, ſed nõ per furioſum.

f Non multum. nam diſtat aliquantulũ, vt in hæreditate, quã tranſmittit infans: vt. C. de iure delib. l. ſi infanti. §. j. ſecus in furioſo: vt. C. de cur fur. l. fi. §. ſin autẽ. & hoc ſecundum Azo. Sed certe ſic poſſet dixiſſe: quia vnus paruus, alter magnus, alter continuum tempus, alter habet interualla dilucida. Dic ergo, diſtat in ſtipulando in hoc: quia infans ſine intellectu interdum ſtipulatur: ſed furioſus nunquã: vt. ff. rem pupil. ſal. fore. l. ſeruum pupilli. Item dicis non multum, propter proximum infantiæ, qui intellectum habet: & ideo colligitur ſtatim quod hic dicitur. ibi, ſed in proximis. Ac.

Stipulatur quãdoq; infans, non autem furioſus.

g Benignior. quam ſupra dictum eſt. Accur.

h Idem iuris habeant. vt alios ſibi obligent: alijs vero non obligentur ſine tutore, vt. ſ. proxi. §.

i Impubes. aliud ſi pubes. nã obligatur ac ſi eſſet ſui iuris: vt. ff. eodẽ. de verbo. oblig. l. fin. §. j. niſi in duobus caſibus: vt. ſ. e. §. itẽ inutilis. diximus.

Filius impubes etiã cũ authoritate patris nõ poteſt obligari.

k Patre. Sed quę eſt ratio de hoc ad pupillum: cum tutore authore obligetur? Reſpond. quidam, quod ob hoc ipſum datur tutor, ſed patria poteſtas eſt ad corrigẽdum. & eſt pro eis. C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ſin autem. Vel dic quod tutorem habet obligatũ, ſi male authoratur, patrem non: vt. C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. ſub hac tamen. ver. non autem hipothecã. Ac. ADDITIO Hoc verum, quando de pupillo mere obligando tractatur: ſecus ſi de mera vtilitate: quia poteſt etiam ſine patre. Si vero poteſt eſſe vtilitas & damnũ: puta quando vſusfructus, vel aliquid patri quæri põt: quo caſu de iure nouo pater legitimam adminiſtrationẽ habet, ſufficit ipſius authoritas, non in alijs: vt. l. ſi infanti. C. de iu. del. An.

† Quia impoſſibiliũ nulla eſt obligatio: vt hic. & ſ. c. ad audientiam. iũcta gl. ſup verb. habere. poſt pri ci. ext. de ſpõ. & ma. Et fa. cap. vlti. cũ gl. ſuper ver. impoſſibilis. extra de condi. appo.

Si impoſſibilis. CASVS. Supra habuiſtis multa exempla inutilium ſtipulationum. adhuc ponitur hic vnum, ſcilicet cum impoſſibilis conditio ſtipulationi adijcitur: & appello impoſſibilẽ conditionem, illam, ſcilicet cum natura impedimento eſt: vtputa hominem in ſtatu iſto exiſtentem cælum digito tangere: vnde iſta ſtipulatio, Promittis mihi decẽ, ſi cælum digito tetigeris, inutilis eſt: ſed ſi negando cõditionem impoſſibilẽ promittas aliquid alicui ſtipulanti: vtputa, Promitto tibi decem, ſi cælum digito non tetigeris. pura eſt ſtipulatio: & quod ſtipulatur, incõtinenti peti poteſt. hoc dicit. Nota, quod impoſſibilis conditio vitiat ſtipulationem. Franciſcus.

Et dum gl. ibi ſoluit contrarium de. l. ſi militem. C. de condi. ob cau. eſt cõtraria huic gl. iſta tamen eſt verior. Nec ob. cõtra. quia concor. cũ hic & ibi conditio & cã impoſſibilis annullet effectũ, non eñi ad cõficiendũ agitur, ſed ſolum ad reuocanda mãdata, ſecundũ Io. Fab.

l Obligationibus. quibuſcunq;: vt hic, & ff. de act. & oblig. l. non ſolum. Secus eſt in vltimis voluntatibus: quia tunc pro non appoſita habetur: vt. ſ. de hæred. inſti. §. impoſſibilis.

m Cui natura. non ita ſi verborum perplexio ſit: vt ff. de condi. inſtitu. l. ſi Titius. Ioan. contra: tunc enim quandoque non diceretur impoſſibilis, licet non poſſet exiſtere: vt. ff. de verbo. oblig. l. ſi Titius. ſecundum Azo. Et facit ad hunc. §. ff. de reg. iur. l. impoſſibiliũ. & ff eo. l. impoſſibilis. §. j.

n Pure. i. ſine conditione, etiam ſi dies eſſet appoſita: vt. ff. eo. l. in illa ſtipulatione. §. ſi.

o Statim. cum ſpatio tamẽ, quo ſolui poſſit: vt. j. eo. §. ſi. ff. eo. l. cum qui calendis. Et hoc dixi. ſ. de verbo. obl. §. omnis ſtipulatio. Accur.

contrahens. Si vero contra eam directe dicitur, plures quam duo exiguntur, vt vincant ſcripturã: vt. ff. de teſtib. l. iij. ibi, alias numerus &c. Vel dicas etiam hic exigi tres. Sed nunquid ſi aliqui teſtes dicant pro inſtrumento, vel in eo ſcripti, vel non: tot vel plures erant neceſſarij cõtra inſtrumentũ? Rñd. ſic: quia inſtrumentũ per ſe vicẽ duorũ tenet: vt dictũ eſt. Itẽ & præter ipſum ſunt probationes, vt ponis: vt ff. de pi. l. cõtrahit. Itẽ quod dicit, eo die, idẽ dicas, ſi alio tali quod hic eſſe nõ potuit: vt ar. ſ. de ver. ob. §. loca. Accur.

ADDITIO. Et hac gloſ. not. quod duo teſtes probãtes per indirectũ cõtra inſtrumentũ, faciunt vacillare inſtrumentũ: quia probãt affirmatiuã: & etiam voci viuæ magis credit, quã mortuæ. aut. ſi quis aliquid. C. de teſti. Chriſto.

a Quo. vel etiam alio. dummodo ſit tantũ remotus locus, in quo dicit fuiſſe tempore, quo dicitur inſtrumentum fuiſſe factum, quod hic nõ potuit eſſe: vt. ff. de verbo. obl. l. vlti. §. ſi. & ſ. de verb. ob. §. loca. Accurſ.

b Eſſe. i. fuiſſe. ſic ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. in poteſtate.

* Alias, fuiſſe.

ſtante ſic erat ſtipulatio inutilis: ita & ſeruo talia verba dicente vel filio: vt hic, & ſ. eod. §. et q. i. & facit. C. de impu. & ali. ſubſti. l. ſi.

g Pridie. i. die præcedẽti mortẽ: vt. ff. de fer. l. pridie.

h Erat. ſcilicet, olim.

quo [a] conficiebatur inſtrumentum: ſeſe, vel aduerſarium ſuum in alijs locis eſſe [b] *.

Actiones hodie ab heredibus & contra heredes incipere poſſunt.

Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat [c]: nõ magis, quàm poſt eius mortẽ [d], à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius [e] ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur [f]. Sed & ſi quis ita ſtipularetur. Pridie [g] quam moriar, vel pridie quam morieris, dare ſpondes? inutilis erat [h] ſtipulatio. Sed cùm, vt iam [i] dictum eſt [k], ex conſenſu contrahẽtium ſtipulationes valeant, placuit [l] nobis etiam in hunc iuris articulum neceſſariã inducere emẽdationem: vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie, quam moriatur ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipulatio valeat [m].

Præpoſtera ſtipulationis conceptio, inutilem minime reddit ſtipulationem.

Item ſi quis ita ſtipulatus erat, Si nauis cras * ex Aſia venerit [n], hodie dare ſpõdes? inutilis erat ſtipulatio: quia præpoſterè [o] concepta eſt. Sed cùm Leo inclitæ recordationis in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non eſſe reijciendam exiſtimauerit [p]: nobis placuit [q], & huic perfectũ robur accommodare, vt nõ ſolùm in dotibus, ſed etiam in omnibus [r] valeat huiuſmodi conceptio [s] ſtipulationis.

Stipulatio cùm moriatur promiſſor, ſtipulator, vel poſt mortem tertij, valet etiam de iure veteri. Accurſius.

i Sed cũ vt iam. nunc corrigitur.

k Dictum eſt. ſic ſ. de verb. oblig. §. ſed hæc.

l Placuit. vt. C. de contrah. & com. ſti. l. ſcrupuloſam.

ADDITIO. Et ſic quando conſtat de mente cõtrahentiũ, ſecundũ eam fit interpretatio, etiã in his, quæ ſtricti iuris ſunt. quod facit, vt ſtatutũ recipiat interpretationẽ extẽſiuam etiam actiuã: ſi ſic cõſtet de mente ſtatuẽtiũ, alias ſecus. vt p. Ange. hic.

m Valeat. ſ. ſtatim: eſſectus aũt erit poſt mortẽ, vnde ab hærede & cõtra hæredẽ incipient actiones hodie, quod olim non erat: vt. C. vt act. ab hær. & cõtra hære. l. j.

Itẽ ſi qs. CASVS. Supra vidimus ſtipulationẽ vnã, quæ olim erat inutilis. & adhuc recitat vnum caſum, in quo olim erat ſtipulatio inutilis: hodie tamẽ vtilis eſt. Olim enim ſi aliquis ſtipulabatur ita, Si nauis venerit ex Aſia, hodie dare ſpõdes? inutilis erat talis ſtipulatio propter præpoſterationẽ. Innuitur enim in iſta ſtipulatione, quod datio euentũ conditionis debeat præcedere. Sed cũ præpoſteram ſtipulationẽ in dotibus non exiſtimauerit reijciendã, placuit Iuſtinia. & huic ſtipulationi non obſtante præpoſteratione perfectũ robur accommodare: vt non ſolum in dotibus, ſed & in alijs valeat ſtipulatio præpoſtera, & præpoſtere concepta. h. d. Franc. de Arc.

n Venerit. Poſt hoc verbũ venerit, eſt punctum: & ſubaudi quandoq;, vel vſq; ad annum. ſi autẽ eſſet poſt illam dictionem hodie, non eſſet ſtipulatio inutilis etiã iure veteri. ſed vtilis & conditionalis: vt. ſ. de verbor. oblig. §. ſub conditione.

o Præpoſtere. primo enim debet venire nauis ſecundum naturam conditionalis ſtipulationis, vel conditionis, quam dari hodie.

p Exiſtimauerit. ſ. cũ ita ſtipulabatur mulier, Si ſine liberis deceſſeris, promittis mihi dotẽ reddere, vt de ea poſsim teſtari? cum prius teſtari proponebat, & ea mortua dotẽ reddi: vt. C. de iur. ord. l. ſi mulier. vel dic ſecundũ Ioã. cum ſtipulatur maritus ſic, Si dabis mihi x. promittis te mihi nupturam? primo enim nubere, & poſtea dare debebat.

q Placuit. vt. C. de teſt. l. præpoſteri.

r In omnibus. ſ. obligationibus.

s Conceptio. exactio tamen ſit poſt conditionẽ exiſtentem

* Alias nõ eſt, cras. Et ſane Anto. Auguſt. emendatio. lib. j. ca. ix. tractãs de interpũctionibus huius loci, nõ addit eã dictionẽ: admonet tamen eã haberi in græcis Inſtitutionibus Theophili.

Dupliciter literam exponit.

Poſt mortem. CASVS. In §. iſto recitat nobis Iuſti. antiquam formã ſtipulationum, & eam corrigit. Olim enim ita fuerat, quod ſi aliquis ſtipulareť ita: Promittis mihi decem poſt mortẽ tuam, non valebat ſtipulatio: eo quod poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, qui quod in ſtipulationẽ deductum eſt, ſolueret vel reciperet: ex iure vetuſtiſsimo, quod in fin. huius. §. corrigitur: neq; ab hæredibus, neque contra hæredes incipere poſſet obligatio. Similiter ſi is qui in poteſtate alicuius eſſet, vt patris vel domini: ſtipularetur ſibi aliquid dari poſt mortẽ patris vel domini, nõ valebat ſtipulatio olim, ſicut ſi ipſe pater, vel dominus ſtipularetur aliquid poſt mortem ſuam ſibi dari: quia filius vel ſeruus voce patris vel domini loqui videtur. Similiter ſi quis olim ita ſtipularetur, Pridie quam moriar. vel, Pridie quam morieris, promittis mihi decẽ? non valebat ſtipulatio. Sed demũ iam dicta corrigit Iuſtin. dicens, quod cum ſtipulationes valeant, quæ conſenſu contrahentiũ ſunt conceptæ: ſibi placuit hunc iuris articulũ emendare: ſtatuens, vt ſiue poſt mortẽ, ſeu pridie quã moriatur, fuerit quis ſtipulatus aliquid ſibi dari, vel promiſit aliquid ſe daturum, valeat ſtipulatio. h. d. Fran.

c Nemo ſtipulari poterat. ſcilicet iure vetuſtiſsimo: quod hodie corrigitur, vt in ſi huius. § *.

d Non magis quia nec hæc valebat. Accur.

e Eius. ſ. patris vel domini.

f Videretur. vnde ſicut patre vel domino ſic ſtipu-

* Addas quod imo iure. ff. alioqui ſuperuacanea eſſet correctio. l. fin. C. de contrah. & cõmit. ſtipu. Nec huic obſtabit l. quodcũque. §. nõ ſolũ. ff. eo. quoniã loquitur i ſtipulatione, cũ moriar. de qua in ſequen. §.

Ita autem concepta ſtipulatio, veluti, ſi Titius dicat, Cùm moriar, dare ſpondes? vel, Cùm morieris? & apud veteres vtilis erat[a], & nunc valet. Item poſt mortẽ alterius[b] rectè ſtipulamur.

Verum promiſſi in ſcriptu repertum, importat ſtipulationem. Aretinus.

Annota, Ea eſt ratio, nam omnia ſolenniter acta præſumuntur.

Si ſcriptum[c] in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem: perinde[d] habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit †.

Si plures res deducantur in ſtipulationem, & ſimpliciter reſpondes promiſſor, ad omnes tenetur: alias ad eas tantum, in quibus reſpondit: Are.

Annota, Tot ineſſe ſtipulationes, quot res in ſtipulationem deductæ.

Quoties † plures res vna ſtipulatione comprehenduntur: ſi quidẽ promiſſor ſimpliciter reſpondeat, Dare ſpondeo: propter omnes tenetur. Siverò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit[e]: obligatio in his, pro quibus ſpoponderit, contrahitur[f]. Ex pluribus enim ſtipulationibus vna, vel quædam videntur eſſe perfectæ. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus[g].

Vt alteri detur vel fiat, ſtipulari non poſſumus quandoquidem alteri acquiri, noſtra minimè intereſt: pœnam tamen, ſi promiſſa non præſtentur, ſtipulari nobis nõ prohibemur.

Alteri[h] ſtipulari, vt ſuprà dictũ eſt[i], nemo † poteſt. Inuẽtæ enim ſunt huiuſmodi ſtipulationes, vel obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cæ-

Ordo ſcripturæ attẽdendus nõ eſt.

ſtentem: vt. C. de teſta. l. præpoſteri. in ſi. & facit ad hũc §. ſ. quod non ſit curandus ordo ſcripturæ. ff. de pecu. lega. l. quidam. in ſi. & glo. ſi. & . ſ. de leg. §. ante. & . ff. de ſolu. l. nec enim.

Ita autem concepta. CASVS. Supra dictũ eſt, ꝙ huiuſmodi ſtipulatio, Promittis mihi x. poſt mortẽ? inutilis erat olim: hodie tñ vtilis eſt. Sed qd dices de iſta ſtipulatione, Cũ moriar, dare ſpõdes? Et rñ. Iuſt. dicẽs, quod olim hmõi ſtipulatio vtilis erat, & hodie etiã vtilis eſt. Itẽ ſi quis ita ſtipuletur, Promittis mihi x. poſt mortẽ Titij: bene valet ſtipulatio huiuſmodi. & h. d. Franc.

a Vtilis erat. vt ff. de bo. aut. iudic. poſſ. l hæreditariũ. Accurſ.

b Alterius. ſcilicet, tertij.

† Atque id quidem in dubio p̄ſumit: admittit tamẽ probatio in contrarium. l. iuriſgẽtiũ. §. ꝙ fere. ff. de pa.

† Facit ad hunc. §. c. præterea. cũ gl. ij. ibi item ar. extra de ver. ſignif.

Si ſcriptum fuerit. CASVS. Scriptũ fuerat in quodã inſtrumento Petrum promiſiſſe Titio cẽtum: poſtmodũ Titio centum illa petenti prætextu illius inſtrumẽti, Petrus opponit in hũc modũ, Frater, quãquam cõtineatur in inſtrumẽto me tibi promiſiſſe c. tñ continetur ibi, ꝙ interrogatio promiſſionẽ non præceſſerit: vnde cum nõ valeat promiſsio in ſtipulatione, niſi interrogatio præcedat: non poteris per illud inſtrumentũ ad illa c. agere. Quæſiui ergo à Iuſti. in iſto caſu quid iuris? & rñd. dñs Iuſti. ꝙ ſi ſcriptũ fuerit in inſtrumẽto quẽpiam aliquid promiſiſſe: perinde habetur, acſi interrogatione præcedente promiſsio facta eſſet. Cum enim in inſtrumento contineatur ipſum promiſiſſe. videntur omnia ſolenniter acta. & hoc dicit. Fran.

* Nam ſæpe teſtes ſunt iuris periti, tabelliones non: dic ergo qd' id prouenit ex ratione intellectus quia ita cõceptus intellectus iudicat in inſtrumento ſed teſtes non audiũtur ſuper eo, quod percipiunt ratione intellectus; ſed ſuper eo, quod percipiunt ſenſu corporeo ad extra declarato.

c Si ſcriptum nunquid idẽ ſit, ſi teſtes dicant aliquem promiſiſſe: vt etiam tunc intelligatur præceſsiſſe interrogatio? Videtur ꝙ ſic: vt. C. de fide inſtr. l. in exercendis. Se tñ cõtra dico: vt. C. de vſur. l. j. in glo. pe. Et eſt ratio ſecundum Ioã. quia teſtes nõ ſic in iure inſtructi ſunt, vt inſtrumenta quæ à iuriſperitis fiunt*. Accur.

d Perinde. niſi contra probetur: vt. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. quod fere.

Quoties plures res. CASVS. Quidã ſtipulatus eſt ſibi dari plures res, vt puta, Codicẽ, Digeſtum, & Inſtitu. Quæritur vtrũ valet talis ſtipulatio? Et rñ. ꝙ ſi reſpondeat promiſſor, Promitto: omnia videtur promiſiſſe. Si autem reſpondeat, Inſtituta promitto: pro ſolis Inſtitutis contrahitur obligatio. Singulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. hoc dicit. Fran. de Are.

e Spoponderit. alias reſpondeat.

f Contrahitur. imo videtur non valere, cum ſit diuerſitas in reſpondendo: vt. ſ. eod. §. præterea. Sed diſtingue, vt ibi diximus.

g Reſpondere debemus. ſi volumus in omnibus teneri, alias tenemur tantũ in his, in quibus reſpondemus, vt hic. Item & ſufficit ſimplex reſponſio, vt diximus, cũ æquiparetẽ ei, quãdo ad omnes reſpõdet. ſi. ff. de ver. obl. l. Titia. §. idẽ reſpondit. & . ſ. eo. §. præterea.

Alteri ſtipulari. CASVS. Supra dictũ eſt, ꝙ nemo poteſt alteri ſtipulari, eo quod inuentæ ſunt huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſq; ſibi acquirat, quod ſua intereſt: ſed non intereſt ſtipulatoris: quod aliquid alteri detẽ. Sed ponamus, quod aliquis velit alteri aliquid ſtipulari, qualiter poterit hoc facere? Et rñd. ꝙ pœnã debet ſtipulari, videlicet ſic, niſi ita factũ ſit, vt cõprehenſum eſt in ſtipulatione. verbi gratia: Promittis Titio decẽ? Promitto, & niſi illa decẽ dederis, ꝓmittis mihi viginti? Pœna aũt adiecta in ſecunda ſtipulatione non facit primã ſtipulationẽ, quæ primo erat inualida, valere: ſed metu pœnæ, quod in prima ſtipulatione contentũ eſt, ſoluit. Niſi eñ dederit decẽ in prima ſtipulatione cõtenta, cõmittitur illa ſtipulatio. ſ. in viginti. Cum aũt quis ſtipulatur pœnam, non inſpicitur quid interſit ſtipulatoris, ſed quæ ſit quantitas in cõditione ſtipulationis, ꝙ ſic intelligũt quidam, ꝙ pœna non excedat duplum. Alij autem dicunt, quod nõ debet excedere quadruplũ. Dominus autem Guido ſic diſtinguit, Cum autem pœna interponitur, aut interponitur per verba quantitatẽ deſignãtia: cuiuſmodi ſunt duplum, triplum, quadruplum: & talis pœna nõ debet excedere quadruplũ. aut per verba deſignantia qualitatẽ: & tunc quantacunq; fuerit quantitas etiam in centuplum, bene valet ſtipulatio. h. d. Frã.

† Hunc locũ intelligeac limitavt per Bar. ac. gl. in. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulatio. ff. de verbo. oblig. & vide Ang. in §. ſed & ſi quis ĩ. eo.

h Alteri. ſic ff. de verbo. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. Accurſius.

Stipulãdo alteri quãdoq; ſibi actionem quærimus quandoq; non.

i Vt ſupra dictum eſt. ſ. eo. §. ſi quis alij. hoc tamẽ fallit in multis caſibus, vt ibi diximus. Et not. quod hic tribus modis alteri ſtipulamur. Nam interdum directã acquirimus actionem, ſubaudi alteri ſtipulando, vt filius patri, ſeruus domino & contra: vt. ſ. eod. §. ſi quis alij. & . § ei vero qui. quandoq; vtilem: vt tutor pupillo, & in ſimilibus ratione officij, vt ſeruus publicus: vt ff. de conſti. pecu. l. cum qui. §. penul. & . ff. rem pup. ſaluam fore. l. iiij. Interdum nullam, & tunc neceſſaria eſt pœna, vt hic dicitur. Itẽ no. quod hoc vltimo caſu verba ſtipulationis, & ſortis, & pœnæ poſſunt formari tribus modis. Aut eñ ſic dico, Promittis mihi, quod dabis illi, & eodẽ modo pœnam? Aut ſic, Promittis illis, quod dabis ei, & eodẽ modo pœnã? Et in his duobus caſibus nõ valet, neq; ſortis, neque pœnæ promiſsio. Sed aliud, quando deberet vtilis vel directa acquiri, vt

Stipulatio alteri facta poteſt tribus modis formari.

terùm ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere: pœnam ſtipulari conueniet: vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehēſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei [a], cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur [b] quis, nō illud inſpicitur, quod interſit eius: ſed quæ ſit quantitas [c] in conditione ſtipulationis [d] †. Ergo ſi quis ita ſtipuletur, Titio dari [e]? nihil agit. Sed ſi adiecerit pœnā, Niſi dederis, tot aureos dare ſpōdes [f]? tunc committitur ſtipulatio [g].

Quoties noſtra intereſt extraneo dari, toties & ſtipulari poſſumus.

Sed et ſi quis ſtipuletur alij, cū eius [h] intereſſet †: placuit ſtipulationem valere. Nā ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit [i] adminiſtrationem cōtutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio [k]. Ergo & ſi quis ꝓcuratori ſuo dari ſtipulatus ſit: ſtipulatio vires [l] habebit.

Et ſi creditori ſuo quis ſtipulatus ſit, quod ſua intereſt [m], ne fortè vel pœna committatur, vel prędia diſtrahantur, quę pignori data [n] erant: valet ſtipulatio [o].

Promiſſio facti alieni non valet, niſi appoſita ſit pœna. Aret.

Verſa vice [p], qui alium facturum promiſit: videtur in ea eſſe cauſa, vt nō teneatur, niſi pœnam [q]

in primis duobus caſibus: vt. ff. de conſtitu. pecu. l. cum qui. §. ſi actori. &. §. Iulianus. & hic. Aut ſic, Promittis mihi, quod dabis illi? aut pœnam mihi tātum ſtipulor: quia & tūc habet locum quod hic dicitur. Aut quarto modo dico, Promittis, quod dabis mihi recipienti nomine eius? quo caſu valet vtrunq;: & ego illi cedā, cuius nomine ſtipulatus ſum: vt. ff. mādati. l. ſi procuratorem. §. ſi. ADDITIO. Et hoc verum, ſiue ſim procurator habens mandatū, ſiue negotiorū geſtor, ſiue ſaltem generalis, vt mihi acquiram, & poſtea cedam, ſicut procurator cum ratihabitione &c. vt. l. fina. C. ad Maced. & l. ſi ego. ff. de nego. geſt. vt per Ioan. Fab. & Ang. hic.

a Etiam ei. ſ. ſtipulanti: cuius tamē nō intereſt dari ei, cui fuit ſtipulatus, nec mirū, quia ſibi fuit ſtipulatus pœnam, vt modo diximus, & facit. ff. de recept. arbit. l. cum pœna. Sed cōtra. ff. de recept. arb. l. aduerſus. §. ſed ſi cū. Sed ibi non directo cōtra arbitriū litis: & ideo inſpicit an interſit etiā in pœna: cum ad ea quæ frequenter accidunt, iura ſe referant: vt. ff de legibus. l. nam ad ea. Item contra. ff. ſi quis in ius voca. l. ij. §. ſi. in gloſ. Interſit. Sed ibi in pœna prætoria, hic autem in conuentionali dicit. Vel ibi ideo nō committitur, quia nō debuit venire: quia aduerſarij nō interſit: & ita per obliquum illa ratio redditur.

b Pœnam enim cū ſtipulatur. no. quod caute ponit, ſtipulatur: nā ſecus eſt, cū paciſcitur tm̄: cū pœna ex nudo pacto etiā incōtinenti appoſito, ſicut vſura, non poſſit peti: vt. ff. de ſer. ex por. l. ſeruus. in gl. j. & C. de vſuris. l. iij.

c Quæ ſit quantitas. i. quæ ſit quantitas, & quæ ſit conditio. Inſpicitur conditio, vtrum ſit poſſibilis vel probabilis, vel non: vt. s̄. eo. §. ſi impoſſibilis. & j. e. §. quod turpi. Quantitas vero quæ ſit inſpicitur, vt quantacunq; ſit, petatur certi condictione, ſi eſt certa: alias ſi ſtipulatio eſt incerta, actione ex ſtipulatu: vt hic, & s̄. de ver. obli. in princi. Iſta enim nomina, quis, & quæ, ſubſtantiæ ſunt ſignificatiua, non quantitatis. ſ. certæ, vel taxatæ, vel taxandæ: & hoc ſecundum Azonem. Sed cōtra eſt, vt. j. de actio. §. omnes. Solue vt ibi. Itē contra. ff. de euic. l. ſi dictum in prin. Sed ibi ſic agebatur. Item contra. C. de ſponſa. l. mulier. §. quæ omnia. Sed illud fauore matrimonij: ne in infinitū pœna excedat: vt. C. de inuti. ſtipu. l. ij. Alij, vt M. dicūt vſque ad duplū: & in hoc cōſideratur hic quātitas, vt duplum non excedat ſecundū eū: vt. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. Alij, vt Ioan. diſtinguūt inter eū, qui ſcienter promittit vltra duplū, cū ſciat ſe nō teneri, vt ille teneatur, alias nō: vt. ff. ſi quis cau. l. ſed ſi quis. §. ſi. Alij dicūt vſq; ad quadruplum ſemper extēdi, & nō plus: vt. j. de act. §. omnes. prima verior eſt. Accur. ADDITIO. Quæ procedit, vbi datio quantitatis non eſt in obligatione: vt quia promittis daturum te centum Titio, ad ea enim agere nō poſſum: & ſic facti obligationi pœna cenſetur appoſita, ſecundum Ioan. Fab. & Ang. hic.

d In cōditione ſtipulatiōis. i. in pœnali ſtipulatiōe quæ eſt conditionalis. ſ. ſi nō pareat ꝓmiſſor principali promiſſioni. Accur.

e Titio dari. vt ꝓmittis Titio, vel mihi, quod dabis Titio. Accur. Flo.

f Spondes. ſ. mihi: alias non valet hoc, vt modo diximus. Accurſius.

g Cōmittitur ſtipulatio. ſ. pœnę eo nō dante. non autē illa inutilis efficitur vtilis, ſed pœne metu, & illi ſtatur: vt & alias. C. de arbi. l. j. Accurſius.

Sed & ſi quis. CASVS. Supradictum eſt, quod nemo poteſt alteri ſtipulari: vnde quæritur, qualiter hoc eſt intelligēdū? Et dicit Imperator, quod hoc eſt ſic intelligendū: niſi interſit eius qui ſtipulatur. Nā ſi tutor, qui tutelā pupilli ſui cœpit miniſtrare, ceſſerit adminiſtrationē cōtutori ſuo: bene poterit à cōtutore ſtipulari rē pupilli ſaluā fore, & alteri ſtipulari, cū eius interſit: eo, quod ſi male adminiſtrauerit cōtutor tutelā, haberet pupillus tutorē, qui primo adminiſtrauit, ſibi obligatū. Et eadē rōne poterit aliquis aliquid ſtipulari ꝓcuratori; qui aliquid certa die à dño ſuo ꝓmiſit ſub pœna, ne pœna cōmittatur, vel creditori ſuo, ne pignora ſua diſtrahātur. h. d. Fr.

h Eius. ſcilicet ſtipulantis.

i Ceſſerit. ſic. s̄. de ſatiſda. tuto. §. ij. alias iij.

k Tenet obligatio. nam vtilis actio pupillo datur: vt ff. de mag. conue. l. j. §. penul. Item ipſi ſtipulanti directa acquiritur, vt hic dicitur.

l Habebit vires. intereſt enim mea procuratori meo ſolui, qui in rem meam expendit: vt. j. manda. §. j verſi. tua gratia & mandantis.

m Quod ſua intereſt. quod, id eſt, quia.

n Data. ab iſto, qui nunc ſtipulatur.

o Valet ſtipulatio. nō vt ꝓcuratori, vel creditori actio cōpetat: ſed quis ſtipulatus eſt, aget actiōe ex ſtipulatu ad intereſſe quāti ſua itereſt creditori, vel ꝓcuratori fuiſſe ſolutū: vt. C. de inut. ſtip. l. ſi. & ff. de verb. obl. l. liber homo. §. ſi. & C. de do. l. cū res. Vel ſecūdū nos aget certi cōdic. ad itereſſe: quod ꝓbauimus. s̄. de verb. obl. in prin. Ac.

Verſa vice. CASVS. Supra dictū eſt, quod ſi aliquis alteri ſtipuletur, nō valet ſtipulatio, niſi fuerit ſtipulatus ſic, ſi ita non factum fuerit, vt in ſtipulatione comprehēſum eſt, in caſu contrario. Nam ſi aliquis promiſerit alium aliquid facturum, & ſtipulari: non valet promiſſio, niſi pœnam promiſerit, ſi illud nō fecerit alius. h. d. Franc.

p Verſa vice. ad ſuperiorem. §. alteri.

q Pœnā. Sed & tunc ad pœnam tantū tenetur. & facit. s̄. eo. l. quis alium.

Item

† Cui nō poſſit adijci pœna. vnde hic per Angel. ex ſententia Iac. But. Bar. et Io. And. i. iij. co. ad me. verſi. ſolet eſſe du.

† Ratio, quia hic deeſt cauſa finalis ob quam modus ſtipulatiōis adhibendus eſt, quia quis ſtipulatur quod ſua itereſt. Aegi. per.

Pœna ex pacto non poteſt peti.

Quis & quæ, ſubſtātiam ſignificant.

Dic quod ibi loquitur in pœna legali, quæ nō excedit quadruplū: ſed nos loquimur in pœna conuētionali, quæ poteſt excedere quadruplū ex diſpoſitione contrahentiū. mitius enim agitur cū lege, quā cū homine: vt. l. ſi cū dies. §. ſi. & l. ſeq. ff. de arb. Chri.

Item nemo. CASVS. Aliquis promiſit tibi fructū fundi in futurum: valet ne huiuſmodi ſtipulatio? Et reſpon. Iuſtinia. quod non. Nemo enim rem ſuam futuram, in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur. hoc dicit. Franciſcus.

a Futurā. vt partum ancillæ, vel fœtum animaliū ſuorum, quæ ſua futura ſunt: vt. ſ. de re. diui. §. item ea. Itē multo magis ſi ſtipuletur rem, quæ nunc eſt ſua: vt. ſ. eodem. §. j.

b Quo ſua ſit. hoc ideo, qa in eo caſu quo ſua futura non eſt, valet ſtipulatio. ff. de verb. oblig. l. ſi rem meā. Accurſius.

c Stipulatur. ſ. dari. & eſt ratio: quia quod ſuū eſt, amplius ſuū fieri non poteſt: vt. j. de act. §. ſic itaq;. reſtitui tamen poſſum ſtipulari: vt. ff. de ver. oblig. l. nemo. primo rñ. &. ff. vſufructu. quemadmodū. l. j. §. ſed quod diximus.

Si de alia. CASVS. Stipulatus fui à Titio in hūc modum, Promittis mihi animal? intelligens de equo, & ipſe reſpon. Promitto, intelligens de aſino: valet ne ſtipulatio? Et reſpon. do. Iuſtin. ꝙ non. Cum enim de vna re ſenſerit ſtipulator, & de alia promiſſor perinde non valet ſtipulatio, acſi ad interrogatū reſponſum nō eſſet: & hoc dicit. Et iſtum. §. bene intellige. niſi diuerſitas illa placeat ſtipulatori: qa ſi ſic, bene valet ſtipulatio. hoc dicit. Franc.

ipſe promiſerit.

Nemo poteſt ſtipulari rem ſuam. Aretinus.

Ite nemo rem ſuam futuram a, in eum caſum, quo ſua ſit b, vtiliter ſtipulatur c.

Inutilis eſt ſtipulatio, ſi in re quæ in ſtipulationem deducitur, diſſenſus verſetur.

Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia ꝓmiſſor: perinde nulla cōtrahitur obligatio, acſi ad interrogatum reſponſum nō eſſet: veluti ſi hominē Stichum à te quis ſtipulatus fuerit, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris d.

Stipulatio turpis, vel ex turpi cauſa deſcendens, non valet. Are.

Quod turpi ex cauſa promiſſum eſt e: veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium ſe facturū promittat: non valet f.

d Credideris. hoc eſt verum, quando certum eſt eos diſſenſiſſe: vt. ff. de ver. obli. l. cōtinuus. §. j. alias autē ſi poteſt ſecūdum vtriuſq; intellectum valere, valet ſecūdum intellectum ꝓmiſſoris: vt. ff. de ver. obli. l. qui ex pluribus. & l. ſtipulatio iſta. §. cum qui. i Nec obſt. ꝙ dicitur minorē præſtari debere: vt. ff. de leg. j. l. apud Iulianum. §. ſcio. quia minor eſt, quā dare vult ꝓmiſſor: vt. j. de act. §. præterea. Si autē ſecūdum vnius intellectum tantū valere poteſt, ſecūdum eius intellectum valet: vt hodie dare mihi Bonon. decē promittis? ſi enim de hac Bononia in qua ſumus intelligatur, valet: alias non: vt. j. de verb. obli. l. quoties in ſtipulationibus. & de rebus dub. l. quoties. ij.

i Niſi fauorabilius eſſet ſecundum ſtipulatorē interpretari. l. in ambiguo. ff. de reg. iur.

Quod turpi. CASVS. Stipulatus fui ſic, Promittis mihi decē, ſi Titium occidero. vel ſi furtū fecero? valet ne huiuſmodi ſtipulatio? reſpon. ꝙ non. Quod enim ex turpi cauſa promiſſum eſt &c. Franc.

e Promiſſum eſt. ſiue dicam, Promittis homicidium facere? ſiue dicam, Promitto decem, quia promittis facere homicidium: vt. ff. de ver. obli. l. generaliter.

f Non valet. huiuſmodi enim cōditiones turpes, impoſsibiles pręſumūtur à iure: vt. ff. de condi. inſtitu. l. ſi filius. vnde nō valet ſtipulatio: vt. ſ. eo §. ſi impoſsibilis. Circa quod tñ dic. ꝙ aut ipſum quod promittiſ, eſt turpe, vt facere homicidium: & tūc nō valet, nec etiam pœna appoſita: vt. ff. de ver. obli. l. generaliter. & l. veluti. & l. ſi plagij. Idem dico, & ſi ſub cōditione turpi, vt hic. Aut ſi honeſtum promittatur, ſed tñ turpiter, vt dare decē, ſed per metū vel per dolum: tunc valet quidē promiſsio facta, ſed exceptione eliditur. k vt. C. de inuti. ſtipu. l. dolo. niſi in caſu, vbi ipſo iure non valet ꝓmiſſio facta per metū: vt. ff. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. dos. ſecūdum Ioā.

k Vel per iudi. officiū reſcindi. l. ſi dolo. C. de inut. ſtip. & l. interpoſitas. C. de tranſ. l. ſi. §. j. ff. q̃d me. cau. ꝙ habetur. & l. elegāter. ff. de dol.

Stipulatio conditionalis tranſit ad hæredes ſtipulatoris & promiſſoris. Aretinus.

Cum quis ſub aliqua cōditione ſtipulatus fuerit: licet ante cōditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione hæres eius agere poteſt g. Idem eſt & ex promiſſoris parte.

Qui promittit certo tempore illa re: non poteſt conueniri, niſi totus terminus ſit elapſus.

Qui hoc anno h, aut hoc mēſe dari ſtipulatus eſt: niſi omnibus partibus anni, vel mēſis præteritis i, nō rectè l petet.

Promiſſori datur tempus habile ad ſoluendum. Aretinus.

Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non poteris continuò agere: niſi tantum ſpatium prçterierit, quo traditio fieri

Cum quis. CASVS. Stipulatus fui à Titio dari mihi decem, ſub aliqua cōditiōe ante, quā exiſteret conditio, deceſsi: poſt modū exiſtēte cōditione, quęritur vtrū meus hæres agere poſsit ex iſta ſtipulatiōe? Et reſpon. Iuſti. ꝙ ſic. Eodem modo, ſi me ſtipulatore viuente demum ante cōditionis euētum decedat promiſſor: poſt modum ſi exiſtat conditio. poterό agere cōtra hæredes promiſſoris. Franciſcus.

g Agere poteſt. hoc in cōtractibus: vt hic, & ſ. de ver. obli. §. ex cōditionali. aliud in relictis. vt. C. de cadu. tol. §. ſin aūt aliqd. & ff. de manu. teſt. l. ſi ita ſcriptū fuerit. in fine legis. Et facit ad hunc. §. ff. de periculo & cōmo. rei ven. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. j. reſpon.

Qui hoc anno. CASVS. Stipulatus fui à te dari mihi decem hoc anno, vel hoc mēſe, quæritur qñ poſsim iſta decē petere? Et reſpō. Impe. ꝙ omnibus partibus anni vel menſis præteritis poſſum petere. Aliud autem eſt, ſi ſtipulatus fui mihi dari aliquod annuum, quia tunc in principio anni peti poteſt. h. d. Franc. de Are.

h Qui hoc anno. i. qui ſtipulatus eſt his vbis, Promittis hoc anno vel hoc menſe. Et no. ꝙ iſte. §. eſt lex. ff. de ver. obli. & incipit, Qui hoc anno. Accur.

i Præteritis. i. elapſis. ſed ſecus eſt in relictis, fauore vltimę voluntatis. nam in capite anni ꝓſtatio fit: vt. C. qñ di. leg. ced. l. j. vel diſtingue, aut ꝓmittit per hęc verba, hoc anno, vel quolibet anno. & tūc in fine anni fit ſolutio: vt hic, & ff. de ver. obli. l. qui hoc anno. & l. cū qui certarum. Aut annuū: & tunc in capite anni fit ſolutio, ſiue legatum ſit, ſiue in cōtractu fiat promiſsio ſecundum Io. & B. vt. ff. de cōdi. & demon. l. ſi in annos. & ff. qñ di. leg. ced. l. nec ſemel. Vnde verſus. Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni: Anno ſi debes, in fine teneberis anni. Sed quid ſi vſque ad forum rem promiſeris? Videtur ꝙ ſtatim icœpto foro poſsit agi: vt. ff. ad Treb. l. qui filiū. §. Sabinus. ADDITIO. Et hāc ap. Ang. hic. propter dictionem vſque, quæ de ꝓprio ſignificato excludit: vt. l. j. ff. de pig. act. ſecundum Ang.

l Nota quia hoc tēpus fauore promiſſoris, vnde debet interpretari in eius fauorem, vt demum anno finito teneatur ſecus ſi dixiſſet annū ꝓmitto: qa hoc tēpus eſt appoſitum fauore ſtipulatoris. Aegi. per.

Stipulatio an vitietur ꝓpter turpitudinē.

Solutio quādo fiet ſi hoc anno promiſſum ſit.

Si fundum. CASVS. Promiſi fundū & hominē pure: quęro ergo cū iſta ſtipulatio ſit pura, vtrum ex ea incōtinenti poſsim agere? Et reſpon. Iuſti. ꝙ nō. niſi tantum tēpus præterierit, quo traditio fieri poſsit. & h. d. Super autem iſto tit. ſolebat aliqñ à quibuſdā fieri talis quæſtio: quare apud antiquos iſta ſtipulatio, Promittis mihi pridie quā moriar, erit inutilis: hęc aūt, Promittis mihi

mihi

mihi x. cum moriar, apud antiquos erat vtilis? quidam iſtud quare reputãt ꝑ truſa, cũ ius antiquũ hodie ſit correctũ ſic tñ reſpondetur, Incertior eſt dies mortē precedēs, quã dies mortis dicatur, vt in pluribus: & propter maiorē incertitudinē dies proxima morti dicebaƒ apud antiquos ſtipulatio in diē ꝓximã mortis: non ſic aũt in diē mortis. Franc.

a Fieri poſsit. cũ cõmodo promiſſoris [1] :vt. ff. de ver. ſi. l. nepos ꝓculo. nec tñ inimicũ expectatur, licet prius non poſsit ſoluere: vt ff. de verb. obl. l. cõtinuus. §. illud. Itē & ſi incontinēti poteſt, non tñ ideo ſtatim exigitur: vt. ff. de ſol. l. quod diximus. Quoddã ergo tēpus medium eligimus. ſ. x. dierũ, ſecũdum quoſdã: vt. ff. de conſti. pe. l. promiſſor. Vel dic arbitrio iudicis, cũ lege nõ ſit determinatũ: vt. ff. de iur. delib. l. j. in ſi. qui iudex ſtatuet tēpus quoddã, nec nimiũ, nec modicũ: vt. ff de ſol. l. ratum. & rē ra. ha. l. quo enim. §. j. & j. de offi. iud. §. iñ. Item nunquid idē in quantitatibus, quod in ſpeciebus hic dicitur? Rñ. non, imo tēpore tanto quantũ iudicatis datur. expectatur: vt. ff. de iudic. l. ſi debitori. ſ. quatuor menſium [2] :vt. C. de vſur. rei iudica. l. ij. ſecundum quoſdam. vel verius dic: vt no. ĩ. de ver. obli. §. omnis. in glo. j. ſtatim &c.

1 Promiſſor an ſtatim conueniri poſsit.

2 Quibus pendētib9 capi poterit, niſi ſatiſdet, q̃d aduenientε termino ſatisfaciet nec interim cõpēſare, vel aliq̃d opponere poterit: q̃ tale tēpus miſeratio nis cauſa cõcedit ſecundũ Ange.

poſsit a.

TITVLVS XXI.

DE FIDEIVSSORIBVS.

Quandoquidem non ſemper ei qui promittit tutum eſt credere, cautius erit alium aſſumere, qui obligationem illam in ſe recipiat, promiſſore quoque remanente obligato, quem fideiuſſorem à fide promiſſa appellamus, qui quidem cuiuis obligationi vtcunque contractæ, etiam ſi naturalis tantùm ſit, accedere poteſt.

Pro eo, qui promittit [b], ſolēt alij obligari, q fideiuſſores appellãtur: quos homines [c] accipere ſolent [d], dum curant, vt diligentius ſibi cautum ſit [e].

Omni obligationi accedere poteſt fideiuſſor, & ciuili tantùm, & naturali tantùm: & non tantùm pro homine libero, ſed etiam pro ſeruo. Aret.

In omnibus autem obligatiõibus [f] adſumi poſſunt: id eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu [g] contractæ fuerint. At nec [h] illud quidem intereſt, vtrum ciuilis [i], an naturalis [k] ſit obligatio, cui [l] adijcitur fideiuſſor: adeò [m] quidem, vt pro ſeruo [n] quoque obligetur [o], ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat,

DE FIDEIVSSORIBVS.

Continua ſic, Viſum eſt de ijs, qui principaliter obligantur ex pluribus contractibus. Verùm quia, vt hic dicit textus in principio, pro eo qui obligatus eſt, ſolet accedere fideiuſſor: ideò poſt illos titulos ſubijcitur iſte, De fideiuſſor. Aretinus.

Pro eo. Totus iſte ti. diuidiƒ in v. partes. Primo qualiter fideiuſſores accipiũt. Secũdo in qua obligatione accedere poſſunt. Tertio, qñ ſunt plures fideiuſſores, an inſolidũ vel pro parte quilibet obligetur. Quarto, ꝙ non põt fideiuſſor in plus obligari, quã principalis, & qñ dicitur in plus obligari. Quinto, quãdo ſolēnitas intrinſeca præſumitur. Secũda ibi, In omnibus. Tertia ibi, Si plures. Quarta ibi, Fideiuſſores. Quinta ibi, In ſtipulationibus. CASVS. Quæſiui à Iuſti. vnde ꝓcederēt fideiuſſores, ſiue ortũ haberēt? Certe dicit ipſe, ſæpe cõtingit, ꝙ vnus principaliter obligaƒ, & alius ꝓ eo introducēdo obligaƒ, qui fideiuſſor appellaƒ. & fideiuſſores iſtos accipiãt creditores, dũ curant, vt tutius ſibi caueaƒ. Fran.

b Promittit. ſ. principaliter. ſ. per ſtipulationē. & idē ſi quocunq; alio modo quis obligetur: vt. j. eod. §. j. & ff. eo. l. j. Nunquid autē acceſſoriæ obligationi accedere fideiuſſor poteſt? Reſpon. ſic: vt. ff. eo. l. Græce. §. ſi. & de pign. act. l. ſi rem. §. j.

c Quos homines. i. fideiuſſores.

d Solent. ſ. creditores.

e Cautum ſit. & eſt cautum ſine dubio: vt infra de replica. §. final.

ADDITIO. Vnde plena cautio dicitur cũ fideiuſſoribus, ſed plenior cũ pignoribus, ſimpliciter vero prolata ab homine intelligitur ſine fideiuſſoribus: ſecus, ſi à lege vel à prætore, niſi procederet vltra declarando nudam cautionem ſufficere. Ang.

In omnibus. CASVS. Quæſiui ab Imperatore, an fideiuſſor accipi poſsit ſolũmodo à debitore, qui eſt verbis obligatus? Rñ. dicēs, ꝙ fideiuſſor põt accipi in omni obligatione, ſiue ſit obligatio cõtracta re, ſiue verbis, ſiue cõſenſu: & plus dico, ꝙ fideiuſſor poteſt dari pro obligatione ciuili tantũ, & pro naturali tantũ, & pro ciuili & naturali: vnde cum ſeruus domino ſuo poſsit naturaliter obligari: poteſt & dare fideiuſſorē domino ſuo in id, ꝙ ei naturaliter debet, & etiam extraneo: & erit ille fideiuſſor à ſeruo datus domino naturaliter & ciuiliter obligatus: cum tñ debitor principalis ſit tantũ naturaliter obligatus: quod mirũ videtur: cum plus nõ debeat eſſe in acceſsione, quã in principali obligatione: vt. j. eo. ti. §. fideiuſſores. Ad quod reſpõdet: quod plus loco, vel tēpore, vel re, vel cauſa nõ poteſt eſſe in fideiuſſore, quã in principali debitore: tamē circa illud idē quod debet principalis debitor, poteſt eſſe efficacior obligatio fideiuſſoris, quam principalis debitoris. Fran.

f In omnibus autem obligationibus. i. in omni ſpecie obligationum, dummodo nõ ſit contra legē: vt. ff. eo. l. cum lex. Sed contra. C. ne fideiuſſ. do. den. l. j. Sol. illud ſpeciale eſt [3]. Item in præſentibus & futuris negotijs poteſt accedere fideiuſſor: vt. ff. de iudic. l. non quemadmodum. & j. eo. §. fideiuſſor.

g Conſenſu. ſiue etiã ex maleficio vel quaſi: vt. ff. eo. l. Græce. §. ſed & ſi ex delicto.

h Nec. id eſt, non.

i Ciuilis. ſcilicet tantum: vt pro eo, qui fuit confeſſus ſpe futuræ numerationis: vt. j. tit. proxi. habet tamen eandem exceptionem, quam reus: vt. C. de non numera. pecu. l. penul. in fine. & l. tam mandatori. Et ſic nota ciuili tantum obligationi accedere fideiuſſorem: vt hic, & dicta. l. dicitur. & ff. eodem. l. fideiuſſor obligari. §. ij.

k Naturalis. ſ. vt pro ſeruo, vt ſubijcit, & ff. eo. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor accipi. ergo quantum ad dationē fideiuſſoris nõ intereſt, ſed quo ad alia multa intereſt. ſ. inter ciuilem & naturalē obligationem: vt. ff. de conſt. pecu. l. j. §. debitum. & l. quod ſi maritus. §. ſi quis autem. Accurſius.

l Cui. ſ. obligationi.

m Adeo. i. in tantum.

n Pro ſeruo. qui ſeruus de iure naturali tenetur tantum, non ciuili: vt. ff. de condi. inde. l. ſi id quod. & ĩ. de lib. §. j. & ĩ. de inuti. ſtip. §. item inutilis. & huic naturali accedit hic fideiuſſor. At ipſe ſeruus fideiubere nõ poteſt: vt. ff. eo. l. ſeruus inſcio. & l. ſeq.

o Obligetur. fideiuſſor, qui pro eo intercedit.

3 Hoc verũ in fideiuſſ. de dote conſeruanda propter perfidiam cuſtã dam inter eos: vt ibi dicit text. Quid autē de dote reſtituenda, vide in l. conſtante. §. quoties. ff ſo. ma. Ange.

Seruus ciuiliter nequit obligari.

Domin

ſiue ipſe dominus[a] in id, quod ſibi naturaliter debetur.

Obligatio fideiuſſoris tranſitoria ad hæredem. Are.

Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam hæredem relinquit obligatum[b].

Fideiuſſor poteſt adhiberi, etiā pro futura obligatione. Areti.

Fideiuſſor & præcedere[c] obligationem, & ſequi poteſt.

Si plures ſint fideiuſſores pro eodē interuenientes, inſolidum tenentur ſinguli: diui tamen Hadriani beneficio ſi omnes litis conteſtatæ tempore ſoluendo exiſtant: in viriles ſcinditur debitum: quod ſi vnus fideiuſſorū neglecto diui Hadriani beneficio ſolidum debitum exoluerit, fruſtra à confideiuſſoribus viriles repetere intetur: ſed ei cum principali debitore experiendum eſt.

Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli inſolidum tenentur[d]. Itaque liberum eſt creditori, à quo velit ſolidum petere. Sed ex epiſtola[e] diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis, qui modo ſoluēdo ſunt litis conteſtatæ tempore, partes[f] petere. Ideoq́ ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit: hoc cæteros onerat[g]. Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſecutus fuerit: huius ſolius detrimētum erit ſi is[h], pro quo fideiuſsit, ſoluendo non ſit: & ſibi imputare debet, cùm potuerit iuuari[i] ex epiſtola diui Hadriani, et deſiderare, vt pro parte in ſe detur actio.

Fideiuſſoris obligatio acceſſoria eſt principali, quo fit vt maior principali eſſe nequeat: minor autem queat.

Annota, illud vulgatum. Qui citò dat, bis dat.

Fideiuſſores ita obli-

a Dominus. non idē econtra, vt dominus ſeruo poſſit fideiuſſorē dare. Et eſt ratio: quia talis fideiuſſor obligando ſe ſeruo, per conſequēs domino obligatur. Itē pro eodē. ſ. domino obligatur: quod eſſe nō poteſt, vt idem pro eodē, & apud eundē poſsit obligari: vt. ff. eo. l. ſi quis pro eo. §. j. & l. Vranius. & ff. ad Velleia. l. tutor. Accur.

Fideiuſſor, an ſemper relinquat hæredem obligatum.

Fideiuſſor. CASVS. Si aliquis ꝓ debitore aliquo fideiubeat: non ſolū ipſe eſt obligatus, quandiu viuit, ſed etiā ſi deceſſerit, relinquit hæredē obligatum, & huius ratio eſt: quia ex contractu tenentur hæredes.

b Relinquit obligatū. ſiue hoc dictū ſit, ſiue nō. & idē in omni obligatione ex contractu, vel quaſi in ipſa re principali: vt hic, & ff. de act. & obli. l. ex contractibus. Sed quid ſi ad pœnam furti obligatus eſt, vel alia actione, vel obligatione, quæ non tranſit ad hæredes? Reſpon. Nō puto teneri ex hoc caſu hęredem quaſi naturam mutet hoc caſu ſtipulatio: vt argu. ff. ſi quis cau. l. ſi eum. § qui iniuriarum. & j de act. §. fuerat autem[1]. & facit ad hunc. §. ff. eodem. l. iiij. §. finali.

1 Hoc verū intellige quādo ſimpliciter pro tali actione, vel delic. fideiubet: ſec9 ſi pœnam vel certam ſummā: licet pro delicto ꝓmiſerit. vel ꝓ eo qui iam erat condēnatus: quia contra hæredem trāſit: niſi ſub conditione promiſiſſet. Ioan Fa. & Angel.

Fideiuſſor. CASVS. Pone quod aliquis ita fideiuſſit pro Titio. Fideiubeo pro Titio in id quod ſibi credes, vel in id quod ſibi credidiſti: valet ne talis fideiuſſio? Reſpond. quod ſic. & hoc eſt, quod in iſtis duobus §§. dicitur. Franciſ.

c Fideiuſſor & præcedere. puta fideiubeo in id quod ſibi credes, vel credidiſti, vel credis. Nam in his tribus temporibus poteſt accipi, vt hic, & ff. de vſufru. earum rerum, quæ vſu con. l. quoniam. §. fi.

Si plures. CASVS. Pone quod pro quondā debito penes ſuum creditorē quatuor fideiuſſerunt, nūquid iſti plures fideiuſſores tenētur inſolidū? Rn̄. Iuſti. quod ſic: & liberū eſt creditori à quo petat, ſi velit exigere ſolidum, de rigore iuris primitiui: ſed poſtea inuenta fuit epiſtola diui Hadriani, in qua cauetur, quod inter cēs fidiuſſores, qui ſunt ſoluendo tēpore litis conteſtatę diuidatur obligatio. ſed ſi tēpore litis cōteſtatæ vnus inueniatur non ſoluēdo, cæteros onerat. Sed pone, cum quatuor ſunt fideiuſſores, quod vnus conuētus à creditore, ſolidū ſoluerit: quid iuris in iſto caſu? Rn̄. Iuſti. ꝙ ſi principalis debitor nō ſit ſoluēdo, hoc erit ſuū detrimentum & ſibi debet imputare, quare totū ſoluit: quia potuiſſet ſe iuuiſſe epiſtola diui Hadriani. h. d. Franciſ.

d Tenentur. idē eſt in pluribus mandantibus, vel iubentibus: vt. ff. quod iuſſu. l. ſi. Sed videtur iure nouo, quod pro parte ſua tantū quilibet teneatur ipſo iure: vt iam non ſit neceſſaria epiſtola, de qua ſubijcitur hic: niſi expreſſe inſolidū promittatur. & ſic videtur corrigi quod hic dicitur: vt in auth. de duo. reis. §. j. colla. vij. Vel verius (vt puto) dicta aut. loquitur in pluribus reis debēdi: in quibus etiā iure veteri videtur fuiſſe cautum, vt pro partibus teneantur: vt. ff. de duo. re. l. reos. At ſecus fit in fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur in ſolidū, vt ipſe reus pro quo intercedit. & ita habebit locū epiſtola hodie, vt olim.

ADDITIO. Et iſta cōmuniter approbatur. Adhibētur enim iſti pro ſecuritate: vt. ſ. eo. in prin. ſecus in duobus reis: ideo &c. Io. Fab. & Ang.

e Ex epiſtola. ſed vbi eſt hæc epiſtola? Reſpondet, non habemus eam ſcriptam: multoties tn̄ de ea mentionē facit lex, vt hic, & C. de conſti. pec. l. fin. & ff. eod. l. inter fideiuſſores. & l. ſeq.

f Partes. Hæc tn̄ epiſtola fallit in v. caſibus: vt in fideiuſſoribus tutorum qui non implorant beneficiū, licet tutores implorent: vt ff. rem pup. ſaluam fore. l. fina. & ff. de tut. & ra. diſtra. l. j. §. nunc tractemus. Item fallit in fideiuſſore fideiuſſoris: vt. ff. eod. l. ſi plures. §. fi. Itē fallit, quando cæteri fideiuſſores ſoluendo non ſunt tēpore litis conteſtatę: vt infra ſubijcit ſtatim. Item fallit, quando eiuſdē ſummæ ſunt fideiuſſores, ſed non pro eodem debitore: vt. ff. eo. l. ſi à Titio. Item & quando inficiantur: vt. ff. eo. l. ſi dubitet. §. ita. Sed nunquid hæc exceptio epiſtolę eſt perēptoria vel dilatoria? Videtur perēptoria: quia prorſus perimit id in quo opponitur. Itē econtra videtur dilatoria: quia ante litem conteſtatam opponi debet, vt hic: quare videtur dilatoria: vt. C. de proba. l. exceptionem. Sed dico eam quaſi anomalam, cum nec peremptorias prorſus immitetur, quæ vſq; ad ſententiā opponuntur: nec dilatorias, quę tantum differunt: vt. j. de except. §. hæc exempli. & C. ſent. reſcin. non poſſ. l. peremptorias[2]. Sed quid ſi ſoluit, nunquid repetet quaſi ſit fauorabilis exceptio? Videtur quod ſic, vt in Velleia. vt. ff. de condi. inde. l. qui exceptionē. & ff. eo. l. ſi contendat. Sed cōtradico: quia non inuenio, quod ſit ſic fauorabilis, & qui ſuū recipit: vt. ff. de condi. inde. l. repetitio.

Exceptio diuiſionis fallit i quī ꝗ caſibus.

Exceptio epiſtolę diui Hadriani eſt anomala.

2 Tu dic, ꝙ etiā vſque ad ſententiā poteſt opponi: vt not. gloſ. in. l. fideiuſſor. C. eod. an autē poſt ſententiā, vide Angel. hic.

g Onerat. argu contra. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. ij. §. ſi quis. Accurſius.

ADDITIO. Solu. ibi non erat fideiuſſor obligatus, niſi pro ſua parte.

h Si is. ſcilicet, reus.

i Iuuari. facit. ff. eo. l. vt fideiuſſor.

Fideiuſſores. CASVS. Quæſiui à Iuſtinia. vtrum fideiuſſores ita poſsint obligari, ꝙ plus debeant, quam debeat debitor principalis? Et rn̄d. Iuſtin. quod non.

Oblig

Obligatio enim fideiuſſoria acceſſoria eſt principali obligationi. Plus enim non debet eſſe in acceſsione, quam in principali obligatione: ſed econuerſo bene poteſt eſſe. Si enim principalis debitor obligetur in decē, bene poteſt fideiuſſor obligari in quinq́, quod fideiuſſor obligetur in viginti hoc eſſe non poteſt. In verſ. Itē ſi ille, caſus eſt talis, Supra dixi, ꝙ in maiori quātitate non poteſt teneri fideiuſſor, quā debitor principalis. Idem dico in tēpore. non enim poteſt eſſe, quod fideiuſſor teneatur pure, quando principalis debitor ſub conditione obligaē: quia ſic in plus tenereē fideiuſſor, quā debitor principalis: quia plus intelligitur non ſolum in quantitate, ſed etiā in tempore minus et plus intelligitur. econuerſo autē nō poteſt obligari pure. hoc dicit.

gari nō poſſunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligātur [a]. Nā eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus [b] in acceſsione poteſt eſſe, quā in principali re. At ex diuerſo, vt minus debeāt, obligari poſſunt †. Itaq́ ſi reus decē aureos ꝓmiſerit, fideiuſſor in quinq́ rectè obligatur: contrà [c] verò obligari nō poteſt.

Item ſi ille purè promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contrà [d] verò nō poteſt. Non ſolùm autē in quantitate, ſed etiam in tēpore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim [e] ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare.

Fideiuſſor ſoluens pro reo, habet contra eum mādati actionem. Arētinus.

a Obligātur. ſed nūquid in idipſum in quo reus teneē, ſaltē remanet obligatus, quando in plus fideiuſsit? Quidam dicunt quod ſic: pro quibus eſt hoc generale. Vtile per inutile non vitiatur: vt. ff. eo. l. ſi à reo. §. j. & C. de do. l. ſi quis argentum. §. ſed in his omnibus. Nos contra ſ. quod in nihilo teneatur: & eſt pro nobis. ff. eo. l. Græce. §. illud.

ADDITIO. Collige ex gloſ. duas opiniones. Prima, quod vbi fideiuſſor fideiubet in plus, quā reus principalis debet, obligatur pro occurrente quantitate. & pro hac ſentētia allegatur primo. l. ſi à reo ff. eo. l. ſi hactenus. in fi. ff. de conſti. pecu. l. rogatus. in fi. ff. manda. allegatur vulgaris regula: Quia vtile per inutile vitiari non debet, regula iuris. vtile. lib. vj. Chriſtopho.

b Nec plus. cōtra hanc regulam eſt. ſ. de rerum diui. §. ſi tamen rem alienam. Item. ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione. in princi. ibi, nec refert. Item. ff. de ſolu. l. qui res. §. mihi decē. & §. qui ſtipulatur. & §. mihi Romæ. Sed his omnibus da generalem ſolutionem, vt ſic exponas hanc literam, nō plus eſſe poteſt in acceſsione &c. i. in acceſſoria obligatione, ſecundum Ioā. Item contra. ff. de iud. leg. non quemadmodum. Sol. ibi non eſt plus: quia licet fideiubeat ante reum, nō tamen plus tenetur. Item contra. ſ. eo. §. j. verſi. at nec. Sed ibi non eſt plus eo modo, quod dicitur plus. Dicitur enim plus quatuor modis, quorum nullus eſt ibi: vt. j. de act. §. plus autem. Accur. ADDITIO. Et eſt ratio: quia in dictis quatuor modis diſparitas prouenit ex facto ſtipulatoris: ideo ſibi imputet. Diſparitas vero inefficacia, ſeu ſubſtantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo ſibi magis ſuccurritur.

c Contra. i. ſi reus quinq́ promiſit, fideiuſſor decē.

d Contra vero. Si reus ſub conditione promittat, & fideiuſſor re. Accurſius.

e Plus eſt enim. Facit ad hoc. ff. de ver. ſig. l. ſi cui. §. fina. & j. de actio. §. plus autem. & ff. de ſolu. l. ſolidū. & ff. de ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. quoties. Accur.

† Cōcor. l. fideiuſſores. & l. in partē. ff. e.

An autē hic quatuor modis contingat in amplius fideiuſſorem, atque reū obligari: vide hic p Io. Pla.

Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit [f]: eius recuperandi cauſa habet cū eo mandati iudiciū [g]. Græcè [h] etiam fideiuſſor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ †. ſed & ſi dixerit θέλω * ſiue βούλομαι *, ſed & φημὶ ⁎: pro eo erit, ac ſi dixerit, λέγω †.

Solennitas intrinſeca interueniſſe præſumitur, quando ſcripturæ verba apta ſunt illam comprehendere.

In ſtipulationibus fideiuſſorū, ſciendum eſt hoc gn̄aliter accipi: vt quodcunq́ ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum [i]. Ideoq́ conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe: videri omnia ſolenniter [k] acta [l].

Si quid. CASVS. Supra dictum eſt, quod inter fideiuſſorē & creditorē eſt obligatio verborum: ſed quæ eſt obligatio inter fideiuſſorē & principalem reum? Et reſpō. Iuſti. quod ſi aliquid fideiuſſor pro reo ſoluerit, habet contra eum actionē mādati: & ita quā quam verborum obligatio, quę eſt ſtricti iuris, ſit inter fideiuſſorē, & principalem debitorem, eſt obligatio mādati, quę eſt bonæ fidei. Franc.

f Soluerit. ſiue p iudicem, ſiue nō: vt ff. mandati. l. idēq́. § fideiuſſores. Sed etiā in caſibus quatuor ante, quā ſoluat, agit mādati: vt ſi hoc dictum ſit, vt ad tēpus teneatur. Item ſi fuerit cōdemnatus, item ſi cœpit bona ſua diſsipare reus, itē ſi diu ſtetit fideiuſſor in obligatione: vt. C. manda. l. ſi pro ea. & ff. manda. l. Lucius. [1] alias nō agit ante, quam ſoluat, ſed ſoluere debet: vt. ff. de cōdic. ind. l. indebitā. Sed etiā in his caſibus nullo modo agit: vt ſi pro inuito, aut donādi animo, aut in rem ſuā fideiuſsit: vt. ff. manda. l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. ſi pro te præſente. Item ſi hoc actum ſit, vt nō agam: vt. ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. Marcellus. Item ſi mandatum non ſit obligatorium: vt j. mandati. §. illud. Item & ſi fideiuſſor nō oppoſuit exceptionem, quam debuit opponere: vt. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. Accur.

g Mandati iudicium. i. actionem, ſi interceſsit mandatum, vel etiam eo præſente fideiuſsiſſet: vt. ff. mādati. l. qui fide. & l. ex mandato.

h Græce. Facit. ff. eo. l. Græce. j. reſpon. & j. quibus mo. tolli. obligatio. §. j. verſi. ſed & Græce. & ſupra, de verbo. obli. § vtrum autem. Accur.

In ſtipulationibus fideiuſſorum. CASVS. Stipulatio autē in fideiuſ. poteſt eſſe cauta, & nō cauta: ſi aūt cauta non ſit, vt ſi inſtrumentum dicat, quod ipſe promiſerit creditori interroganti: nihilominus omnia pręſumuntur ſolēniter acta, quaſi interrogatio promiſsionē præceſsiſſet. hoc dicit vſq́ ad finem. Franc.

i Etiam actum. q. d. ſi ita dicit ſcriptura, ac ſi vere ita fuiſſet factum, quod forte fuit vel non fuit actum, certe pręſumitur pro ſcriptura, vt ſic videatur actū: & eſt hęc ſcriptura priuata. dicit enim, ſi quis ſe &c. & ex cauſa: vnde incōtinēti pręiudicat, niſi cōtra probetur: vt ff. de non nu. pec. l. generaliter. Et facit ad hunc §. ff. de ver. obli. l. ſciendum. & C. de cōtra. ſtipul. l. j. & ſ. tit. j. § ſi ſcriptū. In ſcriptura autē publica conſtat ei ſtandū multo magis, niſi cōtra probetur: vt. C. de proba. l. cū precibus. & in auth. de fide inſtru. §. ſi vero morianturin prin. §. col. vj. [2] Item nota hic præſumi omnia ſolēniter acta, quod probant ſupradictæ leges. Accur.

k Solenniter. i. etiam interrogationem factam fuiſſe, quam neceſſe eſt præcedere: vt. ſ. de ver. obli. in prin. & C. de contrahē. & commit. ſtipu. l. j.

l Acta. ſed contra. ff. de pub. in rem actio. l. quęcūq́. §. fina.

Fideiuſſor in quatuor caſibus agit antequam ſoluerit.

† Ideſt, mea fideiubeo ego.

* Ideſt, volo.

* Ideſt, cōſulto volo.

⁎ Ideſt adfirmo.

† Ideſt dico.

[1] Intellige de arbitrio iudicis: ſecundū cōmunem opin. & no. quia debuit ſtetiſſe i obligatione: nec ſufficeret qd' ſtetiſſet in promiſsione tātum, vel fideiuſſione. Et alios caſus adde ad iſtam gl. vt p An hic.

[2] Nota ſecundū Ange. hic, qd' falſitas inſtrumēti item ſolennitas vel error ſcribentis poſſunt phari p teſtes. Item ſimulatiōes dū modo contractus fuerit ſine ſcriptis celebratus, licet in ſcriptis redactus fuerit. alias ſi in ſcriptis ſit celebratus: nō reprobaē niſi per contrariā ſcripturā. De qua materia vide. ſ. tit. j. §. itē verborū. Ange.

§. fina. Sol. ibi ſunt extrinſecę ſolennitates de tutore & iudice, qui debent adeſſe, cum pupillus vendit. At hic actus promiſsionis nullus eſt ſine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, vel ꝓmitto, intelligitur interrogatio facta eſſe quaſi pars promiſsionis: & ſic non eſt extrinſeca ſolennitas, cum ſit pars ſtipulationis.

TITVLVS XXII.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS †.

DE LITERarum obligationibus.

Iſte titu. continuatur ad præcedentia. Quia ſupra viſum eſt de obligationibus, quæ contrahuntur re & verbis: ideò nunc ponit de his, quæ contrahuntur literis. Aret.

Qui ſe mutuum accepiſſe, numerationis futuræ ſpe, in ſcriptu confeſſus fuerit, ni intra bienniȷ ſpatium non numeratæ pecuniæ exceptionem obiecerit, poſtea literis effectualiter obligatur.

OLim ſcriptura [a] fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur †: quæ nomina hodie non ſunt in vſu. Planè [b] ſi quis [c] debere [d] ſe ſcripſe-

† Sic etiã præſumitur pro ſententia iudicis, qđ ſit ſolenniter lata. vide tamen de hoc in ca. quoniã cõtra. in glo. fi. extra de ꝓ. & i ca. ſicut nobis. in gl. ſuper ver. exprimatur. poſt med. extra de re iud.

OLim ſcriptura. Totus iſte titu. diuiditur in duas partes. Primo ponit qualiter olim ſcriptura obligabat, & eius correctionem: & nouum ſtatutum. Secundo ponit intra quantum tempus olim & hodie poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Secunda ibi, Multum. CASVS. Quæſiui à domino Iuſtinia. quid eſſet obligatio literarum? Et reſpon. dicẽs, quod obli. literarum eſt illa quæ neque conſtat re, neque verbo, neq; conſenſu: ſed literis ſiue ſcriptura. Iſta obligatio literarum fiebat olim cum quadam ſolennitate, quã hodie non habemus. Obligatio tamen iſta inefficax eſt, quandiu ei poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, ſcilicet olim vſque ad quinquennium: ſed hodie intra biẽnium. Ex iſta aũt obligatione naſcitur actio, quæ vocatur condictio ex lege. ſ. tunc quando non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, cum non ſit verborum obligatio, ſi enim eſſet verborum oblig. non haberet locum tit. iſte, ſed ad præcedentes tit. eſſet recurrendum. Ad intellectum tamẽ tam tex. quam glo. iſtius. §. ſciẽdum eſt, quod ſi aliquis confiteatur in iudicio ſe debere aliquid alicui, tunc valet iſta confeſsio, etiam ſi ſine cauſa confiteatur cum authoritas iudicis, ſiue iudiciȷ vicẽ cauſæ ſuppleat: vt. ff. de inter. act. l. j. & iiȷ. ſi autẽ extra iudicium facta ſit cõfeſsio: aut eſt facta ſine cauſa, & tunc nõ valet, aut cum cauſa. & tũc diſtingue: quia aut opponitur cauſa mutui, & tũc in odium fœneratorum poterit opponi exceptio non nume. pec. intra biẽnium: & compellitur fœnerator probare pecuniam ſe numeraſſe. Aut apponitur cauſa dotis, & tunc intra menſem vel annum poterit opponi exceptio non nume. dotis. Si autem ex alia cauſa confiteatur ſe debere, veluti cauſa empt. ſimiliter incontinenti prȩſumitur cauſa vera. & ſic confitenti præiudicat. Idem quȩritur, cum quis confitetur in ſcriptura ſe debere, quare nõ ſtatuit ſcripturæ præciſe, ſed poteſt opponi contra eam except. nõ nu. pecu. Dicas quod multũ refert, vtrum in ſcriptura iſta contineatur ſic, Noueritis M. in noſtra præſentia cõſtitutum cõfeſſum fuiſſe ſe debere tali ex cauſa mutui c. Hæc enim ſcriptura non dicit pecuniam non nume. fuiſſe, ſed confeſſum fuiſſe ſe debere tali: ꝙ forſan ſpe futuræ numerationis fecit, quæ forſan non fuit ſubſecuta: & propterea cõtra talem ſcripturã bene poteſt opponi except. nõ nume. pec. nec ſequitur ꝙ de neceſsitate tali ſtetur ſcripturæ, vt poteſt ſubtiliter indaganti liquere. Si autẽ ita cõtineatur in ſcriptura, Noueritis ꝙ talis in prȩſentia noſtra cõſtitutus numerauit vel numerari fecit tali c. hic ſit mẽtio prȩciſe in ſcriptura de numeratione facta: ideo ſcripturæ ſtare oportet, quia nõ poteſt huiuſmodi literis exce. nõ nu. pec. opponi. Item ſcire debes, ꝙ propter tres gradus exiſtẽtes in ſcriptura. ſ. ſcripturæ, ſtipulationis & iuramẽti, dicunt quidã: ꝙ tres ſunt exce. rñdentes iſtis tribus gradibus. Aut enim cõfitetur quis ſe debere aliqd in ſola ſcriptura. ſ. ſine ſtipulatione vel iuramẽto, & cõtra iſtã ſcripturam habet locum exce. non nu. pecu. aut in ſcriptura in qua cõtinetur ſtipulatio: & cõtra iſtam opponitur exc. in factũ. Aut in ſcriptura, in qua continetur iuramẽtũ, & contra iſtã opponitur exce. doli. Aliȷ dicunt, ꝙ exc. non nu. pec. non eſt exceptio ſpecialis, ſed gñalis cũ qua concurrit exc. doli ſpecialis. ſed quia exc. doli non habet locũ contra patrẽ vel patronũ: ideo adinuenta fuit exc. in factum, quȩ poterit opponi cõtra ſcripturas in tali caſu. Multi autẽ dicunt, quod ſi debitor ante biẽnium exc. non nu. pec. opponat, & artet creditorẽ ad probandum pecuniam fuiſſe numeratam, poſt biẽnium etiam poterit ipſam opponere, ſed non cũ tanto effectu: quia tunc neceſſe habebit probari pecuniam non fuiſſe numeratam. h. d. Franc. de Are.

† Vnde et nomina facere eſt debitorẽ libi cõſtituere. Cice. lib. iiȷ. offi. Emit homo cupidus et locupleſtã ti, quanti Pythi⁹ voluit: & emit inſtructos: nomina facit: negotiũ conficit.

a Scriptura. i. ſolennitate quadam ſcripta, quæ per quædam nomina ſpecialia fiebat, vt ſubiȷcit.

b Plane. licet dicta ṽba ĩ vſu eſſe deſierint: plane &c.

c Si quis. ſ. homo priuatus. Idẽ eſt & ſi fiat per aliũ, dummodo ꝑ publicam perſonam, aliud ſi per priuatã: vt. C. de ꝓba. l. inſtrumẽta. arg. tamẽ contra. ff. de pig. l. fideiuſſor. §. j. Sed ibi in ſcribẽtis prȩiudiciũ creditur.

ADDITIO. Not. regulariter ſcripturam priuatam non facere fidem. Fallit quando hæc ſcriptura aliquid continet contra ſcribẽtẽ: quia non eſt veriſimile aliquẽ ſcribere contra ſe, quod veritati non innitatur: arg. in l. exẽplo. cum ibi no. C. de ꝓba. Fallit ſecundo, ſi talis ſcriptura priuata habet ſubſcriptionẽ triũ teſtium fide dignorum. Authen. ſi quis vult caute deponere. C. qui po. in pig. ha. Chriſtoph.

d Debere. ſ. ex cauſa mutui, & ſine ſtipulatione: hæc enim verba non ſunt apta ad ſtipulationẽ: vt. ĩ. de ver. obli. §. j. Si autẽ ſine cauſa, non p̃iudicat: vt. ff. de ꝓb. l. cum de indebito. in fi. Quid ſi ſtipulatio interuenit? Rñ. & tũc habet locum effectus huius titu. nam exceptionẽ in factũ poteſt opponere: vt. C. eo. de non nu. pec. l. cũ vltra. & hoc ſi ſpe futuræ numerationis: alias ſi tanquã iam eſſet debitũ, cum nõ eſſet, ſciẽter cõfitetur, videtur donare, alias. i. ſi non vult donare, ſed quia credit ſe ei debere, nõ valet ſtipulatio: quia obiȷcitur exceptio: vt ff. de regu. iur. l. cuius. & ff. de exc. do. l. iȷ. §. iȷ. Et not. caute hic ꝙ per verba p̃ſentis tẽporis ſit hȩc obligatio: vt per hæc, Scribo me debere: vel, Confiteor me debere, vt hic dicitur: & ſic eſt cõtra opinionẽ noſtrã, qua dicimus obligationẽ literarũ debere fieri per verba futuri tẽporis tantum: vt. C. de poſtu. l. ſi ſub ſpecie. vt, Scribo me daturũ tibi x. ex cauſa mutui: ad inſtar ſtipulationis, quæ per verba futuri tẽporis tantũ ſit. vt. ff. de ver. obl. l. ſtipulationũ. j. §. ſtipulatio. Sed certe nec hic dico, ꝙ per hæc verba naſcantur nunc & vt nunc, ſed quaſi etiam prius nata ſit, ſi cõfiteor per verba p̃ſentis vel præteriti tẽporis. & facit. C. de epiſc. au. l. ſi p̃ſens. & C. de nõ nu. pec. l. in cõtractibus. in prin. Vel apertius, nõ faciunt hæc verba vt obliger, ſed vt obligatus præſumar: licet habeam ᵃ exceptionẽ. Vel verius, licet opponã per verba p̃ſentis vel p̃teriti tẽporis, tñ ſemꝑ intelligũtur futura. Quid enim ꝓdeſt dicere, Cõfiteor me accepiſſe x. vel debere x. ex cauſa mutui: & hoc ſcribam, niſi intelligatur, & ideo reddam? Itẽ quid ſi dicã, Recepi ab illo x. ex cauſa mutui, & hoc ſcribã? Rñ. quidam nõ teneri, ꝓpter ſupradictã rationẽ: quia ꝑ verba futuri temporis debet fieri. Sed certe ſatis puto, ꝙ p̃ſu-

Stipulatio tantum fit per verba futuri temporis.

ᵃ Hæc g l. Por. non placet. tu hic cum vi deto.

Obligatio fit tantũ per verba futuri temporis.

mæ

eum obligatus, ſicut & cū ſcribo me debere, vt hic. nec enim verbis, imo rebus legem imponimus. vt. C. cōia de leg. l. ij. Vel dic, ꝙ ibi intelligitur futurū, vt p̄dixi.

a Scripſerit. i. ſcriptura confeſſus fuerit.

b Numeratum non eſt. alias enim ſi numeratū eſſet: non literis, ſed re obligatus eſſet: vt ſ. quibus mo. re cō trahi. obli. ȷ. reſpō.

c Multum. hoc exponit. ȷ. proxi.

d Exceptionē. ſ. nō nume. pecuniæ, quę poteſt proponi, ſiue petat actor, ſiue non: vt arg. C. eo. de nō nume. pecu. l. ſi quaſi: & in ſcriptis ſecundū quoſdā: vt in auth. de temp. nō ſo. pe. ſuper dote. §. col. vij. Vel forte illud ſpeciale in do. Primū tamen ſecundū Ioā. verius eſt Accur. ADDITIO. Et hoc verum, vbi non prouocatus oppoſuit. Et eſt ratio, quia tunc obtinet vicē actoris, alias ſecus. Ange.

* Et hoc in his q̄ numero pondere &c. cōſtāt. At in his quæ non numero ac pondere conſtāt habet locum executio non habitę rei, in qua excipiens debet probare ſecundū Por. hic.

rit[a], quod ſibi numeratū non eſt[b]: de pecunia minimè numerata, poſt multum[c] tēporis exceptionem[d] opponere non poteſt: hoc enim ſæpiſsimè conſtitutum eſt[e]. Sic fit, vt & hodie[f] dum queri non[g] poteſt ſcriptura[h] obligetur[i]: & ex ea naſcatur cōdictio[k], ceſſante ſcilicet verborum obligatione[l]. Multum[m] autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus[n] vſq; ad quinquenniū procedebat. ſed ne creditores[o] diutius poſsint ſuis pecunijs[p] forſitan defraudari: per conſtitutionem[q] noſtrā, tempus coartatū eſt, vt vltra biennij metas[r] huiuſmodi exceptio minimè extendatur[s] †.

TITVLVS XXIII.

DE OBLIGATIONIBVS EX conſenſu.

e Conſtitutum eſt. à multis Imperatoribus, qui fecerunt leges tales. C. eo. per totum vſq; ad. l. generaliter. nam poſtea Iuſtini. ſunt.

f Hodie. ſic loquitur quaſi ſupradicta loquantur ante tēpora Iuſtiniani. & nūc ſubijcit, quod hodie ſit idē. Vel dicit, Hodie, id eſt, poſtquam cucurrit hoc tēpus, ſcilicet quinquennium olim, hodie biennium: vt. ȷ. proxi. & ſecundum hoc non debet eſſe, &, in textu. Acc.

g Dum queri non. dum querimoniā proponere nō poteſt de excep. non nume. pecuniæ. quia ex quo cucurrit tempus, obligabitur per ſcripturam ad dandam pecuniam non numeratam.

h Scriptura. id eſt per ſcripturā. Sed certe videtur neminē ſcriptura, vel literis obligari, ſed intellectu, q ex literis percipitur & verbis. ff. de act. & obl. l. nō figura. quod quidā concedunt. Sed certe vtrūque facit ad obligationē, & ipſa figura literarū, & cōſenſus quē exprimunt, & quod dicta. l. dicitur non figura. ſ. ſola. Item nunquid & per contrariam ſcripturā obligatio ciuilis nata poterit tolli. vt ſi creditor ſic ſcribat. Confiteor me non numeraſſe: vel te cōfeſſum nō fuiſſe: vel illū ſoluiſſe? Reſpon. ſic vt. ff. de re iudic. l. nihil tam naturale eſt. Accur.

Literarū obligatio tolli pōt p cōtrariam ſcripturā.

i Obligetur. ſ. ciuiliter & naturaliter poſt bienniū. quaſi biennium pariat naturalē obligationem nam ante erat ciuilis tantum, nō naturalis, cum nihil numeratū fuerat. Itē ſi ciuilis nō eſſet, fruſtra diceretur habere locū exceptio. Dicimus ergo, ꝙ ſola ciuilis ſit ante bienniū ſed poſt bienniū naturalis adijcitur. Vel quod eſt verius, nō adijcit, ſed prima ciuilis incipit habere vim naturalis & ciuilis. nā & ſtipulatio eſt de iure ciuili. habet tamen effectū naturalis obligationis & ciuilis: nam ciuilis per ſe nō valet ad exigendū, vt diximus. ſ. de obli. §. j. itē ſic eſt in re iudicata. Adhuc tamē dicunt quidā, vt Io. & Hu. ꝙ ſi vult poſt bienniū exceptionē opponere: & probare ſibi nō numeratā pecuniā, ꝙ admittitur. ſed ante bienniū probat creditor: vt. C. e. de non nu. pe. l. ſi ex cautione. quod certe eſt æquū. & ita bienniū hoc ſolū operatur, ꝙ probationis cōuertatur onus. & etiam pro his facit, quod alias dicitur, ꝙ non ſiant illicitę exactiones: vt. ff. de offi. præſi. l. illicitas. Sed certe aliter de iure videtur. ſ. vt nullo modo admittaſ etiā probans. nā ſacramētū nō poteſt deferre, quod eſt ſpecies probationis: vt. C. e. l. in cōtractibus. §. illo. &. C. de iure deli. l. ſi. §. licētia. Sed certe ſatis credo primum verū & æquū. Nec obſtat, quod de iuramēto dixi, q͂a ex parte illius. l. in cōtractibus. nō habet iuramentum vim probationis, ſi nō vult aduerſarius: vt. C. de re. cre. & iureiuran. l. generaliter. §. ſin autem. ADDITIO. Ex hac gl. collige, ꝙ ille q oppōit exceptionē nō nu. pe. ante bienniū, non tenetur ꝓbare fundamētum ſuæ exceptionis, hoc eſt pecuniam non fuiſſe numeratam: imo agens tenetur ꝓbare illam fuiſſe numeratā. Chriſtopho.

Exceptio non numeratæ pecuniæ & poſt biennium poteſt opponi.

Iuramentum eſt ſpecies probationis.

k Cōdictio. ſ. ex illa. l. C. de nō nume. pec. l. in contractibus.

l Verborū obliga. id eſt, ſtipulatione, quæ verbis ſit. nā tunc titulus iſte ceſſat, & habet locum. ſ. de verb. obli. qn̄ accepit: vel habet locum exceptio in factū: vt. C. e. tit. de nō nu. pecu. l. cū vltra. quādo non accepit.

† Cōcor. cum hoc tex. glo. ȷ. ante me. ibi, & hoc eſt verū in c. vlti. extra de ſolu.

Multū autē. CASVS. Quia. ſ. dixit Iuſti. ꝙ exceptio nō nu. pec. poſt multū tēpus opponi non poterat: ideo hic exponit, qd eſt multū tēpus, dicens ꝙ hoc tēpus erat olim vſque ad quinquenniū: ſed ne creditores ſuis pecunijs defraudarentur ꝓpter lōgū tēpus, intra ꝙ olim potuit opponi exceptio non nu. pec. ideo illud tēpus per cōſtitutionē Imperatoris vſque ad bienniū eſt coartatū: ita ꝙ intra bienniū poſsit illa exceptio opponi cū effectu: poſt biennium vero nō cum effectu: ſed cum oneret creditorem ad probandum pecuniam fuiſſe numeratam, poterit etiam poſt biennium probare hoc: vt. ſ. dictum eſt. h. d. vſque ad ſi. titu. Franc.

m Multum. quia poſt multum tempus exceptionem proponere non poteſt: vt. ſ. modo dixi, quid ſit multū, exponit hic Et not. multum * pro quinquēnio poni: ſed diu pro decennio ponitur: vt. ff. qui & à q. l. ſi cum deicommiſſaria. §. Ariſto.

* Dic q̄ multū aut modicū iudicatur ſecundū materiā ſubiectam: vel hoc moderatur arbitrio iudicis. Aegid. per.

n Conſtitutionibus. quas non habemus.

o Sed ne creditores. nō ſolum iſti, ſed veri.

p Suis pecunijs. ſubaudi, etiā. Nam occaſione huiuſmodi ſi daremus longum tempus, etiam veri debitores interdum talia opponerent: & ita occaſione liciti committeretur illicitum, quod eſſe non debet: imo etiam licitum coartatur, vt vitetur illicitum: vt hic, & in authen. de eccle. re. immo. alie. in princ. col. v.

Multum quinquēniū: et diu, decēniū cō prehendit.

Liciti occaſione, illicitum nō debet committi.

q Per conſtitutionem. vt. C. de non nume. pec. l. in contractibus.

r Vltra biennij metas. ſic. C. de omni agro deſer. l. qui agros. li. xj.

s Minime extendatur. & hoc in cauſa mutui. ſi vero ex alia cauſa confiteatur in ſcriptis, veluti emptionis, vel ſimili: incontinenti præiudicat ſibi: nec poteſt contra probari, niſi per aliam ſcripturam: vt. C. de non nu. pe. l. generaliter. Item hoc in debitore confitente: ſed in creditore confitente ſibi ſolutum. xxx. dies. ſtatuuntur: niſi in caſibus, vbi incontinenti præiudicatur: vt. C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. ſuper certis. &. §. ſed quoniam.

DE OBLIGATIONIBVS &c.

Supra dictū eſt de obligationibus, quæ in verbis & literis contrahuntur: verū quia ſunt aliæ quæ conſenſu contrahuntur: ideo de his ſubdit. Chriſtopho. Por.

Onſenſu. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo ponit quot caſibus q̃s obligetur ex conſenſu ſolo. Secundo quare in his magis conſenſu ſolo, quam in alijs obligatio contrahitur. Tertio ponit effectum huius obligationis, ponẽdo differentiam inter hũc cõtractum & ſtipulationem. Secunda ibi, Ideo autẽ. Tertia ibi, Item in his. CASVS. Quæſiui à Iuſti. Dñe, in q̃bus exẽplis eſt hoc, quod obligatio ſolo cõſenſu cõtrahitur? Et reſpõ. q̃ in emptione, vẽditione, locatione, cõductione, ſocietate, & mandato. Sed quęſiui iterum: Domine, quare dicit his quatuor modis cõtrahi obligatiõ cõſenſu? Quia ad hoc, quod iſtis quatuor modis contrahatur obligatio, non eſt neceſſe, quod partes ſint præſentes, neque quod interueniat ſcriptura, neque etiam aliquid dari: ſed ſufficit, q̃d contrahentes conſentiant: vnde iſti cõtractus etiã inter abſentes contrahi poſſunt, vel per epiſtolam, aut per nuntium. hoc dicit. Frã ciſcus de Aretio.

Argumenta, in contractibus, qui conſenſu perficiuntur, ea omnia veniunt, quæ ex bono & æquo præſtari oportet: in ſtipulatione vero ea ſola, quæ ex conuentione partium, expreſſim ſtipulationi adiecta ſunt.

Onſenſu [a] fiũt obligatiões in emptiõibus [b], venditionibus, locationibus [c], conductionibus, ſocietatibus [d], mãdatis [e]. Ideò autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu contrahi: qa neq; ſcriptura [f], neq; præſentia omnimodo opus eſt: at nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire. vnde inter abſentes quoque talia negotia cõtrahuntur: veluti per epiſtolam [g], vel per nunciũ.

a Conſenſu. ſic. ff. de actio. & oblig. l. conſenſu. quæ eſt. l. ij. Accurſius.

b In emptionibus. vt. ff. de contrahen. empt. l. j. §. ſi. & .j. titu. j. in principio.

c Locationibus. vt. j. titu. ij. in prin. Accur.

d Societatibus. vt. j. pro ſocio in prin. Sed cõtra. ff. pro ſoc. l. iiij. j. reſpon. Sed certe ibi non negatur, quin conſenſu contrahatur ſocietas: vnde non eſt contra.

e Mandatis. ſed nonne in ſtipulatione cõſenſus debet interuenire: vt. ſ. de verb. obli. §. j. verſi. ſed hæc. & ff. de pac. l. j. §. pe. Reſpon. ibi expreſsis verbis debet eſſe cõſenſus: vt. ff. de ver. obli. l. j. primo rñ. hic autem etiã ſine verbis, & inter abſentes: vt. j. proxi. ibi, inter præſentes tantum. &. ſ. de inuti. ſtipu. §. itẽ verborum.

f Neque ſcriptura. hic caute nota differẽtiam, quam facit inter hunc titu. & ſuperiores. Nam quod dicit, neq; ſcripturam, in hoc diſcrepat ab obligatione literarum: vt. ſ. tit. j. Item in eo, quod dicit neq; pſentia, dicit propter verborum obligationem, quæ inter præſentes fit: vt. ſ. de inuti. ſtip. §. item inutilis. Item in eo, quod dicit non eſſe neceſſe quid dari: ideo dicit, vt diſcrepet ab illa, quæ fit re: vt. ſ. quibus modis re cõtrahitur obliga. per totum. ADDITIO. Tu potes dicere ſecundum Ioã. Fab. quod imo etiã iſte tex. dicit ad differentiam contractus innominati, qui rei interuentu contrahitur: vt. l. ex placito. C. de rerũ permu. Ang.

g Per epiſtolam. vt ff. de rei vendi. l. quędam mulier. ad finem titu. Accurſius.

Item in his contractibus, CASVS. Ad intellectum iſtius. §. ſcire debes, q̃ ſtipulatio dicitur ſtricti iuris. Sed quæritur, quando contractus dicitur ſtricti iuris? Ad hoc dico generaliter, q̃ quotieſcũq; in contractu nihil venit, niſi q̃ inter partes expreſſe conuenit: tũc ille cõtractus dicitur ſtricti iuris, vnde reſ. ripta demãdata iudicibus dicũtur tota die eſſe ſtricti iuris, eo q̃ in eis nihil venit, niſi ea de quibus in eis cautum eſt. & arbitriũ dicitur etiam ſtricti iuris, eo q̃ in arbitrio nihil venit, pręter verba expreſſa in cõuentione, ſiue in cõpromiſsione. Hoc pnotato po. ca. i iſto. §. ſic: dixi Iuſti. Dñe, vidi. ſ. differẽtiam generalem inter hunc tit. & ſpecie ſuperiores contrahendi, ſcilicet inter obligationẽ, quæ fit re, & obligationem verborum, & obligationes literarũ. ſed dñe pro Deo, detis aliam differentiam inter obligationẽ, quæ fit ex cõſenſu, & obligationẽ verborum? Et reſpondet, dicens: Frater ecce etiã aliã differentiam. In obligatione enim quæ fit ex cõſenſu, obligaſ hinc & inde alter alteri, in his etiam, quæ non ſunt dicta in conuentione, ſi ex bono & æquo ea præſtari oporteat. In ſtipulatione autem verborum nihil venit vltra id quod inter partes conuenit. hoc dicit vſque ad finem titu. Franc. de Are.

Item in his [h] contractibus [i] alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet [k]: cum alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur [l] †, alius promittat.

TITVLVS XXIIII.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE †.

Emptio & venditio ſine ſcriptis contracta, ſolo conſenſu perficitur, quàm primùm de pretio conuenit: etiam ſi nil ſit numeratum, aut arrhæ nomine datum: quæ verò in ſcriptis conficitur, non aliter perfecta eſt niſi inſtrumenta emptionis completa, atq; in mundum recepta, & partibus prælecta fuerint: quibus nondum abſolutis, impunè contrahentibus ab emptione recedere, licet: ni arrhæ interuenerint: quas perdit emptor, venditor autem duplicatas reſtituit.

Mptio et vẽ

h Item in his. fuit ſuperior differentia ad tria genera obligationum: hic autem fit differentia ad ſtipulationem, vel verborum obligationem. Accur.

i Contractibus. qui fiunt conſenſu.

k Oportet. q. d. hinc inde contrahitur obligatio etiã in iſs, quę nõ ſunt dicta. nam veniunt vſuræ poſt morã: vt. ff. de act. emp. l. Iulianus §. ex vẽdito. Idem eſt & in omnibus bonæ fidei iudicijs: licet nõ ex contractu. ſed quaſi naſcãtur: vt. j. de act. §. in bonæ fidei. Accur.

l Alius ſtipuletur. q. d. neceſſe eſt, q̃ omnia deducantur in ſtipulationem. nã alias nihil venit in talem obligationem: vt. ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. in fine. & l. quia tantundem. Accurſius.

DE EMPTIONE ET VENDI.

Adeo aūt. CASVS. Dixi Iuſtin. Domine, per exempla ſupradicta perpendi, quod eſt maxima familiaritas inter contractū iſtū & precedentē. quid plura? Frater, adhuc maior familiaritas poteſt patere in iſto caſu, in quo dubitatur, an ſit cōtractus loca. & conduc. vel cōtra emp. & vēd. Pone ergo, quod ego tradiderim alicui ſub annuo cenſu aliquod prædium de meis fruendum: dicens, quod quandiu penſio prædij domino prædij, vel eius hæredi ſolueretur, nō liceret domino neque eius hæredi, cō ductori, neque eius hęredi. vel ei cui cōductor, hæresve eius prædiū vendideris, aliove modo alienauerit auferre. de contractu tali dubitabatur apud antiquos vtrū eſſet cōtractus empt. & vend. eo, ꝙ cōductori nō poteſt dominus auferre prædium, quādiu penſio fuerit ſoluta. rurſum poteſt iſte cōtractus ſapere naturam loca. & conduct. eo, ꝙ quolibet anno ſoluitur certa penſio. ſuper hoc dubitauerūt antiqui vſqꝫ ad tēpora chriſtianiſsimi Zenonis, qui dicebat contractū iſtum nec eſſe emp. & vēd. neqꝫ loca. & conduc. ſed contractū emphyteuticū, qui dicitur proprius contractus, & ſuam propriā habet naturam. Sed pone ꝙ tanta fuerit ſterilitas in prædio ſibi dato in emphyteuſim perpetuā, ita ꝙ cōductor nihil poſsit de fructibus illius prædij ſuſcipere, cuius erit detrimentū, vel domini conductoris, vel illius emphyteutæ? Et rn̄. Iuſtin. quod Zeno ita ordinauit in iſto cōtractu, ꝙ ſi aliqua conuentio facta eſt inter ipſum, qui prędia dedit in emphyteuſim, & emphyteutam, ꝙ conuentio illa obſeruetur: ſi autē nihil cōuenerit inter eos, aut eſt periculum dotale: & tunc detrimentū illud pertinet ad dn̄m, ita ꝙ non teneatur emphyteuta pro tēpore illo ſibi reddere penſionem: aut eſt particulare detrimentum: & tūc erit periculum emphyteutæ. h. d. Franc.

k Adeo autem quia iiſdem regulis & conſtitutionibus, conſiſtunt: multa ergo habent inter ſe communia.

l Aliquam. alias non eſt in litera aliquam.

m Et venditio. ſ. ex vna parte.

n Et conductio. ſ. ex alia.

Vtrum

ſoleat, vtrum emptio [a] & venditio cõtrahatur, an locatio [b] & conductio. vt ecce de prædijs, quæ perpetuò [c] † quibuſdam fruenda traduntur †, id eſt, vt quandiu penſio [d], ſiue reditus [e] pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neq; heredi eius, cuiue conductor, hæresue eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, alioue quocunque modo alienauerit [f]: auferre liceat [g]. Sed talis cõtractus: quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdam venditio exiſtimabatur: lex Zenoniana [h] lata eſt, quæ emphyteuſeos [i] †, contractus propriam [k] ſtatuit naturam, neque ad locationem [l], neque ad venditionem [m] inclinantem, ſed ſuis pactionibus fulciendam. & ſi quidem aliquid pactum fuerit: hoc ita obtinere, ac ſi naturalis [n] eſſet contractus: ſin autem nihil de periculo rei fuerit pactũ: tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum [o] ſuper hoc redundare periculum: ſin autem particularis [p], ad emphyteuticarium huiuſmodi damnum venire † quo iure vtimur [q].

Conuentio vt ex artificijs materia opus fiat mercede certa conſtituta, venditio eſt. quòd ſi ex conductoru materia: locatio eſt.

Item quæritur, ſi cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro ſuo [r] certi ponderis, certæq; formæ [s] annulos ei faceret, & acciperet (verbi

a Vtrum emptio. quod videbatur, cũ talis datio alienatio ſit: vt in auth. de non alien. §. alienationis. col ij. quod locatio non facit: vt. ff. eo. l. non ſolet. Accur.

b An locatio. quod videbatur, cum mercedem ſoluere teneretur.

c Perpetuo. aliter accipit. ff. p ſoc. l. j.

d Penſio. in pecunia.

e Reditus. in ſpecie.

f Alienauerit. cũ multi ſint modi aliẽnãdi: vt. ff. de publ. l. iij. iiij. v. & vj.

g Auferre liceat. interdũ aũt dat ad certũ tẽpus, interdũ in tertiã perſonam vel generationẽ, cũ omnia pacta ſuper hoc cõtractu habita valeãt: vt. j. pxi. §. ſed eccleſia dat in emphyteuſim vſq; ad tertiã generationẽ tantũ: vt in aut. de nõ alie. coll. ij. §. emphyteuſim. Vel vt puto, etiã in perpetuũ dabit, vt q̃libet priuatus, vt hic & in authẽ. de alie. & emphyt. §. licentiam. col. ix. Acc. ADDITIO. Tu dic de iure canonico, cui ſtãdũ eſt, q aut fit ſine ſolennitate, de qua habet xij. q. ij. ſine exceptione. & in. c. j. de reb. eccle. nõ alie. in vj. & in c. nulli. extra eo. ti. & tunc nõ valet vllo modo, aut fit cum dicta ſolennitate, & valet: & ad omnes etiam extraneos tranſibit. Ang.

h Lex Zenoniana. vt. C. de iur. emph. l. j.

i Emphyteuſeos emphy. Græce, Latine dicitur melioratio, hoc ideo: quia olim tantum ſterilia dabantur, vt meliorarent: ſed hodie nõ tantũ ſterilia dantur, ſed etiã fertilia, niſi in eccleſia, quæ dat ſola ea, quæ congrua videtur œconomo & alijs gubernatoribus eccleſiæ. ſic. C. de ſa. ſan. eccle. auth. perpetua quoq;. Accur.

k Propriã. agitur ergo cõdictione ex lege ad omnia obſeruanda, quæ conueniunt [l]. Sed nunquid emphytheuta poteſt alij dare in emphyteuſim? Rñd. ſic, vt in hoc. §. in auth. de nõ alie. aut permu. §. alienationis. colla. ij. Itẽ nũquid illud vtile dominiũ, quod ſolũ habet, transfert in eũ? Rñ. ſic, cũ rei vendicatio vtilis ſibi det: vt. ff. ſi ager vec. l. j. & iij. Sed qualiter aget primus emphyteuta cõtra ſecundũ, vt eũ expellat? Rñ. rei vẽdicatione, quæ licet de iure ſibi nõ cõpetat: exceptio tñ opponi nõ põt: quia replicaret: & ſic nõ dñs dominũ vincit: vt. C. de trãſac. l. vbi. vbi de facto tantũ agit, & vincit, &. ff. de excep. rei. iud. l. ſi quis. Vel verius aget præſcriptis verbis, vel dic ex lege Zenonis ad mercedem.

l Neq; ad locationẽ. imo differt in ſeptẽ. Nã hic etiã in ſpecie præſtat penſio, ſed ibi in pecunia tantũ, vt hic ſcripſimus. Item hic poſsidet naturaliter, ſicut fructuarius: vt. ff. de acqui. poſ. l. naturaliter. ſed cõductor non: vt. C. cõmu. de vſucap. l. j. Itẽ hic habet dominiũ vtile, ſed cõductor nõ: vt. ff. eo. l. nõ ſolet. Itẽ hic cõtractus fit in immobilibus tantũ, ille etiam in mobilibus: vt in auth. de alie. & emphy. §. licentiã. col. ix. Itẽ agit hic cõdictione ex lege: ibi, ex conducto. Item hic contractus iuris ciuilis eſt, ille naturalis, vt hic dicitur. Item eſt hic in ſcriptura, ille etiam ſine ea: vt. C. de iu. emphy. l. j. & ſ. de oblig. ex conſen. vt. ſ. eo in prin.

m Neq; ad venditionem. quia hic penſio præſtatur, ibi, res libere trãſit. Item ob hoc res reuocatur, ſed ab emptore, nõ per vẽditorem: vt. C. de rei vend. l. inciuile. Itẽ hic vtile tranſit dominiũ, ibi directũ: vt. ſ. de rer. diui. §. per traditionem.

n Naturalis. i. iuris gentium, quod naturali ratione eſt inductũ: vt. ſ. de iu. natu. §. quod vero. hic enim eſt de iure ciuili, vt & alij: vt. j. de actio. §. conſtituta pecunia.

o Ad dominum. vt penſionem non habeat. Accur.

p Particularis. i. medietatis, vel minus, ſecundũ M. & Ioan. Arg. ff. de vſufruct. l. etiam. & de verb. ſig. l. nomen ſiliarũ. §. portionis. &. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. damni. & de cõtrahẽ. emp. l. domũ. Nos dicimus, ſi aliquid etiam parũ remãſit, damnũ emphyteutæ eſſe. ar. huius. §. &. C. eodem. l. j. De hoc dantur tales verſus, Res perijt tota: tunc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

q Vtimur. ſunt & duo alia naturalia ſiue tacita pacta in hoc cõtractu, vt de reijciẽdo emphyteuta, ſi nõ ſoluerit pẽſionẽ p trienniũ: vt. C. e. l. ij. §. j. & in aut. de nõ ali. §. ſcire. col. ij. Itẽ & ſi velit emphyteuta vẽdere, q dño primo denũtiare debet: vt. C. e. l. fi. §. j. Ac. ADDITIO. Quod dictũ eſt emphyteutã poſſe expelli nõ ſoluta pẽſione per trienniũ, verũ eſt in emphyteuta priuati: qm̃ emphyteuta eccleſiæ ceſſans per bienniũ in ſolutione, expelli poteſt. auth. qui rem. C. de ſac. ſan. ec. & no. C. de iur. emphyt. l. ij. in glo. repellere. & extra de loca. c. potuit. & in auth. de nõ alie. §. ſcire. in gloſ. hominum. col. ij. Sed in ſimplici colono indiſtincte biennium expectatur: vt. ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem.

Itẽ q̃rit. Per exẽpla ſuperiora vidiſtis familiaritatẽ iter iſtos cõtractus, adhuc eſt familiaritas mirabilis in exẽplo ſeq. vbi gr̃a, cõueni cũ quodã aurifice, vt de ſuo argẽto mihi faceret ſcyphũ certę formę, certiq; põderis: q̃rit mõ vtrũ iter me & ip̃m videat emp. & vẽ. vel lo. & cõdu. Caſsius dicit, q in caſu q̃tũ ad materiã eſt emp. & vẽd. q̃tũ vero ad operã, eſt cõd. & loc. Iuſti. aũt dicit, q magis placet ſibi, q ex toto ſit emp. & vẽ. qa perinde eſt, ac ſi aurifaber ſcyphũ de argẽto ſuo feciſſet: & poſtea mihi factũ vẽdidiſſet. Sed pone, q cõueni cũ aurifabro, vt de meo argẽto mihi ſcyphũ certi põderis, certęq; formę & mẽſurę faceret: qd iuris in iſto caſu? Rñ. Iuſti. q non dubiũ, quin ſit locatio & cõduc.

r Suo. ſcilicet, artificis.

s Formæ. ſ. demonſtratæ: ſed quid ſi certa non eſt mater-

Sic exponit glo. x. q. ij. l. §. perpetua. quæ ponit quot modis accipitur hæc dictio, perpetuo.

† Huiuſmodi agri ſi publici ciuitatum ſunt, vectigales iuriſconſulto dicũtur. in. l. j. ff. ſi ager vecti. vel emphy.

Emphyteuſis datur ad varia tẽpora.

† Cõcor. cum hoc tex. c. vlt. cũ gl. j. in prin. extra eo. titu.

Emphyteuſis vnde dicitur.

Imo oritur quædã actio ſpãlis quæ vocatur actio emphyteuſis: ſecũdũ Bar. in. l. j. ff. de cõdi. ex leg. & Ange. hic.

Dominus vincitur à non domino.

Emphyteuſis à locatione in ſeptem differt.

Niſi cõduxiſſet ad non modicum tempus: vt. ff. ſi ager vecti. per to. lo. Fab.

Emphyteutica res ſi pereat, cuius erit damnum.

† Colonus tamen ppter ſterilitatẽ minus pẽdit, et ſi ſubſtãtiam rei integram habeat. l. licet. C. de loca. q̃ tamen ratio ſterilitatis in Colono habenda ſit licet colligere ex. l. ſi merces. §. vis maior. & ex. l. ex cõduc. §. j. ff. loca.

Emphyteuſis duo tacita pacta continet.

materia demonſtrata? Reſpond. non intereſt: vt. ff. de contrahen. empt. l. conuenit. & l. Sabinus. Vel facies punctum in dictione, ſuo.

Conductor autē omnia. CASVS. Dicit dominus Iuſti. quod conductor omnia, ſecundum ꝙ conuenit in conuētione, facere debet: ſi autem aliquid eſſet omiſſum ita, quod in conductione de eo nihil eſſet actum: verūtū inter eos debet illud ꝙ fuit omiſſū, ex bono & æquo preſtari: puta ſi cōductor in mora fuerit ſoluēdæ pēſionis. Nam licet de vſuris nihil actum fuerit, tenetur tamē ad vſuras, & econuerſo, licet nihil actū fuerit de oſtijs reficiēdis, nihilominus adhuc tenetur locator. et hoc vult dicere litera pſens.

a Legē. i. pacta: vt. ff. depoſi. l. j. §. ſi conueniat. Accur.

b Ex bono & æquo. vt vſuras poſt moram: vt. C. eo. l. præſes. Idem econtra: nam conductor agit vt domus & oſtia ſibi reparētur: vt. ff. e. l. ex cōducto. in prin.

Qui pro vſu veſtimētorum. CASVS. Quidam conceſſit mihi iumentum ſuum, aut veſtimentū ſuum, aut argētum vtendum pro certa mercede, quęritur qualē cuſtodiam in iſta re mihi cōceſſa pſtare tenear? Et rñ. Iuſti. ꝙ talem diligētiam teneor pſtare, qualem paterfa. diligens præſtaturus eſſet. & ita expone, diligētiſsimus. i. diligens. & hoc eſt: quia vtriuſque gratia celebratur contractus. hoc dicit. Franc.

c Diligentiſsimus. i. diligens. ſic exponitur. ff. eo. l. ſi merces. §. qui columnam. nā cum vtriuſq; gratia fiat locatio, non venit exactiſsima diligētia: vt ff. cōmo. l. ſi vt certo. §. nuuc videndum. Alij proprie ponunt, & dicunt ſpecialem in his rebus, quæ facile poſſunt frāgi.

ADDITIO. Et hæc vltima videtur cōmunior: & ratio diuerſitatis fundatur ſuper facili harum rerū fragilitate: ideoq; diligentior cura eſt adhibenda. c. vbi periculum. de elec. lib. vj. Chriſtopho.

d Amiſerit. vel damnum datum ſit, quod præuideri non poterat: vt. ff. eo. l. ſed & de damno.

Mortuo conductore. CASVS. Quæſiui à Iuſti. ſic, Quidam conduxit ſibi hoſpitium, intra tempora conductionis deceſsit conductor, & ſucceſsit hæres eius in conductione: poterit ne alteri domū locare? Et reſpondet Iuſtinia. quod ſic, quod intellige iure loca. & conduct. non autem iure ſocietatis. h. d. vſq; ad finem.

e Conductore. proprietatis, ſecus in vſufructu: vt. C. de vſufruc. l. ſi domina. Vel dic vt ibi; & de iure do. l. ſi ſocius. in fine.

f Succedit. vt. C. eo. l. viam. ſed an moriente ſcholari vel recedente, ſubſtituere poteſt? Reſpon. ſic de iure cōductionis, ſed ratio ſocietatis prohibet, quæ præualet vbi certa perſona elegitur: vt. j. tit. j. §. ſoluitur.

i Et hæc vera vbi is vſusfructus conſtituit. ſecus ſi fructus vſque ad certum tēpus vēdātur vel locentur: vt hic p doct.

gratia) decē aureos: vtrū emptio & venditio, an locatio & conductio cōtrahi videatur? Caſsius ait, materiæ quidem emptionem & vēditionem contrahi, operæ autem locationē & conductionem. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem contrahi. Quòd ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit.

Quæ partium expreſſa conuentione promiſſa fuerunt, necnon & quæ ex bono, & æquo præſtari debent (licet de ijs cōuentum non ſit) hæc in cōtractu ſeruāda ſunt.

Conductor autem omnia ſecundum legem [a] conductionis facere debet: & ſi quid in lege prętermiſſum fuerit: id ex bono & æquo [b] pſtare.

Conductor de leui culpa tenetur. Aretinus.

Qui pro vſu aut veſtimentorum aut argenti, aut iumenti mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſsimus [c] paterfamilias ſuis rebus adhibet: quā ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito eam rem amiſerit [d]: de reſtituenda ea non tenebitur.

Contractus locationis ad hæredes tranſit conductoris. Aretinus.

Mortuo conductore [e] intra tempora cōductionis, hæres eius eodē iure in cōductione ſuccedit [f].

TITVLVS XXVI.

DE SOCIETATE †.

Et omnium bonorum, & certæ negotiationis coiri poteſt ſocietas: in qua quæ circa lucrum aut damnum pacta ſunt, ſeruari oportet: quod ſi nihil conuentum ſit, æquas partes & in lucro, & in damno, inuicem referre decet: in [illegible] vt alteri plus lucri, alteri plus damni [illegible] & quod vnus lucri partē ferat, ac damno vero non teneatur.

[illegible] damno debeat [illegible].

DE SOCIETATE.

Iſte titulus ſic cōtinuatur. Dictū eſt ſuprà de quibuſdā contractibus, qui fiunt conſenſu: verum quia ſocietas eſt etiam contractus, qui fit conſenſu, vt patet ſuprà, de obli. ex cōſenſu. §. j. ideo ſequitur titulus de ſocietate: vnde dicit hic Accur. Eſt autē ſocietas [illegible] duorū [illegible] quæſtum, & cōmodiorem vſum. Acc.

† Sic. ff. p ſocio.

· Nā maiorum nō eſt ſocietas. l. ſi à reo. §. id qđ. ff. de ſi deiuſ. ergo ſi eſt inhoneſta, dicitur conuēticula. l. conuenticulā. C. de epiſco. & cle. ab hiſtoricis cōiuratio vocatur. Acgi. per.

Societatem coire ſolemus, aut

Societatē. Totus iſte tit. diuidit in quatuor partes. Primo ponit in quibus rebus poſſit contrahi ſocietas. Secūdo quę partes poſſunt eſſe in lucro & damno, & ſi non fuerint à partibus expſſæ, quæ intelliguntur. Tertio quando ſocietas & quomodo finitur. Quarto ad quid ſocius tenetur. Secunda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius ſocio. CASVS. Dixi Iuſtinia. Domine, bene perpendi per ſupradicta, quod iam de ſocietate eſtis tractaturus, pro Deo qualiter contrahitur ſocietas? Et reſpondet dominus Iuſtinia. quod ſolemus cōtrahere ſocietatem omnium bonorum, quam Græci cœnopraxian appellabant: aut vnius negotiationis, veluti vini, olei, frumenti vendendi & emendi: & tunc æqualiter participabunt lucrum & damnum. ſi autem ſuper partibus lucri aut damni aliquid ſtatuerint: tunc quod inter eos conuenit, ſeruabunt. Sed quid dices de tali conuentione, vt ad Titium duæ partes lucri pertineant, damni vero tertia, ad Seium vero duæ partes damni, tertia vero lucri, valet ne iſta conuentio? & dicitur quod ſic. Quintus tamen Mutius dicebat, quod talis conuentio erat contra naturam ſocietatis, & quod non valebat. Seruius autem Sulpitius dicit, quod talis pactio valeat, quod iure conuentionis intelligi poteſt etiam ita contrahi, quod vnus pecuniam conferat, alius autem nihil: lucrum tamen inter eos communicabunt: quia ſæpe alicuius prouidentia vel opera pecuniæ præualet. Sed quid ſi ita fuerint pacti inter ſe, quod vnus habeat

habeat partem lucri, partem autem damni nō ferat, valet ne pactum tale in ſocietate? Dicit Seruius ꝙ ſic, ita tamen quod ſi ſit in vna re lucrum, in alia damnum, debet fieri compenſatio lucri cum damno: & illud ſolum quod ſupereſt, dicitur lucrum. hoc dicit.

bent, qñ alter plus contulit operæ vel induſtriæ, quam alter: vt. ff. co. l. ſi nō fuerint. in prin. ibi, ſi vero placuerit. ſecūdum Azo. cum ſocietas ſit fraternitatis ius: vt ff. co. l. verum. in ſi. j. rñ. Ioan. contra. & ſubaudit in. l. illa ſi nō fuerint maximę. Alij idem, quod Ioā. ſed tali rōne, quia iure conuentionis valēt, nō ſocietatis. ff. de pol lici. l. j. §. ſi cōuenerit. Acc. ADDITIO. Iſta cōmuniter approbatur: vt per Chriſtoph. hic. Et hęc vera intellige, quando vel de vtroque, vel de altero tantum aliquid inter partes conuentum eſt. Si vero nihil, ſed ſimpliciter tantum ſit contracta ſocietas: dic vt per Ang. hic.

totorum[a] bonorum, quā Græci ſpecialiter κοινοπραξίαν† appellāt: aut vnius alicuius negotiatiōis, veluti mancipiorum vendendorum emēdorumq́; aut olei, aut vini, aut frumenti emendi[b] vendendiq́. Et quidem ſi nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales[c] ſcilicet partes & in lucro & in damno ſpectātur. Quòd ſi expreſſæ[d] fuerint partes: hę ſeruari debēt. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio[e], ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia[f].

Valet conuentio inter ſocios, vt maiorem partem lucri ferat alter quàm damni, & econtrà: & etiā quòd lucrum participet alter, & damnum non ſentiat. Et lucrum dicitur quod ſupereſt omni damno deducto. Aretinus.

De illa ſanè conuentione quęſitū eſt: ſi Titius et Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium[g] lucri duę partes pertineāt, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius cōtra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimauit: & ob id nō eſſe ratam habēdā. Seruius[h] Sulpitius (cuius ſentētia præualuit) contrà ſenſit: quia ſępè quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem nō dubitatur, vt alter pecuniam cōferat, alter non conferat, & tamē lucrum inter eos commune ſit: quia ſæpè opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò[i] contrà Quinti Mutij ſententiam obtinuit: vt illud quoq; conſtiterit, poſſe conuenire, vt quis lucri partem[k] ferat, de damno non teneatur. quod & ipſum[l] Seruius conuenienter ſibi[m] fieri exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrū, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolùm quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

Pars ī lucro adiecta, in dāno quoque adiecta videtur, & ediuerſo.

Illud expeditū eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa: veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno: in altera verò omiſſa: in eo quoq; quod ꝑtermiſſum eſt, eandē partē ſeruari[n].

Renūtiatione ſoluitur ſocietas: quò ſit vt quæ poſt renuntiationē obuenere, communicanda nō ſint: niſi callidè quis ſocietati ideò renuntiarit, vt ſolus expectatum lucrum conſequeretur.

Manet autem ſocietas

[a] Totorum. i. omnium, & expſſe: vt. ff. co. l. j. §. j. & l. iij. §. j. Nam hoc nomen. ſ. totus, tota, totum, totitatē ad vnā rem ſignat. ADDITIO. Hoc verum ſi ad vnam adijcitur, alias ſi ad vniuerſitatē, de illa tanquā de vno prędicatur. Ioan. Fab.

[b] Emendi. item duobus alijs modis, ſcilicet ſimpliciter: * vt. ff. co. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei: vt. ff co. l. ſocietas. Accurſius.

[c] Aequales. ſic. ff. de hæredi. inſtit. l. quoties. §. heredes. & . ſ. de hære. inſti. §. ſi plures. & . ff. e. l. ſi non fuerint. & dic ęquale fuiſſe capitale. Accurſius. ADDITIO. Aliàs erit in arbitrio iudicis conſideratis ſociorum operis. Et nota, ꝙ ſicut capitale, ita nec lucrum durante ſocietate extrahi pōt. Ang.

[d] Expreſſæ. etiā in ſolo lucro: vt. j. eo. §. illud.

[e] Conuentio. ſcilicet talis vt ſequit.

[f] Tertia. ſ. pars lucri & damni.

[g] Ad Titiū. Cōputatio hic ita expedita fiat, vt ſi lucrum in vna re, in alia vero damnum contigerit, vt ſi deducto omni dāno lucrū ſupeſt, vnus in duas ptes, alius in tertiam partem admittatur eius lucri. Si vero tantum damnū ſupereſt: is qui duas partes damni ferre debet: in rebus, quæ ſuperſunt, tanto minus quam alter accipiat: quantum faciat tertia pars damni: vt. ff. co. l. Mutius.

[h] Seruius hic Seruius ſibimet contradicere videtur: vt. ff co. l. Mutius. ſed non eſt verum. nam ibi dicit de facto hoc eſſe non poſſe, ſcilicet vt damnum & lucrum ſit in eadem ſocietate, cum damnum lucro, & econtra lucrum damno deducto intelligatur: vt ibi dicitur, & infra eodem verſi. & adeo.

[i] Et adeo. hæc pacta inæqualia tunc demū locū habent, qñ alter plus contulit operæ vel induſtriæ, quam alter ... [continued in the gloss at the top of the page]

[k] Partem. nō totū: alias eſſet Leonina,[l] vt dicitur in fabula Aniani vel Aeſopi, & . ff. co. l. ſi nō fuerint. §. ſi. & . l. ſi vnus. §. ſed ſi pretium. in fine.

[l] Quod & ipſū. ſcilicet dictum hoc proximo caſu.

[m] Conuenienter. id eſt, cōueniēs ſuæ ſentētiæ, quam dixit. ſ. eo. §. de illa.

Illud expeditū. CASVS. Pone duo mercatores ſocietatem adinuicē contraxerunt: & ſuper hoc literas confici fecerunt: in quibus cōtinebatur quod lucrum ſi quod inter eos cōtingeret, divideretur: & nulla fuit facta mentio de dāno quid iuris in hoc caſu? Rñ ꝙ eadē eſt ratio obſeruanda in dāno, quę & in lucro eſt expreſſa, & econuerſo. hoc dicit.

[n] Seruari. Nota eandem eſſe rōnem cōtrariorum. ſic. ff. de leg. iij. l. fina. §. fina. ff. fa. erciſc. l. ſi filia. §. Papinianus. Arg. cōtra. ff. de libe. & poſthu. l. commodiſsime. & . ff. loca. l. ex lege. j. rñ. & . ff. de neg. geſt. l. ſi quis negotia.

† Quidā hoc loco legunt κοινωνίαν aiuntque κοινοπραξίαν proprie appellari eam, quæ magis re ipſa cōtrahitur, quā cōſenſu: vt magis videatur eſſe cōmunio, quā ſocietas. Theophilus tamen hac dictione hoc loco vſus eſt.

* Si nō ſit expſſe dictū, qđ ſit omniū bonorum: & tunc videtur eſſe coita vniuerſorū, quæ ex quæſitu veniunt. l. ſi quod ſit lucrum ex empti. vendi. loca. cōdu. e: ſic ſāere nocet ſecūdū gl. in. d. l. coit. Aeg p.

[l] Id eſt ſi nō habito reſpectu ad lucrum de certa quātitate cautum ſit, puta volo. x. annuatim: etiam ſi cōcedens pecuniā ii: ſe periculum ſuſcipiat, ſecundum Ange. hic.

* Iniquiſſimū enim genus ſocietatis eſt, in qua quis damnū nō etiā lucrū ſpectat: vt ibi dicit. Aegi. per.

Manet aūt. CASVS. Supra dictū eſt, qualiter ſocietas cōtrahit: reſtat nunc videre, quare diſſoluit. Dicit ergo Iuſti. ꝙ ſocietas īter aliquos tādiu manet, quādiu pſeuerauerint ī eodē cōſenſu, cū aūt alter eorū ſocietati renūtiauerit: diſſoluit ſocietas, ſi aūt callide renūtiauerit ſocietati, ad hoc, ꝙ ipſe ſolus aliqđ lucrū ſētiat: illđ lucrū ſoius nō habebit, ſed tenet illđ lucrū ſocio ſuo cōicare. ſi aūt aliqđ lucrū aliūde ſēſerit, ꝗ ſibi ſpabat. ſ. quādo ſocie

do ſocietati renuntiauit.i.ex inſperato ſibi euenit, id totum habebit. quicquid autem lucratus fuerit ille, cui renuntiatũ eſt: poſt renuntiationẽ illi ſoli acquiritur.

a Renuntiauerit. præſenti ſocio *, non abſenti: vt.ff.eo.l.ſed & ſocius.§.ſi abſenti.

i Conuenerit.ſ.vt duret inter ſuperſtites, etiam vno moriente: non aũt ad hęredem tranſit * etiam ex pacto: vt.ff.eo.l.adeo.&.l.nemo.niſi in ſocietate vectigaliũ: vt.ff.eo.l.verum.§.in hæredem.&.l.adeo.j.reſpon.& niſi denuo conſentiant: vt.ff.eo.l.plane.

euſque, donec in eodem cõſenſu perſeuerauerint. At cùm aliquis renunciauerit [a] ſocietati: ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè [b] in hoc renunciauerit ſocietati, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habeat: veluti, ſi totorum [c] bonorũ ſocius, cùm ab aliquo hæres eſſet relictus, in hoc renunciauerit ſocietati, vt hæreditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum cõmunicare. Si quid verò [d] aliud lucrifaciat, quod nõ captauerit [e] †: ad ipſum ſolùm pertinet. Ei verò, cui renũciatum eſt, quicqd omnino poſt renunciatam ſocietatem adquiritur, ſoli conceditur [f].

Adijciuntur quatuor modi, quibus finitur ſocietas, ſcilicet, morte ſocij, negotio finito, publicatione, & bonorum ceſsione.

Soluitur adhuc ſocietas etiam morte [g] ſocij: quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. Sed & ſi conſenſu pluriũ ſocietas contracta ſit: morte vnius ſocij ſoluitur, etſi [h] plures ſuperſint: niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit [i]. Item ſi alicuius rei [k] contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt: finitur ſocietas. Publicatione [l] quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet, ſi vniuerſa bona ſocij publicentur. nam cùm in eius locum alius [m] ſuccedat, pro mortuo [n] habetur [o].

Item ſi quis ex ſocijs mole debiti pręgrauatus bonis ſuis ceſſerit [p], & ideo propter publica aut priuata debita [q] ſubſtantia eius veneat [r]: ſoluitur ſocietas. Sed hoc caſu [s], ſi adhuc conſentiãt in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas.

Socium in communi re tantam adhibere diligentiam, quantam in re propria ſufficit: ideo eo nomine tantùm tenetur, ſi quid in communibus rebus ſegnius egerit, quàm in ſuis.

Socius ſocio vtrũ eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione [t], ſi

b Callide. idem et ſi intẽpeſtiue renunciet: item & ſi expediat non renuntiari: vt.ff.eo.l.actione.§.Labeo.&.l.ſed & ſi ſocius.§.ſi.

c Totorum.i.omnium, hoc expreſſo: vt.ff.eo.l.iij.§.j. alias contra: vt.ff.eo.l.nec adiecit.

d Si qd vero. alias ſi quidem. ſic.ff.ex qui.cau in poſ.e.l.Fulcin.§.quod ſi aduerſus. ſic.ff.eo.l.actiõe.§.diximus.

e Non captauerit. id eſt, non præcogitauerit.

f Conceditur. nota hic v. modos ſoluẽdę ſocietatis: et ſequentibus quatuor §§. ſunt & alij duo, vt interẽptione rerum naturali, vel ciuili: vt.ff.eod.l.verum.§.pen.incipit, ſocietas. Item cum ab alio ſtipulor aĩo nouãdi, vel iudiciũ cũ aliquo dicto animo nouandi: vt.ff.eo.l.actiõe.j.rñſo.

Soluitur adhuc. CASVS. Non ſolum per renuntiationem de qua dicitur.ſ. ſoluitur ſocietas, ſed & morte: vnde non ſuccedet ſocio ſuperſtiti hæres in ſocietate, niſi hoc placuerit ipſi ſocio ſuperſtiti: & tunc etiã dicitur contrahi ſocietas, & ſi plures contraxerunt adinuicem ſocietatẽ, ſi vnus illorũ deceſſerit, diſſoluitur ſocietas inter oẽs, niſi aliter cõuentũ fuerit inter eos. In.§.item ſi alicuius rei &c. dicit Impera. quod non ſolum duobus modis ſupradictis diſſoluitur ſocietas: imo & Tertio modo, ſcilicet, quando finis impoſitus eſt negotio, propter quod contraxerũt adinuicem ſocietatem. In.§.publicatione. caſus talis eſt: Iam vidiſtis tres modos ſoluendi ſocietatem: modo ponitur hic quartus modus, quo ſoluitur ſocietas, puta per publicationem omnium bonorum ſuorum in fiſcum propter ſuum delictum. Quando enim fiſcus in loco ſuo ſuccedit, pro mortuo habetur.

Item ſi quis. Iam vidiſtis quatuor modos, quibus ſoluitur ſocietas. Item quinto modo ſoluitur ſocietas: veluti ſi vnus ex ſocijs ceſſerit bonis, ne in carcerem detrudatur: ſi tamen adhuc alter in ipſum conſenſerit, noua videtur contrahi ſocietas.

g Morte. idem eſt in tutela. ſecus in depoſito & mandato: vt.ff.de his qui no.infa.l.furti.§.illud.

h Et ſi.i.quamuis. Accur.

ADDITIO. Item niſi iuramẽto hinc inde appoſito: quia forte de iure canonico teneret etiã in perſona hæredis, nec morte vnius ex ſocijs ſolueretur, p. c. cũ cõtingat. extra de iureiur. ſecundũ Ioan. Fab. hic.

k Item ſi alicuius rei. vt duo tabernarij de vendendo vinum in foro.

l Publicatione. quæ publicatio ſit propter delicta: vt ff.de bon.dam.l.j.j.reſponſ.

m Alius. alias alter.ſ.fiſcus.

n Pro mortuo. ſic.ff.eo.l.actione.§.publicatione. Accurſius.

o Habetur. ſed quid ſi hic ſocius, huius bona publicata ſunt. ratione operæ ſocius erat non rerũ, q. eſſe nõ poteſt: vt.ſ.eo.§.de illa.verſ. nam ita? Rñ. idem cum libertatem, vel vitã, vel ciuitatẽ amittat: vt ff.de bo.damn.l.j.&.j.proxi.§.innuitur.in ſi.

p Bonis ſuis ceſſerit. quod facere poteſt, ne in carcerem detrudatur: vt ſ.de actio.§.fin *.&.C.de ceſſ.bo.l.j.

q Debita. quia fiſco vel priuatis debebat: vt.ff.eo.l.actione.§.j.

r Veneat.i.vendatur.

s Sed hoc caſu. quaſi dicat, non ſicut ſuperiori proximo, ſcilicet, quando bona fuerunt publicata. nam hic viuens & in ciuitate exiſtens ſibi poſtea acquirere poteſt: vt.ff.de ceſſ.bo.l.v.

Socius ſocio. CASVS. Dixi Imperatori: Domine, iam vidi quinque modos, quibus ſocietas ſoluitur: modo quæro, vtrum ſocius ſocio ſuo teneatur propter dolum, vel etiam propter culpam, vel etiam ex negligentia teneatur? Et reſpond. Imperat. quod non ſolum ex dolo tenetur, ſed etiam ex negligentia. Sed domine, quam diligentiam debet præſtare ſocius? Et reſpondet quod non exactiſsimam, ſed eãdem, quam in rebus ſuis ſolet præſtare. vnde ſi in rebus ſuis ſolet eſſe negligens: quanquam in omnibus rebus ſit diligens, non tenetur, ſed debet de ſe conqueri, qui parum diligentem ſocium ſibi aſſumpſit. hoc dicit.

t Pro ſocio actione. quæ eſt directa ab vtraq; parte: vt.j.de pœ teme.litig.§.ex quibuſdam & finita ſocietate naſcitur: vt.C.eo.l.tandiu. niſi in caſu: vt.ff.eo l. action

* Vel eius procuratori: alias nõ tenet: niſi in præiudicium renũtiãtis. Angelus.

Societas multis modis ſoluitur.

† Captare hoc loco accipit pro eo qđ eſt blanditijs quibuſdã ac illecebris, obſequijſque & laudationib9 venari, vt ſic dixeri. Hinc & captatoriæ inſtitutiões. ff.de hęre. inſti. l.captatoriæ. Hinc & captanda hęreditas. C. de tranſactio.l.ſi maiores, & apud Horatium li.ij. ſermonum Captes aſtutus vbi que teſtamẽta ſenũ.

* Ratio qa in ſocietate eligit induſtria perſonæ et licet hæres nõ ſit ſocius, tenetur tamen inchoata à defũcto perficere. l.hęres ſocij. ff.eo. Aegi. per.

* Non tamen cedẽs liberatur à creditoribus: ſed in poſtea quęſitis habet beneficiũ, ne conueniatur niſi inquãtum facere põt l.iij.ff.de ceſſ.bon. Aegi.per. Ceſsio bonorũ quare ſit.

actione.§.ſi communis.verſ.nonnunquam.
a Paſſus eſt: qui de ſolo dolo tenetur, & lata culpa, quæ dolum repreſentat: vt.ff.depoſi.l.quod Nerua.& ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſ.fue.l.j.§.non autem.
b Teneri.niſi alter tanquam culpam præſtiterit, quantam, & iſte, & afferret par damnũ: quo caſu cõpenſatur culpa: item dolus cum dolo: vt.ff.de compenſa.l.ſi ambo.in princip.de dolo.l.ſi duo.
c Solet.ante contractam ſocietatẽ [1], & in hoc diſcrepat à depoſitario, qui vt in præſenti tenetur.ſic.ff.depoſit.l.quod Nerua.ſic eſt in eo, cum quo habeo rem cõmunem ſine ſocietate: vt.ff.famil.erciſ.l.hæredem.§.nõ tantum.
d Qui parũ diligentem.ſic.ſ.quib.mod.re contra.obli.præterea.

Depoſitarius ſolum tenetur de dolo & lata culpa.

1 Scilicet ſi nũc erat diligẽtior: alias ſecus: vt per gl.in.l.cum duobus.§.j.ff.eo.

† Atque ĩtam quidẽ ſentẽtiam ex Celſi authoritate reſpondit Vlpia.ſocios inter ſe dolũ & culpam pſtare oportere.l.cum duobus.§.venit.ff.p ſocio.

quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi apud ſe paſſus eſt [a]: an etiam culpæ, id eſt, deſidiæ atque negligẽtiæ nomine, quæſitum eſt: præualuit tamen etiam culpæ nomine teneri [b] eum †. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualem ſuis rebus adhibere ſolet [c]. Nã qui parum diligentem [d] ſocium ſibi aſſumit: de ſe queri, ſibiq́ hoc imputare debet.

DE MANDATO.

Obligationũ aliæ re cõtrahuntur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ conſenſu: vt.ſ.de oblig. Item earũ quæ ex cõſenſu, alia per venditionẽ, alia per locationẽ & conductionẽ, alia per ſocietatem, alia per mandatum: vt.ſ.de obli.ex conſenſu.in princip. De tribus primis dixi: nunc de quarta, id eſt, de mandato. Accur.

TITVLVS XXVII.

DE MANDATO.

Mandatum obligatorium contrahitur pluribus modis: nec obligatur quis, ſi mandatarij gratia tantùm mandet.

Mandatum [e] contrahitur quinq́ modis [f]: ſiue ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tantùm, ſiue ſua & aliena, ſiue tua & aliena. At ſi tua tantùm gratia mandatum ſit: ſuperuacuum eſt mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio [g], nec mandati inter vos actio naſcitur.

Eius gratia fieri mandatum dicitur, cuius emolumentũ reſpicit.

Mandantis tantũ gratia interuenit mãdatũ †: veluti, ſi quis tibi mandet, vt negotia eius gereres [h], vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo ſponderes. Tua gratia, & mandantis: veluti, ſi mandet tibi, vt pecuniam ſub vſuris [i] crede-

Mandatum. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit quot modis mãdatum contrahitur, & illud per exẽpla declarat. Secũdo quod fines mãdati nõ ſunt prætereundi. Tertio, quomodo mandatũ finiatur, & qñ mandatum poſsit renũtiari. Quarto, ꝙ mandatum debet eſſe gratuitũ. Secunda ibi, Is qui. Tertia ibi, Recte. Quarta ibi, In ſumma. CASVS. Quæſiui à Iuſti.de mandato quot modis contrahitur. & ipſe conſiderans reſpondet, quod ſex modis. Dicit enim ꝙ mandatũ quinq́ modis obligatorijs contrahitur. Aut enim tua gratia cõtrahitur &c. aut alijs quatuor modis enumeratis in litera. Sextus aũt modus nõ eſt obligatorius: quia qñ aliquis tua gratia tantum mandat, nullum eſt mandatum, nec aliqua naſcitur obligatio, ſed quinq́ modis præcedentibus obligatio contrahitur, & ex his mandati actio naſcitur.
e Mandatum. mandatum eſt officium gratuitum ab eo, qui ſuſceperit exhibendũ. niſi enim fiat gratis incipit eſſe locatio, ſi nõ erat facturus alias tale factũ: ideoque locari conſueuit: vt.j.eo.§.fin. & fit per verborum rogo, volo, mando, ſupplico, & ſimilia: vt.ff.eo.l.j.§.j.
f Quinq́ modis. imo videt̃ quod ſex, vt ſequit̃. Sed dic quinq́ ſ. obligatorijs. Vltimũ enim. ſ. qñ tua gratia nõ eſt obligatoriũ: vt.ff.eo.ti.l.ij.§.ſi. Itẽ ſecundũ Ioã. eſt quoddã aliud ſextũ obligatoriũ, vt cũ ſua gratia, & tua & aliena aliquis tibi mãdat, vt emas fundũ pro me, & te & Titio. Accur. ADDITIO. Et exẽplifica: vt.ff.eo.l.ſi procuratorẽ.§.ſi tutores. vbi tutor mandat contutori ſuo, vt ſeruũ neceſſariũ emat pupillo, & ſic gratia mãdãtis & mãdatarij & pupilli cõtrahit̃ mandatũ.
g Obligatio. niſi dolus & calliditas intercedant [2]: vt ff.de reg.iur.l.conſilij.

Mandantis tantũ. CASVS: Quæſiui à Iuſti. dñe, qualiter poteſt interuenire mandatum gratia mãdantis tantũ? Et rñ. ꝙ tunc mandantis gratia interuenit mandatũ, cũ mãdat tibi aliquis, vt negotia eius geras, aut fundum ei emas, aut pro eo fideiubeas: & ſi tale mãdatũ ſuſceperis, de neceſsitate obligaberis: quanq́ ab initio tibi liberũ ſit ſuſcipere mandatũ, vel nõ ſuſcipere, & h.d. & ſup illa glo. & tũc qa ſuſcepit, intellige ꝙ ſi bene geſsiſſet, non eſſet obligatus. Itẽ ſi male geſsit. non pter hoc eſt obligatus, ſed ſi male geſsit, cũ ei eſſet mãdatũ, obligabit̃ eodẽ modo, ac ſi ita eſſet mãdatũ, vt nõ ageret, & geſsit tua gratia & ſua? Et rñ. ꝙ tũc hoc modo cõtrahitur, ſed male impleuit. Modo ſumus in ver. tua gratia, &c. Quæſiui à Iuſtin. qualiter mandatũ cõtrahitur, qñ aliquis tibi mandat, vt ſub vſuris pecuniã credas ei, qui rem ſuam eſſet mutuaturus, vel ſi fideiuſſor datus tibi, mandet tibi volẽti agere cõtra eũ, vt periculo ſuo experiaris cũ reo principali, vel ſi idem fideiuſſor tibi mandet, vt ſuo periculo ſtipuleris à quodã, quem delegabit tibi eo tẽpore, quo cœpiſti agere cõtra eũ. Qualiter eñ homini mandata contrahantur, tam mandantis gratia, quã mandatarij, patet cuilibet intuẽti. & ſumus in verſi. aliena &c. Modo videamus qualiter aliquis mandat gratia alterius tantũ: exemplũ eſt planũ, veluti, ſi mandet tibi aliquis, vt Petri negotia gereres, ꝙ nõ eſt gratia tui, nec ſui: imo ſolũ gratia Petri & ſic de alijs exẽplis. In ver. ſua & aliena &c. ponit exemplum qualiter mandatũ cõtrahitur gratia ſua & aliena, & nihil ad vtilitatẽ ſuam: & eſt exemplũ tale: veluti, ſi de cõmunibus bus negotijs ſibi & Titio, tibi mãdet aliquis, vt ſibi & Titio fundum emeres, vel vt pro eo & Titio penes aliquem ſpondeas. h.d. Franc.
h Gereres. & tunc quia ſuſcepit mandatũ, non quia geſsit, tenet̃: vt.ff.eo.l.ſi remunerandi.§.j.
i Sub vſuris. in hoc eſt vtilitas mutuãtis propter vſurarũ lucrũ. Sed cõtra.ff.de vſur.l.cũ quidã.§.ſi pupillo.in fi. Sed ibi debet ſubaudiri tantũ. Vel dic nõ ſunt propter lucrum inductæ leges principaliter, vt ibi, ſecundario tñ ſic, vt hic dicit̃. Accur. ADDITIO. Sol. aliter ſecundũ doc. aut vſuræ debent̃ ex ſtipulatu: quia in ſtipulatu expreſſe deductæ ſunt: & tũc lucrũ ſapiũt: & loquitur hic. Aut debent̃ vſuræ propter morã, ſiue negligentiam nõ ſoluẽtis, & tunc nõ ſapiunt lucrũ: quia tanquam

2 Intellige ſi ſit cõſiliũ rei honeſtæ: nec eſſet alias facturus. Et tamen ſi ex hoc damnificatus fuerit, indiſtinctè tenetur. p Ange.hic.

† Mandatũ importat voluntatẽ ſpontaneã: iuſſum neceſſitatẽ: rogatio ſi emanat à ſuperiore, pceptũ. hic vulgo dici ſolet, rogatio domini præceptũ eſt. Ouid. Eſt orare ducũ ſpecies violenta iubẽdi. Et quaſi nudato ſupplicat enſe potẽs. Auſoni9. Blãdo via latet imperio. vide gl. in. l.j.ĩ verſ ſed ego.ff. qđ iuſſu.

res ei [a], qui in rē ipſius [b] mutuaretur: aut ſi volēte te agere cū eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet [c] tibi, vt cum reo agas periculo mādātis: vel vt ipſius periculo ſtipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat. Aliena autem tantùm cauſa interuenit mādatum: veluti ſi tibi aliquis mādet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundū emeres, vel vt pro Titio ſpōderes. Sua & aliena: veluti ſi de communibus ſuis & Titij negotijs gerēdis tibi mādet [d], vel vt ſibi, & Titio fundū emeres, vel vt pro eo & Titio ſponderes. Tua et aliena: veluti ſi tibi mandet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine vſuris pecuniam crederes [e], aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

Mandatum gratia mandatarij tantùm factum, potius conſilium quàm mandatum eſt: quam ob rem mandantem non ligat: cùm ex conſilio etiam pernicioſo nemo obligetur: niſi, vt certæ perſonæ mutuetur, mandatum fuerit.

Tua tātùm gratia [f] interuenit mandatum: veluti ſi tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diuerſo, vt pecunias tuas fœneres potius, quàm in emptiones prędiorū colloces. Cuius generis mādatum magis conſilium, quàm mandatum eſt, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio [g] mandati [h] obligatur, etiam ſi nō expediat ei, cui mandabatur: cùm liberum [i] cuiq; ſit, apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. itaque ſi otioſam pecuniam domi te habētem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquā emeres, vel eā crederes: quāuis non expediat eam tibi emiſſe, vel crediſſe: non tamen tibi mandati tenetur. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniā Titio fœnerares. ſed obtinuit Sabini ſentētia, obligatoriū eſſe in hoc caſu mādatū: qa nō aliter [k]

quam intereſſe præſtantur, & loquitur dicta. l. cū quidam. §. ſi pupillo. Chriſtopho.

a Ei. puta procuratori mandantis.

b Ipſius. ſ. mādantis. & in hoc eſt vtilitas mādantis.

c Mandet. ſ. fideiuſſor. Et hoc caſu agetur contra fideiuſſorem mādantem actione mandati, non ex ſtipulatione prima, ſi nouandi animo hoc mādatum interceſſit: vt. ff. eo. l. ſi mandato meo. in fine legis. Si autem non nouādi animo, agetur ex prima cauſa: vt. ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. in fine.

d Mādet. hic agi pōt duabus actionibus, mandati ſcilicet contra mandātem, & negotiorū geſtorum cōtra Titium, quæ datur & mandanti: vt. C. de nego. geſt. l. ſi mandatum.

e Crederes. ſcilicet mandauerit.

Tua tantū gratia. CASVS. Vidiſtis iam qualiter quinq; modis obligatorijs cōtrahitur mandatū, licet etiā ſexto modo contrahatur mandatū; ſed non ſit obligatoriū: veluti ſi mandet Titius, vt pecunias tuas potius fœneres, quam in emptionem prædiorū colloces, vel econuerſo, & huiuſmodi obligatio plus ſortitur nomē conſilij, quam mādati. & hac de cauſa nō eſt obligatoriū: & illud patet euidenter: quia nemo ex huiuſmodi conſilio obligatur, quāquam mandatario non expediat, niſi in caſibus exceptis: & hoc ideo eſt, quia liberum eſt ſuſcipienti cōſilium penes ſe explorare, an ſuſceptum cōſilium ſibi expediat, necne: & propter hoc ſi te pecuniā habentem mouerit aliquis, vt ex ea rem aliquam comparares, vel crederes, non tenetur tibi iudicio mādati, licet tibi non expediat eam emiſſe vel alicui credidiſſe. & hæc vera ſunt, cum mandatum ſit ſine aſsignatione certæ perſonæ. Sed pone ꝙ mandabat tibi aliquis, vt Titio nominatim crederes pecuniam, nūquid eo facto is qui tibi mandauit, erit tibi obligatus? Et certe ſecūdum ſentētiam domini Sabini dicendum eſt, quod ſic: quia forte aliter non credidiſſes Titio, niſi tale mandatum ſuſcepiſſes. Franc.

Conſiliū non facit quem teneri, niſi I caſibus quibuſdam.

f Tua tantum gratia. hic autem addunt doc. ſextum modum: quod dic vt. ſ. eo. in prin. in gloſ. imo videtur &c. in fine gloſ.

g Ex conſilio. nota bonam regulam, quē de cōſilio nō teneri. Fallit tamē in caſibus, qui his legibus dicūtur: vt. ff. de do. l. quod ſi cū ſcires. & ff. de ꝓxene. l. ij. Sed certe ibi fuit fraudulentum cōſilium: vt. ff. de reg. iuris. l. conſilij. Item fallit: vt. ff. ad legem Aquil. l. liber homo. primo reſpon. & . j. de iniur. §. non ſolum. & ff. de iniur. l. non ſolum. in princip. & §. Proculus. & ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. j. & ff. de fur. l. ſi qs vxori. §. cum Titio. & ff. de ſer. corrup. l. j. primo reſponſo. & §. pſuadere. Sed hoc in maleficijs. ideo non datur mādati: tenetur tamen vel de dolo, vel alijs actionibus. Itē alias facturus non erat in pdictis caſibus, alias obtinet hæc regula: vt hic. & ff. eo. l. ſi remunerandi. §. plane. Sed certe nec his caſibus videtur teneri: vt. j. proxi. §. ſed dic non tenetur illi cui tale conſiliū præſtitit, vt ibi: ſed illi in cuius læſionē cōſuluit, vt hic dicimus. Vnde dici poteſt, ꝙ nec his caſibus fallit dicta regula: cum dicat non teneri illi, ſcilicet conſilium præſtitū eſt: niſi in caſu illius. l. ſi. ff. de dol. l. ꝙ ſi cum ſcires, & illius legis. ff. de ꝓxene. l. ij. ADDITIO. Eandem gl. habes. ff. e. l. ij. §. ſi.

h Mandati. ſcilicet actione.

i Liberum. ſ. ſuſcepto conſilio, ſed ſuſcepto mandato neceſſe eſt conſummari, ſecundum Io. niſi congruo tempore renuntietur: vt infra eodem. §. mandatum. & ff. eodem. l. ſi mandauero. §. fina. & ff. commo. l. in commodato. §. ſicut.

k Nō aliter. hoc eſſe videtur pro opi. Plac. qui dixit duo, ſcilicet vbi conſulo certæ perſonæ mutuari, teneor ita demum, ſi alias facturus non eras. Vbi autem non eſt deſignata aliqua perſona, non teneor: etiam ſi alias facturus non eras. Sed Ioan. in vtroque caſu dicit contra. Nam primo indiſtinctè teneor, ſiue alias eras mutuaturus, ſiue non. Secundo autem, cum diſtinctione, non alias. & facit pro eo. ff. eodem. l. ſi remunerandi §. plane. & ſupra eodem. §. tua & aliena. in fine. & ff. de negot. geſto. l. tertia. in fine. & l. quarta. Nec obſtat, quod hic dicitur: quia & ſi alias etiam facturus erat, tenetur qui mandauit, vt dictum eſt: vnde poteſt ſubaudiri maxime, quia non aliter &c.

ADDITIO. Hæc opin. Ioan. veluti communior approbatur: de quo in. l. ſi remunerandi. §. plane. ff. eo. Chriſtophorus.

Illud quoq;. CASVS. Dixi Iuſti. Dñe, ſupra vidimus qualiter mandatum contrahitur quinque modis obligatorijs; & etiam ſexto modo non obligatorio. quid

Titio credidiſſes, quā ſi tibi mandatum eſſet.

Mandatum rei turpis, vel contra bonos mores, non valet.

Illud quoq; mandatū non eſt obligatorium [a], quod contra bonos mores [b] eſt: veluti, ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licet enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris [c]: nō tamen vllam habes aduerſus Titiū [d] actionē.

Mandati fines excedere nequaquā licet: alioqui excedenti (quatenus exceſſerit) mandati actio denegatur.

Is, qui exequitur mandatum [e], non debet excedere fines mandati, vt ecce ſi quis vſque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes, neq; in ampliorem pecuniam fideiubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem [f]: adeò quidem, vt Sabino & Caſsio placuerit, etiam ſi vſque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturū. Sed diuerſæ ſcholæ authores rectè vſque ad centum aureos te acturum exiſtimant, quæ ſententia ſanè benignior eſt. Quòd ſi minoris emeris: habebis, ſcilicet, cum eo mandati actionē [g]: quoniam qui mandat, vt ſibi centum aureorū fundus emeretur, is vtiq; mandaſſe intelligitur, vt minoris (ſi poſsit) emeretē [h].

Mandatum re integra reuocatum extinguitur: rem autem integram appellamus, ſi quando nihil quod ad mandati conſummationem attinet, vel factū vel inchoatum ſit: morte quoque mandantis re integra contingente euaneſcit mandatum: mandatario tamen mortem aut reuocationē ignoranti ſubuenitur.

Rectè [i] quoque mandatum contractum, ſi dū adhuc integra res ſit, reuocatum fuerit: euaneſcit [k] †. Item, ſi adhuc integro [l] mandato mors alterutrius interueniat, id eſt, vel eius, qui mandauerit, vel illius, qui mādatum ſuſceperit: ſoluitur mandatū †. Sed vtilitatis cauſa receptū eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mādauerat, tu ignorās eum deceſsiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione:

quid modo plus dicetis? Et dominus Iuſtin. reſpōdet: Frater, vna cū prædictis ſcire debes, quod ſicut mandatum gratia tua tantū, non eſt obligatorium, ſic nec conſiliū ſeu mandatum de re turpi: veluti ſi tibi mandet aliquis vt furtum facias, vel iniuriam aut damnum alicui inferas, huiuſmodi nō obligant quem, & ſi mandatarius pſtiterit pœnam ei cōtra quem deliquit: attamē aduerſus mandantem nullam habebit actionem. Franc.

a Non eſt obligatorium. ✶ etiam ſi iuramentū intercederet: vt in auth. ſcenicas nō ſolū. §. j. colla. v. & facit ad hunc. §. ff. e. l. ſi remunerandi. §. rei turpis. & l. ſi mandauero. ij. §. qui ædem. & ff. de arb. l. ſi cū dies. §. cōpromiſſo. & ſ. de inuti. ſtip. §. quod turpi. & ff. de ver. oblig. l. generaliter. & l. ſeq. & ff. de cōdi. inſtit. l. cōditiones. j. & ij.

b Contra bonos mores. hic qritur, quid ſi mandaui tibi vt illi nomine meo iniuriam inferres, an teneor? Reſpon. vti que. ar. ff. de dā. infec. l. dāni. ſi mandato.

c Pręſtiteris. ſ. ei, cui commiſſum eſt maleficiū, vt pœnā dupli. & ita licet interſit mādatarij: tamen non agit, quia nec intereſſe fingitur: vt. ff. de condi. inſti. l. filius. in fin. & melius. ff. de re. iur. l. quod quis ex culpa. in fin.

d Titium. ſcilicet mandantem.

Is qui exequitur. CASVS. Dixi Iuſt. Domine, bū vidi quot modis & qualiter contrahitur mandatū: pro Deo dicatis mihi, qualiter mādatarius tenetur exequi id, q̄ ſibi datur in mādatis? Dicit ipſe, Scire debes q̄ ſi mādetur alicui ſub certa forma, nō debet mandatarius illā formā excedere. nā ſi aliquis tibi mādaſſet, vt ei fundū emeres veluti pro centū vel vt pro Titio in tanta pecunia ſpōderes, nec teneberis pluris emere, nec in ampliorē pecuniā fideiubere: q̄ ſi feceris, ad id quod expenderis, prædictā actionē non habebis. vnde Caſsius & Sabinus dicebant in hoc caſu, q̄ non competeret tibi actio cōtra mandantem etiam pro cētum aureis in mādato cōprehenſis: & hoc ſi contra formam mandati plus expēderis. Aliter tamē obtinuit ſecundū opinionē aliorum, q̄ vſq; ad pecuniam in forma mandati comprehenſam agere poteris. Sed pone q̄ is cui mādaui, vt emeret mihi fundū p centū aureis, pro minori ptio illū comparauit: nunquid habebit act. cōtra me? Et certe ſic: quia rite videor mādaſſe, vt dictum fundum pro minori pretio emeret ſi poſſet. litera eſt plana vſq; ad fi. tit. Frāc.

e Mādatum. ſ. certæ formæ. Nam quandoq; habet certā formā: & tūc habet locum q̄ hic dicitur: vt. ff. e. l. diligenter. quandoq; nō: & tunc bona ſide facere debet: vt ff. e. l. iij. & probatur etiā hæc diſtinctio. ff. e. l. ſi qs p e.

f Mandati actio nē. ſed nec certe nego. geſt. ſecundum B. & Ioan. & eſt p eis. C. de neg. geſt. l. vlt. & ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. libertos. & de pecul. l. ſi creditor. §. j. Sed M. dabat vtilem neg. geſt. actionem, & reſpōdebat illi. l. fin. de nego. geſt. quia ſpecialis ibi fuit phibitio ⁖. Sed certe miror de hac opinione, cum videatur lex expedita, quæ etiā vtilē denegat expreſſe: vt. ff. e. l. ſi p te. & ff. de eden. l. j. §. cā.

g Mandati actio nē. p pretio dato: vt. ff. de in rē verſ. l. ſi fundum.

h Emeretur. eſt autē illa ratio: quia maiori ſummę minor ineſt: vt hic, & ff. de verb. obl. l. j. §. ij. & l. inter ſtipulantē. §. ij. & ff. de recep. arbi. l. diem. §. ſi plures.

ADDITIO. Et hæc vera, vbi negotiū qd mādatur, reſpicit damnum vel vtilitatem mandantis, vel mandatarij: ſecus ſi tertiū tātū: quia nō poteſt ampliari nec reſtringi tanquam odioſum, vt in. c. cui, de nō ſacerdotali. de p̄ebē. in. vj. Io. Fab.

i Recte. nam ſi non recte, nō eſt neceſſe reuocari: vt. ſ. eo. § illud.

k Euaneſcit. ſpeciale eſt in mādato, vt ſic facile reuocetur per voluntatem vnius partis tantum. In alijs enim contractibus non ſic: vt. C. de act. & oblig. l. ſicut. quæ eſt contraria huic. Et eſt ratio, quia hic nō ſtatim intereſt, & ideo nō ſtatim hincinde naſcitur obligatio, quæ ex intereſſe datur: vt. ff. eo. l. ſi procuratorē. §. mādati actio. & facit ad hunc. § ff. de iuriſd. l. & quia. & ff. de mino. l. quod ſi minor. §. Scæuola. & C. de repu. hære. l. ſi & ff. de rit. nup. l. plerique.

l Item ſi adhuc integro. ſed vſque quo dicitur integrum? Reſpon. ſi mandata fuit emptio, donec arrhas dederit, vel alias ſe emptori obligauerit, & idem in ſimilibus.

✶ Quia tale iuramentum velut peccati nutritiuum, nec eſt ſeruandū, nec cōtractum firmat, ca. non eſt. de reg. iu. lib. vj. Aeg. p.

† Et hoc verum in oībus pactis quę iōne turpitudinis, vel publicę vtilitatis principaliter improbāt. Secus ſi ſecūdario vel in odiū creditoris aut propter defectum ſenſus, vel imbecillitatē pſonæ improbētur: quia iuramento cōfirmantur. Et qd' dicitur non valere iuramentum contra legem intellige de canonica, nō autem de ciuili: vt p Ange.

2 Quo caſu non habet ē vtilem: niſi in cauſis pijs & neceſſarijs puta alēdo liberos, vel faciendo id qd' tendit ad exonerationē vel euaſionem pſonę, ſeu īfamiæ mādantis, vt per Io. Fa. & Angel. hic.

† Simile in ca. ī cauſis. vbi res nō eſt. t integra. cum glo. ſuper verb. integra. extra de elec.

† Niſi mādatum ſit exequandum poſt mortē, vel mandās de neceſſitate teneatur exeq. Aegid. per.

alioqui [a] iuſta & probabilis ignorantia [b] tibi damnũ afferret [c]. Et huic [d] ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titij, per ignorantiã liberto [e] ſoluerint: liberari eos [f]: cũ alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari [g]: qa alij ſoluiſſent, quàm cui ſoluere debuerint.

Mandatum ſuſcipere, voluntatis eſt: ſuſceptum verò adimplere, neceſſitatis: niſi congruo tempore illi renuncietur. quod ſi aut non renuncietur, aut intempeſtiuè renunciatum ſit, mandati actio aduerſus mandatarium competit: niſi iuſta ratione excuſetur.

Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberũ eſt: ſuſceptum autem, cõſummandum eſt, aut quamprimùm [h] renunciãdum, vt per ſemetipſum, aut per alium candẽ rem mãdator exequatur. Nã niſi ita renunciet, vt integra cauſa mandatori reſeruetur candem rem explicãdi: nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa [i] interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtiuè renunciãdi. Mandatum & in diem differri, & ſub conditione fieri poteſt.

Mandatum debet eſſe gratuitum, alias tranſit in alium contractum. Aretinus.

In ſumma [k] ſciendum eſt, mandatum niſi gratuitum ſit, in aliam formã negotij [l] cadere. Nã mercede [m] conſtituta, incipit locatio & cõductio eſſe. Et vt generaliter dicamus, qbus caſibus ſine mercede ſuſcepto officio, mãdati ſiue depoſiti contrahitur negotium: his caſibus interueniẽte mercede [n] locatio & conductio intelligitur cõtrahi. Et ideo ſi fulloni [o] poliẽda curandave quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarciẽda, nulla mercede cõſtituta, neq; promiſſa: mandati competit actio [p].

TITVLVS XXVIII.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ quaſi ex contractu naſcuntur.

---

milibus. Et (vt breuius accipias) ſi iam cœperit intereſſe mandatarij, non eſt res integra, alias ſic: arg. ff. eo. l. ſi procuratorem. §. mandati. Si vero nõ eſt res integra, non finitur mandatũ, niſi in iudicio: vt. ff. de iud. l. tam ex contractibus. §. fina. [1] Sed quid prodeſt, ſi nõ finitur mandatum re non integra? Reſpõ. qa per hæredẽ cœpta negotia debent cõſummari. ff. pro ſoc. l. fin. licet noua inchoare neceſſe non ſit: vt. ff. de ne. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. & ff. pro ſoc. l. hæres ſocij. quod nõ eſt re integra, cũ nullum cœptum ſit.

[a] Alioqui. id eſt, ſi non poſſes agere. Accurſius.

[b] Probabilis ignorantiæ. quæ eſt in facto alieno: vt huic, & ff. e. l. idẽq. §. penul. alias non eſt pbabilis: vt. ff. ad Velleia. l. quanquam. & C. de reſcin. ven. l. qſquis. & ff. de ædil. edic. l. j. §. cauſa.

[c] Afferet. quod eſſe non debet.

[d] Et huic. ſcilicet proximo caſui.

[e] Liberto. primo diſpenſatori & ſeruo. Accur.

[f] Liberari eos. facit. ff. ſi cer. pet. l. eius qui in prouinciæ. & C. de ſolu. l. ſi cum ſer.

[g] Non poſſent liberari. niſi in caſibus, vt. j. quib. modis tol. obliga. in prin. dicemus.

[h] Quamprimũ. ſcilicet poteſt fieri.

[i] Iuſta cauſa. puta caſus fortuitus. nam de dolo tenetur & lata culpa, & leui, & leuiſsima ſecundum B. & Ioan. vt. C. eo. l. in re mãdata. & l. à procuratore. Alij dicunt de leuiſsima mandatariũ non teneri: ſed de dolo tantum, quando gratia mãdantis tantum fit: vel de leui culpa, quando vtriuſque gratia. inſtar aliorum contractuum: vt. ff. de reg. iur. l. contractus. Sed primum videtur verius: cum hic contractus multum diſcrepet ab alijs contractibus. ADDITIO Tu dic, quod de lata, leui, vel leuiſsima culpa eatenus tenetur quatenus id quod venit in mandato, exactam vel exactiſsimam requirit diligentiam. Accurſius.

[k] In ſumma. id eſt, breuiter amodo hunc titulum expediamus.

[l] Negotij. id eſt, contractus.

[m] Mercede. ſ. vt mercede: vt quia alias non erat pariturus mandato. ſi autem alias pariturus erat, & conſtituatur aliquod ſalarium gratia remunerandi, nõ minus erit mandatum. vt. ff. eo. l. ſi remunerandi. §. reſpon. Et ad huius rei euidẽtiam diſtingue: quia aut eſt incertum & genere: puta ſi dicam tibi, Bene retribuam tibi hoc ſeruitium: vel recognoſcam, & tunc non poteſt peti quicquam: vt. C. eodem. l. ſalarium. & ff. eo. l. qui mutuam. §. ſalarium. [2] Aut certum genere, licet incertum ſpecie, vt dabo tibi equum, vel par veſtimentorum: & tunc poteſt dici, quod valeat conuentio ſalarij: cum nõ ſit prorſus incertum: vt. ff. eodem. l. ſi fideiuſſor. in gloſ. j. ſecus in ijs, quæ pondere vel numero conſiſtunt: vt. ff. de leg. j. l. ſi hominem. Si autem certũ omnino: tunc aut ſtipulatione promittitur, & tunc certi cõdictione petitur. Si autem ſine ſtipulatione, & incontinenti ante mandatum vel poſt: petitur actione ex eo contractu: ſcilicet contraria mandati informata. Si autẽ ex interuallo, ſcilicet poſt, quam contrahentes ad alia diuertiſſent negotia, petitur officio [3] iudicis: vt. C. eo. l. j. & ff. eodem. l. ſalarium. & C. de pac. l. petens. et de duobus reis. l. duos. in fine. Accurſius.

[n] Interueniente mercede. ſcilicet in pecunia numerata: vt diximus ſupra loca. in princ. Item hęc regula generalis eſt vera: niſi ſit talis perſona, quæ non cõſueuerat locare operas ſuas, vel res talis quę nõ cõſueuerat locari, tunc enim non locati ſed pręſcriptis verbis agitur: vt. ff. de præſcrip. verb. l. ſi tibi. & l. naturalis. §. at cum do.

[o] Fulloni. fullo eſt qui lauat & tingit pannos, & etiam polit eleuando ſuperflua. Sed ſarcinator ecõtra: qui ſarcit & addit, vbi eſt ſciſſum veſtimentum, vel pannus, & conſuit. Vnde dicitur, Iſte habet ſarta tecta: quia cum eſſent fracta, ſunt reparata ex quibuſdam adiunctionibus: vt. ff. de vſufruc. l. hactenus. Et dicitur ſarcinator à ſarcina: & ſignificat proprie eum qui plurimum veſtium ſumit. Aliquando etiam pro ſutore accipitur, vt hic.

[p] Actio imo videtur præſcriptis verbis competere. vt. ſ. loca. §. j. ſolu. vt ibi.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ quaſi ex contractu naſcuntur.

Tituli iſtius continuatio ſumitur ex §. ſequen. ſupra titu. de obligationibus. Vbi dicitur, quod obligationum quædam ſunt ex contractu, quædam ex quaſi contractu &c. Et quia dictum eſt ſupra, de obligationibus ex contractu: ſequitur de obligationibus ex quaſi contractu. & etiam hic continuatur in text. Aretinus.

---

[1] Tu dic qd' in mãdata iuriſdictiõe res deſinit eſſe integra et per ſolam citationẽ. in mãdato vero pcuratoris ad iudicia ſi ſit actoris per li. conteſt. ſi rei, ſufficit qd' dñs pro co ſciente vel volente ſatiſdederit. In procuratore autem ad negotia ſufficit feciſſe pparamẽta neceſſaria: puta ſi ne quibus principale negotium expediri nõ poteſt Ange.

Mandatarius de quatuor tenetur.

Salariũ interueniens in mandato an peti poſsit, & qua actione.

[2] Poteſt tamen officio iudicis peti, ſicut quãdo nullo modo fuit pmiſſum: dũmodo non cõſtet, quod ſine præfatis verbis gratis fuiſſet pariturus. Ang.

[3] Ex hac gl. collige qualiter ſalarium aduocati & procuratoris petitur officio iudicis, idem eſt de preſbytero, q celebrando facit aliqua ſeruitia pro aliquo: q nõ per actionẽ ſed iudicis officio petet ſalarium. Ac gi. per.

Fullo.

Sarcinator.

Valet argumentum à ſufficienti partium enumeratione. Areti.

POſt genera [a] cõtractuũ enumerata, diſpiciamus etiam de ĳs obligatiõibus, quę quidem non propriè naſci ex contractu intelliguntur. ſed tamen quia non ex maleficio [b] ſubſtantiam capiũt: quaſi ex cõtractu naſci videntur.

Cùm quis abſentis negotia ſine mandato curauit, hinc inde ex quaſi contractu naſcitur obligatio: ex qua duę proficiſcuntur actiones: altera negotiorũ geſtori aduerſus dominum (ſi quid eius nomine vtiliter impenderit) competit: altera verò domino contra geſtorem, vt adminiſtrationis rationem reddat: qui quidem ſi minus quàm oportebat geſſerit, tũ: etiam de leuiſſima culpa tenetur, cùm alius diligentius negotia erat adminiſtraturus.

Igitur [c] cùm quis negotia abſentis geſſerit: vltro citroq́; [d] inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorũ geſtorum. ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum qui geſsit, directa competit actio: negotiorum autem geſtori [e] contraria †. quas ex nullo cõtractu propriè naſci manifeſtum eſt. quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato [f] quiſque alienis negotĳs gerendis ſe obtulerit. Ex qua cauſa ĳ, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorãtes obligantur, idq́; [g] vtilitatis cauſa receptũ eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione peregre profecti eſſent, desererentur negotia [h]: quę ſanè nemo curaturus eſſet, ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam [i] habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſsit negotia, dominum habet obligatum [k]

POſt genera. Totus iſte titu. diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit continuationem tituli, de quo eſt tractaturus. Secundo illud per exempla declarat. Secunda ibi, Igitur cum quis. CASVS. Iſtum titu. continuat Iuſtinia. cũ pręcedentibus, ita dicẽs, quod poſt genera contractuum enumerata, diſpiciendum eſt de quibuſdam contractibus ſiue obligationibus, quæ ex contractu proprie naſcuntur: quia tamẽ nõ oriuntur ex maleficio, nec ex quaſi maleficio, ſupple per totum titulum iſtum, vt bona ſit illatio, nec ex contractu, vt dictũ eſt in princi. relinquitur ergo, quod ex quaſi contractu naſcantur: vnde de huiuſmodi contractibus ſiue obligationibus notat dominus Iuſtinia. plura exempla. Et primum exemplũ eſt tale, Aliquis geſsit negotia abſentis alicuius ſine mandato. ex iſta geſtione naſcunẽ duæ actiones, id eſt naſci poſſunt. Si enim bene geſſerit negotia abſentis, datur ſibi actio nego. ge. cõtraria cõtra eũ, cuius negotia geſsit, ad repetendũ illud qđ impendit. Si autem male geſsit, datur actio nego. geſt. directa ei, cuius negotia geſta ſunt, contra gerentem. Sed domine, quæ eſt differentia inter has duas actiones? Et dicit, quod quo ad effectum nulla eſt differentia, ſed ſubtilitate iuris talis eſt differentia, quod actio illa quæ datur dño contra gerentem, vocatur directa: illa autem quæ datur geſtori contra dominum, vocatur cõtraria, vt dictum eſt. & naſcuntur iſtæ duæ actiones, vt ſupra dictum eſt, quando aliquis ſponte & ſine mandato accedit ad negotia alterius gerenda, vtputa abſentis: & ſi ea bene & vtiliter gerit, habet eum cuius negotia gerit, & ignorãtem & inuitum ſibi obligatum. & hoc maxime vtilitatis cauſa factum fuit ſiue inſtitutum, ſcilicet ne negotia negotiatorum qui ſubdita feſtinatione compellũtur abeſſe, nulli demãdata negotiorum ſuorum geſtione, deſerta relinquerentur, quod contingeret niſi huiuſmodi actiones negotiorum geſtoribus darẽtur. Nullus enim ſine mandato accederet ad negotia aliena gerenda, ſi de eo quod impendiſſet, ad illud recuperandum nullam haberet actionem. In verſic. Sicut autem. Caſus eſt talis: Supra dictum eſt, quod ille qui ſine mandato vtiliter geſsit negotia abſentis, ſi aliquid de ſuo impendit, poterit illud recuperare per actionem negotiorum geſtorum contrariam: eodem modo & econuerſo, ſcilicet ſi male ſe habuerit geſtor in gerendo negotia abſentis, domino tenetur actione negotiorum geſtorum directa. & hac ratione ad reddendas rationes adminiſtrationis ſuæ tenetur geſtor pręſtare exactam diligentiam: & nõ ſufficit, quod talem diligentiam adhibeat, qualem in rebus ſuis adhibere ſolet, & hoc eſt verum, ſi alius diligentior eo acceſsiſſet ad negotia illa gerenda, ſi ipſe ea non geſsiſſet. hoc dicit. Franc.

a Genera. id eſt, maneries vel diuerſitates contractuũ: vt ſupra obliga. §. fina. vſque huc.

b Ex maleficio. ſubaudi, vel quaſi, vt ſit bona argumentatio. ſic infra, de obliga. quæ ex quaſi malefi. i principio.

c Igitur. quia de his obligationibus quæ ex quaſi contractu ſunt, dicere debemus, incipiamus de hac, quę ex ſola prouenit amicitia: vt infra eodem. §.

d Vltro citroq́. id eſt, hincinde poſſibile eſt eas naſci. nam ex vna parte tantum quandoq́ agitur, vt ſi alterius nõ intereſt, ſed ſua tantum.

ADDITIO. Not. verba legalia ſignificare habilitatem & potentiam, licet ſemper ſignificare nõ poſſint: vt not. ſupra de iuſti. & iur. in princip. ſecundum Chriſtophorum.

e Negotiorum autem geſtori. licet etiam vnum negotium ſit geſtũ. ff. de neg. geſt. l. iij. §. j. verſi. negotia. ſic. j. vi bono. rap. in prin. & ff. vi bo. rap. l. ij. §. quod ait prætor.

f Sine mandato. ſ. eius, cuius negotia geſſerit. & ſic ſoluitur. C. de nego. geſt. l. ſi mandatum.

g Idq́. ſcilicet vt repetat quod impendit. niſi denunciatio inhibeat: vt. C. de nego. geſt. eo. l. fina. vel paterna affectio: vt. C. eo. l. ſi patrono. & l. quod in vxorẽ. & ff. eo. de nego. geſt. l. is qui. Vel obſequium, quod eſt ſi libertus patroni negotia gerat: vt. C. eodẽ. l. officio. His enim caſibus nihil repetitur, alioqui quandoq́ repetitur inquãtum locupletior eſt, vt dicemus. j. §. pxi.

h Desererentur negotia. quod in multis noceret: vt ff. eo. l. j. Accurſius.

i Nullam. cũ neminẽ ſit veriſimile ſuã pecuniã iactare vel effundere: vt. ff. de pba. l. cũ de indebito. §. q enĩ.

k Obligatum. ſ. inſolidum: dũmodo ſit vtiliter cœptum negotiũ, licet diuerſus exitus ſit ſecutus: vt. ff. eo. l. ſed an vltro. §. j. In caſibus tñ nõ teneẽ inſolidũ: vt ſi pupillus eſt, cuius negotia ſunt geſta. Itẽ ſi animo deprędendi geſsit: vt. ff. eo. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. rñ. & §. ſed & ſi qs negotia mea. Itẽ & ſi ad noua negotia gerẽda acceſsit: vt. ff. e. l. ſi qs negotia. Itẽ ſi pacto & hoc actũ eſt: vt. C. e. l. negotiũ. Item & ſi fuit in culpa gerens: vt. ff. eodẽ. l. ſiue hæreditaria. Item ſi fuit in mora. vt. ff. de lega. j. l. cum res. §. fina.

Negotiorũ geſtor certis in caſibus non repetit qđ impendit.

† Quoties in cõtractu vtriuſque ratio par eſt, vtriuſq́ naſcitur actio directa. Quoties vero potior eſt alterius cauſa: hic naſcitur directa: ide cõtraria. Porro directa actio vocatur etiam principalis. l. in cõmodato. §. j. ff. cõmod. Fran. Balduin⁹ hic.

Negotiorum dominus non ſẽper inſolidum tenetur.

Noua inſolita, ſunt enĩ tria genera negotiorum cõſuetum, inſolitũ, & deſertum. gl. ſit ſolitus. in. l. ſi negotia. ff. eo. Aegi. per.

Pacto. i. ſi caſũ cœpit, in ſe p pactũ. Aegid. per.

Negotiorũ geſtor, de quo tenetur.

Addi

ADDITIO. Et eſt ratio: quia in omnibus iſtis caſibus gerens tenetur etiam de caſu fortuito: & in eis nõ ſufficit eſſe cœptũ vtiliter, niſi vtilitas perduret: vt not. gl. in. l. ſi negotia. in verb. ſit ſolitus. ff. de neg. ge. Ang.

a Ad exactiſsimã no. geſtorem interdũ de dolo ſolo et lata culpa teneri, vt ſi ad deſerta negotia acceſsit. ff. de nego ge. l. iij. §. interdum. Quandoq; de dolo, lata culpa, & leui: & hoc regulariter: vt. C. e. l. tutori. & ff. eo. l. ſi pupilli. §. fi. Quando de leuiſsima: vt qñ alius diligẽtius volebat adminiſtrare, vt hic dicitur, & ff. eo. l. ſi pupilli. §. videamus. quandoq; de caſu: vt in his caſibus, vbi agitur in quantum dominus locupletior eſt, vt modo. ſ. diximus in eo. §. Accur.

ADDITIO. Et hęc vera in geſtis. de neglectis aũt tenetur: ſiue gerere incepit, & poſtea dimiſit: ſiue nõ incepit, dummodo à principio, vt omnia geſturus acceſſerit. Idẽ ſi nõ vt omnia geſturus, ſi alias diligens erat geſturus: alias ſecus. Angel.

Tutores quoq;. CASVS. Viſo vno exemplo de obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcũtur: videndũ eſt de alio. Nõ ſolum enim geſtores negotiorum tenentur, ſine mandato quaſi ex cõtractu: verum etiam tutores, qui tutelę officio tenentur, ex quaſi contractu obligãtur. Nullum eñi negotiũ inter pupillũ & tutorẽ geritur: ſed quia nõ tenetur ex cõtractu. nec ex maleficio, vel quaſi, ſupple: ex quaſi cõtractu teneri videt̃, & naſcũtur actiones hincinde. Ex iſta enim obligatiõe naſcit̃ actio directa pupillo cõtra tutorẽ. cõtraria vero naſcitur tutori cõtra pupillũ ad petẽdũ ſi aliquid impẽdit de ſuo in negotijs pupilli: aut ſi aliquid eſt ei abſuturum, vt ſi pro pupillo alter fuit obligatus. h. d. Fr̃c.

negotiorũ geſtorum: ita & contra iſte quoq; tenetur, vt adminiſtrationis reddat rationem: quo caſu ad exactiſsimã [a] quiſque diligentiam compellitur reddere rationẽ, nec ſufficit talẽ diligentiã adhibere, qualẽ ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior eo, commodius adminiſtraturus eſſet negotia.

Et quæ inter tutorem & pupillum, ex geſtione tutelæ oritur obligatio, ex quaſi contractu naſci dicitur: ex qua tutelæ actio directa & contraria reſultat: prima pupillo datur, vt tutelæ rationem conſequatur, reliqua tutori, vt quod ei pupilli nomine abeſt, recuperet.

Tutores [b] quoq;, qui tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum cõtrahitur) ſed quia ſanè non ex maleficio [c] tenentur: quaſi ex cõtractu teneri videtur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantùm enim pupillus cum tutor habet tutelæ actionem [d]: ſed & contrà tutor cũ pupillo habet contrariam [e] tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rẽ pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [f]: aut rem ſuã creditoribus eius obligauerit.

Habentes rem aliter quam ex contractu ſocietatis, communem: vltro citroq; ex quaſi cõtractu obligantur: quæ obligatio actionem familiæ erciſcundæ & communi diuidundo producit.

Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate [g]: veluti, ꝙ pariter eis legata donatáve eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur cõmuni diuidundo iudicio, quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſocius eius [h] ſolus in eã rem neceſſarias impenſas fecerit: non intelligitur ex cõtractu propriè obligatus eſſe: quippe nihil inter ſe cõtraxerunt: ſed quia ex maleficio [i] non tenetur: quaſi ex cõtractu teneri videtur. Idem iuris [k] eſt de eo, qui cohæredi familiæ erciſcundæ iudicio ex his cauſis [l] obligatus eſt.

b Tutores. ſ. quondam. nam quandiu eſt tutor, non oritur obligatio: vt. ff. de tut. & ra. diſtr. l. ſi tutor. §. fi. & . i. ſed non datur. Azo.

c Ex maleficio. ſubaudi vel quaſi, vt bona ſit illatio. Accurſius.

Actio pro tutelæ directa & cõtraria, eſt ex quaſi contractu.

d Actionẽ. ſ. directã, tenetur etiã alijs actionibus tutor, vt diximus. ſ. de Atil. tut. §. fi. Et ita habes hoc. §. actionẽ tutelæ directã & contrariã eſſe ex quaſi cõtractu. Quid de actione protutelæ? Rñd. idẽ cum ad inſtar actionis tutelæ ſit inducta; vt. ff. de eo, qui pro tu. neg. geſſ. l. j. § pro tutore.

e Contrariã. quã finita tutela demũ intẽdit, vt modo diximus de directa: vt. ff. de cõtr. act. tu. l. j. §. finito. Ac.

f Obligatus. vnde abſuturum eſt: quod perinde eſt, eſt, ac ſi iam abeſſet: vt. ff. de negot. geſt. l. ij. in fi. & . l. ſi quis mandato. in fi.

Item ſi inter aliquos &c. CASVS. Vidiſtis iã duo exẽpla de obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcunt̃: modo ponit hic dominus Iuſtin. tertiũ exemplũ, dicens: Si inter aliquos fuerit res aliqua cõmunis ſine ſocietate, vt q̃a eis pariter fuerit legata, vel donata: ſi vnus eorũ alteri teneatur iudicio communi diuidundo: et hoc, vel quia alter ſolus in re communi fecerit impenſas, vel quia ipſe ſolus fructus ex ea re ceperit, tunc non intelligit̃ proprie obligatus ex cõtractu eo, ꝙ nihil inter ſe contraxerint, ſed quoniã ex maleficio, vel quaſi, ſupple: non tenetur: ex quaſi cõtractu teneri videtur. Idem iuris videtur de eo, qui cohæredi ſuo obligatur, vel quia cohæres in re communi fecerit impenſas neceſſarias: vel quia ipſe ſolus fructus perceperit. cũ enim inter ſe non contraxerint, nec ex maleficio ſit obligatus vel quaſi, ideo ex quaſi cõtractu obligatus videtur. h. d. Fran.

g Sine ſocietate. tunc enim ageretur pro ſocio. ſ. ſi eſſet ſocietas. Videtur tñ ꝙ hic §. ſibi ipſi contradicat. nam nunc dicit ꝙ non eſt ſocietas: & poſtea dicit, ſocius eius &c. Sed dic, quod non eſt ſocietas vera, ſed quædam incidens: nam vera cõtrahitur cõſenſu: vt. ſ. de oblig. ex conſen. in prin. Hæc autem prę ter ſpem: vt in hoc. §. dicitur.

Et ſic p̃ſupponit, qđ nõ cõmuni diuidundo qđ eſt falſum per. l. ij. ff. cõmuni diuidun. Igitur dicit tex. ſine ſocietate: q̃a alias eſſet contractus & nõ quaſi: de quo hic intendit. An autem expenſe per vnũ ex fratribus factæ debeãt ſibi poſtea ĩ diuiſione imputari. vide Io. Fa. hic.

h Socius eius. i. conſors eius. improprie enim ponitur, vt modo diximus.

i Ex maleficio. ſubaudi, vt quaſi: vt ſit bona illatio: vt. ſ. e. in prin. & facit ad hũc. §. ff. fa. er. l. heredes §. nõ tantũ. in fi. §. & . ff. cõmu. di. l. ij. in fi. j. rñ. & . ff. pro ſoc. l. vt ſi pro ſocio. & . l. actione. §. ſi poſt diſtractam. Acc.

k Idem iuris. non per omnia: quia ſuperior, ſcilicet, communi diuidundo, pro rebus ſingularibus competit, hæc autem ad vniuerſitatẽ: vt. ſ. §. proxi, & . ff. pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. Item ſuperior pluries intendi poteſt: hæc autem ſemel tãtũ: vt. ff. fami. ercif. l. ſi filia. §. familiæ & . C. fami. erc. l. j.

l Ex his cauſis. quas ſuperiori. §. diximus.

Hæres quoq; &c. Caſus. In proximo. §. dictum eſt, ꝙ hæres ſi ſit cohæredi obligatus ex cauſis ſupradictis, ſ. ſi fructus rei cõmunis ſolus perceperit, vel ſi cohęres ſuus in rem communē impenſas fecerit neceſſarias, ꝙ tunc ex quaſi contractu intelligitur obligatio contracta. Sed quid dicetis de hærede, qui obligatus eſt legatario: obligat̃ ne ex quaſi contractu? Et rñ. dñs Iuſt. dicens, ꝙ ex cõtractu non eſt obligatus legatario, eo ꝙ nullum negotiũ geſsit legatarius cum hærede, neq; cũ defuncto, nec ex maleficio, nec ex quaſi ſupple, quare intelligit̃ obligatus ex quaſi cõtractu. h. d. Frãc.

a Ex maleficio, ſubaudi, vel quaſi.

b Intelligitur. ſ. actione ex teſtamẽto: vt. ſ. de legat. §. noſtra. Rei vandicatio autẽ quæ datur, vt in eo. §. dicitur, nũquid ex quaſi cõtractu? Rñd. nõ puto: quia nõ eſt obligatio: vnde nõ debet dici ex cõtractu vel quaſi: vt. j. de actio. §. j. Idẽ. ſ. ꝙ in rei vẽdicatione, de hypothecaria dico, quæ ſimiliter legatarijs datur: vt. C. cõmu. de leg. l. j. & in. d. §. noſtra. ſ. de leg. i. Sed vnde naſcitur hic quaſi cõtractus, vel vnde oritur actio ex teſtamẽto? Reſpon. adeundo hæreditatem, hæres quaſi cõtrahere videtur: vt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. l. apud Iulianum. §. fi. & l. ſeq. Item quid de petitione hæreditat.? Rñd. & hæc eſt ex quaſi contractu; cũ is non contraxerit, qui poſsidet pro hærede, vel pro poſſeſſore: nec etiam deliquit vel quaſi. vnde ſequitur ex argumẽtis, quæ fiũt in hoc titulo. quod ſit ex quaſi cõtractu. Item quid de actione finium regundorũ? Reſpon. idem quia & illa habet ſimilitudines multas cum actione familiæ erciſcundæ, & cõmuni diuidundo, & cum petitione hæreditatis: vt. j. de actio. §. quædam. & ff. de pet. hær. l. ſi bonæ fidei. §. petitor aũt hæreditatis. & l. ſed & ſi lege. §. petitio hæreditatis.

i Imo differunt: quia rei vendi. nulla pcedente obliga. ex ſolo dño cauſatur: ſed hypothecaria ex conuētione & preſupponit ob. perſonalē eſſe vel fuiſſe ideo in ca dicidē qđ in actione ex teſtamẽto: ſecũdũ Io. Fab. & Ange. hic.

Aditione hæreditatis quaſi cõtrahere hæres cum legatarijs dicitur.

Hæres quoque legatorum nomine non proprie proprie ex contractu obligatus intelligitur (neque enim cum hærede, neque cum defuncto vllum negotium legatarius geſsiſſe proprie dici poteſt) & tamẽ quia ex maleficio [a] non eſt obligatus: quaſi ex contractu debere intelligitur [b].

Qui recipit indebitum ſolutũ per errorem: ex quaſi contractu dicitur obligatus ad reſtituendum illud. Aretinus.

Amicus. Vide in paragrapho, is quoque, ſupra quibus modis re contrahitur obligatio.

Item is, cui quis per errorem nõ debitum ſoluit, quaſi ex contractu debere videtur [c]. Adeò enim nõ intelligitur proprie ex contractu obligatus eſſe, vt ſi certiorẽ rationem ſequamur: magis (vt ſuprà diximus [d]) ex diſtractu, quàm ex cõtractu poſsit dici obligatus eſſe. Nam qui ſoluendi animo pecuniam dat: in hoc dare videtur, vt diſtrahat potius negotium, quàm contrahat: Sed tamẽ perinde is, qui accipit, obligatur [e], ac ſi mutuum ei daretur: & ideo condictione [f] tenet̃.

Si in eo cauſarum genere, quæ infiſciando duplantur, indebitum ſolutum fuerit, repetitio ceſſat: ideo quod ex lege Aquilia, vel legato religionis & pietatis intuitu venerabilibus rebus facto, ſolutum eſt, non repetitur.

Ex quibuſdam [g] † tamen cauſis repeti non poteſt, quod per errorem [h] nõ debitum ſolutum ſit. Sic nanque definierunt veteres. Ex quibus cau-

gorij cõtrahere videt̃: vt. ff. de cõd. inde. l. ſi in area. Cũ ergo ſit ex quaſi cõtractu: ad quid ponit̃ hæc condictio indebiti inter actiones, ſiue obligationes ex contractu ſ. qui mo. re con. tra. obli. §. j. quæ eſt huic cõtra.? Rñ. vt ibi, in fi. §. diximus, in glo. conducticia.

Additio Rñde, ꝙ ideo hæc condictio indebiti fuit appoſita inter oblig. quæ re cõtrah. non quia dicatur prouenire ex contractu: ſed quia non poteſt ſine re ſuſcitari. ibi igitur poſita fuit, vt eius ſubſtantia denotetur. hic autẽ etiam poſita fuit, vt eius inſinuetur origo: quia ex quaſi cõtractu trahit originem. Chriſtophor.

d Supra diximus. vt. ſ. quib. mod. re contrah. oblig. §. is quoq;. Accur.

c Obligatur. ſcilicet benignitate inſpecta, quæ præualet: vt. C. de iudic. l. placuit. nam nemo debet locupletari cum aliena iactura: vil. ff. de condi. indeb. l. nam hoc natura.

Locupletari nemo debet cum aliena iactura.

Error an ĩpediat dominij trãſlationem.

f Cõdictione. ſcilicet, indebiti: & ita tranſit dominium in accipiẽtem. alias enim condictio nulla daretur, niſi contra furem: vt. ff. vſuſfruc. quẽad. ca. l. fi. Sed cõtra. ff. de acq. re. do. l. ſi procurator. Sol. multũ intereſt, an error ſit in obligatione, an in re. primo caſu trãſit dñiũ, vt hic dicit̃, & cõdictio orit̃. Secũdo vero, nec trãſit dñium, nec orit̃ actio: vnde agẽs exceptione repellitur: vt. ff. man. l ſeruum Titij. Acc.

† De hoc §. & gl. facit mentionem glo. j. in ca. j. in me. extra de ſol.

Item is, cui. Caſus. Iam habuiſtis multa exempla de obliga. quæ fiunt ex quaſi contractu. Adhuc reſtat vnum exemplum, veluti ſi quis credens ſe debere Titio centum, cum in veritate ſibi in nullo teneretur, per errorem ſoluerit indebitum: habet Titium, cui iſta centum ſoluũtur indebita, obligatum, & nõ ex contractu proprie: imo videtur magis ex diſtractu obligatus. Dicitur ex diſtractu: quia qui ſoluendi animo pecuniam dat, potius eam dare videtur vt diſtrahat, quam vt contrahat. nec ex maleficio eſt obligatus: vel quaſi, ſupple, quia per diuiſionem illam. ſ. de obliga. §. ſequens diuiſio. apparet ꝙ ex quaſi contractu obligatus eſt. vnde iſte qui indebitũ accepit, perinde obligat̃ ac ſi mutuũ ei dareẗ. & hoc verũ eſt quantũ ad effectũ obligãdi, & nõ quantũ ad nomẽ obligationis vel actionis. h. d. Franc.

c Debere videtur. nã eo ipſo, quod ſoluit, aliquid ne

Ex quibuſ iã. Caſus. Iſte. §. nõ eſt proprie pertinens ad titulũ iſtũ: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinę ad proximã materiã de indebito. Et pone caſum ſic, ſupra dictũ eſt, ꝙ ſi aliquis ſoluit alicui indebitũ per errorẽ, ꝙ ille qui indebitũ recipit, ſoluẽti obligatur ex quaſi cõtractu, & iſte qui ſoluit à recipiẽte, pecuniã illã repetere põt. Aliqñ tñ in aliquibus caſibus non eſt ita: veluti, ſi qs ſoluerit indebitũ ex cã illa, q̃ ex inficiatiõe creſcit. Eſt & aliud exemplũ in legato relicto: et hoc verũ erat, ſed nõ in omni legato. Quatuor enim olim erãt genera legatorũ. ſ. per vẽdicationẽ, per dãnationẽ, p ſinendi modũ. & per pręceptionẽ: vt. ſ. de le. §. j. Illud aũt beneficiũ per quod creſceret legatũ per inficiationẽ ſolũmodo locũ habebat in relicto p dãnationẽ, ſed cũ vna hodie ſit natura omniũ legatorũ, et etiã fideicõmiſſorũ: vt. ſ. de le. §. noſtra aũt cõſtit. ideo nõ diſtinguit̃ hodie qualiter leget̃, ſed cui leget̃. Si eñ ſacroſan. ecc. vel alijs venerabilibus locis, quę religionis vel pietatis intuitu decorant̃, aliqua legata ſint: hmõi legata per inficiationẽ creſcũt: & ſi huiuſmodi locis legata indebita ſoluantur, non repetuntur. h. d. vſq; ad fi. Fran.

g Ex quibuſdam. iſte. §. non facit ad hunc titulũ: ſed ponitur hic gratia vberioris doctrinæ ad proximã materiam de indebito.

h Quod per errorem. licet ponat vnũ caſum tantum, in quo

ſis inficiando lis creſcit, ex ijs cauſis nõ debitum ſolutum, repeti nõ poſſe: veluti ex lege Aquilia[a], itẽ ex legato[b]. quod veteres quidem in ijs legatis[c] locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, per damnationem[d] cuique[e] legata fuerant. Noſtra autem conſtitutio[f] cùm vnam naturam omnibus legatis et fideicommiſsis indulſit, huiuſmodi augmentum in omnibus legatis[g] & fideicommiſsis extẽdi voluit. ſed non omnibus legatarijs[h] hoc præbuit: ſed tantummodo in ijs legatis & fideicommiſsis, quæ ſacroſanctis eccleſijs, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis[i] vel pietatis[k] intuitu honorantẽ, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluãtur, non repetuntur †.

in quo ſolutum per errorẽ indebitum, nõ poteſt repeti: tamen & alij ſex ſunt, vt ſi ſcienter ſoluit indebitum: nam non habet locum repetitio: vt. ff. de cõdic. ind. l. j. Item propter ſentẽtiam ſolutum etiam indebitum nõ repetitur: vt. C. de cõdic. ind. l. j. Item propter tranſactionẽ: vt. ff. de condi. ind. l. in ſumma. in prin. verſi. & q. dem. & C. eo. l. ij. Item ſi iurauit quis ſibi deberi etiã indebitum, deferente aduerſario, qa fuerit ſolutum, nõ repetitur: vt. ff. de iureiurã. l. nã poſtea. §. j. Item qñ ſoluit in cauſa, quæ per inficiationem creſcit: vt. ff. eo. de cõdic. ind. l. elegãter. §. fina. in gloſ. fina. & C. eo. de cõdic. ind. l. ea quę. & hic dicitur. Item cauſa pietatis ſolutũ indebitum non repetitur: vt. ff. de cõdi. indeb. l. cum is. §. ſi mulier. Item ſi eſt ab alio debitum, licet ſit indebitũ ab eo qui dedit: vt. C. de peti. hæred. l. de hæreditate. ADDITIO. Intellige ſi nomine debitoris ſoluerit: alias ſecus. l. ſi pœnæ. §. j. ff. de condic. inde. Angelus.

a Quãdo cũ creſcat per inficiationẽ declarat glo. j. ij. & iij. i. l. ea quę. C. eo. Acgi. per.

1 Vel dic rationem, quia videẽ ſoluiſſe ꝓpter dubium probationis, vt euitet dolũ ex quo inſurgit q̃dam ficta trãſactio, quæ repetitionẽ impedit.

a Nota qđ quamuis q̃s conſitendo ſe commiſiſſe delictũ ſibi ꝑiudicet ciuiliter ad pœnã temporalẽ: tamẽ ſecus, ſi agiẽ criminaliter ad pœnã corporalẽ. Rõ differentię eſt: quia illic eſt arbiter ſuorũ bonorum, hic vero non eſt dominus ſuorũ mẽbrorum. vide Ange. hic. Aegi. per.

2 Et eſt rõ, quia licet ceſſat cauſa indebiti: tamẽ non ceſſat coniectura pietatis q̃ impedit repetitionẽ vt. l. cũ is. §. mulier. ff. de condit. indeb. præſertim: cũ non ſic euidẽter relictum nõ eſſe, ſicut dãnum datum nõ eſſe apparere non poſſit. Angel.

a Ex lege Aquilia. vt ſi ſolum emendando damnum ab alio datum, quaſi ego dediſſem, videor enim cõfiteri me damnum dediſſe, quod ab alio datum eſt.[1] Nam ſi à nullo datum eſt, non impediar repetere, ſicut nec mihi præiudicat cõfeſsio mea, ſi à nullo datum eſſet damnũ: vt. ff. ad legẽ Aquil. l. inde Neratius. §. fina. & l. ſeq. & ff. de interrog. act. l. qui ſeruum. §. j. & §. ij. in fine. Sed nunquid hæc ſunt vera ſiue in iure, ſiue in facto erret is qui ſoluit? Rñ. cum lex illa. C. eo. tit. de cõdic. ind. l. ea quæ. non diſtinguat, nec ego diſtinguam: & eſt arg. ff. vt in poſ. leg. l. j. Sed quidam diſtinxerunt, vt ſi errauit in iure, nõ repetat: ſi in facto, repetat. Primæ tamen ſententiæ ſto. vt. ff. eo. de cõdic. inde. l. ſed & ſi me putem. Sed contra hunc. §. eſt. ff. de condic. inde. l. eleganter. §. fina. Sol. illa erat[2] pœnalis à principio, hæc autem ex inficiatione: vt hic dicitur, & j. de act. §. ſed furti.

b Item ex legato. quod & ipſum per inficiationem creſcit: vt. j. de act. §. item miſta. Accur.

c In ijs legatis. ſ. indebite ſolutis, quãtum ad ſoluentem: debite tamen quantũ ab alio, vt & modo diximus in lege Aquilia, & hoc ſecũdum quoſdam. Sed B. contra. dicit enim de indebito à quolibet, & ſic differt à ſuperiori proximo caſu, & eſt ſpeciale in hoc legato, de quo hic dicitur.[a] alias autẽ. i. in alio legato diſtinguo: aut ſoluitur ſciẽter indebitum legatũ quocũq; modo, & tũc nõ repetitur: vt. ff. de cõdic. ind. l. fideicõmiſſum. Si autẽ per errorẽ iuris, idem eſt, vt non repetatur ſi eſt debitũ naturaliter, ſed ciuiliter indebitũ: vt. C. ad legẽ Falc. l. error. niſi ſit minor, qui repetit vtroq; caſu per reſtitutionẽ in integrũ: vt. C. ſi aduer. ſol. l. ij. Si vero per errorẽ facti repetiẽ: vt. C. de cõdi. ind. l. fideicõmiſſum.

d Per damnationem. vt per hæc verba, Damnas eſto hæres, illũ ære alieno liberare: vt. ſ. de leg. §. ſed & tale.

e Cuique. alias cuiuſcunque.

f Conſtitutio. vt. C. commu. de leg. l. ij.

g In omnibus legatis. i. in omnibus generibus legatorum quorum quatuor erant genera: vt. ſ. de leg. §. j.

h Legatarijs. vt eis ſolutum indebitum nõ repetatur.

i Religionis. vt monaſterijs.

k Pietatis. vt hoſpitalia & ſimilia, quæ nominãtur in authẽ. de nõ alie. §. nos igitur. colla. ij.

† Rationem exceptionis in duobus caſibus qui hoc. §. continentẽ, pulchre explicat Franc. Balduin9 hic, tu illũ videto.

TITVLVS XXIX.

PER QVAS PERSONAS NObis obligatio adquiritur.

Obligatio acquiritur etiã per ſeruum vel filium: per ſeruũ quidem in totum; per filium autem quo ad commodum vſusfructus. Aretinus.

Expoſitis generibus obligationũ, q̃[1] ex cõtractu vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus adquiri nobis nõ ſolùm per noſmetipſos, ſed ꝑ eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt: veluti per ſeruos & filios noſtros. vt tamen[m] quod

PER QVAS perſonas nobis obligatio adquiritur.

Continua iſtũ tit. vt hic in nigro, in prin. Dictũ eſt. ſ. de obliga. tam de illis, quæ cõtrahũtur re, verbis, literis, et cõſenſu, quã de alijs: Nunc ſequitur videre per quas perſonas nobis acquiritur obligatio.

Expoſitis. Totus iſte tit. diuidiẽ in tres partes. Prĩo oſtẽdiẽ quomodo nobis acquiritur per illos, qui ſunt in totũ in dñio vel poteſtate noſtra. Secũdo quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui ſeruiũt nobis bona fide. Tertio quomodo acquiriẽ per illos, qui ſunt in dñio noſtro pro parte. Secunda ibi, Item per liberos. Tertia ibi, Cõmunẽ. CASVS. Dicit Iuſti. ꝙ nõ ſolũ per noſmetipſos nobis acquiritur aliquid: ſed etiã per eos, quos in poteſtate habemus, veluti per ſeruos ac filios noſtros. Sed dñe, eſt ne differentia inter illud, quod acquiritur alicui per ſeruum, & illud quod acquiritur alicui per filium? Et rñ. ꝙ ſic. Quod enim ex obligatione aliqua per filiũ meũ mihi acquiriẽ, illud mihi acquiritur quo ad vſumfr. filio autẽ quo ad proprietatem. C. de bo. quæ libe. l. fina. & hoc verũ eſt, niſi obligatio fuerit ex caſtrenſi peculio vel quaſi. tunc enim nec quo ad vſumfru. nec quo ad proprietatẽ patri acquiriẽ, quod ex tali obligatione filio debetur. Ex omni enim cauſa aduẽtitia acquiriẽ proprietas rei filio per obligationẽ in perſonã filij factã: & vſusfr. patri: & cõpetit etiã actio patri. & nõ filio. h. d. Franc.

l Quæ. ſ. obligationes. Sed quid differt hic tit. à ſuperiori. ſ. per quas perſo. no. acqui? Rñ. ille dicit de rebus acquirẽdis: hic aũt de obligatione, vt ibi diximus.[a] Item quid differt iſte ab alio. ſ. de ſtip. ſeruo. cum ibi de obligatione dicatur? Rñ. ille ſpecialis eſt in obligationibus quæſitis per ſtipulationem: hic autem in omni genere obligationum loquitur acquirendo[b] per filiũ, vel per ſeruum: præter, quam ſi ſint ex caſtrenſi peculio vel quaſi: quibus caſibus nec ad proprietatem nec ad vſumfructum patri acquiritur: vt. C. de bo. quæ li. l. cum oportet. §. ij.

m Vt tamen. alias eſt, attamen. alias, vt quod. & hic ſimiliter ſubauditur, tamen.

a Ac proinde conſtat patri per filium q̃ri, at qualiter ex patris ſtipulatione filio acquiraẽ: vide hic apud Bal.

per ſeruos noſtros nobis adquiritur [a], totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitũ, hoc diuidatur ſecundum imaginem [b] rerum proprietatis & vſusfructus, quã noſtra decreuit conſtitutio [c]: vt quod ab actione commodum perueniat, huius vſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicet patre actionem [d] mouente ſecundum nouellæ noſtræ cõſtitutionis diuiſionẽ [e].

Liberi & ſerui alieni bona fide poſſeſſi & ſerui vſufructuarij & vſuarij acquirunt nobis ex re noſtra, & ex opera ipſorum. Aret.

Item per liberos homines [f], & alienos ſeruos, quos bona fide poſsidemus, adquiritur nobis: ſed tãtùm ex duabus cauſis, id eſt, ſi quid ex operis ſuis, vel ex re noſtra adquirant. Per eum quoque ſeruũ, in quo vſumfructum [g] vel vſum habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur.

Seruus communis acquirit dominis communiter pro portione dominica: niſi vni, vel iuſſu vnius fuerit ſtipulatus. Aret.

Communem ſeruũ pro dominica [h] parte dominis adquirere certum eſt: excepto eo, quòd nominatim vni ſtipulãdo, aut per traditionem accipiẽdo, illi ſoli adquirit: veluti cum ita ſtipulatur, Titio domino meo dare ſpondes? Sed ſi domini vnius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus [i]: licet antea dubitaretur: tamen poſt noſtram deciſionem res expedita eſt, vt illi tantũ adquirat, qui hoc ei facere iuſsit, vt ſuprà dictum eſt [k].

a Acquiritur. niſi ab alio poſsideatur ſeruus: qui poſſeſſori nec dominium nec poſſeſsionem quærit, ſi nõ ex re eius cõparauit, vel ex opera ſua: nec domino ſi ex re bonæ fidei poſſeſſoris, vel opera ſua acquiſiuit: quia eum non poſsidet: vt. ff. de acquir. rerum domi. l. ſi ſeruus. ſ. reſpõ. & l. homo liber. §. fina. l. j. §. ſed & per eum. quãq; nullo modo poſsidetur, licet detineatur, vt qñ ſcit liberũ eſſe: vt. ff. de acquir. poſ. l. qui vniuerſas. §. j. & ff. de proba. l. ſi quis liberum.

b Secũdum imaginem. quaſi dicat, fiat hęc diuiſio imaginarie & intellectualiter. nam viſibiliter fieri non poteſt: cum ſint incorporalia, quæ nõ diuiduntur: vt. ff. de acquir. rerum do. l. ſeruus. §. incorporales. & ſ. de rebus corpo. & incorp. j. reſpon. & ſ. de vſu fruc. in princ.

c Conſtitutio. vt C. de bo. quæ libe. l. fina. §. vbi autẽ. Accurſius.

d Actionẽ. proprietas tamẽ ipſius actionis eſt filij, vt hic dicitur. & hoc obtinet hodie in omnibus aduentitijs. Sed olim tantũ quinq; actiones filiofamilias competebãt ratione proprietatis: vt iniuriarum, quo vi aut clam, depoſiti, commodati, & actiones in factum: vt. ff. de act. & obli. l. filiuſfamilias. & l in factum. has tamen pater exercebat vel ſuus procurator, nõ filius: vt. ff. de iniur. l. ſed ſi vnius. §. ait prætor. & §. filio & l. pater. in fin. niſi pater abeſſet: vt. ff. de iud. l. ſi longius. §. j. quod etiam in mutuo erat: vt. ff. ſi cer. peta. l. cum filius. Sed hodie ex omni cauſa aduentitia acquiritur ipſi filio ꝓprietas, vt hic dicitur. ADDITIO. Dic vndecunq; dictæ actiones in factum deſcendunt: vel ex edictis prętorum, vel ex interdictis. & eſt ratio; quia prætor vſus eſt æquitate. & illa tantum motus: & in illis non tantũ quæritur patri, quando aliquid non remanet penes filium: vt. l. j. cum ibi not. C. qui admit. ad bo. poſ. ergo non mirum, ſi omnes actiones in factum filiofa. competebant & ita dicit Bar. in dicta. l. in factum. Ang.

Filiofamilias olim. v. actiones competebant ratione proprietatis quas tñ nõ exercebat. Aduẽtitiorũ proprietas filij eſt.

e Diuiſionem. quam diuiſionem longum eſſet hic dicere, ſed dicitur plene per ordinem in dicta. l. C. de bo. quæ libe. l fina.

Item per liberos homines. CASVS. Non ſolum per filios noſtros & ſeruos nobis acquiritur, ſed etiam per liberos homines & ſeruos alienos, quos bona fide poſsidemus, nobis aliquid acquiritur: ſed hoc intellige in duobus caſibus, ſcilicet ſi ex operis ſuis aliquid acquirant, aut ex re noſtra: & ſimiliter per ſeruum illum in quo vſumfruc. habemus, vel vſum, ſecundum aliam literam, vt patet in notula, ex duabus cauſis nobis aliquid acquiritur. hoc dicit. Franc.

Liber homo quãdoque bona, quãdoque mala fide poſsidetur.

f Per liberos homines. Not. quod liber homo quandoque bona fide poſsidetur, vt quãdo poſſeſſor credit eum ſeruũ eſſe, & ſuum, & quãq; mala fide, vt qñ credo eum ſeruũ eſſe, & ſcio meũ nõ eſſe: vt. ff. de acquir. poſ.

g Vſumfructũ. in quibuſdã libris eſt in litera, vſumfructum, vel vſum * & ſecũdum hoc videtur, ꝙ per eũ ſeruũ in quo habeo vſum, ex duabus cauſis acquirã. Sed contra. ff. de vſu & habi. l. per ſeruum. in prin. Sol. dicunt quidam illud corrigi. Vel dic ſecundũ Ioan. ꝙ illud verbum, ex duabus, referatur ad ſolum vſumfructũ: alterũ vero ſi ex re, ad vſuarium, & ſic erit in litera confuſio: ſicut. C. de colla. l. illam. & ſ. qui da. tut. poſ. §. ſi quis. Sed in alijs libris nõ eſt, vel vſum: & tunc planum eſt, & nullum eſt contrarium. Accurſius.

* Et hanc recipit Haloander.

ADDITIO. Tu dic, ſecũdum doct. vſuarium poſſe vti operis ſerui in ſuis fundis, non autem eas alteri locare. Angelus.

Communẽ ſeruũ. CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ per ſeruos noſtros acquirimus: ſed nunquid per ſeruum communem poſſumus nobis acquirere? Et reſpõ. ꝙ per ſeruũ cõmunẽ dño acquiritur. quod intelligo vt ſic dicendo, Dñis meis dare ſpondes? fiat ſtipulatio, ſcilicet ꝓpria nomina in ſtipulatione inſerẽdo. Tunc enim pro virilibus portionibus dñis acquiref. Et hoc verũ eſt, niſi nominatim vni eorũ rẽ ſtipulatus fuerit, vel vni tradiderit. Itẽ quęſiui à Iuſti. Dñe, ſi vnus dñorũ ſeruo cõmuni iuſſerit, ꝙ aliqd ſibi ſtipulef, ipſe autẽ ſeruus alterũ (cui voluerit acquirere) nominauerit in ſtipulatione: cui acquirif per ſtipulationẽ illã? Et rñ. ꝙ ei qui iuſsit, & nõ ei quẽ noĩauit, ſic ponũt multi caſum in iſto vlti. rñ. Sed ſi dñi. & ſic vult gl. ord. ꝙ ita ponaf: ſed dñs Guido dicit, ꝙ iſte nõ eſt caſus iſtius ꝟ. quãuis ꝟitatẽ cõtineat: iſte em̃ eſt caſus quẽ habes. C. ꝑ quas pſo. nob. acq. l. ij. & nõ iſtius rñ. & hoc patet ꝑ hoc ꝙ dicit in ſi iſtius ꝟ. ibi, ſupradictũ eſt. Poteſt ergo ſic poni caſus: Sed qd ſi vnus ex dñis iuſſerit ſeruũ cõmunẽ aliqd ſtipulari, cui acqrif ꝑ ſtipulationẽ iſtã? Et rñ. di. ꝙ licet ante tẽpora huius libri in tali caſu dubitaref, verũ duobus dñis, an iubẽti per ſtipulationẽ iſtã acquireref: tñ poſt cõpoſitionem huius libri eſt quæſtio iſta expedita, ſcilicet ꝙ iubenti tantum acquiret: vt ſupra dictum eſt de ſtipul. ſeruo. §. vltimo.

Seruus vſusfructuarius quærit nobis ex re & operis: ſed vſuarius ex re tantum.

h Pro dominica. niſi cum propria nomina eorũ ſtipulationi inſeruit, vbi pro virilibus portionibus acquirit: vt. ff. de ſtip. ſer. l. ſi communis ſeruus.

i Stipulatus. ſ. ſimpliciter vel ſibi, vel domino iubenti, vt ſtatim ſequitur, alias nullum eſſet dubium: vt. ſ. de ſtipul. ſeruo. §. penulti.

k Supra dictum eſt. ſ. de ſtip. ſer. §. penulti.

Quibus

QVIBVS MODIS TOLlitur obligatio.

Viſum eſt ſuprà de obligatione inducenda, ſequitur videre de obligatione diſſoluenda ſiue tollenda: quia nihil tã naturale eſt, quàm vnumquodque eo genere, quo ligatur diſſolui poſſe. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. h. d. Are.

TITVLVS XXX.

QVIBVS MODIS TOLLITVR obligatio †.

Eius quod debetur ſolutio: à debitore vel à quouis ipſius nomine facta, omnem obligationem perimit: quo fit vt ſolutione principalis, etiam fideiuſſoris obligatio: & verſa vice idem dicito.

Tollitur [a] autem omnis [b] obligatio ſolutione eius, quòd debetur: vel ſi quis conſentiente creditore [c] aliud pro alio ſoluerit. Nec intereſt, qui ſoluat: vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio ſoluente, ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore, vel inuito eo ſolutio fiat [d]. Item ſi reus ſoluerit: etiam ij, qui pro eo interuenerunt [e], liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit: non enim ipſe ſolus liberatur [f], ſed etiam reus.

Acceptilatione (id eſt, imaginaria quadam, & ficta ſolutione, mutua interrogatione & reſponſione concepta) verborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ verò obligationes ex re, conſenſu, & alio quouis modo contractæ: non antea ſoluuntur quàm in Aquilianam ſtipulationem, id eſt, verborum obligationem deducantur: vt ſic demum acceptilatione ſopiri queant.

Tollit. Totus iſte tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponitur qualiter tollatur obligatio ſolutione. Secũdo qualiter acceptilatiõe. Tertio qualiter nouatiõe. Quarto qualiter conſenſu. Secunda ibi, Itẽ per acceptilationẽ. Tertia ibi, Præterea obligatio. Quarta ibi, Hoc amplius. CASVS. Scire debetis, quod obligatio tollitur per ſolutionem eius, ꝙ debetur. Sed nunquid tollitur obliga. ſi debitor ſoluat aliud quã debeatur: puta ſi aſinum dederit pro pecunia quã debebat? Et rñ. ꝙ ſic: dum tamẽ volente creditore fiat. Regulariter enim loquẽdo inuito creditore aliud pro alio ſolui nõ poteſt. Sic ergo, vt iam dictũ eſt, ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio: ſed verũ eſt, ſi ipſe debitor ſoluat quod debet, ſine aliquo nomine debitoris, etiam debitore inuito & ignorante. h. d. Ad intellectum gloſſæ ſignatæ ſuper illo verbo, Omnis obligatio &c. ſcire debes, ꝙ omnis obligatio tollitur ſolutione eius quod debet, etiã ſi fuerit ciuilis tantũ. Et ad. l. inductã in contrariũ. ff. de ſol. l. qui hominẽ. §. fi. rñ. dominus Iuſti. ꝙ ſpeciale eſt ibi, ꝙ aliud operetur ſolutio, quã credebat ſoluens. & pone caſum, qualiter aliquis ſolum ciuiliter obligatur. pone ꝙ aliquis mihi centũ numerauit: & ita naturaliter & ciuiliter ſum obligatus, fecit mihi poſtea pactũ de non petendo: & ita tollitur obligatio naturalis, & remanet ciuilis. Sed ſi poſt illud pactũ factũ de non petendo, ignorans ſibi ſoluero, quod debebã: nõ liberor à ciuili obli. per iſtã ſolutionẽ: quia operat repetitionẽ: vnde liberationẽ parere nõ poteſt: vt in prędicta. l. qui hominẽ. Itẽ in ſuperioribus dictum eſt, ꝙ bene liberatur debitor ſolutione eius quod debetur. Sed nũquid per iſtã ſolutionem liberantur fideiuſſores? Et rñ. ꝙ ſic. & ecõuerſo ſi ſoluat fideiuſſor creditori, quod ei debetur, liberatur principalis debitor. h. d. Fran.

a Tollitur. alias tollitur, alias ſoluitur [a]. Si tollitur ergo nõ renaſcitur de cætero: vt. ff. de ſolu. l. qui res. §. aream. ver. in perpetuũ. & de noxa. l. ſi alienus. &. C. de remiſ. pig. l. cum ex cauſa. & de ſen. paſ. l. ſi debitor. vbi magis ſuſcitatur ſolutio eius ꝙ debetur, quã tollatur: vt. ff. de noxa. l. electio. §. fi. Sed ibi equitatis ratione, nec ſublata dicitur glo.

b Omnis obligatio. ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue cõſenſu. nã de his. s. dictũ eſt à tit. de oblig. vſq; huc. Sed nunquid eſt idem in iſs, quæ ex maleficio ſunt vel quaſi? Rñ. ſic [a]. Itẽ hæc ſunt vera, ſiue ciuilis & naturalis fuerit obligatio ſimul, ſiue naturalis tantũ: vt hic, &. ff. ad. l. Fal. l. ſi pupillus. in princ. Sed nũquid ciuilis tantũ tollitur ſolutione eius quod debetur: videtur ꝙ non: vt. ff. de ſol. l. qui hominẽ. §. fi. & hoc quidã dicũt. Sed cõtradico. ſi enim ſciens me debere ciuiliter tantũ, ſicut ecõtra ſi nudo pacto tibi decẽ debeã, & ſoluã cauſa meæ fidei implendę: quare non liberor: vt. ff. de condi. inde. l. fideicommiſſum. Quod autẽ in d. l. qui hominẽ, dicitur: ideo eſt, quia aliud operatur ſolutio, quã crederet ſoluens. ſ. repetitionẽ: cũ errabat credẽs ſe teneri naturaliter, non ergo mirum, ſi nõ facit quod credebat ſoluens. ſ. liberationem. Itẽ eſt contra ad hoc. j. rñ. in authent. vt ij qui ob. ſe hab. per. res. §. ſi vero tacuerit. col. vj [1]. Sol. illud ſpeciale eſt. Item cõtra. ff. de ſolu. l. ſi rẽ meam. Item contra ff. de verb. ob. l. Iulianus. §. qui fundũ. Item cõtra. ff. commo. l. iij. §. ſi reddita. Sed his legibus licet fuerit facta ſolutio, nõ tamen fuit facta ſicut debuit fieri: vnde pro non facta quãtum ad hoc habetur. Itẽ contra id ꝙ ſubijcit, ꝙ demũ ſciẽte creditore ſoluitur pro alio. ff. de leg. j. l. nõ amplius. §. fi. & l. ſi domus. §. ij. & iij. &. ff. de aur. & arg. leg. l. j. §. fi. &. C. de do. l. ſi quis argentum. ff. de ſol. l. qui hominem. &. ff. de verbo. obli. l. inter ſtipulantem. §. penul. & l. ſi ſeruus. In quibus legibus dicitur, quod liberatur quis ſoluendo aliud pro alio. Sed hæc ſpecialia ſunt, hoc autem regulare.

c Conſentiente creditore. interdum tamen etiã aliud pro alio ſoluitur creditori etiam inuito: vt diximus in auth. de fideiuſ. §. pen. in glo. coactum. col. j. & quoſdã ex his notauimus. s. proxi.

d Solutio fiat. patet hic, ꝙ beneficium confertur in inuitum. Sed contra. ff. de regu. iur. l. inuito. Sol. illa regula in priuilegijs loquitur, hæc autem in alijs. Vel dic ꝙ non poteſt directo, poteſt tamẽ per mediũ. prima verior eſt [2]. Sed nunquid econtra poteſt fieri alij ſolutio inuito creditore? Reſpond. non: vt. ff. de donat. l. ſi Stichũ. §. fi. niſi creditori creditoris ſoluat: vt. ff. de ne. geſ. l. ſi liber. vel procuratori creditoris: vel ei cui extiterit hæres creditor, vel futuro debitori, vel ſimilibus perſonis, quæ numerantur. ff. de ſol. l. ſolutam. & ff. de pi. act. l. ſolutum. §. ſolutam.

e Interuenerunt. vt ſunt fideiuſſores, & mãdatores, et ſpõſores, vt. ff. de exce. l. oẽs. &. C. de nõ num. pe. l. iiij.

f Ipſe ſolus liberatur. ſ. fideiuſſor. & ſi quidẽ ſoluat nomine ſuo [3], liberat ipſo iure, reũ autẽ liberat per exceptionẽ: vt. ff. man. l. ſi quis. in fin. & l. Papin. &. ff. de peti. hære. l. ſi quid poſſeſſor. in princ. Si vero nomine rei, liberat ipſo iure reũ: vt. ff. de neg. geſt. l. ſoluẽdo. & ff. de noua. l. ſi Stichum. in fin. Sed ſi hoc verũ eſt, quod liberatur reus ſoluẽte fideiuſſore, quoquo modo cedat actionẽ creditor fideiuſſori ꝙ facere debet: vt. ff. de ſol. l. modeſtinus. & ff. de fideiuſ. l. fideiuſſoribus. quę ſunt cõtra hanc legẽ? Rñ. illud poteſt fieri ante ſolutionẽ. ſ. ceſſio, vel etiã poſtea, hoc acto prius: quia videt ineſſe,

[a] His modis diſſoluẽdarũ obligationum, quos hoc titulo Iuſtinianus recẽſet addi poſſunt duo: Interitus ſpeciei debitæ cõtingens citra morã, aut culpã debitoris: eo em̃ debitor liberatur. l. qd' te. ff. ſi cer. pe. l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig. Alter eſt obligatiõis cõfuſio: vt cũ creditor debitori hæres exiſtit. l. ſi debitori creditor ff. de fideiuſ. Franc. Bald. hic.

† Cõcor. cũ hoc prici. ca. j. cũ ſua gl. poſt med. ibi. item tollitur ſolutione. extra de regu. iur. an ti.

[a] Hęc fuit gl. Accurſ. in veteri impre. Venet. & ſcriptis exemplaribus. Aeg. per.

[a] Ex hac glo. habes ꝙ obligatio ex maleficio vel quaſi ſolutione facta damnũ paſſo tollitur quod verũ eſt quãdo pœna non eſt applicãda fiſco: q̃a ius publicum pacto priuatorũ non tollit l. ius publicum. ff. de pact. Aeg. per.

1 Dic qd' ideo in p̃dictis legibus ſolutio nõ parit liberationẽ: q̃a fuit facta aut aliter quã debueris, aut alteri quã debuiſſet. formanda eſt igit regula p hũc modũ ſolutione eius quod debetur facta pleno iure pſonę cui debet, debitor liberat & ceſſabũt omnia contraria. Chri.

2 Tu dic ꝙ contrariũ loquit vbi beneficiũ reſpicit cõmodũ contradicentis tãtũ: ſecus ſi etiã alterius in toto tit. de mune. & ho. & hic An.

3 Quod in dubio præſumitur: nisi eſſent æque principaliter obligati: vt duo rei: & duo tutores: q̃a tũc ſimpliciter ſoluendo totalẽ actionẽ q̃ ambos ligat: diſſoluit: ſecundum Angel.

probatur hæc ſolutio. ff. de fideiuſſ. l. cum is. Item nota hic vnam ſolutionē parere plures liberationes. & facit ſ. de duo. reis. §. ex huiuſmodi. & ff. de ar. l. ſi duo. Acc.

Item per acceptilationē. CASVS Iam vidiſtis vnum modum principalem obli. tollendæ, eſt & alius modus obli. tollendæ principalis, vt per acceptila. Sed domine, quid eſt acceptilatio? & reſpōd. ꝙ acceptil. eſt imaginaria ſolutio. Si enim creditor debitori ſuo illud quod ſibi debet ex verb. obl. remittere velit, poterit hoc facere in hunc modum, ſi patiatur debitorē hęc verba dicere: Domine creditor, ꝙ tibi debeo per ſtipulationem. habes ne acceptum? & reſpōdeat creditor, Habeo: liberatus eſt debitor, ac ſi creditor ſoluiſſet ei quod debuiſſet. Item videbatur aliquibus, ꝙ ſtipulatio poſſet fieri per verba latina tantū, & nō per verba græca, & quaſi ad iuſtam dubitationē reſpō. Iuſtinia. dicens, ꝙ nō ſolū per verba latina, ſed etiam per verba Græca poteſt fieri acceptilatio. dum tamen per verba Græca ſic ſiat, ſicut exigitur per verba latina, & diſſoluūtur per acceptilationē obligationes verbis ſolummodo contractæ: quia conſentaneum eſt iuri obligationem verbis contractam, verbis poſſe diſſolui. Ad intellectum finis notulæ ſignatæ ſuper illo verbo certe diſtinguere debes, vtrum acceptilatio ſit inutilis ratione rei ſuper qua concipitur, vt ſi ſuper debito conditionali concipiatur: quia talis acceptilatio inutilis eſt, et quanquā non habeat hanc vim acceptilationis, attamen habet vim pacti, & ſic intellige illas leges. ff. de reſcin. vē. l. cū emptor. & ff. de accep. l. acceptilatio. Aut ratione cōceptionis ineptæ: vt ſi tibi dicā, Quod ego tibi debeo, habes ne acceptum in diem? & tu ipſe reſpōdeas, Habeo acceptū. & talis acceptilatio inutilis non habet vim pacti, & ſic intelligo. l. an inutilis. ff. de accepril. In verſ. Sicut autē. caſus eſt talis: Quęſitū à legislatore, an acceptilatio poſsit fieri in parte debiti, ſicut ſit in toto? Et iuſt. dicēs, ꝙ accep. poteſt fieri pro parte debiti, ſicut poteſt fieri pro toto. h. d. & ſumus in ver. eſt autem prodita. in quo dic: Tractatum eſt. ſ. ꝙ obli. alia à verbali poteſt deduci in ſtipulationem, & tunc tolli poteſt per acceptilationem: hic aūt dicit, ꝙ eſt prodita quædam ſtipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur. Aquilius enim qui valde fauorabilis erat ad ſtipulationes diſſoluendas, adinuenit iſtum modū diſſoluendi & liberādi per acceptilationē debitorem illū, qui ex quocunq; contractu alio teneretur, quā ex cōtractu verbali: ſicut poteſt liberari per acceptilationē is, qui verbis eſt obligatus. Adinuenit enim ſtipulationē quandam, in quam poſſent deduci omnes aliæ obligationes, quæ in ſtipulationem deductæ, per acceptilationē tolli poſſunt. Stipulatio enim Aquiliana omnes obligationes nouat. Qualiter autem confici debeat hæc ſtipulatio, narrare magis laborioſum eſt, quam ſubtile. Apertiſsime enim de hoc traditur in litera. Et. h. d. vſq; ad illum §. præterea.

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt aūt acceptilatio, imaginaria [a] ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id ſi velit Titius remittere, poterit ſic fieri, vt patiatur [b] hęc verba debitorē dicere: Quod ego tibi promiſi, habesne acceptum? & Titius reſpōdeat, Habeo. Sed & Grȩcè [c] poteſt acceptilatio fieri: dummodo ſic fiat, vt latinis verbis ſolet exigi. ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα, ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus [d]) tantùm eæ ſoluuntur obligationes, quæ ex verbis conſiſtūt: non etiam cæteræ [e]. Cōſentaneum [f] enim viſum eſt verbis factam obligationem, alijs poſſe verbis diſſolui. Sed & id, quod alia ex cauſa [g] debetur, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui [h]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur [i]: ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt.

a Imaginaria. i. facta. ſic. ff de regu. iur. l. imaginaria. Vel dicitur imaginaria. i. per momentum duratura. ſic in authen. quomo. opor. epiſ. circa princ. §. neque enim idiota. in glo. nec imaginariam. col. j. & in Pſal. In imagine pertranſit homo &c.

ADDITIO Ipſa tamen acceptilatio habetur pro ſolutione: vt. l. ſi ex pluribus. ff. de accep. vt in ſimili etiā dicimus de iuramēto quod habetur loco ſolutionis inter deferentem & iurantem: non tamen etiam eſt propriè ſolutio: vt. l. duobus. § j. & ibi gl. in verbo, ſolutiōis. & docto. ff. de iurei. An.

b Vt patiatur. & etiam reſpōdeat ei, vt. ſ. eo. §. eſt autē. in fi. §. nam ſola patientia nō prodeſt.

c Sed & Græce. non ſolum latinis, ſed etiā Græcis verbis, dūtamen aptis ad hoc, vt ſequitē. & facit. ſ. de verb. ob. §. vtrū. & ff. de ver. obli. l. j. §. ſi. Ac *. Porro Græcorum quę hic adiecta ſunt is eſt ſenſus, Tot denarios acceptos habes? acceptos hēo.

* Hoc gl. reſiduū nō eſt Accurſij, qui ne græca quidem elemēta nouit: vt nota. ſ. de emptio. & vend. §. itē preciū. in glo. his verbis. Ac gl. per.

d Vt diximus. ſ. eo. §. ibi, ꝙ enim ex verborū. Acc.

e Cæteræ. ſ. quæ ſunt de iure gentiū, cū acceptilatio eſt, quæ eſt ciuilis actus: vt. ff. de reg iur. l. actus. nō poſſit iura gen. tollere: vt. ſ. de leg. agna. tut. §. ſi. quæ ſunt vetuſtiora & firmiora: vt. ſ. de re. diui. §. ſingulorū. Sed nunquid alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio, vt literarum & emphyt. & ſimiles, vt diximus. ſ. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem? Reſpōdetur: non cum ſolam obligationem verbis inductā tollat, vt hic dicitur. Sed certe licet non poſsint tolli iure acceptilationis. ſ. obligatio iuris gentium, & aliæ ciuiles: tamen poſſunt iure pacti etiam acceptilatione facta ſecundum Io. vt. ff. de reſcin. ven. l. emptio. & l. cū emptor. Quod generaliter etiam dicebat M. quod vbicunq; fieret acceptilatio inutilis, quod habeat vim pacti. & facit pro eod. ff. de pact. l. ſi vnus. § pe. vbi de hoc. At B. totum contrarium, & erat pro eo. ff. de accep. l. an inutilis. j. reſpon. & ff. de conſti. pecu. l. j. §. cum qui. Sed nos dicimus idem, quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictum eſt. Item idem quod Bulg. vbi eſt inutilis ratione conceptionis. & facit pro nobis. ff. de acceptila. l. ſi acceptolatum. Accur.

Acceptilatio inutilis ratione rei habet vim pacti. ſecus ſi eſt inutilis ratiōe cōceptionis ineptæ.

ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis: quia minus eſt peccatum, quod prouenit ex alieno facto, vt in primo caſu, quam quod prouenit ex propria culpa, vt in ſecundo caſu. Ioan. Fab.

f Conſentaneum. & facit ad hoc. j. eo. §. fina. & ff. de reg. iur. l. nihil eſt tam. & C. quando lic. ab emp. diſce. & ff. de pact. l. ab emptione.

g Ex alia cauſa. ſ. quam verbis.

h Diſſolui. ſcilicet, ipſum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nam cum non pateretur contractus alius tolli ſuo cōtrario actu, ſcilicet, per acceptilationē, decipitur, & deducitur, in quendam nō prorſus contrarium actum, vt in ſtipulationem: quod eſt obligatoriū, & ſic fit nouatio indiſtinctè iure iſto: vt. j. eo. §. præterea. & ff. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. §. fina. & ipſa ſtipulatio patitur ſe tolli per acceptilationem, vt hic dicitur.

i Rectè ſoluitur. ſ. volente creditore. Sed nunquid eo inuito debiti pars ſoluitur? Reſpond. aut confitetur de toto debitor: & tunc non poteſt ſoluere niſi totum: vt ff. de vſuris. l. tutor. §. Lucius. quæ eſt huic contra. niſi volen

Solutio particularis an creditore inuito poſsit fieri.

volenti creditori, vt hic dicitur. Aut differt, & tũc pars confeſſata, tantũ recipiatur ab inuito: vt. ff. ſi cert. pet. l. quidam exiſtimauerunt. & hoc etiam caſu poteſt intelligi quod hic dicitur.

quod ſi creditor ſtipulatus fuerit à pupillo id, quod debitor pupilli ſibi debet: tollitur obligatio ipſius debitoris. Sed ſcire debes, ꝙ non idẽ iuris eſt, ſi creditor ſtipulatus eſt à ſeruo alicuius animo nouandi illud quod debitor ſibi debet, cũ enim ſecunda obligatio nulla ſit ipſo iure, neq; naturali, neque ciuili: perinde remanet prior debitor obligatus, ac ſi nõ eſſet aliqua nouatio facta. verbi gratia: Vbi em̃ per ſecũdã obligationẽ debet tolli prima: oportet ꝙ ſecũda ſit aliqua: puta naturalis vel ciuilis. Itẽ verſi ſed ſi eadẽ, caſus eſt talis: Supra dictũ eſt: quod interuẽtu nouæ perſonæ nõ naſcit obligatio. ſed pone, ꝙ ſtipulatus fuit à debitore meo & ex alia quacũq; cauſa, q̃ ex ſtipulatiõe mihi debebat: dicit̃ ne in hoc caſu fieri nouatio, cũ in hoc caſu noua perſona nõ interuenerit? & tñ ꝙ ſic, ſi aliqd noui interuenerit in ſecũda obligatiõe. i. in ſtipulatiõe iſta: veluti, ſi conditio vel dies, vel fideiuſſor obligationi adijciat: ſcire tñ debes, ꝙ ſi cõditio in nouatione addita exiſtat, valet nouatio: ſi aũt nõ exiſtat nõ valet, & ſumus in ver. ſed cũ. i quo

Eſt autem prodita ſtipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur: per quã contingit, vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per accceptilationẽ tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & à Gallo Aqlio ita cõpoſita eſt [a], Quicqd te mihi ex quacunq; cauſa dare [b] facere oportet, oportebitve p̃ſens, in diemve; aut ſub conditione: [*] quarũcũq; rerum mihi tecum eſt actio [c], quæq; aduerſus te petitio [d], vel aduerſus te perſecutio eſt, vel erit: quodq; in meum habes, tenes, poſsides, dolove [e] malo feciſti, quò minus poſsideas: quãti quæque earum rerum res [f] erit, tantam pecuniã dari ſtipulatus [g] eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberet ne à ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Ageriũ rogauit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

Nouatio eſt prioris debiti in aliã obligationem trãſfuſio: quæ fit vt anteriori obligatione ſublata noua conſtituatur: quæ olim nouæ perſonæ interuentu (etiam quæ naturaliter tantum obligari poſſit) inducebatur: non in vero interueniente perſona, ita demum nouatio fiebat, ſi quid priori obligationi poſterior adijceret, vel detraheret: hodie autem nunquam inducta cenſetur nouatio, n. ſi expreſſim contrahentes hoc agant: alias anterior firma manet, & poſterior ei loco incrementi accedit.

Prçterea [h] nouatiõe [i] † tollitur obligatio: veluti ſi id quod tibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuẽtu nouæ perſonæ [k], noua naſcitur obligatio: et prima tollitur, tranſlata in poſteriorem: adeò vt in-

a Ita cõpoſita eſt i. his verbis, quæ ſequuntur, quicquid te &c. idẽ habes. ff. de accep. l. & vno. §. eius rei. Et not. quod non poteſt ſic legi, quin aliqua verba ſint hic ſuperflua. Itẽ nunquid vnũ ſolum ex his duobus. ſ. dare vel facere, ſufficit. ſ. dare: cũ ſolũ quod erat dandũ, in hac ſtipulatione deducitur: vt. j. ibi, tantam pecuniam &c. Rñ. ſic. arg. ſ̃. de verbo. obli. §. ſed hæc ſolennia. &. C. de dona. l. fin.

b Dare. vbi debes dominiũ trãsferre: vt. j. de act. §. ſic itaque. &. ff. de ver. obli. l. vbi aũt non apparet. §. fi.

c Actio. in perſonã: at petitio in rẽ, perſecutio vtrunq; continet: vt. ff. de act. & oblig. l. actio in perſonam.

d Petitio. in rem.

e Ve. pro vel.

f Res. id eſt, æſtimatio.

g Stipulatus. nũc mutat perſonas: de ſecunda enim trãſit ad tertiã. Et not. ꝙ etiã realis actio deducitur in ſtipulationem facta rei æſtimatione. & ipſa pecunia ſiue rei æſtimatio deducitur in ſtipulationẽ & in acceptilationem. Nam ipſa res nõ poteſt: cum nemo rem ſuam poſsit ſtipulari ſibi dari: vt. ſ̃. de inutil. ſtip. §. ij. Sed quomodo deducã æſtimationem, cũ non debeatur? Rñ. imo quaſi debita eſt. liberatur enim exceptione quaſi à rei vendicatione, ſi præſtat æſtimationem: vt. ff. de rei ven. l. eius rei. & l. ſeq. Si aũt ipſam rem in acceptilationẽ deducã: valet iure pacti, ſecundum B. vt diximus. ſ̃. eod. § quo genere. Accurſius.

* In qbuſdam exẽp. deſũt hęc, aut ſub cõditione: ea que omiſit Aemi. Ferretus.

Perſecutio continet actionem & petitionem.

Actio realis poteſt i ſtipulatione deduci.

ADDITIO. Tu dic, quod quãuis actio realis nec obligationẽ, nec officium iudicis præſupponat: præſupponit tamen quandam æquitatẽ, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationem. Ang.

Præterea nouatione. CASVS. Iam vidiſtis, ꝙ duobus modis tollitur obli. tollitur etiam tertio modo. ſ. per nouationẽ voluntariã: veluti, ſi illa decẽ quæ debes Seio, Seius ſtipulatus ſit ab aliquo alio, quã à te animo nouandi: quia tunc tollitur prima obligatio interuentu nouæ perſonæ: & noua naſcit̃ obligatio, prima ſobligationis tranſlata in poſteriorem: adeo etiã, ꝙ ſi nõ valeat noua obligatio, prima per ſecundam nihilominus tollitur: veluti, ſi à pupillo ſine tutoris authoritate fueris ſtipulatus illud quod tibi debebam. Omnino etiam amittitur actio tua, eo quod prima obligatio ſublata eſt: & ſic inutilis eſt actio quo ad effectum experiendi eſt tñ aliqua. ſ. naturalis. Sed pone: Supra dictum eſt,

dic: Supra dictum eſt, quod nouatio ſit interuentu nouæ perſonæ, vel etiam eiuſdem, dummodo fiat per diei vel conditionis adiectionem vel ſubiectionem. ſed ſcire debes, quod apud antiquos hoc verum erat, quod his modis fiebat nouatio, dum tamen animo nouandi fieret: & ita quod ſæpe diuerſæ præſumptiones inducebantur ad probandum, quod animo nouandi fieret: vnde ſuper hoc apud antiquos magna fuit altercatio. & propter hoc dicit dominus Iuſti. Fecimus quandam conſtitutionem ad huiuſmodi altercationes tollendas: in qua cauetur, quod tunc demum intelligatur fieri nouatio interuentu nouæ perſonæ, (vt dictum eſt) quando hoc expreſſe actum eſt inter cõtrahentes, quod propter nouationem prioris obligationis hoc fiat. alioqui, ſi hoc non fuerit expreſſe actum, non intelligitur fieri nouatio interuentu nouo perſonæ: ſed accedit ſecunda obligatio primæ, & manet vtraque obligatio. Franciſcus.

h Præterea. non ſolum ſolutione vel acceptilatione, vt dictum eſt. ſ̃.

i Nouatione. ſi fiat per ſtipulationem, vt ſubijcit, ſiue per iudicium: vt ſi aliquis nomine meo iudiciũ ſuſcipiat animo nouandi: vt. ff. de ſolu. l. ſolutionem. & ff. de in rem verſo. l. ſi pro parte. & ff. de verb. obli. l. ſcire debemus. in ſi. j. reſpon.

k Nouæ perſonæ. etiam ſi hoc non agitur: vt fiat nouatio iure iſto, hodie cõtra: vt. j. eo. §. ſed cum.

† Nouatio eſt prioris obligationis i aliã tranſmiſsio, vt prior perimatur, & noua cõſtituatur. l. j. ff. de noua. Aegid. per.

A pup

terdum licet poſterior ſtipulatio inutilis ſit: tamē prima nouatiōis iure tollatur: veluti, ſi id quod Titio debes, à pupillo [a] ſine tutoris authoritate ſtipulatus fuerit. quo caſu res amittitur. Nam & prior debitor liberatꝰ, & poſterior obligatio nulla eſt [b]. Non idem [c] iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus, nam tūc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſtea nullus ſtipulatus [d] fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua poſtea ſtipuleris: ita demū nouatio fit [e], ſi quid in poſteriore ſtipulatione noui ſit: fortè ſi conditio, aut dies, aut fideiuſſor adijciatur, aut detrahatur. Quod autem [f] diximus, ſi conditio adijciatur, nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem, ſi conditio extiterit: alioqui, ſi defecerit, durat prior obligatio. Sed cùm hoc quidē inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationem, cùm nouandi [g] animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouādi [h] animo videretur hoc fieri, & quaſdam de hoc præſumptiones alij in alijs caſibus introducebant [i]: ideo noſtra proceſsit conſtitutio [k], quæ apertiſsimè definiuit: tūc ſolùm nouationem prioris obligatiōis fieri, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinam obligationem, & ſecundam ei accedere [l], vt maneat ex vtraque cauſa obligatio, ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertius cognoſcere.

Contractus qui conſenſu contrahitur, contrario conſenſu re non ſecuta, diſſoluitur. Arg.

a A pupillo: qui naturaliter tenetur: vt. ff. de nouat. l. j. in fi. ſi eſt maior infante. alias nec naturaliter: vt. ff. de act. & obli. l. pupillus.

b Nulla eſt. ſed nunquid reſtituitur creditor in priorem debitorē? Quidam dicunt quod ſic: vt. C. de repu. l. j. §. j. & ff. de fideiuſſo. l. ſi Titius. §. huic. quæ eſt contra. & quod hic dicitur, res amittitur, ſcilicet, iure cōmuni: ſed non per reſtitutionem, vt dictū eſt. Alij, vt Plac. dicunt hanc in impubere (quaſi ſtulte acceperit hic creditor tam paruulū) illam in pubere loqui. Vel verius refert, an minor iuuetur, vt i nō teneatur per beneficium reſtitutionis: & tunc etiā reſtituitur creditor in veterem debitorem, vt ibi. An vero non reſtituatur: quia non eſt neceſſe, cum tantum naturaliter ſit obligatus [1]: vt. ff. de nouatio. l. j. in fi. & tunc nec creditor reſtituitur, vt hic: nec etiam tunc quando dolo creditoris minor fuit obligatus: vt. ff. de fideiuſſ. l. ſi Titius. §. fin. (Vnde * huic doloſo non ſuccurrit: quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui cōmittit in legem. ff. de mino. l. auxilium. in fine. & l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum, & ad Velleianum, ſi decipiendi.) Quod etiam in muliere diſtinguitur: nā reſtituitur in primū debitor actio ea ſubducta per Velleianum: vt. C. ad Vell. l. ſi mulier. niſi fuerit dolo inducta: vt. ff. ad Vell. l. qdā. & d. l. ſi Titius. in fi. At ſecus eſſet, vbi nulla eſſet ſecunda obligatio, vt in ſeruo ſubijcitur: quia non poteſt etiam naturaliter teneri fideiubendo vel intercedendo quoquo modo: vt ff. de fideiuſſ. l. ſeruus inſcio. & leg. ſequen. Idem etiam in infante dicam, qui ſecundo ſe obligauerit. Nam cum nulla ſit, non tollitur prima, cum non habeat in quem tranſeat. Quidam tamen dixerunt naturaliter ſeruum teneri, etiam fideiubendo, quod falſum eſt: nam nec aliter tenetur, niſi naturaliter: cuius occaſione dominus tenetur de peculio: at hic non tenetur: vt. ff. de peculio. l. iij. §. ſi filiuſ. & facit ad hunc. §. ff. de fideiuſſo. l. ſi Titius §. huic ſimilis.

1 Et ita cō muniter tenetur niſi virtute ca lis natura lis obliga tionis ſol uiſſet: quia tunc cōtra ſol. & con tra oblig. reſtitueretur. Ang.

* Hęc clauſula vnde &c. vſque ad illā qđ etiam, non eſt Accurſij.

Seruus nō poteſt obligari fideiubēdo.

c Non idem. ſed quæ eſt ratio diuerſitatis inter hunc §. & ſuperius reſponſum? Reſpond. quia ibi ſaltem naturalis obligatio fuit, hic nulla in ſeruo, vt ibi diximus. Item hoc ideo: quia pupillus, potuit obligari naturaliter & ciuiliter cū authoritate tutoris: & per eum ſcilicet, creditorem ſtetit: quare ſibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & poſterior non manet. Seruus autem nullius authoritate poteſt obligari ciuiliter: ideoque non imputatur, ſcilicet creditori. vnde etiam actio prior durat.

ADDITIO. Dic quod ſeruus non poteſt eſſe fideiuſſor alicuius, niſi ex cauſa peculiari: vt. l. iij. §. filiusfamilias. ff. de pecul. Ang.

d Stipulatus. i. interrogatus. Stipulor em. i. interrogo, ſecūdum Priſcianū. ſic accipitur. ff. de cōdi. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi decē.

Stipulor ſignificat interrogo.

Nouatio triplici re ſit.

e Nouatio fit. nota hic tria iura circa nouationem, antiquiſsimum, vbi etiam. ſi nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: vt ff. de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. fina. Item nouum, vbi nouatio præſumptiue fiebat, quoties noui quid interueniret: & ſemper intelligebatur hoc agi: vt hic, & ff. de nouat. l. ij. Item tertium, quando hoc expreſſum diceret: vt. C. de nouatio. l. final. Vel dic tantum (& verius) duo eſſe. Primo fiebat ſi hoc agebatur expreſſe vel tacite: vt. ff. eodem. de nouatio l. ij. & nouo iure (ſi id exprimatur: vt j. eod. §. proximo. & in dicta. l. obligationum fere.) nouū interueniebat, ſcilicet, ſtipulatio pœnalis. & facit ad hoc ſ. quibus modis teſtamen. infir. §. j. & ff de re iudicata. l. iiij. §. ſi ex conuentione. & §. ſed & ſi pignora.

ADDITIO Et nota quod caſus, in quibus olim ex verbis expreſsis inſurgebat tacita coniectura nouationis hodie non corriguntur: quia in illis fit nouatio ſaltem ope exceptionis. Ang.

f Quod autem. facit. ff. de noua. l. quoties.

g Cum nouandi. expreſſe vel tacite.

h Quando nouandi ſ. tacite.

i Introducebant. & alij in alijs: vt quia forte aliquid noui in obligatione erat adiectum: vt. ſ. eo. §. verſicu. ſed ſi eadem.

k Conſtitutio. vt. C. de nouatio. l. fi. Accur.

l Accedere. ſit tamen exactio tantum ſemel de eo: vt ff. de reg. iur. l. bona fides.

Hoc amplius. CASVS. Iam vidiſtis tres modos principales tollendæ obligationis, quarto etiam modo obligationes, quæ conſenſu naſcuntur, contrario conſenſu tolluntur: veluti, ſi conuenerit inter me & Titium, vt fundum Tuſculanum habeam emptum pro centum deinde nondum pretio ſoluto, nec fundo tradito, placuerit inter nos; quod ab emptione & venditione diſcedatur, inuicem liberamur: & ſic per contrarium conſenſum tollitur obligatio conſenſu contra-

tract

Hoc amplius, ex obligationes, quæ conſenſu[a] contrahuntur, contraria voluntate diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanũ emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nõdum ſecuta, id eſt, neque pretio ſoluto[b], neq; fundo tradito, placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione: inuicem liberantur. Idem eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendũt: ſicut iam dictũ eſt[c].

Finis tertij Libri.

tracta. Idem etiam intelligas in omnibus alijs contractibus ex conſenſu deſcendentibus. hoc dicit vſque ad finem.

a Quæ conſenſu. ſcilicet ſolo, ſed quæ ſunt hæ? Reſpon. enumerantur. ſ. de obli. ex conſenſu. Item in quibuſdam ex maleficio, vt nudo cõſenſu etiam tollant ipſo iure, vt iniuriarum, item furti, & ſimiles: vt. ff. de pac. l. ſi tibi decem. §. quædam actiones. aliç non ipſo iure tolluntur conſenſu, ſcilicet pacto de non petẽdo, ſed per exceptionem: vt. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. Acc.

b Neque pretio ſoluto. ſed quid ſi partẽ pretij ſoluat? Reſpon non eſt res integra, & ideo nõ receditur nudo cõſenſu, ſed ita demũ ſi hincinde facta ſit retro traditio: vt C. quã li. ab emp. diſce. l. j. & ff. de pac. l. ab emptione. & eſt ratio vtrobiq;: quia nihil eſt tam conueniens naturali æquitati, quã eodẽ genere quodq; diſſolui, quo ligatum eſt: vt. ff. de reg. iur. l. nihil.

c Dictum eſt. ſ. eo. §. & no. in fi. huius tit. xij. eſſe modos, per quos tollitur obligatio tam ciuilis quam naturalis ipſo iure, vt nullæ maneant reliquiæ. Per ſolutionem: vt. ſ. eo. in prin. Item per acceptilationẽ; vt. ſ. eo. §. item per acceptilationem. Item per nouationem voluntariam: vt. ſ. eo. §. præterea. & ſ. proxi. §. Item per nouationem neceſſariam, vt per ſententiam & conteſtationem litis, vt ſi alius meo nomine ſubeat pro me iudicium animo nouandi, & liberandi me: vt. ff. de noua. l. delegare. j. §. & l. aliam. Item per compenſationem: vt. j. de act. §. penulti. & §. in bonæ fidei. Item per delegationem: vt. ff. de noua. l. delegare. j. reſpon. Item per confuſionem debiti: vt. ff. de fideiuſ. l. ſi debitori creditor.[2] Item per oblationem, conſignationem, & depoſitionem: vt. C. de ſol. l. obſignatione. & etiã ipſo iure: vt. ff. depoſi. l. j. §. ſi pecunia. in fi. §. Item per interitum ſpeciei: vt. ff. de verb. obli. l. ſi ex legati. Item maleficio ſuo mora non præcedente, vt per conſtitutionẽ, ſi quis in tantam. vel per edictum diui Marci: vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & ff. quod metus cau. l. extat. & ff. ad legem Iuliam de vi priua. l. penulti. Item nudo conſenſu quãdoq;: vt in hoc. §. Item nudo pacto, vt in maleficijs. Sed & alijs modis tollitur non vtraq;, ſcilicet ciuilis & naturalis, ſed interdum ciuilis tantum, & remanet naturalis, vt per ſententiam: vt. ff. de condic. indeb. l. Iulianus. Item remanet ciuilis, & tollitur naturalis, vt per pactum, & chirographi redditionẽ, et iuſiurandum: vt. ff. de ſolu. l. Stichum. §. naturalis. Ipſa etiam ciuilis ſic eliditur, vt non habeat vigorem: vt. j. de except. §. præterea. Item ſunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per exceptionem; quos habemus. j. de except. per totum. Accurſius.

a Obligationes quę ſolo cõſenſu cõtrahũtur, ſolo diſſẽſu ſoluunt. l. nihil tam. ff. de reg. iur. Aegi. per.

1 Hoc verũ intellige quo ad pręiudiciũ partis: nõ fiſci vel rei pu. ſicut econtra princeps faciẽdo gratiã maleſactori: non tollit ius pœnæ quæſitæ parti. Ange.

2 Intellige facta cõgruo loco & tẽpore: & ſola ſufficit in iudicio, idẽ extra iudicium ſi res ſit immobilis: alias ſecus: quia requiritur cõſignatio & depoſitio Ang.

3 Proinde addas, qđ creditor reddens inſtrumentũ videtur tacitũ pactũ inire de nõ petẽdo, & ideo ſolã naturalem oblig. tollit. l. Labeo, la ij. ff. de pact. Secus autẽ i pignoris redditiõe, per quam non videt remiſſũ debitũ. Et ratio diuerſitatis eſt, quod inſtrumenti redditio nullã afferet aliã vtilitatem, quam debiti remiſſionẽ: cõtra vero pignoris redditio. De qua vide per Barto. in l. itẽ quia. & d. l. Labeo. & hic per. Por.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex delicto naſcuntur.

Hanc continuat, vt in princi. breuiter patet, continuetur. Dictum eſt ſuprà, de obligationibus ex contractu, & ex quaſi contractu: Verùm quia eſt reperire obligationes, quæ ſunt ex delicto, & ex quaſi delicto: ideo videndum eſt de ipſis. Sed quia obligationes ex delicto ſunt maiores & generaliores, ideo de ipſis primo videndum eſt.

Inſtitutionum, ſiue elementorum D. Iuſtiniani ſacratiſſimi principis

Liber IIII.

TITVLVS I.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ ex delicto naſcuntur.

Omnis obligatio ex delicto, naſcitur ex re, id eſt, ex maleficio. Aretinus.

CVm ſit expoſitum libro ſuperiori de obligationibus ex

CVm ſit. Totus iſte tit. in nouẽ partes diuiditur. Primo continuat iſtum librum ad librum præcedentẽ. Secundo ponit definitionem, alluſionem, & diuiſionem furti ibi, Furtũ eſt contrectatio. Tertio ponit duo genera furtorum, eorum pœnam annectendo: ibi, Manifeſtũ eſt. Quarto in quibus rebus fiat furtum, & quando fur excuſetur: ibi, Furtum autẽ fit. Quinto quãdo quis pręſtat opem: Ibi, Interdũ furti. Sexto quãdo illi, qui ſunt in poteſtate alterius; domino vel patri furantur: ibi, Hi qui. Septimo cui competit actio furti: ibi, Furti autem actio. Octauo an impubes committens furtum teneatur: ibi, In ſumma. Vltimo ponit, quæ ſit vera pœna furti manifeſti. CASVS Cum igitur in ſuperioribus ſatis dictum ſit de obligationibus, quæ ex contractu vel quaſi contractu naſcuntur: nunc tractandum eſt de obligationibus, quæ ex maleficio vel quaſi deſcendunt. Scire tamen debetis, quod obligationes quæ naſcuntur ex contractu, in quadruplici genere reperiuntur, vel in quatuor genera diuiduntur. obligationes tamen quæ naſcuntur ex maleficio, in vno genere reperiuntur. ſemper enim naſcũtur ex re ipſa, id eſt, ab ipſo delicto perpetrato veluti ex furto, aut damno, aut iniuria. hoc dicit. Sed ſuper. §. iſto dubitari poteſt ſuper id quod dicit, quod obligationes ex contractu in quatuor genera diuiduntur: obligationes tamen quæ ex maleficio naſcuntur, ſunt vnius generis. Et quia ſicut obligationes, quæ ex contractu naſcuntur: aliquando ex re, aliquando ex verbis, aliquando ex literis, aliquãdo ex conſenſu naſcuntur: ſic obligatio quæ ex maleficio oriuntur, aliquando fiunt re, vt patet in furto: aliquando verbis, vt patet in contumelia: aliquando literis, vt patet in libello famoſo ad infamiam alicuius cõpoſito: quid eſt ergo quod dicit obligatio. ex maleficio eſſe vnius generis magis, quam obligationes ex contractu? Si dicas, quod omnes naſcuntur ex re ipſa, id eſt ex maleficio ipſo: ſic ſimiliter & ex alia parte omnes obligationes ex contractu naſcuntur. Ad hoc dicas, quod ex vno fonte naſcuntur obligatio. ex maleficio, ideoque omnes ſunt eiuſdem generis. vnde licet omnes ſint odioſæ, & ſtricti iuris, & diuerſam habeant pœnam: ſecus tamen eſt in obligationib. quæ naſcuntur ex contractu: quia diuerſam ſortiuntur naturam ſecundum diuerſam contractuum qualitatem. Quædam enim ſunt obligationes bonæ fidei, quædam ſtricti iuris. Item obliga. quæ fiunt ex maleficio, ſtatim obligant maleficio commiſſo. ſic autem non eſt in obligationibus, quæ naſcuntur ex cõtractu. Sed diceret aliquis: Nõne actio iniuriæ diſsimulatione aboletur?

aboletur? quare ergo ipſo maleficio nō videretur maleſactor obligatus? Reſpon. imo deberes contrarium concludere: ſi enim aboletur diſsimulatione, ergo nata fuit. hoc dicit. Franciſcus.

licet nō principaliter, ſecundario tamen voluit ſaccum ſurripere. Alius caſus eſt: vt ff. de condi. cau. da. l. pe. §. ſed ſi tuus. in glo. fina. Item ſubaudi ad diffinitionem, quæ fit inuito domino: nam eo volente non poteſt cōmitti furtum. vt. j. eo. §. placuit.

contractu[a], & quaſi ex contractu[b] ſequitur, vt de obligationibus ex maleficio[c], & quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed illæ[d] quidam (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuidūtur[e]: hæ[f] verò vnius generis ſunt. nam omnes ex re naſcuntur, id eſt, ex ipſo maleficio: veluti ex furto, rapina, damno, iniuria[g].

Furtum latius clariusq; ſic definitur: furtum eſt contrectatio rei alienæ, inuito domino, frauduloſa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, vel poſſeſſionis.

† Furtum eſt cōtrectatio[h] fraudulosa[i] lucri faciendi gratia, vel ipſius[k] rei[l], vel etiam vſus[m] eius, poſſeſſionis[n] vt: quod lege naturali[o] † prohibitum eſt admittere. Furtum autem vel à furuo, id eſt nigro dictū eſt, quòd[p] clàm & obſcurè fit, & plerunq; nocte, vel à fraude: vel à ferendo, id eſt auferendo[q]: vel à Græco[r] ſermone, qui φῶρας appellāt fures. Imò & Græci ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας, dixerunt.*

Qui cum re furtiua enit, quā eò peruenerit, quò furtum perferre deſtinaret, vbiuis locorum deprehenſus fuit: fur eſt manifeſtus: qui ſi locum deſtinatum iam aduenerit, etiā ſi demū cū re deprehendatur, nō manifeſtus dicitur.

Furtorum autem duo ſunt genera: manifeſtum, et nec manifeſtum.

a Ex contractu. vt. ſ. de obliga. ex contractu. vſque ad tit. de obliga. ex quaſi contractu.

b Quaſi ex contractu. vt. ſ. de obliga. quæ ex quaſi contractu. Accur.

c Ex maleficio. caue tibi: quia licet hic ꝓmittat dicere de omnibus his[1], non tamen dicet in hoc titu. de ijs quæ ſunt ex quaſi maleficio: ſed dicet. j. de obliga. ex quaſi malefi. Nec etiam de omnibus, quæ ex maleficio, ſed de ſolo furto agit in hoc ti. ſicut & alias rubrica eſt generalior, quam ſit text. vt. ff. ſi cer. peta. & de con. cer. et. C. de rebus cred. & iureiur. Nam non dicit ibi de rebus cred. ſed in ſequentibus titu. poſt illum.

ADDITIO. Nota, ꝙ nō eſt inconueniens, quod rubrica ſit aliquādo generalior tex. de quo dic vt dictum eſt. ſ. in rubrica proœmij. Ang.

d Sed illæ. ſ. quæ ſunt ex contractu: non autē repetit eas: quæ ſunt ex quaſi contractu.

e Diuiduntur. ſ. hæ, verbis, literis, & conſenſu: vt. ſ. de obliga. §. fina.

f Hæ. ſ. quæ ſunt ex maleficio, vel quaſi.

g Iniuria. ſed nōne fit iniuria verbis, & conuitio: vt ff. de iniur. l. j. §. iniuria. Item literis infamatorijs: vt. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. & j. de iniur. §. j. Sed certe & tunc ex maleficio fit, & ſic re fit: quia maleficium fit verbis vel literis: & ſic habet locū, quod hic dicitur. Accurſius.

Furtum &c. CASVS. Quæſiui à legiſlatore quid eſſet furtum, & quid rapina &c. Et ipſe primo ponit definitionem de furto, dicens, quod furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino. & exponit hoc nomē rei di. ſiue ipſius rei, id eſt proprietatis, ſiue poſſeſsiōis. & iſtud furtum communiter fuit prohibitū à lege diuina. ſ. per præceptum illud. Non furtū facies. h. d. Frāc.

h Furtum eſt contrectatio &c. & facit extra de elec. ca. dudum ij. circa prin. in ver. retinendo. & ibi gl. furtum. hæc exigitur in furto, & ſine ea non fit furtū: licet volūtas, vel alia verba, vel ſcriptura interueniat: vt. ff. eo. l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum. & l. inficiando. in prin. & l. j. §. ſola. Quandoq; tamen ſine contrectatione, vt in charta raſa: vt. ff. eo. de fur. l. qui tabulas. §. ſi. & l. ſi quis vxori. §. ſi quis aſinum. Sed certe ibi cōtrectatio interceſsit, cum generaliter contrectationem accipiamus: licet non fuerit ibi amotio. Accur.

i Fraudulosa. hoc ideo dicit, quia ſi credat ſibi licere non facit furtum: vt. ſ. titu. j. §. quia tamen. Itē ſi credat dñm permiſſurū, nō facit furtū. j. eo. §. placuit. In duobus tamē caſibus videtur furtum fieri etiam ſine fraude furandi. vt in eo qui ſaccum pecuniæ ſurripuit. Nam etiam ſacci noīe furti tenetur: licet ſaccū non propoſuerit furari, ſed pecuniam: vt. ff. eo. l. qui ſaccū. Sed certe

k Vel ipſius. ſ. rei, id eſt, proprietatis ipſius rei.

l Rei. ſubaudi mobilis. nā de immobili nō poteſt fieri furtū: vt. ſ. de vſuc. §. quod autē. niſi in caſu, vt i creta. Sed certe iā illa eſt mobilis: vt. ff. e. de fur. l. ſi cretæ. Itē ſubaudi, corporalis. nam de incorporalibus nō fit furtum: cum nec contrectatio in his eſſe poſsit: vt ff. de acqui. re. do. l. ſeruus. §. incorporales. Itē ſubaudi, alienę: quia rei meę non facio furtū, in eo quod eſt meum, ſed ſecus in cōmuni: vt. ff. eo. l. ſi ſocius.[2] Idē & ſi eſt nullius: vt hæreditariæ rei nō ſit furtū: vt. ff. e. l. hęreditariæ. & ideo dixi ſubaudiri, alienæ.

m Vſus. vt habes exemplum. j. eo tit. §. furtū aūt fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Rū. vſus æſtimatio tantū quadruplicabitur, vt nō plus extendatur pœna, quam delictum: vt. C. de pœ. l. ſancimus. in fine. & facit ff. eo. l. vulgaris. in fi. & l. ſi quid fur. j. rn̄. §. j. & §. ij. & l. verū eſt. Alij dicūt etiam ipſam proprietatem debere æſtimari: quia nō poteſt ſeparari vſus à proprietate: vt ff. eo. l. qui iumēta. & l. ſi vendidero. §. cū autē. Prima tamen verior eſt: vt not. in l. ij. C. de ſer. fug. ADDITIO. Dic primam opi. ꝙ vſus tantum quadrupletur. tenet glo. in l. ij. C. de ſer. fugi. & ibi Cyn. & docto. in gloſ. in l. qui furtum. ff. de condic. fur. & iſtam opi. ſequitur Bart. in dicta. l. qui iumenta. ff. eo. Ang.

n Poſſeſsionis. ex hoc dico ipſam poſſeſsionē duplicari, cum aliud ſit pretium rei, aliud poſſeſsionis: vt. ff. vti poſ. l. ſi duo. §. fina. & ſubaudi quod hoc fecerit animo lucrādi, alias non eſt furtum: vt. ff. eo. l. j. §. j. Acc.

o Lege naturali. i. diuina. vnde illud, Non facies furtū &c. Itē illud. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

p Quod. id eſt, quia.

q Auferendo. quia fur aufert.

r A' Græco. phor Græce, dicit fur Latine. & phoras. i. fures. & epautophoro. i. manifeſtus fur. ſ. qui cum re deprehenditur, & eſt indeclinabile. nam apud Græcos aduerbium eſt. alias dicitur autophoros.

Furtorum autē &c. CASVS. Satis. ſ. dictū eſt, quid eſt furtū, & vnde dicatur. modo dicēdum eſt, quot ſunt genera furtorū: & dicitur quod duo: quia furtū aut eſt manifeſtū, aut nō manifeſtū. Imo diceret aliquis, quod quatuor ſunt genera furtorū. Aliud eſt manifeſtū, aliud nō manifeſtū, aliud cōceptū, & aliud oblatū. Et rū. ꝙ nō eſt ita: quia conceptum & oblatum ponunt ſpecies potius, quam genera. Et dubitatur ſuper hoc, quod in iſto. §. dicitur. ꝙ ſi extraneus viderit furem rem meam furtiue aſportantem, ꝙ propter viſionem extranei fur ille dicitur manifeſtus, & ita actione furti manifeſti tenetur mihi ad quadruplū; & ita viſione extranei mihi acquiritur

1 Dic qđ iſta gl. nō fuit neceſſaria: quia imperator non dicit qđ in iſto titu. ſit de oībus maleficijs tractaturus: ſed in iſto lib. Ang.

† Furtorū genera, & pœnas copioſe explicat Anto. Augu. emen. libr. iiij. ca. iiij.

† Furtum prohibitū eſt iure naturali, vt hic. & l. j. ff. e. Iuſtinus. lib. ij. Nullū crimen apud Scytas furto grauius q iure naturali tantum vtebātur idē dicit iure diuino. Exo. ij. Nō furtū facies. & leuiti. xix. & Deutero. v. et Exo. xxj. Qui furat⁹ fuerit hominē & vēdiderit morte moriat. Vide glo. in l. j. §. i⁹ naturale. ff. de iuſtitia & iur. Aegi. par.

* Alias, Gręci à ferendo φῶρας dixerūt.

2 Dic tamen quod licet ſocius poſsit cōmittere furtum tamē non pſumit: vt l. merito. ff. pro ſo. qđ eſt verū quando ſocius vtitur re ad cum vſum ad quē eſt deſtinata: vt. l. Sabinus. & l. ſi ædes. ff. cō muni diui. ſecus ſi aliter vteretur ita qđ auferatur ſocio cōmoditas partis ſuæ: vt di. l. Sabinus. ita dixit Bar. in d. l. ſi ſocius. Ange.

quiritur actio: quod eſt cõtra illud generale: Per liberã perſonã nihil nobis adqri. Ad hoc dicũt quidã, ꝙ hoc eſt ſpeciale in odium furti: ſicut & in odium furis hoc introductũ eſt, ꝙ aliquis teneatur act. furti perpetuò: tñ aliæ prætoriæ actiones pœnales ſunt annales. Alij dicunt ꝙ in iſto caſu mihi acquirif actio nõ per liberã perſonã: ſed ex delicto furis mihi acquirif, cũ exinde vinatur. h. d. Franc.

Nam conceptum & oblatum ſpecies [a] potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: ſicut inferius apparebit [b]. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτο φώρῳ † appellant: nec ſolùm is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: veluti, qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam deprehenſus fuerit: & qui in oliueto, oliuarum, aut in vineto, vuarum furtũ fecit, quandiu in eo oliueto, aut vineto deprehenſus fuerit. Imò vlterius furtum manifeſtum extendendum eſt, quandiu eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato, vel à domino, vel ab alio [c] ante, quàm eò peruenerit, quò deferre, vel deponere deſtinaſſet [d]. Sed ſi pertulit, quò deſtinauit: tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur †: Nec manifeſtũ [e] furtum quid ſit, ex ijs, quæ diximus, intelligitur. nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet, nec manifeſtum eſt.

Varia furtorum genera, ex quibus quoque varia actionum ſpecies prodibant, hodie in deſuetudinem abierunt: Qui ſciens prudensq; res furtiuas & receptauit & occultauit eſt, furti non manifeſti obnoxius ſit.

Conceptũ furtum dicitur [*], cùm apud aliquẽ teſtibus præſentibus [f] furtiua res quæſita & inuenta ſit. nam in eum propria actio cõſtituta eſt [g], quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtũ dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaq; apud te concepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quã apud eum, qui dederit conciperetur. nam tibi apud quẽ concepta ſit, propria aduerſus eum, qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quæ appellatur oblati. Eſt etiã prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentẽ prohibuerit. Prętereà pœna conſtituitur edicto prætoris, per actionẽ furti non exhibiti, aduerſus eum, qui furtiuã rem apud ſe quæſitã & inuentam nõ exhibuit. Sed hæ actiones, ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Cùm enim requiſitio rei furtiuæ hodie, ſecundum veterem obſeruationem non fiat [h]: meritò ex cõſequentia [i], etiam præfatæ actiones ab vſu communi receſſerũt: cùm manifeſtum ſit, quod omnes

a Species. id eſt, caſus. Accur.

b Apparebit. vt j. eo. §. conceptũ. & §. oblatum. Accur.

c Ab alio. ꝑ hoc videf infringi regula per liberã perſonã nihil acquiri: vt C. per quas perſo. no. ac. l. j. qđ falſum eſt: qa magis ex delicto ſuo ꝓprio, quã alterius facto hoc euenit: vt. ff. de vſu. l. ſi quis ſolutiõi. §. fi. & ff. quod vi aut clã. l. prohibere. Et ſunt hæc vera. niſi in caſu. ſ. cũ ſe occultauit ille cui fiebat. Nã licet fur viſus fuerit, tñ eſt fur non manifeſtus: vt ff. de fur. l. ſi quis in ſeruitute. §. cæterũ.

d Deponere deſtinaſſet. intantũ ſecũdũ Hug. vt ſi vltra mõtes perferre deſtinaſſet: tñ ſi deprehendatur ante, erit fur manifeſtus.

e Nec manifeſtũ. ſ. qa cõtrariorũ eadẽ eſt diſciplina: vt ſ. de his qui ſui ali. iur. ſunt. §. j. & facit ad hunc. §. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

Conceptũ furtũ &c. CASVS. Dixi Iuſt. Dñe, ſatis vidi quid eſt furtũ manifeſtũ: & ex cõſequẽti quid eſt furtũ nõ manifeſtũ, ſed intellexi à vobis fieri mẽtionem de furto cõcepto & oblato. vñ quæro: Dñe, qđ eſt furtũ conceptũ? Et dicit Imp. Frater, hodie furtum conceptũ non eſt in vſu: olim tamen erat talis eius natura, ꝙ ſi aliquis credebat rem furtiuã in domo alicuius eſſe, ad eam cũ magna pompa cõueniebat: & ſi dominus domus rẽ reſtituere nolebat, quãquam nõ eſſet fur: dabatur tamẽ domino rei cõtra eum actio furti concepti. Olim quoq; erat alia ſpecies furti, quę vocabaf oblatũ: & habebat olim locũ actio furti oblati in tali caſu. Pone ſic: Quidã erat amicus meus ſpecialis & penes eũ erat res furtiua depoſita. Ipſe autẽ videns, ꝙ res furtiua cũ magna diligentia quærebatur, plus diligens ſuam honeſtatẽ quam meã, penes me rem illam furtiuã depoſuit: deinde fuit res illa furtiua penes me inuenta, vnde teneor ego actione furti cõcepti: & ille qui penes me rẽ illã depoſuit, tenef mihi actione furti oblati, ad reſarciendũ quicquid illis ſoluero, conuẽtus act. furti cõcepti. Fuit etiã olim quędã act. quę vocabaf actio furti prohibiti: quę dabatur cõtra eũ, qui me quærere prohibuit teſtibus præſentibus rẽ furtiuã, quã in domo ſua eſſe dicebam. & adhuc ex edicto pretoris fuit inſtituta ac. furti nõ exhibiti aduerſus eũ, qui rẽ furti quęſitã, & penes eũ inuentã nõ exhibuit. ſed oẽs iſtę actiones videlicet furti cõcepti, oblati, ꝓhibiti non exhibiti, quæ propter inquiſitionem rei furtiuæ olim erant adinuentæ, hodie in deſuetudinem abierunt. quippe cũ hodie requiſitio rei furtiuæ locum non habeat, eo quod hodie oẽs, qui rem furtiuã ſic receperint & occultauerint, furti non manifeſti teneãtur. Item quæſiui à Iuſtinia quæ eſſet pœna furti manifeſti? Reſpond. quod pœna furti manifeſti eſt quadruplum, nõ manifeſti autem duplum. Fran.

f Teſtibus præſentibus [t]. Nota, quod magis dicitur notus ille, qui præſentibus teſtibus in delicto deprehenditur, facit l. hęredes palam. in princip ff. de teſti. Angelus.

g Conſtituta eſt. ſcilicet, olim. Accur.

h Non fiat. imo fit: vt. ff. de ſer. fug. l. j. §. hoc autem. ſed illud eſt ſpeciale in perſona ſerui.

i Ex conſequentia. hæc non eſt ſemper bona conſequentia, vt ſublata ſolennitate ideo id tollatur, quod cum ſolennitate fit: vt ſ. de verb. obli. §. ſed hæc. & C. de for. & imp. ſub. l. j. & ij. Accur.

†† Id eſt in ipſo furto admiſſo, ſcilicet deprehẽſum. Alcia. autem li. ij. ꝑtermiſſio. titu. de furtis. legendum cẽſet κλέπτην φανερὸν, id eſt furẽ manifeſtũ. Libera ꝑſona alij non acquirit.

Diſciplina eadẽ eſt contrariorum.

†† Ex verbis legis duodeci tabularũ ſũptũ eſt, inquit Budęus: olim enim nec ꝓ non dicebant. Cic. libr. iij. de legib. Senatori qui nec aderit, aut cã, aut culpa eſto.

* De furto concepto intem que de oblato vide Alcia. lib. Parergõ. v. ca. viij. Vide etiã Anto. Augu. eo loco quẽ. ſ. §. j. citauimus.

t Iſta glo. nõ eſt Accurſij.

Pœna

a Pœna manifeſti. quæ eſt de iure prætorio: vt. ỹ. de perpe. & temp. §. j. Accur.
b Ex ſerui. hoc tamen caſu ſeruus pro noxa dari poterit: vt. ỹ. de noxa. act. in prin.
c Nec manifeſti. ſ. quæ deſcendit ex lege xij. tab. vt ỹ. de no. §. ſunt aũt.

de vſura. §. item ſi is. & facit. ff. de fur. l. inter omnes. §. recte. Sed actione ex eo contractu, vt cõmodati vel ſimili, bene tenetur: vt. ff. eo. l. qui re ſibi cõmodata. Sed ſecus, ſi ſtulte opinor te permiſſurum rem tuam accipere: vt. ff. de fur. l. qui vas. §. vetare. Accur.

qui ſciẽtes rem furtiuam ſuſceperint & celauerint furti nec manifeſti obnoxij ſunt. Pœna manifeſti [a] furti, quadrupli [†] eſt, tam ex ſerui [b], quàm ex liberi perſona: nec manifeſti [c] dupli [d].

Quoniam indebita alienæ rei contrectatio, inuito domino facta, furti alligat contrectantem: quapropter, qui re aliena abutitur, furtum committit.

Furtum autem fit, nõ ſolùm cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet. ſed generaliter cùm quis alienã rem inuito domino [e] contrectat. Itaque, ſiue creditor pignore, ſiue is apud quem res depoſita eſt, ea re vtatur: ſiue is, qui rem vtendã accipit, in alium vſum eam transferat, quàm cuius gratia ẽi data eſt, furtum committit: veluti, ſi quis argẽtum vtendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregre ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa [f] commodatum ſibi, longius aliquò duxerit: quod veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciẽ equũ perduxiſſet [g].

Contrectans rem, quam contrectare credit probabiliter domini voluntate, furti non tenetur.

Placuit tamen eos, qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint: ita furtũ committere, ſi ſe intelligant [h] id inuito domino facere: eumq́ ſi intellexiſſet non permiſſurum [i], at ſi permiſſurũ credant: extra crimen videri, optima ſanè diſtinctiõe: quia furtum ſine affectu furandi non committitur [k].

Qui etiam inuito domino contrectare falsò credit, ſi id volente domino faciat, furti reus non eſt: excipe alieni ſerui improbum ſolicitatorem: quippe qui etiam ſi domini voluntate, eius rẽ aſſequutus fuerit, furti obnoxius eſt: nihilominus ſerui corrupti iudicium ſubiturus.

Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem cõmodatam ſibi contrecta-

Sed quare minor pœna iure. l. xij. ta. imponitur, quã per prætorem? tñ. quia maius delictum eſt: vt. ỹ. titul. proxi. in prin. præterea tẽpore. l. xij. tab. pauperiores erant homines: vnde minores pœnæ imponebantur: vt. ỹ. de iniur. §. pœna. Accur.
d Dupli. niſi in caſu: vt. C. de ſeruis fu. l. mancipia. Ac.
Furtum autẽ fit &c. CASVS. Quęſiui à Iuſti. qualiter fieret furtũ? Reſpõ. dicens, ꝙ non ſolũ fit furtũ, qñ animo intercipiendi. i. intrandi proprietatẽ aliqs quippiã amouerit: ſed etiã cũ aliquis rẽ inuito domino contrectat, vnde ſi creditor pignore vtatur, vel depoſitarius re depoſita penes ipſum: vel res quæ ad vnũ vſum conceditur, in aliũ trãsferatur, quã cuius gratia data eſt: omnibus his caſibus furtũ fit. Vnde ſcire debes, ꝙ illi, q habent rem ſibi ad vnũ vſum cõmodatam: ſi in aliũ vſum cõuertant: ita demũ furtum cõmittunt, ſi ſe intelligant inuito domino hoc facere. Sed pone quid ſi credant ſe inuito dño hoc facere, ſed dñs hoc ratum habeat, fit ne furtum in hoc caſu? Rñ. quod non. Vnde ad hoc quod cõmodatarius conuertens rem ſibi cõmodatam in alium vſum, quam in eum ad quem cõmodata erat, furtum faciat, duo exiguntur, videlicet, ꝙ credat ſe inuito domino hoc facere. & credat eum non permiſſurum. h. d. vſq; ad. §. ſed & ſi. Franciſ.
e Inuito domino. & quandoq; volente: vt. ỹ. eod. §. vnde illud. Accur.
f Geſtandi cauſa. i. ducendi.
ADDITIO. No. contra illos, qui accipiunt in cõmodatum equum vſq; ad villam, & poſtea ducũt eum Bononiam: quia furtum committunt. Ang.
g Perduxiſſet. idem eſt, & ſi alij commodauit. ſpecies enim furti eſt de alieno largiri: vt. ff. e. l. ſi pignore. §. j.
h Intelligant. & eſt ratio: quia volũtas diſtinguit maleficia: vt. ff. eo. l. qui iniuriæ. in ſi. j. reſpon. & facit. C. ad. l. Corne. de ſica. l. j. & ff. ſi cer. pe. l. quod te *. patet in. c. cum voluntate. extra de ſen. excom.
i Permiſſurum. quid ſi hoc credidit. ſ. dominũ permiſſurum: ſed ſtulte credebat? Rñd furti non tenetur: cum non fiat furtum abſq; effectu, vt hic ſubijcit, & ỹ.

ADDITIO. Quid autem in filiofamilias, vxore, viro, vel monacho corruptis: an habeat locum pœna iſtius. §. dic vt per Ang. hic.
k Non cõmittitur. niſi in duobus caſibus, vt dixi. ſ. eo. §. j. Accur.
Sed & ſi. CASVS. Supra dictum eſt, quod furtum non fit, niſi cõtrectatione rei alienæ, & domino inuito. & ita neceſſe eſt, ꝙ duo concurrant, ſcilicet, quod contrectans credat ſe inuito domino contrectare: & quod domino inuito contrectet. & quia ita eſt: ideo quæritur, verum verum eſſet furtum commiſſum in tali caſu: Titius acceſſit ad ſeruum meum, & eum ſolicitauit hoc modo: Serue nequam, vade furare domino tuo res iſtas: & cum eis venias ad me ad caſtrũ meũ, & ego bene defendam te contra dominum tuum. Seruus autem ille acceſſit ad me dominum ſuum: & intimauit mihi omnia hæc. Ego autem volens Titium in furto deprehendere, dixi illi ſeruo meo: Serue bone & fidelis ſuper multa te conſtituam. vnde volo, quod res illas capias: & fugias ad Titium ſolicitatorem. Seruus autem ille de voluntate mea res illas detulit ad Titium: venio poſtea, & res meas furtiuas ſeu furatas, ſimul cum ſeruo meo inuenio apud Titium: facio eum in iudicium conueniri, & intento contra eum, tam actionem furti, quã ſerui corrupti. Ex aduerſo aduocati Titij ipſum viriliter defendentes dicunt ſe paratos eſſe oſtendere, quod neutra iſtarum actione teneatur. Innotuit enim iam nobis tota veritas. Actione enim ſerui corrupti non tenetur, dicunt ipſi: quia ſeruus nõ eſt corruptus: quia nõ habet res illas me inuito: ſed magis me volente: & iuſſu meo fuerunt ſibi deportatæ. Super iſta quæſtione olim fuit magna dubitatio: conſtitutio tñ domini Iuſt. ſtatuit, ꝙ teneat actionibus ambabus: quia quantũ in eo fuit, ipſe res illas inuito dño contrectauit, & etiã ſeruũ corrupit. Et propter hoc ſtatuit Iuſti. ꝙ prædictis duabus actionibus teneatur, vt auferat occaſio delinquẽdi: ne forte ſi in caſu iſto impunitus remaneret, ex huius impunitate alij tentarẽt ſeruos alienos corrumpere, qui de facili poſſent corrũpi: quãquã iſte bonus nõ fuit corruptus. h. d. & litera plana eſt vſq; ad. §. iterdũ quoq; furti. Fri.

† Sic Lucæ. xviiij. Si aliquẽ defraudaui, quadruplũ reddo. Et exod. xij. Si qs furatus ſit bouẽ, aut ouẽ, quinque boues ꝓ vno, & quatuor oues ꝓ vna reſtituet. ſi nõ habuerit qd pro furto reddat ipſe venũ dabit. Et nota quod de furto quęſitis nõ debet fieri elecmoſyna. exemplo Zachæi: ſed potius reddi domino cũ quadruplo: vt ca. ſin. xiiij. q. v. Aegi. p. Furtum facit q de alieno largitur.

Prætor plus punit quam lex xij. tabularum.

* Hoc nõ eſt Accur. Aegi. per.

Furt

re, domino autem volente id fiat: dicitur furtum [a] non fieri. Vnde illud quęſitum eſt, cùm Titius ſeruum Mæuiĳ ſolicitauerit, vt quaſdam res domino [b] ſubriperet, & ad eum [c] perferret, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit [d]: Mæuius autē dum vult Titiū in ipſo delicto deprehēdere, permiſerit ſeruo quaſdā res ad eum perferre. vtrum furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorū prudētium ſuper hoc altercationes ꝑſpeximus, quibuſdam neque furti, neq; ſerui corrupti actionem præſtantibus, quibuſdā furti tantūmodo: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem [e] ſancimus non ſolū furti actionem [f] ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licet [g] enim is ſeruus deterior à ſolicitatore minimè factus eſt, & ideo nō concurrāt regulæ [h], quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſiliū corruptoris ad perniciem [i] probitatis ſerui introductum eſt: vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate [k] & in alium ſeruum, qui facilè poſſet corrūpi, tale facinus à quibuſdā [l] perpetretur.

In filĳs in poteſtate poteſt etiam furtum committi. hoc dicit. Aret.

Interdum etiam liberorum hominū furtū fit [m]: veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit.

Debitor qui ſurripit rem pignoratam creditori, furti tenetur.

Aliquando autē etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rē, quā creditori pignoris cauſa dedit ſubtraxerit [n].

Furti quoq; actione tenetur non modò qui furatur, verùm etiam qui opem & conſilium ad id patrandum, præſtat, eade nq; pœna qua fur condemnandus eſt: qui ſi cōſiliū tantùm dederit nō tenetur.

Interdum quoq; † furti

a Furtum. vt furti actio naſcatur, furtum tamen fit ſecundum quoſdam. Sed certe imo nec furtum fit: vt. ff. eo. l. inter omnes. §. penultimo.

b Domino. ſcilicet Mæuio. Accurſius.

c Et ad eum. ſcilicet Titium.

d Pertulerit. i. domino hoc renunciauerit. vt. C. de furt. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

e Deciſionem. vt C. de fur. & ſer. corrup. l. ſi quis ſeruo alieno perſuaſerit.

Furtū non fit volēti.

f Furti actionē. ſpeciale eſt, qđ hic dicitur: alias nō fit furtū volenti: vt. ſ. ꝓxi. §. & ff. de do. inter virū & vxo. l. de eo. in ſi. quę eſt cōtra. Sed videtur, quod nec hoc caſu debeat eſſe ſpeciale: vt. C. de ſer. fug. l. quicunq;. §. fina. Sed ibi incepit malitia à domino: hic autem ab ipſo corrumpente. Accurſius.

g Licet. i. quāuis. Accurſius.

h Regulæ. quas regulas habemus. ff. de ſeruo corrup. l. j. in princi. & per totum titulum.

i Perniciem. id eſt, deſtructionem.

k Impunitate. ſic infra tit. j. §. ſed nedum talia.

l Quibuſdā. itē & vt vnius pœna ſit metus multorū: vt. C. ad legē Iul. rep. l. j. Et nota in hoc. §. puniri affectū, etiā non ſequatur effectus. ſic. C. de epiſco. & cleri. l. ſi quis non dicam. & C. de ĳs qui ad eccle. confu. l. præſenti. Arg. contra. ff. de pœ. l. cogitationis. Sed certe hæc cogitatio iam deuenerat ad aliquem actum: vnde non erat nuda. Accurſius.

Affectus punitur, licet non ſequatur effectus.

Sic Metellus Celer Sergiū damnauit, & non factū ſed animus in q̃ſtionem deductus eſt: pluſq; voluiſſe peccare nocuit, quā nō peccaſſe ꝓfuit. Vale. maxi. libr. vj. de pudici. Aegid. per.

ADDITIO. Tu dic circa iſtam materiam, ꝙ aut quis non cogitat delinquere: nec agit, nec perficit, & regulariter non tenetur. fallit in caſu. l. quiſquis. C. ad le. Iul. ma. & l. ij. C. de libe. & eorum lib. aut cogitat tantum: & iure poli punitur, nō fori. Aut cogitat & agit, ſed non perficit, & tunc ciuilis actio non datur, niſi delictum de facili tranſeat in exemplum, vt hic. In criminali autem diſtingue: quia pro delicto acceſſorio, puta: quia fregit oſtium vel feneſtras, punitur: non pro principali, niſi proceſſerit ad actum proximum ipſi delicto. quod ex facili impedimento non perfecerit. Aut egit & perfecit, ſed non cogitauit: & tunc ſiue culpa id euenerit, ſiue caſu, ſemper tenetur: dummodo culpa præceſſerit caſum: mitius tamen punitur. quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quando autem agit, cogitat, & perficit: clarum eſt ipſum fore puniendum: nec eſt locus pœnitentiæ. l. qui ea mente. ff. eodem. fallit in. l. ĳ. ff. de cri. ſtel. Ange.

m Furtum fit. non ratione dominĳ, ſed maleficĳ: & ideo ex hoc maleficio nō ciuiliter, ſed criminaliter agitur. Nam cum ſit liberum corpus, non recipit æſtimationē: vt. j. de ob. quę quaſi ex del. §. ob hominem. criminaliter autē extra ordinem ageretur: vt. ff. eo. l. ſi. & de priua. delic. l. fina. mater vero nō agit, ſed & pater non agit cōdictione furtiua: cū ipſa ad poſſeſsionē vel proprietatem competat, quorum neutrum in filio habet locum: vt. ff. eo. l. eum qui. §. an pater. verſi. ſi filius. & l. mater. in princi. & §. liberorum. & ff. de acquiren. poſſeſ. l. cum hæredes. §. fina. & ff. de rei vendicat. l. j. §. per hanc.

Corpus liberum, eſt inæſtimabile.

Cōdictio furtiua ad poſſeſsionem vel ꝓprietatem cōpetit.

ADDITIO. Iſtam gloſ. reprobant docto. q͛a imo ciuiliter agitur, & duplicantur operę vel damna, quæ pater ſuſtinuit: qui licet nō proprie, largo tamen modo habet in filium dominium & poſſeſsionem: quod patet, quia habet rei vēd. de iure Romano: vt l. j. §. j. ff. de rei vendicatio.

n Subtraxerit. ſed hæc res non efficitur furtiua: vt. ff. de vſucapionibus. l. ſequitur. §. ſi rem. & ff. pro empt. l. ſi rē. Vnde dic, ꝙ quandoque eſt res furtiua, & fit furtum, & naſcitur actio furti: vt fere in toto hoc titulo. & ff. eodem. & C. eodem. Interdum nullum eorum eſt: vt ſi re mea vtar. Interdum furtum fit, & res furtiua, ſed actio furti non naſcitur: vt ſupra eodem. §. ij qui. Interdum furtum fit, & actio naſcitur, ſed non fit res furtiua, vt hic dicitur.

Fur, furtiua res & condictio furti, quādoque ſeparantur.

† De materia huius §. vide i. c. qui cū fure. iuncta glo. extra de fur.

Interdum quoq; furti. CASVS. Scire debes, quod quandoque tenetur ille qui furtum non facit: & hoc reperitur in illo, cuius ope & conſilio furtum factum eſt: cuiuſmodi eſt ille, qui de manu tua pecuniam ſeu nummos excuſſerit, vt ab alio ſurriperentur: & etiam qui tibi volenti euadere reſiſtit, vt alius res tuas raperet: necnon & ille qui panno rubro, vel aliquo alio modo oues vel boues fugauerit, vt alius abigeus eas ſurriperet. Et hoc verum eſt, ſi hoc eo animo fecerit, vt alius eas ſurriperet. Si enim per laſciuiam hoc fecerit, & non vt ab aliquo alio ſurriperentur, tunc non tenetur actio. fur. ſed lege Aquil. Cum autem ope vnius alter furtum fecerit, ambo act. furt.

act. furt. tenentur. Et caue ibi, quod bene ſcias literam & naturam diſtinguere: quia, quod iam dictum eſt, quod ille cuius ope fit furtum, tenetur act. fur. intellige de eo, qui opem expreſſam præbuit: ſicut ſi aliquis furtum volentem facere, ſciens quid ipſe facturus eſſet, accōmodauit ſcalas, vt feneſtram aſcendat & frāgat. nam aliter vult litera ſequens. ſ. quod ille qui præbet conſiliū tantum faciēti furtum, act. furt. nō teneatur: veluti ſi aliquis ſolum conſiliū dederit alicui facienti furtū: quia tūc actione furtiua non tenebitur. hoc dicit. Et ita habes in hoc. §. tres caſus. vnus eſt, quando aliquis opē vel conſilium expreſſum præbuit furtū facienti. ſecundus quando opem vel conſilium tacitum. tertius, quādo ſolū conſiliū, & nō opē. In primis duobus caſibus tenetur act. furt. in tertio non tenetur. h. d. Fran.

tenetur[a], qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is, cuius ope & conſilio furtum factū eſt. In quo numero eſt, qui tibi nūmos excuſsit, vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius [b]rem tuam exciperet: aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres ſcripſerūt de eo, qui panno rubro fugauit armentū. Sed ſi quid eorū per laſciuiā[c], & nō data opera, vt furtum admitteretur, factum eſt: in factum [d]actio dari debet. At vbi [e]ope Mæuij Titius furtū fecerit: ambo furti tenentur. Ope † & conſilio eius quoq; furtū admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit[f]: aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, vt alius furtū faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciens cuius rei gratia cōmodauerit. Certè, qui nullam opem ad furtum faciēdum adhibuit: ſed tantùm conſiliū dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum: nō tenetur furti [g].

Si quid filius patri furto ſurripit, furtum facit, idq; furtiuum efficitur: & ea propter inuſucapibile: filius tamen furti conueniri minimè poteſt: opem autem & conſilium illi præſtans poteſt.

Ij, qui in parentum vel dñorum poteſtate ſunt, ſi rem eis ſurripiunt, furtum quidem faciunt: & res in furtiuā cauſam cadit: nec ob id [h]ab vllo vſucapi poteſt antè, quā in domini poteſtatem reuertatur. ſed furti actio non naſcitur [i]: quia nec ex alia vlla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si verò † ope & cōſilio alterius furtum factū fuerit: quia vtiq; furtū committitur, conueniēter ille furti tenetur, quia verum eſt, ope & conſilio eius furtum factum eſſe.

Actio furti competit illi cuius intereſt furtum factum non eſſe. [illegible]

Furti autē actio ei competit, cuius intereſt [k]rem ſaluā eſſe, licet dominus non ſit. Itaq; nec domino aliter competit, quàm ſi eius interſit rem nō perire. Vnde cōſtat, creditorem de pignore ſurrepto furti actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere. adeò quidem, vt quāuis ipſe debitor eam rem ſurripuerit: nihilomi

a Furti tenetur. non manifeſti: licet etiam deprehendatur: vt. ff. eodem. l. is qui.

b Alius. facit ad hoc. ff. ad le. Aquiliam. l. ſi ſeruus. ſeruum. §. ſi quis. de manu mihi. & ff. e. l. furti. §. penult. & l. qui ſeruo.

c Per laſciuiam.[1] id eſt, ſtultitiam.

d In factum. i. vtilis legis Aquiliæ, ſi corpora læſa ſint: alioq; ſubſidiaria, vt. j. ad le. Aquil. §. fina. &. §. penul.

e At vbi. aduerſatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.

f Supponit. Nota hic dari cōſilium ſolo facto, alias dicitur conſilium, hominis intentio vel propoſitū: vt. ff. eo. l. ſi quid ſur. §. j. Item dicitur conſilium, quod alij datur bonum vel malum: vt. ff. eo. l. in furti. §. pe. in fine. Item conſilium dicitur, quod capitur à multis: vt. C. de leg. & conſti. l. humanum.

g Non tenetur furti. cum alias eſſet facturus furtum etiam ſine conſilio huius, alias. i. ſi non erat alias facturus: tenetur vterque. ff. de fur. l. qui ſeruo. & de ver. ſig. l. ſæpe.[2] Aliud videtur in actione ſerui corrupti: vbi tenetur etiā ſi alias eſſet facturus, nec enim oportet laudando augeri malitiā: vt. j. ad le. Aquil. §. cæterū. &. j. de act. §. in quadruplum. & ff. de ſer. corrup. l. j. §. perſuadere. Sed quæ eſt ratio? Reſpon. quia hic agitur de delicto ſecuto poſt perſuaſionem, non autem ex ipſa perſuaſione. Et ideo diſtinguit, an erat alias facturus, vel non, ſed in alijs caſibus ex ipſa perſuaſione agitur, quicquid poſtea ſequatur: vt. ſ. eo. §. vnde illud. dummodo non ex interuallo nimio ſequatur: vt. ff. de ſer. corrup. l. in hoc. & l. Neratius. Itē eſt contra. j. de iniu. §. non ſolum. Sed ibi non erat alias facturus, & fecit.

Ij, qui in &c. CASVS. Meus filius vel ſeruus meus codicem meum mihi ſurripuit: nunquid poſſum cōtra eum agere act. furt. Rñ. quod non. res tamē ipſa in furtiuā cauſam deuenit, vnde vſucapi poteſt ante, quam in domini poteſtatem reuertatur. Si tamen aliqs filio meo, vel ſeruo mihi furtum faciēti ipſe conſilium & opem dederit: tenebitur actione furti. Franciſcus.

h Nec ob id. quod verum eſt, ſcilicet rem furtiuam non poſſe vſucapi, niſi fuerit lis æſtimata, vel dñs vendiderit furi: vt. ff. eod. l. quamuis. in fine ti. Accurſius.

i Non naſcitur. niſi ſit filius habēs caſtrēſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, vbi filius tenet patri, & pater filio. Idem de vxore, quod hic de filio dicitur: vt. ff. eo. l. ſi qs vxori. in prin. & in. §. j.

Furti autē actio &c. CASVS. Dixi legiſlatori: Domine, iam bene video, in quibus pōt fieri furtū: quia nedum in re aliena, ſed & in re ꝓpria. Sed dñe, pro Deo cui competit actio furti? Ipſe reſpon. dicens, quod act. furt. competit ei, cuius intereſt rem non fuiſſe ſurreptam. quamuis non ſit dñs rei ſurreptæ: quia etiam ipſi dño rei non competit, niſi eius interſit furtum factum non eſſe. vnde ſi creditori res obligata ſurripiatur: dño rei. ſ. debitori non competit act. furt. ſed magis creditori ipſi. quamuis enim creditor habeat actionem perſonalem. per quam poſsit à debitore ſuum conſequi, ſi idoneus fuerit debitor: tamen tutius eſt ei pignori incumbere, quā in perſonam agere. & hoc vult innuere: quia ſi debitor creditori pignus ſurripuerit, poterit creditor contra debitorem actio. furti experiri. hoc dicit.

k Cuius intereſt. etiam modice; vt. ſ. titu. j. §. fina. & ff. vi bo.

† Cōcor. cū hoc. §. c. ſi culpa. iuncta gl. ſuper ver. tuliſti. extra de iniu. & dam. dat.

1 Quid ſit laſciuia pulchre Bud. in anno. ad pandectas tit. de loca. & conducto. l. ex cōducto. §. ſed & ſi labes.

2 Dic vt per Bar. in l. non ſolū §. ſi ex mādato. ff. de iniu. aduertas tamen quod iſto caſu concedēdum eſt, quod teneatur de dolo vt. l. ſi cum) ſciret ff. de dolo. Angel.

† Scilicet alias vbi principale non tenet, nec acceſſorium. l. græce. §. illud. ff. de ſi deluſſ. hoc tamen fallit hic: qa licet principalis faciens furtū non teneatur, tenetur tamen pſuaſor. Vide Bar. in. l. ſi quis ſeruo. ff. eo. Angi. per.

Idē ſi redeat in domini poteſtate: de quo dic vt per Ange. i. §. aliquā do. ſ. eo.

Furti agit cuius intereſt.

ff. vi bo. rap. l. ij. §. in hac actione. verſi. ſed ideo addidi. Item oportet, ꝙ interſit ex iuſta cauſa & probabili. nã ſi eſt malæfidei poſſeſſor vel huius rei fur, furti nõ aget: vt. ff. co. l. itaque. circa princ. verſi. ſed furti. &. l. cũ qui emit. §. is autem. Sed ſi bonum initiũ habuerit: vt quia ſibi cõmodaui, vel locaui, habet actionem furti. Et hic eſt caſus, in quo fur furti agere poteſt: vt. ff. eo. l. qui vas. §. ſi ego tibi. vſ. qa non debueras. ibi, furtum admiſeris.

Fur furti quandoꝙ agit.

a Competat. cõtra debitorem, qui ſurripuit.

b Actio furti. res tamen non ſit furtiua, vt dixi. ſ. eo. §. aliquando.

Item ſi fullo. CASVS. Supra poſitũ eſt vnum exemplũ, in quo act. furt. datur ei, cuius intereſt, licet non ſit dominus, vt dictũ eſt in creditore. Hic ponitur alius in fullone, & ſarcinatore. Si enim fullo vel ſarcinator veſtimẽta mea, quæ ſibi curanda ſarcinãdave certa mercede conſtituta dedi, furto amiſerit: mihi non competit actio. fur. eo quod mea non intereſt veſtimenta illa non fuiſſe ſurrepta, cum iudicio locati à fullone æſtimationem veſtimẽtorum meorũ conſequi poſſim. Et ſumus in verſi. ſed & bonæfidei &c. Iam habuiſtis duo exẽpla vel tria, in quibus competit act. furt. illis quorũ intereſt furtum factum nõ fuiſſe. Hic adhuc ponit quondam exemplum de eodem. Si enim bonæfidei emptor à non domino rem emerit, & ei fuerit tradita, & poſtea ſurrepta quanquam non ſit dominus, ſibi nihilominus competit actio furti, ſicut & creditori. Scire tamen debes, quod aliter fulloni vel ſarcinatori non competit act. furti, niſi ſint ſoluendo. ratio, quia nihil eſt periculo eius, qui nihil habet. Similiter ſi pro parte fuerit ſoluendo fullo, vel ſarcinator: domino, non fulloni competit actio. h. d. Franc de Are.

† Ratio, qui nõ habet ꝙ reddat, ei⁹ periculo nihil eſt l. itaque fullo. in prin. ff. e. Et inanis eſt actio, quã inopia debitoris excludit. l. nã is. ff. de dolo. Ang. p.

nus creditori competat [a] actio furti [b].

Qui aliena rei cuſtodiendæ exactam curam præſtare tenetur (vt puta fullo & ſarcinator) re furto ſublata, contra furem experiri poſſint: modò integre ſoluendo exiſtant.

Item ſi fullo [c] polienda curãdave, aut ſarcinator ſarcienda veſtimẽta mercede certa cõſtituta [d] acceperit eaſq; furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil intereſt, eã rem non perire: cùm iudicio locati à fullone aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſsit. Sed & bonę [e] fidei emptori ſurrepta re, quàm emerit, quãuis dominus non ſit, omnino cõpetit furti actio, quẽadmodum & creditori. Fulloni verò & ſarcinatori nõ aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſoluẽdo fuerint. hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſſint [f]. Nam ſi ſoluẽdo nõ ſint: tunc quia ab eis ſuũ dominus conſequi non poſsit †, ipſi domino furti cõpetit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt, rem ſaluam eſſe. Idem eſt [g], & ſi in parte ſoluẽdo fuerit fullo aut ſarcinator.

Qui è duabus experiundi viis alterutram elegerit: ita demum

alteri renuntiaſſe videtur, ſi ſciẽs prudensq; plures ſibi competere, alteram intentarit: quòd ſi aut neſciens, aut dubitans egerit, nil prohibet, quin iã inſtituta actione omiſſa, ſibi competẽtem proponat.

Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum cui cõmodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabãt. Nam vt ille fullo mercedem accipiẽdo, cuſtodiã præſtat: ita is quoq;, qui cõmodatum vtendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiã præſtare. Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionibus [h] emendauit: vt in domini voluntate ſit: ſiue commodati actionẽ aduerſus eum, qui rem cõmodatam accepit, mouere deſiderat, ſiue furti, aduerſus eum, qui rẽ ſubripuit: & alterutra earũ electa †, dominum non poſſe ex pœnitentia ad alteram [i] venire actionẽ, ſed ſi quidem furem elegerit: illum, qui rem vtẽdam accepit, penitus liberari, ſinautem cõmodator veniat aduerſus eũ, qui rem vtendam accepit: ipſi [k] quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furẽ furti actionem. eum autem, qui pro re cõmodata cõuenitur, poſſe aduerſus furẽ furti

Quæ de fullone. CASVS. Supra dictum eſt, quod ſi veſtimentum fulloni vel ſarcinatori curandum vel ſarcinandum traditũ ſurreptum fuerit, quod fulloni, ſi ſoluendo fuerit, non domino competit actio furti. Item intelligas, ſi res fuerit ſurrepta cõmodatario: quia ſi fuerit ſoluendo ſibi, & non commodatario competit actio, quia ad rem reſtituendam non tenetur. & hęc vera fuerunt ſecundum iura antiqua. Dominus tamen Iuſtinian. in quadam conſtitutione, quam habes. C. de furtis & ſeruis corruptis. l. fina. §. tales itaque. hoc emendauit. Statuit enim, quod in electione commodatoris ſit, vtrum velit agere contra cõmodatarium actione commodati, vel aduerſus eum, qui rem ſurripuit act. furti & ſi dominus vnam iſtarum actionum elegerit, ad alteram non poteſt redire. Si enim dominus actio. furti moueat aduerſus furem, commodatarius penitus liberatur: ſi autem contra commodatarium moueat actio. nõ poterit poſtea contra furem agere: ſed commodatarius qui à commodatore conuenitur, poterit aduerſus furem habere actionem, & nullo modo commodator, niſi ignarus rei ſurreptæ, contra commodatarium actio. commodati egerit primo, ex hoc enim non obijcitur ſibi obſtaculum à iure re comperta, quin poſsit agere, niſi à commodatario ſibi fuerit ſatisfactum. hoc dicit. Franc.

† Tu ſcias vbi aduerſus duos aut plures quis optionẽ habet, quando ſibi vno ſemel electo in alio prę iudicet, & quando ei variare liceat, vide diffuſe per Bart. in. l. nõnunquã ff. de coll. bono.

c Fullo. ſarcinator. qui ſint, dic vt. ſ. mand. §. fina.

d Conſtituta. ſupple in pecunia numerata, alias autem non eſſet locatio: vt. l. j. §. ſi quis ſeruũ. ff. depoſi.

Iſta gloſ. nõ eſt Accur. ſed additio.

e Sed & bonæ. facit. ff. eo. l. itaque.

f Poſsint. imo videtur, quod ſemper dominus debeat furem conuenire: vt. ff. loca. & conduct. l. cum in plures. §. veſtimenta. Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hic autem de actione furti.

g Idem eſt. vt furti actio competat domino, & facit ad hunc. §. ff. de condictione ſine cauſa. in. l. ſi fullo.

h Deciſionibus. vt. C. de furt. & ſer. corrup. l. fina. §. tales itaque.

i Ad alterã. vnde actio furti hoc caſu nõ eſt ambulatoria. ADDITIO. Et de dictione penitus, vltra iſtũ textum vide textum in. l. fina. C. de noua. Ang.

k Ipſi. ſcilicet commodatori.

l Habere

habere actionem [a], ita tamen, ſi dominus ſciens rẽ eſſe ſurreptam, aduerſus eum, cui res commodata fuerit, peruenit [b]. Sin autem neſcius & dubitans rem ſurreptam eſſe apud eum, commodati actionem inſtituerit: poſtea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionẽ, ad furti autem actionẽ peruenire, tunc licẽtia ei conceditur & aduerſus furẽ venire, obſtaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus conſtitutus mouit aduerſus eũ, qui rem vtendam accepit, cõmodati actionem: niſi domino ab eo [c] ſatisfactũ fuerit. tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari, ſuppoſitum [d] autem eſſe ei [e], qui pro re ſibi cõmodata domino ſatisfecit: cũ maniſeſtiſsimum [f] ſit, etiam ſi ab initio dominus actionem commodati inſtituerit, ignarus rẽ eſſe ſurreptam: poſtea autem hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit: omnino liberari eum, qui rem cõmodatam acceperit, quẽcunq; cauſæ exitum dominus aduerſus furẽ habuerit: eadem definitione obtinente ſiue in parte, ſiue inſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam acceperit.

Depoſitarius, qui tenetur de dolo non habet furti actionem, ſed dominus. hoc dicit. Aretinus.

Sed is, apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat: ſed tantũ in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo [g] malo fecerit. qua de cauſa ſi res ei ſurrepta fuerit: quia reſtituendæ eius rei nomine, depoſiti non tenetur: nec ob id eius intereſt, rem ſaluã eſſe: furti agere non poteſt: ſed furti actio domino competit.

Impubes non tenetur furti, niſi fuerit doli capax. Aret.

Cùm ex furandi doloſo animo furtum conſiſtat, is tantùm furti tenetur, qui doli capax eſt.

In ſumma [h] ſciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amouendo [i], furtum faciat. Et placuit, quia furtũ ex affectu furandi conſiſtit, ita demũ obligari eo crimine impuberẽ, ſi proximus pubertati [k] ſit †, & ob id intelligat ſe delinquere †.

Duplum aut quadruplũ, quòd in furti actione venit; ad pœnæ perſecutionem tantùm pertinet, cùm præterea res ipſa furto ſubtracta; aut à quocunq; poſſeſſore per rei vendicationẽ [illegible] fure eiuſq; hærede per códictionem furtiuam extorqueri queat.

Furti actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tãtùm ad pœnæ perſecutionẽ pertinet. Nam ipſius rei pſecutionem extrinſecus habet dominus: quam aut vendicando [l] †, aut condicendo [m] poteſt auferre. Sed rei vẽdicatio † quidem aduerſus poſſeſſorem eſt: ſiue fur ipſe poſsidet, ſiue alius quilibet. cõdictio autem aduerſus furem ipſum, hæredemve eius, licet non poſsideat, competit.

TITVLVS II.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

Quiſquis res alienas rapit, non tantùm furti obnoxius eſt, ſed etiam vi bonorum raptorũ actione conueniri poteſt: quæ intra annum à commiſſa rapina in quadruplum, poſt verò in ſimplum datur, ita quòd in quadruplo etiam rei perſecutio cõtinetur: eius enim triplum in pœnam, ſimplum verò in rem computatur.

Onus ſentiens habr. at lucrum.

a Habere actionem. & pœnã exactam domino reſtituere non cogitur: quia vbi periculũ, ibi commodum. vt C. de furt. & ſeruis corrup. l. fina. §. ſed cum in fine §.

b Peruenit. agendo contra cũ actione cõmodati. Accurſius.

c Ab eo. ſ. commodatario.

d Suppoſitũ. ſcilicet furem.

e Ei. ſcilicet cõmodatario.

f Cum maniſeſtiſsimũ. bene dico quod eligẽdo vnã, repellit ab altera: niſi ſciens à principio fuit: cum &c.

Sed is apud quẽ. CASVS. Dictũ eſt ſupra de fullone & cõmodatario, qualiter eis competit actio pro re aliena: modo videamus de depoſitario, vtrum ſi res apud aliquem depoſita fuerit, depoſitario cõpetat act. furt. Non enim tenetur niſi de dolo. & ita nõ intereſt ſuam rem non fuiſſe ſurreptam. ſi autem in dolo fuit, non dabitur ſibi actio, ne ex malitia ſua actionem conſequatur. hoc dicit. Franciſcus.

g Dolo. ſupra, quibus mod. re cõtra. obli. §. prẽterea. &. C. depo. l. j. §. penult. &. l. fina. & idem quod hic habemus. ff. eo. l. cum qui. §. is autem.

In ſumma. CASVS. Dixi Iuſtin. Domine, quid plura vultis dicere in titulo iſto? Iam tantum dixiſtis de materia iſta, quod generatur tędiũ Deo, & toti mundo. Et reſpon. Iuſti. Frater, vt breuiter hũc titul. expediamus, ſcire debes, quod apud antiquos q̃ſitum fuit verum impubes rem alienam amouendo, furtum facere poſsit, & placuit domino Iuſti. quod ſi impubes animum furandi habuerit, & in ipſum poſſet cadere iſtud delictum, hoc eſt, ſi ſit proximus pubertati: quod act. furt. teneatur, hoc dicit. Franc.

h In ſumma. i. vt breuiter hunc titu. expediamus.

i Amouẽdo. No. quod furtum ſit cõtrectando & amouendo, & ſine eo non ſit: vt. l. ei qui. ff. eo. Ang.

k Proximus pubertati. à decimo anno & dimidio. ſ. vt ſupra diximus de inut. ſtipu. §. furioſus. & facit ad hunc. §. ff. eo. l. impuberem. &. ff. ad Syllanianũ. l. excipiuntur. &. ff. de regu. iur. l. pupillus.

Furti actio. CASVS. Quæſiui à Iuſti. de natura furti, ſcilicet ad quid detur actio furti? Et reſpon. Iuſti. quod act. furt. ſiue ſit ad duplũ, ſiue ad quadruplum, datur ad pœnam. & non ad rem ſuam perſequẽdam. datur etiam domino alia actio, ſcilicet rei vend. & condictio furtiua. Scire tamen debes, quod rei vend. datur contra quemlibet poſsidentem, condictio furt. datur contra furem & eius hæredem. hoc dicit vſque ad finem titu. Franc.

l Vendicando. i. dominium petẽdo ſi extet.

m Condicendo. id eſt, in perſonam agendo condictione furtiua, ſi conſumpta ſit. & facit ad hunc. §. ff. de cõdictio. furti. l. ſi pro fure. § furti. &. l. in condictione. & infra de actio. §. ſic itaque. &. C. de furtis. l. ancillæ.

† Calliſtratus. l. l. nõ. tantũ. in prin. ff. de excuſa. tu. iterpretaẽ pupillorũ ætatẽ prope pubertatẽ eſſe, ſi tãtum ſemeſtre tẽpus ad pubertatẽ deſideretur.

† Et ſic etiã in delictis doli capacitas ſupplet ætatẽ vt hic. & in. c. ſi. iuncta gl. ſuper verbo, prudẽtia. extra de deſpõ. impub.

† Vindicando.

† Vindicatio.

Cõdictio furtiua.

DE VI BOnorum raptorum.

Viſo

Viſo de furto, ſequitur de rapina: & conſequenter vt potes videre. ſ. ti. j. in prin.

QVires. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes. Primo, ꝙ raptor & fur inæqualiter puniūtur. Secūdo, qñ quis rapit rē ſuā vel alienā putās eſſe ſuā. Tertio, quid ſit ſubiectū in hac actione: videlicet, quid debet deducere actor. Secūda ibi, Quia tamē. Tertia ibi, Sane in hac.

CASVS. Dixi Iuſt. Domine, iā vidi, ꝙ ille, qui rem alienā clā ſurripit, tenetur act. fur. ſed quid dicetis de illo, qui rē alienā vi rapit? Et rñd. ꝙ ille ſimiliter act. fur. tenet. Nullus enī magis rē inuito dño cōtrectat, quā qui eā vi rapit: vnde improbus fur dicitur. & pro iſta improbitate prętor introduxit actio. vi bono. rap. & eſt intra annū quadrupli, poſt annū vero ſimpli. & datur propter vnā rem vi raptā, quanq̃ aliter ſecus videret propter verba in numero plurali poſita à prætore in nomine actī. ſ. vi bo. rap. Et ſumus in verſi. Quadruplū autē &c. Supra dictum eſt ꝙ actio vi bo. rap. intra annū datur in quadruplum, poſt annū vero in ſimplum: quæro vtrum quadruplū iſtud ſit totum pœna? Et rñ. ꝙ non. & in iſto quadruplo ſimplum ineſt, & triplum eſt pœna: ſiue cōprehendatur raptor in delicto, ſiue non. Nō enim debet eſſe melioris conditionis raptor, quam fur. hoc dicit. Franc.

QVi res alienas[a] rapit, tenetur quidem etiā furti[b], (quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quā qui vi rapit[c]? ideoq; rectè dictum eſt, eum improbum furem eſſe) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur, Vi bonorum raptorum: & eſt intra annum[d] quadrupli[e], poſt annum, ſimpli: quæ actio vtilis[f] eſt, etiam ſi quis vnam rem, licet minimam rapuerit. Quadruplum autem nō totum † pœna eſt †, ſicut in actione furti manifeſti diximus[g]: ſed in quadruplo ineſt, & rei perſecutio, vt pœna tripli ſit: ſiue comprehendatur[h] raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculum[i] enim eſſet, leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clàm[k] amouet.

Si quis rem ſuam, aut quam ſuam opinabatur penes alium conſtitutam, violenter aut rapuerit, aut inuaſerit, ut ſi dominus ſit, à dominio cadet: ſi non ſit, poſt rei reſtitutionem eiuſdem quoque æſtimationem vim paſſo præſtare cogitur.

Ita tamen[l] competit hæc actio, ſi dolo malo

a Alienas. large accipe, vt etiam ſi ſint cōmunes, idē ſit quo ad ſocij partem. vt. ff. de fur. l. ſi ſocius. Accur.

b Furti. ſ. non manifeſti, etiā ſi deprehendatur, ſecundum P. quod falſum eſt: imo ſi deprehendatur, manifeſtus eſt, & in quadruplū poteſt conueniri: vt. ff. de fur. l. ſi vendidero. §. cum raptor[1]. alias ſi nō deprehendatur, nō manifeſti tenetur: qua actione ſi fuerit actū, tollitur vi bono. rap. niſi in id quod excedit: vt. ff. eo. l. j. Itē in caſu nec manifeſti, nec nō manifeſti tenetur: vt ſi quis ex domo, in qua nemo erat, rapuerit, ſed tantum hac actione vi bono. rap. tenetur, ſecundum P. vt. ff. de fur. l. ſi quis de domo. Sed hoc eſt falſum: quia ibi erat actio furti non manifeſti: & ideo amplius ceſſat actio furti: & ideo datur hæc[*] actio vi bono. rap. quia excedit, & in id quod excedit: vt. d. l. ff. eo. l. j. & ff. de act. & oblig. l. qui ſeruum. §. ſi.

c Qui vi rapit. quaſi dicat nullus: vt hic, & ff. quod met. cau. l. cum exceptione. §. qui vim. Accur.

d Annum. ſcilicet, vtilem: vt. C. eod. l. fin. & l. res. & C. de noxa. l. pe.

e Quadrupli. niſi in caſu quo agitur ad duplum tantum: vt. C. de pag. l. Chriſtianus. quæ eſt huic contra. Sed illud eſt ſpeciale.

f Vtilis. i. efficax & directa. Vel dic quod directa cōpetit, qñ plures res raptæ ſunt: ſed vtilis qñ vnum tantum bonum raptum eſt. i. vna res rapta eſt. Et facit ad hoc quod pluralis oratio. ſ. raptorum, trahatur ad ſingularem. ff. de condi. & demon. l. falſa. §. vlt. & ff. de nego. geſt. l. iij. §. hæc verba. verſi. negotia. & ff. de petit. hære. l. regulariter. & l. licet.

g Diximus. vt. ſ. ti. j. in ſi.

h Comprehendatur raptor. ſed quomodo poteſt raptor non deprehendi cum dicatur eripere, quaſi de manu auferre: vt. ff. ne qs eū qui in ius. l. iiij. §. j. Reſpon. diſtingue animum auferentis: vt ſi erat animus ei palā, et quaſi per vim auferēdi licet ibi neminē inueniat: tamen eſt raptor. Sed fur eſt, q habet animū, vt faciat clam, licet interdum deprehēdatur: ex qua deprehenſione efficitur manifeſtus: vt ar. ſ. tit. j. §. furtum aūt ꝯ furuo. ADDITIO. Vult dicere gl. ꝙ fur manifeſtus ſemper tenetur vi bo. rap. ſed non manifeſtus ita demū, ſi habuit animū &c. Et aduerte vnicū furtū dici, qđ de loco vnico côtextu, ſiue vnico tpe ſit, licet plures res ſimul aſportētur: ex quo nō veniret quis furca ſuſpendendus, niſi eſſet egregium. quod pluribus paruis præualeret. vt hic per Ang.

i Ridiculū. bene dixi, ſiue nō, ridiculum enim &c.

k Qui clam. i. fur nec manifeſtus. Nā raptor tenetur in quadruplū: hic aūt. ſ. fur nō manifeſtus in duplū tantū, vel triplū cū re ſurrepta. ſed qui palā furaē, certū eſt in plus teneri, quā raptorē: cū in quintuplū cum re teneatur. Ac. ADDITIO. Et eſt ratio diuerſitatis, ſecundū Ang. quia raptor ſe exponit morti: & ideo cū incurrat maius periculū in perſona, leuius puniē in pœna pecuniaria. ar. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs qui no. infa. Vel dic ꝙ ex rapina inducitē crimē publicū: & in hoc grauatur: quia à quolibet de populo pōt accuſari: ideo in alio alleuiatur: ar. l. cū qui. in prin. in gl. ꝓbandi. ff. de iureiu. Quare autē in vi bo. rap. prætor eādem pœnā in manifeſto & nō manifeſto impoſuit, cū lex xij. ta. & ipſe prętor in furto diuerſas impoſuerit? Dic eſſe rationem propter eundem animum rapiendi, qui ſemper requiritur.

Ita tamen. CASVS. In iſto. §. dicit, ꝙ act. vi bon. rap. ita cōpetit, ſi aliquis rem alterius dolo malo rapuerit. Cæterum ſi aliquis errore ductus rem alienā credēs eſſe ſuam, eam alteri rapuerit: iure priſtino nō teneē act. vi bo. rap. ſed ne inueniatur via per quam raptores ſuam malitiā impune poſſint exercere: cōſtitutionibus principū eſt prouiſum, ne alicui liceat rem mobilē, vel immobilem, licet ſuam eſſe dicat vel æſtimet, alicui per vim auferre. ſi cōtra hoc ſtatutū venerit: ſi ſit dominus rei, qui eā capit, cadit à dominio ſuæ rei. Si aūt res aliena fuerit, debet eā primo reſtituere, & poſtea in pœnam ſui delicti æſtimationē rei præſtare. & illud non ſolū habebit locū in rebus mobilibus, ſed etiā immobilibus: vt ex hac cā ab omni rapina hoīes ſe abſtineāt. h. d. Fr.

l Ita tamen. alias quia tamen: ſed iſtud. quia, videtur ſuperfluum. Vel pone; quia, pro ſed. Alias ita tamen, & tunc eſt planior.

† Quia pœna eſt tripli tantum: & rei perſecutio ſimpli. & ita ambo faciūt quadruplū: licet gloſ. in verbo, extra, dicat cōtra. Ac gi. per.

Nōnulli locū hūc ita legunt: pœna eſt, & extra pœnam rei perſecutio eſt ſicut in &c.

1 Sed hoc eſt falſum ſecundum Bart. in. d. l. ſi vendidero. quia opus eſt, vt acclametur p. l. ij. & l. ſi qs i ſeruitute. ff. de fur. Ange.

* Sic habes quod minor pœna iniūcta à lege non tollitur p maiorē inductam ab alia lege, niſi quaten9 concurrūt ſecundum Bar. in. l. j. ff. eo. Ac gi. per.

Actio vi bonorū raptorū eſt duplex.

Raptor & fur diſtinguūtur.

Raptor in minus tenetur quā fur manifeſtus.

quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus rem ſuã eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit, quaſi domino liceat, etiam per vim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus abſolui a debet. Cui ſcilicet, conueniens eſt, nec furti teneri eum, qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum b talia excogitantur, inueniatur via c, per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: melius diualibus conſtitutionibus d pro hac parte proſpectum eſt, vt nemini liceat vi rapere, vel rem mobilem, vel ſe mouentem, licet ſuam eandem exiſtimet, ſed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit: rei quidem ſuæ dominio cadere e. ſinautem aliena res ſit: poſt reſtitutionem eius, etiam æſtimationẽ eiuſdem rei præſtare. Quod nõ ſolùm in mobilibus rebus, quæ rapi poſſunt, cõſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiã in inuaſionibus, quæ circa res ſoli f fiũt: vt ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

Is cuius intereſt rapinam factam non fuiſſe, quanquam dominus non ſit, vi bonorum raptorum actionem mouere poteſt: vt id ſcilicet conſequatur, quod ſibi abeſſe docuerit.

Sanè in hac actione g non vtiq; expectatur, rẽ in bonis h actoris eſſe. Nam ſiue in bonis ſit, ſiue non: ſi tamen ex bonis ſit i, locum hæc actio k habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita l ſit res apud Titium, ſic vt interſit eius eam rem per vim non auferri (veluti, ſi in depoſita re culpam quoq; promiſit) ſiue bona fide poſſideat, ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interſit eius non rapi: dicendũ eſt ei cõpetere hanc actionem, non vt dominiũ m accipiat, ſed illud ſolùm, quod ex bonis eius, qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ex ſubſtantia eius ablatũ eſſe proponatur. Et generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio cõpetit in re clàm facta, ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem n.

TITVLVS III.

DE LEGE† AQVILIA†.

Primo legis Aquiliæ capite cautum eſt, vt qui alienum ſeruum, aut quadrupedem (quæ earum numero eſt) quæ gregatim paſci conſueuerunt iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorſum plurimi fuerit, tantùm domino præſtare cogitur.

DAmni iniu-

---

a Abſolui. ſ. ab actione vi bonorum raptorum iudicis ſententia, vt quidam dicunt: vel ipſo iure, ſecũdum Azonem: ar. ff. de publ. & vect. l. commiſſa. §. fi.

b Sed ne, dum. pro tamen, ſecundum quoſdam: vel pone proprie.

c Inueniatur via. ſic. ĩ. titul. j. §. vnde illud.

d Conſtitutionibus. vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tãtã. Et in alijs ſequentibus vſq; in fi. tit. ſed hic proſequit tantũ tenorẽ illius. l. ſi quis in tantã. Super qua materia longũ eſſet hic dicere: cũ plures quæſtiones ibi notent ſuper prędicta.

e Cadere. rapte, proſpectũ eſt, & etiã ibi pręſtare: nec eſt neceſſe ponere, cogit vel debet: quę verba nõ inuenies in libris emẽdatis.

f Res ſoli. proprie, qñq; tñ improprie: vt. C. de ac. emp. l. ij. ſed rei mobilis dicitur occupatio: licet etiã qñq; immobilia dicãtur occupari: vt. C. de reivẽ. l. domũ. i gl. j.

Sane in hac. CASVS. Dixi Iuſtin. Dñe, cõpetit mihi hæc act. ita demũ ſi dñs fuero rei. Rñd. q̃ imo, ſiue in bonis eius fuerit res rapta, ſiue in bonis videlicet eius, qui ius aliquod habuerit in re: vt quia ſibi ſit cõmodata vel ĩpignorata, ſiue locata vel depoſita, vel aliqd iuris habeat in ea: ita quod eius interſit modo non rapi. Sẽper enim cõpetit iſta act. nõ vt dñiũ rei raptæ accipiat: ſed q̃ res ſibi rapta reſtituat. Et vt breuiter me expediã: ex quacũq; cã põt competere alicui alicui actio furti ꝓpter furtum datũ in re: ex omni cõſimili cauſa poteſt dari actio vi bon. rap. propter rapinam in re factam. h. d. Franc.

g In hac actione. ſ. vi bono. rap.

h In bonis. i in dñio: vt. ff. de acqui. re. do. l. rẽ in bo. & l. ſtatuas. & ff. de verb. ſig. l. bonorũ appellatio. Vel ſi etiam bona fide poſſideantur, idem eſt.

i Ex bonis ſit. vt aliquod ius habeat: vt ſtatim per exempla probat.

k Hæc actio. ſ. vi bon. rap.

l Depoſita. promiſſa cuſtodia à depoſitario: vt. ĩ. tit. j. §. pe. Vel etiam cõmiſit culpam, vt ſequitur. Vel etiam ſic pretium accepit depoſitionis, nõ tamen quaſi mercedẽ, tenetur eidẽ: vt. ff. eo. l. ij. §. dicet aliquis. alioqui eſſet locatio: vt. ĩ. mand. §. ſi.

ADDITIO. Dic vt habetur in. l. naturalis. §. ij. in glo. ſi res. ff. de præſcri. & fa. l. j. §. ſi quis ſeruũ. in glo. nõ datur. ff. depo. Ange.

m Dominium. i. dominij ęſtimationem: vt. ff. quod metus cauſ. l. ſi mulier. § qui poſſeſſionẽ. & ff. vti poſ. l. pen. §. fina.

n Hanc actionẽ. facit. ff. vi bon. ra. l. ij. §. & generaliter.

DE LEGE Aquilia.

Poſt maleficiũ rapinæ, ſequitur de damno, quod per legẽ Aquiliam punitur. Accurſius.

DAmni. Totus iſte titu. diuiditur in duas partes. Et primo tractat de primo capite. l. Aquil. Secundo tractat de tertio capite Secũda ibi, Capite tertio. Itẽ prima ſubdiuidit: quia primo ponit verba primi capitis. l. Aqui. Secundo illa interpretat. Secũda ibi, Quod aũt nõ pręcſe. Itẽ ſecũda principalis ſubdiuidit in duas partes. Nam primo ponit verba: ſecũdo interpretat. Secũda ibi, Itaq; ſi quis. CASVS. Si aliquis dederit mihi dãnũ per iniuriã: ad dãnũ iſtud puniẽdũ conſtituit actio per l. Aqui. Et ſciendũ eſt, quod. l. Aq. tria ſunt capita. videndũ eſt ergo de primo capite. In primo autẽ capite eſt cautũ, vt ſi aliqs ſeruũ alienũ alienãve quadrupedẽ q̃ in pecudũ numero ſit, iniuria occiderit: q̃ti ꝑij ea res in anno ꝓxim. pręterito fuerit, tantũ dño dare cõdẽnet. In ver. quod aũt dic caſum. Poſitis materialiter verbis Galli Aquilij, quę aliquãtulũ ſunt obſcura, intẽdit Imp. verba illa per ordinẽ exponere: & primo exponit quare nõ ſufficit ſibi dicere ꝓriſe, ſi qs hominẽ alienũ, alienãve quadrupedẽ occiderit, ſed adiecit q̃ pecudũ numero ſit. hoc enĩ adiecit ad ſignificandũ, quod ſi aliqs occid

---

Et vtraq; opi. eſt vera. ſ. prima ſi facrit in iudicio deducta. Itẽ ſecũda ſi nõ fuit deductum in iudicio: vt ꝑ doct. hic.

Hæc gl. nõ eſt Accur.

Occupãtur mobilia, inuadũtur immobilia. Aegid. per.

In bonis & ex bonis differunt.

Dic q̃ ſi cõmiſiſſet dolum nõ haberet actionẽ furti, nec aliã actionẽ: nec ex improbitate ſua conſequit actionẽ, vt no. i. d. §. pe. & facit l. itaq;. ff. de fur. Ange.

† Hic large ſumit. l. pro plebiſcito: q̃a Aquilius tribunus plebis hõc rogauit. Aegi. per.

† Sic. ff. ad. l. Aquiliam.

occiderit vrſum meum, vel leonem, vel aliam feram beſtiam, quod non debeat puniri per primũ caput legis Aquilię eo, quod non ſunt de numero pecudum illarũ, quæ gregatim paſcuntur, id eſt, in paſcuis cuſtodiũtur, ſicut equi, muli, oues, & boues, capræ, & ſimilia. Sed domine de ſuibus quid dicemus, continetur ne ſub pecudum numero? Et reſpon. dicẽs, ꝙ ſic: quia gregatim paſcuntur. & hoc confirmat per authoritatem antiquorũ: dicens, quod ſic voluerũt Homerus & Aelius Martianus. Franc. de Are.

rię actio[a] conſtituit per legem Aquiliam: cuius primo capite[b] cautũ eſt, vt ſi quis alienum hominem alienamve quadrupedem, quę pecudum numero ſit, iniuria[c] occiderit[d]: quanti ea res in eo anno[e] plurimi[f] fuerit, tãtùm domino[g] dare damnetur. Quòd autẽ non præciſè de quadrupede, ſed de ea tantùm, quæ pecudum numero eſt, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris beſtijs, neqꝫ de canibus cautum eſſe intelligamus: ſed de ijs tãtùm, quę gregatim ꝓpriè paſci dicuntur, quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ †. De ſuibus quoqꝫ idem placuit. nam & ſues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim[h] paſcuntur. ſic deniqꝫ & Homerus in Odyſſea ait, ſicut Aelius Martianus in ſuis inſtitutionibus refert[i]:

† Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται,
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Qui caſu occidit, lege Aquilia non obligatur, qui autem aut dolo, aut culpa, obligatur.

Iniuria[k] autem occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaqꝫ qui latronem[l] inſidiatorẽ occiderit: non tenetur, vtique ſi aliter periculũ effugere non poteſt. Ac ne is quidẽ hac lege tenetur, qui caſu occidit: ſi modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui[m] nõ minus[n] ex dolo, quàm ex culpa quiſqꝫ hac lege tenetur. Itaque ſi quis dum iaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuum traiecerit: diſtinguitur[o]. Nam ſi id à milite in eo cãpo, vbi ſolitũ eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa[p] eius ĩtelligitẽ. ſi alius tale quid admiſerit: culpæ reus eſt[q].

a Iniuriæ actio. i. actio legis Aquliæ, quæ competit pro damno dato; id eſt deſtructione alicuius rei facta. Nam ſic dicitur damnum diminutio patrimonij: vt. ff. de damno infec. l. iij. ſi autem rem alterius ſurripeɾes, licet videaris damnum inferre, tamen nõ infers tale, quod per hunc tit. tenearis, ſed actiõe furti: vt. ff. eodẽ. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi cluuam. & §. idem & in ſylua.

b Primo capite. habebat enim hæc tria capita ſiue capitula. & de primo capite dicitur hic. Secundum autẽ nõ eſt in vſu. De tertio dicitur. j. eo. §. caput ſecundum. & §. capite tertio. & ff. eo. l. ij. Acc.

c Iniuria. i. non iure: vt. j. eo. §. iniuria.

d Occiderit. nota occiderit; nã ſi alio modo læſerit, ex tertio capite agitur: vt j. eo. §. capite tertio. Accur.

e In eo anno. ſcilicet præterito.

f Plurimi. habita ęſtimatione non ex affectione ſingulorũ, ſed cõi æſtimatione: vt. ff. eo. l. ſi ſeruũ meum.

g Domino. vt ff. eo. l. item Mela. §. item & cum eo. verſi. legis autẽ Aquil. vel quaſi domino vt fructuario, vel alij qui habet ius in re: vt. ff. eo. l. item Mela, §. fina. & l. ſequen.

h Gregatim paſcũtur. facit. ff. de leg. iij. l. legatis ſeruis. §. pecoribus.

i Refert.° duo hæc carmina Græca ex Odiſſeo Homeri lib. xiij. deprompta ſunt, quorum hic eſt ſenſus, Inuenies autem illum ſuibus aſſidentem iuxta Coracis ſaxum, ac fontem Arethuſam.

Iniuria autem. CASVS. Exponit Iuſti. illud verbum poſitũ prius, iniuria occiderit, dicẽs, ꝙ ille iniuria occidit, qui nullo iure occidit. & manifeſtat per exempla qualiter quis poteſt iure occidere, quia hoc videtur alicui dubium. Vnde dicit. Si enim ſeruũ meum latronem diurnum, dum tamen telo ſe defenderet, quis occiderit, iure permittẽte eum occidere videtur: & ideo nõ tenetur, & hoc intellige ita, ſi non poſſit occiſor alio modo euadere periculũ. Idem dicit de eo qui caſu occidit ſeruũ alienũ, ſi nõ fuerit in culpa & dolo, & de hoc ponitur tale exemplum. Quidam milites ludebãt cum iaculis in campo eis deputato ad ſe exercitãdos: ſi ſeruus alienus ibi tranſitũ fecerit ad ludum reſpiciẽdum, cum tamen eius nõ intereſſet: ſi enim aliquis militũ ſe exercitantiũ traiecerit, nõ intelligitur miles eſſe in culpa: & ideo non tenetẽ. Si autẽ aliquis priuatus hoc fecerit, cuius nõ intererat telo traijcere, culpæ reus eſt: & ideo tenetur ex primo capite legis Aquil. eodem modo ſi milites in alio loco, ꝙ militibus ad ſe exercitandos deſtinato hoc fecerit, culpæ reus eſt: & tenebitur. h. d. Franciſ. de Aretio.

k Iniuria facit. ff. eo. l. ſed & ſi quẽcunque. §. iniuriã. ADDITIO. Ex quo tex. nota differentiam inter hanc actionem, & actionem iniuria. quia in illa non ſufficit culpa, ſed requirit contumelia & dolus. eſt & alia differentia: quia in hac agitur ad damnũ, ſed in actione iniuriarum agitur ad vindictam: & ſapit inſtar cauſæ criminalis: vt. ff. de iniu. l. prætor edixit. §. primo. Accur.

l Latronem. ſcilicet diurnũ: vt tamen clamet: & ille ſe defendat, ſed furem etiam ſi ſe non defendat, vt hic ſubijcit: & ff. eo. l. iiij. Accur. ADDITIO Sed hoc eſt contra. l. furem. ff. de ſica. vnde dic, ꝙ eſt differentia inter inſidiatorem, latronem, & furem: vt in authen. vt nul. iu. §. pe. quia latronem inſidiatorem itineris poſſum occidere indiſtincte: vt. ff. eo. facit. l. j. & ij. C. quan. li. ſe ſi. iu. vin. Si autem ſit fur, tunc debet diſtingui, aut eſt diurnus: & tunc ſi poteſt capi, vel à damno euadi: non debet interfici. Nocturnum autem licet occidere. ſi interficiẽs nõ poſſit ei parcere ſine periculo ſuo: vt dicit tex. in. l. furem. ff. de ſicarijs.

m Alioqui. ſi culpa interueniat.

n Non minus. i. non plus ex dolo quam ex culpa: cũ etiam leuiſſima culpa in hanc actionem veniat: vt. ff. eo. l. in lege. ij.[2] Vel proprie lege: & conuerte literam, non minus &c. id eſt non minus ex culpa, quam ex dolo. ſic & alias. ff. de pac. l. iuris gentium. §. pactorum. in gloſ. non minus. & C. de ſecun. nupt. l. cum apertiſſime. in glo. quantum filio. & ff. de pig. l. Paulus. §. domus. & eſt figura, hyſteron proteron, id eſt ordo conuerſus, ſecundum Ioan.

o Diſtinguitur. vtrum commiſerit: dolo vel culpa, vel non.

p Nulla culpa. Niſi data opera factum eſt: vt. ff. eo. l. item ſi obſtetrix. in fin. & l. nam ſicut.

q Reus eſt. quia hoc non eſt ei deputatũ. arg. in auth. vt ij, qui obli. ſe habere perhi. res min. §. ſin vero tacuit.

Nota differentiã, inter actionẽ furti vel bonorũ raptorum, et hanc: quia actio furti vel bonorũ raptorũ cõpetit qñ rẽ meã tecum aſportas: ſecus quãdo occidis vel deſtruis: quia tũc competit hæc actio, licet vtroqꝫ modo ſit damnum & ſic diminutio patrimonij quod bene no. An.

† Hic fœmininũ põt concipere maſcul. quia etiã capri intelligun tur. ꝙ no. Aegi. per.

° Hæc gl. nõ eſt Ac.

† Vide Alcia. li. prętermiſ. ij. tit. de leg. iij. nam alij verſum hunc ſubſtituunt. Κλαγγὴ δ' ἄσπετος ὦρ τοσοῦ ἄρ αὖ λιζ ομικ-ερ. id eſt grunitus autẽ ingens excitabatẽ ſuum ſtabulantiũ, ſtabulãtiũ in quã, quod raro ſit in animalib9 diuerſi paſtus. Gręcę autẽ quæ hic habentur ſic poſſis interpꝛ tari, Sectãtem videas, qui errãt per paſcua, porcos Ad Coracis ſaxũ, iuxta fonteque Arethuſam.

2 Pone exẽplũ ſecũdũ. Ol. in leuiſſima, ſi Titius aggreditur te tu reſiſtis: venit ali9 ad diuidendũ vos, & tu reſiſtendo volens percutere aggreſſorem percuſſiſti mediatorem, teneris: vt. l. ſcientiã. §. q cũ aliter. ff. eo. An.

Idem iuris eſt de milite, ſi in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit.

Ex qualitate loci iudicatur damnum datum dolo, vel culpa incidentis. h. d. Vel ſic, In putante dicitur adeſſe culpa, quando diligentia potuit prouidere: & non fecit. Aretinus.

Item ſi putator [a] ex arbore deiecto ramo ſeruũ tuum tranſeuntem occiderit, ſi propè viam publicam, aut vicinalem id factum eſt, neque proclamauit †, vt caſus euitari poſſet: culpæ reus eſt, ſed ſi proclamauit †, nec ille curauit præcauere: extra culpam eſt putator. Aeque extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via forte, vel in medio fundo cædebat, licet nõ proclamauit [b]: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat verſandi.

Imperitia culpæ adſcribẽda eſt: quò ſit, vt qui cuius peritiæ & viribus impar ſubierit, ſi ob eius imperitiam vel imbecillitatẽ quid dãni datũ ſit, culpæ reus dicatur.

Præterea ſi medicus, qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus: culpæ reus eſt †. Imperitia [c] † quoque culpæ adnumeratur: veluti ſi medicus † ideo ſeruum tuum occiderit, quia malè eum ſecuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

Si mulus vel equus propter imperitiam, vel imbecillitatem mulionis vel equitantis ſeruum alterius occiderit, tenetur mulio vel equitans lege Aquilia. Aret.

Impetu quoq; mularũ, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio. Sed & ſi per infirmitatẽ [d] eas retinere non potuerit, cum alius firmior eas retinere potuiſſet, æquè culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoq;, qui cùm equo veheretur [e], impetum eius aut propter infirmitatẽ, aut propter imperitiam ſuã retinere nõ potuerit.

Pœnales actiones in delinquentis hæredes non dantur.

His autẽ verbis legis:

cuit. col. vj. & ff. eo. l. idem iuris in fine.

Item ſi putator. CASVS. Hic ponit aliud exemplum, in quo ſi in culpa fuerit, qui hominem occiderit, tenetur lege Aquil. ſi autem eum ſine culpa occiderit, non tenetur. & eſt exemplum tale: Quidam putator ex arbore deiecto ramo ſeruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris in iſto caſu ſit, quæritur: & reſpondetur ꝙ diſtinguit: quia aut illud factũ eſt prope viam publicam, aut prope viam vicinalem: & tunc ſi non proclamauit, videtur eſſe in culpa, & tenet. ſi autẽ proclamauit, & qui trãſibat, hoc non obſtante proceſſit, & ſibi præcauere noluit: tunc putator extra culpam eſt, & non tenetur. Item dico ſi prope locum aliquem, vbi non erat ius cõuerſandi vel tranſeundi, ramo ex arbore deiecto, putator ſeruum alicuius ibidem trãſeuntem occiderit: quia tunc quanquã nõ proclamauerit: extra culpam eſt, niſi de dolo putatoris cõſtiterit: quẽ cum viderit, tamen non proclamauit. in iſto tamen caſu ſemper præſumendum eſt pro putatore, ſcilicet eum eſſe extra culpam & dolum, niſi dolus poſſit ꝓbari. & ſic intellige quod hic dicitur in. §. ꝑterea. Impe. ponit adhuc bonum aliud exemplum, in quo ſi aliquis ſeruum alicuius occiderit: ſi fuerit in culpa, tenebitur. ſi autem non fuerit in culpa, non tenebitur. Si enim medicus ſeruum tuũ ſecuit, & poſtea curationem eius reliquit, & ſeruus tuus mortuus eſt in culpa eſt medicus. & ideo tenebitur. & idem erit ſi imperite eum ſecuit: & propter hoc mortuus eſt, in culpa enim eſt: & ideo tenetur. imperitia enim culpæ annumeratur. hoc dicit. Franc.

a Putator. id eſt, qui putat vites in arboribus poſitas: vt in quibuſdam terris ſunt: vel etiam ipſas arbores. nam & arbores putantur.

b Licet non proclamauit. niſi forte dolo: vt. ff. eo. l. ſi putator.

c Imperitia. facit. ff. de regu. iuris. l. imperitia. & ff. loc. l. ſi quis fundum. §. Celſus. & §. ſi quis vitulos. & ff. de ſuſpec. tut. l. tutor quoque. §. fina. ADDITIO. In iſto caſu medicus non tenetur de ſica. quia illa lex requirit dolum: vt. l. j. C. ad legem Cornel. de ſica. & l. in lege. ff. eo. tit. ad legem Cornel. de ſica.

Impetu quoque. CASVS. Habebas mulionem quẽdam, qui ſeruum Titij impetu mularum quas propter imperitiam retinere non potuit, oppreſſit. Vnde mulio iſte in culpa eſt: & ideo tenetur. Si tamẽ propter infirmitatem eas retinere non potuit, alius tamen bene eas retinuiſſet, adhuc in culpa eſt, & tenetur. Idem iuris eſt in eo, qui aſcendit equum tuum, & propter imperitiam vel infirmitatem eũ retinere nõ potuit: quia ſi equus ſeruum alicuius oppreſſerit, æque tenetur. Si autem ſatis fortis fuit mulio, & tamẽ aliquo caſu fortuito per mulas, quas ducebat, vel equũ quem aſcendebat, ſeruus alicuius oppreſſus fuerit, non tenetur: attamen infirmitas vel imperitia alicuius nulli debet eſſe damnoſa. hoc dicit. Franc.

d Infirmitatẽ. nõ enim debet infirmitatem ſuam in alterius læſionem conuertere: vt. ff. eo. l. idem iuris. Accur.

e Veheretur. puta in rheda vel vehiculo, vel etiam ipſo equo.

His autem verbis. CASVS. Expoſitis duobus verbis poſitis ſupra, in princi. hic exponit tertiũ mẽbrum, ſcilicet hoc, quod dictum eſt ibi, quanti in eo anno plurimi fuerit: dicẽs, ꝙ hoc nihil aliud eſt dictum: niſi quod ſi aliqs interfecit ſeruum tuum, ſi eo die quo interfecerit, fuerit luſcus, vel mancus, in anno tamen ꝓximo pręterito fuit integer, & pretioſior valde quam eo tempore, quo occiſus fuerit, tenetur quanti in anno proximo præterito plurimi fuerit: & non quanti eo die quo occiſus fuerit: & ideo dicitur hæc actio pœnalis de ſua primitiua natura: quia obligat delinquentem non tanti, quantum damni datum eſt, ſed aliquando longe pluris. Et propterea etiam in hæredem non datur: in eum autem daretur, niſi vltra damnum lis æſtimaretur. hoc dicit. Et caue, quia quidam volunt dicere, quod hæc actio de ſui primitiua natura non eſt pœnalis: ſed pœnabilis ſolum. Dominus autem Guilielmus dicit hanc eſſe pœnalem de ſui primitiua natura: ſicut ſatis poteſt probari per literam iſtam, pœnalem autem eſſe huius legis. verum eſt, dicit ipſe, in duplum. quod autem duplum præſtetur in hac actione, hoc contingit per inficiationem, & ſic eſt pœnalis in duplum. & in pœnali de ſui primitiua natura ſemper intellige. hoc dicit. Franciſcus.

† Sic clamãs excuſatur. & facit contra eos qui faciunt currere equos nam debẽt dicere garda, garda, ſecundum Bald. in. l. ſi putator. ff. eo. Aegi. per.

† Scilicet tẽpeſtiue, nõ poſt factum vnde ſumpta eſt practica Par. quod tectores domorũ dum domos operiũt, ponunt perticas añ domos ſuſpẽſas, vt trãſeũtes admoneanſ. Aegi. per.

† Hoc verũ in aſſerẽte ſe peritum. Aeg. per.

† Cõcor. cum hoc tex. cap. ſi culpa. cum gloſ. ſuper ver. imperitia extra de iniur.

† Medic9 tenetur de culpa ante factũ non prouidẽdo i facto male ſecãdo, & poſt factũ dimittẽdo, ſecũdum gl. in l. idem iuris. ff. eod. Aegi. per.

Quanti

a Quanti id in eo anno. materialiter hæc verba ponuntur: & habes ea. ſ. eo ti. in princ.

b Non tranſire. niſi ex damno locupletior factus eſſet: vt. ff. eodem. l. inde Neratius. §. ſi infans. verſi. hanc actionem.

f Vel ex comœdis. i. qui cantabant de comœdia: & vnus ſine altero cantare neſciebat.

g Qui ſuperſunt. facit ar. contra. ff. de actio. empt. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem [l]. & de peric. & cōmo. rei vend. l. fina.

Quanti in eo anno [a] plurimi fuerit, illa ſententia exprimitur, vt ſi quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit: qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit: ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt, pœnalem eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur, quantum damni dederit: ſed aliquādo longè † pluris. Ideoque conſtat in hęredem eam actionem nō tranſire [b]: quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnū nunquam lis æſtimaretur [c].

In lege Aquilia non modò illud damnum perempti corporis æſtimatur, ſed eo amplius quicquid perempto eo corpore damni patimur: ſiue in amittendo, ſiue in non acquirendo conſiſtat.

Illud non ex verbis legis, ſed ex interpretatione placuit, nō ſolùm perempti corporis æſtimationem habendam eſſe, ſecundum ea, quæ diximus [d]: ſed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore damni vobis illatum fuerit: veluti, ſi ſeruum tuum hæredem ab aliquo inſtitutum ante quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatem adierit, nam hæreditatis [e] quoque amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat. Item ſi ex pari mularum vnam vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit: vel ex comœdis [f] vnus ſeruus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio: ſed eo amplius id quoq; computaretur, quāti depretiati ſunt, qui ſuperſunt [g].

Actio legis Aquiliæ non ſolùm ciuiliter, ſed etiam criminaliter poteſt intentari. Are.

Liberum autem eſt ei, cuius ſeruus occiſus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnū [h] perſequi, & capitalis criminis [i] eum reum facere. Caput, ſecundum legis Aquiliæ in vſu non eſt.

c Æſtimaretur. Opponitur de eo, qui hodie plurimi fuerit, quā olim & occiſus eſt ab aliquo. Nam non videtur in hoc caſu eſſe pœnalis hæc actio, ergo videtur tranſire debere in hoc caſu ad hæredes. Sed non ſequitur. licet enim reperiatur, ſit in hoc caſu, quod non ſit pœnalis: tamen non eſt apta nata vt trāſire debeat: vt in hoc exēplo: aliquis non videt, vel non ridet actualiter: tamen eſt aptus ridere, vel videre naturaliter: vt ar. ff. de aqua quot. & æſti. l. j. §. quotidiana. & ff. de flumin. l. j. §. item flumінum.

Additio. Et ſic inſpicimus propriam & primæuā naturam actionis, & ſecundum illam iudicamus. non autē ſecundum accidentalē. facit quod no. glo. in. l. ſi creditori. ff. de leg. j. Quādo actio ſubrogatur, & capit naturā alterius: intelligitur ſecundum naturam ordinariam, & propriam, & primæuam. quod not. Areti.

Illud nō ex verbis legis. Casus. Scire debetis, quod nō ex verbis legis, ſed ex interpretatione eſt. ꝙ ſi aliquis ſeruū meum occiderit iniuria, non ſolum act. l. Aquiliæ fiat æſtimatio ſerui perempti, ſecundum quod iam dictum eſt: ſed & omnis damni mihi in ſeruitio meo per illud corpus occiſum dati in alijs rebus meis: veluti, ſi ſeruus meus inſtitutus fuerit hæres: & ante, quam hæreditatē adiret ab aliquo fuerit occiſus: non ſolum corporis mei ſerui fiet æſtimatio, ſed hæreditatis amiſſæ eſt habēda ratio. Ad hoc etiam adiungere poſſum multa alia exempla. Si enim ex vno pari mularum vna occiſa fuerit: vel ſi ex quadrigis equorum vnus occiſus fuerit, vel ex comœdis vnus occiſus fuerit: nō ſolum æſtimatio corporis eſt habēda: ſed ſi per vnius mortē alter vel altera minus vtilis facta vel factus fuerit, totius illius damni ratio eſt habenda. h. d. Fran.

d Diximus. per totum hunc titulum.

e Nam hæreditatis. in lege enim Aquilia damnū cōſequimur: & amiſiſſe dicimus, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur: vt. ff. eo. l. proinde ſi ſeruum occidiſti. & l. ſi ſeruum meum.

Liberū. Casus. In iſto. §. vlti. dicit Iuſti. quod ſecundū qđ iam dictū eſt, & ſi ſeruus meus iniuria iam occiſus fuerit: ſi voluero cōtra eum agere ad perſequendū damnū mihi datum in ſeruo meo occiſo, poſſum hoc facere actio. l. Aquil. ex primo capite, poſſum etiam ſi voluero criminaliter contra eū agere, & poſſum eū accuſare. l. Cornel. de ſica. & hoc intellige, ſi doloſe eū occiderit: ſecus autem eſt, ſi ſolum fuerit in culpa occiſor. Sed quid domine, ſatis vidi de primo capite, modo dicatis de ſecundo capite. Et reſpon. Frater, caput ſecundū in vſu non eſt. h. d. Franc.

h Damnum. ſcilicet, quanti fuerit in anno retro: vt. ſ. e. in princ.

i Capitalis criminis. ſ. l. Cornelię. de ſica. vt. ff. eo. l. inde Neratius. §. ſi dolo ſeruus. & §. ſed & ſi. Nam & pro ſeruo occiſo ea. l. agitur, vt pro libero: vt. ff. ad le. Cor. de ſic. l. j. §. j. donec tñ agit̃ vna, nō poterit agi reliqua: vt ff. de pub. iud. l. iiij. & ff. vi bon. rap. l. j. §. j. ſed peracto vno, aget reliquo: vt. C. quando ci. act. præiud. cri. l. j. & ff. vi bo. rap. l. ij. §. j.

Capite tertio. Casus. Supra vidi de capite primo et ſecūdo, reſtat videre de tertio capite. Et ſcire debes ꝙ in capite tertio cauet̃ de omni damno, de quo nō eſt cautū in capite primo. Vñ tertiū caput locū habet, cū aliqs ſeruū vel quadrupedē illā, quę pecudū numero eſt, vulnerauerit vel occiderit. & ſic caue tibi: quia mors venit in iſto capite tertio, ſicut in primo: ſed nō in illis animalibus, in quibus venit in primo. Itē damnū iniuria datū in cęteris aīalibus, & in cęteris rebus inaīatis, hoc tertio capite vindicat̃. vñ ſi quid fuerit ruptū, vel fractū, vſtū vel cæſum: actio ex hoc capite conſtituit̃. Scire tñ debes, ꝙ plura verba hic poſuerūt iuris cōditores, quā neceſſe fuerit. Omnia eñi verbo rupti, cōtineri potuerūt. Adhuc etiā ſcire debetis, ꝙ ſi aliquis in alienū vinū vel oleū aliquid miſcuerit, p quod natura vini, vel olei corrūpat̃, hoc tertio capite. l. Aquil. tenet̃. Itē ſicut ꝓ occiſiõe, de qua in primo capite tractat̃, per l. Aq. pœna imponit̃, ſi dolo, vel lata culpa facta fuerit occiſio:

† Quid autē ſi qs damnū de diſſi ſe neget probetur tamen teſtibꝰ aut inſtrumētis. Dices tamen propter mēdacium cum damnādū i duplū, & vniuerſū id qđ læſi intereſt, duplicādum, quod alioqui in ſimplū deducēdū erat, vt tradit gl. C. eo. i l. cōtra negātem. Secus tamen ſi actor nō probet p teſtes aut inſtrumēta, ſed tātū p iuramētū ipſi delatū. quoniā cū releuetur à probandi onere, ſiet condemnatio dūtaxat in ſimplū. l. cū qui. ff. de iureiu. Quid autē ſi deferēte reo ipſi actori iuramentū actor ipſe detrectet i quiens ſe velle teſtibus probare, ne condemnatio minuat̃ nū id poſsit? & poſſe tradit glo. & Bart. in d. l. cū qui. ſecundum Pla.

l Solue ꝙ ibi in contractu, hic in delicto, in quo venit omne itereſſe: vt ff. de fur. l. inficiādo. §. j. & ibi Bart. ff. de cōd. fur. l. iiij. & ff. de vi & vi ar. l. interdicto. & ad iſtum text. facit. l. apud Iulianū. §. j. ff. de lega. j. vbi poſt mortē, & ſic poſt delictū hęres tenet̃: non ſolū ad ſeruū mortuum, ſed etiā ad hęreditatem in qua erat inſtitutus. l. ſi ſeruū. ff. de ver. obli. in pri.

Reliqua quæ (præter mortẽ ſerui aut quadrupedis, quæ pecudum numero eſt) rebus noſtris animatis vel anima carentibus damna illata ſunt; capite legis Aquiliæ tertio vindicantur. quapropter quiſquis alteri vrendo, frangendo, depaſcendo, ſecando, rumpendo, & id genus modis damnum fecerit, quanti ea res in diebus triginta retro proximis plurimi fuerit, domino dare damnabitur.

Capite tertio de omni cætero dāno [a] cauetur. Itacꝫ ſi quis ſeruum, vel eam quadrupedem, quæ pecudū numero eſt, vulnerauerit, ſiue eam quadrupedem, quæ pecudū numero nō eſt, veluti canem, aut feram beſtiam vulnerauerit, aut occiderit, hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quę anima carēt, damnū per iniuriā datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vſtum, aut ruptum, aut fractū fuerit; actio ex hoc capite conſtituitur: quanquā poterat ſola rupti [b] appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere [c]. Ruptū † enim intelligitur, quod quoquo modo corruptū eſt. Vñ non ſolū fracta, aut vſta, ſed etiā ſciſſa & colliſa, et effuſa, & quoquo modo perēpta, atcꝫ deteriora facta, hoc verbo cōtinent̄. Denicꝫ reſponſum eſt, ſi quis in alienū vinū, aut oleum id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini, aut olei corrūperetur: ex hac parte legis Aquiliæ eū teneri. Illud palàm eſt, ſicut ex primo capite, ita demū quiſcꝫ tenet̄, ſi dolo aut culpa [d] eius homo, aut quadrupes occiſus, occiſa've fuerit, ita ex hoc [e] capite, de dolo aut culpa, & de cętero dāno [f] quēque teneri. Ex hoc tamen capite nō quanti in eo anno, ſed quāti in diebus triginta [g] proximis res fuerit, obligat̄ is, qui damnū dederit. Ac nec (plurimi) quidē verbum adiicitur [h]. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendā æſtimationē, ac ſi etiā hac parte (plurimi) verbum adiectū fuiſſet. Nā plebem Romanā [i], quæ Aquilio tribuno † rogante hanc legē tulit, contentam fuiſſe, quòd prima parte [k] eo verbo vſa eſſet.

Directa legis Aquiliæ actio cōpetit, ſi corpori à corpore damnum illatum ſit, quòd ſi à non corpore corpori, vtilis dabitur: ſin autem neque à corpore datum ſit, neque corpus læſum, in factum actioni locus eſt.

Cæterùm placuit, ita demū directā ex hac lege actionē eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnū dederit. ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, vtiles actiones dari ſolent: veluti, ſi quis hominem alienum, aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit, vt rumperetur, aut pecus intantum exagitauerit, vt præcipitaretur: aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet: & is aſcendendo, vel deſcendendo, aut mor-

& aliter nō, ſimiliter & hic nō debent puniri propter damnum datum. de quo in tertio capite tractatur: niſi dolo vel culpa hoc factum fuerit. Scire etiam debetis, ꝙ in primo capite punitur occiſor tanti, quanti plurimi fuerit res in anno retro: ſed in tertio capite fit æſtimatio quanti fuerit in triginta diebus retro. & nō reperitur hæc dictio, plurimi, in hoc tertio capite. ſufficit enim eā eſſe poſitā in primo capite. Intelligit̄ eñi hæc dictio, quanti plurimi &c. in primo capite poſita, in tertio repetita. h.d. Franciſ.

[a] Cætero dāno. quod. ſ. non cōtinetur in primo capite: vt. ſ. eo. in princ.

[b] Rupti. quod verbum eſt legis tertij capitis.

[c] Sufficere. ſed nō eſt nouū, vt ſpecialiter q̄buſdā enumeratis generale ſubijciatur verbum, in quo ſingula cōplectantur: vt. ff. eod. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex.

[d] Culpa. etiam leuiſsima: vt. ff. eo. l. in lege Aquilia. & leuiſsima, alias nō. vt. ſ. eod. §. iniuria.

[e] Ex hoc. ſcilicet, tertio, quod eſt loco ſecundi.

[f] Damno. id eſt, damno dato in cæteris rebus.

[g] Triginta. ſed quare minus ſpaciū in tertio capite, quā in primo apponitur? Reſpō. quia in primo grauius deliquit, & ideo grauius punitur: vt. ff. de offi. præſid. l. diuus. & melius facit lex pręcedens. Accurſius.

[h] Ac ne plurimi quidē verbum adijcitur. id eſt, non eſt poſitum in hoc tertio capite.

[i] Plebem Romanam. ergo eſt plebiſcitum, quod eſt verum: vt. ff. eod. l. j. & ſ. de iure natu. §. plebiſcitum.

[k] Prima parte. Quæ enim in præfationibus dicuntur, in contractibus repetita eſſe creduntur: vt. ff. de verbo. obliga. l. Titia. idem reſpondit. & l. qui ſic. & ff. de rebus dub. l. fina. & C. fami. erciſcund. l. quoties. & ff. de condi. inſtitu. l. cum ſeruus. & ff. de actio. emp. l. ſi venditor hominis. & ff. de contrahend. emptio. l. qui fundum. & de lega. iij. l. in repetendis. & de condictio. & demonſtr. l. avia. & l. libertis. & ff. de legat. ij. l. Latinus. & ff. de fundo inſtru. l. iij. & l. Seiæ. §. Caio. & ff. de pact. dota. l. cum pater. Sed argument. contraria ſunt. ff. de ann. leg. l. Seio. §. fina. & ff. de fideicommiſſ. liber. l. fina. §. finali. in gloſſ. non videri. & in gloſſ. fina. & ff. de hæredi. inſtituen. l. item quod Sabinus. ſecundum Ioan.

Cæterū placuit. CASVS. Scire debetis ꝙ tunc demū habet locum act. le. Aquil. directa, cum corpore ſuo aliquis damnum dederit in corpus. quando autem aliquo alio modo, quam corpore ſuo aliquis damnū dederit in corpus, habebit contra ipſum act. leg. Aquil. vtilis locū: veluti, ſi hominem alienū aut pecus ita incluſerit, vt fame necaretur: & ſimiliter in alijs exēplis poſitis in litera. Sed quid dicemus de illo, qui ſeruum alienum in fluuium deiecit, & is ſuffocatus fuerit? Rñd. ꝙ non eſt dubium, quin corpore ſuo in corpus damnum dederit: & ideo act. l. Aqui. tenet̄. Sed dñe, quid ſi alicui damnū datū fuerit à nō corpore in corpus: vtputa, ſi aliquis miſericordia ductus ſeruū alicuius cōpeditū ſoluerit, vt effugiat: qd dicemus in iſto caſu? Rñ. ꝙ neqꝫ dabit̄ in hoc caſu ac. l. Aquil. directa, neqꝫ vtilis, ſed in actione in factū ſubſidiaria, quę dat̄ pro dānis, quę in. l. Aqui. non cōprehendunt̄, tenebitur. h. d. Fran.

Mortuus

† Appellatione rupti cōtinetur omne, quod deteioratum eſt, ſeu per ſciſſuram, effuſionē, aut aliter. Aegi. per.

† Hoc verū niſi repetitio inducat vitium vt in contrarijs legib⁹. Aegi. per.

† Hic Accu. patitur fluxum legum. Aegi. per.

† Alias, interrogāte.

a Mortuus. quia qui occaſionẽ damni dat, damnũ dediſſe videt: vt. ff. e. l. qui occidit. §. in hac quoque actibe. ADDITIO. Tu dic ſecundũ Flor. ibi, quod aut quis dat operã rei licitæ: & adhibet illam diligentiã, quam põt: & tũc non tenetur de ijs, quę poſtea ſequũtur: vt. d. §. in hac. in fi. ſecus ſi nõ adhibeat diligẽtiã, aut dat operam rei illicitæ: q̃ tenetur: ar. ff. eo. l. Item Mela. in prin. & eſt gloſ. in c. ſicut nobis. extra de teſt. in verb. dederũt. An.

Dãni dãt cauſam, dãnum feciſſe videtur.

tuus [a], aut aliqua parte corporis læſus fuerit: vtilis actio [b] in eum datur. Sed ſi quis alienũ ſeruũ, aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit eò, quòd proiecit: corpore ſuo damnũ dediſſe non difficulter [c] intelligi poteſt: ideoque ipſa lege Aquilia [d] tenetur. Sed ſi nõ in corpore damnũ fuerit datũ, neq; corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnũ contigerit: cũ nõ ſufficiat, neq; directa, neque vtilis legis Aquiliæ actio: placuit eũ, qui obnoxius fuerit, in factum actione [e] teneri: veluti, ſi qs miſericordia ductus [f] alienũ ſeruũ cõpeditũ [g] ſoluerit, vt fugeret [h].

b Vtilis actio. in eum datur. ſ. legis Aquilię: & nihilominus: vt. ff. eod. l. itẽ ſi obſtetrix. §. ſi quis hominem.

c Nõ difficulter. imo facile: vt. ff. eo. l. qua actione. §. pe.

d Lege Aquilia. i. directa actione legis Aquiliæ.

e In factum actio ne. i. ſubſidiaria † pro damnis datur. quæ lege Aquilia non cõprehenduntur, vel nõ tenẽtur: vt. ff. eod. l. ſi ſeruũ. §. fi. & videtur hæc eſſe prætoria: vt. ff. de præſcrip. verb. l. quia actionum.

† Quæ datur in ſubſidium vbi mẽs, et verba legis Aquiliæ deſunt. Aeg. per.

f Si quis miſericordia ductus. ſed ſi nõ ductus miſericordia, datur furti: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. idem Labeo.

g Compeditum. eſt enim dolo proximum: vt. ff. depoſiti. l. ſi hominem. primo reſpon.

h Vt fugeret. hic nota quandoque dãnum datur à corpore in corpus: & tunc locũ habet actio legis Aquiliæ directa. Quãdoque à nõ corpore in corpus, vt patet per multa exempla. ſ. proxi. §. Quandoque ecõtrario de corpore in non corpus, vt ſi annulũ excuſſerit, vt in aquã caderet: vt. ff. eo. l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis de manu. Et in his duobus caſibus habet locũ vtilis actio le. Aquiliæ: & nihilominus in factũ, ſecundũ Ioã. vt. ff. e. l. quẽadmodũ. §. magiſtratus municipales. cũ vtroque caſu vtranque reperiã dari, ſecundũ Ioã. vt. ff. vi bo. rap. l. ij. §. ſi publicanus. Quandoque à non corpore in nõ corpus, & tunc ſubſidiaria in factum competit: vt. ff. eodem. l. ſi ſeruum. §. fina. De qua actione in factum quot habet naturas: dic vt. ff. de præſcrip. verb. in titul. & vt dicemus. j. de inter. §. ſi.

† Iniuriæ genus continet multas ſpecies ſub ſe. i. ſpeciales iniurias. ſ. cõtumeliam, culpã, iniquitatem, iniuſtitiã. Tul. lib. j. de offi. tit. de duobus generibus iniuſtitiæ. Aegi. per.

TITVLVS IIII.

DE INIVRIIS.

Iniuria † poteſt capi generaliter & ſpecialiter: & ſpecialiter ſumitur triplìciter. Acc.

DE INIVRIIS.

Poſt alia priuata delicta, & de iniurijs ponit, quod priuatum eſt delictum, id eſt nõ publicum. nec enim cuilibet competit, ſed iniuriato tantùm. Accur.

✱ Tul. lib. iij. rhet. de defi. Iniuria inquit, eſt quę aut pulſiõe corpus, aut cõuicio aures, aut aliqua turpitudine, vitam alicuius violat.

GEneraliter. Totus iſte tit. diuiditur in ſex partes principales. Primo ponitur quod modis accipitur iniuria, & qualiter committitur. Secundo, ex cuius perſona nobis iniuria illata intelligitur. Tertio, quæ eſt pœna actionis iniuriarũ. Quarto quãdo iniuria atrox æſtimatur. Quinto. quod pro iniuria, poteſt etiam criminaliter agi: & an tũc poſsit interuenire procurator. Sexto quando tollitur iſta actio. Secunda ibi, Patitur autẽ. Tertia ibi, Pœna autẽ. Quarta ibi, Atrox. Quinta ibi, In ſumma. Sexta ibi, Sed hæc actio.

GEneraliter [i] iniuria dicitur omne, quod non iure fit: ſpecialiter alias contumelia †, quæ à contemnendo dicta eſt, quam Græci ὕβριν appellant [k]: aliàs culpa, quam Græci ἀδίκημα † dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur: aliàs iniquitas & iniuſtitia [l], quam Grǽci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν vocant. Cùm enim prætor, vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam accepiſſe dicitur [m].

Iniuria non ſolùm committitur in corpus, vt verberibus, & pulſationibus: ſed etiã extra corpus, vt conuicijs, famoſis libellis, pudicitia attentata; alijsq; modis innumeris.

Iniuria [n] autem committitur, non ſolùm cùm quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, vel etiam

CASVS. Quæſiui à Iuſtin. quid dicatur fieri per iniuriã? Et rñd. dicens, quod generaliter dicitur fieri iniuria, quod non iure fit. & ita ponitur hic priuatiue. Specialiter autẽ dicitur iniuria pro contumelia à contẽnendo dicta: quam Græci appellabant ſicut voluerunt. Quandoque autẽ ſpecialiter dicitur culpa, ſicut ſumitur in actione legis Aquilię, vbi ponitur damnum iniuria datũ: i. culpa facientis datũ. Tertio modo ſumitur iniuria pro iniquitate vel pro iniuſtitia. vnde cũ prætor vel iudex cõtra aliquẽ inique pronuntiat: ille cõtra quem iudicatũ eſt, iniuriã accepiſſe dicitur, ſicut iniuſtitiam. h. d. Franc.

† Ita ſumitur hic ſecundũ gl. in. l. j. ff. e. Aegi. per.

† Quidam legunt ἔγκλημα Theophilus tamen hoc loco ἀδίκημα ſcripſit.

Iniquitas & iniuſtitia diuerſa ſunt.

i Generaliter. facit. ff. eod. l. j. Acc.

k Græci hybrin appellant. Hybris Græce, dicitur contumelia Latinę: vt aſſerit textus Adikema, eſt culpa. Anomia iniquitas addita eſt iniuſtitia. Inde Adikon, id eſt, iniuſtum.

l Iniuſtitia. iniquitatem cõmittit iudex, quando cõtra æquitatem pronũtiat: iniuſtitiam quando cõtra ſtrictum ius: iniquitatem & iniuſtitiam, quando contra vtrunque pronuntiat. Accur.

m Accepiſſe dicitur. ſ. ille contra quẽ eſt iudicatum. Vel dic accepiſſe. i. feciſſe iudicem. ſic. ff. de dam. infect. l. Proculus. Accur.

Iniuria autem. CASVS. Scire debes in principio, quod licet iniuria quatuor modis ſumatur vt ex præcedenti reſponſo liquet. attamen in toto iſto titulo proprie ſumitur iniuria pro cõtumelia. Volui ergo ſcire à legiſlatore, quomodo dicitur iniuria, ſiue cõtumelia cõmitti. Et reſpõ. dicens, quod non ſolum cõmittitur iniuria cum quis pugno pulſatus fuerit, aut fuſtibus cæſus, vel verberatus: ſed etiã ſi alicui conuiciũ aliquod dictũ fuerit. Item plus dico, quod ſi aliquis vellet poſsidere bona alicuius tanquã bona debitoris ſui, ſciens eũ nihil ſibi debere, iniuriam cõmittit. Item dico, ſi aliquis ad infamiam alicuius libellum famoſum cõpoſuerit, aut ſcripſerit, aut ediderit, iniuriam cõmittit: ſi aliquis pudicitiam alicuius bonę matronæ attentauerit, vel manifeſta. aſſectatus fuerit: vel prętextatũ. i. maſculum, vel prætextatam. i. fœminam aſſectatus fuerit: & alijs pluribus modis. h. d. Fran. de Are.

n Iniuria. hic proſequitur prout hoc titulo accipitur.

Conuic

verberatus † erit, ſed & cui conuicium [a] factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris [b], qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat [c] nihil eum ſibi debere, vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut hiſtoriã ſcripſerit, compoſuerit, ediderit †, doloue malo ſecerit, quo quid eorũ fieret [d], ſiue quis matrẽfamilias [e], aut prætextatum [f] prętextatãve aſſectatus [g] fuerit ⁎, ſiue cuius [h] pudicitia attẽta eſſe dicetur: & denique alijs plurimis modis [i] admitti iniuriã, manifeſtũ eſt.

Quæ liberis, vxori, aut nurui irrogatur iniuria, parẽti, marito, aut ſocero illata videtur: quo fit vt vt quandoque pro eadem iniuria pluribus perſonis iniuriarum actio competat: viro tamen illatam iniuriam vxori, vindicare non licet.

Patitur autẽ quis iniuriam, non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet [k]: item per vxorem ſuam [l]. id enim magis præualuit. Itaque ſi filiæ alicuius, quæ Titio nupta eſt, iniuriam feceris: non ſolùm filiæ nomine tecum iniuriarum agi poteſt, ſed etiam patris [m] quoque & mariti nomine. Contrà autem, ſi viro iniuria facta ſit, vxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi eñ vxores à viris, nõ viros ab vxoribus, æquũ eſt. Sed & ſocer, nurus nomine cuius [n] vir in eius poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.

Ex iniuria facta ſeruo, non agit ſeruus, ſed eius dominus, ſi iniuria in ſuam cõtumeliam fiat, vel fuerit atrox. Are.

Seruis autẽ ipſis quidem nulla iniuria [o] fieri intelligitur: ſed domino per eos fieri videtur: non tamẽ ijſdem modis, quibus etiam per liberos [p]

a Conuicium. quaſi conuocium: cum in vnum plures voces conferuntur: vt. ff. eod. l. item apud Labeonem. §. conuicium.

ADDITIO. No. quod verbum iniurioſum dicitur, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, improperatur aliquod delictum commiſſum: vt no. Bart. Bal. & doct. in. l. iij. in princi. ff. de li. & poſtu.

b Quaſi debitoris. cum nõ eſſet: vt hic, &. ff. eo. l. ſi iniuriæ. Accur.

c Qui intelligebat. ex effectu enim fit iniuria: vt. ff. eo. l. iij. ſed quid ſi erat vere debitor? Adhuc videtur idẽ: cũ nihil adeo durũ ſit, quam familiarẽ pɔ̃pam oſtendi. Quid enim tã durũ tanq; inhumanũ, quã publicatione pɔ̃paq; rerũ familiariũ, & paupertatis detegi vilitatẽ &c. vt. C. quan. & qui. debetur quarta pars ex bo. defuncti. l. ij. §. j. lib. x. Sed dico cõtra in ſequenti caſu, ſi iure eum prouocaui, vel meũ debitorem appellaui, cum eſſet: vt arg. ff. eod. l. eum, qui. in princip.

d Fieret. niſi nocens erat. Nam peccata nocentium nota eſſe expedit: vt ff. eod. l. eum qui. in princ.

e Matremfamilias. matremfamilias eã dicimus, quę eſt notæ authoritatis, & honeſtæ vitæ in domo ſua: vt. ff. de li. exh. l. iij. §. ſi. &. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. l. nam ciuium.

f Prætextatum. prætexta genus eſt veſtis, qua nobiliores ciues Romani ſolebant vti. Vnde ſi alius, quã cui permiſſum erat deferre, deferebat in alicuius certæ perſonæ ignominiam: iniuriarum tenebatur illi quem inſectabatur. ſic plerunq; fit. Accur.

g Affectatus. affectari, eſt frequenter ſequi. ſed attentare, eſt blando ſermone pudicitiã alicuius impetere: vt ff. eo. l. item apud Labeonem. §. aliud.

h Cuius. i. alicuius.

i Plurimis modis. qui notantur. ff. eo. per totum. & C. eo. per totum.

Patitur autem quis. CASVS. Supra dictum eſt, quot modis fit iniuria: modo videndum eſt, qualiter quis patitur iniuriam. Patitur autem quis iniuriam, nõ ſolum, ſi aliquo prędictorum modorũ ei directo fiat iniuria: vt puta, quia conuiciũ ei dictum fuit, vel aliquo alio modo. ſed etiã ſi liberis eius, quos in poteſtate habet, aliquo prædictorum modorum fiat iniuria, pater dicitur paſſus iniuriã. vnde pro iniuria facta vni perſonę: quãdoq; tribus, quandoq; quatuor datur actio iniuriarũ: veluti, ſi facta fuerit iniuria filiæfamilias nuptæ datur actio iniuriarum patri mulieris: & etiam mulieri, & marito mulieris. Sed quid ſi marito fuit iniuria facta, poteſt ne vxor agere pro iniuria ſibi facta, & econuerſo? Rñ. quod nõ. Æ quũ enim eſt vxores à viris defendi, & non maritos ab vxoribus. Quatuor enim perſonis cõpetit actio iniuriarũ pro iniuria facta vni perſonæ in tali caſu. Pone, quod aliqua filiafam. nupta filio meo ſit, quẽ in poteſtate habebam. huic ſi facta fuit iniuria, cõpetit actio iniuriarũ nuptæ: & mihi ſocero pro iniuria facta nurui meæ. & etiã filiofa. marito mulieris: & etiã patri mulieris. h. d. Fran.

k In poteſtate habet. ſi ille qui iniuriam facit, ſcit eos eſſe in poteſtate, licet ignoret, in cuius poteſtate ſint, alioqui non: ſicut marito ſi mulierem viduam credat: vt ff. eo. l. eum qui nocentem. §. ſi. Ac.

l Per vxorẽ ſuã. vel ſponſam: vt. ff. eod. l. item apud. §. ſponſum quoque.

m Sed etiam patris eius nõ eſſet: vt ff. eo. l. §. item.

ADDITIO. Iſta gloſſ. non eſt vera, per legem, ſed ſi vnius. §. ait prætor. verſicul. idem eſt, & ſi emancipatus. ff. eodem. & ibi videtur gloſſ. præterea, ſi non cõpetit patri actio iniuriarũ, qñ credit pulſatũ fore patremfa. vt. d. l. eũ qui. §. fi. ff. eo. ergo multo fortius non competit ſibi, quando in veritate eſt paterfamil. ſcilicet, quando eſt emancipatus: ſecundum Io. Fabr. quod credo verum. Ange.

n Cuius. ſ. fœminæ vel nurus.

Seruis autem. CASVS. Supra dictum eſt, quod patitur aliquis iniuriam, non ſolum per ſemetipſum, ſed & per vxorem ſuam, & per liberos ſuos, quos in poteſtate habet. Hoc autem omnia intelligere debes vera eſſe in liberis. Si enim alicui ſeruo fiat iniuria, non intelligitur ei fieri aliqua iniuria, eo quod inſpecto iure ciuili ſerui pro nullo habentur: ſed domino ſerui fit iniuria per iniuriã factam ſeruo: ſicut per iniuriam factam vxori, vel liberis, iniuria fit marito vxoris, & illi in cuius poteſtate liberi ſunt. Solum enim in duobus caſibus fit domino iniuria per iniuriam factã ſeruo: ſi vel in contumeliam domini aperte facta fuerit ſeruo iniuria, licet non atrox: vel ſi ſeruus atrociter verberetur. Cæterum ſi aliquis contra ſeruuum tuum conclamauerit, & eum leuiter pugno percuſſerit, non dabitur tibi actio iniuriarum. h. d. Fran.

o Nulla iniuria. quantum ad hoc vt agant. ſ. inſpecto iure ciuili: ſed ſic, inſpecto iure naturali: vt. ff. eodem. l. eum qui. §. j. &. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. l. ij. & ſupra de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. §. ſi. quæ eſt contra.

p Per liberos. i. filios.

† Dicitur verberare, q alio modo, quã pugnis percutit, ergo pugno percutiens nõ puniretur pœna ſtatuti puniẽtis verberantẽ. Ac. gi. per.

† Scribit Cor. Tacitus libr. j. Auguſtũ Cæſarem primũ cognitionem de famoſis libellis ſpecie legis maieſtatis tractaſſe, cõmotum Caſsij Seueri Libidine, qua viros fœminaſq; illuſtres procacib⁹ ſcriptis diffamauerat.

⁎ Prętextatus quis dicatſ, docet Budę⁹ in annot. ad. l. viii. ff. de ſenato. vbi & locum hũc eleganter explicat. Vide etiã Anto. Augu. emēda. lib. iij. ca. ix.

& vxores: ſed ita cū qd atrocius[a] cōmiſſum fuerit: & quod apertè[b] ad contumeliam domini reſpicit[c] veluti ſi quis alienum ſeruū atrociter verberauerit: & in hunc caſum[d] actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuiciū fecerit, vel pugno eum percuſſerit, nulla in eum actio domino competit.

Pro iniuria illata ſeruo communi, agit vterq; dominus, habita diſtinctione dignitatis vtriuſque. Aretinus.

Si communi ſeruo iniuria facta ſit: æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus[e] quiſq; eſt: æſtimationem iniuriæ fieri: ſed ex dominorum perſona[f], quia ipſius fit iniuria. Quòd ſi vſusfructus in ſeruo Titij eſt, ꝓprietas Mæuij: magis[g] Mæuio[h] iniuria fieri intelligitur.

Pro iniuria facta libero homini & ſeruo alieno, qui ſeruiunt nobis bona fide: ſi facta fuerit in deſpectum noſtrum, competit nobis actio iniuriarum. Aret.

Sed ſi libero homini, q tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit, niſi in cōtumeliam tuam pulſatus ſit, tunc enim competit & tibi[i] iniuriarum actio. Idem ergo eſt & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente: vt toties admittatur iniuriarum actio, quoties in tuam contumeliam[k] iniuria ei facta ſit.

Reiecta talionis pœna, quæ olim iniurioſis irrogabatur, hodie pecuniaria imponitur: vt ſcilicet reus tenti condemnetur, quāti iniuriā paſſus æſtimandam duxerit, aut iudicia taxāti æquum viſum fuerit: quippè qui pro dignitate illius cui infertur, pluris, minóriſve iniuriam æſtimabit.

Pœna autem iniuriarum, ex lege duodecim tabularū † propter

a Atrocius. quam æquum ſit.

b Et quod apertè. repete, & cum id commiſſum fuerit quod &c. Si autem non in domini cōtumeliam, ſed ſerui tantum, tamen adhuc non debet inulta relinqui à prætore: vt. ff. eodem. l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſic fecit.[1]

c Ad contumeliam domini reſpicit. his duobus caſibus domino datur actio: hoc eſt ſiue ad eius contumeliā fiat iniuria: ſiue ſeruus atrociter verberetur: & ſic dominus aget ꝓpter iniuriam ſeruo factā. non tamē ſerui nomine,[2] quaſi ſeruo competat actio: ſed in primo caſu nomine pro iniuria, ſcilicet ſibi commiſſa.

d In hunc caſum. non ſolum in ſuperiori caſu, quando ad cōtumeliam dñi facta eſt iniuria.

Si communi ſeruo. CASUS. Supra dictum eſt, ꝙ ſi ſeruo alicuius, qui in totum alicuius eſt, fiat iniuria: ꝙ in duobus caſibus actio iniuriarū competit domino. ſed pone, ꝙ ſeruo communi alicuius ſimplicis hominis & alicuius nobilis viri pro æqualibus partibus, fiat iniuria; ex qua naſcaſ actio iniuriarum. qualiter debet iſta iniuria æſtimari? Et reſpon. ꝙ non debet fieri iniuriæ æſtimatio pro ea parte, pro qua quiſque eorum dominus eſt: ſed ex perſonis dñorum, hoc eſt dignitatibus: hoc eſt dicere, ꝙ licet humilis perſona tantū habeat in ſeruo quantum & nobilis: non tamē tantū debet iniuria ſua æſtimari, quantum iniuria facta nobili. Ad legē autem inductam per cōtrariū. ff. eo. l. ſed non eſt æquū. Reſpon. ſic exponēdo ſed non eſt æquū pro maiori parte, quam pro qua dominus eſt, damnationem fieri: hoc ſic intelligo, ꝙ quilibet dominorum habebit dimidiā emendæ reſpectu ad ſuum totum. Si enim ſeruus cui facta eſt iniuria, totus fuiſſet nobilis, æſtimaretur iniuria ſua xx. ſolidos, ſed quia nō eſt niſi dimidius, æſtimabitur decē, & ita æſtimatio nobilis viri deducitur ad ſuū totū. Aut illud æſtimabitur habito reſpectu ad diuturnitatē. Si autē ſeruus cui facta eſt iniuria, totus eſſet dñi ignobilis, nō valeret iniuria niſi decem. cū ergo nō habeat niſi medietatem in ſeruo ſuo, æſtimabitur quinq;. Alijs autem modis ſoluitur ibidem. Sed quid ſi fiat iniuria ſeruo, in quo aliquis habet vſumfructum: cui competit actio iniuriarum? Et reſpon. ꝙ domino proprietatis. Sed pone, ꝙ alicui libero homini, qui tibi bona fide ſeruit fiat iniuria: dabitur ne tibi actio iniuriarum? Et reſpon. ꝙ nō, ſed ſibi. & hoc verum eſt, niſi in cōtumeliam tui domini, cui bona fide ſeruit, ſit vulneratus vel pulſatus. Idem eſt in ſeruo alieno bona fide ſeruiente: vt tunc pro iniuria ei facta, tibi concedatur actio iniuriarum, quando in contumeliam tui iniuria fuerit ei facta. Et hæc ſunt, quæ in litera continentur. Franciſcus.

e Dominus. imo pro parte dñij: vt. ff. eo. l. ſed non contra. Sol.* non contradicit ſi recte intelligaſ. Nam quilibet agit ratiōe dimidiæ: vt ſi duo ſunt: vnus nobilis alius ignobilis: ſi ſeruus eſſet totus nobilis, ageret iniuriarum in xx. nunc ergo aget in decē: ignobilis autē ageret in decem, ſi eſſet totus ſuus ſeruus: nunc ergo aget in quinq;, & ita quilibet pro parte ſua: & ratio dignitatis habeſ. Vel ibi erāt pares per oia dñi.

f Ex dominorū perſona. q.d. nō ex ſerui perſona.

g Magis. quam Titio.

h Mæuio. niſi ad contumeliam vſufructuarij facta ſit: vt. ff. eo. l. itē apud Labeonem. §. ſi vſumfructum. &. §. item ſi liberum. ad finem legis.

i Et tibi. non ſolum ei.

k In tuam contumeliam. nec minus ipſe iniuriarū aget. ideo in fructuario diſtingui oportet: vt. ff. eo. l. item. §. item ſi liberum.

Pœna autem iniuriarum. CASUS. Dixi Iuſti. Domine, dicatis mihi, quæ pœna imponitur pro iniuria in actione iniuriarū? ipſe notat mihi antiquas fabulas: dicens, ꝙ antiquitus imponebatur vna pœna pro iniuria per. l. xij. tabu. & alia per prætores poſtea & ſecunda: & vt breuiter dicam, membrum pro membro. propter os vero fractum, vt ſi aliquis in ore percuteret, ita quod ſanguis vndiq; flueret, ſecūdum dominum Guid. ſunt pecuniariæ pœnæ conſtitutæ propter veterum paupertatem: quia ita pauperes erant tunc, ꝙ ſatis puniebantur propter os fractum, ſi parum de pecunia ſoluerent. Maluerunt enim tunc temporis ſuſpendi, quam aliquid de pecunia ſua dare. vel poteſt hoc, quod dicit propter nimiam paupertatem veterum, referri non ad proximum dictum, ſed ad aliud quod dicit, erat pœna talionis. Quod cum ita pauperes erant olim, quod non habebant pecuniam vnde ſatisfacere poſſent membrum ruptum: propter hoc fuit ſtatuta pœna talionis: ſed poſtea prætores circa naturam iniuriarum tractantes ſtatuerunt, quod pro iniuria agatur ciuiliter: & tunc debet iudex in tantum condemnare iniuriantem, quanti ille cui fit iniuria, iniuriam ſibi factam æſtimauerit, vel minoris: ſecundum quod ſibi æquum viſum fuerit. Dicit etiam Iuſtinia. quod pœna. l. xij. tabu. in deſuetudinem abijt: pœna autem à prætoribus introducta hodie habet locum: nam ſecundum qualitatem perſonæ, cui fit iniuria, creſcit vel minuitur iniuriæ æſtimatio. hoc dicit. Franc.

[1] Not. q̃ maleficiū non debet remanere impunitū. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aq. Ex quo nota, quod ſi iniuriam paſſus nō poteſt agere ex forma ſtatuti: q̃a forte non ſoluit collectas: tamē iudex ex ſuo officio poteſt iniuriantē punire, vt d. §. ſi quis ſic fecit. & eſt bonus tex. & ibi Bart. in. l. nō ſolū. §. quāquam. ff. eo. An.

[2] No. modū libellādi, & agendi: quia dominus debet dicere ſeruū fuiſſe verberatū in cōtumeliā ſui, & ideo q̃a ſibi iniuria illata eſt: ſuo nomine iniuriarū agit ſi autē alio modo ſuccumberet. Ange.

* Vera ſolutio ſecūdum Bart. in l. itē. §. ſi. ff. e. eſt: q̃a aut fit iniuria ad cōtumeliā dominorum: et habet locū hic tex. aut nō, ſed ſimpliciter fit ſeruo: & tunc loquiſ lex contraria. Aegi. per.

† De qua re vide apud Gell. lib. xx. ca. j. diſputātem Sex. Ceciliū Iuriſcō. cum Phauorino philoſopho.

Membrum.

membrum[a] quidem ruptum[b] talio[c] erat: propter os verò fractũ nummariæ pœnæ erant conſtitutæ: quaſi in magna[d] veterũ paupertate. Sed poſtea prætores permittebãt ipſis, qui iniuriam paſsi ſunt, eam æſtimare: vt iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriã paſſus æſtimauerit[e]: vel minoris: prout ei viſum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ: quę ex lege duodecim tabularum introducta eſt, in deſuetudinem abijt. quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria[f] appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam ſecundum gradum dignitatis, vitæq; honeſtatẽ creſcit, aut minuitur ęſtimatio[g] iniuriæ. qui gradus condemnationis & in ſeruili perſona nõ immeritò ſeruatur: vt aliud in ſeruo actore[h], aliud in medij actus hoĩe[i], aliud in viliſsimo vel cõpedito[k] ius æſtimationis conſtituat.

Lege Cornelia de iniurijs tenetur quis etiam in tribus caſibus hic ſpecificatis: & domus noſtra dicitur etiam conducta. Aret.

Sed & lex Cornelia[l] de iniurijs loquitur: & iniuriarum actionem introduxit[m]: quæ cõpetit ob eam rem, quòd ſe pulſatum[n] quis, verberatumve[o], vel domũ ſuã[p] vi introitam eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſiue in ꝓpria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit.

Atrox iniuria, grauius punitur: atrocem autem iniuriam ex facto, loco, perſona, & corporis parte quæ læſa ſuit, reputamus.

Atrox[q] iniuria† æſtimatur, vel ex facto[r]: veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtibus cæſus, vel ex loco: veluti ſi cui in theatro, vel in foro, vel in cõſpectu† prętoris iniuria facta ſit, vel ex perſona: veluti ſi magiſtratus iniuriã paſſus fuerit: vel ſi ſenatori ab humili perſona[s] iniuria facta ſit: aut parenti, patronove fiat à liberis, vel libertis[t]. Aliter enim ſenatoris & parẽtis patroniq;, aliter extranei & humilis pſonæ iniuria æſtimatur. Nonnunquam[v] & locus vulneris atrocẽ iniuriam facit: veluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autẽ refert, vtrũ patriſfamilias[x], an filiofamilias talis iniuria facta ſit: nã & hæc atrox iniuria æſtimabitur.

Illata iniuria aut ciuiliter, aut criminaliter vindicatur: ciuiliter, quando mulcta iniuriato adiudicatur: criminaliter, ſi quando reus iudicis arbitrio extra ordinem pa... committitur. quo caſu preu...

a Membrum. puta manũ vel pedem. ADDITIO. Not. ex tex. & gloſ. quid dicatur mẽbrum: & habetur in. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu ho. per glo. & doc. & an dens dicatur membrũ, habetur in. l. cui dens. ff. de ædil. edic. de quo vide Barto. & Ioan. de Imo. in. l. ij. ff. de pub. iudi. Ange.

b Ruptum. id eſt, detruncatum.

c Talio. i. ſimilitudo ſupplicij: vt mẽbrũ pro mẽbro.

d Quaſi ĩ magna. hæc eſt ratio nõ ad proximum, ſed ad illud quod erat pœna talionis. Accur.

e Aeſtimauerit. ꝑ ſacramentum taxatione iudicis.

f Honoraria. facit. ſ. de iur. natu. gen. & ciui. §. proponebant.

g Aeſtimatio. ꝓpoſita actione iniuriarũ prætoria, quę anno continuo tollitur: vt. C. eo. l. ſi non cõuicij. niſi in caſu, vbi anno vtili datur: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. poſt annum.

h In ſeruo actore. id eſt, caſtaldo.

i Medij actus homine. q meſonauta, alias mediaſtinus dicitur. ff. nau. caup. ſtab. l. j. §. qui ſunt. ver. nec enim. & §. caupones. ver ſicu. cæterum.

k Compedito. i. in eo ſeruo, qui nullam aliã affert vtilitatem: ſed tantum ligatus ſtat.

Sed & lex Cornelia. CASVS Scire debes, quod pro omni iniuria de mũdo debet agi actiõe iniuriarum ex lege Cornel. de iniurijs. quod contingit in tribus caſibus: puta ſi aliqs dicat ſe pulſatum, verberatũ, vel domum ſuã vi introitã. et appello domum tuam, ſiue propria tibi fuerit, ſiue locata, ſiue gratis conceſſa. hoc dicit. Franciſcus.

l Lex Cornelia. ideo ſic dicta, quia Cornelius Sylla præfectus primus eam fecit: vt. ff. de accuſa. l. hos accuſare. in fine legis. Accur.

m Introduxit. ſ. dicta l. Cornelia. in qua actione condemnatio fit æſtimatione iudicis: nõ iureiurãdo in litẽ: vt. ff. eo. l. cõſtitutionibus. Sed nunquid in his caſibus, qui tres ſunt ex lege Cornelia, eſt hæc actio perpetua? Dicũt quidam, vt M. ꝙ ſic: cũ omnis actio ex lege deſcendens ſit perpetua: vt. j. de perpe. & tẽp. act. in prin. Sed Io. cõtra dicit enim ſemper eã anno cõtinuo tolli: vt. C. eo. l. ſi nõ cõuitij. Et not. ꝙ his tribus caſibus eſt ciuilis, alias eſt vbique prætoria, cũ à prætore ſit inducta: vt. ff. eo. l. prætor. Accurſius.

n Pulſatum. ſine dolore.

o Verberatũve. ſcilicet cũ dolore: vt. ff. eo. l. lex Corneliæ. § j.

p Domũ ſuam. facit. ff. de ijs, qui deie. vel effu. l. j. §. habitare.

Atrox iniuria. CASVS. Intellexi Dñe Iuſti. ſuperius fieri mentionem de atroci iniuria. ſed dñe, qualr cognoſcã atrocẽ iniuriã? Et ipſe tñ. dicẽs, ꝙ atrox iniuria quatuor modis cognoſcit: videlicet ex loco dupliciter. ſ. ex loco vbi ſit, vel loco vulneris. Itẽ ex facto, vt ſi aliquis vulneratus fuerit, vel grauiter læſus. & etiã ex perſona: vt patet ex litera. h. d. Franc. de Are.

q Atrox. ideo atrox iniuria ab alia ſeparatur, ꝗ̃ ſit minor. vt per hoc magis puniaſ: vt. ſ. eo. §. pœna. ff eo. l. prætor edixit. §. atrocem. & §. fin. & l. vulneris. et. l. ſeq.

r Ex facto. magis, quã ex pretio rei: vt. ff. de inc. rui. nau. l. Pedius. § j.

s Humili pſona. quæ ſit perſona humilis, dic: vt. C. de ince. nup. l. humiliũ.

t A liberis vel libertis. quibus aduerſus parentes & patronos agere ꝑmittiſ, ſi ſit atrox iniuria facta eis à parẽtibus & patronis: vt. ff. eo. l. ꝑtor edixit. §. pręterea. puta in oculo, vel in ore: vt. ff. e. l. ꝑtor. §. fina. & l. ſeq. Accur.

ADDITIO. Dicas ſecũdũ Sali. in. l. iniquũ. C. q acc. nõ poſ. ꝙ licet pro leui iniuria filius in ptãte nõ poſsit patrẽ ſolẽniter accuſare: vt. l. lis nulla. ff. de iu. tñ iudicis officiũ põt ĩplorare ꝓ graui: vt. l. ſi lenones. C. de epi. au. Emãcipatus q̃q ꝓ leui delicto nõ accuſat: ſed ꝓ graui ſic: dũ eũ nõ ciuilr agi non poſsit. alis ſecus, vt hic ꝑ do.

v Nonnunquam. i. aliquando. & ſic duæ negationes faciunt vnam affirmationem. Accur.

x Filiofamilias. niſi qa facta iniuria filio, duæ actiones naſcun

Diclicet gl. j. prox. §. & in. d. l. ſi nõ conuicij nullã approbet & ponat multas opin. tamen hic & in. l. lex Corn. hãc approbat, qđ iſta actio ſit ciuilis ĩ tribus caſibus. §. proxi. j. cod. Ange.

Lex Corne. vnde dicitur.

Domus ſua.

No. q & relatiuũ ſuus ſua ſuũ, nõ ſemper ĩportat dominiũ, & facit ꝗ no. Bart. in. l. quis tus. §. argẽto. ff. de aur. & arg. le. Ange.

† Cõcor. cũ hoc. §. c. vl. in gl. ſuper ver. atroces. extra de do. vbi recitat tenorẽ huius. §. et gl. j. paulo poſt me. & in. c. ſi. extra de conſe. eccl. vel alta.

† Nã atrocior eſt quæ ſit in conſpectu l. ꝑtor edixit. in fin. ff eo. Ac. gi. per.

nes naſcuntur: & vtriuſq; exercitium competit patri: vt. ff. eo. l. ſed ſi vnius. §. filiofamilias. & l. pater. ſed facta iniuria patri, non ideo filius aget.

In ſumma. CASVS. Ille qui patitur iniuriam, poteſt agere de iniuria ſibi illata ciuiliter, ſi voluerit, vel criminaliter. Si aũt ciuiliter agat: æſtimatione facta, ſecũdum quod ſupra dictum eſt, iudex pœnam reo irrogabit. Si autem criminaliter: tunc extraordinaria pœna eſt imponenda. Hoc tamẽ vult ſemper obſeruari dominus Iuſti. quia illuſtres & ſuperilluſtres iniurias ſibi illatas, per procuratores agere poſsint, tam criminaliter, quam ciuiliter, ſecundum tenorem conſtitutionis Leonis, quam habes. C. eo. l. fi. (ad quam recurre. Frã.

a Agere. & ſic ſtollitur vnum iudiciũ per aliud: cũ vtrũq; ſit proditũ ad vindictam: vt. ff. eod. l. prætor. §. j. & l. q̃d ſenatuſconſultũ. in fi. in gloſ. ſi. ſecus ſi alterum eſſet de re familiari: vt. C. q̃n ciui. actio crimina. præiud. l. j. Et ideo ſi de iniuria atroci actum eſt iniuriarũ, nihilominus poteſt agi lege Aquilia ad damnum, & ecõuerſo. Nec enim actione iniuriarũ agitur ad damnum, vt ad damnum, ſed vt ad contumeliam: vt. ff. eo. l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo verberato.

† Seu leuis ſit, ſiue atrox: qa qui totum dicit, nihil excludit. Aegi. per.

† Scilicet ſolũ, non quemlibet de populo: qa iniuria eſt crimẽ priuatum. fallit i libello famoſo. Aegi. per.

† In alijs vbicũque poteſt imponi pœna corpo. non admittitur ꝓcurator, neque agendo, neque defendendo, ſecundum Bar. Aegi. per.

rator interuenire nequaquam poteſt: niſi qui iniuriam perſequitur, vel ſe defendit, aut illuſtris, aut ſuperilluſtris ſit.

In ſumma ſciẽdum eſt, de omni † iniuria, eum † qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter agere [a], vel ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agatur: æſtimatione facta, ſecundũ quod dictũ eſt [b], pœna [c] reo imponitur, ſin autem criminaliter: officio iudicis extraordinaria [d] pœna reo irrogatur: hoc videlicet obſeruãdo, quòd Zenoniana conſtitutio [e] introduxit, vt viri illuſtres [f] †, qui quæ ſuper eos ſunt, & per procuratores poſſint actionem [g] iniuriarũ criminaliter vel perſequi, vel ſuſcipere, ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet [h].

Etiam qui curauit vt cuipiam per alium iniuria fieret, iniuriarum tenetur.

Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id eſt, qui percuſsit: verũ ille quoq; tenetur, qui dolo fecit iniuriam, vel qui procurauit, vt cui [i] mala [k] pugno percuteretur [l].

Actio iniuriarum non naſcitur, niſi ab initio iniuriatus in animo ſuo iniuriam reuocauerit. Vel ſic ſecundum gloſſ. Actio iniuriarum iam nata tollitur diſsimulatione. Aretin.

Hæc actio diſsimulatione [m] aboletur. & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit: hoc eſt, ſtatim paſſus, ad animum ſuum nõ reuocauerit [n]: poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.

TITVLVS V.

DE OBLIGATIONIBVS, QVÆ QVASI ex delicto naſcuntur.

Obligatio ex quaſi delicto oriri dicitur, quando non ex dolo malo, ſed magis imperitia quadam, & minus prouidè delinquitur: quo pacto & iudex ſi per imprudentiam perperam pronuntiauit, facit litem ſuam, id eſt, damnum eius litis, vt æquitati iudicantis videbitur, læſo reſtaurare compellitur.

b Dictum eſt. vt. ſ. eo. §. pœna. in fi. §.

c Pœna. pecuniaria. ſ. actori danda.

d Extraordinaria. ſcillcet, capitis vel ſtatus ſi iudici ſedeat, vel pecuniaria inferenda fiſco, non actori: vt. ff. eod. l. fi. Accur.

ADDITIO. Et ſic vbi pœna eſt in arbitrio iudicis, poteſt ſuum arbitrium extẽdere vſq; ad mortem: quod eſt verum penſata & attentata facti qualitate. l. Pedius. §. j. ff. de incẽ. rui. nau. Item ex hac gl. elici poteſt, quod ſi ageretur de crimine ad pœnã pecuniariam fiſco applicandam, iudicium dicitur eſſe criminale.

Pœna arbitraria ad mortẽ extenditur.

e Conſtitutio. vt. C. eo. l fin.

f Illuſtres. hi ſunt qui tantum nomine illuſtres ſunt, & non dignitate. illi autem ſunt ſuper eos, qui dignitatem & adminiſtrationẽ habẽt: ſupra quos nemo eſt, niſi Imperator [1]. quod dic vt no. in authẽ. vt ab illuſtri. & qui ſupra eos ſunt. col. v.

1 Dic vt p gl. & omnes docto. in. l. fi. C. eo. Ange.

g Actionem. i. accuſationem. Et eſt ſpeciale in accuſatione, alias contra: vt. ff. de procur. l. licet. §. ad actionem &. ff. de pu. iud. l. pe. § ad crimen.

h Apparet. dic ergo hic caſum eius legis.

Non ſolum. CASVS. Scire debes quod non ſolum tenetur actione iniuriarum qui fecit iniuriam: ſed ille qui procurauit, vt ab alio fieret. h. d. Fran. de Are.

i Vt cui. i. alicui. vel cuius. i. alicuius.

k Mala. i. maxilla.

l Percuteretur. ſed videtur, quod ex tali conſilio nõ teneaſ: vt. ĩ. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. ope. in fin. §. Sed dic vt ibi diximus. Item arg. contra. ĩ. manda. §. tua tãtum. ibi: quia nemo ex conſilio.

Hæc actio. CASVS. Si aliquis fecerit mihi iniuriã, & ego diſsimulauerim: ſi pœnitcã poſtea, & velim agere iniuriarum: nõ poſſum. h. d. Fran.

m Diſsimulatione. vt ſi riſi, vel luſi, vel comedi cum eo poſtea. Item tollitur etiam nudo pacto ipſo iure: vt. ff. de pactis. l. ſi tibi. §. quædam actiones. Sed nũquid eſt nata etiam ſtatim facta iniuria: an ita demum ſi dicat ad animum reuoco? Quod vltimum dixit B. vt dicũt. Sed certe imo eſt nata ſtatim. nec enim ex reuocatione ad animum, vel ex verbis talibus naſcit hæc actio, ſed ex contumelia: vt. ff. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Itẽ quomodo aboleretur hæc, niſi eſſet nata? certe nullo modo: vt. ff. de iniuſto rup. teſta. l. nam & ſi. §. poſt defectum. & ff. de ver. obli. l. decem.

Actio iniuriarũ quo modo tollitur.

n Non reuocauerit. i. aboleuerit. Non enim oportet dicere, ad animũ reuoco: ſed ſufficit ſi remaneat iratus, & ei nõ reconcilietur [2]. Sed quid ſi in vltima voluntate in pœnitẽtia remittit quaſi coactus morte, & poſtea conualet: nunquid renaſcit? Videtur quod ſic: vt arg. ſ. de dona. §. mortis cauſa. Item quia coactus remiſit. vnde prætor ratum non habet: vt. ff. quod met. cauſa. l. j. Sed contradico: quia fuit ſemel extincta: vnde in perpetuum reſuſcitari non poteſt: vt. ff. de ſolut. l. qui res §. aream. ibi, in perpetuum. Item præſumo, q perpetuo voluerit remittere, ſiue conualuerit, ſiue non. nam alias non potuit bene pœnitere. præſumã ergo eum nõ fuiſſe immemorem ſuæ ſalutis: vt. C. ad leg. Iul. repe. l. fin. Item eſt cõtra ad id, quod hic dicit, nuda voluntate tolli hanc actionem. ff. de neg. geſt. l. Pomponius. ibi, nam quo modo &c. & ibi no. glo. nuda: ſed certe ab initio tollitur nuda voluntate & ſimplici & vnius tantũ ſed ſi ſemel ad animum reuocauerit, non remittitur per nudam voluntatem: ſed per voluntatem nudã verbis, vel pacto expreſſam, ſic etiam ipſo iure: vt dictum eſt per l. ff. de pact. l. ſi tibi. §. quædam.

2 Dic vt ff. de adi. lega l. filio. §. Scia. & vide. l. iij. §. fin. ibi Bar. eo. ti. Ang.

DE OBLIGATIONIBVS &c.

Quia

Quia de obligationibus ex maleficio diximus, ſequitur de iis, quæ ex quaſi maleficio ſunt. Accur.

SI iudex [a] litem ſuã [b] ✝ fecerit [c], nõ propriè ex maleficio obligatus videtur. ſed quia neque ex maleficio, neq; ex contractu [d] obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri, & inquantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur [e], pœnam ſuſtinebit.

Si ex ædibus quas quis inhabitat, aut ipſum deiectum, effuſumve fuerit, quod tranſeunti damnum intulerit, aut ea parte qua vulgò iter fit: aliquid ſuſpenſum habeat, cuius caſus periculoſus ſit, ex quaſi delicto obligatus, pœnas hic deſcriptas incurrit.

Item is, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis habitat [f], deiectũ effuſumve aliquid eſt, ita vt alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem nõ propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia pleruncq; ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte, qua vulgò iter fieri ſolet, id po-

✝ Idem in tabellione male faciente inſtrumentũ ſecundũ Nico. de Neap. Aegid. per.

SI iudex. Totus iſte ti. diuiditur in duas partes principales. Primo ponit caſus, in quibus qs obligatur ex quaſi maleficio. Secũdo qua actione his caſibus agatur. Secũda ibi, In his autem. CASVS. In toto titu. iſto nihil aliud dicitur, niſi quod ponũtur quædã exẽpla, in quibus quidẽ exẽplis tenetur aliquis ex quaſi delicto: & inter omnia exẽpla primũ exẽplũ eſt de iudice, qui cognoſcens inter me & aduerſariũ meum, per ſuam imprudentiã vel imperitiã cõtra iuſtitiã meã pronũtiauit, credens equũ de me facere. Iſte enim iudex dicit litẽ facere ſuam: hoc eſt damnũ alterius in ſe transferre. In id etiam mihi tenetur, in quo per imperitiã ſuam me læſit. Sed quo genere dicemus ipſum mihi obligatũ? Rñ. vt ſuperius dictũ eſt, quod cum nõ ſit obligatus ex cõtractu, nec ex quaſi cõtractu, eo quod neq; cõtraxit, neq; quaſi cõtraxit, neq; ex maleficio: quia credebat bene facere: ex quaſi delicto obligatur. Sed pro Deo, inquantũ ſuſtinebit iudex iſte imperitus pœnã? Rñ. quod inquantũ æquum viſum fuerit iudici maiori: hoc eſt, ſecundũ quod plus, vel minus iudex maior viderit ipſum erraſſe. Secus enim eſt, ſi circa certa & cõmunia aliquis iudex errauerit: & ſecus ſi errauerit circa occulta huius philoſophiæ. hoc dicit. Franciſcus.

a Iudex. ſiue ſit paterfamilias iudex, ſiue filiusfamilias. ſed qñ eſt filiusfamilias, pater de peculio tenet inquantũ fuit in peculio: cũ filiusfamilias litẽ ſuam fecit, vt ita ſint duo ſpecialia: & quia datur de peculio, licet ſit quaſi maleficiũ, quod nõ eſt alias: vt. ff. de iis qui de. vel effu. l. j. §. ſi filiusfamil. Itẽ quia inſpicit tẽpus, quo fecit litẽ ſuam in condẽnando: licet alias rei iudicatæ tẽpus ſpectetur: vt. ff. de pe. l. quæſitum. & probantur hæc ff. de iudic. l. ſi filiusfa. Vel dic quod filius conuenitur [1]: vt no. in d. §. ſi filiusfamilias. Accur.

[1] De peculio cum pater conſueuit conueniri.

ADDITIO. No. quod iſte tit. nõ habet locum, quãdo iudex per dolum vel corruptelam tulit ſententiam: quia tunc tenetur proprie ex delicto: vt etiã no. Bar. in d. §. ſi filiusfa. Ang. Aret.

b Litem ſuam. i. controuerſiam, vel litigium: vt in id teneatur ipſe in quo læſit aliquẽ: & hoc qñ per ignorãtiam vel imperitiã: vt. j. ſequit. Nã ſi dolo, tunc nõ habet locũ hic titulus: ſed ex maleficio tenetur, & fit infamis: vt. C. de pœ. iu. qui ma. iu. l. fi. Sed nunquid hæc omnia in arbitro locũ habent? Dicit Ioã. quod ſic: vt. C. de pact. l. ſi quis in cõſcrib. Alij cõtra, cũ poſsit pœna peti tantũ: nec ſentẽtia valeat: vt. C. de ar. l. j. & l. ij. & maxime ſecundum noua iura, quæ loquũtur cũ eſt iuratũ ab arbitro, vel à partibus, ſecũdũ quæ nihil eis erit præter ſacramentũ: vt in auth. de iu. §. quia vero. verſ. ſi aũt ex ignorãtia coll. vj. Sed certe ſentẽtia prima vera eſt, nec obſtat hæc auth. quia nihil erit ei. i. arbitro, præter ſacramentũ &c. ſ. vt poſsit cogere partes ſuo ſtare iudicio, vel eis. i. partibus. Nam vocabit alterã partem per iuramentũ, ſed & cõtra arbitrum nihilominus ages, vt dictum eſt. & per actionẽ in factum: vt. j. eo. §. fi.

Arbiter ſi facit litem ſuam an ſit puniendus ſicut iudex.

c Fecerit. i. male iudicauerit.

d Ex contractu. vel quaſi.

e Videbitur. vt ſi dubitauit circa legẽ Fuſiã Caniniã. durius puniatur. ſi aũt in. l. illa, Gallus Aquilius, mitius puniatur [2]: & hoc qñ non fuit data pecunia iudici: vel promiſſa: alias graues pœnæ ſequerentur: vt. C. de pœ. iu. qui ma. iud. auth. nouo iure. & facit ad hoc reſpon. ff. de var. & extraor. cog. l. fina. Accur.

[2] Et idem ſi fuerit ſecutus intellectũ multorum doctorum in vna lege, quæ habet plures intellectus, licet ille nõ ſit communis, vt dicit Barto. in. l. cũ prolatis in fi. ff. de re iudi. valeret tamẽ talis ſentẽtia vnde opus eſſet appellatione & iudex appellatiõis poſſet ſeq aliã opin. & aliũ intellectum: & retractare vel confirmare ſentẽtiã, vt no. Bart. in. l. iiij. §. hoc autem iudiciũ in fi. ff. de dãno infe.

De hac materia vide latius per Ang. hic.

Item is ex cuius cœnaculo. CASVS. Iam vidiſtis vnum exemplum, vbi obligatus eſt aliqs nõ ex contractu: neq; ex quaſi cõtractu, neq; ex maleficio, ſed ex quaſi maleficio eſt obligatus. Modo ponit hic aliud exẽplũ: vt ecce, Si de cœnaculo alicuius fuerit aliquid eiectũ, vel effuſum ex quo aliquis læditur: iſte de cuius cœnaculo illud eijcitur vel effunditur, eſt obligatus, nõ ex contractu, neq; ex quaſi contractu, neq; ex maleficio: quia ipſe non eiecit: ſed ex quaſi maleficio. l. quo ad id quod imminet, quaſi deliquiſſe videatur, eo quod vſus eſt opera malorũ hominum. Et poſſum cõiungere ſequentem verſiculũ, ſi ex certa ſcientia non facio: vt per exempla diſtinguam. Et ſumus in verſiculo, Cui ſimilis eſt. Iam vidiſtis duo exempla, in quibus eſt obligatus ex quaſi maleficio: adhuc ponit aliud exemplum parũ differens à ſecundo. Ecce, ſi aliquis habebat aliquid poſitũ vel ſuſpenſum ſuper viã publicam, quod nocere poſſet tranſeũtibus, qui ita patitur poſitum vel ſuſpẽſum, tenetur ex quaſi delicto, vel maleficio, quanquã nemo læſus fuerit: dũtamen id quod poſitũ eſt, vel appenſum, lædere poſsit aliquẽ ſi ceciderit: & punit ex ſecundo edicto de eiectis & effuſis in decẽ aureis, licet nihil nocuerit. Nõ enim inſpicitur hic euẽtus: ſed quid euenire põt. In eiectis vero vel effuſis tunc demũ puniẽdus eſt quis, cũ per eiectũ vel effuſum alicui nocitũ fuerit. Sed dñe, pro Deo, quæ eſt pœna de eiectis vel effuſis? Et reſpon. dominus Iuſti. quod ex primo edicto de eiectis, vel effuſis pœna eſt tripli dãni dati. Si autẽ liber homo interfectus fuerit per eiectũ vel effuſum; tunc cõſtituta eſt pœna quinquaginta aureorũ. Si aũt veniat liber homo, & per eiectũ vel effuſum ei nocitum ſit: tunc punitur inquantũ iudici æquum videbitur. Debet enim iudex cõputare impendia in curatione facta, & operas eius quibus caruit: forte ſi ſcriptor manu dextra mutilatus eſt, vel alibi eſt vulneratus, ita quod ſcribere non poteſt. vel quibus cariturus: vt puta ſcriptor eſt, & manus eſt ei abſciſſa, qua ſcribere ſolebat, quod tñ difficillimũ eſt enarrare. dicit glo. quod non referas ad impendia, ſed ad operas qbus caruit &c. Licet enim ita eſſet, qd' ſolebat quolibet anno decẽ libras ſcribẽdo lucrari: nõ tñ propter hoc ſequit, quod in poſterũ faceret. Poſſet enim cõtingere, quod non inueniret qui operas ſuas cõduceret. & hoc vult dicere litera iſta. h. d. Fran. de Are.

f Habitat. hoſpes plane nõ tenet, ſed is qui hoſpitiũ dedes

dedərit: vt. ff. de iis, qui deie. vel effude. l. j. §. pe. Accur.

ADDITIO. Nota, ꝙ quando quis debet citari ad domum ſolitæ habitationis, non ſufficit citari ad hoſpitiũ: iuxta. l. iiij §. ꝑtor. & ibi late Bar. ff. de da. infe.

a Id poſitum. licet ipſe non poſuerit.

b Si ceciderit. nõ enim ſpectatur, vt noceat.

c Pœna. ꝑſtãda.

d Decem aureorum. vel ſolidorũ: vt. ff. de iis qui deiec. vel effu. l. ſi vero. §. prætor. & §. fina. & tunc dicas actionem in factum fore annuam: vt. ff. de popul. act. l. fin.

e Conſtituta eſt actio. ꝑpetua, quæ hæredi datur, ſed in hæredem nõ datur: vt. ff. de iis qui deie. vel effu. l. ſi vero. §. hęc aũt actio.

f Quinquaginta. ideo certa pœna ſtatuitur: quia nõ poteſt æſtimatio liberi corporis fieri: vt ff. ad legem Rho. de iactu. l. ij. §. ij. [1] Et competit hæc actio intra annum, et nec hæredi nec in hæredem datur: cum ſit pœnalis & popularis: quę prius datur ei, cuius magis intereſt: vt. ff. de iis, deie. vel effude. l. ſi vero. §. quæ autẽ.

g Actio dat. Perpetua ſibi: ſed alij puta hæredi pro eo ſi mortuus eſt, annalis daf: vt. ff. de iis, qui deie. vel effud. l. ſi vero plures. §. hæc autem actio. ibi, ſed ſi libero &c.

h Eſt factus. quia difficilimum eſt æſtimare futuras operas.

Si filiusfamilias &c. CASVS. Supra dictum eſt, ꝙ ſi aliquid de hoſpitio patrisfa. eiectum vel effuſum ſit: quod alicui nocuerit: vel ſi aliquid poſitum vel ſuſpenſum fuerit ſupra viam publicam, cuius caſus tranſeuntibus ſit periculoſus: qualiter agatur contra patremfa. ex edicto de eiectis vel effuſis. Sed pone, quod ex domo alicuius filijfa. ſeorſum à patre habitãtis fuerit aliquid eiectum vel effuſum, quod alicui tranſeunti nocuerit, vel aliquid habuerit appenſum &c. quid iuris in iſto caſu? dabitur ne actio in patrem? Et rñ. Iuſti. ꝙ nõ dabitur in patrem aliqua actio, nec etiã actio ex peculio, ſed contra filiumfami. eſt agendum. Hoc etiam idẽ obſeruandum dicit litera in filiofami. iudice, qui per imperitiam ſuam litem ſuam fecit, & per imprudentiam. Hoc autem exponunt quidam, quod ſi filiusfa. per imperitiam litem ſuam fecerit: ſi ſeorſum à patre habitauerit, nõ tenetur pater etiam de peculio. Si autem cum patre habitauerit, pater de peculio tenetur. Sed dominus Guido pro conſtanti ponit, quod ſi filiusfami. per imperitiam litem ſuam fecerit: ſiue ſeorſum habitauerit à patre, ſiue cum patre: hoc non refert. Semper enim filius tenetur inſolidum: pater autem peculiotenus. & gloſ. ſecundum quod in gloſ. ordi. eſt. Idẽ eſt in filiofa. quo ad hoc, ſcilicet vt ſemper teneatur filiusfami. inſolidum, ſiue ſimul cum patre habitauerit, ſiue ſeorſum à patre. ſed tamen quando filius litem ſuam facit, pater tenet de peculio, licet filius ſeorſum habitauerit, quanquam in caſu, quando filiusfamil. aliquid appoſitum habet, quod nocere poſſit, pater non teneatur. Franc.

ſitum [a] aut ſuſpẽſum habet, quod poteſt †, ſi ceciderit [b], alicui nocere †. quo caſu pœna [c] decem aureorum [d] cõſtituta eſt. De eo verò, quod deiectum effuſumve eſt, dupli quantũ damni datum ſit, conſtituta eſt actio [e]. Ob hominem verò liberum occiſum quinquaginta [f] aureorum pœna conſtituitur. Si verò viuat, nocitũq; ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici videt, actio datur [g]. Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas, cæteraq; impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis eſt factus [h] †.

Si ex cœnaculo filii habitantis ſeorſum à patre aliquid fuerit proiectum, vel aliquid fuerit appenſum, vel fecerit litem ſuam: pater non tenetur. Aretinus.

Si filiusfamilias ſeorſum [i] à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſumve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit, in patrem nullam eſſe [k] actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias iudice obſeruandum eſt: qui litem ſuam fecerit [l].

Nauis, cauponæ, & ſtabuli exercitio præfectus, ſi ij quorum opera vtitur, furtum aut dolum in naui, caupona, & ſtabulo commiſerint, ex quaſi delicto obligatus, eorum factum præſtare debet.

Item exercitor [m] nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo aut furto, quod in naui, aut caupona †, ſtabulo factũ erit, quaſi ex maleficio [n] teneri videtur †: ſi modò ipſius nullum eſt maleficiũ. ſed alicuius eorũ, quorũ opera nauẽ aut cauponã, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neq; ex maleficio,

i Seorſum. id eſt, ſeparatus à patre.

k Nullã eſſe. etiã de peculio: vt. ff. de iis, qui deie. vel effud. l. j. §. ſi filiusfamilias.

l Litem ſuã fecerit. ſcilicet ſi ſine patre habitauerit, aliás pater de peculio tenetur: vt. ff. de iu. l. ſi filiusfamilias ſecundum Ioan. Vel dic idem, ſcilicet vt teneatur ipſe filiusfamilias, habitet cũ patre, vel non. (ſed ſecũdum Azonem pater hic tenef de peculio, vt dictum eſt per. l. ff. de iis, q deie. vel effu. l. j. §. ſi filiusfamilias.) Filio vero condemnato, & ibi pater tenetur de peculio: cum videatur quaſi cõtrahi cum filio: [2] vt. ff. de noxal. act. l. & ſi cõdemnatus. &. ff. de pe. l. iij. §. idem ſcribit.

Item exercitor. CASVS. Non ſolum in exẽplis prædictis tenetur quis, ſiue obligatur ex quaſi maleficio: ſed ſimiliter poteſt conuenienter poni exemplum de exercitore nauis, aut cauponæ, aut ſtabulario. Si enim aliquod furtum vel damnum fuerit factum in naui, vel caupona, vel ſtabulo per aliquem eorum quorum opera vtitur magnus exercitor nauis, vel ſtabuli, vel dominus cauponæ, ex quaſi maleficio obligatur: quia deliquiſſe videtur, qui opera malorum hominum vtitur. In omnibus autem quatuor exemplis ſiue caſibus ſupradictis poteſt aliquis per actionem in factum, quæ hæredi datur, ſed non contra hæredem, conſequi illud in quo ſibi obligantur prædicti. hoc dicit vſque ad finem titu. Franciſcus.

m Item exercitor. quis ſit, dic vt infra, quod cum eo. §. ij. Accurſius.

n Quaſi ex maleficio. id eſt, actione in factum in duplum, vt. ff. nautæ cau. ſta. l. fina. & ff. fur. aduer. nau. cau. ſtab. l. prima. Item eſt & alia in factum actio, quæ eſt ex eo contractu de recepto: vt, ff. nautæ cau. ſtab. l. j. in principio.

ADDITIO. Et hic dicit Ioan. Fa. quod ſi dominus fuit condemnatus ex facto nautarum, ab eis poteſt repetere: argu. l. ſi colonus. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. ſi vero. §. cum autem. ff. de iis, qui deiec. vel effude.

† Scilicet facile, aliás nõ tenetur. Aegi. per.

† Vnde vbi lex cõſiderat qd poteſt euenire, nõ debemus requirere qd actualiter euenerit ſecũdũ Bar. Aegi. per. Aureus & ſolidus idem.

[1] Not. illũ tex. quando fit contributio ꝓpter iactũ: non fit cõputatio liberi hominis. facit. l. ſed ad des. §. ſi qs mulierẽ. ff. loca. An.

† Cicatricũ aũt nulla fiet æſtimatio qa liberũ corpus nõ æſtimatur. l. fi. ff. eo. Aegi. per.

Quia dubiũ eſt quã diu viuet, & quãdiu erit vtilis ad operandum. Aeg. per.

† Secus ſi extra hoſpitiũ vel ſi nõ eſt factum à familia: qđ verum niſi receperit ſaluũ fore. Aegi. per.

† Quia in culpa eſt, qui vtitur opera malorũ. Aeg. per.

[2] Dic ſecũdũ An. qđ iſta vltima videtur verior: quia ex cõtractu, vel quaſi pater tenetur de peculio nõ autem ex delicto, vel quaſi.

Ex con

a Ex contractu. vel quaſi.

b Aliquatenus culpę reus. facit. ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus. & ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. l. j. § penultimo.

c In his autem caſibus. ſ. ſupradictis omnibus.

d Hæredi. i. patiẽti iniuriam. Sed in caſu de ſuſpẽſo nõ datur hæredi: vt diximus. ſ. eo. §. item is. ver. ad hominẽ. Et nota hic differẽtiã inter actionẽ ex maleficio, & quaſi ex maleficio. nam vbi eſt ex maleficio: ſi plures ſunt, quilibet inſolidum cõuenitur: ſed ſecus in hac actione ex quaſi maleficio: vt C. de cõdic. fur. l. j. & ff. nau. cau. ſta. l. j. & l. fi. §. ſi plures. Itẽ in actiõe ex maleficio vnus ſoluendo nõ liberat aliũ: ſed in hac ſic: vt. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. poſſumus. & dicta. l. j. de cõdic. fur. Item furti nõ ceduntur act. ex maleficio: vt. ff. nau. cau. ſta. l. ſed & ipſi. ſed in actione ex quaſi maleficio ceduntur: vt dicto. §. poſſumus. Datur etiã hæc actio nõ ceſſa: vt. ff. de iis qui deie. vel effu. l. ſi vero plures. §. cũ autẽ. Item hæ generalius dantur hæredibus actorũ, vt hic, quã illæ, q̃ ſunt ex maleficio: vt. j. de perp. & temp. act. §. ſed hęredibus.

Actio ex maleficio et quaſi ex maleficio differunt.

neque ex contractu [a] ſit aduerſus eum conſtituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus [b] eſt, quòd opera malorũ hominũ vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

Ex quaſi maleficio agitur actione in factum, quæ non tranſit contra hæredem.

In his autem caſibus [c] in factum actio competit: quæ hæredi [d] quidẽ datur, aduerſus hæredẽ [e] autem non competit.

TITVLVS VI. DE ACTIONIBVS [f].

Non ſummatur: quia Imperator definiendo procedit: nec poſſunt definitiones breuius ſummari. Aretinus.

Annota, Tertiam iuris ciuilis partem, quæ actiones reſpicit, aggreditur Imperator: quas meritò tractatui obligationum poſtpoſuit, cùm ab obligationibus: vtpote à matre originem ducant.

SVpereſt [g], vt de actionibus loquamur. Actio autem [h] nihil aliud eſt [i], quã ius [k] †

e Aduerſus hæredem. vt. ff. de iu. l. Iulianus autem. & ff. nau. cau. ſta. l. ſina. §. hæc iudicia.

DE ACTIONIBVS.

Titulus iſte continuari poteſt: vt dicit gloſ. ſ. in titu. de obliga. quam ſequitur Bal. hic. Vnde nota diligenter gloſſam Accurſij poſitam ſuper titulum, quæ ſoluit aliquas notabiles quæſtiones, dicens ſic.

Actio ĩ ſingulari rectè definitur.

f De actionibus. ideo ponit in plurali, quia plures actiones ſunt: vt. j. eo. per totum. Sed cum ſint plures, quare in ſingulari numero definitur. vt. j. eo. §. j? Reſp. licet ſit numeri ſingularis: tamen ponitur vt genus, vt in alij definitionibus contingit: & ſub ſe continet omnes actiones. Item quare non dicit de agendo? Reſp. quia illud eſt facti, hoc iuris. Acc. ADDITIO. Vult dicere gloſ. q gerundia denotant actum, prout eſt in facto, vt eſt in exercitio: quia deriuantur à verbo, quod ſignificat agere vel pati. ſed hic nõ tractat de actiõibus, prout ſunt in actu: ſed ꝓut ſunt iuris. ita dicũt doc. hic.

SVpereſt. Totus iſte tit. diuiditur in tres partes principales. Primo ponitur cõtinuatio iſtius titu. ad præcedentes materias. Secundo definitur actio. Tertio ponitur diuiſio omnium actionum. Secũda ibi prope principiũ, Actio autem nihil. Tertia ibi, Omnium autem actionum. CASVS. Dicit Iuſti. continuando proceſſum ſuum: Ex quo expeditum eſt primo de perſonis & rebus: ſupereſt vt iam de actionibus loquamur. Sed pone: Dñe, iam video, quod vos vultis tractare de action. dicatis ergo mihi, quid eſt actio? Ad hoc reſpon. Iuſti. definiẽdo actionem ſic, quod actio nihil aliud ſit, quã ius perſequendi, in iudicio quod ſibi debetur. & hoc vſque ad illum. §. omnium autem actionum. Franc. de Are.

1 Iſtam ſequunt Cy. Fa. Ange. & Iaſ.

2 Hanc ſecundã continuatione aliqualiter impugnat Iac. Bu. vide hic per dominũ Ia.

3 Iſtã pſl·

g Supereſt. ſed quid ſupereſt? Rñ. formar [1] vt. ſ. de ingenu. §. fina. Vel dic quod ſupra tractatum eſt de obligation. quarum filiæ ſunt actiones: vt. ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. & ſ. de verbo. obli. in princi. ideo de filia poſt matrem ponit [2] quaſi ordine ſucceſſorio.

h Actio autem. not. q actio quandoq; pro actu ponitur: vt in auth. de non alie. §. ſinimus. in ſi. glo. actio. col. ij. & C. de ſacroſanc. eccle. authẽ. hoc ius porrectũ. in prin. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. iij. §. ſciendum. circa mediũ. Quandoq; pro accuſatione criminali: vt. C. quãdo ciu. actio. cri. præ. l. j. Quãdoq; pro iure agẽdi vel perſequẽdi: [3] vt hic, & ff. e. l. nihil. [4] Itẽ nota, q illud quod de actione hic dicitur, voluit Pla. dicere de cauſa. ſ. qd' cauſa ſit actio: vt ſicut apud dialecticos dicitur argumẽtum, quod ex propoſitione, aſſumptiõe, & concluſione conſiſtit, non tantũ cõcluſio: ſic apud legiſtas actio, cauſa agẽdi dicatur: vt ſi dicam: cõuenio te ad decem, quia vendidi tibi equum pro decem, ſit idẽ acſi dicerem, ago cõtra te actione ex vẽdito: Sed Azo dicit (quod & verum eſt) aliud eſſe cauſam, & aliud actionẽ. Nã obligatio eſt cauſa & mater actionis: vt. ff. de procura. l. licet. §. ea obligatio. ſicut ergo aliud eſt obligatio, & aliud eſt actio: ſic aliud eſt cauſa, & aliud actio. Item quia vendidi, eſt factum: ſed actio eſt ius: vt. ff. de cur. furio. l. conſilio. §. j. & ſi. & hic. Itẽ poteſt eſſe quod vendidi, & nõ cõpetat mihi actio: quia mihi ſolutũ eſt: vel quia remiſi. vnde hæc verba, quia vẽdidi, non ſunt actio. Item nomina certa actionũ ſunt à iure inducta. ſ. ex empto, & ſimiles: nec hoc inductum eſt, vt cauſa ſit actio. Si quis ergo hoc velit dicere, nõ poteſt, cũ lex nõ dicat: vt. ff. de ſupel. leg. l. Labeo. in ſi. Itẽ ſi cauſa eſſet actio: fruſtra diceret lex mutari actionis nomen, cũ agiẽ de dolo patroni, vel parentis, vel ſimiliũ perſonarũ: de quorũ dolo nõ agitur per actionem de dolo, ſed per actionem in factum. [5] Nam ad quid mutaretur nomen, cum tamẽ cauſa maneret eadẽ, ſi eſſet ius in ſola cauſa? Cõcludo ergo & dico, quod aliud eſt cauſa, & aliud eſt actio: Item licet dixerim, quod nomina ſunt actionum ex empto, & ſimiles, caue tibi, quia non ſunt actiones, ſed actionum nomina: ſicut hæc dictio homo, non eſt homo, ſed ſignificat hominem.

i Nihil aliud eſt. patet ergo quod olim aliud erat. [7] erat enim conceptio verborum formata à magiſtratibus: vt. ff de orig. iur. l. ij §. deinde ex his. & §. omniũ. vnde formula vulgaris dicebatur: vt ff. de furt. l. ſi ſeruus nauem. Sed hodie hæc ſolennitas eſt ſublata: vt. C. de formu. & impe. l. j. & ij. etiã circa interdicta eſt ſublata huiuſmodi ſolennitas: vt. j. de interdictis. §. fina. [8] Sed quæ erat olim differentia inter actionem & interdicta? Nam & interdicta erant verborum conceptiones: vt. j. de interdictis. in princi? Reſpond. vt dicemus ibi. [9] At hodie nulla eſt differentia inter interdicta & actiones: cum interdictum nihil aliud ſit, quam actio prætoria: vt. j. de interdictis. §. finali. ADDITIO. Idem tenuit gloſ. in titu. ff de interdic. quæ reprehenditur per Barto. & docto. ibi, quia eſt differentia inter actionem & interdictum, ſicut inter matrem & filiam: cum ex interdicto oriatur actio in factum: vt in. §. fina. infra, de interdictis.

k Quam ius. ſcilicet ciuile, vbi eſt actio ciuilis: vel prætorium, vbi actio prætoria eſt. nam ciuiles actiones & præto

mam partem ſequũtur Fa. Ange. & Ia.

4 Quarto modo capitur pro adminiſtratione vt in §. iuſiurandũ. ĩ auth. vt iudi. ſine quoquo ſuff.

Actio & cauſa ſunt diuerſa.

† Franciſcus Hotomanus in commentarijs ſuis quos ĩ hũc tractatum ſcripſit elegantiſsimos putat hoc loco ius poſitũ pro vis, trãſpoſitione ſcilicet literarum ſicut ecõtrario in diffinitione tutelæ vis ꝓ ius poſitũ eſſe cõtendit: tu illũ videto.

5 Iſti argumẽto ĩpoſsibile ẽ reſpondere ſecundũ Ioã. Fab.

6 Verbis tẽperatã: Bart. in. l. infamẽ. ff. de pu. iud.

7 Imo idẽ in ſubſtantia. Ang. & Iaſ.

8 Iſtam glo. reprobat Iaſ. ĩb dic aliter vt per eũ.

9 Dic qd' olim erat differentia ſolũ in modo loquendi. Nico. Fa. & Iaſ.

Actio eſt tã de iure ciuili quã prætorio.

& prætorias, dico hic definiri. Item nota, ꝙ actio eſt ius quo perſequimur, ſed obligatio eſt ius ꝓpter quod perſequimur. Et ſi quæratur, quod ſit iſtud ius: vel naturale, vel ciuile, vel prætorium, vel gentium? Reſpon. quia ciuile vel prætorium, vt modo diximus. Nec facias magnam vim ibi: quia cū multas habeat ſignificationes hæc dictio ius: vt. ff. de iuſti. & iu. l. pen. & fi. hoc eſt etiam vnum de ſignificatis eius, vt dicatur ius agendi vel perſequēdi. Sed

perſequēdi [a] in iudicio [b], quod ſibi debetur [c].

Prima actionum diuiſio hæc eſt, vt quædam reales ſint, quædam perſonales. Perſonalibus etenim cum eo experimur, qui nobis aut ex cōtractu, aut quaſi, vel ex delicto, aut quaſi, obnoxius eſt. realibus verò, quotieſcunq; cū eo agimus, qui nullo iure nobis obligatur, rei tamen noſtræ poſſeſſor eſt.

Omniū autē actionum

ad cuius differentiam ponitur in definitione ius, cum ſingula membra poſita in definitione habeant ſuum miniſterium? Reſpon. ſecundum M. ꝙ ad differētiam rerū corporalium hic ponitur: vt det intelligere, quod actio ſit res incorporalis. quod verum eſt: vt. ſ. de rebus cor. & incorp. §. j. Vel melius dicas ad differentiam officij iudicis, quod nō eſt actio: vt. ff. de mi. l. quod ſit minor. §. fina. licet M. dicat ꝙ officium iudicis eſt actio: & eſt pro eo, quod dicit lex in actione iniuriarum fieri æſtimationem iudicis officio: vt. ſ. de iniur. §. pœna autem. & §. in ſumma. Sed certe actio iniuriarum eſt actio, cui inhereret officium iudicis: non tamen illud officium eſt actio: ſed in facto potius hoc conſiſtit. ius enim petendi per actionem mihi competit: quod per hoc officium iudicis mitigatur. Sed quid petam? Reſpon. qđ æſtimauero. nam debeo æſtimare, licet iudex poſsit refrenare. eſt tamen quoddam aliud officium, quod vicem ſuſtinet & obtinet actionis, vt dicemus. j. eo. §. præterea. in fine. §.

Ius ad qđ ponitur in definitione actiōis.

Officium iudicis, an ſit actio.

a Perſequendi. hoc dicitur ad differētiam exceptionum, quæ dantur reis, per quas defendūtur. Sicut enim actiones ſunt arma actorum, ita exceptiones ſunt arma reorum: vt. ff. de excep. l. ij. in prin. & §. illud.

b In iudicio. hoc dicit ad differentiam eorum, quæ fiunt, licet etiam extra iudicium: non tamen ſunt actiones, vt ſi nocturnum vel diurnū furem vel militem deſerentem militiam quis capiat: vt. ff. ad legem Aquil. l. iiij. & C. quādo lic. vnicuiq; ſine iud. ſe vind. l. j. & ij. Item & propter debitorem fugitiuum, quē capere poſſumus: vt. ff. de ijs, quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem. licet quidam [1] exponant. l. illam ibi. quod captus fuit authoritate iudicis. Accur. ADDITIO. Dic idem in omnibus perſonis, quæ pertinent ad obedientiam perpetuam, de quo non ſit quæſtio: vt in monacho, fratre, vel vxore, quia ſi aufugiant, poterunt capi propria authoritate: vt ꝑ Bal. in. l. j. C. vbi quis decu. aliave cond. conuen. ſecus ſi eſſet quæſtio. Iaſ.

[1] Et male. Ange.

c Quod ſibi debetur. hoc duobus modis exponitur: vel ad differentiam realis actionis, ſecundum Azo. & ita ſtricte accipitur hæc definitio pro perſonali actione tantum, [2] ſicut accipitur: vt. ff. eo. l. actio in perſonam. Vel largius, [3] vt etiā realem cōtineat, nō tamen officiū iudicis: vt. ff. eo l. actionū genera. quādoq; largiſsime, vt etiam iudicis officiū contineat: illud. ſ. quod eſt loco actionis: vt per quod reſtitutio minorum petitur: vt. ff. eo. l. actionis verbo. Vel ponūtur hæc verba ad differentiā criminalium actionum per quas perſequor mihi debitū, ſed ad vindictam. & ſecūdum hoc etiam realem actionē dicas definiri hic. licet enim non ſit obligatus, qui realiter tenetur, vt. j. eo. §. j. ibi, aut cū eo agit, qui nullo &c. verū eſt perſonaliter: groſſe [4] tamen poteſt dici, ꝙ ſit realiter obligatus. Et facit pro hoc, vt etiam realis hic definiatur: quia verbū debere, & ad actionem in rem, & ad actionē in perſonam refertur: vt. ff. de ver. ſigni. l. pecuniæ. §. ſi. Item facit quod eſt in definitione verbum perſequendi, quod eſt cōmune tam ad realem, quam ad perſonalem actionē: vt. ff. eo. l. actio in perſonam. Item facit. j. eo. §. j. in prin. vbi actio realis ſpecies eſt actionis, ſicut perſonalis: & ita large accipio hic verbum debetur, ſed in ſtricta ſignificatione verbi huius debere, tantum alienum & non meum mihi debetur, vnde perſonalis actio tātum definiri videtur: [5] vt. j. eo. §. ſic itaque. & ſ. de lega. §. ſed & ſi rem. Sed certe quādoq; ago etiam ad id, ꝙ mihi non debetur: vt. C. de pac. l. ſi pacto quo pœnam. nam ibi ago ad id quod non eſt debitum: ſed ad id quod ex nudo pacto conuenit. Sed certe illud naturaliter erat debitum, ꝙ nudo pacto debebatur: [6] vt. ff. de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. Vel non agitur ibi ad id, ꝙ nudo pacto debetur: ſed ad id quod vere debetur, ſed prætextu eius conſequitur etiam ꝙ nudo pacto debetur: vt. ff. de ver. ſig. l. ſi cui. [7] Item oppono de popularibus actionibus. Nam in eis nō dicitur debitum, & tamē petitur: vt. ff. de po. act. l. pe. Sed non obſtat, quia ſaltem poſt litē conteſtatā debetur. Vel dic. quia & ſibi debitū perſequitur. nam cū toti populo ſit debitū: ergo & ſibi. [8] Item oppono de actione iniuriarum: quia non dicitur eſſe in bonis: vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. Item non ad debitum, ſed ad vindictam cōpetit: vt. ff. de col. bo. l. iij. § emancipatus. & tamen eſt actio? Rñ. non eſt in bonis, vt tranſeat ad hæredes: vt. ff. ad legem Falc. l. pœnalis. Item licet detur ad vindictam: tamē poteſt deberi mihi propter id, quod eſt in æſtimatione vindictæ: vel propter id, ꝙ eſt in alterum vt vindicta. Item oppono de petitione hęreditatis. Item de actione de peculio. Nam in his agitur etiam ante, quā ſit penes poſſeſſorē, vel ante, quā ſit in peculio: vt. ff. de peti. hęr. l. iiij. & l. ſi quo. & ff. de pe. l. quęſitum. in prin. & ff. de li. le. l. ſi quis reum. §. idem. Sed dic eſſe ſubaudiēdum hic, vel deberi ſperatur. [9] Vel dic, ꝙ quando fuit actio propoſita, fuit efficax tantum pro eo, quod tunc erat penes ſucceſſorē vel in peculio: & poſtea cū augebatur, catenus et actionis efficacia creſcebat: cū vniuerſalis vel in aliquo vniuerſo fuit petitio: vt. ff. de iu. l. ſolemus. Itē opponitur de actionibus, quas intendunt aliqui pro alijs, vt procurator, & tutor, & prælatus & ſimiles. nam agunt, & tamen non ſibi debitum petūt. Sed dic ꝙ quaſi domini ſunt: vt. ff. pro emp. l. qui fundū. §. ſi tutor. Vel dic ſibi, id eſt ei cui actio competit, quæ intēditur. Vel ſubaudi: quod ſibi debetur: vel ei cuius nomine agitur, huius alternatiuæ ſecunda pars eſt vera.

[2] Quod nota ꝓ ſtatutis, in quibus verba ſunt ſtricte intelligēda. l. iij. §. hæc verba ff. de neg. geſt. & l. quicquid. ff. de ver. oblig.

[3] Idem Io. Fa. & Nico. in glo. ſuper verbo, quamuis. ſ. e. §.

[4] Iſta gl. eſt no. qđ verba multoties intelligūtur groſſo modo non tamen in ſtatutis. Pla. An. & Ia.

[5] Imo etiā realis ſecūdū cōmuniter doct. hic.

[6] Iſta ſol. nō procedit ſecūdū doc. quātū ad materiam tex. noſtri.

[7] Iſta cōtinet merā veritatem: vt per do. hic.

[8] Iſta reprobatē cōmuniter ꝑ do. hic.

[9] Sed hęc reprobatē: qa arguit imperatorē de inſufficientia.

Omnium autem. Iſta pars diuiditur in ſex partes, prout in hoc tit. ponūtur. ſ. diuiſiones actionum, quas enumerat per ordinē gl. magiſtralis. in. §. ſunt pterea. j. eo. Et ibi glo. addit alias ſex diuiſiones, quæ ponūtur in alijs locis extra hunc titulum. Prima diuiſio actionum eſt, quæ reſpicit cauſam materialem: quia quędam actiones ſunt reales, quędam perſonales, quędā cauſam miſtam habentes. Et iſta pars durat vſq; ad. §. ſed iſte. Secunda diuiſio eſt, quę reſpicit cauſam efficientē, quia quędam ciuiles, quędam prętoriæ. Et durat vſq; ad. §. ſequēs. Tertia eſt reſpiciens cauſam finalem, quia quędam ſunt rei perſecutoriæ. quædam pœnales, quędam miſtæ rei & pœnæ. Et durat vſque ad. §. omnes. Quarta eſt reſpiciens cauſam formalem: quia quædam dantur ad ſimplum, quædam ad duplum, quædam ad triplum, quædam ad quadruplum: vſque ad. §. actionum. Quinta eſt reſpiciens cauſam ſubſtantialem: quia quædam ſunt bonæ fidei quædam ſtricti iuris: ibi vſque ad §. ſunt pręterea. Sexta eſt reſpiciens perſecutionis effectum: quia quædam ſunt perſecutoriæ ſolidi, quædam non, vſque ad finem: vt ſequitur Bald. hic. Item prima ſubdiuiditur in duas partes. Primo diuidit. Secundo membra declarat. Secunda ibi, Nanque. nam totus iſte titulus procedit per diuiſiones actionum. CASVS.

Acceſsi ad Iuſtinia. & ita propoſui coram eo: Domine, ego ſatis bene video, quid eſt actio: pro Deo dicatis mihi, ſi placet, aliquam compendioſam viam vel diuiſionem actionis. & ad hoc reſpon. Iuſtinia. Amice, libenter dico tibi: quia omnium actionum, quibus inter aliquos litigatores apud iudices ordinarios, vel delegatos, vel etiam apud arbitros compromiſſarios de quacunq; re corporali, vel incorporali agitur, ſumma diuiſio in duo genera diducitur.

quibus inter aliquos[a] apud iudices[b] arbitrosve[c] † de quacũq; re[d] q̃rit, ſũma[e] diuiſio ĩ duo genera diducit: aut enim in rem ſunt[f], aut in pſonã.

aut enim omnes actiones ſunt in rem, aut in perſonam. Et quod iſta diuiſio ſit bona, liquet tali ratiõe. Nam quicunq; in iudicio experitur, aut agit cum eo, qui obligatus eſt ex contractu, vel quaſi: aut ex maleficio, vel quaſi: aut alijs quibuſdam, id eſt ex varijs cauſarum figuris: & in hoc caſu, quando agitur contra eũ: qui in aliquo prædictorum modorum obligatus eſt, proditæ ſunt actiones in perſonam: per quas actor intẽdit aduerſarium ſuum aliquid ei dare, aut facere oportere. Aut agit cum eo, qui nullo iure ſibi eſt obligatus: mouet tamen ei controuerſiam de aliqua re: & in hoc caſu proditæ ſunt actiones in rem. Cum ergo quicũq; agit, aut agit contra eum: qui ſibi obligatus eſt: & tunc contra eum habet locum actio in perſonam aut contra eum, qui nullo iure eſt ſibi obligatus: & tunc habet locũ act. in rem, & pluribus modis agi non poteſt. liquet igitur manifeſte, quod ſupradicta diuiſio bona ſit. Sed domine, iam video, quia diuiſionem veſtram ſatis probabili ratione confirmaſtis: pro Deo, ſi placet, ponatis mihi familiare exemplum qualiter agitur cum eo, qui nullo iure eſt obligatus? Ad hoc reſpon. Imper. Amice, ponamus quod aliquis poſsideat aliquam rem corporalem, quam Titius affirmat eſſe ſuam: & ille qui poſsidet, dicat rem illam ſuã eſſe. Nam in caſu iſto, ſi Titius rem illam ſuam eſſe intendat, & à poſſeſſore iure dominij eam vendicet: tũc actio in rem locum habet. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. æque ſi agat. Franc.

† Quæ ſit inter iudices arbitroſq; differẽtia eleganter explicat Frãciſ. Hotomanus in §. ſicitaq; dicretis. j. eod.

a Inter aliquos. videtur innuere, quod aliæ actiones ſunt, quæ corã alijs proponũtur: ſed nõ eſt verũ. Acc.

ADDITIO. Sol.[1] dic, quod hic relatiuum ſtat declaratiue, quia adijcitur qualitati conuenienti vnicuique contento ſub genere.

1 Quia relatiuũ qs vel quę ad iunctũ alicui generalitati ſine copula: illã reſtringit. l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij.

b Iudices. ordinarios vel delegatos.

c Arbitros ve. id eſt, compromiſſarios. nam apud eos actiones[2] proponẽdæ ſunt: vt hic, & ff. de arbitris. l. j. Accurſius.

2 Idẽ Ioã. Fab. Pla. An. & Ia.

ADDITIO. Eſt etiam libellus offerendus: vt. C. de arbi. l. cum antea. § exceptis videlicet in gloſ. conuentum. circa finem. Sed contra, ſecundum Pla. C. de epiſco. & cleri. authen. generaliter? Ad quod reſpon.[3] quia ibi nõ de libelli oblatione loquitur: ſed de remiſſione cautionis, quæ conſenſu partiũ fieri poteſt: vt. ff. de ferijs. l. j. primo reſponſo.

3 Iſtam ſequuntur Bald. & Pau. in di. auth. generaliter.

d De quacunq; re. generaliter accipe verbum rei:[4] vt. ff. ſi cer. pet. l. j. in fi. nam pro corporalibus & incorporalibus competunt actiones: vt j. eo. §. proxi. & §. ij. & ff. ſi ſer. vendi. l. j. & ij. in prin.

4 Vt etiã factũ comprehẽdat. Bart. in l. j. ff. ſi cer. pe.

e Summa. id eſt, prima quo ad tractatum, ſcilicet:[5] vel ſumma, id eſt breuis. breuior enim eſſe non poteſt, quã bimembris, ſicut iſta eſt. Sed opponitur. j. eo. §. quædam. Reſpõ. quia & illæ ſunt reales, quando ad res agitur. Item in perſonam, quando ad perſonales præſtationes agitur: imo etiam ſi ſimul agatur. nõ tamen egrediuntur hanc diuiſionem, cum ſint in rem & in perſonam, niſi enim ſic exponeretur, iam multæ inuenirentur breuiores: vt. j. eo. § aliæ. & §. actionum. & aliæ quædam diuiſiones, quæ breuiores inuenirentur.

5 Et hoc ideo, quia per eã cognoſcũtur cã mediata et immediata actionũ Iaſ.

Dic, melius facit textus in. l. quis ergo caſus. ff. de pecu. Sed contra gloſ. inſtatur: quia actio in rem ſcripta, rem comitatur, & tamen non eſt realis: vt infra eodem. §. quædam. ſed ſolue vt ibi, quia ius agendi ex reali oritur ex ipſa re, & ipſi rei competit, & cõtra ipſam rem: vt hic. & in ſimili dicimus in ſeruitute debita fundo. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. fina. & ſic in actione pſonali in rem ſcripta: vt dicto. §. q̃dam. Ang.

Nanq; agit vnuſquiſque aut[g] cũ eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio. quo caſu pditę ſunt actiones in perſonã, p quas[h] ĩtẽdit[i]

f Aut enim in rẽ ſunt. Ideo in rem dicuntur, quia rem concomitantur:[6] vt. ff. de pub. l. Imperatores. & in perſonam: quia non recedunt à perſona obligati, vel hæredis eius, cuius eadem eſt perſona: vt. ff. eodem. l. actionum genera. §. j. & ij. & in authen. de iureiuran. à mor. præſt. in prin. colla. v.

6 Imo quã dãtur occaſione directi dominij vel quaſi.

LIBELLVS IN ACTIONE IN REM, SIVE IN REI vendicatione.

Nanq; agit. In actione in rem, ſiue rei vẽdicatione, ſi libellum quis formare velit, non poterit niſi contra poſſeſſorem: quia poſſeſsio parit in rem actionem aduerſario: vt. C. de ali. iud. mutan. cauſa facta. l. vnica. vel contra illum, qui dolo deſijt poſsidere. vt. ff. de noxali. actio. l. lectio. ff. de regu. iuris. l. qui dolo. extra de iud. capi. dilecti. propter quod ſic interrogat reum, cũ vult experiri contra eum, vtrum poſsideat, vel dolo deſijt poſsidere, ne fruſtra experiatur: vt. ff. de rei vendi. l. qui petitorio. & cogitur reſpondere. & in iure facienda eſt interrogatio & reſponſio: vt. ff. de interrog. act. l. qui ſeruum. §. qui iure. & l. prima, in principio. & ſi neget ſe reus poſsidere cum poſsideat, amittet poſſeſsio. & transfertur in actorem propter mendacium ſuum: vt. ff. de rei ven. l. fina. in prin. & ſi nõ poſsideat, liber erit, niſi dolo deſierit poſsidere: quem dolũ oportebit actorem probare: vt. ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. Si vero dicat vere ſe poſsidere cum poſsideat: tũc formabitur libellus in hunc modum: Propono ſiue dico ego a, contra b, quod ipſe detinet rem meam: vnde propono rei vendicationem, contra eum, & peto rem ipſam mihi adiudicari: & ipſum b, ad reſtitutionẽ mihi condemnari. Nec miretur aliquis, quod ego dixi, qui detinet: & non dixi, qui poſsidet. nam ideo dixi: quia multi detinent rem, qui non poſsident: & tenentur rei vendicatio. Hic enim ſolum conſiderat libellans in rei vendicatione, quod habeat reus facultatem rei reſtituẽdæ: vt. ff. de rei vendi. l. officium. & licet actionis nomen editum non ſit in libel. ſufficit tamẽ aſsignare cauſam. Argu. C. de edic. diui Adriani tollen. l. fina. & ff. ſi certum peta. l. certum. maxime hodie per not. Decre. domini Alexandri papæ, extra de lib. oblatione. capi. fina. quidam tamen contrarium dicunt per legem. ff. de edendo. l. j. & C. de edendo. l. edita. Et erit cauſa petẽdi in hoc lib. talis. Vnde cũ mea ſit, peto illam rẽ mihi reſtitui. Hoc verum eſt, quod in omnibus actionibus ſufficit proponere cauſam: niſi talis ſit cauſa, quę plures pariat actiones: tunc enim nomẽ actionis eſt experimẽdum: vt. ff. de tribu. l. quod in hęrede, §. eligere. & ff. de legatis & fideicom. ſecundo. l. cum filius. §. varijs. & j. quod cum eo. §. is quoq; circa finem. & in glo. ſi oportet etiam quantitatẽ & qualitatẽ rei exprimere, ſi ſit res mobilis. & hoc per legem. ff. de rei vendicatione. l. ſi in rem. primo.

7 Iſta gl. & gl. poſita in ver. dare. & gl. in ver. facere. declarantur per Ang. ĩ gl. magiſtra. ĩ iſto. §.

g Aut. hoc aut, reſpicit aliud aut, quod eſt infra eodem. aut cum eo &c.

h Per quas. ſcilicet perſonales actiones.

i Intendit. ſcilicet vnuſquiſq;, vel actor.

Dare.

aduerſarium ei dare [a], facere [b] oportere, & alijs quibuſdam modis [c]. Aut cum eo agit, qui nullo iure [d] ei obligatus eſt, mouet tamen ei de aliqua re controuerſiã: quo caſu proditæ actiones in rem ſunt: veluti, ſi rem corporalem [e] poſsideat [f] quis, quam Titius ſuam eſſe affirmet, poſſeſſor autem dominum eius ſe eſſe dicat [g]. nam ſi Titius ſuam eſſe intẽdat: in rem actio eſt.

Etiam pro incorporalibus rebus in rem proditæ ſunt actiones, confeſſoria, ſcilicet, & negatoria: prior quidem ei qui ſibi perſonalem ſiue realem ſeruitutem vrbani vel ruſtici prædij debitam contendit, conceditur: altera pro libertate vendicanda contra vicinum agimus, cuius ſeruitutis in re noſtra eſſe negamus: incorporalium autem rerum huiuſmodi actiones, ab ijs, quæ pro incorporalibus rebus competunt, in hoc differunt, quod illæ poſsidenti conceduntur, hæ verò non.

a Dare. cum datio eſt in obligatione: vt. ff. de verb. oblig. l. vbi autem non apparet. §. fi.

b Facere. cum factum ſit in obligatione: vt ſi promiſiſſi ſcribere librum, quod petitur actione ex ſtipulatu: vt. ſ. de verb. oblig. in prin.

c Et alijs quibuſdã modis. i. ex quaſi contractu, & ex quaſi maleficio (nec enim de his ſupradixerat) quod reprobatur [2]: qa ex quo dixit de ijs, q̃ ſunt ex cõtractu vel ex delicto: p cõſequẽs, & de his, q̃ ſunt ex quaſi contractu, & ex quaſi delicto, dixit: vt. ſ. de obliga. quę ex quaſi cõtra. in prin. & ſ. tit. j. in prin [3]. Vel dic oĩa iſta ſupra eſſe cõprehẽſa: ſed ſunt ſupra dicta intelligenda, vbi præciſe agebatur ad dandũ vel faciendũ: hic antẽ qñ non præciſe: ſed ſub alternatione, vt hoc, aut illud. Sed & hoc reprobatur: quia. ſ. non dixit, q̃ præciſe quid fieret. Dic ergo hic de conditione furtiua loqui, quæ eſt perſonalis: nõ tñ ex cõtractu vel quaſi, vel ex maleficio vel quaſi, ſed ex varijs figuris cauſarũ oritur: vt. ff. de act. & obli. l. j in prin. Item de interdictis omnibus poteſt dici, q̃ omnia ſunt perſonalia: vt. ff. de interdic. ſeu extraord. act. l. j. §. fina. non tñ iure ordinario, ſed extraordinario ſunt introducta: vñ non continẽtur ſub hac diuiſione ex cõtractu vel quaſi ex maleficio vel quaſi: ex delicto tñ vel propter delictũ quandoq; non, vt in interdicto vnde vi poteſt videri: quandoq; non, vt in interdicto, quod vi aut clam, quando contra eum, qui non fecit opus, ſed factum habet, datur: vt. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. clam. & l. cõpetit. §. fi. Et vt breuiter dicam, ille tertius artic. qui dicitur ff. eo. l. j. in prin. ex varijs figuris &c. eſt quod hic dicitur, & alijs quibuſdam &c. Accur.

d Nullo iure. nota hic q̃ ille, qui rẽ meam tenet, nõ eſt mihi ideo obligatus, ſed ratione poſſeſsionis [5] cum poſſum conuenire: vt. C. de alie. iudi. mut. cau. facta. l. j. Sed oppo. teneris mihi ad rem reſtituẽdam: ergo es obligatus. ſñd. non eſt verum [4]: quia verbum tenetur, duobus modis accipitur. Nam ſi dicas, teneris: ideo qa ex natura actionis ſis mihi obligatus. falſum eſt: ſi vero dicas, teneris: quia per officiũ iudicis debet tibi neceſſitas imponi, vt reſtituas: verum eſt: vt. ff. de rei vẽdi. l. qui reſtituere. & ſi hoc modo accipiatur, teneris. ergo es obligatus, non ſequitur.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia officiũ iudicis nullam præſupponit obligationẽ. l. qui per colluſionẽ. in fi. ff. de act. emp. l. Quintus. in princi. & fin. & gloſſ. ij. ff. de annu. lega. niſi largo modo, ſecundum quod dicit Bartol. in. l. fi. ff. de iniur. & vide glo. ſ. in princ. in verbo, debetur. Ange.

e Rem corporalem. bene dicit corporalem: quia incorporalia non vendicantur [6]: vt. ff. de rei vendica. l. vendicatio.

f Poſsideat. no. in actione in rẽ ex parte actoris alterum duorũ [6] debere interuenire. ſ. dominiũ: vt. ff. de rei vendi. l. in rem actio. & hic. vel quaſi dominium [7], vt in emphyteuta, ſuperficiario, & in bonæ fidei emptore, & ſimilibus [8]: vt. j. eod. §. aliæ. & ff. ſi ager vec. vel emphyt. l. j. §. fi. & l. ij. & l. iij. & ff. de ſuperfic. l. j. in fin. j. reſpon. & §. quod ait. Itẽ ex parte rei ſimiliter duorũ alterũ. ſ. poſſeſsionẽ, vel quaſi: vt qa dolo deſierat poſsidere: vt hic, & ff. de interr. act. l. qui ſeruum §. in iure. & l. ſi ſeruus. & de noxa. act. l. electio. §. j.

ADDITIO Iſta gloſ. vix poteſt ſaluari, niſi loquatur de rei vẽdi. ſpãcialiter: quia illa nunquam cõpetit, niſi in poſsidentem vel quaſi.

g Dicat. hoc nõ eſt neceſſe probare [9], vel dicere: ſed ex volũtate dicitur hoc: vt. C. de edẽ. l. qui accuſare. & de rei vẽdi. l. fi. & j. de interdict. § commodum. Accur.

Æque. Supra. §. proximo ponit de actionibus in rem pro rebus corporalibus: nunc pro rebus ĩcorporalibus. Et ſunt duę actiones, confeſſoria, & negatoria. Et diuiditur iſte. §. in duas partes. Primo ponit de actione cõfeſſoria, quę intẽtatur pro ſeruitute cõſtituta conſeruanda vel cuſtodiẽda. Secundo ponit de actione negatoria, quæ cõpetit domino negando aduerſario ſuo ius eſſe ſeruitutis. & ſic cõpetit pro libertate conſeruanda. Secũda ibi, Contra quoq;. Itẽ totus iſte. §. ſex facit. Primo ponit exemplum de confeſſoria, quæ datur pro ſeruitute perſonali. Secundo dat duo exẽpla de confeſſoria pro ſeruitute reali ruſticana. Tertio ponit quatuor exempla de confeſſoria pro ſeruitute reali vrbana. Quarto ponit plura exempla de negatoria. Quinto ponit differentiam inter actiones reals, quæ competunt pro rebus corporalibus: & inter eas, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Sexto infert quandam exceptionẽ. Secunda ibi. Vel per fundũ. Tertia ibi, Eiuſdẽ. Quarta ibi, Contra quoq;. Quinta ibi, Quod genus. Sexta ibi, Sane.

CASVS. Acceſsi ad Iuſti. & ita quæſiui ab eo, & dixi: Dñe, iã video de act. in rẽ, & vñ actio in rẽ habet locũ pro dominio rerũ incorporaliũ: ſed nunquid ſunt plures actiones in rẽ? Et reſpon. Iuſti. quod ſic. Sicut enim dixi tibi, quod actio in rẽ locum ſibi vendicat quando aliquis rem corporalẽ aliquam iure dominij in iudicio intẽtat ſuam eſſe: eodẽ modo dico tibi, quod ſi aliquis ius vtẽdi, fruendi ſibi eſſe in fundo, vel ædibus vicini ſui dicat, vel ſi dicat ius ſibi eſſe ducẽdi aquam in ſundum ſuum per fundũ vicini ſui in omnibus his caſibus actio confeſſoria locum habebit. & nõ ſolum in ſeruitutibus ruſticorũ prædiorum vẽdicandis locum habet in rẽ actio confeſſoria: ſed & in ſeruitute vrba. prædio. Eiuſdem enim generis eſt actio, quæ de iure vrbanorũ prædiorum competit: veluti, ſi aliquis agat ſe habere ius, ne vicinus ſuus altius ædes ſuas tollat: vel ſi aliquis dicat ſe habere ius proſpiciẽdi in fundum vicini ſui, vel proijciendi aliquid de fundo ſuo in fundum vicini ſui. Aut ſi agat ius ſibi eſſe immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes vicini ſui. & ſic in his omnibus ſuperioribus caſibus actio confeſſoria locum habet in rem. Sed quid domine, iam ſatis mihi liquet de confeſſoria in rẽ, quæ habet locum in vẽdicatione rerum incorporalium: nunquid plures ſunt actiones in rẽ, quæ locũ habere poſſunt in rebus corporalibus? Ad hoc rñ. do. Iuſti. q̃ ſic. Nam ſicut ego dixi, q̃ in ſeruitute ruſtic. vel vrb. præd. vendicãdis locum habet confeſſoria in rem: eodem modo dico tibi in caſu econuerſo, quod ſi aliquis negat rẽ habere ſeruitutẽ ruſticorum vel vrbanorum prædiorum, cõpetit ei actio in rẽ negatoria. Nã de vſufructu & de ſer. ruſti. præ. Itẽ de ſer. vr. præ. pro-

1 Imo approbat p Bar. Nic. An. & Ia.

2 Hãc primã expoſitionẽ licet gl. reprobet tamen eam ſequũtur cõmuniter doct. hic, & inducunt ad hoc. l. j. ff. e. vide hic per do. Ia. qui longe tractat, an appellatione contractus veniat quaſi cõtractus.

3 Vel rõne nudæ detentionis. Ange. & Ia.

4 Idẽ Ioã. Fa. Pla. & Iaſ.

5 Idẽ Ioã. Fab. & alij in apparatu. Nic. & Ia. i gl. ſequent.

6 Imo alterũ quatuor. ſ. dominium directũ, vtile, vel quaſi, vel ius in re. Dy. Nico. Ange. & Ia.

7 Diſplicet Nico. Fa. & An.

8 Dic hoc non videtur diciũ: qa imo habet tãtum modo publicianã. vt. j. co. §. ſed iſte. alias ſi haberet vtile dominiũ: vt dicit gl. præferretur domino directo. l. j. §. j. ff. ſi ager vec. vel emphyte. & tamen hoc eſt falſum: quia regulariter excluditur à vero dño l. pen. & qd' ibi no. ff. de pub.

9 Onus tamẽ probandi põt aſſumere ſi vult. Nic. Fa. & An.

Aequè [a] ſi agat [b] quis ius ſibi eſſe † fundo fortè, vel ædibus vtendi [c] fruendi, vel per fundum vicini eundi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio eſt [d]. Eiuſdem generis [e] eſt actio de iure prædiorum vrbanorum: veluti, ſi quis agat ius ſibi eſſe [f] altius ædes ſuas tollendi [g] *, proſpiciendi've, vel proijciendi aliquid, vel immitendi tignum in vicini ædes.

ditæ ſunt in rem actiones negatoriæ: veluti, ſi quis agat ius vtendi fruendi in fundo ſuo, vel in ædibus ſuis aduerſariū ſuū habere: vel ſi aliquis agat ius nō eſſe aduerſario ſuo eundi vel agendi per fundū ipſius aduerſarij, vel qđā ſi dicat aduerſariū ſuū nō habere ius in ædibus ſuiſpſius actoris, vt ipſe actor nō teneat altius tollere ædes ſuas; vel ſi quis dicat aduerſariū ſuū nō habere ius proſpiciendi per fundū ſuum vel proijciendi aliquid in fundū ſuū: vel ſi quis agat ius nō eſſe aduerſario ſuo mittendi tignū ex ædibus aduerſarij in ædes ſuas. Nā in oībus caſibus his, ſicut ī ſuperioribus habēt locū actiōes ī rē, ſed tm̃ negatoriæ. Sed hoc genus tm̃ negatoriæ. ſ. actiōis, ī rebus corpalibus locū nō habet. Nā licet in his caſibus ſupradictis agat poſſeſſor negatoria, et hoc in rebus incorpalibus. In rebus tm̃ corporalibus ille agit, q̃ non incūbit in poſſeſſionē: quia non eſt aliqua actio corporalis à iure prodita, beneficio cuius actionis poſsit negare illam rem corporalē actoris eſſe. Sed licet tibi dixerim regulariter, quod poſsidenti & detinenti in rebus corporalibus nō competat actio: in vno tamen caſu ille qui poſsidet, nihilominus actoris partes ſuſtinet: ſicut in latioribus Digeſtorum lib. apertius apparebit. Et hæc dicuntur vſque ad illum. § ſed iſte. h. d. Arc.

Libellus pro ſeruitute perſonali.

Eſt quædam actio realis, quæ datur pro ſeruitute vēdicanda, ſiue ſit realis, ſiue perſonalis: vt hic. §. æque. & ff. ſi ſer. vendi l. ij. & primo circa ſeruitutem perſonalem formatur libellus. Eſt autem ſeruitus perſonalis vſusfructus, quem habemus in rebus alienis: vt. ff. de vſufruct. l. j. & . ſ. de vſufruc. §. conſtituitur. & . ſ. de vſu & habi. in prin. forma igitur libellum primo in ſeruitute perſonali in hunc modum, Dico ego b, contra c, ꝙ ipſe habet prædium, in quo habeo ius, ſiue ſeruitutem vtendi fruendi: vnde propono confeſſoriam actionem contra dictum c, & peto dictam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum c, vt patiatur me vti frui condemnari. In qua etiam actione ſufficit cauſam proponere: vt. ſ. dictum eſt: & proponetur ita. Vnde cum habeam ius vtēdi fruendi, peto mihi illum condemnari. Eodem modo formabis libellum in eo, qui habet tantum vſum, dimittendo hoc verbum frui, & poteſt addi ſic. Et quia tāto tempore me prohibuit, & impediuit vti frui: peto dictum c, in fructibus quos percepiſſem: vel percipere potuiſſem, mihi condemnari. & hoc per. l. j. ij & iij. re ſpon. & l. fi. ff. ſi vſusfr. pe.

Libellus pro ſeruitute reali.

Circa ſeruitutem realem forma ſic lib. ſed primo ſciēdum eſt, ꝙ ſeruitus realis non poteſt deberi, niſi vterq; habeat prædium: vnus vnum quod ſeruiat, alter aliud cui ſeruitur: vt. ſ. de ſer. §. ideo autē. & ff. commu. præ. tam ruſt. quam vrb. l. j. in fi. Seruitutes ruſtic. prædio. ſunt iter, via actus, & aquæductus: vt. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. j. in prin. Forma ergo ſic libellum in ſer. ruſt. præd. Dico ego a, contra b, ꝙ habeo ſeruitutem eundi per fundum ſuum ad fundum meum: vnde propono confeſſoriam contra ipſum b, & peto ipſam ſeruitutem mihi adiudicari: & ipſum, vt patiatur me vti hac ſeruitute mihi condemnari. Eodem modo formabis in alijs ſeruitut. ruſtico prædiorum, & loco actio. ſi vis potes ponere cauſam, & aſsignare, ſcilicet, hanc, Vnde quia ius habeo eundi: & formabis, vt in libello ſuperiori continetur.

a Æque. ſ. datur actio in rem.

b Agat. ſ. actione confeſſoria. Quod ſic vocetur, legitur. ff. ſi ſer. ven. l. ij. in prin.

c Vtendi. hæc ſeruitus eſt perſonalis: ſed ſequentes reales: vt. ff. de ſerui. l. j.

d In rem actio eſt. ſ. confeſſoria.

e Eiuſdē generis. ſ. vt ſit in rem.

f Ius ſibi eſſe [1]. not. ꝙ confeſſoria ponitur verbis affirmatiuis: & negatoria negatiuis: & ex hoc cōprehēdit medium concludendi in huiuſmodi actionibus: de quo dic, vt per Angel. hic.

g Tollendi. vt ſi eras in quaſi poſſeſsione ſeruitutis domus meæ, ne mihi liceret altius tollere: me volente ædificare, debeo agere negatoria, & ita hic interſerit [2] exemplū negatoriæ: vt. ff. ſi ſer. ven. & l. ſi forte. §. j. In hac enim ſeruitute negatoria verbis affirmatiuis, & cōfeſſoria negatiuis proponitur: vt. ff. ſi ſer. vendi. l. loci. Alia vero exempla quæ ponuntur, bene ponuntur in confeſſoria vſque illuc, contra &c. Vel pone hoc exēplum in confeſſoria: vt ſi talem mihi debeas ſeruitutē, vt altius teneas ædificatum: vt. ff. de ſerui. vrb. præ. l. ſi arborem. §. interdum. & l. cum debere.

Libellus pro ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

Contra quoque. Seruitutes vrbanorum prædiorū ſunt, vt ſeruitus proſpiciendi, vel inmittendi tignum in vicini ædes, & aliæ ſimiles: vt. ſ. hoc. §. æque. ver. eiuſdem. & ff. de ſerui. vrba. præd. l. j. & for. libel. in qualibet iſtarum act. hoc modo: Dico ego c, contra a, quod ego habeo ius immittendi tignū de domo mea in ædes ſuas: vnde propono confeſſoriam contra ipſum, & peto dictum ius ſiue ſerui. immittendi tignum mihi adiudicari: & ipſum a, vt me patiatur vti tali ſeruitu. mihi condemnari. & in libel. potes edere cauſam pro actio. & erit cauſa talis, Quia ſeruitutem habeo immittendi tignum de ædibus ſuis in ædes meas, vnde peto &c. nihil aliud in libello mutatur. Et eodem modo forma lib. in alijs ſeruit. vrba. prædio. excepta ſeruitu. altius non tollendi, in qua lib. habet formari verbis negatiuis, ſcilicet, hoc modo: Dico ego a, contra b, quod ipſe non habet ius altius tollendi ædes ſuas: quia ego habeo ſeruitutem in ædes ſuas altius non tollendi: vnde proponendo confeſſoriam contra ipſum b, peto ſeruitutem altius non tollendi mihi adiudicari: & ipſum ne altius tollat, mihi peto condemnari. Et in iſta ſicut in alijs poteſt loco actionis cauſa proponi, hoc modo: Vnde cum habeam ſerui. in ædes ſuas altius non tollendi, peto &c.

Libellus in actione negatoria.

Eſt & alia realis actio, quæ cōpetit pro ſeruitute neganda tam in ruſtico prædio, ꝙ vrbano: & appellat̃ negatoria: vt. ff. ſi ſer. vē. l. ij. in prin. & hic in ver. contra. Super quo formādus eſt lib. & in ruſt. præ. & vrb. Sed primo in ſer. ruſti. præ. format̃ libellus hoc modo, Dico ego a, contra b, quod cū ipſe ſit in quaſi poſſeſsione ſerui. eundi per fundū meum ad fundū ſuum, & ipſe nō habeat ſeruitutem in fundo meo proponendo negatoriam cōtra ipſum b, peto abſolui à tali ſeruitute. In iſto lib. poteſt poni cauſa loco act. vnde cū ſeruitutem non habeat eundi, peto &c. Similiter in alijs ſeruitu præd. vrba. formatur, negando, ſcilicet, vt act. ſit negatoria, & cauſa ſimiliter. Vnde cum non habeat ius iſtius ſeruitu. peto &c. Petam etiam in actio. negatoria, quæ datur pro ſerui. vrba. prædio. denegandis. ſic formari libel. Dico ego c, cōtra b, ꝙ cum ipſe ſit in poſſ. immittēdi tignū de ædibus ſuis in ædes meas, & ipſe nō habeat ius

† Eſſe, in quit Fran. Hotomanus hic, pſentis temporis demōſtratio nem continet. ergo hic de præſenti ſeruitutis dominio, non de futuro, hoc eſt, nō de debita ſeruitute agim⁹, ſed noſtra iam nobiſq; adquiſita.

1 Iſta glo. nō eſt Accur. ſed additio.

* Quærit hoc loco Hotoma. q̃ fieri poteſt vt dominus ędiū agat ius ſibi eſſe ædes ſuas altius tollendi. cum id pati vicinus teneatur et naturaliter & ciuiliter. l. altius. C. de ſeruit. et aqua. cū ꝑterea res ſua nemini ſeruiat. l. vtfrui. ff. ſi vſusfru. peta. quē nedū ſubtiliter admodū diſſoluit tu il lū videto. lōge enim aliter eam quæſtionem dirimit quam hactenus fecerint reliqui interpretes.

2 Diſplicet Dyn. Nico. Io. Fa. & Ange. & dicit la qſt de rillo.

ius immittẽdi tignum in ędes meas, peto &c. Et ſic formatur lib. in alijs ſeruit. vrba. præd. denegandis, formando per verba negatiua. Similiter formatur ſic, quã negatur ſeruitus altius non tollendi: in qua nõ formabitur libellus verbis affirmatiuis, ſed negatiuis, hoc modo: Dico ego a, cõtra b, quod cum ipſe ſit i quaſi poſ. ſerui. ædium mearum, ipſe habeat ſerui. in ædes meas, ne mihi liceat illas altius tollere: ideo peto proponẽdo negatoriam actio. cõtra ipſum b, ab huiuſmodi ſeruitute abſolui, & ipſum, ne me altius tollẽtẽ impediat, mihi condẽnari. & cũ in hoc libello proponit talis: Vnde cũ ipſe non habeat ſeruitutem in ædibus meis, ne liceat mihi altius tollere, peto &c.

Contra[a] quoque de vſufructu, & de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum, item prædiorum vrbanorũ, inuicem quoque proditæ ſunt actiones[b]: vt ſi quis intendat ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi[c], proſpiciendive, vel proijciẽdi, immittẽdive: iſtæ quoque actiones[d] in rem ſunt, ſed negatiuæ †. Quod genus actionis[e] in controuerſijs rerum corporalium proditum nõ eſt. Nam in his[f] is agit, qui non poſsidet: ei verò qui poſsidet[g] *, nõ eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe[h] *. Sanè vno caſu[i], qui poſsidet, nihilominus is actoris partes obtinet: ſicut in latioribus Digeſtorũ libris opportunius apparebit[k] †.

Iam ſecunda actionum ſectio pertractanda capitur: & primo de in rem prætorijs. Qui iuſto titulo ab eo quem dominum credebat, rem traditam accepit, ſi prius rei poſſeſſione ceciderit, quam vſucapionem abſoluerit, is aduerſus poſſeſſorem Publicianam in rem actionem intentare poteſt: vt perinde ei reſtituatur, ac ſi vſucapione eius rei dominium nactus fuiſſet.

Sed iſtæ quidem actio-

a Contra. i. contrarium. Nã ſupra, de confeſſoria, per quã ſeruitutes debentur: nũc de negatoria, per quam ſeruitutes denegantur: vt. ff. ſi ſer. ven. l. ij. in prin.

b Proditæ ſunt actiones. ſcilicet negatoriæ.

c Altius tollendi. exẽplum confeſſoriæ.[1] In his enim exẽplis omnibus repetitur non. Vel dic non repetit,[2] non ad hoc exẽplum, ſed ad alia ſic. Sed quæritur hic, quare nomina talia dantur talibus actionibus? Reſpõdet Pla. quia negatoria negatiuis verbis proponitur, confeſſoria vero affirmatiuis. Hæc opinio reprobatur in ſeruitute altius tollendi: ibi enim confeſſoria negatiuis, negatoria affirmatiuis[3] verbis proponitur. Dic ergo potius inſpiciẽdam eſſe naturam, quam verba, vt confeſſoria ideo dicatur: quia ad hoc vt confiteatur ſe debere, datur: negatoria autẽ, quia negatur. Item quare iſtæ dicuntur in rem? Reſpondet: quia ad ſimilitudinẽ rei vendicationis dantur. Sicut enim illa ratione dñij, vel quaſi datur, ſic & iſtæ: vt ecce ratione dominij datur confeſſoria, ſcilicet domino fundi cui ſeruitus debetur: vt. ff. ſi ſer. ven. l. ij. §. hoc autẽ. & ratione quaſi dominij, vt fructuario, creditori,[4] & ſuperficiario.[5] Itẽ Publiciana datur ei cui ſeruitus eſt conſtituta à nõ dño fundi: vt. ff. de remiſ. l. j. §. idem Iulianus. & de ſuperfi. l. j. §. ſi. & ſi vſusfruc. pet. l. j. & de publi. in rem act. l. ſi ego. ij. & iij. reſpon. Item ſicut ratione poſſeſsionis, vel quaſi datur rei vẽdicatio; ſic & hæc confeſſoria ratione veræ poſſeſsionis aduerſus eum qui poſsidet agrum, qui ſeruitutem debet: vt. ff. ſi vſusfruc. pet. l. vti frui. §. verum. vel quaſi poſsidet: vt. ff. ſi vſusfruc. pet. l. fina. Hoc idem in negatoria: nam ipſa ratione dominij datur domino fundi, qui negat ſeruitutem deberi, vtilis autẽ quaſi domino: quia ius habet in fundo, quẽ negat ſeruitutẽ debere: vt. ff. ſi ſer. ven. l. ij. Et ecõtra ratione poſſeſsionis intẽditur contra eum qui poſsidet rem ratione vſusfructus: vt. ff. de acqui. poſ. l. generaliter. vel quaſi poſsidet, vt ſi re vtatur propter illam ſeruitutẽ, quam ſibi dicit debitã: in quibus non eſt vera poſſeſsio etiam naturalis. arg. ff. de ſerui. vrb. præd. l. ſi ædes. §. libertas. & §. ſeq. & ratione horũ & ſimiliũ, dicuntur in rem. Itẽ not. quod dicit Pl. quod negatoria ita demũ datur, ſi fuerit ſeruitus conſtituta, & poſtea amiſſa: ſed falſum eſt. competit enim & ſi nulla fuit: vt. ff. ſi ſer. ven. l. loci. §. competit. & l. fiſtulas.

d Iſtæ quoque actiones. de quibus. ſ. pxi. §. dixit. Nã ad proxima eſt faciẽda relatio:[6] vt. ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. & de teſt. l. hæredes. §. ſed & ſi notã. nam aliæ non ſunt negatiuæ ſed affirmatiuæ: ſed in eo quod dicit, in rem ſunt, poteſt ad vtrũque referri.

e Quod genus actionis. ſ. negatoriarum et affirmatiuarum. Et nota quod nomẽ actionis large hic ponit:[7] alias vero pro perſonalibus tantum, vt diximus. ſ. eo. §. j.

f In his. ſ. in cauſis rerũ corporaliũ.

g Poſsidet. in ſolidum. Si enim duo aſſerãt ſe poſsidere, & vterque vincit, poterit alter vẽdicare: vt. ff. vti poſ. l. ſi duo. in fi. j. rñ.

h Neget rẽ actoris eſſe. hæc verba reſtringunt[8] præcedẽtia. ſ. ei vero &c. Nã hoc perpetuo verum eſt, quod alias non datur actio poſsidẽti, per quam neget rẽ actoris eſſe. Sed poteſt poni caſus, vt poſſeſſor habeat actionẽ, per quam dicat ſe dñm eſſe: vt. ff. de rei vẽdi. l. officium. & ff. vſufru. quẽad. cau. l. ſi vſusfructus nomine. Conſtat enim commodatarium nõ poſsidere, & commodantẽ poſsidere: vt. ff. commo. l. rei. Idem in cõductore & locatore: vt. ff. de vſucap. l. non ſolũ. §. j. Alij dicunt[9] legẽ illam, officium, loqui: quando alius non poſsidẽs agit, vt ſic ratione detẽtationis talis agatur. Sunt & alij, vt Bul. & Ioan. qui dicunt, quod eo ipſo quod agit poſſeſſor rei vendicatione, renunciat[10] cauſæ poſſeſsionis: cũ hoc ſit impoſsibile, te poſsidere, & vendicare poſſe. prima verior eſt. Accur.

i Vno caſu. vt in duplicibus iudicijs: vt. ff. de iudi. l. in tribus. & j. eo. §. quædam. & ff. vti poſ. l. ſi duo. §. j. & j. de interdi. §. tertia. & ff. fa. erciſc. l. j.[11] Vel dic, quod dicit de qualibet exceptione proponẽda. Nec enim hic dicit quod ſit actor: ſed caute dicit, quod partes ſiue onera actoris ſuſtinet, ſecundum Io. vt. ff. de excep. l. j.

ADDITIO. Dic, nec etiam placet hoc Pe. & Dy. quia ſecũdum hoc eſſent plus, quam mille caſus. Vnde Pet. ponit exemplum, quando reus ſuſcepit in ſe onus probandi, ſcilicet quod res petita pertineat ad eum, & non ad actorem: vt. l. circa. ff. de proba. & hoc exemplum placet hic Ioan. Fabr. nã litera nõ dicit, actor ſed vicem actoris ſuſtinet. & ſic non eſt proprie exceptio, ſed quædam illatio. Ang.

k Apparebit. vt. ff. de iudic. l. in tribus. ſecũdum primum: vel. ff. de excep. l. Agere etiam.

Sed iſtæ. Diuiditur in duas partes. Primo ponit & declarat actiones præcedentium paragraphorum fore ciuiles. Secũdo ponit de actionibus prætorijs: ibi, aliæ autem. Item iſta ſecunda ſubdiuiditur. Nam primo ponit de actionibus in rem prætorijs. Secundo ponit de perſonalibus. Secũda inferius in. §. in perſonam. Item prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit quando res petitur quaſi vſucapta, quæ non eſt. Secundo quando vſucapta eſt: & petitur ac ſi vſucapta non eſſet. Secunda ibi, in. §. rurſus. Item prima ſubdiuiditur.

Quæ in prædictis ſpeciebus dãtur nõ quidem ad ſeruitutẽ, ſed ad libertatem adſerẽdam, pter quã in ſpecie altius non tollendi. Qua de re vide quod ſcribit Frãciſ. Hotoma. hoc ipſo loco.

* Alias, quod agit.

1 Ridiculũ eſt ſecũdũ Dy. Ioan. Fab. et Ia.

2 Imo Dy. & Ia.

3 Habẽdo reſpectum ad mediũ concludendi. Angel. & Iaſ.

4 Iſta duo exẽpla diſplicẽt Dy. Bar. Ioan. Fab. Pla. An. & Ia.

5 Iſtud exemplũ placet Nico. Fab. Pla. An. & Ia. & idẽ dic in emphyteuta et vaſſallo.

6 Hoc verũ ſi ad omnia non poſsit ſer. Dy. & Nico.

* Alias, poſſeſſoris eſſe. quã lectionem videtur amplecti Franc. Hotoma. hic.

† Quis ſit is caſus, de quo ſentit hoc loco Iuſtinianus, pulchre pter ceteros explicat Frãciſ. Hotoman9 hic.

7 Idẽ Ni.

8 Sequuntur Ange. & Ia.

9 Iſta diſplicet Ange. & Ia.

10 Hoc verũ quando agit occaſione illius poſſeſsionis, quę erat penes ipm & per ſemetipm poſsidebat & ſciebat ſe poſsidere. Ange. & Ia.

11 Hoc exemplum ſequit Dy. hic: ſed Io. & Pet. cõtra, quia exceptio debet eſſe de regula: nã in rebus incorporalibus poſsidenti non datur actio, niſi in vno caſu: ſed ſecundũ gl. eſſent plures, quam mille. Præterea in iſtis duplicibus iudicijs quis agit, non negat rem actoris eſſe, nec agit rei vẽ. ſicut litera requirit. Ange.

Nam primo ponit de actionibus prætorijs in rem. Secundo de eis duo ponit exempla. Secunda ibi, Ecce plerunque. Primum exemplum proſequitur: ibi, Nā q; ſi cui. Secundum in §. rurſus. iam allegato. Aretinus.

nes, quarum mentionē [a] habuimus, & ſi quę ſunt ſimiles [b], ex legitimis [c], & ciuilibus cauſis deſcē dunt. Aliæ autem [d] ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, tam in rem [e], quàm in perſonam: quas & ipſas [f] neceſſarium [g] eſt exemplis oſtendere: vt ecce [h], plerunq; [i] ita permittit prętor in rem agere, vt vel actor dicat [k] ſe quaſi vſucepiſſe, q; nō vſuceperit †: vl' ex diuer

CASVS. Domine, iam poſuiſtis mihi vnam compendioſam diuiſionem actionum, & membra diuiſionis per dilucida exēpla declaraſtis. Pro Deo nūquid ſunt plures diuiſiones actionū? Et reſpondet Iuſtinianus q; ſic. Nam actiones quædam ſunt ciuiles, quædā prętoriæ. Iſtę enim actiones, de quibus ſuperius mentionem habuimus, & ſi quæ eis aliæ ſimiles ſunt, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt, id eſt, ciuiles ſunt, aliæ autem actiones ſunt, quas prætor introduxit ex ſua iuriſdictione. Sed domine, nunquid prætorię diuidi poſſunt? Et reſpondet quod ſic. Prætoriarum enim quædā in rem, quædam in perſonā ſunt, Prætor enim quaſdam actiones ex ſua iuriſdictione cō paratas habet, tam in rem, quam in perſonā: quas etiā ipſas prætoris neceſſarium eſt, id eſt, vtile, exemplis oſtendere. Et hoc vſque ad illum verſiculum, ecce plerū que &c. in quo pone ſic caſum: Domine, vos dixiſtis mihi ſupra quod prætoriarum actionum, quædā ſunt in perſonam: & promiſiſtis quod eaſdem per exempla mihi oſtenderetis. Ad hoc reſpondet Iuſtinianus, Amice, libenter. Ecce plerunque prætor permittit in rem agere ita vt actor dicat ſe aliquam rem quaſi vſucepiſſe, quam in veritate non vſucepit: & tamen vtili in rem actione prætoria ita vendicat ſuam eſſe, quaſi vſucepiſſet. Et non ſolum in caſu iſto locum habet actio prętoria in rem, ſed in caſu cōuerſo. Quandoque enim ita permittit prætor in rem agere, vt aliquis dicat aduerſarium ſuum rem quaſi non vſucepiſſe, quā in veritate vſucepit: & ita eam rem ab eo prætoris auxilio auocat, quaſi eam nū quam vſucepiſſet. Sed bone domine, pro Deo dicatis mihi exemplum familiare, in quo actor dicit ſe quaſi vſucepiſſe rem, quam in rei veritate nō vſucepit? Ad hoc reſpondet, Amice, dabo tibi bonum exemplum: Nam pone, quod aliqua res alicui ex cauſa iuſta, puta, Petro à n ōdomino tradita ſit, veluti ex cauſa emptionis, vel donationis aut ex cauſa dotis, aut ex cauſa legatorum, vel ex alia ſimili cauſa apta ad dominij tranſlationem: & necdum Petrus bonę fidei poſſeſſor illius dominium beneficio illius vſucapionis adeptus ſit: ſi poſſeſsionem illius rei aliquo caſu amittat, nullam habet de iure ciuili directam actionem in rem ad illam rem perſequendam. Ita enim proditæ ſunt actiones in rem de iure ciuili, vt quis ratione dominij rem ſuam vendicaret. Cū igitur de iure gentium, puta per traditionem, non ſit illius rei dominus effectus: neque de iure ciuili: puta per vſucapionem, liquet manifeſte, quod omne beneficium iuris ciuilis in hoc caſu Petro ſit præcluſum. Sed quia prætori qui naturali æquitate mouetur, durum videbatur in hoc caſu Petro poſſeſſori bonæ fidei deficere penitus actionem: quarum actionem de æquitate introduxit: beneficio cuius actionis Petrus qui poſſeſsionem amiſit, dicit ſe eam rem quaſi vſucepiſſe, & ita prætoria in rem vendicat ſuam eſſe: ſicut ſi in rei veritate eam vſucepiſſet, & directa in rem ciuili eam vendicaret. & iſta actio de æquitate prætoris in hoc caſu introducta, Publiciana appellatur: quæ ideo ſic appellatur: quia primū à Publicio prætore in edicto propoſita eſt. Et hæc dicuntur vſque ad illum. §. rurſus ex diuerſo. Franc.

Sed iſtæ. Latenter accedit ad ſecundā diuiſionem, ſcilicet alię ſunt ciuiles & aliæ prætoriæ: & de omnibus exēpla ponit. Sed quęritur de duabus, ſcilicet de actione in rem, quæ datur contra eum, qui dolo deſijt poſsidere. Videtur enim prætoria: vt. ff. de nox. ac. l. actio. §. j. Sed & ciuilis videtur inſpecta perſona actoris, qui de iure ciuili admittitur ad agendum: vt. ff. de rei vendicatio. l. in rem actio. Sed dic eā ciuilem [1] inſpecta potius perſona actoris, q; dignior eſt: vt. ff. de do. ma. exce. l. pure. §. fin. Et hęc cōſideratio ſemper habetur. nā hæreditatis petitio dicitur prætoria, quando bonorum poſſeſſori datur, vl' fideicōmiſſario: licet contra poſsident em pro hærede, vel pro poſſeſſore detur. & econtra ſi detur hæredi de iure ciuili, dicatur ciuilis: vt. ff. de peti. hæred. l. j. Semper enim iudicamus an actio ſit ciuilis vel prætoria, inſpecta perſona actoris. [2] Secundo quæritur de actione commodati. Sed dic eam ciuilem: [3] vt. ff. commodati. l. in commodato. §. ſicut. Et quod dicitur eodem titu. ff. cōmoda. l. j. in princip. in gloſſa, ait prætor. q; eſt gloſ. j. vel approbando, vel confirmando dicit, non inueniendo: ſicut & de petitione hæreditatis dicitur. ff. ſi pars hæreditatis petatur l. j. in principi. Sed tamē ipſa ciuilis eſt: cum ſit ex ſenatuſconſulto, & centum viralis dicatur: vt. ff. de peti hæred l. item veniunt. §. cum antequam. &. C. de hæred. peti. l. fina. in princip. Omnes enim actiōes, quæ oriuntur ex his quinque partibus iuris, ſcilicet legibus, ſenatuſconſultis, plebiſcitis, principū placitis. & reſpōſis prudentū, ciuiles ſunt. [4] Quę vero à magiſtratibus, vel prætorum edicto deſcēdunt, prætoriæ ſunt: vt. ſ. de iure nat. §. conſtat. vſq; ad. §. ex nō ſcri. &. ff de iuſti. & iu. l. ius autem. &. j. de perp. & temp. act. in prin. Aliæ autem præter duas ſupradictas certæ ſunt, vtrum ſint prætoriæ vel ciuiles. Accur.

a Quarum mentionem ſcilicet expreſſam, vt de quibuſdam dictum eſt.

b Et ſi quæ ſunt ſimiles. vt quæ ſunt ex contractu vel quaſi vel ex delicto, vel quaſi: & quæ deſcendunt ex varijs figuris cauſarum: vt. ſ. eod. §. j. & ij.

c Ex legitimis. id eſt, ex lege duodecim tabularum: & prodeſt ciuilibus. Vel dic ciuilibus, id eſt, ex authoritate iuris prudentum, & eorum reſponſis. nam totū eſt ius ciuile: vt. ff. de iuſti. & iur. l. ius autē ciuile. & de orig. iur. l. ij. §. nouiſsime.

d Aliæ autem. Aduerte, quod hic doctores ita diſtingunt hunc. § incipiendo ibi, Sed iſtæ quidem, tamen communiter allegatur in materia Publicianæ. §. aliæ. hic & non ſuperius incipiendo.

e Tam in rem. id eſt, tam in rem tantum, quam perſonam tantum Nec enim aliqua prætoria [6] inuenitur, q; ſit miſta ſcilicet in rem & in perſonam; licet ciuilis talis inueniatur: vt. j. eod. §. quædā. Et primo hic de realibus dicit vſque ad. §. in perſonam & poſtea de perſonalibus dicet. Accur.

f Ipſas. ſcilicet prætorias: quaſi diceret, non ſolum ciuiles, quas expoſuimus.

g Neceſſarium. id eſt vtile: quod enim medicamenta morbis hoc exhibēt iura negotiis: vt in authen. hęc cōſtitutio. Inno in princ. col. viij. Nec enim neceſsitas in pricipe poni poteſt: vt. ff de leg. & ſenatuſconſ. l. princeps Itē q; a per exēpla apertius intelligit: vt hic. &. C. de trāſac. l. vt reſpōſum. &. ff. de col. bo. ptor. §. Iulia.

h Ecce. hoc eſt primum exemplum, quod exponitur ſtatim ibi, nanque &c.

i Plerunque. quia hoc ſemper dicere non poterit: ſcilicet contra dominū, niſi in caſibus: vt ſtatim dicemus,

k Dicat. agendo Publiciana.

1 Inuectione ſed extētione dicitur prætoria. Fa. An. & Ia.

2 Imo inſpecta origine. Bal. & Ia.

3 Sequunt eam Fa. & Ang.

† Id eſt, vt actor, tanquā vſuceperit, non vſucepit dicat ſuū eſſe ſignificat enim particula (quaſi) hoc loco idē proprie quod tanquam, ὡσανεὶ perinde ac ſi. nō autem idē quod Ferme. ſicut dicimus publicianam dari quaſi domino, id eſt ei q perinde habetur, ac ſi dominꝰ eſſet nō autē intelligēdum eſt dari ei, q ferme dominꝰ eſt. Hęc ex Franc. Hotomano hic.

4 Sequuntur gl. Angel. & Iaſ.

5 Iſta glo. nō eſt Accur.

6 Sequuntur gl. Fa. An. & Ia.

Vel

[a] Vel ex diuerſo. hoc exponitur. j. §. rurſus.
[b] Poſſeſſor. i. dominus quondam, ad quẽ rediſt tunc poſſeſsio. Vel dic poſſeſſor quondam, nunc petitor.

Libellus in actione Publiciana.

Nanq; ſi cui. Hic tractatur de actionibus prętorijs realibus. & primo de Publiciana, in qua qualiter formetur libellus, eſt vidẽdũ. Vñ ſciẽdum eſt, ꝙ actio Publicia. cõpetit, qñ res aliena traditur ex iuſta cã vñ ſi cadat à poſſ. aliquo caſu poteſt hac actione agi contra poſſeſſorẽ, niſi ſit dñs q poſsidet: vt. ff. de Publ. l. j. §. pe. & ſi. & .ſ. eo. §. proxi. ver. ecce plerunq;. Formabis ergo ſic in hac act. li. Dico ego a, contra b, quod ipſe detinet rẽ mihi traditã ex cauſa emptionis, quã quaſi vſucepi, vnde proponẽdo publicianã contra ipſum b, peto ipſam rẽ iure quaſi dominij mihi adiudicari, & eundẽ b, ad eius reſtitutionem condẽnari. In hoc libello licet nomẽ actionis proponat, ſufficit vt cauſa edatur, quæ talis eſt: Vñ cum ipſam rẽ quaſi vſuceperim, peto &c. vt in prædicto. §. ecce plerunq;. vel põt aſsignari pro cauſa hoc, Vnde cum ipſa fuerit mihi tradita ex cauſa emptionis, peto &c. & eſt eadem prima cum iſta: quia traditio ex iuſta cauſa parit vſucapionẽ: vt. ff. de Publ. l. j. ij. iij. & iiij.

ſo [a] poſſeſſor [b] dicat aduerſarium ſuũ non vſucepiſſe, quod vſuceperit.

Actio Publiciana dicitur prætoria: & datur ex æquitate prætoris illi, qui rem nactus eſt à non domino ex aliquo iuſto titulo, qui eſſet captiuus ad dominij translationem: & datur quaſi ipſe rẽ vſuceperit. Are.

Nanque ſi cui ex iuſta cauſa [c] res aliqua tradita [d] fuerit, (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorũ) & necdum eius rei dominus effectus [e] eſt: ſi eius rei poſſeſsionem caſu [f] amiſerit: nullam [g] habet in rem directam [h] actionem ad eam perſequendam: quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, vt quis dominium ſuum vendicet [i]. Sed quia ſanè durũ erat, eo caſu [k] deficere actionem [l]: inuenta eſt à prætore actio [m], in qua dicit [n] is, qui poſſeſsionem amiſit eam rem ſe vſucepiſſe, quàm vſu non

[c] Ex iuſta cauſa. i. ex aliquo contractu, qui deſcẽdit ex iuſta cauſa. i. ex affectione vtriuſq; partis: vt. ff. eod. l. in omnibus rebus. ad fin. titu. quam affectionẽ iuſtum eſt ſeruari: vt. ſ. de rerum diuiſion. §. per traditionẽ. Et hoc dũmodo [1] talis titulus fuerit aptus dominiũ transferre, licet non transferat: quia traditio non plus transfert, quàm ſit apud eum, qui tradit: vt. ff. de acquir. rer. domin. l. traditio. Et nominantur huiuſmodi contractus. ff. de Public. l. j. in fin. & l. ij. iij. iiij. v. vj. & vij. ſi vero contractus nõ eſt habilis transferre dominiũ, non cõpetit Publiciana: vt. ff. de Pub. l. quicunq;. §. j. & ſi.
[d] Tradita. à non domino.
[e] Dominus effectus. per vſucapionẽ. Nã per traditionẽ dominus factus non fuit. Si aũt altero iſtorum modorum factus dominus fuerit, Publiciana ei nõ datur, ſed directa rei vẽdicatio, vt. ff. de Public. in rem actio. l. j. in prin. & §. j.
[f] Caſu. imo & ſi quocunq; modo. Nam & ſi per furtum vel rapinam [2], vel aliam vim amiſerit: non tamẽ habet in rem actionẽ directam, ſed hanc: licet habeat & alias actiones, vt furti, vel vi bonorum rapto. & ſimiles: vt. ſ. de ob. quæ ex delict. §. ſed & bonæ fidei. & .ſ. vi bo. rap. §. ſi.
[g] Nullam. de alijs aũt realibus conſtat: ſed de hac rei vendicatione dubitatur.
[h] Directam. Sed nunquid Publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidã dicunt ꝙ ſic dicẽtes, quod vtile dominium habet cui publiciana competit. & dicunt hanc eſſe cauſam Publicianæ: ſicut directum dominium eſt cauſa directæ actionis in rẽ: vt. ff. de rei vẽ. l. in rẽ act. in prin. Alij dicunt [3], quod nec vtile dominium habeat, cum ille, qui vtile dominium habet, etiã contra dominum agat: vt. ff. ſi ager vect. vel emphyt. pet. l. j. ij. & iij. quod non eſt in Publiciana: vt. ff. de Publiciana. l. pe. & ſi.
[i] Vendicet. hoc videtur falſum. nam aut habeo dominium, & tunc non vẽdico quod habeo: ſi non habeo, nec tunc vendico: vt. ff. de rei vẽdica. l. in rẽ actio l. j. j. rñ. Itẽ dominium eſt ius & res incorporalis: quomodo ergo vẽdicatur? Sed dic dominium. i. ratione dominij.
[k] Eo caſu. ſ. iſto ſupradicto.
[l] Deficere actionẽ. quod erat ſecundum ius ciuile.
[m] Actio ſ. Publiciana, vt ſtatim ſubijcit: alias niſi prætor actionis nomẽ diceret, in factum daretur, ſicut ex ciuili obligatione noua datur condictio ex lege, ſi non caueatur de nomine actionis: vt. ff. nau. caupo. ſtabula. l. & ita. §. ait prætor. in gloſſ. ij. & ff. condictio. ex leg. l. j.

ADDITIO. Nota gloſſ. ſecundum Dyn. quam tenemẽtũ pro regula. quæ actio competat ex remedio ciuili, vel prætorio: pro qua facit text. ff. de adult. l. quod ex his. Sed contra hoc opponitur de. l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. de iureiu. coniuncta glo. in verb. dandam. vbi actio in factum & Publiciana videtur eſſe idẽ. Sed tu reſponde vt ibi per glo. & doct. Ang.

[n] Dicit. & ſic videtur, quod prætor permittit mẽtiri: quod Placẽ. conceſsit [4] idẽ in ſequẽtibus caſibus tribus. & facit. C. de bon. mat. l. j. vñ ſic libellum formabat, Peto talẽ rem quam poſsides, & quam emi vel alia ſimili iuſta cauſa habui à non domino: quia dico me vſucepiſſe. Nam licet hæc verba: quia dico me vſucepiſſe &c. directam rei vẽdicationẽ magis videantur inducere: tamẽ ex adiunctis Publicianam ſignant. Alij dixerunt ita eſſe formandũ, Peto talẽ rẽ quam dico meam: ſed quia forte non poſſem probare meã, propono Publicianam [5]. Alij dicunt vtranq; alternatiue proponi ſ. rei vẽdica. & Publicianam: hoc modo, Peto talẽ rem iure directi dominij, vel quaſi: quod hanc approbat cõſuetudo [6]. Sed certe duæ primę non placẽt: quia quomodo diceret rẽ ſuam ſe vſucepiſſe, cum hoc non ſit verum? ſic enim peieraret in ſacramẽto calum. vt. C. de iureiur. propter cal. dã. l. j. Sed illi reſpondẽt: quia hoc facit lege permittẽte: vñ non peierat. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſi. Sed nec vltima placet: quia vnam debet eligere, & non pluribus agere act. vt. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quoties. Dic ergo quarto eſſe formandum in hunc modum libellum, Peto rẽ talẽ mihi reſtitui iure quaſi dominij, perinde vſucepiſſem. Verbum enim quaſi, poſitum. ſ. eod. §. aliæ. hic repete: & ſimilitudinarie ponatur, non affirmatiue. i. dicere, ſicut vẽdicarẽ quo ad effectum re vere vſucaptã: ita nunc quaſi vſucapta. & ita in ſequẽtibus caſibus. Ex prędictis patet, quod quinq; ſunt neceſſaria, vt detur Publi. ſ. traditio, vel quaſi. quod dico propter res incorporales, quæ tradi non poſſunt: vt. ff. de acquir. rer. domi. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de Public. l. j. & l. traditionem. §. j. Secundo, quod ex titulo apto ad mutationẽ dominij, vt hic dicit: vt ex vẽditione, vel ſimilibus. Itẽ quod à nõ domino acceperit. Nam alias dominium eſſet translatum ff. eod. de publi. l. j. in princip. ibi, à non domino. & ibi no. Itẽ quarto, quod bona fide acceperit: i. crediderit ſe dominum factum eſſe tunc. Y. vt. ff. de pub. in rẽ act. l. cũ q furioſo. §. prætor.

[1] Idẽ Fab. An. & Ia.

[2] No. gl. quod furtũ & rapina nõ cõnumerantur inter caſus fortuitos. Ang. Actio Publiciana vtrum cõpetat habẽti vtile dominium.

[3] Et bene Nico. Fa. & Ia. Actio i factum eſt prætoria: cõdictio ex lege ciuilis.

[4] Et male. Fa. An. & Ia.

[5] Dic qđ iſtas duas libellandi formas, gl. infra reprobat, & bene ſecũdũ doct. & maxime reprobat iſtam vltimam: quia hodie non eſt neceſſe, ꝙ exprimatur nomẽ actiõis in libello: vt i. c. examinata. de iudic. An.

[6] Et etiã ſi certitudo erat, pbabilis. Iaſ.

Et bene Nic. Fab. An. & Ia.

Quinto, quod credat ſe dominum hodie non eſſe, cum proponit eam: alias eſſet ſibi cõtrarius. Sed tantũ duo prima ex his quinq; ſunt difficilia agẽti. ſ. probatio traditionis & tituli: reliqua conſiſtunt in intellectu agentis, cum ſint de ſua conſciẽtia ¹, quæ per teſtes probari non poſſunt. Sed quid ſi dubitat hodie, vtrũ actor fuerit dñs vel nõ? Rñ. ſalua fide proponat quod ſibi melius videtur, vel rei vẽdicatio. vel Pub. Sed quando penitus eſt in dubio, proponat Publicianam: & in ea obtinebit, niſi aduerſarius probet actorẽ huius dominum fuiſſe: quod ſi probet, dabitur ei rei vẽdica. qui enim egit actione Public. & ſuccubuit: non repellitur à rei vẽdicatio. directa. Idẽ econtra: vt ff. de euictio. l. minor. §. ſi ſeruus. licet quidam dixerunt cõtra in vtroq; caſu: quia ius ſuum vndecunq; & qualecunq; in primo iudicio deduxiſſe videtur: vt. ff. de exceptio. rei iudic. l. ſi mater. §. eandẽ. Sed expone vndecunq; & qualecunq; i. ſiue de iure ciuili, ſiue de iure gẽtium, dummodo directum: vt. ff. de rei vẽdicatio. l. in rẽ actio. in princip. At illi dicebant, ſiue directum, ſiue vtile. & ita patet, quod cum ſint contrariæ ² rei vẽdicatio directa, & Publicia. vno libello proponi non poſſunt: vt. C. ſi cer. ext. l. j. ſed ex conſuetudine contrarium ſeruatur. Nam vtraque ſimul proponitur: licet ſuper vna probationes tantũ inducat: ne ſibi contrarius ſit. quod certe eſt contra. d. l. C. & regulam illam. ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties. & hoc ex parte actoris. Ex parte autem rei ſpectamus, an poſſideat, vel dolo deſierit poſſidere: vt in rei vẽdi. diximus. Nam contra omnẽ poſſidentẽ datur, prẹter quam contra dominum: vt. ff. de Public. l. penult. & l. fina. Sed etiam contra dominum datur in ſex caſibus ³. Primus eſt, ſi à non domino emi, qui poſtea vero domino ſucceſsit, & ad eum poſſeſsio redierit: nam licet ſit factus dominus, tenetur tñ Publi. vt. ff. de rei vẽdica. l. ſi à Titio. Secundus eſt, ſi rẽ à non domino emi: & poſtea verus dominus voluerit à me vẽdicare: ſed ego fui abſolutus: & poſtea res ad illum redijt, agam Publicia. & ſi excipiat de dominio, ego replicabo: quia quandoq; eo agẽte fui abſolutus: vt. ff. de except. rei iudic. l. ſi quis rem. Tertius eſt, ſi egi noxaliter contra bo. fid. poſſ. ſerui, & ipſe dedit mihi eum pro noxa: ſiue enim contra me poſsidẽtem, verus dominus agat, ſiue eo poſsidẽte, ego agam Public. obtineo: vt. ff. de noxa. l. & generaliter. & l. præc. in fi. Quartus eſt, ſi ego fui miſſus in poſſ. vicinæ domus. quã aliquis bona fide poſsidebat, poſſeſſore non cauẽte: & poſtea verus dominus inueniatur poſsidere vi forte, & vnde vi interdictum, & Public. habeo: vt. ff. de damno inf. l. damni. §. ſi pupillus. verſic. non ſolum. Quintus etiam adijcitur, vt ſi rẽ poſsideo, & eam non dolo, ſed culpa deſij poſsidere: & ſic litis æſtimationẽ tantum, ſecundum ius vẽdicanti præſtiti: vt. ff. de rei vẽdica. l. qui reſtituere. ſi poſtea res ad dominum redeat, agam Publ. contra eum: vt. ff. de rei vẽdica. l. ſi culpa. Vel expone l. illam. vt habeat vtilẽ actionẽ, quam actor directam haberet, quaſi nomẽ emiſſe videatur. Sextus adijcitur, ſi me mandante rẽ meam vendidiſti: ſed me prohibẽte tradidiſti emptori, hac act. vel exceptione defenditur. Præterea etiam contra me dominum hac actione agit: vt ff. de Public. l. Papinianus.

¹ Iſta glo. eſt ſing. ſecũdũ Bal. in ca. bonæ. ij. de poſt. prælato.

² Originẽ. nã eſſectu ſunt ęquipollẽtes. Iaſ.

³ Iſtã glo. vſq; ad ſi. ſequuntur Nic. Dy. Fab. Ang. & Iaſ.

ADDITIO. No. hanc glo. quæ ponit caſus, in quibus datur Publi. contra dominum. Idem not. in. l. ſi. ff. eo. Sed aduerte, q licet Ang. in. d. l. ſi. addat caſum. l. Papinianus. ff. eo. ſecundum lec. Dyn. ibi, q procurator vendidit rẽ domini: tñ non eſt opus quod addatur: quia habes hic gloſſ. ordi. dum dicit, Sextus adijcitur, ſi me mandante rem meam vendidiſti. pondera ibi, meam, & ſic mandantis. Ang.

cepit: & ita vendicat ſuã eſſe, quæ actio publiciana appellatur: quoniam primùm à Publicio ª prętore in edicto propoſita eſt.

Quemadmodum Publiciana pro re nondum vſucapta recuperanda datur, ita ex diuerſo reſciſſoria actio pro re; quæ vſucapta eſt à parte rehabenda: ſi quis itaque Reipublicæ aliàue quauis cauſa abſens rem præſentis vſucaperis, domino conceſſum eſt, reuerſo poſſeſſore (impetrata prius reſciſsione vſucapionis) ſtatim intra annum reſciſſoriam actionem inſtaurare: perindequé rem petere, atque ſi vſu nunquam capta fuiſſet.

Rurſus ex diuerſo, ſi

ª A publicio: ſicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta: vt. ſ. de. l. Aquil. §. ex hoc tñ capite.

Rurſus. Iſte. §. diuiditur in duas partes. Primo ponit de reſtitutione danda præſenti contra abſentẽ. Secundo addit, & extẽdit ad alios multos caſus. Secunda ibi, Quod genus.

CASVS. Duo ſunt hic poſita. ſ. rurſus, quę eſt dictio iteratiua: & etiam hęc dictio ex diuerſo, dictionẽ iteratiuam, ideo bis poſuit: quia ſicut. ſ. tractauit de prætoria in rẽ: ſic & hic, licet aliquis poſſet dicere, quod hic tractetur de prætoria in perſonã: in pluribus tñ reſciſſoria in rẽ, & etiã fuit ratio, quã do. Io. in arbore act. poſuit inter act. reales reſerẽs ſe ad ea, quæ frequẽtius accidunt & cõtingunt. Et ita rñd. do. Iac. de Bel. reprehẽdenti dominũ Ioã. eo q reſciſſoriã inter reales ordinauit in arbore ſua. Ex diuerſo aũt dicit: qa hic tractauit de actione per quã actor negat aliũ vſucepiſſe, q vſuceperat: in ſuperiori. §. tractauit qualiter actor affirmat ſe vſucepiſſe q nõ vſucepit. Qualiter aũt abſens rẽ præſentis põt vſucapere, habes in glo. Itẽ ſcire debes, quod in iſto. §. nota. ſecũda cauſa intẽtionis tit. de maioribus reſtituẽdis. Prima enim cauſa fuit, ne abſentes à præſentibus læderẽtur: vel ſi læderẽtur, vt reſtituerẽtur. & de iſta cauſa tractatũ eſt. ſ. proxi. §. ſecũda cauſa fuit, ne læderẽtur præſentes ab abſentibus, & de iſta ſecũda cã tractat. §. iſte. ſ. de reſtituẽdis præſentibus contra abſentes. Sed quid ſi ambo eſſent abſentes, reſtitueref ne vnus cõtra aliũ? Rñ. q ſic. Bene enim reſtituif priuilegiatus cõtra priuilegiatũ, vt eccleſia cõtra eccleſiã, & minor cõtra minorẽ. Tria enĩ principaliter debes ſcire circa iſtũ. §. Primũ eſt, qñ & qbus detur reſtitutio. & de hoc vſq; huc dictũ eſt. Secundũ eſt, intra quod tẽpus detur reſtitutio: de quo diuerſimode dicunt, vt habes no. ſup. l. quo tẽpore militiæ. C. de reſti. mi. & ff. ex qui. cau. ma. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Dñs aũt Ia. dicebat q tẽpus ipſius nõ mutatur: ſed eſt ſemp quadriẽnium continuũ: ſed cũ aliqs tẽpore læſus ſit, tẽpus ad hoc bene mutatur. Tertiũ eſt de reſciſſoria. Doct. aũt dicũt, q non eſt propriũ nomẽ act. & dicebãt q minores reſtituũtur iur. ac. & maiores off. iu. Dñs Ia. dicit cõtrariũ. Dicit enim. l. q ſimili modo reſtituũtur maiores & minores: vñ dicebãt, q nihil aliud eſt reſciſſoria, quã actio, quæ primo ante vſucap. vel præſcri. fuit directa: modo eſt vtilis. Itẽ quid eſt q dicit hũc lib. corrigi p C. cũ liber iſte poſtea factus ſit, & ante Pandec. Codex factus ſit: vt. ſ. in proœ. §. & cũ ſacratiſsimas? Ad hoc rñ. q verũ eſt, q Imp. primo ad Imperiales cõſtitutiões curã ſuã direxerit: & ex tribus Codi. ſ. Hermog. Greg. & Theo. fecit fieri vnũ C. quẽ ſuo fœlici nomine nũcupauit: deinde erexit curam ſuã ad immẽſa iuris prudẽtiæ volumina &c. Et tertio, librum iſtum mandauit componẽdum: vt. ſ. habetur in proœ. præal. §. ſed poſtea vidẽs Imperatorias conſtitutiones vagari extra corpus iuris, mandauit poſtea diſſolui Cod. & q infererẽtur illæ conſtitutiones: & ſic factum fuit: vnde cõſtitutio illa, quę corrigit lib. iſtum, eſt vna de conſtitutionibus.

Libellus in ed. [illegible]

Hic

quis cùm Reipublicæ [a] cauſa abeſſet [b], vel in hoſtium [c] poteſtate [d] eſſet, rem eius, qui in ciuitate eſſet [e], vſuceperit: permittitur domino, ſi poſſeſſor Reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum [f] reſciſſa [g] vſucapione † eam petere: id eſt, ita petere, vt dicat, poſſeſſorem vſu non cepiſſe [h], & ob id ſuam rem eſſe. Quod genus actionis [i], & alijs quibuſdam [k] ſimili æquitate motus prætor accommodat: ſicut ex latiori Digeſtorum, ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

Quæ in creditorum fraudem

Hic tractatur de actione reſciſſoria [1], in qua qualiter ſoluetur lib. eſt videndum. Sed primo ſciendum eſt, quod actio reſciſſoria locū habet, cum abſens cauſa reipubl. vel captus ab hoſtibus vel ex alia cauſa neceſſaria vel probabili vſucepit rē præſentis, vel præſens rē abſentis ex cauſis præmiſſis: vt in hoc. §. rurſus. & ff. qui. ex ex cauſ. ma. in inte. reſti. l. j. & ij. vñ reuerſo abſente formabitur lib. in hūc modū: dico ego a, contra b, quod ipſe in abſentia mea rē meam vſucepit: vñ ſupplico vobis domine iudex, implorando officium veſtrum, quatenus reſcindatis vſucapionē, vt ea reſciſſa poſſim rē meam petere quaſi eam nō vſucepiſſet, quo impetrato, poterit agere vtili reſciſſoria rei vēdica. Nec erit proprium nomē act. hoc quod dico, reſciſſoria, ſed adiectio quædā: & illa, quæ primo erat directa, dabitur vtilis: vt. C. qui. ex cau. ma. in int. reſti. l. j. & C. de poſtli. reuer. & de redempt. l. ab hoſtibus. iij.

Ruſus ex diuerſo. ſ. contrario. Nam ſupra affirmādo, & ſe vſucepiſſe dicit: hic negando, & aduerſarium non vſucepiſſe dicit. Accur.

a Reipublicæ. ſ. ciuitatis Romanæ: vt. ff. de verbor. ſignific. l. cum qui. Idē tamē ex generali clauſula poſita. ff. ex qui. cau. ma. l. j. in fi. Idē in cæteris ciuitatibus dicēdū eſt: vt. ff. ex qui. cauſ. ma. l. ſed & ſi per prætorē. §. penul. Idē etiam ſi cauſa municipij alicuius [1]: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. legatis.

b Abeſſet. alias abſens eſſet. Iſte qui abſuit Reipublicæ cauſa rē præſentis duobus modis potuit vſucapere. ſ. per ſe: & quia rē illam ſecum detulit, ſiue domi dimiſit, & animo poſſedit: vt dicitur de eo, qui ad nundinas profectus eſt: vt. ff. de acquir. poſſ. l. clam poſſid. §. qui ad nundinas. Itē per alium. ſ. per filium vel ſeruum, vt ſtatim in captiuo dicemus.

c Vel in hoſtium. qui ſint hoſtes, dicitur. ff. de capti. l. hoſtes. & ff. de verb. ſigni. l. hoſtes. ſ. quibus populus Romanus bellū indixit, vel qui populo Romano bellum indixerunt. Si ergo ab alio quis capiatur, nunquid hoc locū habebit, quod hic dicitur? Credo quod ſic [2]: ſicut quando abeſt cauſa alicuius ciuitatis, vel municipij: vt. ſ. dictum eſt. In hoc aūt differunt: quia non fiunt ſerui talium hoſtium: vt. ff. de cap. l. hoſtes. & ſic poterit facere teſtamētum, quod alias nō poſſet [3]: cum eſſet ſeruus: imo & eius obſes non poſſet: vt. ff. de teſt. l. eius qui. & l. obſide. Accur.

ADDITIO. Idē ſi princeps vel papa, ſiue eius legatus de cōmiſſione papæ, alicui ciuitati ſubditæ eccleſiæ bellum indixerit: quia capti efficiūtur ſerui, & eorū bona efficiūtur capiētium: & ſic in omnibus his habebit locum fictio poſtliminij. quod no. perpetuo.

d Poteſtate. i. ſeruitute [4]: alias accipitur pro iuriſdictione, vt cū dicimus, poteſtas habet homines de diſtrictu in poteſtate. i. iuriſdictione. Itē ponitur pro obediētia, in qua poteſtate eſt monachus ſub abbate, & clerici ſub prælatis. Itē ponitur pro dilectione ſiue pietate. & hæc patria poteſtas dicit: vt. ff. de ver. ſign. l. poteſtatis. Sed quō iſte ab hoſtibus captus poterit vſucapere, cū ipſe ab alio poſſideatur: vt. ſ. de iu. pſo. § ſerui. ergo ipſe poſſidere non pōt: vt. ff. ad. l. Iul. de adul. l. ſic eueniet. ibi, in ſua enim &c. ff. de acqui. re. do. l. homo lib. §. quicqd. ergo nec vſucapere: vt. ff. de vſuc. ſine poſſeſſione? Rñ. vſucapit p filiū, vel p ſeruū in re peculiari [5]: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. itē ait prætor. §. hæc aūt. & l. denicp. & l. ait prætor. §. hi plane. & ff. de vſucap. l. iuſto. §. fi. Sed nec videt, qp p ſeruū poſſit captiuus vſucapere: vt. ff. de vſuc. l. necp ſeruus. Sed dic quod illa loquit in cauſa nō peculiari: quod verū eſt. vel loquit ipſa veritate inſpecta [6]: hic aūt de iure poſtliminij inſpecto, quod præualet veritati: vt. ſ. qui. mo. ius pat. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus.

ADDITIO. Doctō. cōiter ſequūtur glo. & do. Ia. reprobat hic Ang. quē vi deas. & dū textus noſter dicit, quod captus ab hoſtibus pōt vſucapere. Iac. exēplificat de actione pſonali, in qua currit pſcriptio, nō ex poſſeſſione præſcribētis, ſed ex ſolo curſu tēporis, negligētia petētis. vide hic per eum.

e In ciuitate eſſet: q. d. q nō abeſt. Quid ergo, ſi vtercp abeſt, & alter alterius rē vſucapit? Rñ. & tūc habet locum hæc reſtitutio [7]: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. fi. videtur aūt deſinere abeſſe, cum domū redijt vel redire potuit finito negotio, pro quo erat abſens: & tunc dicitur deſinere abeſſe, niſi iuſta cauſa impeditus fuerit in redeundo, ſtatuūtur enim ei xx. miliaria diurna: vt. ff. ex qui. cau. ma. l. ſi cui. §. tandiu. Et ſic patet, quod de neceſſaria abſentia tūc intelligit [8], alias cōtra: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. ij qui. & l. ſeq. ſed verbū deſierit, hic poſitū ſtrictius ponitur. i. quod poſſit cōueniri. Itē econtra, ſi præſens rē abſentis vſucepit: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. j. §. verba. & tunc ſiue cōpleta eſt tota vſucapio in præſentia. i. intra modicum tempus: ſiue in abſentia, ſiue poſtea parum, idem eſt: vt. ff. eod. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter [9].

f Annū. ſ. vtilē, qui cōſtat ex ccclxv. diebus: vt. ff. de ſtatuli. l. cū hæres. §. Stichus. In qbus actor habebit facultatē agēdi: nec impediretur p ſe, nec per reū, nec per iudicē. Nā hæc tria neceſſaria ſunt, vt vtilis dies, aut annus currat: vt. ff. de diuer. & tēp. præſc. l. j. Hodie vero in omnibus reſtitutionibus quadriēnium continuū cōputatur: vt. C. de tēp. in int. reſt. l. fi. & ita no. hic, qp hic liber corigitur per. C. in hoc anno vtili generaliter ſecundum quoſdā. Sed dico contra: quia illa tantum in reſtitutionibus dicit: vñ in illis remanet vtilis annus.

g Reſciſſa. per in integrū reſtitutionē petitā à iudice viuo: vt ſubducat tēpus vſucapionis, quo fuit abſens: vt. C. de reſtit. mili. l. iij. ſicut & minores petūt: vt. ff. de excep. l. exceptiones, quæ pſonę. in fi. Et hoc ipſum. ſ. qp poſtulare poſſunt, à mortuo prætore cōceditur eis: vt. ff. eo. l. j. p totū. Reſtituit ergo eos prætor viuus [9], vt ſic agāt antiqua actiōe, ac ſi res nō eſſet vſucapta, vel actio præſcripta: & ideo actio ad quā reſtituit, dicitur reſciſſoria, nō qp ſit nomē propriū actionis, ſed quę erat primo realis, ſiue perſonalis directa, nūc dicitur vtilis: vt. C. ex q. cau. ma. l. fi. & de cap. l. ab hoſtibus. iij [10]. Alij dicunt [11], qp ſtatim eo reuerſo habet reſciſſoriā: & dicunt eſſe propriū nomē actionis: & ſic dicūt, qp maiores iure actionis, ſed minores officio iudicis reſtituūtur. Dicunt tñ quod hæc reſciſſoria actio efficaciā non habet, antequā inſufflet in eā prætor ſpiritū vitæ, dādo reſtitutionem, quod ſatis recidit in primam opinionē. Nam ſemper verum eſt hoc, quod à prætoris mortui edicto fit: & authoritate prætoris viui.

h Vſu nō cepiſſe. Et ſic videtur cōcedere mētiri, qp P. confitetur. Sed hic quod non mētitur: ſed dicit ſibi reſtituēdū, ac ſi vſucaptū non eſſet: vt. ſ. proxi. §. diximus.

i Actionis. ſ. reſciſſoriæ ſupradictæ. Accur.

k Quibuſdā. vt ſi rē abſentis vſucapiat præſens [12].

Item

† Petactionē quę ob id vocat reſciſſoria de qua pulchre Fran. Hotomanus hic.

1 Dic idē ſi eſſet abſens p facto vnius villæ vel caſtri: quia largo modo dicitur abeſſe cauſa reipu. vt no. glo. in l. legatis. alle. j. An.

2 Et bñ: quia qñ p ſenti cōtra abſentē datur reſtitutio: nō refert de cā abſentiæ. An. & Ia.

3 Sequunt hāc gl. Ange. & Ia.

4 Melius dixiſſet, id eſt, dominio. Nic. & Ia. Captus ab hoſtib9 poteſt vſucapere.

5 Sequitur hāc gl. Ia.

6 Idē Dy. An. & Ia.

7 Iſtā gl. approbāt An. & Ia.

8 Quādo abſens cōtra præſentē reſtituitur: alias non fit diſtinctio ſecundū Iaſ.

Recepta ac cōmunis reſolutio eſt qd' ſi vſucapio ſit pro maiori parte completa in abſentia, & finita in abſentia, qp illa abſens reſtituat ad tempus abſentis dun taxat: reliquum vero tēporis ad vſucapitalis commodū cedat. Et ita doct. in l. qd' tempore. C. de reſti. mili.

Et hæc opinio cōmuniter approbat. in d. l. fin.

9 Iſtud ergo quo petitur reſtitutio, eſt officiū iudicis. facit l. qd' ſi minor. §. fin. ff. de mino. & eſt caſus i terminis. i. l. ſi quis ſtipulat9. ff. ex q. cau. maio. & non comprobat rōne: qa quoties verba legis referunt ad iudicem tūc ex illo edicto oritur officiū iudicis: vt no. glo. in l. ſi ſoror. C. de col. et habetur in. l. iiij. ff. de ali. & ciba. le. & not. plene Bar. in l. j. ff. de cōdi. ex lege. ſed hoc edictum eſt huiuſmodi. vt. l. j. i fi. ff. ex q. cau. ma. agitur &c. Angel.

10 Iſtę duę leges nihil faciunt ad ppoſitū.

11 Et male. ſecundū doc. hic.

12 Iſtā tenēt Dy. & Bal.

Itē ſi abſens fuit probabili cauſa, vt ſtudiorum. Itē in vinculis poſitus: vt. ff. ex quib. cau. ma. l. j. &. l. ſed & ſi per prætorē. in fin. &. l. ſequē. & de illis legibus. j. facit mentionē, cum dicit de volumine ſtorum.

Itē ſi quis. Diuiditur in duas partes. Primo ponitur dictum, ex quo tacita quæſtio. Secundo determinatio quæſtibis. Secūda ibi, Permittif. De reſciſsione alienationis. ſ. qualiter

alienata fuere, perinde ii quibuſcunque poſſeſſoribus per creditores prius in bonorum debitoris poſſeſſionem miſſos reuocari poſſunt, atque tradita non fuiſſent, & ſemper in debitoris patrimonio manſiſſent.

Itē ſi quis † in fraudē [a]

Eſt & alia actio in factum, quæ datur patrono contra libertum, vel patri contra filium: & illa habet locū, quando libertus patronum in ius venia nō impetrata, vel filius patrem vocat: vt.C.de in ius vo.l.ij.& hic in verſi. veluti. & eſt pœna illius l.aureorum: vt.ff.de in ius voc.l.penult. Forma ergo libellum ſic in hac actio. Dico ego a, cōtra b, libertum meum, quod ipſe me vocauit in ius non impetrata venia: & ideo incidit in edictum, & tenetur ad pœnam.l.aureorum. vnde proponendo contra ipſum act. in factum, peto eundem mihi condemnari in l.aureis nomine pœnæ. Et erit cauſa iſtius actionis, quia me patronum in ius vocauit: non impetrata venia, quæ proponi poteſt loco actionis. Et eodem modo ſi pater agat cōtra filium, hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio non datur contra filium, qui eſt in poteſtate: quia etiam impetrata venia non poſſet patrem in ius trahere, vt.C.de in ius vocan.l.fina quia nulla lis inter patrem & filium eſſe poteſt, niſi de caſtrenſi peculio, vel quaſi: vt.ff.de iudi.l. lis nulla.

1 Iſtā glo. cōmuniter reprehendunt doct. quia pœna iſtius edicti nō habet locum niſi in corrūpente album prætoris generale, & perpetuū: ſecus in ſpeciali: puta de citando aliquē: ſed tunc habebit locum pœna arbitraria cum nō ſit taxata à iure: p l.j.§.expil

2 Pœnales quoq;. Dictum eſt.ſ.de prętorijs rei perſecutorijs, nunc de pœnalibus prętorijs. Sed quę eſt differentia inter pœnales, & rei perſecutorias? Rñ. multę: quia pœnales prętoriæ ſunt annales, excepta actio. furti: vt.j.de perpe.& temp.act. in prin. ſed rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ: vt.ff.de act.& obli.l.in honorarijs. Item pœnales odioſæ ſunt, rei perſecutoriæ non: vt.ff. de pœ.l.interpretatione. Item pœnales non tranſeunt contra hæredes, niſi aliquid ad eos peruenit, vel lis ſit conteſtata: vt.C.ex deli.defun.l.j.ſed perſecutorię ſic: vt.ff.de act.& obli. l.ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei perſecutoria, vno ſoluēte, cæteri liberantur, non ita in pœnali: vt.C.de condic.furt.l.j.&.ff.de lib.cau.l.vlti.&.ff.ad legem Aquil.l.item Mela.§.ſi plures. Accur.

b Pene. id eſt fere, vel melius dic, quod abundat: nam vere multæ ſunt & ſane in vetuſtis codicibus non habetur, & prorſus vacat.

c Quid. id eſt, aliquid.

d Ex albo. Erat enim album, dealbatio quędam poſita in loco eminenti: vt apparet in Authen.de lit.§.omnem.ibi, voce enim præconum &c. colla.viij.in quo albo erat ſcriptum, vel de citando aliquo, vel de alio pręcepto generali, vel ſpeciali:[1] vt.ff.de albo ſcrip.l.j. & ij.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.ſi quis id.

e Corrupiſſet. vel poſitum ſuſtuliſſet, quamuis non corruperit: & ſiue per ſe, ſiue per alium: & tunc ambo tenētur, nec vnus liberat alium. & eſt in quinquaginta aureos: vt in dicta.l.ſi quis. &.l.ſeq. tenetur etiam ille corruptor.l.Cornelia.de falſis: vt.ff.ad legē Corneliā de fal.l.pe. cuius pœna eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio: in ſeruis etiam vltimum ſuppliciū: vt.ff.ad legem Cornel.de fal.l.j.in fine.

f In eum.ſ.filium, vt libertum datur actio in factum: quæ eſt ſimiliter pœnalis (vt ſuperior) in quinquaginta aureos: quæ datur patrono, vel patri, & ſi libertus non poſsit ſoluere dictam pecuniam, caſtigabitur.[2] Idē forte in filio: licet noxaliter non detur: vt.ff.eo.ſcilicet de in ius voc.l.penulti.& j.de noxa.in fi. ſuperior tamen punit ſolum dolum: hic ſolum factum cōſiderat: vt.C. de in ius vocan.l.venia.

g Patronum. ſubaudi vel patronam: item filios & parentes eorum: vt.ff.de in ius vo.l.iiij.§.j. Et accipe hic patronum, qui manumiſit: vel pro quo iudicatum eſt in cauſa ingenuitatis & libertinitatis. Vel ſi ex cauſa fideicommiſsi manumiſit. Vel ſi emit eo pacto, vt manumitteret, & manumiſit, vel nō manumiſit, ſed ex cōſtitutione diui Marci peruenit ad libertatem: vt.ff.de in ius voc.l.adoptiuum.§.j.&.l.is quoque. &.l.ſed ſi hac lege. Item liberos patroni accipe mares & fœminas & parentes etiam adoptiuos: vt dicta.l.ſed ſi hac lege.§.liberos quoq;.&.§.parentes. Accur.

h Vel parentem. & hic accipe marem & fœminam, & vſq; in infinitum: vt etiam ſi Adam viueret, non poſſet vocari in ius ſine venia. Item nō refert, ſi ſunt legitimi parentes, vel naturales: vt.ff.de in ius vocā.l.iiij.§.j.ij. & iij.l parentes.&.l.patris.&.l.adoptiuum. in prin.

i In ius vocaſſet. i. iuris experiendi cauſa vocaſſet:[3] vt.ff.de in ius vocā.l.j.& hoc ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis multo magis: nam & tunc, ſcilicet quando cauſa eſt criminalis, etiam cum venia nō poteſt:[4] quia non conceditur: vt.ff.de in ius voc.l.ſed & ſi.§.prætor ait.&.ff.de accu.l.qui accuſare.in fi. &.l.hi tamē.§.ij. Sed quid ſi ſolum libellum dedit? Reſpon. non incidit in hoc edictum: vt.ff.de in ius vocan.l.libertus.ij. Item quid ſi non veniat vocatus? Reſpon. ſemper incidit, ſed facilius remittitur hæc pœna, quando vocatus non venit: vt.ff.de in ius voc.l.quamuis. Sed quidam dicunt vocantē nullo modo cadere in edictū, ſi vocatus nō venit ex ꝑdicta.l.quamuis. & hoc ideo: quia verba cū effectu ſunt accipiēda: vt.ff.ne quis eum, qui in ius vocatus eſt, vi exi.l.pe.§.docere. ſed prima ſententia verior eſt:[5] qa in dicta.l.quāuis.nō dicit, ꝙ nō incidat in edictū, ſed ꝙ nō remittiſ pœna, niſi cauſa cognita. Itē nonquid[6] hæres

latores. cū ſeq. ff. de effr.& expilato.

2 Et ſic habes ex gl. ꝙ qui non ſoluit i ære, luit in corpore. ſed regula fallit quando id ꝙ erat ſoluendū, non debebaſ ex pœna delicti, ſed forte ex contractu. Itē fallit in nobilibus vel alias honeſtis perſonis. Itē non licet eo nec petēte cui pœna pecuniaria erat applicanda. Itē fallit i pœna extraordinaria, puta mulcta. Itē fallit in minimis tranſgreſsionibus: vt hic per docto.

3 Iſtā primam partem ſequitur Iaſ.

4 Niſi ex magna cā. Nico. Fa. An. & Ia.

5 Cū qua ſecundum Io. Fa. trāſeūt cōmuniter doct. ſed Ia. dicit ꝙ imo approbāt altam opinionē, vt tunc nō cōmittaſ pœna, quę ratione citationis venit cōmittenda.

6 Ab illo verſi. vſq; ad fin. non eſt gl. Accur. ſed additio ſecūdum Iaſ.

hæres poteſt vocare in ius ſine venia? Et certe ſi extraneus eſt, poteſt: vt. ff. de obſe. præſtan. à liber. l. hæres. filius non poteſt vocare in ius ſine venia. Sed quare ſecus in hærede liberti, & in hærede patroni? Reſpon. in primo odium verſatur: quod debet reſtringi. in ſecundo fauor, qui debet prorogari: vt. ff. de liber. & poſth. l. cū quidam. Item ſi ſiliter agat tutorio nomine, vel curatorio

cum id nō impetraſſet [a]. Item aduerſus eum [b], qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles [c].

argu. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac lege. §. fi. & l. quæſitum. Ratio: quia nemini officium ſuum debet eſſe dānoſum: vt. ff. quemadmo. teſt. ape. l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus.

a Cum id non impetraſſet. i. nō petiſſet, & nō accepiſſet. debet enim à prætore ſic petere: Domine permitte mihi vt poſsim conuenire patrem vel patronū meū, vt colligitur. j. de pœ. te. liti. §. fi. & ff. de in ius voc. l. iij. & iiij. §. j. illud etiam quæro, an hæc poſtulatio veniæ debeat fieri in perſonis omnium, qui in ius vocari non poſſunt, qui enumerātur. ff. de in ius voc. l. ij. & ſi non fiat, ꝙ cadat in pœnā? Quidā dicūt ꝙ ſic, nos quod nō, quia hæc pœna in eū tantū ſtatuitur, qui incidit in edictū. at illæ perſonæ in edicto nō cōtinētur: quod maxime ꝓbatur ex hoc. §. Aliter tamē puto eos puniēdos, prout placuerit iudici, ad ſimilitudinē iſtorū [1]. Sed nūquid hæc petitio hodie eſt correcta, vt quia habēt hodie liberti ius natalium & regenerationis: vt in authē. vt liber. de cæ. §. j. col. vj. Reſpon. non quia & ibi reſeruātur iura patronis: maxime obſequialia, quæ natura debētur. Superiora quātū ad libertū plana ſunt in filio diſtingue, aut erat emancipatus, aut in poteſtate. ſi emācipatus erat, habent locū ſuperiora: ſi vero in poteſtate tūc nec cū venia, nec ſine venia poteſt conuenire patrē: vt. C. de in ius voc. l. fi. & ff. de accu. & obl. l. actiones. niſi pro caſtrenſi, vel quaſi caſtrēſi peculio: vt. ff. de iu. l. lis nulla. & tūc cū venia: vt. ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. j. [2] & hoc cū agit cōtra patrē. Si autē cōtra extraneū: tunc ſecundū vetera iura tantū quinque actiones filiofamilias cōpetebāt: vt. ff. de ac. & obli. l. filiusfamilias. & l. in factū actiones. Sed hodie omnes veniētes ex aduentitia cauſa: vt dixi. ſ. per quas perſo. nob. acqui. §. ſ. Itē quęro quis iurabit de calumnia, cū filius familias in iudicio erit? Reſpon. ſi filius emācipatus petita venia patrem conueniat, iurabit filius ſi maior eſt, alias curator ei dabitur ad litē, vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. §. ſ. in fin. col. viij. ſi autem ſit in poteſtate patris, & agat de caſtrenſi: vel quaſi caſtrēſi peculio: tūc iurat filius, cum paterfamilias habeatur: vt. ff. ad Mace. l. ij. ſi vero eſſet minor, daretur curator liti, non perſonæ: cū ſit in poteſtate: vt. C. de cur. fur. l. fi. in princ. & de bo. quæ libe. l. fi. §. ſi autē ꝓ patre. Si autē contra extraneū agat filius, ſi agat pater eius nomine, pater iurat: vt. C. de iureiu. ꝓpter calū. dā. l. ij. §. quod obſeruari. Si filius forte patre abſente, vel ſecūdū veteres leges in q̄nque caſibus, vel ſecūdū nouas in omni aduētitia cauſa iurat filius, cū ſuo nomine agat: & maior eſt, ſi modo pater in aduētitijs nō habet vſumfructū: alias pater ageret, & reſpōderet, & iuraret: vt. C. de bon. mat. l. ſ. in prin. vbi vero filius iurat: licet pater nō habeat vſumfructū debet pater cōſentire filio agēti, & reſpondenti: vt. C. de bo. quę li. l. fi. in prin. ADDITIO. De iſto iuramēto vltra hāc gl. vide per glo. in. l. ij. quod obſeruari. C. de iureiuran. propter calum. dan.

b Item aduerſus eum, cū ſcilicet datur actio in factum pœnalis: vt ecce cum vocarem Titiū in ius, qui tenebatur mihi actione temporali: dum eſſet in itinere, detinuiſti cū vi: vel capiendo eū p̄ perſonam, vel faciendo dolo: vt alius eum detineret, & tantū, ꝙ dies actionis meæ exiuit: teneris enim mihi quāti iurauero in litem, & ſic eſt actio pœnalis ex parte mea, quia vltra rei veritatē forte iurabo: & ex parte tua, quia das mihi aliq̄d & tibi nihil adeſt: vt. ff. ne quis eū, qui in ius vo. vi. ex l. penu. §. j. Super hoc. §. primo quæro, cum duo ſint tituli, vt. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus vi ex. & alius titul. de eo per quem factum erit, de quo fit mentio in hoc. §. Reſpō. de primo quia inde oritur actio vt vtraque parte pœnalis, vt dictū eſt: ſed ex alio eſt pœnalis ex parte rei tātum: cū ad intereſſe actoris detur: vt. ff. de eo p̄ quem fact. erit. l. fin. j. reſpon. Item primus de quo fit mentio hic, conſulit actori tātū: vt patet in. l. j. & iiij. §. eximere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exi. At ſecundus conſulit & vocato, non ſolū vocanti: vt. ff. de eo per quē factū erit. l. j. §. ſi reus. in fi. & l. fi. j. reſpō. [3] Itē primus habet locū, quādo aliquis exēptus eſt ante ſatiſdationē, & poſt in ius vocationē: ſed ſecūdus poſt ſatiſdationē, ſcilicet factam in iudicio Siſti, & alias quę firmāt iudiciū: vt. ff. de pręto. ſtipu. l. j. in prin. Et patet hæc differētia ex ordine illorū titulorū. Item primus, quando vi exēptus ſit quis: at ſecūdus etiam ſi ſine vi: vt patet in. l. j. §. ſi dolo. de eo per quē factū eſt. & tit. ne quis eū qui. l. j. & ij. in fin. Vel ſatis dici poteſt quod de vtroque hic loquitur: quia licet duo ſint illi tituli, tamē de vno edicto ſunt. Item & quod dicatur pœnalis actio etiā illa, quæ ex vna parte tantū eſt pœnalis. Sup hoc. §. ſecūdo quæritur: Nonne per conuentionē ſolā etiā iure veteri perpetuabatur actio: vt. ff. de act. & obliga. l. conſtitutionibus. non ſolō per noua iura: vt. ff. de preſcrip. xxx. anno. l. cū notiſsimi. & l. ſicut? Reſpon. hic nō per executorē, ſed per ſuā denuntiationem eum conuenerat [4]. Vel verbum quaſi, poſitum in dicta. l. cōſtitutionibus, aſſertiue ponitur, non ſimilitudinarie: & ſecundū hoc hodie eſſet correctū, quod hic dicitur. Vel dic quod talis fuit cōuentio in illa. l. cōſtitutionibus, quæ pro lite conteſta. habebatur: vt quia actio erat tēporalis, & libellus fuit principi datus: vt. C. quādo li. prin. da. li. cō. fac. l. j. & ij. Vel dic ſecundū Io. ꝙ leges veteres circa perſonales actiones loquūtur: vbi nō perpetuātur per executorē: ſed lex illa, cū nouiſsimi. & l. ſicut in rem. loquuntur in reali: vnde adhuc etiā hodie non corrigitur quod hic dicitur.

ADDITIO. Hāc etiā impugnāt doc. q̄a d. l. ſicut. & d. l. cū notiſsimi. loquūtur tam in perſonalibus, quām in realibus. ſecundum Ia.

Libellus in actione in factum cōtra eum qui debitorem ...

Præterea datur actio in factū cōtra eū, qui debitorē alicuius vocatū in ius, vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipſe liberaret eū à tēporali obligatione, qua obligatus eſſet. & datur in ipſum actio in quātū actor iurauerit in litē cōtra ipſum: vt. ff. ne q̄s eū, qui in ius voc. eſt vi exi. l. pen. §. j. Et formatur libellus in hūc modū: Dico ego a, cōtra b, ꝙ ipſe debitorē meū in ius vocatū, vi detinuit, quo minus in iudicio cōpareret, vt ita liberaretur debitor actione, qua mihi tenebatur: vnde proponēdo actio. in factū cōtra ipſum b, peto eūdē b, quātū in litē iurauero, mihi condēnari. Et cauſa iſtius actio. eſt: Quia vi exemit à iudicio meū debitorē, & ita actio. qua mihi tenebat, liberatus eſt, quā cauſam ſufficit ꝓponere loco actio. Eodē modo formaſ cōtra eū q̄ procurauit, vt alius eximeret. Sed q̄d ſi nō vi, ſed alio modo ꝓcurauit quo minus veniret? Dic quod tūc habet locū actio in factū, quę procedit ex eo edicto, Per quē factū erit: quo minus in iudiciū veniret, & daſ ad intereſſe actoris: vt. ff. de eo p̄ quē fac. erit. l. ſi. j. reſpō. Et hæc eſt differētia inter hāc actionē & ſupeiorē, quæ deſcēdit ex eo edicto, Ne vis fiat ei &c. Et in vtraque eodem modo formabis libellum: ſed in prima facies mentionem de vi: in ſecunda nequaquam.

c Innumerabiles. imo numerari poſſunt, ſed dicūtur innumera

x

1 Nota, qđ in criminalibus & pœnalibus procedit de ſimilib9 ad ſimilia ſecundū Ange. hic.

2 Idem dicas vbicūque filius in poteſtate pōt agere contra patrem vt no. per gl. in. d. l. lis nulla.

3 Et í hoc qđ actio i factū deſcēdēs ex edicto de quo i iſto. §. ſit mere pœnalis ex parte actoris & rei: licet doct. antiqui tenuerint cōtra gl. tamē Io. Fa. & alij doct. moderni tenēt cū glo. vt per Ia. hic.

4 Hāc impugnāt doct. cū ſit eadē ratio ante ſatiſdationē q̄ poſt: ergo idē ius, vt p̄ Bart. in l. j. ff. de eo per quem fa. eſt.

5 Iſtam approbāt cōmuniter doct.

6 Iſta gl. reprobaſ: q̄a hęc materia loq̄tur quādo q̄s iudiciali authoritate: imo iuſſu maioris iudicis fuit citatus. l. iij. §. j. ff. ne q̄s eum qui.

7 Diſplicet Ia. & eſt de mente aliorū.

Actiones pœnales p̃toriæ ſunt multæ.

inumerabiles? quia de facili nõ poſſunt enumerari: vñ dicit nõ poſſe fieri ꝙ vix fieri põt: vt. ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. Enumera ergo aliquas, vt eſt actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur. j. §. quadrupli. Item actio Quod metus cauſa. Item furti manifeſti. Item ſerui corrupti in duplum. de quibus dicemus. j. eod. §. omnes autem actiones. Sũt & aliæ in factum, vt de effuſis & eiectis, & de appẽſis: vt. ff. de ijs, qui dele. vel effu. l. ſi vero. §. prætor. Et alię multæ ſunt quas enumerare nõ expedit. Accur.

Actiones quibus quæritur, an quis ſit liber, an ſeruus, libertus, an ingenuus, filius, an nõ, præiudiciales in rem ſunt, quarum prima ciuilis eſt, reliquæ verò prætoriæ: ideo ſic dictæ: quia magnum in eis præiudicium verſatur, cùm per eas de ſtatu hominis quæratur, aut quia cæteris quæſtionibus præiudicium faciant: vt ſcilicet interea ſileant, quandiu hæc ventilantur.

Præiudiciales autẽ. CASVS. Supra dictum eſt, quod ſub materia prætoriarũ multæ ſunt diuiſiones. Quædã enim ſunt actiones prætoriæ in rem, & quædam in perſonam, Prætoriæ autem in rem ſubdiuiduntur: quia quædam ſunt pœnales, & quædam non pœnales: ſicut iam ſupra dictum eſt. Modo redeundum eſt ad alterum membrum diuiſionis primæ prætoriarum: ſcilicet, ad prætorias in rem: & de illis ſcire debetis, quod realium actionum prætoriarum, quędam ſunt præiudiciales, de quibus hic tractat: & quædam non præiudiciales, de quibus dictum eſt ſupra. & ponit Iuſtin. tria exempla in iſto. §. in honorem ſanctæ Trinitatis de actionibus prætorijs præiudicialibus. Primum exemplum eſt de actione in rem, per quam quæritur, an aliquis ſit liber, vel ſeruus ſimpliciter. Secundum exẽplum eſt in actione per quam vendico te in libertum meum. hæc enim actio eſt prætoria, & realis, & præiudicialis. Tertium exemplum eſt in actione, qua te dico filium meum eſſe hæredem, & vendico te in filium, tu autem econtra viriliter te defendis, hæc enim actio ſimiliter eſt realis, & prætoria, & præiudicialis. Scire tñ debetis, quod vna iſtarum trium actionum fere legitimam habet cauſam, id eſt, fere eſt ciuilis, illa. ſ. qua quæritur, an aliquis ſit liber, vel ſeruus. Cæteræ autem duæ bene ſunt prætoriæ. h. d. Fran.

Libellus in actionibus præiudicialibus.

Hic loquitur de præiudicialibus actio. Et primo videndum eſt de illa qua quæritur, an aliquis ſit liber, vel ſeruus: & habet locum, quando aliquis vendicat ſibi in ſeruum eum, qui eſt in poteſtate, & poſſeſsione libertatis: vel quando is, qui eſt in poteſtate ſeruitutis vendicat ſibi libertatem. In primo forma ſic libellum, Dico ego a, contra b, quod licet ipſe b, ſit in poſſeſsione libertatis, eſt tamen ſeruus meus: vnde vendico ipſum in ſeruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. Et econtra ſi b, ſit in poſſeſsione ſeruitutis Titij, ſic formabitur libellus, Dico ego b, contra c, quod licet ipſe c, me poſſideat in ſeruitute, ſiue in libertinitate: liber tamen ſum: vnde vendico me in libertatem, & peto me liberũ pronuntiari: & ipſum c, ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma ſic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis ſit libertus, vel ingenuus. Dico ego b, contra c, quod licet ſit in poſſeſsione ingenuitatis: tamen eſt libertus meus: vnde vẽdico ipſum in libertum, ſiue in libertinitatem: & peto ipſum tanquam libertum meum mihi adiudicari. & econtra ſi c, à b, poſsideatur vt libertus. proponetur ſic libellus: Dico ego c, contra b, ꝙ licet poſsideat me vt libertum: tñ ſum ingenuus vnde vendico me in ingenuitatem, & peto me ingenuum pronuntiari: & ipſum b, ne me impediat vti ingenuitate, mihi condẽnari. Item in illa pręiudiciali. qua quęritur, an quis ſit filius alicuius, an nõ, formabitur libellus hoc modo: Dico ego a, contra b, quod licet ipſe ſit in poſſeſsione ſui iuris: tamen filius meus eſt: vnde vendico ipſum in filium, & peto eum in filium mihi adiudicari. E conuerſo formabitur ſic libellus: Dico ego a, contra b, quod licet ipſe poſsideat me in filium: tamen dico me nõ eſſe filium eius: vnde vẽdico me in propriam libertatẽ, & peto me non filiũ eius iudicari, & ipſum a, ne me impediat vti propria libertate, vt extraneũ mihi condẽnari. Iſtæ autem act. dicuntur præiudiciales, vt hic: quia præiudicant omnibus alijs actiõibus vel quæſtionibus, ſiue criminalibus, ſiue ciuilibus: quia primo quæritur &c. vt. ff. de orig. iur. l. j. & ij. in prin. & ff. de ordi. cog. per totum.

Præiudiciales [a] actiones in rem eſſe videntur †: quales ſunt, per quas quęritẽ, an aliquis liber, vel libertus ſit, an ſeruus *: vel de partu agno

† Præiudiciũ quo tupliciter accipiať in iure, & an præiudiciales actiones recte dixerit Iuſtinianus, cũ in Pãd. ſub titulo de exceptionibus tractet de p̃iudicijs, pulchre explicat Frã. Hotomanus hic.

* Aemil. Ferre. reijcit hæc an ſeruus.

Præiudiciales actiões quare dictæ.

a Præiudiciales. Pro conſtanti ponit ꝙ hæ prætorię ſunt: cum in tractatu prætoriarũ ponantur, & ſunt in rẽ: quia res petitur & vendicatur. Vnde quęritur quare nõ poſuit has. ſ. inter reales prætorias? Reſpon. quia [1] quædam de eis eſt ciuilis: vnde eius occaſione, & de cæteris hic dicere reſeruauit. Et ſunt tres. Prima eſt per quam quæritur, an aliquis ſit liber, ſubaudi, vel ſeruus. Secunda, an aliquis ſit libertus, ſub. vel ingenuus. Tertia eſt de partu agnoſcendo per quã quæritur, an quis ſit filius vel non: vt omnia conſequatur, quæ filius à patre conſequi debet: alias autẽ agitur de partu agnoſcẽdo propter alimẽta tantum. & tunc filiationi nõ præiudicatur: quia ſummatim quæritur: vt. ff. de lib. agnoſc. l. j. §. iulianus. & l. ſi qui à liberis ali. §. ſi vel parens. & ff. de his, qui ſunt ſui vel ali. iu. l. ſi iudex. licet videatur contra. C. de or. cog. l. ij. §. fi. ſed dic vt ibi. Sed dicunt quidã & male, ꝙ tantũ duæ ſunt, & de duabus primis faciunt vnã hoc modo, an aliquis ſit liber. i. ingenuus, vel libertus. & hæc vna. Aliam vero de partu agnoſcẽdo nõ mutant. Sed prima opi. verior eſt: cum ſit commodius ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: vt. ſ. qui. mo. teſt. infir. §. alio aũt modo. Item quia poſtea dicit, Cæteræ vero &c. & ita loquitur de pluribus excepta vna [2]. In prima ergo vbi quæritur, an ſit liber vel ſeruus: dico ꝙ ſiue ſeruus agat contra dominum, dicens ſe eſſe liberum, ſiue econtra dominus contra ſeruum: & ſeruus ſit in poſſeſsione libertatis: quod hęc actio in rem, quæ intẽditur, eſt præiudicialis: vt. ff. de lib. cau. l. liberis. §. fi. Itẽ dico ſiue patronus vendicet libertum in libertinitatem, ſiue libertus ſe vendicet in ingenuitatẽ: vtraq; eſt præiudicialis: vt. ff. ſi lib. inge. eſſe dica. l. fi. in princ. & § fi. Intenditur etiam hoc caſu officium iudicis: vt. ff de iureiur. l. ſi duo patroni. in prin. & ff. ſi lib. inge. eſſe dica. l. j. & ij. & ff. de rei ven. l. j. § j. Idem dicas in tertiam: vt ſiue agat pater petendo filium in filiationem, vel filius dicat ſe non filium: erit præiudicialis & directa hincinde. Sed quidam dixerunt, ꝙ directa datur patrono, patri, & domino: ſed illa quæ datur liberto, filio, & ſeruo, eſt cõtraria: quod nulla lege cautum inuenitur: licet aliæ quædam inueniantur directæ & contrariæ, vt mandati depoſiti, & ſimiles [3]. Sed qualiter formantur libelli in his? Rñ ſic, Peto Io. in filium meum iudicari, vt mihi patri debitã præſtet reuerẽtiam, & alia quæ patribus à filijs debentur. & idẽ in patrono: & extunc lata ſentẽtia, alimenta patri & patrono præſtabuntur: vt. ff de libe. agnoſ. l. ſi quis à liberis. in prin. §. ſolẽt. quia ſentẽtia pro veritate accipitur: vt. ff. de ſtat. homi. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicommiſſ. l. j. in ſeruo & dño ſic, Peto in ſeruũ meum talẽ pronuntiari: quia eũ meum dico. E cõtra ſeruus, vel libertus, vel filius dicet, Peto me nõ inquietari à Titio, qui me in ſeruũ vel libertũ vel filiũ tenet: q̃a me tali vinculo nõ ſubeſſe dico: vt. C.

1 Iſta ratio cõmuniter reprobať: quia ſecundũ hoc deberet poni ſupra i tractatu ciuilium, & ſic poſt. §. ſed iſtæ.

2 Hanc approbãt omnes quia pluralis locutio põt eſſe cõtenta minori numero q̃ duobus. l. vbi numerus. ff. de teſt.

3 Hæc gl. cõmuniter approbatur: licet poſtea ſit ſibi cõtraria: ibi, itẽ quo iure adſcriptitij & cætera.

vt. C. de ing. ma. l. diffamari. Vel ſic, Peto vt ingenuus vel liber, vel non filius pronunciet cõtra Titiũ: quia ſic ſe rei veritas habet. Et differt hæc ab ea, qua petit pater filium in poteſtatẽ ex iure Romano: cum ibi tantũ de poteſtate quæratur, hic aũt de filiatione: vt. ff. de rei vẽdic. l. j. §. j. & hic dicitur. Itẽ hæc prætoria, vt hic: illa ciuilis. Quibus autẽ modis filius poſsit peti, diximus. ſ. de patr. pot. §. ius aũt poteſtatis. Itẽ quare dicuntur præiudiciales? Rñde ſecũdum quoſdã: quia

ſcẽdo. Ex quibus [a] ferè [b] vna illa legitimam [c] cauſam habet, per quã quærit̃, an aliquis liber ſit [d]: cæteræ ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

in modum exceptionis proponuntur [1], & ita præiudicant: vt ſi agas contra me hæreditatis petitione, & ego obijciam tibi, quod ſis ſeruus ſeruus defuncti, vel quia ipſe defunctus ſeruus fuit: vt. ff. de peti. hær. l. ſi quis libertatẽ. tunc nõ eſſe lis inter nos: vt. ff. de iudi. l. lis nulla. & ſ. de oblig. quæ ex delict. §. ij. qui etiam facit pro hac ſententia. C. de ord. cog. l. j. & de petitio. hæred. l. liber. & ff. ſi quis ingenuus eſſe dicatur. l. fin. Alij dixerunt ideo dici præiudiciales: quia ſententia lata ſuper his ſit præiudicium omnibus alijs quæſtionibus: vt. ff. de ſtatu hominum. l. ingenuum. & ff. de lib. agnoſcen. l. j. §. fina. & l. ij. Sed certe ſecundum hoc etiam querela inofficioſi teſtamenti dicitur præiudicialis: quia præiudicat alijs quæſtionibus: vt. ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. fina. Sed contra hanc ſententiam eſt. ff. de liber. cauſa. l. ſi ſeruus. Sed ibi non fuit pronuntiatus ingenuus, vel colluſio ibi fuit [2]. Vel dic ſecundum Ioannem, quod præiudiciales ideo dicuntur: quia omnes aliæ quæſtiones, quæ interim inter eas perſonas mouentur, debent ſilere: vt. C. de ordin. cogni. l. j. & iij. & ff. de lib. cauſa. l. ordinata. & ad hoc facit optime. ff. de noxa. l. penult. §. j. verſo. Niſi eſſet talis cauſa, quæ ageretur, etiam ſi conſtaret eum eſſe ſeruum, quod eſt quandoq;: vt. ff. de iudi. l. vix. Sed ſecundum hoc cum quæritur inter patronum & libertum de libertinitate: non eſt hæc quæſtio præiudicialis: cum aliæ quæſtiones interim inter eos poſsint exerceri, venia tamen petita: vt ſupra eodem. §. & in eum. Sed dic quod illæ quæſtiones quieſcunt, quæ non competerent, ſi conſtaret eum eſſe libertum: vt. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. penul. & fina. Itẽ quid ſi nulla alia quæſtio mouetur: nonne tũc iſtæ dicuntur præiudiciales, cum non habeant cui præiudicent? Azo dicit quod non. Sed Ioan. contra. Inſpicitur enim aptitudo: quia habilis eſt eſſe præiudicialis, ſicut Auguſtus dicitur, licet non ſemper augeat: vt. ſ. in titu procemij. Itẽ nunquid ſunt plures præiudiciales, niſi tres? Reſpondeo ſic [3] vt hæreditatis petitio. Nam & tunc ceſſant omnes aliæ quæſtiones, donec iſta intenditur: vt. ff. de petitione hæreditatis. l. ſi quis libertatem. & l. diuus. in fine. l. licet hodie contrarium ſit: vt. C. de petitione hæreditatis. l. fin. §. j. & ij. Item quo iure adſcriptitij, coloni cenſiti, & ſimiles petuntur? Reſpond. vtili præiudiciali non directa: & ipſi coloni ſi petunt in libertatem contraria præiudiciali vtili non directa. Ideo vtili: quia liberti ſunt non ſerui: vt in auth. de ſanctiſsimis epiſcop. §. adſcriptitios. & §. ſi ſeruus. collatio. ix. Item ideo præiudiciali: quia parum à ſeruis diſtant quo ad ſeruitia, quę facere debent: vt. C. de agrico. & cenſit. l. ne diutius. libr. xj. Sed alij dicunt, quod officio iudicis petuntur & petunt: vt. C. in quibus cauſis coloni, cenſi. domi. accuſare poſſ. l. j. lib. xj. Sed certe officium iudicit non poteſt locum habere ad futuras præſtationes [4] vt. ff. de vſur. l. j. Alij dixerunt habere locum negatoriam & confeſſoriam vtilem: quæ dat̃ directa in ſeruitutibus alijs, hæc vtilis hic det̃: ꝙ nihil eſt [5]. Item ſi quis ad aliqua annua ſeruitia teneatur: quo iure petitur, vt condẽnet̃, vt præſtet in poſterum, & ipſe quo iure petit abſolui? Reſpond. ſatis puto, quod iudicis officio hoc fiat: ſiue promiſſa fuerint hæc ſeruitia, ſiue ex conſuetudine debeantur hæc ſeruitia; ſiue ipſa præſtita longo tempore ex promiſsione petũtur: vt. ff. de vſuris. l. cum de in rem verſo. quæ promiſsio probabitur ex longo vſu [6], vt ibi.

[1] Hæc opi. ſecũdũ Ia. non eſt vera: q2 quocũque modo proponãtur ſemper ſunt ꝑiudiciales.

[2] Hæc opin. reputatur à doctõ. deriſoria.

[3] Imo nõ ſunt niſi tres, capiẽdo præiudicialẽ in quantũ ꝑiudicat ꝑſonæ. Ia. & eſt de mẽte aliorum.

Coloni, adſcriptitij & ſimiles, quo iure petuntur.

[4] Niſi rõne præſentis iuris: & dum gl. dicit qđ nõ cõpetit officium iud. in hoc reprobatur: q2 imo pro iſtis adſcriptitijs & cenſitis cõpetit officium iudicis.

[5] Imo. Io. Fa. & Iaſ.

Eam rem, quia noſtra eſt, actione perſonali non aſſequimur, ineptè igitur agit, qui rem ſuam ſibi dari petit, cùm dare ſit dominium transferre: excepta tamen condictione furtiua, qua aduerſus furem competit.

ADDITIO. Et nota, quod verba ſententiæ, Condemno te ad ſoluendum par caponum tali domino omni anno, ſecũdũ quod tui anteceſſores fecere: nullam penitus conditionem faciunt. ſed condẽnatus ſimpliciter tenetur: vt per Bartol. in. l. cum qui. §. Iulianus. ff. de conſtitu. pecu. & in extrauagan. ad reprimendam. in verſicu. prout.

[6] Si allegetur ti. efficax. Bal. & Pla.

a Ex quibus. ſcilicet tribus præiudicialibus quæſtionibus. Accur.

b Fere. fere ideo dicit: quia in ciuilibus quæſtionibus quatuor conſiderantur. ſ. actor, reus, iudex & ipſa res. Hic autẽ eſt idem qui conuenit & cõuenitur, & res. Vel ideo quia prætor introduxit de partu agnoſcẽdo, & à ſenatuſconſulto confirmatur.

c Legitimam. ſ. de iure ciuili.

d Liber ſit. ſubaudi vel ſeruus.

Sic itaq;. Aduerte diligenter quod hic. §. difficilis ſic clare poteſt ſummari. Actor pro re ſua non poteſt intentare actionem perſonalem ad dandum contra aliquos, niſi contra fures: contra quos omnis cõdictio degenerat. Sic declaro: quia condictio non competit, niſi quando dominium eſt translatum: ſed in furem dominium rei ſubtractæ non transfertur: & tamen condictione furtiua ipſe tenetur. igitur condictio degenerat. Ex hoc habes, quod nemo poteſt cõdicere rẽ ſuam præterquã à fure. Vel ſic & clariſsime ſummatur. Qui debet intẽtare actionem realẽ, non poteſt intẽtare perſonalẽ: cum ſint diſtinctæ. hoc dicit. Et diuiditur iſte. §. principaliter in tres partes. Primo ponit regulam generalẽ illatiuam ex præcedẽtibus, ſecundum glo. ſed ſecundum doct. epilogatiuam. Secundo ponit vnam fallentiam. ibi, Plane. Tertio naturã actionum realium & perſonalium, & earum differẽtias ibi, Appellamus. Itẽ prima ſubdiuiditur: quia primo ponitur quædam illatio ſeu epilogatio, ex ſupradictis. Secundo ponit rationes. Secunda ibi, Nec enim.

CASVS. Inter omnes principales diuiſiones actionũ, hæc principalior eſt. ſ. ꝙ actiones aut ſunt in rẽ, aut in perſonam. Hæc enim diuiſio locum habet in iure ciuili, & in iure prætorio. Cum igitur ſuperius dictum ſit, ꝙ actiones quædã ſunt in rẽ, & quædam in perſonã: & etiã quædã ſunt reales, & quędã perſonales: & hoc ſiue ſint ciuiles, ſiue prætoriæ: ſic itaque diſcretis & diuiſis actionibus. ſ. ꝙ quædã ſunt in rẽ, & quędã ſunt in perſonã, neceſſariũ eſt naturã vtriuſq; videre. Natura autẽ actionis realis eſt, vt per eã petat aliquis rẽ ſuã ſibi reſtitui. Iſta aũt natura realis nõ tangitur hic, niſi in ſi. §. quaſi incidẽter: vt ibi dicit̃ qualis ſit aduerſus eos hæc in rẽ actio, per quam aliquis rẽ ſuam petat. Natura aũt actionis perſonalis eſt, vt per eam petat quis rẽ alienam ſibi dari. Certũ eſt ergo aliquẽ nõ poſſe petere rẽ ſuam actionẽ perſonalẽ. per quã ꝑſonalẽ dicat aduerſariũ dare oportere: quia quod meũ eſt, meũ amplius fieri non poteſt. ſed dare, eſt accipiẽtis facere: quare nõ poteſt agere aliquis ad rẽ ſuam petẽdam actione perſonali: quia intendit aduerſariũ ſuum dare oportere: hoc verum eſt cõmuniter loquẽdo: in quibuſdam tamẽ caſibus poſſum petere rẽ meam per actionẽ perſonalem, vt patet in condictione furtiua, quãquam enim hoc regulariter ſit verũ, ꝙ actione perſonali non poſsit quis rẽ ſuam pe-

 tere

tere:in odiũ tamẽ furti eſt ſtatutũ contrariũ. In hoc caſu:vt.ſ.contra fures actio ad petitionẽ,dupli,ſi quidem ſit furtũ nõ manifeſtum:vel ad quadruplũ ſi ſit manifeſtum:cõpetat domino ad rẽ ſuam recuperandã condictio furti:quæ eſt perſonalis actio:non obſtante, ꝙ dominus rei eſt, & eã poteſt vẽdicare. Fr.

Libellus in condictione certi generali.

Sic itaque [a] diſcretis actionibus, certum eſt, non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, ſi apparet [a] eum dare oportere. Nec enim quod actoris eſt,id ei dari oportet [b], ſcilicet: quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris eſt, magis [c] † eius fieri poteſt. Planè odio [d] furum, quò magis pluribus actionibus teneanť, effectũ eſt, vt extra pœnã dupli, aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures,etiã hac actiõe teneãtur, ſi appareat [e] eos dare oportere, quamuis ſit aduerſus eos, etiam hæc in rem actio [f], per quam rem ſuã quis eſſe petit.

Reales actiones ad vindicandum dãtur:perſonales verò, quas etiam abuſiuè condictiones appellamus, ad dandum vel faciendum competunt.

Appellamus autem in

Hic tangitur de condictione, & primo dicẽdum eſt, ꝙ eſt quædã cõdictio certi generalis, quę datur pro omni eo quod debetur:vt.ff.ſi cer.pet.l.certi.& in ea forma ſic lib.dico ego t, cõtra l,ꝙ ipſe mihi debet equũ ex cauſa empt. vnde proponendo contra ipſum condic.certi,peto eundẽ l, ad traditionẽ equi ex cauſa præmiſſa mihi condẽnari. Eodẽ modo forma lib.in iſta generali condict.ſi ex aliqua alia cauſa tibi certum debeatur.

Libellus in condictione certi ſpecialis.

Item ſunt aliæ condi.ſpeciales:vt condictio certi ex mutuo:cõdict.certi ex ſtipula.condi.indebi.ſine cauſa, & ſimiles,in quibus formatur lib.ſicut in generali condictione.ſed tantũmodo in cõdictionibus generalibus aſſignatur cauſa:quia alicui nõ datur aliqua condictio ex re ſua,ſed tantũ pro eo,quod debetur ex cauſa alia, niſi ex cauſa furtiua. Illa enim pro re ſua tantummodo datur contra furẽ,& eius hæredẽ: & eſt ſpeciale in ea, vt pluribus act.teneatur fur:vt in hoc.§.ſic itaq;.vt.ff. vſufru.quemad.ca.l.ſi.

[a] Sic itaq; formatur hoc itaq; ex illa diuiſione,quæ fit.ſ.eo.§.q.d.dictũ eſt,quæ ſunt in rẽ actiones.& quæ in perſonã: itaq; ſic eis diſcretis.i. ſeparatis & diuiſis, patet ꝙ hæc regula eſt vera:quia perſonalis actio,quæ competit ad dandum,non cõpetit pro re ſua alicui, vt hic.Ideo dixi,ad dandũ:quia ad tradẽdum bene poteſt dari actio perſonalis:vt cõmodati, depoſiti:& ſimiles. & ita eſt vis inter dare & tradere. vt hic ſubijcit: &.ff. de act.emp.l.ex empto.in prin.&.ff.de verb.obl.l.vbi aũt.in ſi.&.l.ſi rẽ tradi. &.l.nemo.&.quod ſubijcit,ſi apparet.i.quia apparet eum dare oportere,& ita agitur in perſonam,vt aliquid detur.Sed quidã dicunt,vt P. quod hæc verba,ſi apparet eum dare oportere,ſunt nomina cuiuſdam actionis. Accur.

ADDITIO. Dic quod iſtud quod hic dicit gloſ.ſecũdum Pla.nihil eſt dicere,ſed tex.vult dicere,ſi apparet i.ſi agat dare oportere:quia medium concludendi non debet eſſe iſtud.ſed ad tradendum vel conſtituendum: vt dicit glo. Ang.

[b] Oportet.i.oportet quod non detur. eſt enim impoſſibile quod detur,vt ſubijcit:quia dare eſt accipientis facere:vt ſubijcit.nec res quæ &c.

[c] Magis.Sed opponitur, pluries deberi poteſt:vt.ff. de exe.rei iud.l.& an eadẽ.§.actiones.in ſi.§.ergo pluries dominiũ poteſt fieri meũ.Sed nõ ſequitur.nã licet pluries debeatur:tñ ſemel facta ſua nõ debet plus fieri ſua:vt ibidẽ dicitur,&.ff.de acqui.poſſ.l.iij.§.ex pluribus.&.ſ.de lega.§.ſed & ſi rẽ legatarij.niſi iterũ deſine ret eſſe ſua:vt.ff.de ver.ob.l.ſi rem meam.

[d] Plane odio.Sed in quo vertitur iſtud odiũ?Rñ. quia in cõdic.furtiua quis de facto infamatur apud bonos & graues viros:vt.ff.de obſe.ã lib.& lib.l.honori.licet nõ infamia iuris:vt.ff.de act.& obli.l.ceſſat.ſed in rei vẽd.neq; de facto,neq; de iure infamaf. Itẽ multa veniũt in cõdic.furtiua,quæ nõ veniunt in rei vẽdi.vt quia interitu rei nõ liberatur [1]: ſed in rei vẽd.ſic:vt.ff. de cõdi.fur.l.in re.& ideo malũ eſt furi,ꝙ etiã hac actiõe teneaf.Itẽ ſicut ꝓdeſt alicui plures habere reos debitores:vt.ff.de lib.leg.l.ſi quis decedẽs.§.ſi.& habere plures actiones: vt.ff.de legat.ij.l.cũ filius.§.varijs.ita ecõtra debet ei nocere, ſi pluribus teneaf actionibus,licet etiã nulla alia ſit vtilitas. Itẽ nũquid vna tollif per aliã? Dic ꝙ ſic:vt.ff.de condic.furt.l.ſi pro fure.§.furti. Accur.

[e] Si appareat. i. quia apparet eos &c.i.dicere,actione in pſonã.Sed videf hoc ſtare nõ poſſe:nã certũ eſt eum qui agit dominum fuiſſe,ergo & nũc eſt:qui ſine facto ſuo dñium ab eo diſcedere non potuit:vt.ff.de reg.iur.l.id quod noſtrum.&.C.de prob.l.ſiue poſsi.ergo nõ poteſt agere, vt ſibi detur,quod eſt ſuũ, & tñ hic dicit ꝙ ſic. Sed dic relationẽ eſſe faciẽdam ad genus,non ad ſpeciẽ.q.d.ea actione,per quã alias agitur ad dãdum.ſ.perſonali, ſed hic nõ ad dandũ intẽditur. Et ita eſt mirabile,quod rẽ meam per perſonalẽ actionem peto reſtitui,alias cõtra: vt.ff.quẽadmo.vſufruc.cau.l.ſi.&.ff.de cõdi.indebi.l. ſi vrbana. Sed eſt ſpeciale, vt hic dicitur. Vel dic agi etiam ad dandum.ſ poſſeſſionẽ dandam,quam amiſeram per furtum [2]: vt.ff.de acqui.poſſ.l.rẽ quæ nobis. &.ff.de condi.tri.l.ij.

[f] In rẽ actio.i.rei vẽdicatio,pro dominio de iure ciuili,vel gẽtium quæſito intẽditur:vt.ff.de rei vẽdi.l in rẽ act. Itẽ no.quod hic.§.locũ habet in quolibet malæ fidei poſſeſſore alienæ rei,nõ ſolũ in fure:vt.ſ.de re.diuiſ.§.ſi tñ.&.ff.de cõdi.triti.l.j.in ſi.&.l ij.in prin. Interdum etiam contra bonæ fidei poſſeſſorẽ datur cõdictio ratione poſſeſsionis:vt.ff.de condi.ind.l.indebiti.§.ſed & ſi nũmi.Sed nunquid etiam rẽ ſuam poteſt quis etiam à non fure per condictionẽ ſine cauſa cõdicere:vt.ff.de cõdic.ſine cau.per totum? Rñd.ſecundum quoſdam,ibi dicitur cõdictio actio perſonalis:non tñ talis per quam intẽdatur, vt aliquid detur. Alij dicunt, ꝙ ſi alicubi inueniatur condictio ſine cauſa pro re ſua competere:de vtili intelligendum eſt.

ADDITIO. Dic ſecundum Ioã.Fab.quod prima eſt verior:nam per eam non agit dominus ad dandũ, niſi contra furẽ,ſupple & malæ fidei poſſeſſorem, vt hic in gloſſ.ſed ad reſtituẽdum, vel forte ad poſſeſsionem agi debet,ſecundum Ang.

Appellamus autem.GLOSSA. Iam dicta eſt natura realium actionum & perſonalium:quia realis datur ad rem ſuam perſequendam,perſonalis autem ad debitum,Modo quia de realibus & perſonalibus dixerat actionibus dominus Iuſtinianus ad vberiorem earum doctrinam, plus de illis in litera præſenti determinat, & dicit,quod appellamus actiones in rem,vendicationes:& ideo vbi in.C.& ff.tractatur de realibus actionibus,ab illis,qui erant legum compoſitores, intitulatur titulus De rei vendicatione. Actiones autem in perſonam,quibus dare vel facere oportere aliquid intendimus, vocamus condictiones. Et ita omnes actiones perſ

* Si paret, legẽdũ putat Franc. Hotomanus, id eſt verbũ ſolitum appon in formulis iudiciorũ, docet ex Cic.& Sex. põpeio.

† Cõcor. cum hoc tex. c. iter dilectos. ante fin. ibi, cum iura legum. cũ gl. ſup ver. quod meũ.extra de fide inſtru. & gl. in.c.ſi diligenti. ſup verſic. iuſtius titul. poſt prin. ibi, & ꝙ rerum. eſt extra de reſcr.

Actio ad dandũ & ad tradendum differunt.

Dare eſt accipientis facere.

Meũ amplius meũ fieri põ poteſt.

Iſtam gl. ſequif Iaſ. & eſt de mente aliorum.

1 O dic furis quia ſemper fur dicitur in mora: & moroſus interitu rei non liberatur ſa.

2 Iſtę ſolutiones reprobanť à doctorib9 vide hic p eos.

Dic ſecundũ lo. Fab.quod gl. procedit in malęfidei poſſeſſore cõtrectãte rẽ mobilem: qui ſemper contrectãdo cõmittit furtũ. C. ꝙ cum eo. l. ſi liberum.& de furt.l.ſi alienũ. ſed ego intelligo generaliter in omni malęfidei poſſeſſore qui rẽ aliquã detinet ſciẽter contra voluntatem domini:quia cõtra eũ põt condici & agi ad dandũ. l. ſi nec cãm. §.j. Ange.

nes perſonales de mundo condictiones poſſunt dici. & hoc erat olim conſonum effectui actionis in perſonam: ſed hodie non eſt ita. In actionibus enim perſonalibus olim fiebant denuntiationes, quæ fiebant per verba ſolennia in actione perſonali tantum: & quicunque cadebat à ſyllaba, cadebat à cauſa. Aliis modis exponitur iſta denuntiatio in notula. Sed hodie ceſſant iſtæ denuntiationes: & propterea vocant abuſiue actiones in pſonam. h.d. Franc.

rem quidē actiones, Vēdicationes [a] †: in perſonam verò actiones, quibus [b] dare, aut facere oportere intenditur, Condictiones [c]. Condicere enim eſt denuntiare [d], priſca lingua: nūc verò abuſiuè [e] dicimus condictionem, actionem in perſonam eſſe, qua actor intēdit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo noīe denuntiatio fit.

Nunc tertiam actionum diuiſionem exorditur Iuſtinianus, ſcilicet quòd quædam rei perſecutoriæ ſunt, quædam pœnales, quædam miſtam cauſam habentes. Perſecutoriæ rei dicūtur, quæ eius rei quæ nobis abeſt, & alteri adeſt, perſequendæ cauſa comparatæ ſunt: ideo omnes & reales & perſonales ex contractu, dempta depoſiti actione in quatuor caſibus, rei perſecutoriæ ſunt. Pœnales quibus meram pœnam perſequimur: vt actio furti: & id genus aliæ. Miſtæ, quæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ cauſa inſtitutæ ſunt, hoc eſt, in quibus rei perſecutio in pœna continetur: vt vi bono. rapto. l. Aquil. & ea quæ inficiando creſcunt.

Sequēs [f] illa diuiſio eſt, quòd quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ [g] ſunt, quædam pœnæ perſequēdæ, quædam miſtæ [h] ſunt.

Rei perſecutoriæ ſunt omnes in rem actiones, & etiam in perſona ex contractu deſcēdentes, excepta depoſiti actione, quæ in quatuor caſibus miſta eſt. Angelus.

a Vēdicationes. ſiue rerum corporalium, de quibus eſt C. de rei vendi. per totum. & ff. de rei vendi. per totum: ſiue rerum incorporalium, de quibus eſt. ff. ſi vſusfru. petat. per totū. & ff. ſi ſer. ven. per totū. ſiue ſint indirectæ, ſiue vtiles iſtæ vendicationes: vt. ff. de publi. per totum. & ff. ſi ager vectig. per totum.

b Quibus. ideo dicit quibus, quia ſunt & aliæ. [1] q̄bus nō intēdimus dare facere, ſed reſtitui: vt commodati actio, & depoſiti, & ſimiles: & iſtæ non appellantur condictiones in ſtricta ſignificatione accepto vocabulo, vt hic dicitur. [2] Vel dic ꝙ etiam in actione cōmodati & depoſiti, & ſimilibus intenditur dari, [3] vel fieri, ſcilicet ipſa detentatio rei, quaſi ipſum factum poſſit quis in ſtipulationē deducere: vt. ff. de verbo. obli. l. vbi autem non apparet. §. quid. quod non fieret, niſi aliquid daretur: cum ſuæ rei nulla ſit ſtipulatio, ſed alienæ tantum: vt. ſ. de inutilibus ſtipulationibus. §. j.

c Condictiones. ſcilicet appellamus.

d Denuntiare. Dicunt quidam, quod qui volebant alium conuenire, primo ſibi denuntiare debebant: vt arg. ff. de ſerui. vrba. prædio. l. quidam. Sed hoc nō placet: quia ex volūtate, aut bonitate, vel vrbanitate hoc fit, non neceſſitate. Sed dic [4] ꝙ hęc denuntiatio fiebat per magiſtratus, cum actiones cōſtituebant vel dabāt: vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. omnium. quod eſt hodie ſublatum: vt in fine huius. §. dicitur. & C. de for. l. j. & ij.

e Abuſiue. vere abuſiue dicitur condictio. i. actio in perſonam, quia non bene conſonat nomen rei, quam ſignat: quod fieri debet, vt. ſ. de dona. §. eſt & aliud.

Sequens. Iſte. §. vſque ad. §. Quædam. diuiditur in duas partes. Primo, ponit vnam ſententiam principalium actionum. Secundo declarat eam per exempla. Secunda ibi, Rei perſequendæ. CASVS. Dicit gloſſator & male, quod hic ponit̄ quarta diuiſio. Si enim loquamur de principalibus diuiſionibus, quæ traduntur à prædeceſſoribus noſtris, non eſt niſi tertia principalis. Prima enim fuit hæc, Actionum quędam ſunt in rem, & quædam in perſonam. Secūda fuit hæc, Actionum quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Tertia autem principalis eſt diuiſio iſta, Connumerando autem ſubdiuiſiones prehabitas cum principalibus diuiſionibus. hæc eſt quarta diuiſio. Prima enim fuit hęc quod omnis actio aut eſt in rem, aut in perſonam. Secunda hæc eſt, omnis actio aut eſt ciuilis, aut eſt prętoria. Tertia hæc eſt, prętoriarum alia in rem, alia in perſonam. Quarta hęc eſt, omnis actio perſonalis prætoria, aut eſt pœnalis, aut non pœnalis. Quinta eſt, prætoria in rem, aut eſt præiudicialis, aut non præiudicialis. Et hæc, de qua agimus in pręſenti, eſt ſexta. Supponēdo ergo ꝙ ſit tertia diuiſio principalis venio ad caſum, in hunc modum: Poſt duas diuiſiões principales de quibus ſupra dictū eſt, ponit hic Iuſtinianus tertiam diuiſionem principalem: & eſt talis diuiſio, Inter omnes actiones de mundo. quędā ſunt inuentæ cauſa rei perſequendæ, & q̄dam cauſa pſequendæ pœnæ, & quædam miſtę, tam gratia rei perſequēdæ, quam pœnæ. Rei perſequendæ cauſa inuētæ ſunt omnes reales actiones, & fere omnes perſonales, quæ ex contractibus naſcunt̄, veluti cum aliquis pecuniam mutuam vel in ſtipulatū deductam petit. & de hoc etiā poteſt haberi exemplum in commodato, & mandato, etiā pro ſocio, & in actione ex empto & vendito, & locato & conducto. Perſonales, quæ ex contractibus naſcuntur: ideo dixi, ad differentiam illarum, quæ ex delictis naſcuntur. Fere autem ideo dixi, propter quādam actionem perſonalem quę ex contractu procedit, & tamē in quatuor caſibus eſt perſecutoria rei & pœnæ. Hęc autē eſt actio depoſiti. Si enim rem meam penes te depoſuerim cauſa incendij vel ruinæ, vel tumultus vel naufragij, & poſtea non vis mihi eam reſtituere, vel dolum in ea feceris: conueniri potes in duplum. hoc dicit. Videtur quod iſta diuiſio ſit eadem cum diuiſione ſuperius habita, quæ eſt, quod actionum prętoriarum perſonalium quędam eſt non pœnalis, & quędam pœnalis. Frater, non eſt eadem. Hęc enim diuiſio eſt in cōtractu ciuilium. vnde hic dicitur, quod ciuiles quędam ſunt pœnales, & quædam non. Prior autem fuit in contractu prætoriarum, & ſic non eſt vna & eadem cum altera. Item ſcire debes, quod actiones miſtæ dicūtur duobus modis. Vno modo dicitur actio miſta, quæ continet rem & pœnam, & de tali miſtione loquitur his. Alia enim miſtura eſt, quod quædam actiones dicuntur miſtæ. quia ſunt in rem & in perſonam. Et de iſta miſtione habes infra eodem. §. quædam. h. d. Franc.

f Sequens. Hæc eſt tertia diuiſio actionum in hoc titulo. Accurſius.

g Comparatæ. id eſt, adinuentæ.

h Miſtæ. Sed nonne quædam ſunt, quæ nullum horum habent? vt ſi ago ne quid fiat in loco ſacro, vel ſancto: vel ſi factum eſt, vt tollatur: & aliæ ſimiles, quæ neque ad rem, neque ad pœnam, neque miſtim ſe habent. ſed vel ad rei reuerentiam, vel ad publicam vtilitatem dantur? Reſpond. ſatis ad rei perſecutionem: ſcilicet diuinæ vel reipublicæ, pertinent cuius nomine agere videor, vel etiam meo nomine, [5] cum cuiuslibet interſit Deum venerari, vt. C. de hære. l. iiij. Accurſius.

† Vindicationes legendū cōcēdit Frā. Hotoma. inque eam rē laudat potiſsimū Gelliū noctiū Attic. lib. xx. ca. ix. Certe in Pand. Flo. vindicatio & vindicare vbique reperias, p eo, ꝙ in vulgatis editionib. vēdicatio vēdicare ſcriptum eſt.

1 Iſtam gl. tenent Io. Fa. Placē. An. & Ia.

2 Hāc approbāt doctio. qa hic ſemper loquitur ſolū de actionibus quę competūt ad dandū: ſed iſtæ de quibus in gl. competūt ad reddendū ſeu reſtituendum. l. iiij. §. ſi reddita. & . l. ſi vt certo. ff. rem tibi dedi. ff. cōmo.

3 Nihil eſt Fab. Plac. An. & Ia.

4 Idē Io. Fab. Plac. An. & Ia. & eſt ſing. ſecūdū Angel. & Iaſ.

5 Iſta glo. bene dicit: & cum ea tranſeunt cōmuniter docto. hic.

Rei perſequẽdæ. Iſte. §. diuiditur in quinq; partes. Nam primo ponit de actionibus rei perſecutorijs. Secundo de actionibus miſtis ex contractu deſcendentibus. Tertio ponit vnam regulam vel ſummulam in actionibus ex maleficio deſcendentibus. Quarto illud per exempla declarat. Primo ponẽdo de actionibus pœnalibus. Secũdo de actionibus miſtis. Secũda principalis eſt in verſic. plane. Tertia in. §. ex maleficijs. Quarta in §. pœnam. Quinta in verſ. ſed & legis.

Rei perſequendæ cauſa comparatæ ſunt omnes in rem actiones a. Earũ verò actionum, quæ in perſonam ſunt: eæ quidem, quæ ex contractu naſcuntur, ferè b omnes rei perſequẽdæ cauſa cõparatæ videntur: veluti quibus mutuã pecuniã, vel in ſtipulatum deductam petit actor c: item cõmodati, depoſiti, mandati, ꝓ ſocio, ex empto,

Libellus in actione ex ſtipulatu.

Hic tangitur de actione ex ſtipulatu: & hæc datur, quando aliquid incertum promittitur: vt. ſ. de verbo. obli. in prin. & formatur ſic libel. Dico ego a, contra b, ꝙ ipſe promiſit mihi facere domum per ſtipulationem, & quia non fecit, propono contra ipſum actio. ex ſtipulatu, & peto ipſum ad intereſſe meum (quod æſtimo decem) mihi cõdemnari. Iſtius libelli formatio poteſt elici ex. l. ſi quis ab alio. §. ſi quis. ff. de re iudi. Et licet nomen act. non ponatur in libello, ſufficit tamẽ ponere cauſam hanc, ſcilicet: quia domum per ſtipulationem mihi facere promiſit, & non fecit.

Libellus in actione commodati.

Item in actione commodati, de qua hic, formatur ſic libellus: Dico ego m, contra a, ꝙ ego accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: vnde propono act. commodati contra eum, finito vſu ad quem codex fuit accommodatus: & peto eundem a, ad reſtitutionem codicis mihi condemnari. Et erit cauſa in iſta actio. quã ſufficit proponere, hæc: Quia accommodaui ſibi codicem meum ad ſcribendum: & vſus finitus eſt.

Libellus in actione depoſiti.

Item in actione depoſiti, de qua etiam hic formatur ſic libellus, Dico ego t, contra l, quod ego depoſui penes eum Digeſtum meum, vnde proponendo contra eundem l, actio. depoſiti, peto ipſum ad reſtitutionem Digeſti mei mihi condemnari: & erit cauſa in iſta act. quam ſufficit proponere, talis, quia depoſui. Et aduerte quod datur in ſimplum act. depoſiti, niſi in his caſibus, ſcilicet quando depoſitum eſt cauſa incendij, tumultus, ruinæ, & naufragij: in quibus caſibus ſi depoſitarius inficietur, tenetur ad duplum: vt hic, in verſic. plane. & ff. depo. l. j. Et formatur ſic libellus: Propono ego l, contra t, quod ego ob timorem incendij Digeſtum meum apud ipſum depoſui: & quia inficiatur depoſitum, proponendo contra ipſum actio. depoſiti: peto eundem t, mihi in duplum condemnari. Et erit cauſa in hac act. quia depoſui apud ipſum rem, & ipſe inficiatus eſt. Item eodem modo forma libellum, quando petitur in alijs quatuor caſibus, ſcilicet quando cauſa tumultus, incendij, ruinæ, & naufragij, depoſitũ eſt.

Libellus in actione mandati.

Item in actione mandati, de qua etiam hic formatur ſic libellus: Dico ego t, contra s, quod ego ſibi mandaui, vt emeret mihi equum, & ille ſuſcepit mandatum, ſed illud nõ impleuit: propter quod damnificatus ſum ad valorem decem librarum & tantum æſtimo intereſſe meum: vnde proponendo contra ipſum actio mandati, peto eundem s, in decem libras nomine intereſſe mihi condemnari. Iſta enim actio tunc demum competit, quando recipit intereſſe: ad intereſſe enim datur: vt. ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. mandati actio.

Libellus in actione pro ſocio.

[4] In iudicio ſecus ſi extra iudicium. Fa. licet Ia. cõtradicat.

[5] Imo totũ applicatur parti. An. & Ia. licet Fab. contradicat.

[6] Iſtã gl. ſequuntur cõmuniter docto.

Sed

[illegible] a lege, & serui corrupti, earũ origine ſemper pœnales ſunt: actio verò legis Aquiliæ, depoſiti in quatuor caſibus, & quæ pro legatis locis venerabilibus factis cõ[illegible] [illegible] ſunt: [illegible] dilatione: aliàs rei perſecutoriæ ſunt.

Sed furti quidem nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, à cęteris, de quibus ſimul locuti ſumus, eò differunt, quòd hæ actiones omnimodo[a] dupli ſunt: at illę, id eſt, damni iniurię ex lege Aquilia, & interdum depoſiti[b], inficiatione duplicantur[c]: in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa[d], quæ de ĳs competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, non ſolùm inficiatione[e] duplicatur, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem, vſquequo iuſſu magiſtratuum noſtrorũ conueniatur. In confitentem vero, & ante quàm iuſſu magiſtratuum conueniatur, ſoluentem, ſimpli redditur.

Qui illato metu quicquam ab altero extorſerit, ſi illud iubente iudice reſtituat metum paſſo, pœnam quadrupli euitat: quam non parendo incurriſſet: & in hoc à [illegible] tur, differt, quod metus cauſa actio.

Item actio de eo quod metus cauſa factum ſit, à cæteris, de quibus ſimul[f] locuti ſumus, eò differt, quòd eius natura tacitè continetur: vt qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat[g], abſoluatur[h]. quod in cæteris caſibus[i] non eſt ita, ſed omnimodo quiſq; in quadruplum condemnatur: quod eſt & in furti manifeſti actione.

Sed furti quidẽ nec manifeſti. CASVS. Iſti duo proximi. §§. ſunt hic poſiti ad vberiorẽ doctrinã. Quia enim ſuperius in iſto ti. in. §. in duplũ. poſuit quinq; actiões in ſimul, & ꝓ ſimilibus: cũ tñ in multis ſint diſsimiles: propterea ne propter hoc crederet aliquis actiones illas ſimiles eſſe omnimodo, ad errorẽ illum remouẽdũ ponit hic iſtos duos §§. In primo ergo §. dat differẽtiã inter illas quinq; actiones pro duplo, quas ponit. ſ. eo. §. in duplũ. videlicet, inter actionẽ furti nõ manifeſti, & actionẽ le. Aquil. & actionẽ depoſiti in quatuor caſibus, & actionẽ ſerui corrupti, & actionẽ ex teſtamẽto, quæ datur pro legato relicto alicui loco venerabili. Et dicit, quod iſtarũ quinq; actionũ duæ ſunt, quæ oĩmodo ſunt pœnales à principio, ſed demũ inficiatiõe ſecuta, videlicet actio depoſiti in quatuor caſibus, & actio. l. Aqui. Quinta autẽ actio ſingulare habet ſultũ. Eſt enim pœnalis per inficiationẽ, & per nimiã procraſtinationem. hoc dicit primus. §. Et quod dicit in litera oĩmodo ſunt pœnales, nõ intelligas, ꝙ per ſe ſint in pœna, ſed ſimiliter omnimodo. i. à principio ambæ ſunt pœnales, licet non ſecuta fuerit inficiatio. Fran.

[a] Omnimodo. De actione furti cõſtat, ꝙ ſemp eſt in duplũ: vt hic, & ſ. de obli. quæ ex delic. naſ. §. pœna aũt. Itẽ de actione ſerui corrupti, niſi in caſu: vt qñ marito in vxorẽ daſ, & ecõtra: vt hic, & ff. de ſer. cor. l. doli verbũ. §. hæc actio. & l. fi. Vel dic omnimodo. i. ſiue neget, ſiue nõ: non autẽ in omni perſona. Accur.

[b] Depoſiti. alias eſt in litera de dolo depoſiti: & tunc dic actionẽ depoſiti propter dolum. Nam vtraq; non poteſt habere locum ſimul. ſ. de dolo actio, & depoſiti: vt. ff. de dolo. l. j. §. j. alias non eſt de dolo. & tunc plana eſt litera.

[c] Duplicantur. ſ. ſi legitimis probationibus, non iureiurando conuincantur: vt. C. ad leg. Aquil. l. contra. & ff. de iureiur. l. eum qui.

ADDITIO. Et ſic probatio per iuramẽtum non cenſetur legitima. Adde illam glo. in. l. eum de indebito. in prin. in verb. legitimis. ff. de proba. Iaſon.

[d] Sed illa. ſ. actio ex teſtamẽto. Et conſtrue, ſed illa, actio. ſ. ex teſtamẽto, quæ. ſ. actio competit de ĳs, quæ ſunt re. ve. lo. duplicatur, non ſolum &c. Accur.

[e] Inficiatione. bene dicit, inficiatione: quia ſi confitentur, non tenẽtur, vel ſi iuſiurandum detulerit actori, qui exonerat eum à probatione. ff. de iureiuran. l. eum qui. Accur.

Item actio &c. CASVS. Tu iam vidiſti qualiter ſe purgauit à primo vitio: modo in iſto. §. purgat ſe à ſecundo vitio: ponens differentiam inter quatuor actiones in quadruplum quas poſuit quaſi ſimiles. ſ. eod. §. quadrupli. di. ꝙ actio, Quod metus cauſa, eſt in quadruplum, verum eſt non à principio, ſed ita demũ ſi iſte fuerit contumax, & noluerit rẽ reſtituere obediendo primæ ſententiæ: tunc enim debet ſequi ſentẽtia ſecunda, quæ eſt in quadruplum. Aliæ autem oẽs ab initio ſunt in quadruplũ. Frã.

Libellus in actione Quod metus cauſa.

Hic tangitur de actione Quod metus cauſa, & illa daẽ contra eũ, qui metũ intulit, & contra quẽlibet poſſeſſorẽ: vt. ff. ꝙ met. cã. l. ſi cũ excep. §. in hac act. In qua ſic formali. Dico ego Titius contra Sẽpronium, ꝙ ipſe detinet rẽ mihi per metũ ablatã: vñ proponẽdo actio. Quod metus cauſa contra ipſum, peto eundẽ ad reſtitutionẽ rei mihi condẽnari. Et tũc iudex condẽnabit eum ad reſtitutionẽ rei, & ſi reſtituere nõ vult, petetur ab eo quadruplum, in quo quadruplo ipſa res continetur: vt. ff. quod met. cau. l. ſi cũ exceptione. §. hæc autẽ actio. & tunc forma hoc modo libellum: Dico ego Titius contra Sẽpronium, quod ipſe rem mihi per metum ablatam detinens, illam non vult reſtituere, licet ſit ſuper hoc condẽnatus: vnde proponendo contra ipſum actionem Quod metus cauſa, peto ipſum in quadruplum, id eſt, ad rei reſtitutionem, & in triplum nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quod ſi vult reſtituere ante ſententiam, liberabitur à pœna tripli, vt in hoc. §. item actio. Et erit cauſa in hac actione quam proponere ſufficit, hæc, ſcilicet, Vnde cum per metum res iſta ſit mihi ablata, peto &c. Et datur hæc actio vſq; ad annum tantum in quadruplum, poſt annum vero in ſimplum: vt. ff. quod metus cau. l. ſi cum exceptione. §. j. & ij.

[f] Simul. caute ponit illud ſimul. i. vna cũ eis de quibus alias dixit: vt. ſ. eod. §. quadrupli.

[g] Reſtituat. vſq; ad definitiuam ſentẽtiam[2], quod intellige de ſecunda ſententia. Nam in actione Quod metus cauſa, duæ feruntur ſententiæ. Prima de reſtituenda re: Alia de dando quadruplo, re computanda in eo: vt. ff. quod met. cauſa. l. ſi cum exceptione. §. hæc autem[3]. Sed nunquid vtraq; eſt definitiua? Dic quod ſic: quia vtraque definit controuerſiã: vt. ff. de re iudic. l. j. Alij eſſe dicunt admonitionẽ quandam primam ſententiã: vt in auth. de hære. & Falci. §. ſi quis autem nõ. col. j. & ex eo, quod per primã ſententiam admonetur, & tãdiu expectatur, qui metũ intulit, dicitur hæc actio arbitraria: vt. j. eo. §. præterea.

[h] Abſoluatur. ſ. à præſtatione quadrupli.

[i] In cæteris caſibus. qui enumerantur. ſ. eod. §. quadrupli. Accur.

[1] Quid importet iſta dictio omnimodo, habetur in l. ſi cũ exceptione. §. quatenus et ibi Bar. ff. q̃d metus cauſa. & in. l. grece. §. illud ff. de fideiuſſ. Ac ẽt importat perpetuitatem actus. vt not. gl. j. & ibi Petr. de Anc. in. cl. j. de vi. & ho. cle. An.

[2] Dic q̃d non eſt neceſſaria niſi vna ſentẽtia, quãuis duæ poſſit ferri. An.

[3] Sed Barto. ibi quẽ communiter docto. ſequunẽ tenet ꝙ non eſt neceſſe, ꝙ feratur niſi vna.

[4] Tu dicito q̃d cenſetur definitiua quæ definit negotiũ: ſed alio reſpectu poteſt potius dici executio primæ ſententiæ, quã noua ſentẽtia definitiua, ſecundũ Bar. i. l. Titia. ff. de act.

Action

Actionum. Diuiditur in tres partes. Nā primo ponit regulam generalē. Secūdo in ſpecie ponit, quæ ſunt actiones bonæ fidei. Tertio, φ licet olim eſſet dubitatio, tamē hodie clarum eſt, quod petitio hæreditatis eſt bonæ fidei. Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, Quamuis. Aret.

Accipe omnium actionum ſectionem. & quaſcunque hic enumeratam non inveneris, ſtricti iuris eam iudicato.

Actionum autem quędam bonæ fidei ſunt†, quædam ſtricti iuris. Bonæ fidei ſunt [a] hæ: ex empto, vendito, locato, cōducto negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti [b], pro ſocio [c], tutelæ [d], cōmodati, pignoratitia [e], familiæ erciſcūdæ...

CASVS. Multas diuiſiones actionū habuiſtis. ſ. & poſt illas de quibus dictū eſt. ſ. ponitur hic quædam alia diuiſio. Et hoc eſt, quod dicit dominus Ia. Diuiſio eſt hęc per ſe, nō pendēs ex præcedētibus. Et tractat iſte §. vt dicit Ioā. de iuſtitia poſitiua, vbi nō redditur alia ratio, niſi quia ita placuit iuris conditoribus. Eſt quippe diuiſio quam hic ponit talis: Actionum quædā ſunt bo. fid. quædam ſtricti iuris: & enumerat hic xvij. actiones bo. fid. Prima eſt actio ex empto, ſecūda ex vēdito, & ſic de alijs. Eſt & hæreditatis peti. de qua ſemper ante tempora Iuſtin. magna fuit dubitatio, vtrum eſſet bonæ fidei, vel ſtricti iuris. Noſtra tamē conſtitutio (dicit) quā habes. C. de peti. hær. l. vlti. depoſuit eā eſſe bonæ fid. De xvij. actionibus tractat in ſequēti. §. Notare autem debes in principio, quod duplex eſt bona fides. Vna, quæ eſt contraria dolo & fraudi. & hoc modo omnes contractus bonæ fidei ſunt: in omnibus enim debet abeſſe dolus & fraus. Eſt & alia bona fides, q̃ antonomaſice vocaē bona fides, ꝑpter exuberātem fidem, quæ eſt in ea. Ab iſta bona fide dicuntur cōtractus in iſto. §. enumerati, bonæ fid. Sed domine, quæ eſt exuberantia fidei, quæ eſt in iſta, ſue in iſtis actionibus? Reſpon. Frater, ex hoc quod in eis multa eueniūt ex bono & æquo: de quibus non fuit actum inter partes. In contractibus autē ſtricti iuris ſolum veniunt ea, de quibus actum eſt inter partes, vt venirēt. De act. depo. quando ipſa ſit bo. fi. nemini venit in dubium, quātum ad aliquid. De ipſa tñ dixerunt quidā antiqui, φ ſimpliciter eſt bo. fid. in quatuor tamē caſibus, puta tumultus, incēdij, ruinæ, naufragij. Dominus autē Ia. dicit, quod act. depo. bo. fid. eſt. Fran.

Actionū. Hæc eſt quinta diuiſio actionū. Sed quare actionum dicit, & non contractuum? Reſpon. quia generalius & plenius loquitur dicēdo actionum, quam cōtractuum. Accur.

a Bonæ fidei ſunt. hæ. ſ. xvij. actiones, quæ enumerantur in hoc. §. & ſeq. bonæ fidei ſunt [1] aliæ autem omnes ſunt ſtricti iuris. Nam quancunq; hic non inueniam, ſtricti iuris eam iudicabo [2]: quia poſito vno de contrarijs, & omnia alia intelligenda ſunt: vt. ſ. de his, qui ſui vel alie. iur. ſunt. §. videamus. Sed quare magis hæ dicūtur bonæ fidei, quam aliæ: nunquid ideo: quia poſſit eſſe mala fides in alijs? Reſpond. non: quia in omni contractu debet bona fides interuenire: vt de act. & oblig. l. bonam fidē. Imo ſi interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det cauſam contractui, non valet ipſo iure: vt. ff. de do. l. & eleganter. in prin. Sed in contractu ſtricti iuris purgatur per actionē vel per exceptionē doli: vt. C. de inuti. ſtip. l. dolo. Si vero incidit in cōtractum bonæ fidei, purgatur per actionem ex eo contractu: vt. ff. de actio. empt. & vēdi. l. Iulianus. §. ſi vēditor. Sed in ſtricti iuris de dolo agitur vel excipitur, vt dictum eſt: vt. ff de dol. l. & eleganter. §. non ſolum. & ff. de verb. obl. l. ſi quis cum aliter [3]. Cum ergo dolus vbiq; puniatur vel mala fides: ad quid bonæ fidei iſtæ dicūtur? Rñ. aliæ ſtricti iuris dicuntur [4]: quia non venit in eis, niſi quod ſtricte exigit natura actionis. Vnde non veniunt vſuræ ex mora in contractibus ſtricti iuris: vt. ff. de neg. geſt. l. quia tantundē. & C. de vſu. l. iij. & de cōdi. ind. l. j. ſed in cōtractibus bonæ fidei ſic: vt. ff. de act. emp. l. Iul. §. ex vēdito. & ff. de vſu. l. mora. § in bonæ fidei. Item in actionibus ſtricti iuris fructus non veniunt ex mora, ſi petam quod non fuit meum, niſi à tēpore litis cōteſtatæ: tunc enim incipiunt venire fructus ex mora. Sed ſi petā quod aliquādo fuit meū, veniūt fructus ex mora: ſecus in bonæ fidei iudicijs: vt. ff. de vſu. l. videamus. §. actionē. Itē non venit intereſſe ſi rē dari eſt in obligatione: ſecus ſi rē tradi vel factum: vt ff. de verbo. oblig. l. vbi aūt. §. ſi. & l. ſi fundū. & ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. ſi. quæ veniunt in bonæ fidei iudicijs: vt. ff. de act. emp. l. j. in prin. Iſta ergo omnia, quę vicem obtinēt acceſſionum, nō veniunt in cōtractibus ſtricti iuris, niſi vt dictū eſt. Nec obſtat, quod veniunt, iſta in arbitrarijs, quæ ſunt ſtricti iuris: quia iudicis officio veniunt, non iure actionis: vt. j. eo. §. præterea. & §. ſed iſte. in ſi. Sed in bonæ fidei iure actionis veniūt, præter vſura, quæ venit ex mora officio iudicis. vt. C. depo. l. iiij. & ff. de neg. geſt. l. quia tantundem. Item in bonæ fidei iudicijs veniūt ea de quibus nec actū, nec cogitatum eſt [5], vt ruta cæſa, & ſimilia: vt. ff. de act. emp. l. fundi. §. ſi ruta. & C. de act. emp. & vēdi. per totū. Itē ex hoc. §. nota quandam differētiam circa compēſationem, quam dic vt. j. e. § in bonæ fidei. patet ergo, quod exuberantius & pinguius iudex officium ſuum ad ea quæ bonæ fidei ſunt extēdit, quam in cōtractibus ſtricti iuris. & facit. ſ. de oblig. quæ ex conſen. in ſi. & ideo dicuntur bonæ fidei, & aliæ ſtricti iuris. Vnde de talibus dantur tales verſus.

> Empti, conducti, mandati depoſitiq;,
> Pignoris, eiſcundæ, communi, pro ſocioq;.
> Dotis & hæredis, tutelæ, commoda geſtor.
> Præſcriptis verbis: ſi mutat, ſiue licetur,
> Iſta bonæ fidei ſunt, ſtricti cætera iuris.

ADDITIO. Vide gloſſ. fere ſimilem in. c. cum venerabilis. extra de excep.

b Depoſiti. hanc actionē dicunt quidam eſſe ſtricti iuris in quatuor caſibus qui enumerantur. ff. depo. l. j. §. ſ. Sed Io. cōtra [6]. Et datur in duplum contra eum, qui depoſitū ſuſcepit, de eo, quod dolo fecit, ſed in hæredē defuncti, ex dolo defuncti, datur in ſimplum: ſed hæres ex dolo ſuo tenetur in duplū: vt in. d. §. j. alias ſemper tenetur in ſimplum, qui depoſitum ſuſcepit. Et eſt ratio, quare plus puniatur in prædictis quatuor caſibus, qui enumerantur. ff. depo: quia grauius eſt fidē fallere ei, qui ex neceſsitate deponit, quā qui ex volūtate: vt d. l. j. ff. depoſi. §. merito. Sed nunquid in his caſibus eſt bonæ fidei? Dicunt quidam quod non: arg. ff. de preca. l. j. Nos contra: & dicimus quod ſit bonæ fidei. nā cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus.

c Pro ſocio. quæ eſt vtriq; directa ab vtraq; parte: vt j. de pœ. teme. litig. §. ex quibuſdam.

d Tutelæ. ſed cum iſtæ tam contrariæ quam directæ inueniantur, nunquid omnes ſunt bonæ fidei? Rñd. ſic in dubio, cum fauor ſit extēdendus: vt. ff. de lib. & poſthu. l. cum quidam.

ADDITIO. Not. quod actio tutelæ eſt bonæ fidei. & idē dicas in actione pro tutela directa & contraria: vt puta in eo, qui geſsit vt tutor, cū non eſſet: vt no. Bar. Dy. & Bal. in. l. j. §. pro tutore. ff. eo. de eo, qui pro tu. vel cur. neg. geſsit. Ang.

e Pignoratitia. tā directa, quæ debitori datur ſoluto debito: vt. ſ. qui. mo. re cōtra. ob. §. ſi. quā cōtraria, quę daē creditori: vt. ff. de pig. act. l. tutor. §. contrarium.

ADDITIO. Quæ pignoratitia daē debitori cōtra creditorē ad repetēdū pignus traditū, & naſciē tēpore ſolutionis

† Bonæ ſidei actiones vū ſic appellatæ ſint: & in quā ſignificationē boni vocabulū veteres vſurpārit, vide hoc loco explicatum per Fran. Hotomanū.

Bona ſides duplex.

1 Imo ſunt xxv. cōpu tatis actionibus contrarijs, q̃ eodem modo ſūt bonæ fidei. An. & Iaſ. hic.

2 Gl. procedit in directis actionibus, nō in contrarijs bo. fi. ſecūdū Io. Fa. & An. hic.

3 Sed ſi cōtractus ſit duplex: puta qa in cōtractu bonæ fidei interceſsit ſtipulatio, tūc dolus dans cām contractui annullat ipſo iure, vt p Bal. in. d. l. dolo.

4 Iſta glo. nō reſpondet ad quęſitū. ſ. quare magis actiones īpoſitę ſūt bonę fidei quā aliç iō dic vt per Ia. ī. ij notabili iſti us. §.

5 Et eſt effectus, quod tunc ſi iudex omittat in ſententia condēnare: nihilominus poſſent peti iure actionis: ſecus ſi veniret officio iudicis: vt eſt gl in. l. nō ſolum. in verſi. cauere. ff. de rei vend.

6 Glo. ſequitur Ia. licet diſpliceat Fa. & Pla.

Hactenus progreditur Acc. glo. Aegi. per.

7 Iſta opi. Io. cōmuniter approbatur ꝑ doctos.

Actio pignoratitia eſt duplex.

lutionis vel ſatisfactionis crediti quomodocunq; de voluntate ipſius creditoris factæ: vt. l. ſi rem. §. omnis. & ibi glo. Bart. & doct. ff. de pigno. act. licet naſcatur ex ex contractu dudum facto & inito: vt. ſ. qui. mo. re cōtrah. obli. §. fi. ſecundum Ang.

dæ [a], communi diuidundo [b], præſcriptis verbis, quæ de æſtimato [c] proponitur, & ea [d], quę ex permutatione [e] competit, & hæreditatis petitio [f]. Quãuis enim vſq; adhuc [g] incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio eſſet, an nõ: noſtra tamen conſtitutio [h] apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

Rei vxoriæ actione ſublata, hodie dotis exigendæ vel recuperandæ cauſa, ex ſtipulatu actio cõpetit: quæ illius in locum introducta, & bonæ fidei eſt, & tacita hypotheca prius legis ſuffulta: vſq; adeò vt in ea mulier reliquis creditoribus ſimili hypotheca nitentibus longo interuallo præferatur.

Fuerat antea, & rei vxorię actio [i] vna ex bonæ fidei iudicijs, ſed cùm pleniorem eſſe ex ſtipulatu [k] actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antea habebat cum multis diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, tranſtulerimus [l]: meritò rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu actio, quæ pro ea introducta eſt naturã bonæ fidei iudicij tãtũ in exactione dotis meruit [m], vt bõę fidei ſit, ſed

a Familię erciſcũdæ. quæ inter cohæredes datur: vt. ff. famil. erciſc. l. ij. & ſ. de obligat. quæ ex quaſi contrac. §. idẽ iuris.

Actio cõmuni diuidundo

Actio finium regũdorum eſt ſtricti iuris.

b Communi diuidũdo. quæ datur inter eos, qui habẽt rẽ communẽ cũ ſocietate vel ſine, vt diuidatur: vt. ſ. de oblig. quę ex quaſi contract. §. itẽ ſi inter aliquos. & not. ſ. eo. §. quædã. Sed quid de actione finium regundorũ? Reſpon. quidã: idẽ propter ſimilitudinem quã habet cũ his duabus: vt. ſ. e. §. quædã actiones. Sed cõtradico [1] ſcũ hic de ea non inueniam. & poteſt eſſe ratio, quare ſecus ſit in iſta, quam in alijs duabus: quia in iſta id quod purè eſt meum, poteſt alteri adiudicari: vt. ff. fi. reg. l. ij. in fi. ſed in alijs duabus cõmunis res non propria adiudicaĩ: vt. j. de offi. iu. §. fi.

1 Cum iſta opi. cõmuniter tranſeũt doct.

Aeſtimatæ rei cuius eſt periculum.

c De æſtimato. vt ſi tibi rẽ meam do, & æſtimo tibi eam decẽ, vt aut rem, aut decem reddas: ſi vero plus vẽdas, tuum ſit: & eſt tunc periculum accipientis indiſtincte: vt hic, & ff de æſti. act. l. j. in fi. Si vero ſic dixi, rem aut æſtimationem reddas: tunc diſtinguitur quis rogauerit: vtrum ego te d: vendendo, an tu me de tradendo, vt ſit periculum rogantis: vt. ff. de præſcrip. verb. l. ſi gratuitam. §. j.

d Et ea. ſ. actio præſcriptis verbis.

Actio quãdo naſcit ex permutatione.

e Ex permutatione. quæ naſcitur re demũ ab altera parte ſecuta: & tunc non ex traditione rei, ſed ex pacto dudum appoſito ſ. naſcitur: vt. C. de re. permu. l. ex placito. Sed cũ iſtis duobus caſibus ſit bonæ fidei: quæro vbi ſtricti iuris erit? Rñ. vbi datur ex pacto incontinenti appoſito, quod euenit: vt. ff. de pactis. leg. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. & §. quinimo. & eſt ratio: quia non inuenio, quod ſit bonæ fidei, niſi in duobus caſibus. Item in contractibus tribus innominatis: do, vt facias: facio, vt facias: & in tertio, de quo diximus, do, vt des: quod eſt permutatio. In primis enim duobus præſcriptis verbis actio eſt ſtricti iuris: ſed in tertio eſt bonę fidei: vt hic dicitur. In quarto cõtractu innominato. ſ. facio, vt des, de dolo agitur, non præſcriptis verbis [2]: vt. ff. de præſcript. verb. l. naturalis. § quod ſi faciam, vt des. Item in omni contractu vbi eſt incertum de nomine actionis, habet locum hæc actio: & eſt ſtricti iuris: vt. ff. de præſcript. verb. l. ij. iij. & iiij. Sed quid de actione in factum, nunquid eſt bonæ fidei? Reſpond. quatuor ſunt genera actionis huius in factum. Vnum, vt detur ex omni edicto, vel interdicto prætoris: vbi non dedit prætor certum actionis nomen: vt. j. de interd. §. fi. & ff. nau. cau ſta. l. & ita. § ait prętor. in glo. ex edicto. Secundo, vbi datur in ſubſidium legis Aquil. vt. ſ. de leg. Aquil. § fi. Tertio, vt detur vbicunque præſcriptis verbis actio datur: & tunc eadem eſt, quod actio præſcriptis: vt. ff. de præſcript. verb. l. j. in fi. Itẽ quarto dicitur in factum: quæ eſt ex varijs figuris cauſarum: vt. C. de ſac. ſan. eccle. l. ſancimus. j. §. ſin autem. quod quartum genus nõ poteſt ſub regula cõprehendi, ſicut nec mora: vt. ff. de vſuc. l. mora. in prin. Nunquid ergo eſt ſtricti iuris ſemper? Rñ. ſic, cum non inueniam, quod bonę fidei ſit. Sed quidam dicũt, quod in tertio caſu vbi loco præſcriptis verbis datur, quæ competeret ex permutatione vel æſtimatione, ſit bonæ fidei: quod eſt falſum: quia in omni contractu vbi certũ debetur, habet locũ certi cõdictio: vt. ff. ſi cer. peta. l. certi cõdict. & tñ nemo dicit aliquã cõdictionem eſſe bonæ fidei. Itẽ quid de actione præſcriptis verbis, quæ pro p̃cario datur? Dicũt quidam quod bonæ fidei eſt: vt. ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum. Sed cõtradico [3] quia nõ inuenitur, quod ſit bonæ fidei: vt. ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum. Accur.

2 Quod verum, vbi ex facto meo nihil tibi abeſt: alias ſecus: vt per Iab. hic ponentẽ etiã qualiter ex permutatione plures & diuerſę & ad diuerſa tendentes cõpetãt actiones.

3 Iſtã cõiter approbant doct. hic.

ADDITIO. Niſi tale pactum ſit æſtimatio, vel permutatio: vt quia ab vtraque parte ſit ſpecies certa pręſtanda: quia tunc talis actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei. Iaſ.

f Hæreditatis petitio. quæ datur contra poſſidẽtem pro hærede, vel pro poſſeſſore: vt. ff. de peti. hær. l. regulariter. & l. ſeq. & l. qui interrogatus.

g Vſque adhuc. i. vſq; ad tẽpora huius legis, vel noſtræ conſtitutionis, de qua ſtatim memoriam facit.

h Conſtitutio. vt. C. de pet. hær. l. fi. in fi.

Actio ex ſtipulatu pro dote cõpetit marito & vxori.

Fuerat antea. CASVS. Domine, intellexi, quod xvij. ſunt actiones bo. fi. q̃ enumerãtur in proximo ſuperiori. §. eſt & xviij. quæ vocaĩ actio ex ſtipulatu pro dote: de qua in p̃ſenti tractare intẽdimus. pro Deo dicatis mihi q̃ eſt eius natura? Frater, dicit ipſe, ſcire debes, quod olim erat q̃dã actio, q̃ erat bo. fi. q̃ vocabaĩ rei vxorię actio: quæ cõpetebat mulieribus ad dotes ſuas repetendas: & olim numerabaĩ xviij. ſed quicquid olim erat in actiõe illa, hodie trãsfuſum eſt in actionẽ ex ſtipulatu pro dote: & illa penitus eſt ſublata. Duo aũt bona erãt in illa actione, videlicet antiqua: qa erat bo. fi. & etiã tacitam habuit hypothecam. vñ dicimus, quod actio ex ſtipulatu, quanquã ſtricti iuris ſit ex ſui primitiua natura: tñ quia in omnibus ſupplet naturã rei vxoriæ actionis, quñ datur pro dote: dicimur, quod habet iſta duo ſ quod eſt bo. fi. & etiam quod tacitam habet hypothecã h d. Fran.

4 No. quod non tantũ vxori ad repetẽdam dotem pręſumiĩ fieri ſtipulatio, vt hic, ſed etiã ex parte viri ad conſequẽdã dotẽ: & ex vtraq; parte ineſt tacite hypotheca: vt eſt tex. in. l. j. §. j. C. de rei vxo. act. ibi ſtipulationem & hypothecã &c. Auge.

i Rei vxorię actio. nomen erat actionis. Vel dic quod factum denotat. i. rem ipſam: vel quia pro re vxoris competebat ſoluto matrimonio.

k Ex ſtipulatu. quæ ſimiliter pro dote datur.

l Tranſtulerimus. vt. C. de rei vx. act. in prin. & cõpetit hæc actio ex ſtipulatu, ſiue marito [4], vt ei dos detĩ. ſiue vxori vel patri eius, vt reſtituaĩ. & ſiue vtiliter fuerit interpoſita ſtipulatio, ſiue nõ: tñ ſemp̃ crediĩ tacite, & vtiliter interuenire: vt. C. de rei vx. ac. §. j. nã & alias intelligiĩ ſtipulatio tacita, vbi nõ eſt: vt. ff. de ædo. l his verbis & ff. ſi cui plus q̃ p. l. Fal. l. niſi. §. itẽ ſciendum.

m Meruit. ſ. actio ex ſtipul. vt hic, & C. de rei vx. act. §. ſed &

§. ſed & ſi non ignoramus. alias enim ſtricti iuris eſt: cũ nõ inueniatur, quod ſit bonæ fi. & .ſ. eo. § actionum.

a Tacitam. ſcilicet actionem hypothecariam.

b Ei. ſcilicet actioni ex ſtipulatu, vel mulieri. ADDITIO Quod verũ intellige, quantũ ad priuilegiũ tacitæ hypothecæ: ſecus quo ad priuilegiũ prælationis, qꝫ cõpetit mulieri, & eſt effectus: quia tũc eſt perſonale, & nõ tranſit ad alium, niſi ad filium: vt hic in glo. fin. ſecus in primo caſu, vt hic per doct.

& tacitam [a] ei [b] dedimus hypothecam [c]. Præferri autẽ alijs creditoribus [d] in hypothecis tunc cẽſuimus, cùm ipſa [e] mulier de dote ſua experiatur: cuius ſolius [f] prudentia hoc induximus [g].

Quæ olim inter bonæ fidei iudicia, & ſtricti iuris circa compenſationes fiebat differentia (vt ſcilicet in illis ipſo iure, in his oppoſita doli exceptione fuerit compenſa[illegible] re vtimur, vt quibuſcunque actionibus obijciatur compenſatio, illas ſtatim iure ipſo aut perimit, aut minuit: deme depoſiti actionem, quæ nulla compenſationis exceptione [illegible].

In bonæ fidei iudicijs libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & æquo æſtimãdi, quãtum actori reſtitui [h] debeat. In quo [i] & illud cõtinetur, vt ſi quid inuicẽ præſtare [k] actorem oporteat: eo compenſato [l], in reliquum is, cũ quo actũ eſt, debeat condemnari. Sed & in ſtricti iuris iudicijs ex reſcripto diui Marci oppoſita doli mali exceptione [m], compenſatio inducebatur. ſed noſtra conſtitutio [n] eaſdem compenſationes, quæ iure aperto [o] nitũtur, latius introduxit, vt actio-

c Hypothecã. ſcilicet ex vtraqꝫ parte, ſiue ex parte mulieris ad repetendã dotem, ſiue ex parte viri ad petẽdam eam. Semper enim ſunt ibi tacitæ hypothecæ: vt C. de rei vxo. act. §. j.

Dotem petens mulier, an præferaẽ omnibus creditoribus.

d Creditoribus. ſed nũquid omnibus indiſtinctè? Reſpon. ſecũdũ M. ſic ſiue primi habeant pignus expreſſum, ſiue non. Sed hæc opinio non valet, quia l. diſtinguit: vt C. de iu. dot. l. vbi. Itẽ fiſcus & mulier pari paſſu ambulãt: vt C. de pri. fiſ. l. quãuis. & fiſcus nõ præfertur habentibus expreſſam: vt ff. qui po. in pig. hab. l. ſi pignus. ergo nec mulier. Secũda eſt opi. vt diſtinguaẽ inter pignus, ſcilicet traditũ, & hypothecã, ſcilicet nõ traditã: vt primo caſu nõ præferatur mulier, ſecũdo ſic: vt arg. ff. quib. mod. pig. ta. cõtra. l. pe. Sed & hãc reprobo ꝑ id, quod eſt. ſ. eo. §. inter pignus. Tertia eſt opi. ſecũdũ B. & Io. & Azo. vt habẽtibus tacitã hypothecã præferatur: nõ autẽ habentibus expreſſam. Lex enim ſuũ priuilegiũ, ꝙ dederat primis, eis adimere præſumitur propter mulierẽ, nõ autẽ id priuilegiũ, qḋ quis ſibi adinueniſſet: & hoc autẽ probaẽ per ver ba. l. C. qui pot. in pig. hab. l. ſi. ibi licet anterioris temporis priuilegio ſint vallati &c. Accurſius.

Mulieris hæres i petitione dotis non potitur priuilegio mulieris.

e Cum ipſa. vis facienda eſt in eo, quod dicit ipſa. Nam alius nõ admittitur ad tale priuilegiũ agens pro dote, etiam hæres mulieris: vt C. de priui. do. l. j. niſi ſit de ſuis hæredibus, id eſt, de filijs & alijs deſcendẽtibus mulieris: vt C. q pot. in pig. hab. l. ſi. in ſi. Sed nũquid procuratori mulieris datur hoc priuilegium? Reſpon. ſic: vt ff. ſol. mat. l. alia. & ff. de procur. l. minor. §. quoniam [1]. Itẽ quod hic dicit de dote ſua, ideo dicit: quia aliud eſt in donatione propter nuptias. nã in ea nõ habet hoc priuilegiũ [2]: vt C. qui pot. in pig. hab. l. ſi. in ſi. Sed quando mulier poteſt experiri de dote? Reſpon. ſoluto matrimonio, non prius, niſi maritus ad inopiam vergat: vt C. de iur. dot. l. vbi. & ff. ſol. mat. l. ſi cõſtante. in prin. & hoc ſiue ipſa dederit dotem, ſiue alius extraneus, qui tamen non fuit pactus de ea ſibi reddẽda: quo caſu ſibi, nõ mulieri daretur: vt C. de rei vxo. act. §. accedit. Si autem pater mulieris dederit dotem, patri actio & filiæ ſimul dabitur: imo aliquãtulũ habet plus pater, qui agit, & filia ſemper creditur conſentire, niſi habeat iuſtam cauſam contradicendi, & contradicat: vt ff. ſol. mat. l. ij. §. ſi. & l. non ſolum, & hanc dotem integram debet ſeruare pater pro filia, niſi clade, id eſt tempeſtate, vel vi patrimonium ſuum fuerit diminutũ: vt in auth. de æqua. do. §. quia vero omnia. colla. vij. Sed nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur quod non: quia ſua actione agit: vt ff. ſol. mat. l. ij. §. voluntate. E contra, quod ſic, videtur: quia per hoc filiæ prouidetur, cum pater hanc reſeruare cogatur filiæ, vt dictum eſt. & hoc verum puto [3]: vt hic dicitur cuius prouidentia &c.

1 Hoc eſt verũ in ꝓcuratore ſimplici ſi vero ſit ꝓcurator in rẽ ſuam diſtingue vt per Ia. hic.

2 Scilicet prælationis. habet tamẽ priuilegium tacitæ hypothecæ vt ꝑ Ia. hic. ſecũdũ eo.

3 Hoc verũ intellige quando filia eſſet viua tẽpore quo pater agit: alias ſecus: vt hic per doct.

f Solius. ſcilicet mulieris.

g Hoc induximus. ſcilicet vt alijs præferatur.

In bonæ. Diuiditur in tres partes Primo qualiter cõpenſatio fit in bonæ fidei iud. Secundo qualiter olim & hodie fit in ſtricti iuris. Tertio facit quandam exceptionem. Secunda ibi, ſed & in ſtricti iuris. Tertia ibi, excepta. CASVS: In ſuperioribus dictũ eſt, quæ actiones ſunt bonæ fidei: & etiam per oppoſitũ patet, quæ ſunt ſtricti iuris: qꝫ omnes præter eas, quæ in alijs præcedẽtibus §§. enumerantur. Modo intẽdit dominus Iuſtinianus proſequi quandã largã materiã, quã habet iudex in iudicijs bonæ fidei. Vberius enim & pinguius exercet iudex officiũ ſuum in actio. bo. fid. quã in actio. ſtricti iuris: adeo, quod ex iſta vberantia permittitur iudici ex bono & æquo in act. bo. fid. æſtimare quãtũ per actiones iſtas actori ſit præſtãdũ: in quo iudicis officio cõtinetur vt ſi actor qui petit puta xv. reo teneatur in aliquo, puta in decẽ compenſato eo, quod actor reo debet, iudex reum in ſolidos quinque cõdẽnabit, & fiebat iſta cõpẽſatio in iudicio bonæ fidei ipſo iure, ſed in act. ſtricti iuris non põt habere locũ compẽſatio, niſi oppoſita doli mali exceptione, & hoc erat inductũ ex conſtitutione diui Pij, ſed noſtra conſtitutio (dicit imperator, induxit eandẽ compenſationem ipſo iure tam in ſtricti iuris iudicio, quam in bo. fid. vſqꝫ ad contentam in petitione quantitatẽ, in omni actione, in qua petitur quantum: dum tamen quantitas ex alia parte ſit debita: & hoc ſiue ſit actio in rem, ſiue in perſonam: excepta actione depoſiti: in qua videtur abſurdum aliquid cõpenſationis nomine opponi, ne prætextu cõpenſationis aliquis depoſitarum rerum exactione fraudaretur. hoc dicit. Franc.

h Reſtitui. large accipe, ſiue pro dando, ſiue pro reſtituendo: vt ff. de verb. ſig. l. verbum reddendi. & hoc intelligas ſiue in vſuris ex mora: vt ff de vſur. l. mora. §. in bonæ fidei. ſiue in intereſſe agentis: vt. ſ. de obliga. ex conſenſu. Accur.

i In quo ſcilicet officio iudicis.

k Præſtare. ſcilicet reo.

l Eo compenſato. ſ. appoſita exceptione compenſationis tantum.

m Doli mali exceptione. quæ exceptio ideo ſ dabatur: quia dolo facit, qui petit quod reſtituturus eſt: vt ff. de excep. dol. l. dolo. Et ita not. quantum ad effectũ nulla eſt differentia, ſed quantum ad verba [4], vel rigorem iuris.

4 Iſta glo. male loquitur ſecũdũ Iaſ. cum leges nõ verbis ſed rebus imponãtur. l. ij. C. cõmunia de le.

n Conſtitutio. vt C. de compenſa. l. fin.

o Iure aperto. id eſt vni quãtitas hincinde debetur. Nam ſpeciei ad ſpeciem, vel ſpeciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quantitatem, ſi eſt quantitas, vt

ſpecies

nes [a] ipſo iure [b] minuāt [c], ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue alias [d] quaſcunque: excepta ſola depoſiti [e] actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquū eſſe credimus †: ne ſub prætextu compēſationis, depoſitarum rerum, quis exactione defraudetur [f].

Arbitrarias actiones eas cognominamus, quæ à mero iudicis arbitrio pendent, in quibus ſi iubente iudice reus non reſtituat rem, ſoluat, vel exhibeat, poteſt iudex ipſum quātum intereſſe parti perpenderit, pro arbitrio condemnare. Illud tamen pro viribus cures iam dicam: , vt in his alijsq; omnibus actionibus certam ferat ſententiam: etiam ſi petitio incerta ſit.

Præterea quaſdā actio-

ſpecies non fit compenſatio: quia non patet iure aperto: vt.ff.de pig.act.l.ſi conuenerit.§.reſpon. &.ff.de condic.inde.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& de impen. in reb.do.ſact.l.quod dicitur.&.l.fina.&.ff.de pecul. l.ſi creditor.§.j.Sed nōne ſtatim hic ſubijcit, ꝙ actioni in rē poteſt obijci compenſatio? ergo videtur fieri de ſpecie ad quātitatem. Sed dic ꝙ fit rei vēdicatio, quando re non reſtituta iuratur in litem, vel in veram æſtimationem: vt.ff.de rei vēdi.l.qui reſtituere. Item quid ſi hinc inde debitum eſt in genere, vt debeo tibi hominem, & tu mihi hominē? Rñ. fit compenſatio: vt ff.ſi pars hære.pet. l.j.§.item ſi cum me.ff.de hære.inſti.l.qui non militabat.§.reſpon.&.ff.de leg.ij.l.vnum ex familia.§.ſed ſi vno. Item quid ſi ab vna parte debitum eſt confeſſatū, ab altera negatū? Reſpon.non patet aperto iure, vnde non fit compenſatio: vt.C.de compen.l.fina.§.penul. ADDITIO. Niſi tale debitum nō confeſſatū poſſet de proximo liquidari: vt dicta.l.fina.C.de cōpen. quādo autem oppoſitio compēſationis requirat altiorem indaginem, & quantum tempus detur ad probandum, vide hic per docto.

Compenſatio in quibus rebus fit.

† Ac nec exceptio non numeratæ pecuniæ ei obijci pōt.l.in contractibus.§.ſed quoniam.C.de non nu.pec.

Compenſatio fit ipſo iure ſed debet opponi.

a Vt actiones.accuſatiui caſus. Eſt enim ſenſus, vt vt compenſationes minuant actiones.

b Ipſo iure. adeo vt dixerint quidam nō eſſe neceſſe voce hominis opponi compenſationem, vt hic. Sed certe imo eſt neceſſarium, vt opponatur, quod probo tribus rationibus. Nam fideiuſſor cōuentus eligit, vt vel quod ſibi, vel quod reo debetur, compenſet: quæ electio ſibi non daretur ſi ius compenſaret: vt.ff.de compen.l.ſi quid.[1] Item & reus conuentus eligit in quam cauſam compenſet, ſi debeat ex pluribus cauſis: vt.ff. de compenſa.l.quod Labeo. Item lex dicit eum male agere, cui obijci poteſt compenſatio: vt.ff.de cōpen.l. verum.§.ſicut.ſed qui male agit, habet actionem, ſed eliditur exceptione: vt.ff.quando di. vſusfru.leg.ced. l.j.in ſi.Sed ſecundum hanc opi.quid adijciat in actione ſtricti iuris ad id, quod erat olim? Reſpon.quia doli mali tantum obijciebatur exceptio, per quam non extinguebantur actiones ipſo iure, ſed nunc etiam cōpenſationis exceptio opponitur, per quam ipſo iure hinc inde actio extinguitur: vt hic, &.j.eo.§.pe.& nihilominus doli) cum generalis ſit: vt.ff.de except.dol.l.ij. generaliter.

[1] Nota illū caſum. & gloſ.ibi non adducit plures alios caſus, in quibus qs cōpenſat, nō tantū ſibi: ſed debitū alteri. dic vt ibi. An.

c Minuant.ſcilicet compenſationes.

d Alias.actiōes vt ſcilicet miſtas, quæ ſunt quatuor: vt.ī.eo.§.quædam actiones. Item perſecutio fideicommiſſorum. Item officium iudicis, & ſimilia: quæ actiones ſunt largiſsime accepto vocabulo: vt.ff.de act.& obli.l.actionis verbo. Vnde & petitiones cautionum occaſione damni infecti compenſantur: vt.ff.de dam. infec.l.j.&.l.qui bona.§.ſi quis. Accur. ADDITIO. Hoc verum intellige de debito officio iudicis, in quo nullū obſtaculum eſt in medio, alias ſecus: vt per Bar. in.l.fina.§.fina.ff.de condic.indeb.

Compenſatio i multis caſibus ceſſat.

e Depoſiti.quod tu intelligas, quando pecunia non ſignata eſt depoſita: quo caſu etiam ſimilem reddere poteſt: vt.ff.depo.l.Lucius.&.l.die ſponſaliorum.§.j.Si autem eſſet depoſitio facta in ſpecie, vel in pecunia, vt in ſpecie, quod eſſe poteſt: vt.ff.de lega.j.l.plane.j.§.ſi eadem.verſic.ſed hoc ita. Tunc etiam alia ratione non obijcietur compenſatio: quia in ſpecie non fit cōpenſatio. Item quod hic dicit in actione depoſiti, idem dicunt quidam in actione commodati: vt.C.de commo. l.prætextu. Sed certe imo eſt ibi ratio: quia in ſpecie fieret. Nam ſolæ ſpecies commodantur, non quantitates, niſi quantitas, vt ſpecies commodetur: vt.ff.commo.l.iij.§.fin. Item ceſſat alias compenſatio: vt quādo per violentiam mihi rē abſtuliſti: vt.C.de compen.l.ſi.in ſi.[2] Item & fiſco non opponitur in quibuſdā caſibus: quos dic, vt.ff.de iure fiſci.l.auferſ.§.qui compēſationem.& C.de compenſa.l. cōpēſationes.&.l.in ea. Item in curatore, qui fraudauit publicam annonā: vt.ff.de compenſatio.l.ob negotium.

Species ſolæ cōmodantur.

[2] Iſtud de violentia intelligas, vt ibi no. gl. & doc. Ang.

f Defraudetur. ſed nonne hæc ratio vbique poteſt habere locum? Reſpon.non ita: quia ſi reſtitutio denegatur, eſt dolus: vt.ff.mand.l.ſi procuratorem.§.dolo. Item depoſitarius de dolo tantum alias tenetur. vnde ſi hic magis grauetur, non eſt mirum: vt arg.ff.de iureiur.l.eum qui.in princi.

Depoſitarius de dolo tantum tenetur.

Præterea. Diuiditur in tres partes. Primo quare dicantur arbitrariæ. Secundo quæ ſunt iſtæ arbitrariæ. Tertio quid iudex in his poſsit. Secunda ibi, Sed iſtæ. Tertia ibi, In his enim. Aret. CASVS. Præter actiones de quibus facta eſt mentio.ſ.adhuc ſcire debetis, ꝙ ſunt quædam actiones arbitrariæ, hoc eſt ex arbitrio iudicis dependentes. In quibuſdam enim actionibus niſi reus actori iudicis officio ſatisfaciat, veluti rem reſtituat cum rei vendi.agitur: vel rem exhibeat, cum ad exhibendum agitur: vel ſoluat, cum aliquid certo loco eſt ſoluendum: vel ex noxali cauſa ſeruum dedat, cum noxaliter agitur contra ipſum: ille qui ſic cōdemnatur à iudice, reus ſcilicet: ſi non vult ſatisfacere ad arbitriū iudicis, poteſt condemnari, vel ad intereſſe: vel vt in litem contra eum iuretur. & hoc dicit litera iſta, ꝑterea quaſi dicat. Iſtæ actiones de quibus ad præſens tractare propono, nec ſunt bonæ fidei, nec ſtricti iuris: ſicut illę de quibus proxime tractatum eſt: ſed habēt aliā quandam naturam per ſe: & in hac opinione fuerūt quidam antiqui. Alij dicunt, quod ſunt bo.fid.& hoc quia in iſtis habet iudex largas habenas, ſicut in contractibus bo.fid.Sed tu dic, quod cenſentur ſtricti iuris: cum inter eas, quæ ſunt bo.fid.non numerētur. Item videtur, quod iſta litera vel ex noxali cauſa ſeruum dedat: non innuat, quod dominus qui conuenitur noxaliter, pręciſe cōdemnari debeat ad hoc, quod ſeruum dedit pro noxa: cum lex dicat æſtimationem damni eſſe in obligatione noxæ, aut deditionem in liberatione: vt.ff.de re iudica.l.miles.§.aut noxæ. Frater, intellige, quod facta fuit condemnatio in æſtimatione damni: ſed poterat euitare illam damnationem dando ſeruum pro noxa. vnde expone literam, debet condemnari. Vel ſic poteſt dicere, quod omnia iudicia ſunt abſolutoria, ideo quod ſi aliquis alicui in veritate debet decem, qui à creditore in iudiciū vocetur: & in tali ſtatu ſit, quod contra eum debeat ferri ſententia: ſi tamen ante ſententiam ſoluerit: illud iudicium, quod debebat eſſe condemnatorium, modo erit abſolutorium. & ſic intelligo illud verbū, iudicia ſunt abſolutoria. Pone ergo quod ſeruus ignorante domino damnum dederit in rem alicuius: ille qui damnum paſſus eſt, agit contra dominū, petens ꝙ damnum emendet. certe condemnabitur dominus ad æſtimationē, niſi ante cōdemnationē dederit

y ſeruum

nes[a] arbitrarias, id eſt, ex arbitrio[b] iudicis pendentes appellamus: in quibus, niſi arbitrio iudicis† is, cum quo agitur, actori ſatisfaciat: veluti rem reſtituat[c], vel exhibeat[d], vel ſoluat[e], vel ex noxali[f] cauſa ſeruum dedat[g]: cōdemnari[h] debeat. Sed iſtæ actiones[i] tam in rem[k], quàm in perſonam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana[l]: Seruiana[m] de rebus coloni: quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In perſonā: veluti quibus de eo agit̃, quod vi aut metus cauſa[n], aut dolo malo[o] factum eſt. Itē cùm id[p], quod certo loco promiſſum eſt[q], petit̃, Ad exhibendum quoq; actio ex arbitrio iudicis pēdet. In his enim actionibus[r] & cæteris ſimilibus[s] permittitur iudici ex bono & æquo, ſecūdum cuiuſque rei, de qua actū eſt, naturam[t] æſtimare, quēadmodum actori ſatisfieri[v] oporteat.

ſeruum pro noxa. & ſum in verſ. Sed iſtę actiones &c. Dixi vobis quod actionum ſtricti iuris quædam ſunt arbitrariæ. Iſtarum ſunt autem quædam in rem, quædam in perſonam. Arbitrariæ in rem ſunt, vtputa Publiciana & Seruiana. In perſonam ſunt actiones, quod metus cauſa: de dolo actio, quæ eſt arbitraria actio: & actio per quam petitur pecunia certo loco promiſſa, & actio ad exhibēdū. Et in oībus iſtis caſibus & ſimilibus permittitur iudici ex bono & æquo æſtimare, ſecūdum rei naturā: inquantum actori ſatisfieri oportet. hoc dicit. Franc.

a Actiones arbitrarias. ſed nūquid ſunt bonę fidei, vel ſtricti iuris? Reſpō. quidā quod bonæ fidei ſunt: qa in iudicis arbitrio ſunt: vt. j. proxi. §. in fi. & . ſ. eo. §. in bonæ fidei iudicijs. Sed hęc nō valet: quia officium iudicis quod in bo. fid. iudicijs venit, eſt iure actionis. Sed hoc quod eſt in arbitrio, merum eſt, & in iudice tantum eſt: vt. ff. de eo quod cer. lo. l. in bonæ fidei.[1] Alij dicunt, quod nec ſunt bonæ fidei, nec ſtricti iuris: imo eſt tertia ſpecies ad illam diuiſionem, quę eſt ſ. eo. §. actionū. & facit pro eis. ff. de in li. iu. l. in actionibus. §. plane. & . ff. de vſur. l. in fideicommiſſi. quæ eſt. l. iij. §. in his. hāc etiam reprobat; quia dicta diuiſio eſt perfecta & immediata. Alij dicunt, quod verius eſt quod ſint ſtricti iuris, cum bonæ fidei non inueniātur: vt. ſ. eo. §. actionum. Accur. ADDITIO. Hæc vltima vera eſt: & eam ſequuntur communiter ſcribētes hic.

b Ex arbitrio. bene dicit ex arbitrio. Nec enim obligatus eſt rem reſtituere; vel ſimile quid facere: quod prompte dices eſſe verum in actione in rem. In perſonalibus autem & arbitrarijs, quæ hic enumerantur, dices ꝙ licet exhibitio vel reſtitutio ſit in obligatione, pœna tamen, id eſt intereſſe, vel quanti in litem iuratū eſt, non niſi per officium iudicis præſtatur: & ideo arbitrariæ dicuntur.

c Rem reſtituat. vt in rei vendicatione, quæ eſt arbitraria: cum primo rem reſtituendo liberetur: alias iudicis arbitrio in litē iuratur: vt. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. & . ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. vel hypothecaria: vt. j. proxi. §. vbi hæc omnia exempla diligentius dicuntur.

d Vel exhibeat. cum ad exhibendum agitur.

e Vel ſoluat. ſ. cum certo loco ſoluendum eſt.

f Vel ex noxali. cum noxaliter agitur.

g Dedat. id eſt, det. Accurſius.

h Condemnari. diuerſis modis fiet condemnatio: ſicut diuerſæ ſunt iſtæ arbitrariæ: vt dicemus. j. proxi. §. in fine.

i Sed iſtæ actiones. ſcilicet arbitrariæ.

k In rem. ſeparatim intellige: nā vna & eadem actio non poteſt in rem & in perſonam eſſe, niſi in quatuor caſibus miſtis: vt. ſ. eo. §. quædam actiones.

l Publiciana. de qua habes. ſ. eo. §. aliæ.

m Seruiana. de his duabus habes. ſ. e. §. Seruiana. Ac.

n Metus cauſa. licet ſit in perſonam, vt hic: tamen in rem eſt ſcripta: vt. ff. quod metus cau. l. metum. §. cum autem. & de hac dic vt. ſ. eo. §. item actio.

o Dolo malo. actio de dolo eſt arbitraria; vt hic. ꝙ eſt ideo, quia liberatur doloſus verum intereſſe præſtando, ſi reſtituere non poſſit: alias iudicis officio iuratur in litem: vt. ff. de do. l. arbitrario. in princ.

p Item cum id. ſcilicet pecunia.

q Promiſſum eſt. idem etiā ſi legatū ſit relictū certo loco dandū: & idē ſi mutuū ſit datum certo loco reddendum. Nā in his tribus caſibus locum habet certi condictio arbitraria: vel ex teſtamēto arbitraria. ſ. in promiſſione, & legato, & mutuo: & alias nō: vt. ff. de eo qđ certo lo. l. ij. §. hęc autem. & . l. ſi hæres. & . l. aut ſi.[2] Et qđ hic dicit̃, petit̃. ſ. alibi, quā vbi fuerat promiſſum dari: & venit in ea vtilitas, tam agētis, quā rei: vt. j. eo. §. loco.

r Actionibus. ſcilicet perſonalibus & arbitrarijs.

s Similibus. ſ. in rem, & ſunt decem: de qbus dixerat ſ. vel dic, ꝙ & aliæ ſunt arbitrariæ, quæ hic nō enumerantur: vt ecce actio in factū, quæ datur cōtra nautam, cauponē, ſtabularū: vt. ff. nau. cau. ſta. l. j. in princ. Sed quidam dicūt eam nō eſſe arbitrariam: quia ibi nō ferūtur ſententiæ duæ. Item eſt actio in factū, quæ datur cōtra Publicanum: vt. ff. de pub. l. j. in princ.[3] Item actio finiū regun. ff. finiū reg. l. ij. in fi. & . l. iij. Itē actio redhibitoria: vt. ff. de ædil edic. l. redhibitoria. Itē actio ex ſtipulatu, quæ pro dote repetēda datur: vt. ff. ſol. ma. l. ſi filiusfamilias. §. maritum. Sed certe iſto caſu nō ideo iuratur in litem: quia arbitraria ſit, ſed quia bonæ fidei ſit: vt. ſ. eo. §. fuerat. Item actio rerum amotarū eſt arbitraria: vt. ff. rerum amo. l. ſi cum dos. in fi. Accur.

t Naturam. i. bonitatem: vt dicunt quidam. Vel melius. i. ſecūdum naturā actionis arbitrariæ, quæ intēdit̃. Nam triplex poteſt modus cōdemnationis deprehēdi in arbitrarijs. Vnus vt duæ ſententiæ ferantur. prima de reſtituenda re: & niſi reſtituatur, fiat cōdemnatio in pœnam, vel intereſſe per delationem iuriſiurādi in litē: vt patet in actione, quod metus cauſa, & in actione de dolo, & rei vendicatione, & in actione ad exhibēdum, & ſimilibus. Eſt & alius modus, vt vna feratur ſententia: & in ea ſtatim intereſſe conſideratur: vt quando certo loco aliquid dandum eſt: & hoc eſt in iſta ſola. Tertius modus eſt, vt nō in quātitate cōdēnationis ſtat arbitriū, ſed in qualitate, vt in act. noxali: i. qua arbitrat̃ iudex an liberet̃ dādo ſeruū ꝓ noxa, ꝙ eſt qñ dño ignorante, vel ꝓhibere nō valente deliquit: alias inſolidum tenet̃: vt. ff. de noxa. l. ij. in prin. & . l. in delictis. in prin.

v Satisfieri. ſed nōne hoc idem in bonæ fidei iudicijs fit? Rñ. dic, ꝙ triplex eſt iudicis officiū. Primū, ꝙ obtinet actionis vicē, per quod officiū petūtur ſalaria aduocatorū, & reſtitutiones maiorū & minorū: vt. ff. de mi. l. quod ſi minor. §. fi. Aliud eſt, ꝙ bonæ fidei actiōibus inhæret, quod iure actionis venit: vt. ff. de eo. ꝙ cer. lo. l. in bonæ fidei. & vna cū actiōe perit: vt. ff. depo. l. iiij. Tertiū eſt, ꝙ inhæret actionibus ſtricti iuris qbuſdā. ſ. arbitrarijs. & hoc ex ſolo motu iudicis deſcendit, vt quaſi liberū ſit ei hoc facere: ſed in actionibus bo. fidei adſtringit̃ ad hoc.† Item in actionibus bonæ fidei vna fertur ſententia: in his autē plerunq; duæ vt modo diligenter notauimus. ADDITIO. Tu dic, ſecundū Iac. ꝙ in actiōe bonę fidei officiū iudicis eis deſeruiēs ꝓuenit

ex natu

† Quam multiplex ſit in hoc §. arbitrij ſignificatio, & quid ſit arbitrari, docet hoc loco eleganter Fran. Hotomanus: cui nō placet opinio referentiū locum hūc ad iuriſdictionē aut merū mixtumve imperiū: quā do quidē huiuſmodi litiū iudices priuati homines plerunq; eſſent, qui nec imperiū, nec iuriſdictionē ſed notionem dūtaxat haberent.

[1] Ang. no. iſtam gl. ꝓ ſingulari: ſed Ia. reprobat. vide hic per eum: & reprobationem quam facit iſta gl. quæ approbat̃ cōmuniter p doct. & eā ſequēs.

[2] Bar. & cōmuniter doct. in d. l. ſi hæres. reprobant iſtam gl. & dicunt qđ omnis actio ſtricti iuris propter adiectionē loci poteſt eſſe arbitraria: vt refert hic Ia.

[3] Sed glo. in. l. hoc edicto. in verbo abſoluendū. ff. de pu. tenuit cōtrarium & illam ſequit̃ ibi Barto. poſt Dy. reprobata hac glo. ſecundū Ia. Cōdemnatio in arbitrarijs pōt fieri tripliciter. Officium iudicis eſt triplex. Nobile, mercenariū merū, & mercenarium miſtum.

† Io. Fab. reprehēdit hanc gloſ. qa in arbitrarijs iudex neceſſitatur impertiri officiū: ſed nō neceſſitatur ad tale, vel tale: vt hic ꝑ eum.

ex natura ipſarum, per quod ſtatim quod debitor eſt in mora, poteſt condemnari ad vſuras vel intereſſe, ſed in actione ſtricti iuris prouenit ex quodam accidenti extrinſeco: puta, quia non præſtatur res, in qua fuit facta condemnatio, & ſic iſtæ actiones ſunt arbitrariæ.

Curare. Diuiditur in tres partes. Primo mandat iudici deferendo certam ſententiam: ibi, Certæ pecuniæ. Secundo limitat mandatum, ſi illud eſt poſsibile: ibi, Quantum. Tertio remouet vnum obiectū, ibi, Etiam ſi de incerta. CASVS. Supradictæ ſunt multæ diuiſiones actionum. adhuc ponet plures: ſed in præſenti. §. dat quendā effectum actionis: & dicit, quod ſi quædam actio coram iudice proponat: curare debet iudex vt quantum poſsibile eſt, & inquantum natura actionis hoc patitur, vt certam ferat ſententiam. h. d. Fran.

Iudex debet ferre ſententiam certam, etiam ſuper libello incerto, ſi incertitudo eſt in poteſtate iudicis. h. d. Aret.

Curare † autem debet iudex, vt omnino quantum poſsibile [a] ei ſit, certæ pecuniæ [b] vel rei [c] ſententiam ferat [d], etiam ſi de incerta quātitate apud eum actum eſt †.

† Cōcor. c. licet. in gloſ. ſuper verſi. poſſidentis. poſt prin. extra, de prob. et. c. iuuenis. in gl. ij. poſt princ. extra. de ſpō.

† Idē ſtatutū eſt in arbitro: per l. quid tn̄. §. pompo. nius. ff. de arbi. Porro duplicem incerti ſignificationē quātū ad hunc tractatū attinet, vide per Fran. Hotoma. hic.

Sententia quandoque nō poteſt ſemper eſſe certa.

Quiſquis olim re, loco, tempore, aut cauſa plus quàm ſibi debebatur petiſſet, totam rem amittebat: ſed D. Iuſtiniani conſtitutione cautum eſt, vt qui loco, quantitate, aut cauſa, plus iuſtò petierit, atque ex hoc damni aliquid aduerſario inferatur, eius damni triplum reſtituat: ſin autem ante tempus ſolutionis litem moueat, inducias, quas ex conuentione debitori dederit, vel quæ ex natura actionis indulgentur, in duplum habeat debitor.

Si quis agens, in intentione ſua [f] plus [g] cōplexus fuerit, quàm ad eū pertineat, à cauſa cadebat: id eſt, rem amittebat [h]: nec facilè in integrum reſtituebatur à prętore, niſi minor erat vigintiquinque annis.

Huic [i] enim ſicut alijs in cauſis cauſa cognita [k] ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute [l] fuerat, ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè ſi tam magna cauſa iuſti erroris interueniebat, vt etiā conſtantiſsimus [m] quiſque labi poſſet: etiam maiori vigintiquinq; annis ſuccurrebatur: veluti ſi quis totum legatum petierit: pòſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus [n], aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam alijs [o] legata data ſint, quæ efficiebant, vt plus petijſſe videretur petitor, quàm dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata [p] minuebantur [q].

a Poſsibile. hoc ideo dicit: quia interdum non poteſt certam ferre ſententiam. Quid enim ſi homo in genere promiſſus petitur, vel ſub alternatiōe: puta Stichum aut Pāphilum, aut damnū emendari, vel ſeruū pro noxa dari [1] certe iudici non eſt poſsibile ferre certam ſentētiam: quia natura actionis non patitur: vt. j. de offi. iudi. in prin. Idem dico in hæreditatis petitione. nam ſicut ſufficit in libello proponere vniuerſaliter, ita & in ſententia: puta ſic, Pronuntio te hæredem extitiſſe ex aſſe, vel ex ſemiſſe: & ideo tibi hæreditatem reſtituendam.

1 Illud exemplū de ſeruo communiter reprobatur: quia in cā noxali iudex debet certam ferre ſententiam: puta ad emēdationē damni: cū illud ſolū ſit in obligatione: vt hic per docto.

b Pecuniæ. ſ. cum pecunia petitur.

c Vel rei. quando alias res petitur, quæ in quantitate cōſiſtat, vel nō: & hoc ſi certum eſt petitum. alias enim non tenet ſententia, niſi in aliqua parte actorum res certa ſcripta inueniatur: vt. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. l. hæc ſententia. j. ſi autem eſt incertum, aut certificari poteſt, vt ſi peto intereſſe, quod debet corā iudice probari, & deduci ad certitudinem: vt. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. l. vnica. §. ij. & tunc locum habet hic §. aut non poteſt deduci in certitudinem, vt in homine generaliter petito, & ſimilibus, quæ modo diximus: & tunc non habet locum iſte. §. Accur.

d Sententiam ferat. & in ſcriptis: vt. C. de ſen. ex breui. l. ſi. niſi in quatuor caſibus: vt in auth. de mā. prin. §. ſi tibi. col. iij. & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. neceſsitatem. col. ij. & in auth. vt cle. apud propr. epiſ. conue. §. j. col. vj.

Sententia eſt in ſcriptis ferenda.

e De incerta. vt de intereſſe.

Si quis agens. Diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit id quod erat in iure antiquo, qn̄ plus petebatur. Secundo id, quod eſt de iure nouo. Secunda ibi, Et hæc quidem. Item prima ſubdiuiditur in tres. Nam primo ponit regulam generalem iuris antiqui, qualiter puniatur plus petens. Secundo quot modis dicatur plus petere. Tertio exempla vniuſcuiuſq;. Secunda ibi, Plus autem, Tertia ibi, Re veluti. Are.

CASVS. In ſuperioribus dictum eſt de natura omniū actionum: nunc autem nihil aliud intēdit legiſlator oſtendere, niſi qualiter abuſores actionum puniantur. Dicit ergo, quod quotieſcunq; actor plus petit in intētione ſua, quā ſibi debeatur, quocunque genere plus petendi, cadit à cauſa hoc eſt, rem quam petit, amittit: nec ſuccurritur ei de facili à prætore per in integ. reſt. niſi fuerit minor. Si enim minor xxv. annis aliqua facilitate lapſus plus petierit: tunc cauſa cognita ſuccurrit ei: ſed maioribus plus petētibus nullo modo ſuccurrebatur, quin à cauſa caderent, niſi haberent magnam & iuſtam cauſam erroris: tūc enim parcendū erat eis. & de hoc ponit duo exēpla. Primū eſt, qn̄ aliqs maior petebat totum legatum: puta petebat legatum relictū ſibi in teſtamēto, & per errorem, cum aliqua pars legati, vel forte ſolida legata in codicillis eſſent adempta; quia tamen ignorauit, ſuccurrebatur ei. Secundum exemplum eſt in maiore, qui integra legata petebat: & tamē tota erant alijs legata, ita quod locus erat Falcidiæ. Hoc erat olim in quolibet genere plus petendi. ſ. quod cadebat à cauſa, niſi iuſtam haberet: vt. ſ. dictum eſt: ſed hodie non eſt ita: vt habetis. j. eo. §. Et hęc quidem antea. Franc.

f Intentione ſua. i. in libello vbi erat intentio ſua. Accurſius.

g Plus, etiam tempore: vt. ff. de lib. leg. l. non ſolum. §. j. & §. ſi. nam plus quatuor modis dicitur: vt. j. proxi. §. & in omnibus his locum habet. §. iſte.

h Amittebat. facit. j. de except. §. temporales [2]. & quod hic dicit in priuato, idem erat in fiſco: vt. C. de iure fiſ. l. iuſtas [*]. lib. x.

2 Aduertas quod litera ibi dicit, quod induciæ duplicantur, & quod poſtea nō cogitur litē ſuſcipere, niſi refectis ſibi expenſis. & idem dicit tex. in. c. j. extra, de plus peti. Ang.

* Addas & hoc quod cū hac gl. quod d. l. iuſtas. hodie ſit correcta. tenet gl. in. d. l. iuſtas. vbi Bar. Nic. de Ne apo. & Ia. hic quāuis contra tenuerint Ioan. Fa. Ioan. de Pla. & Ang.

i Huic minori vigintiquinq; annis.

k Cauſa cognita. bene dicit cauſa cognita. Nam omnes in integrū reſtitutiones cauſa cognita permittūtur: vt. ff. de in integ. reſti. l. omnes. Accur.

l Iuuentute. i. facilitate ſua: idem multo magis, ſi dolo aduerſarij: vt. ff. de mino. l. j. Accur.

m Conſtantiſsimus. quia errauit in facto, in quo prudentiſsimi falluntur: vt. ff. de iur. & fact. igno. l. ij.

n Quibus. ſ. codicillis.

o Quibuſdam alijs. ſ. legatarijs.

p Legata. ſ. ea, quæ ſibi in teſtamento relicta ſunt.

q Minuebantur. nam tot erant legata, vt lex Falcidia locum haberet. i. oportebat, vt legata deſalcarētur.

ad hoc, vt haberet hæres Falcidiam: quia dodrantem excedebant, vnde hæres debet detrahere Falcidiam: vt ſ. ad l. Falc. §. j.

Plus autem. CASVS. Domine ſupra dixiſtis, quod quicunque petebat plus quocunque genere petendi plus, cadebat à cauſa, & rem amittebat, niſi iuſtus error cũ excuſaſſet. Sed domine, cum plus pluribus modis peti poſſit: dicatis mihi, quot modis plus petitur? Ad hoc rñd. dominus Iuſtin. ſic: Quatuor enim modis plus petitur: re, tẽpore, loco, cauſa. Re, vt ſi ille, cui debentur x. petat xx. vel xxx. vel ſi ille, cuius fundus eſt ꝓ parte, totum petat: petit plus re. Tempore, de hoc habuiſtis exẽplum de eo, cui aliquid debetur in diem, vel ſub cõditione, ſi ante diẽ, vel conditionẽ exiſtentem petat. Et ſum in verſic. loco plus petitur. Supra vidiſtis duo exempla, in quibus plus petitur, ſcilicet re, & tempore. modo videatis exemplum de eo qui plus petit loco: & eſt exẽplũ in eo, qui quod certo loco ſtipulatus eſt ſibi dari, petit in alio loco, nulla facta cõmemoratione de loco, in quo ꝓmiſit promiſſor, vt puta ſi aliquis ſtipulatus fuerit à Titio aliquid ſibi dari Epheſi, & illud petat Romę ſibi dari, iſte plus petit loco, eo ꝙ aufert cõmoditatem, vel vtilitatẽ promiſſori, quã habuit ratione loci, in quo promiſit. Vnde in iſto caſu habet locũ actio arbitraria loci: in qua habebitur ratio vtilitatis, quæ cõpetitura eſſet promiſſori, ſi ſoluiſſet loco illo, in quo promiſit ſe ſoluturum. Et iſta vtilitas, in mercibus veluti in frumẽto, oleo, vino, & in alijs mercibus bene apparet. Merces enim in diuerſis regionibus, diuerſa habẽt pretia: vnde ſi decẽ modia frumẽti promiſi tibi Epheſi, & tu petas ea Romæ, aufers mihi magnã vtilitatẽ. modiũ enim qđ ꝗnõ valebat Epheſi niſi x. valet forte Romæ xv. vel xx. & iſtius vtilitatis habebit ratio. Sed domine, quid dicetis vos de pecunia? Rñd. idẽ dico tibi de pecunia: quia plus expedit promiſſori pecuniã ſoluere in vno loco, quam in alio, eo quod in vno loco poteſt pecuniam ſub leuioribus vſuris habere, quam in alio. Sed quid ſi is qui alio loco certo ſibi aliquid dari ſtipulatus eſt, in eodẽ loco pecuniã petat, quo ſibi promiſſa eſt? Rñ. tũc recte agit, nec habet locum arbitraria loci: quia loci cõmoditas eſt ſalua promiſſori.

Summatus eſt iſte. §. ſuprà: tamen ſpecialiter hoc habet: Plus petitur quatuor modis, ſcilicet re, tempore, loco, & cauſa: & primò tres primos modos exemplariter declarat. Ang.

Plus autem quatuor modis [a] petitur: re, tempore, loco, & cauſa. Re, veluti, ſi quis pro decem aureis, qui ei debebãtur, viginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totam eam vel maiorẽ partem ſuam eſſe intenderit. Tempore, veluti, ſi quis ante diem, vel ante conditionem petierit ✠. Qua enim ratione, qui tardius ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur: eadem ratione [b], qui prę maturè petit, plus petere [c] videtur †. Loco plus petitur, veluti cũ quis id, quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione [d] illius loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt. verbi gratia, ſi is, qui ita ſtipulatus fuerit, Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia vtilitatem quã haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit [e] ei pura intentione. Propter quam cauſam alio loco petenti arbitraria [f] actio proponitur [g]: in qua ſcilicet ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori [h] competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopõdit. Quæ vtilitas plerunque in mercibus maxima inuenitᷣ: veluti vino, oleo, frumẽto, quæ per ſingulas regiones diuerſa habẽt pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ✠ ſub eiſdem vſuris fœnerãtur. Si quis tamen Epheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo vt ſibi detur, ſtipulatus eſt, pura [i] actione rectè agit: idque etiam prætor monſtrat: ſcilicet, quia vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.

Summatus eſt iſte. §: ſuprà: tamen ſpecialiter hic declarat per exempla, qualiter plus petitur cauſa: vnde nota, quod in alternatiuis contractibus in dubio eſt electio debitoris. concor. l. plerunque. in ſi. ff. de iur. do. Aret.

a Plus autẽ quatuor modis. vt omnibus his modis à cauſa videatur cadere iure antiquo. vnde iſti quatuor modi plus petẽdi patent in hoc verſu, Plus petitur cauſa vel tempore, reque loco que.

b Ratione. à ſimili per contrarium.

c Petere. vt hic, & ſ. de fideicom. §. non ſolum.

d Sine cõmemoratione. i. ſine vtilitate rei debitæ, vel intereſſe rei. nã eſt habenda ratio eius vtilitatis, ſi ſua intereſt in loco deſtinato potius conueniri [l]. Vel dic commemoratione. i. mẽtionem faciente de ipſo loco. nam locum ipſum vbi erat facienda ſolutio, in libello ponere debet: ſic, peto vt x. mihi ſoluas hic, vel vbi ſoluere promiſiſti: vt hic, & ff. de eo, quod cert. loc. l. ij. §. ſi. poſt hæc niſi ſoluat, poterit eum cõuenire vbicunque voluerit: dummodo conuentus habeat ibi forum, nõ alias: vt. ff. de iud. l. hæres abſens. in ſi. Sed Plac. dicit, ꝙ ſ. vbicunque poterat eum conuenire, poteſt ibi etiã, vbi nõ habeat forũ, & eſt pro eo. ff. de iudi. l. cum qui. & ff. de cõſti. pe. l. ſi duo. §. ſed & certo. Sed certe quod dictis legibus dicitur, vt quolibet loco poſsit conueniri, verum eſt idoneo, vbi conuentus habeat forũ: vt. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. j.

e Adimit. i. adimere deſiderat, non tamen adimere poteſt.

f Arbitraria. i. vtilis certi condictio ex ſtipulatu, vbi ſtipulatio interceſsit, vt hic fuit: vel vtilis certi condictio ex mutuo, vbi mutuũ erat datum certo loco reddendum, vel vtilis actio ex teſtamento vbi legatum eſt dandum certo loco. Nec enim eſt proprium nomen actionis: vt. ff. de eo quod cer. loc. l. ij. §. hæc autẽ actio. & l. ſi hæres. & l. aut ſi mutua. Accur.

g Proponitur. i. tribuitur vel datᷣ: vt. ff. de eo, quod cer. lo. l. quod ſi Epheſi.

h Promiſſori. ſed & actoris vtilitas attenditur, & vtriuſque vtilitas ſimul attenditur: vt. ff. de eo, quod certo lo. da. opor. l. ij. §. reſpon.

ADDITIO. Dic quod intereſſe rei, ſi conueniatur in alio loco, ſemper æſtimatur: ſed non actoris: niſi reus fuiſſet in mora vel culpa: vt no. glo. Bar. & doct. in d. l. ij. in prin. Ang.

i Pura. i. non habita mentione, vel ratione loci, vbi erat facienda ſolutio, vt diximus. ſ. eo. §.

✠ Sane ſi talis ſit cõditio, quæ omnino extitura eſt, nec vllum diem in ſe contineat, pura eſt obligatio. ꝑ l. in illa ſti pu. ff. de verbo. obli.

† Dies enim ſolutionis, eſt pars obligationis, non ſecus ac ſumma ipſa. l. j. §. j. ff. de edẽ.

l Querit Io. Fab. ſi eſt notoriũ, quod vtilius eſt debitori ſoluere in loco vbi agitᷣ, quã in loco cõuẽto: tunc nũquid debeat actor mẽtionem facere de loco conuẽto? & dicit qđ ſic, quia petitor ſemper debet narrare formã obligationis: vt. j. ꝑ xi. §. in ſi. Item quia aliquando expedit & facilius eſt debitorem ſoluere, quod damnoſius eſt ſibi. j. eod. §. prętereà igitᷣ in fin. Ang.

✠ Alias nõ eſt, regibibus.

Huic aut

Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus eſt is, qui cauſa[a] plus petit. vt ecce ſi quis ita à te ſtipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere ſtipulationis, promiſſoris eſt electio[b], vtrum pecuniam, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm, vel hominem tantùm ſibi dari oportere intẽdit, eripit[c] electionem aduerſario, et eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit[d], aduerſarij verò ſui deteriorẽ. Qua de cauſa talis in ea re ꝓdita eſt[e] actio, vt quis intẽdat hominẽ Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere: id eſt, vt eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea[f] ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generaliter vinũ ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanũ petat: aut gñaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionẽ aduerſario tollit[g], cui ſtipulationis iure liberum fuit aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licet viliſsimum ſit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia ſæpè accidit, vt promiſſori facilius ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt[h].

Summatim eſt is. §. in. §. ſi quis agens. tamen ſpecialiter hoc habet. Hodie contra plus petentem tempore, duplicantur induciæ: & fit condemnatio ad omne damnum litis: petens verò plus alijs modis, in triplum ſumptus, quem ſuſtinuit reus litis nomine, eſt condemnandus. Ang.

Sed hęc quidem[i] antea in vſu fuerant: poſtea verò lex Zenoniana[k] & noſtra[l] rem coartauit. Et ſi quidem tẽpore plus fuerit petitum: quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio[m]. ſinautem

Huic autem. CASVS. Supra dictum eſt quocunq; genere plus petendi olim plus petebatur, cadebat à cauſa, & rem amittebat plus petens: qualiter autem plus petebatur re, vel tempore, vel loco, dictum eſt ſupra. Modo dicit dominus Iuſtinianus qualiter plus petitur cauſa: & de hoc ponit duo exempla: vnum in iſto. §. & aliud in ſequenti. Primum exẽplum eſt tale: Si quis eſt ſtipulatus Stichũ, aut decẽ, vel viginti aureos, & poſtea petit Stichum pręciſe: plus petere cauſa videtur. Habuit enim electionẽ ꝓmiſſor ſoluẽdi decem, vel Stichum. vnde cum præciſe petat vnum, adimere ſibi videtur electionem: quod ita plus petere cauſa videtur: & ita olim cadebat à cauſa. Quid ergo debet facere ſtipulator, quid petet? Reſpõ. ſecundum qualitatem contractus debet facere libellũ: & hoc eſt optimũ verbum quotidianum: hoc eſt, eodẽ modo, quo ſtipulatus eſt, vnde quia ſtipulatus eſt alternatiue: & alternatiue debet libellum ſuum conficere, vel formare. Et ſum in ver. Præterea ſi qs. Tu habes vnũ exẽplũ de eo, qui plus petit cauſa. Hic ponit dominus Iuſtinianus aliud exemplum de eodẽ. Plus enim petit cauſa ille, cui homo in genere promiſſus eſt ſi hominem certum petat, & ſimiliter eſt in vino & in purpura & in alijs. Generaliter enim quandocunque aliquid debetur in genere: ſi certum quid petatur, plus peti videtur. Videtur enim promiſſori adimere electionem: vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis: hoc verũ eſt: quando aliquid in genere promiſſum eſt: & ille cui promiſſum eſt, certum petit: quia tunc ſi pretioſiſsimum petat, plus petere cauſa videtur. Sed quid diceretis vos domine, ſi aliquid in genere eſſet promiſſum: & ipſe præciſe petat illud, quod viliſsimum eſt in illo genere: videtur ne plus petere? Reſpon. quod ſic, quia adhuc electionem ſoluendi promiſſori adimere videtur. Sępe enim accidit, vt ꝓmiſſori facilius ſit ſoluere illud quod maioris pretij eſt. Omnibus ergo iſtis modis dicitur plus peti: & quocunq; iſtorum modorum plus petebatur, cadebat plus petens à cauſa. Hodie non eſt ſic: vt patet in proximo. §. Franc.

a Qui cauſa hanc cauſam, electionem iam vocabit.

b Electio. niſi cum iam vnum interijt, tunc enim alterum quod ſupereſt præſtabit: vt. ff de eo quod cer. lo. l. non vtique. §. qui Stichum. & facit ad hunc. §. ff. de iur. do. l. plerunque. in fine.

c Eripit. id eſt, eripere vult.

d Facit. id eſt, facere vult.

e Prodita eſt. id eſt, data. Et eſt actio ex ſtipulatu hoc modo. ſ. alternatiue proponẽda, vt dicitur hic.

f Præterea. hoc eſt aliud exemplũ, qualiter cauſa plus petitur.

g Tollit. id eſt, tollere vult.

h Maioris pretij eſt. facit ad hoc. ff. loc. l. itẽ quæris. §. j. & ff. de condi. & demõ. l. quod traditum eſt. & l. ſeq. & ff. de in diẽ addi. l. ſi venditor. §. ſed ſi neuter. & ff. de vſu & hab. l. fin.[1] & ff. de vſufruc. l. hactenus. §. ſi. & l. ſeq.

Tu vero pro huius declaratione videto Bart. in l. Stichũ aut Pamphilũ, in prin. colum. ij. ver. reaſſume ergo. ff. de ſo.

1 Iſta lex bũ facit ad propoſitũ. ſed aliæ nihil faciũt. Ia.

Et hęc quidem. CASVS. Ab illo §. ſi quis agẽs. vſq; nunc ſolum habuiſtis, quod quatuor ſunt modi plus petendi: & quicũque aliquo iſtorum modorũ plus peteret, cadebat à cã ſua. propter quod dicit dñs Iuſti. ꝙ hoc videtur iniquum, & correctione dignũ, vt dicit: hæc antea in vſu fuerant, ſed poſtea lex Zenoniana & noſtra cõſtitutio hoc arctauerunt. Et hodie obtinet, ꝙ nullus à cauſa cadat. ſ. qui plus petit tẽpore, aut alio modo. Sed ſi plus petatur tempore: tunc in pœnam petẽtis plus tempore, dupplicabunt induciæ: ita quod ſi illud, quod poſt annum debebatur, incontinenti petat: non poterit illud petere niſi poſt biennium: & etiã neceſſe habebit adhuc ſoluere omnes expẽſas, quas in lite reus fecerit. Si autem re, vel loco, vel cauſa plus petat? Rñ. Impe. ꝙ tunc omne damnum, quod ſuſtinebit reus per pluris petitionẽ, reſarciet ſibi actor in triplum. h. d. Sed videtur per hoc, quod dicitur hic, quod nõ habebit locum id. C. de plus pet. l. vnica? Rñ. imo: quia titu. ille in alio caſu loquitur: vt patet in apparatu. propter mendacium enim ibi punitur.

i Et hæc quidem. ſ. quæ diximus, vt plus petẽdo cadat à tota cauſa: vt. ſ. eo. §. ſi qs agens. ADDITIO Et cõſuluit dñs Iaſon ad euadẽdũ iſtas pœnas, qđ in libello ſemper adijciatur illa ſalutaris clauſula: ſaluo iure ſuperflui &c.

k Lex Zenoniana. ſ. Græca, quã nõ habemus. Acc.

l Et noſtra. ſcilicet Græca, quam non habemus.

m Conſtitutio. ſcilicet Græca, vt diximus: cuius ſen-

tentiæ eſt vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expenſæ ſibi reſtitui: vt. j. de exceptio. §. hodie autem.

a Quantitate. & ſic re.

b Alio modo. i. loco vel cauſa: vt. ſ. §. plus autẽ. Ac.

c Diximus. vt. ſ. eo. §. tripli. & ibi huius noſtræ conſtitutionis Græcæ ſententia recitatur. Sed ſi non ſolum petijt, ſed etiã cautionem exegit poſt litem conteſtatam, amittitur debitum etiã hodie: [l] vt. C. de plus pet. l. j. quæ eſt huic contraria. Si ante litem conteſtatam pœniteret, nõ punitur: [2] quia nõ petit, ſed petere vult: vt. ff. rem ratã habe. l. amplius nõ peti. & in dicta. l. C. de plus pet. l. j.

d Puniatur. ſ. cõdictione ex lege illa Græca, cuius effectũ habuimus. ſ. eo. §. tripli. & in hoc. §. plus autem.

quãtitate [a], vel alio modo [b] plus fuerit petitum: in omne, ſi quod fortè damnum ex hac cauſa acciderit ei, cõtra quẽ pluspetitũ fuerit, cõmiſſa † tripli cõdemnatiõe (ſicut ſuprà diximus [c]) puniatˀ [d].

Qui minus quàm ſibi debetur, iudicialiter petierit, nihil prohibet, quin coram eodem iudice quod reliqui eſt petere poſſit: idem quoq; iuris eſt in eo, qui errans aliud pro alio ſibi deberi intenderit, cui etiam in eadem inſtantia errorẽ corrigere cõceditur.

Si minus † in intentione [e] ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti, ſi cum ei decem aurei deberentur, quinq; ſibi dari oportere intẽderit: aut ſi cum totus fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit: ſine periculo agit. In reliquũ enim nihilominus iudex aduerſariũ in eodem iudicio [f] ei condemnat ex conſtitutione [g] diuę memoriæ Zenonis.

Si quis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Aretinus.

Si quis aliud pro alio intenderit [h]: nihil eum periclitari placet: ſed in eodem iudicio [i] cognita veritate, errorẽ ſuũ cor-

Si minus. Diuiditur in duas partes. Primo quando minus petijt. Secundo, quando aliud pro alio per errorem petijt. Secunda ibi, ſi quis aliud. Aret. CASVS. Vidiſtis iam de eo, qui plus petit, qualiter puniebatur olim, & qualiter hodie punitur. Dominus Iuſtinianus, nihil volẽs dimittere indiſcuſſum, adhuc tractat de eo, qui minus petit, quid iuris ſit: & dicit, qui minus petit, hoc poteſt facere ſine periculo, & in eodem etiam iudicio plus petere poteſt: quia ex conſtitutione bonæ memorię Zenonis fuit hoc introductum, ꝙ ille qui minus peteret, poſſet in eodem iudicio plus petere. Et ſcire debetis, quod hæc materia illius legis. C. de eden. l. edita actio. & ea quæ ſuper repetitione illius legis dicuntur, poſſunt hic repeti. Quidam autem per. §. iſtum voluerunt dicere, ꝙ emẽdatio libelli & mutatio poſsit fieri vſque ad ſententiam definitiuam: quia vſque ad ſententiam definitiuam ſemper manet idem iudicium. Docto. tamen noſtri in hoc reſident omnes, quod ante litis conteſt. poteſt fieri emendatio & mutatio & literã iſtam ita intelligunt: in eodem iudicio, id eſt ante litem conteſtatam. vel ſic, in eodem iudicio, id eſt, apud eundem iudicem, non in eadem inſtantia iudicij. Vocatur tamẽ iudicium idem propter identitatem iudicis & cauſarũ. Franc. de Aret.

e Intentione. i. in libello intentionis: & hoc per errorem, ſi enim ſcienter donare præſumitur, ſecundum quoſdam. Sed contra, puto quod nunquam donare præſumitur, niſi tunc quando traditio fieret ab eo, qui donare præſumitur: vt. ff. de reg. iur. l. cuius per errorẽ. hic autẽ non erat datio, ſed quædam abſtinentia. Vnde ſiue de reliquo ſciat, qui agit, ſiue non tempore cœpti iudicij, locum habet. §. iſte. [illegible] Iſta gloſ. in ſe, & relata ad text. noſtrum, [illegible]: & ſecundum Iaſ. vnica & ſingularis: non tamen eſt ſimpliciter vera inquantum dicit, nunquam præſumi donationem, niſi interueniat traditio. proſequere vt per eum.

f In eodem iudicio. i. quandocunque ante ſentẽtiam reliquum petierit ſine noua conteſtatione, ſecundum quoſdam, vt hic dicitur, & hoc propter duas rationes falſas. Vna, quia poteſt emendare libellum quandocunque ante ſententiam, vt dicunt. & eſt pro e[illegible]. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. & ſic intelligũt. C. de edẽ. l. edita. Altera ratio eſt, quia ſecundum eos etiam ſi nõ petat, vel probet hoc actor: tamen iudex ſi ſcit, debet ſecundum ſuam conſcientiam condemnare reum. & eſt pro eis ad hanc rationem. ff. finiũ regund. l. ſi irruptione. §. ad officium. & in hac ſententia fuit dominus M. ſed certe, ſecũdum Ioan. poſitũ eſt falſum, & duæ rationes malæ. Nã non poteſt quis immutare [3] libellum, niſi vſque ad litem conteſtatam: nec etiam hodie poſt datum libellum, [l] quia ſic dicit authen. quod nõ habet neceſſe in primo libello perſiſtere: vt in authẽ. de litig. §. omnem. colla. viij. Itẽ, quia non videtur in iudiciũ veniſſe, quod poſt litis conteſtationem contingit: vt ff. de iudi. l. non poteſt. & ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur. & l. egit. Nec obſt. quod hic dicitur, & quod dicit eodem iudicio. Nam dic, id eſt, coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hanc cauſam, ſcilicet propter identitatem perſonarum etiam, vbi prorſus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem: vt. j. proxi. §. Item nõ obſtat. ff. de noxa. l. in delictis. §. ſi detracta. quia ibi ex eadem cauſa, & eadem actione, & ad idem agebatur, licet eſſet variatio in quodam beneficio, quod dominus habet per legẽ, vt poſsit pro noxa dare: vt. j. de noxa. actio. §. in ſumma. & ff. de re iudica. l. miles. §. j. Item alia ratio non eſt bona: quia non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum allegata debet iudex iudicare & pronuntiare: vt. ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. veritas. niſi habeat conſcientiam, vt iudex: vt in dicta. l. & ff. finium regund. l. ſi irruptione. § ad officium. & hoc in ſingularibus iudicijs. [4] Sed quid in vniuerſalibus? Reſpon. poteſt in eis adijci quandocunque ante ſententiam: vt. ff. de peti. hæred. l. iiij. & l. ſi quo tempore. & ſic intelligitur. C. de appel. l. fina. §. fina.

g Conſtitutione. ſcilicet Græca, quam non habemus. Accurſius.

Si quis aliud. CASVS. Supra vidiſtis, quid iuris de eo qui plus petit. Sed quid ſi aliquis aliud pro alio petierit, vel ſi vnam actionem pro alia propoſuerit? Reſpondet quod non propter hoc, periclitabitur ei aliquid, ſed in eodem iudicio cognita cauſa errorẽ ſuum corrigere poteſt. h. d. Franc.

h Intenderit. ſcilicet ſibi deberi.

i In eodem iudicio id eſt, apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium, propter identitatem perſonarũ & iudicis: tamen vere aliud eſt. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Reſpon. ſi poteſt eſſe inſtructus ex petitione prima etiam ad ſecundam, nõ dabuntur, cum neceſſariæ, nõ voluntariæ ſint dandæ dilationes: vt. C. de dila. l. j. Nam ſi primo egit actione vi bonorum raptorum, & poſtea mutetur, & agatur actione furti: ſatis poteſt eſſe ſecus inſtructus. Si autem ſunt diuerſæ petitiones, vt in hoc. §. dicit, nouæ dilationes dãdæ ſunt: vt. C. de dila. l. j. Itẽ nũquid iterũ de calumnia iurabit? Reſpon.

† Condẽnationẽ cõmitti, id eſt, ꝙ vulgo dicim9 cõdemnationem incurriſſe. vt & pœnam commiſiſſe is dicitur, qui in pœnam incidit.

[l] Idẽ Fab. Pla. et Angel.

[2] Sequuntur Bald. Fab. Pla. Angel. & Iaſ. & eſt gl. ſimilis in. c. j. extra, de plus pe.

† Glo in c. inter dilectos. ſup ver. addendi. dicit ꝙ ar. huius. §. in libello ſunt ponenda illa verba, ſaluo iure addẽdi &c.

* Tu caue ſone et gl. fallat, quæ ſupra viſa eſt verbo emendare, modo imu

tare: quaſi pro todẽ quo adiuris terminos ſumatur: quod falſum eſt, ſi qui. lẽ habeãt ſignificantiã ſõge diuerſam. vt. l. edita. C. de edẽ. ibi emendari vel mutari.

[3] Contrarium tenẽt Fab. Pla. An. & Ia. Iudiciũ dicitur idem propter ꝑſonarũ idẽtitatem.

[4] Nota ſecundũ Ia. quod iudex qui eſt ſupra legẽ vt Papa, imperator vel princeps, cuius dictũ habetur pro lege, debet ſemp ſecũdũ conſcientiã ſuam iudicare qualitercunque cã habeat, ſiue ex actis ſiue nõ, alias peccaret. Itẽ no. quod executor tenetur exequi ſentẽtiam etiã cõtra propriam conſcientiã, niſi in cauſa criminali & corporali, quia tunc iudex nõ debet exeq contra ſuã conſcientiã vt pulchre ꝑ eũ.

Reſpon. ſic: quia poteſt, & in hac cauſa calūniari: vt. ff. de dam. infect. l. qui bona fide. §. antepe. & pen.

a Corrigere. Nota, quod permittitur alicui errorem ſuū corrigere. Sed nunquid in veteri habet neceſſe perſiſtere? Reſpon. non, ſecundū hanc legem. Sed hodie cōtra: vt in authen. de lit. §. omnem. colla. viij. & ita intentabit veterem & nouam, niſi reo abſoluto in veteri, obijciatur exceptio rei iudicatæ in noua, vt quia ſit eadem cā agendi, & eædē perſonæ, & eadē res, licet alia ſit actio: vt ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. & ff. de excep. rei iud. l. ſi mater. §. eandē. & l. cum quæritur. Vel niſi actio prima[1] ita ſe habeat ad ſecundam, vt electione tollaf: quod in caſibus cōtingit: vt. C. de furt. l. j. & C. ſi ſeruus exte. ſe emi man. l. j. & C. de codic. l. ſi. & C. de pact. inter emp. & vend. l. commiſſoriæ. & ff. de tribu. l. quod in hæredē. §. eligere. & ff. de lega. ij. l. cum filius. §. varijs.

b Intenderit. nō ſ. ſibi deberi.

rigere[a] ei permittitur: veluti ſi is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotē petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit[b], quod ex ſtipulatu debeť.

Adeſt ſexta, huiusq; tractatus nouiſſima actionum diuiſio, vt quædam ſint ſolidi perſecutoriæ, quædam verò quibus non ſemper ſolidum conſequimur: quarum aliquot exempla vſque ad tituli metas ſubijciuntur.

Sunt præterea quædam actiones[c], quibus nō ſemper ſolidum, quod debetur nobis, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequimur, modò minus: vt ecce, ſi in peculiū filij, ſerui ve agamus. Nā ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: inſolidum dominus, pater've condemnatur. ſi verò minus inueniatur: catenus condēnat iudex, quatenus in peculio ſit. Queadmodum aūt peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus[d].

In dotis reſtitutionem condemnatur maritus, inquantum facere poteſt.

Annota, Maritum dotis reſtituendæ nomine conuentum, non vltra quàm facere poſsit condemnandum.

Item, ſi de dote in iudicio mulier agat: placet catenus maritum[e] condemnari debere, quatenus facere poſsit, id eſt, quatenus facultates[f] eius patiuntur. Itaque, ſi dotis quantitati concurrant facultates eius, inſolidum damnatur: ſi minus, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem quoque, dotis repetitio minuitur. Nā ob impenſas[g] in res

Sunt præterea. Diuidiť in duas partes. In prima ponit vnū dictū gñale, videlicet ꝙ nō oīs actio eſt ꝑſecutoria ſolidi. Scđo illud per plura exēpla ꝓbat. Scđa ibi, Vt ecce. Itē ſecūda ſubdiuidiť. nā primo ponit exēplū de peculio. Scđo de dote. Tertio qñ agiť cōtra patrē, patronū, ſociū, vel donatariū. Quarto qñ agiť per compēſationē. Quinto qñ agiť cōtra illū, qui bonis ceſsit. Secūda ibi, Itē ſi de dote. Tertia ibi, Sed & ſi quis cū parēte. Quarta ibi, Compēſationes. Quinta ibi, Cū eo quoq;. Legā tñ per particulas: vt clarius vnaquæque materia cōprehendať.

c Actiones. Iā vidiſtis in ti. de act. varias & diuerſas diuiſiones actionū. Adhuc etiā eſt alia diuiſio actionū, quā innuit nobis Iuſti. & vſq; in finē ti. proſequiť, & eſt diuiſio iſta talis: Actionū quædā ſunt, qbus perſequimur ſolidū, quædā quibus nō ſolidū, & quædā quibus minus. Et ponit exēplum dicēs, quod per actionē de peculio aliqñ perſequimur ſolidū: veluti ſi tēpore litis cōteſtatū repeiať in peculio deducto omni eo, quod de iure deduci debet, quantū nobis debeť, & queadmodū peculiū intelligi debeat ſuo loco proponemus. Et ſum in §. itē ſi de dote. Iā vidiſtis exemplū de vna actione, quę qñq; perſecutoria eſt ſolidi: qñq; non. Modo dabo vobis exemplū de actione, quæ quandoq; datur inſolidū, quādoq; nō: & eſt exemplū de actione de dote, quæ eſt perſecutoria ſolidi, qñ maritus ſolidū facere poteſt. Si autem nō habeat vnde ſolidum facere poſsit: tunc debet condēnari inquantū facere poteſt. & ſumus in ver. Propter retentionē. Iam vidiſtis vnū caſum, in quo nō conſequiť mulier ſolidū per actionē de dote. Hic ponit do. Iuſti. aliū caſum, puta qñ maritus vtiť retētione propter impēſas factas in dote. h. d. Fran. de Are.

c Sunt præterea quædā actiones. Innuit hic quandā diuiſionem actionū. ſ. quod aliæ ſunt perſecutoriæ inſolidū, aliæ nō. & hanc proſequiť vſq; in ſi. huius ti. & nō eſt iſta diuiſio de xij. diuiſionibus. Nā prima eſt quod aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonā: vt. ſ. e. §. omniū. Secūda eſt, quod aliæ ſunt ciuiles, aliæ prætoriæ: vt. ſ. eo. §. ſed iſtæ qdē actiōes ſunt. Tertia fuit[2] ſ. e. §. ſequēs. Quarta. ſ. e. §. oēs aūt actiones. Quinta. ſ. eo. §. actionum aūt quædā ſunt. Sexta eſt, quod aliæ ſunt tēporales, aliæ ſunt perpetuæ. Septima,[3] ꝙ alię ſunt trāſitoriæ ad hæredes. alię nō: vt. j. de perpe. et tēp. act. §. non oēs. Octaua eſt, ꝙ aliæ ſunt famoſæ, aliæ nō: vt. j. de pœn. te me. liti. §. pen. Nona, quod aliæ ſunt directæ, aliæ vtiles: vt. ff. ſi quad. paup. fe. di. l. pe. Decima, quod aliæ directæ, aliæ cōtrariæ: vt. ſ. de ob. quæ ex quaſi cōtrac. §. j. & ij. Vndecima, ꝙ aliæ ſingulares, alię vniuerſales, alię generales:[4] vt. ff. pro ſo. l. ꝓ ſocio arbiter. Duodecima diuiſio eſt, ꝙ aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, vt fa mil. ercíſ. cōmu. diuid. fin. reg. & quędam interdicta: vt. j. de interdi. §. tertia diuiſio. Eſt autē & hæc extrauagans, de qua hic dicitur.

d Proponemus: vt. j. ti. j. §. cum autem.

e Maritum. vel eius hæredes. ſ. filios cōmunes: ſecus in extraneis hæredibus: vt. ff. ſol. ma. l. etiā filios mulieris. & l. maritum. & l. ſe.

f Facultates. vt tamen ipſe maritus non egeat: vt ff. de re iudi. l. inter eos. & ff. de re iud. l. in condēnatione perſonarū. & hoc niſi dolo fecerit maritus, quo minus poſsit cautione expoſita ab eodē de ſolido ſoluendo, ſi ad meliorē fortunā peruenerit: vt. C de rei vxor. act. §. cum aūt. & ff. ſol. ma. l. etiā filios. §. licet. & ff. ꝓ ſo. l. verū eſt. §. id quod. ADDITIO. Itē niſi mulier ipſa eſſet pauper, ita vt ad ipſius victū tota dos eſſet neceſſaria. Item ſi res dotalis, vel alia acquiſita ex re dotali, extaret: quia non haberet locum beneficiū iſtius tex. vt per docto. hic.

g Impēſas. dic quod impēſæ aliæ neceſſariæ ſunt, vt quibus nō factis, res erat peritura, vel deterior futura. Alię vtiles, vt quibus nō factis res nō erat peritura, ſed eis factis res eſt melior futura. Alię voluptuariæ, q̃ tm̃ rē exornāt: vt. ff. de verb. ſig. l. impēſę. & ff. de impē. in re. do. fact. l. j. & l. ꝙ diciť. j. §. vtiles. & l. voluptuarię. in primis impēſis dic, ꝙ minuūt dotē ipſo iure, ſi conſiſtat in pecunia & ſpecie, vt ſi eſt fundus & pecunia in dotē data: quantū in fundū impendiť: tantū in pecunia ipſo iure deberi deſinit. Si vero ſolus fundus in dote ſit: tūc ſi tantū expēdiť ſimul, vel diuerſis vicibus quāti eſt fundus: tūc ipſo iure deſinit eſſe dotalis, niſi mulier intra annū ſpōte marito impēſas obtulerit. Si vero nō tātū, nō deſinit eſſe dotalis: ſed tādiu totus vel ꝓ parte retineť quādiu impēſæ reſtituanť: vt. ff. de impē. in rebus do. fact.

1 Glo. intrat hic materiam cumulatiōis, de qua vide Bartol. Bald. Sal. & Ia. in. l. edita. C. de edē. Io. Fa. & Ange. hic.

2 Poteſt ſuſtineri, quod tertia diuiſio fuit in. §. præiudiciales. & iſto modo diuiſio. §. ſe. erit quarta. Ia.

3 Dic q̃d in iſto tit. nō ponuntur niſi ſex diuiſiões. prima l. §. ij. ſecunda in. §. ſed iſtæ. tertia l. §. ſequēs. quarta in §. omnes. quinta in §. actionū. ſexta hic. Iaſ. & eſt de mente aliorum.

4 Et l hoc deducēdo, debet attēdi modus circa duo Primo circa quantitatē rei cōſiderātis facultatibus & conditione perſonæ: vt ſi poſsit operari, & habeat officiū, vel artificiū: ſibi cōputetur & fiat deductio iſtarum operarū: nobilis vero plus expendat, quam ruſticus. Secūdo circa quātitatē temporis: puta annorum ipſius mariti ſecundū formā legis, hæreditatē. in prin. ff ad. l. Falci. vt p Io. Fa. & An. hic.

dotales factas, marito quaſi retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure neceſſarijs ſumptibus dos [a] minuitur: ſicut ex latioribus digeſtorum libris [b] cognoſcere licet.

In his quatuor caſibus reus condemnetur, inquantum facere poteſt. Ang.

Sed & ſi quis [c] cum parēte ſuo †, patronove agat: item ſi ſocius cum ſocio [d] iudicio ſocietatis agat, non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt [e]. Idem eſt, ſi quis ex donatione [f] ſua cōueniatur [g].

Compenſationis exceptio obiecta petitioni efficit vt vltro citroq; debito compenſato, in eo iudex reū petitori cōdemnet, quod reliquum tantum debet.

Cōpenſationes quoque oppoſitæ plerunq; [h] efficiunt, vt minus conſequatur, quàm ei debeatur. Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem ex eadē cauſa [i] præſtare oportet: in reliquum eū cum quo actū eſt, condemnat: ſicut iam dictum eſt [k].

Qui bonis ceſſit, quāuis poſtea pinguior arriſerit fortuna: non tamen vlterius, quàm facere poteſt, conueniendus eſt.

Cum eo quoque, qui creditoribus [l] ſuis bonis ceſsit, ſi poſtea aliquid adquiſierit, quod idoneū emolumentum habeat: ex integro [m] in id, quod facere poteſt, creditores experiuntur: inhumanū enim [n] erat, ſpoliatū fortunis ſuis inſolidum damnari.

TITVLVS VII.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA EST poteſtate negotium geſtum eſſe dicitur.

Cognito contractu ſeruorum ad obligandum dominum, erit cognitum, quid de contractu filij ad obligandum patrem.

do. factis. l. quod dicitur. & ff. de iu. do. l. ſi quis. §. pen. & ſi. & hoc in neceſſarijs impenſis. Si autē vtiles ſunt: tunc per act. nego. geſt. vel mandati, ſi mandato mulieris fecit, repetuntur. Voluptariæ non repetuntur, etiā ſi mandato mulieris factæ ſunt: ſed abraduntur ſine læſione prioris ſtatus: vt. C. de rei vx. act. §. ſed nec ob impenſas. & ff. de rei ven. l. in fundo [1]. Et ſecundum hāc diſtinctionem hunc. §. intelligas. & quod dicit in litera, quaſi, non denotat improprietatē, ſed eſt impenſa neceſſaria, vt dictum eſt, ſed ſi vtilis, vel voluptaria, nullo modo locum habet hic. §.

a Dos. in pecunia conſiſtens.

b Libris. vt. ff. de impenſ. in re. do. fa. per totum titu. Ac.

Sed & ſi quis. CASVS. Præter actiones iam dictas, ſunt & aliæ, quibus quandoq; perſequimur ſolidū, quandoq; non. Eiuſmodi ſunt illæ quæ dantur cōtra parentes & patronos, & contra ſocium. Idem dico in actionibus, quæ cōpetūt contra eum, qui conuenitur ex ſua donatione. hoc dicit. Fran.

c Sed & ſi quis. ſ. filius vel libertus, qui agunt venia impetrata: alias puniuntur: vt. ſ. eod. §. pœnales. verſ. veluti. ibi, & in eum. Accur.

d Socio. & ſe conſitente ſocium. alias nō datur ei hoc beneficium: vt. ff. pro ſo. l. ſi vnus. §. vlt.

[illegible] Quod verum intellige, ſi perſeueret in negatione vſq; ad litem conteſta. & negauit in ſpecie eſſe ſocium, alias ſecus: puta ſi in genere: vt nego narrata, prout narrantur &c. ſecundum doct. hic.

e Poteſt. quod ſemper accipe detracto tanto, quod poſsit inde viuere conuentus: vt. ff. de reg. iur. l. in condemnatione.

f Ex donatione. ſ. quando non poteſt ſoluere, cum donare promiſit. Accur.

g Conueniatur. ſ. condictione ex lege: vt. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſin autem. Et not. quod hic ſolus conuenitur inquantum facere poteſt deducto ære alieno: vt. ff. de re iudic. l. inter eos. §. j. & ij. & melius §. finali.

Compenſationes. CASVS. Supra vidiſtis qualiter quandoque per actiones perſequimur ſolidum. & quādoque non: & hoc per naturam actionis, vt in ſuperioribus patet. Hic autem dicit, quod ſimiliter per actiones quandoque non perſequimur ſolidum propter cōpenſationem factam, vel compoſitam ab homine. hoc dicit. Franc.

h Plerunque. hoc dicit propter actionem depoſiti, & alias quaſdam, in quibus non obijcitur compenſatio: vt. ſ. eo. §. in bonæ fidei. & C. de compen. l. fin.

i Ex eadem cauſa. hodie ex quacunque cauſa, & in quolibet contractu bonæ fidei, vel ſtricti iuris [2]: vt. ſ. eo. §. in bonæ fidei.

k Iam dictum eſt. ſ. eo. §. in bonæ fidei.

Cum eo quoq;. CASVS. Adhuc ponit dominus Iuſti. nobis aliud exemplum actio. in quo exemplo, non ſemper perſequimur ſolidum, ſed aliquando minus ſolido. Pone, quod habebam debitorē, qui ceſsit bonis: deinde tamen ad pinguiorem fortunam deuenerit: intento contra eum actionē vtilem, quæ mihi antē bonorum ceſsionē competebat directa: condemnabiturne in iſta actione ſecunda inſolidum? Reſpond. quod nō: ſed inquantum facere poteſt. Inhumanum enim eſſet, q; de poſtea acquiſitis inſolidum condēnaretur. h. d. Fran.

l Creditoribus. quod fieri poteſt, ante quam debitū agnoſcat, vel in iure confiteatur: vt ff. de ceſsio. bon. l. penul. Prodeſt autem hæc ceſsio, vt non ducatur debitor in carcerem: vt C. qui bon. cedere poſſ. l. j. & quod in acquiſito poſtea conueniatur, inquantum facere poſſit, vt ſubijcit.

m Ex integro. videtur ſibiipſi contraria litera, quod ex integro, & inquantum facere poteſt, conueniatur, vt ſubijcit. Sed ſic intelligitur, quod inſolidum conueniatur, quandiu poteſt ſoluere: hoc tamen eſt deducto ſemper ne egeat: vt. ff de ceſſ. bon. l. qui bonis. & ff. de reg iur. l. in condemnatione.

ADDITIO. Vel dic & longe facilius, ex integro. i. denuo, ſiue iterum, vt ſit vna dictio: & ita exponunt doctores periti. Et hoc ſcilicet, quod qui ceſsit bonis, poteſt iterum cōueniri, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam: verū eſt, niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet pœnas corporales. vel ceſsionem feciſſet culo nudo ſuper lapidē, de hoc gloſſ. not. in verb. ſi habent. in c. ſicut dignum. §. eos inſuper. extra de ho. & in c. peccatum. de regulis iuris. in vj.

n Inhumanum enim. bene dico, quod inquantum facere poteſt deducto &c. non conueniatur. inhumanum enim &c.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA eſt poteſtate, negotium geſtum eſſe dicitur.

Qualiter conueniamur ex contractibus, vel ſeruis nobiſcum habitis, dictum eſt: nunc qualiter conueniamur ex habitis cum ijs, quos in poteſtate habemus. Accur.

Impenſæ voluptuariæ an poſſint abradi.

[1] Et hoc ſpeciale in vxore, tamen ab alio cuius voluntate factæ fuiſſent in re ſua bñ repetūtur. l. iij §. ſi mutuatis. ff. de in rem ver.

† Quid ſi cū fratre? & putat Hotomanus hic idē ius ſtatuendū eſſe cum enī patroni liberis id cō cedatur. l. patronus. ff. de re iudic. multo magis parentis liberis hoc tribuēdū eſt.

[2] Hæc gl. peſsime loquitur, ſecundū Ia. quē videas pleni⁹.

[3] In Vetuſt. qbuſdā exemp. Iudex ī reliquū &c.

Ceſsio bonorum in duobus ꝓdeſt.

Ceſsio bonorū facta nō ſemper conuenietur, q ceſſit: etiam ſi ad pinguiorem fortunam perueniat.

Quia tamen † superius [a] mētionem habuimus de actione, qua in peculium filiorumſamilias ſeruorumq́ agitur: opus eſt, vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari ſolent, diligentius [b] admoneamus. Et quia ſiue cum ſeruis negotium geſtum ſit, ſiue cum ijs, qui in poteſtate parentū ſunt, eadem ferè [c] iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio [d], dirigamus ſermonem in perſonam ſerui dominiq́, idem intellecturi [e] de liberis quoque & parentibus, quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his [f] propriè ſeruetur, ſeparatim oſtendemus [g].

Dominus tenetur ex contractu ſerui inſolidum, ſi contrahi iuſſerit, vel ſi ipſum, vel liberum hominem naui, vel alicui alij negotiationi præpoſuerit: actionibus cognominatis, quod iuſſu, & exercitoria & inſtitoria.

Si igitur iuſſu domini [h] cum ſeruo negotium geſtum erit: inſolidum prætor aduerſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini ſequi videtur [i].

Qui ſeruum aut hominem liberum, naui, tabernæ, aut cuiuis negotiationi præfecerit: In id quod eius rei nomine, cui præpoſitus fuerit, contractum eſt, inſolidum obligatur.

Eadem ratione [k] prætor duas alias † inſolidum actiones pollicetur:

Quia tamen. Totus iſte titu. diuiditur in ſex partes. Primo ponit continuationem tituli. Secūdo, quod filius & ſeruus æquiparantur. ideo dictum in vno, poteſt intelligi dictum in alio. Tertio proſequitur de contractibus ſeruorū qualiter & inquantum eorum dominus teneatur. Quarto illud extendit ad filios. Quinto ponit vnum in filio, quod nō habet locum in ſeruo. Sexto redit ad contractum ſerui. Secunda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quæ diximus. Quinta ibi, Illud propriè. Sexta ibi, Illud in ſumma.

† Autem.

CASVS Supra titul. proxi. Sed & ſi quis cum parente. tractatum eſt de actione de peculio, quæ datur cōtra parentem vel dominum pro contractu facto cum filiofamilias, vel cum ſeruo, ſed non plene: & propterea dicit in hoc loco, quod ea vberius tractare proponit: & occaſione inde ſumpta, tractat de omni negotio, quod geſtū eſſe dicitur cum eis, qui in noſtra poteſtate ſunt. Dicit ergo, ſiue cum filiofamilias, ſiue cum ſeruo negotium geſtum ſit, quod in omnibus fere eadem natura ſeruatur: & ſine dubio in quolibet articulo poſſemus tractare & exemplificare de ambobus: quia tamen in his duobus eadem fere natura intelligitur: ne verboſa fiat diſputatio, ſermonem noſtrum in perſonam ſerui & domini dirigamus, & idē intelligamus in parentibus & liberis: & de hoc tractabimus. j. eo. §. illud propriè. ar. eius, quod dicitur, opus eſt, & de hac actione &c. voluerunt quidā dicere, quod hoc verbum, de peculio, eſt proprium nomen actionis. nos cōtra: ſed ſunt adiectiones, & no. in ſi. huius. §. h. d. Fran. de Are.

a Superius. vt. ſ. titulo. j. §. actiones autem. & §. ſunt præterea.

b Diligentius. quam ſupra dictum ſit, vel dic diligentius, id eſt, diligenter.

c Fere. hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locum in filijs, non in ſeruis: vt. j. eod. §. quæ diximus. & propter alios caſus, quos ibi dicemus. Accur.

d Diſputatio [l]. Nota contra multos docto. qui legēdo & cōſulendo multa & inutilia effundunt, cū paucis vti poſsint: cōtra id, quod dicit, q gaudēt breuitate moderni. nam in multiloquio non deeſt peccatum fa. cit. l. ampliorem. §. in refutatorijs. cum ibi no. per gloſ. & doct. C. de appel. Ang.

e Idem intellecturi. nam ſimilium * eadem eſt diſciplina: vt hic, & ff. de in rē ver. l. ij. §. ꝓinde. & §. quoties.

f In his. ſ. parente & filio.

g Oſtendemus. vt. j. eo. §. quæ diximus.

† Iſta glo. nō eſt Accur.

* Similitudo tamē in vno, non coarguit ſimilitudinē in alio. vt not. per Ang. in l. ex facto i not. ii. de vulga. & pupil. ſub.

Si igitur iuſſu domini. CASVS. Supra dictū eſt, quod tractandū erat de act. ſiue adiectionibus actionum, quæ competunt propter negotia geſta cum ſeruis & filijsfa. Videamus igitur primo de illa act. q̄ cōpetit ꝓpter negotium geſtum cū ſeruo iuſſu domini. Dicit igitur, q ſi aliquis iuſſu domini cū ſeruo cōtrahat, cū dño cōtraxiſſe videt: & ideo cōtra dñm cōpetit ei actio inſolidū cū hac adiectione, quod iuſſu, & inſolidum. Fidem enim domini ſequi videtur, qui eius iuſſu cum ſeruo contrahit. Similiter poſſet poni exemplum in filio cum quo iuſſu patris contractum eſt: ſed ne verboſa. i. verborū ſit diſputatio: idē intelligas in filio & patre, q dicit in ſeruo & dño. & ſum in ver. Eadē ratione prætor &c. Vidiſtis duas actionū adiectiones inſolidū, adhuc præter illas duas adiectiōes prætor proponit alias duas: quarū vna vocatur exercitoria, & alia inſtitoria: & primo ponit exemplum de exercitoria, dicēs, q tūc competit exercitoria, cū dominus nauis, ſiue nauta, qui exercere dicitur, ſeruum ſuum magiſterio nauis ꝓpoſuit, & cū ſeruo illo contractum fuerit. Datur enim tunc contrahenti cōtra dominum nauis actio exercitoria inſolidū cum præpoſuerit cum inſolidū, & quanquā litera in ſeruo ſuo loquatur, idē tñ intelligas in ſeruo alieno, vel in libero homine magiſterio nauis præpoſito, ſi cum eo contractū fuerit eius rei gratia ad quā ꝓpoſitus fuerit: & ſic trahit exercitoria nomē ſuū ab ipſo dño nauis, qui aliū præpoſuerit alicui negotio, qui exercitor dicit, ſed inſtitoria econuerſo trahit nomē ab eo, qui certo negotio præponit, qui inſtitor appellatur: & ſumus in verſic. inſtitoria &c. Supra vidiſtis, qñ locū habet exercitoria actio: modo videatis qñ locū habet inſtitoria: & certe habet locū, cū quis præponit ſeruum tabernæ, aut alicui negotiationi, & cum eo cōtractū fuerit eius rei gratia, cui præponitur. Tūc enim dat actio contra eū ex eo cōtractu, cū hac adiectione inſtitoria. Qui aūt à domino præponitur, inſtitor appellatur. In verſi. iſtas tñ duas actiones &c. caſus eſt talis. Supra diximus, quod locum habet exercitoria, ſiue inſtitoria, cum ſeruū ſuum naui vel tabernæ vel alteri rei, ſiue certæ negotiationi dominus præpoſuerit. Iſtas etiam duas actiones prætor reddit & donat: & ſi dominus ſeruum alienum vel liberum hominē alicui negotiationi præpoſuerit: quia eadem ratio æquitatis in eo caſu inuenitur. h. d. Fran.

h Domini. ſ. volētis cū ſeruo cōtrahi, ſiue dirigat iuſſum ad ſeruū, ſiue ad cōtrahētē cū ſeruo, ſiue ſubſcripſerit, ſiue quocūq modo cōtractū ratū habuit: vt. ff. quod iuſſu. l. j. §. j. & §. ſed & ſi ſerui chirograp. & §. ſi ratū.

i Videtur. vt etiam ab ipſo domino debitum condici poſsit: vt. j. eo. §. pe.

k Eadem ratione. quia fidem domini ſequi videtur: vt. ſ. proxi. §. in ſi. Accur.

† Et hoc quidem in his q̄ contracta ſunt reſpectu eius rei, cui præficiuntur. Nā ſecus ſi in alia re contractū ſit, nō ante ex mutuo à p̄fectis contracto, præficiētes cō ueniri poſſint.

Exercitoria actio.

Exercitor.

Inſtitoria actio.

Inſtitor.

Et qd mutuū præbētes huiuſmodi negotiatoribus ſpectare debeāt, vide hic, apud Ioā. Pla.

Exerc

quarum altera exercitoria [a], altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis ſeruum ſuum magiſtrum naui præpoſuerit, & quid cum eo eius rei gratia [b], cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur: quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæſtus [c] pertinet. Inſtitoria tunc locum habet, cū quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſeruum [d] ſuum præpoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur: quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores vocātur [e]. Iſtas tamen duas [f] actiones prætor reddit: & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit, ſcilicet quia eadem æquitatis [g] ratio etiam eo caſu interueniat.

Si ſeruus in peculiari merce ſcientē domino negotians, ex contractu quibuſdam creditoribus obnoxius fiat: tunc ſi quid inde etiam domino debeatur, inter eum cæteroſq; creditores merces peculiares ſecundum ratam cuiuſque portionem inuicem contribuuntur: quòd ſi cui creditorum minus, quàm oporteat contigerit, actione (quæ tributoria dicitur) aduerſus dominum experitur.

Introduxit & aliam prætor actionem, quę tributoria vocatur. Nanq; ſi ſeruus in peculiari merce [h] ſciente domino negotietur [i], & quid cum eo eius rei cauſa [k] cōtractum erit: ita prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quodq; inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur, & cęteros creditores pro rata portione diſtribuatur. & ideo tributoria vocatur: quia ipſi domino diſtributionem prætor permittit. Nam ſi quis ex creditoribus quæratur, quaſi minus [l] ei tributū ſit, quàm oportuerit: hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur.

Quod ex contractu ſerui (etiā inſcio domino inito) in domini vtilitatem verſum eſt, id ſolidum ſoluere cogitur: in rem autem verſum intelligimus, ſi quid ſeruus impenderit, quo meliorem rem dominus habeat, aut non deteriorē: vt exemplis aperitur. Quòd ſi verſum non fuit, catenus tantùm tenetur dominus, quatenus vires peculij ſeſe extendunt.

Prętereaintroducta eſt

a Exercitoria. quæ perpetuo hæredi & in hæredem datur: vt. ff. de exerci. l. ſi tamen. §. ſi. Idem in inſtitoria: vt. ff. de inſtitor. l. nouiſſime. Idem etiam de in rem verſo: vt. ff. quando de pecu. act. anna. eſt. l. quęſitum. in fine.

1 Dic hoc verū, ſi prima actio dabat hæredi vel cōtra heredē quia iſtæ nō ſunt propriæ actiones, ſed adiectiones: vt habet in d. l. ſi tamē § ſi. ſecundū Angel.

b Eius rei gratia. bene dicit, eius rei gratia. Nam ſi ob aliam rem, puta negotij ſui, vel cū eſſet præpoſitus ad vehendū onus, ipſe accepit mutuam pecuniam, non ad vtilitatem nauis, non tenetur dominus: vt. ff. de exercit. l. j. §. non autem.

c Quęſtus. i. prouentus ſiue lucrum. Sed magiſter appellatur, cui totius nauis anchora. i. gubernatio cōmendatur: vt. ff de exer. l. j. §. magiſtrū nauis.

d Seruum. vel liberum: vt in fin. huius. §.

e Vocantur. not. q̄ inſtitoria à præpoſito, ſed exercitoria à præponente vocatur: vt hic, &. ſ. proxi. §.

f Duas. per hoc, quod dicit duas, excludit primā, quod iuſſu. Accur.

g Æquitatis. no. q̄ vbi eadē eſt ęquitas, idem ius ſtatuēdum eſt: ſic ff. ad le. Aquil. illud. §. cum enim. in gloſſ. æſtimari. &. ſ. qui. mo. ius patr. pot. ſol. §. pari ratione.

Ius idē ſtatuatur, vbi eſt eadē æquitas.

Introduxit. CASVS. Præter prędictas actiones, quod iuſſu, exercitoria et inſtitoria adinuenit adhuc prætor aliā actionem, quæ vocatur tributoria: & habet locum hęc actio, quando domino ſciente & iubente in mercibus peculiaribus negotiatur ſeruus. Tūc enim ſi aliquis in illis mercibus cum ſeruo cōtrahat, ſtatuit prætor, quod quicquid in illis mercibus cum ſeruo contractum eſt, vel inde receptum, quod totum inter dominum & creditores tributoria agentes diſtribuatur, & quia domino permittitur diſtribuere, ſi contingeret, quod male diſtribueret dominus, propterea in hoc caſu accōmodauit prætor hanc actionē, ſiue adiectionem creditori cōquerenti de mala diſtributione. h d. Quidam tamen dicunt, quod nō habet locum tributoria cōtra dominū, niſi in eo caſu, quando dominus iam male diſtribuit. tu dic contra. Fran.

h In peculiari merce. hoc caute dicit, non in dominica: vt. ff. de inſti. l. ſed & ſi pupillus. §. pe.

i Negotietur. ad omnem quoq; porrigitur negotiationem: vt. ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.

k Eius rei cauſa. not. quod ad hoc, vt cōpetat iſta actio, oportet quod ſit contractum illarum merciū cauſa, alias non cōpeteret: vt per An. hic.

l Minus. hanc actionem tributoriā dicunt quidam non dari, niſi dominus primo diſtribuat: et dicunt, quod cogitur officio iudicis: & hoc colligit ex hoc. §. quia dicit, minus. Sed dicc, q̄ ante & poſt competit: quia minus tribuit, qui nihil tribuit: vt. ff. de tribu. l. illud. §. ſi cuius dolo. ver. minus. & argu. ff. de verbo. ſig. l. minus. & l. verbum amplius. ſecūdum Ioan.

L Nota ex illo. §. pen. differentiā q̄ inſtitoria habet locum in merce dominica, tributoria in merce peculiari. & ſi vna egi, & ſuccubui: quia male intētaui, poſſum aliam intētare de quo dic, vt ibi per gl. Ang.

Præterea introducta. CASVS. Iā vidiſtis naturam diuerſarum adiectionum, videlicet adiectionis, q̄ iuſſu, exercitoriæ, & inſtitoriæ, & tributoriæ: adhuc præter iſtas ſunt inductæ à prætore aliæ adiectiones, quarū vna vocatur de in rem verſo, & alia de peculio, & ſunt diuerſæ à prædictis: quia ſupradictæ actionum adiectiones, nunq̄ habent locum contra dominū pro cōtractu facto cum ſeruo, niſi hoc factum fuerit domino volente: ſed iſtæ duæ adiectiones dantur contra dominū pro contractibus factis cum ſeruo domino ignorante & nolente, adeo, q̄ ſi ſine domini voluntate negotium geſtum ſit: tamen ſi quid in eius negotium verſum fuerit, id totum præſtare tenetur dominus: & ad hoc poteſt agi actione ex illo cōtractu, cū hac adiectione, de in rem verſo. ſi aūt non ſit aliquid verſum in rem eius: tunc poteſt dominus conueniri quatenus eſt in peculio, deinde docet quid videtur verſum in rem domini: dicens, quod illud videtur verſum, quod in rem eius neceſſario impendit ſeruus, & de expenſis neceſſarijs ponit multa exempla. Sed pone, quod ſeruus alicuius, qui ſciēte domino in negotijs peculiaribus negotiatur, à Titio decem aureos acceperit mutuo, & quinq; aureos creditoribus ſuis ſoluerit: reliquos vero quinq; alio modo conſumpſerit, pro illis quinq;, quos in rem domini conuertit, debet dominus

inſolid.

actio de peculio, deq; eo [a], quod in rem domini verſum erit: vt quamuis ſine voluntate domini negotiū geſtum erit: tamen ſiue quid in rem eius verſum fuerit, id totum pręſtare debeat: ſiue quid non ſit in rem eius verſum: id eatenus præſtare debeat, quatenus peculiū patitur [b]. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſariò in rem eius impē derit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundū, aut quālibet aliam rem neceſſariam mercatus erit [c]. Itaque ſi ex decem [d] puta aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos ſoluerit, reliquos verò quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque quidem inſolidum damnari debes [e]: pro cæteris verò quinq; eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo, ſcilicet apparet, ſi toti decē aurei in rem tuam verſi fuerint: totos decem aureos Titiū conſequi poſſe. Licet [f] enim vna eſt actio, qua de peculio, deq; eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaq; iudex, apud quē de ea actione [g] agitur, antè deſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit: nec aliter ad peculij ęſtimationem tranſit, quàm aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum.

In peculio dicitur eſſe id, quod ſupereſt deducto eo, quod debetur domino, dummodo non debeatur vicario ſerui. hoc dicit. Aret.

Cùm autem quæritur, quantum in peculio ſit: antè deducitur, quicquid ſeruus domino [h], eive, qui in poteſtate eius ſit, debet: & quod ſupereſt, id ſolùm peculium intelligitur. Aliquando tamē id, quod ei debet [i] ſeruus, qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is [k] in

Actio de peculio, & de in rem verſo ſunt diuerſę.

Textum exponit.

Seruus ordinarius.

Seruus vicarius.

* Caſtaldus is ſeruus dicitur ab Alcia. in cōmentarijs ad. l. lecta. ff. de reb9 credi. i verbo. de domo. cui cura ſeu domus cura eſt demandata.

inſolidum conueniri, pro alijs verò quinque peculio tenus dominus conuenitur. Si autem omnes decem aurei in rem domini verſi fuiſſent, decem aureos conſequetur per actionem de in rem verſo. Licet enim vna ſit actio ſiue adiectio, qua de peculio, & de eo quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Iudex ergo coram quo de in rē verſo agitur, debet inſpicere an in rem domini verſum ſit, an non. Non enim aliter debet venire ad æſtimationē peculij, niſi aut nihil in rem domini verſum ſit, aut totum. hoc dicit. Franc.

a Deque eo. caue tibi: qa de duabus actionibus ſimul dicit, ſcilicet de peculio, & de in rē vſo.

b Patiſ. facit. ff. de pecu. l. ſi quis ſeruum. §. etiā. & hic adiunge. §. cæterū. qui eſt infra.

c Mercatus erit. facit. ff. de in rem vſo. l. iij. §. pinde.

d Ex decē. quia quot ſunt conſumpti, in tot debet teneri: vt. ſ. proxi. §.

e Damnari debes. facit. ff. de in rē verſo. l. ſi pro patre. §. idem.

f Licet hoc punctum quod eſt hic, ita praue intelligūt quidam, quod quicunque agit de peculio, videtur intētare illam formulā, agere &. ſ. de in rē verſo: vt hic, &. ff. de in rem verſo. l. filiusfamilias. in fi. &. ff. de pecu. l. j. §. eſt autem. quæ opinio neceſſaria eſſe videtur. Nam cū de peculio agitur, debita peculiaria computātur, & ita quod ſeruus debet domino, & dñs debet ſeruo naturaliter, quia quod ſeruus impendit in rem domini, venit in actione de peculio: vt. ff. de pec. l. quam Tuberonis. §. in peculio. verſi. ſed & hic quod nihil aliud eſt, quā de in rem verſo agi. & ita qui agit de peculio, & de in rem verſo agiſ. Sed Io. dicit, quod diuerſæ ſunt actiones, & actionū formulæ, nec qui formulam vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. Nec ob. dicta. l. de pecu. l. j. §. eſt autem. quia licet ibi videatur ſub actione & edicto de peculio actionē de in rē verſo proponere: tamen non demonſtratur edictum, quod ſit de peculio tantū, ſed generale, quod dicit de omni eo, quod fit cum eo, qui in aliena eſt poteſtate: vt in ea. l. j. §. verba autem. Item nō ob. dicta. l. filiusfamilias. in fi. quia quo ad effectum proponit de in rē verſo, qui proponit de peculio, non quo ad formulam: & eodem modo expone quod hic dicitur, vna eſt actio de peculio, et de in rem verſo. i. ille, qui proponit actionem de peculio, conſequiſ effectū actionis de in rem verſo. Et quod ſubijcit, duas habet cōdemnationes. ſ. actio de peculio, vnam. ſ. pro ſuo effectu, & aliam pro effectu. ſ. actionis de in rem verſo. Accur. ADDITIO. Hæc opi. gloſ. ꝙ ſint diuerſæ actiones, verior eſt: quia habēt diuerſa nomina, & diuerſa media concludendi.

g Actione. ſcilicet, de peculio.

Cum autē. CASVS. In ſ. proxi. §. habuiſti. ꝙ tunc demum tranſeundū eſt ad æſtimationē peculij, qn̄ nihil eſt in rem dñi verſum, vel nō totū. Sed domine pro Deo dicatis mihi qualiter in iſto caſu debuit ęſtimari peculiū? Frater mi. cū quæritur quantū peculiū ſit: ſolū qd' ſuper erit deducto eo, ꝙ dño debetur, & etiā eo, ꝙ illis debeſ, qui in ſua poteſtate ſunt vel tutela, aliud ꝙ ſupereſt, dicit eſſe in peculio: & ſum in verſic. Aliqn̄ tn̄. Iam intellexiſtis, ꝙ peculiū intelligitur illud, qd' remanet deducto eo, quod dño debeſ, & etiā illis qui in eius poteſtate ſunt: qn̄que tamē contingit, ꝙ dñs nō p̄rimo deducit quod ſeruis ſuis debetur, puta ſi habeam ſeruū ordinariū, & ipſe habeat ſeruū vicariū, & ordinarius meus debeat mihi centū, & vicario ſuo [x]. ego poſtea cōuentus actione de peculio ꝓ contractu ſerui ordinarij prædeducā illa centū, q̄ mihi debebat, potero ne deducere illa [x]. q̄ ſeruo ſuo vicario debebat? dicit ꝙ nō. Et rō huius eſt hęc: qa leges īponunſ rebus, & nō verbis. Si enim dñs deduceret debitū vicarij de peculio ordinarij, & illud poneret in peculio vicarij: hoc nihil aliud eſſet, quā vna manu auferre de peculio ordinarij, et alia manu ponere idem in peculio ordinarij, cum peculium vicarij ſit peculium ordinarij h. d. Franc.

h Dño. ſ. debet. Cū enim iſpecto iure naturali ſeruus liber ſit, apparet, ꝙ naturaliter poteſt obligari etiā domino ſuo: vt. ff. de condic. indē. l. ſi id quod. &. ff. de pecu. l. nec ſeruus. &. ſ. de fideiuſ. §. j. Accur.

i Debet. q. d. & id deduciſ, quod debet dare ſeruus iis, qui ſunt in poteſtate, vt conſeruis ſuis, & filijs dñi, & pupillis dñi: vt. ff. de pec. l. peculiū autem. in princi.

k Si is ſ. cui debeſ, puta habeo ſeruū * caſtaldū, q ordinarius diciſ, q habet ſub ſe aliū, q vicarius diciſ, ſi ordinarius aliqd debet vicario, & conuenior de peculio ordinarij, non deducam, quod vicario debetur. & eſt ratio in promptu: quia ſi deduco pro vicario, adhuc remanet peculium ordinarij, & ita fruſtra fieret deductio, cum ſemper maneret ordinarij peculium.

a Ipſius. ſcilicet ordinarij.
b Quod eo pertinet. i. quod modo ſub nube dixi: obtinet in hoc caſu.
c Seruus. ſcilicet ordinarius.
d Eius. ſcilicet ordinarij.

de peculio, qui contrahit cum ſeruo inuito, vel ignorante dño, vnde videtur, ꝙ qui contraxit eo volente, pura iuſſu ſuo, non poſſet agere de peculio: ſed tamen aliud eſt, ideo dic cæterum, pro ſed.
f Sed erit ſtultiſsimus. Not. quem eſſe ſtultum, ſi eligat malum, cũ poſſit eligere bonum: vt in authen. quib. mod. nat. effi. ſui. §. j. coll. vj. Vnde verſus, Qui videt vtilius, & ſumit deteriora: Abſit ei radius luminis abſq; mora. Accur.

Cęterũ dubium. CASVS. Dixi ſupra Iuſtinia. Dñe, ſupra feciſtis mentionem de adiectionibus, et duas vltimo poſuiſtis, ſcilicet de peculio, & de in rẽ verſo: ſed domine, poſuiſtis eas vltimo, propterea, quia nõ dantur in caſibus, in quibus aliæ quatuor dantur? Frater reſpõ. dominus Iuſtinia. non: imo nulli dubium eſt, quin ille, qui iuſſu domini contraxit, poſsit etiam de peculio vel de in rem verſo agere, ſed ſtultiſsimus eſſet ſi omiſſa action. quod iuſſu, per quam facile ſolidum conſequi poſsit, tranſeat ad difficultatẽ probandi in rem domini verſum, vel probandi, ꝙ tantũ ſit in peculio, ꝙ ſolidum per actiones illas conſequatur. & ſumus in verſicu. is quoq;. Scire debetis, ꝙ ille etiam cui cõpetit tributoria, poteſt agere de peculio, & de in rem verſo, & quãdoq; expedit plus agere tributoria: quia in tributoria non habet dominus priuilegiũ deductionis, ſeu prædeductionis, ſed cũ alijs creditoribus vocatur in tributum. Aliquando (dicit) plus expedit agere de peculio: puta ſi non fuerit cõtractum in toto peculio, ſed in quadam merce peculiari, quæ eſt in tertia, vel in quarta parte peculij: maior autem pars peculij non eſt in merce, ſed in prædijs & mancipijs & fœnebri pecunia: & tunc ſi agat tributoria, habebitur non ſolum eius merces, in qua negotiatur, ſed & id quod inde receptũ eſt. Si autem de peculio agat, habebitur ratio peculij totius: & propterea debet quis caute prouidere & eligere illam actionem, quæ magis ſibi proficere poſsit. Sed quicũq; poteſt probare in rem domini verſum, de in rem verſo agere põt, vel debet. h. d. Frãc. de Are.

e Cæterum. diximus. ſ. in illo. §. pterea. quod is agit

ipſius[a] peculio ſit. Quod eò pertinet[b], vt ſi quid vicario ſuo ſeruus[c] debeat, id ex peculio eius[d] non deducatur.

Cui competit actio inſtitoria, vel exercitoria, vel quod iuſſu, competit etiam de peculio: & in actione de peculio, totius eius, quod eſt in peculio, ratio eſt habenda: in tributoria ſolũ eius, circa quod negotiatur. Quapropter quandoque expedit agi vna, quandoque alia. Accurſius.

Cæterùm[e] dubiũ nõ eſt, quin is quoque, qui iuſſu domini cõtraxerit, cuiq; inſtitoria, vel exercitoria actio cõpetit de peculio, deq; eo quod in rem domini verſum eſt, agere poſsit. Sed erit ſtultiſsimus[f], ſi omiſſa actione, qua facilimè ſolidum[g] ex contractu conſequi poſsit, ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini verſum eſſe: vel habere ſeruum peculium, & tantũ habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſsit.

Hæc inter actionem de peculio & tributoriam iuris differentia, quod in priori quod domino debetur ante omnia deducitur: in poſteriori verò dominus tanquam extraneus cum cæteris creditoribus in tributum vocatur: item in illa totius peculij ratio habetur: in hac eius tantum, in quo negotiatum eſt ſeruus: quo fit vt quandoque vna, quandoque altera experiri expediat.

Is quoq;[h] cui tributoria actio competit: æquè de peculio, & de in rem verſo agere poteſt. Sed ſanè huic modò[i] tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non eſt: id eſt, quod domino debetur, nõ deducitur: ſed eiuſdẽ iuris eſt dominus, cuius & cæteri creditores. At in actiõe de peculio antè deducitur[k], quod domino debetur: & in id, quod reliquũ eſt, creditori dominus cõdemnatur. Rurſus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione[l] totius peculij ratio habetur: at in tributoria eius tantũ, quo negotiatur[m]. Et põt quiſque tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiã minima negotiari: maiorem autem partẽ in prædijs, vel mancipijs, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quiſq; vel hãc actionem vel illam eligere[n] debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe, de in rem verſo agere debet.

Dicta de dominis & ſeruis intelliguntur in parentibus & liberis.

Quę diximus[o] de ſeruo

Electio debet eſſe de meliori.

g Solidum. Nota, ꝙ habens duas actiones, vnam ex qua ſolidum conſequi poſsit, & aliam cum diminutione, debet intentare illam, ex qua ſolidũ conſequatur. Angelus.
h Is quoq;. facit ff. de tribut. l. aliquando.
i Modo. id eſt, aliquando.
k Ante deducit. Not. ꝙ in actione de peculio dñs eſt priuilegiatus: quia primo ſui debiti ratio habetur: de quo ſ. eodẽ. §. præterea. Angelus.
l In hac actione. ſcilicet, de peculio.
m Negotiatur. & quod inde receptũ eſt: vt. ff. de tribu. l. pcuratoria. §. mercis. verſi. per hanc. & ſ. eo. §. introduxit. Accur.
n Eligere. et poſtquam elegerit, non variabit: vt. ff. de trib. quod in hærede m. §. eligere. niſi fuerit deceptus qñ primã elegit: vt. ff. quod cum eo, qui in alie. poteſt. l. ſed ſi ex parte. §. fina.

Quæ diximus. CASVS. Quæ diximus de illo, qui contraxit cum ſeruo, intelligatis & in eo, qui cum filio vel filia, nepote vel nepte contraxit. Item licet idem ſit de ſeruo quo ad dominum, quod in filio quo ad patrem, & econuerſo, aliquid tamen ſpeciale eſt in filio, quod non habet locum in ſeruo, ſcilicet ſenatuſconſultum Macedonia. quod prohibet filiofamil. mutuari, quod non loquitur de ſeruis. Quare autem ſenatuſcõſultum Macedo. introductum fuerit: melius habetis in litera, quam in aliqua parte iuris. hoc dicit. Franc.
o Quæ diximus. à princ. titu. vſque huc.

Eadem

& domino, eadem [a] intelligimus, & de filio & filia, & nepote, & nepte, & patre auove, cuius in poteſtate ſunt.

Qui filiofamilias in patria poteſtate conſtituto mutuam dederit pecuniam, is neque in patrem, neque in filium (etiam poſtquam ſui iuris effectus eſt) ullam habet actionem, Senatusconſulto Macedoniano ita conſtituente.

Illud propriè ſeruatur in eorum perſona, quod Senatuſconſultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in poteſtate parentis ſunt: & ei qui crediderit, denegatur actio, tam aduerſus ipſum † filium filiamve, nepotē neptemve (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, vel emancipatione ſuæ poteſtatis eſſe cœperint) quàm aduerſus patrem [b] auumve, ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quæ ideo ſenatus [c] proſpexit: quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.

Actione quod iuſſu, vel de in rem verſo, vel inſtitoria, vel exercitoria poteſt agi directo contra patrem vel dominum ex contractu filij, vel ſerui. Aret.

Illud in ſumma admonendi ſumus, id, quod iuſſu patris, domini've contractū fuerit, quodq́ in rē eius verſum erit: directò [d] quoq; poſſe à patre, domino've condici, tanquam ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque, cui exercitoria, vel inſtitoria actione tenetur, directò poſſe condici [e] placet: quia huius quoque iuſſu contractum intelligitur [f].

TITVLVS VIII.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

Quoties alienus ſeruus noxam ſeu damnum cuipiam intulerit, actio noxalis aduerſus dominum inſtituitur: quaſi condemnatus fuerit, ei licet, aut damnum ſoluere, aut ipſius ſerui datione, damni vitare æſtimationem: is tamen cui noxæ deditus eſt, quamuis dominus ſerui ſit effectus, cum tamen poſtea damnum reſarcientem, manumittere cogitur.

a Eadem. quantum ad actiones ſupradictas: ſed in quibuſdam non conueniunt, vt in mutua pecunia, quod dic vt. j. proxi. §. Item filius poteſt ſubire iudicium & arbitrium, & patrem obligat quaſi ex contractu de peculio, ſed ſeruus non: vt. ff. de pecul. l. iij. §. ſi ſeruus. & §. idem ſcribit. & C. de iudi. l. ſeruus. Item filius fideiubere poteſt: & patrē de peculio obligare: vt ff. de pecul. l. iij. §. ſi filius. ſed ſeruus nō. ff. de fideiuſſ. l. ſeruus. & l. ſequen. & propter hoc dixit fere. ſ. eo. §. j.

b Aduerſus patrem. etiam de peculio non tenetur pater: vt hic dicitur, & C. ad ſenatuſcōſultum Macedon. l. ſi filius. & caute colligitur. C. ne fil. pro patre. vel pater pro filio. l. j.

c Senatus. ſcilicet ſenatuſconſultū Macedonian. vt. ff. ad Macedonia. l. j. quod ceſſat in multis caſibus, ſcilicet xj. Primo, ſi fuerit miles filiusfa. vt. C. ad ſe. cō. Mace. l. fi. Itē ſi dixerit ſe patrēſa. vt. C. ad ſe. cō. Mac. l. ſi. Itē ſi publice paterſa. videbat: vt. ff. ad ſenatuſ cō. Mac. l. ſi quis patremſamil. Item ſi fuerit in ſcholis: vt ff. ad ſenatuſcōſult. Macedonian. l. ſed Iulianus. §. quod dicitur. & C. eodē. l. ſi alij creditori ſoluit: vt. ff. ad ſenatuſ conſult. Macedo. l. ſed Iulianus. §. penultimo. Item ſi factus paterfamilias debitum primum contractum quocunque modo agnouit: vt. C. eo. l. Zenodorus. Item ſi vertit in rem patris: vt. ff. eod. l. ſed Iulianus. §. proinde ſi acceperit. Item & ſi non accepit, vt verteret in rē patris, poſtea tamen vertit: vt. ff. eo. l. ſed Iulianus. §. proinde. verſicu. ſed & ſi ab initio. Item ceſſat quando pater conſenſit, vel præſens non contradixit: vt. ff. eod. l. ſed Iulianus. §. quanquam. & l. ſi tamen ſciente. & C. eod. l. ſi permittente. Item ſi poſtea pater ratū habeat: vt. C. eo. l. fin. in prin. Item ſi paterſamil. factus ſoluere cœpit: vt. ff. eod. l. ſed Iulianus. §. fi. & l. ſequen. Alias autem locum habet, vt non teneatur pater, vel filius, ſiue pecunia fuerit mutuo data, ſiue aliud in fraudem ſenatuſconſult: vt. ff. eod. l. ſi filiusfamilias. §. is autem. & l. ſed Iulianus. §. mutui dationem.

Illam in ſummam. CASVS. Dixi Iuſtiniano: Domine, ſatis dixiſti de natura iſtarum actionum. Frater, dicit ipſe, verū eſt. Adhuc in ſumma debes ſcire, quod ſi aliquis contraxit cum filio, vel cum ſeruo iuſſu patris, vel domini, vel in rem patris, vel domini aliquid verſum fuerit, poterit agere cum patre vel domino, ac ſi cum eo contraxiſſet, & ab eo condicere directa actione, vel inſtitoria, vel quod iuſſu, vel alia. Ipſe enim qui poteſt agere exercitoria, vel inſtitoria, poterit agere directa contra dominum, vel patrem: quia iuſſu ipſorum contraxiſſe videtur. Semper enim, qui inſtituit, vel præponit, quaſi iubere & velle videtur, quod cum eo ageretur. hoc dicit. Fran.

d Directo. id eſt, certi condictione directa, non adhibita hac adiectiōe de peculio, vel de in rem verſo. Sed nunquid ſupradicta ſex nomina, ſcilicet, quod iuſſu, exercitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verſo, ſunt nomina actionum? Reſpondent quidam, quod ſic: & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicuntur de action. de peculio, & ſic de ſingulis, vt patet etiam in rubric. cuiuslibet titul. Sed Ioan. contra. Dicit enim quod ſunt actionum adiectiones, non actiones. & facit pro eo. ff. de negotijs geſtis. leg. mandaſti. & ff. de pecu. l. iij. §. cui congruit.

ADDITIO. Nota, quod iſtæ actiones ſunt adiectiuæ, non autem proprium nomen actionis. Et idem not. gloſſ. in leg. ſi tamen plures. §. ſi. ff. de exerci. & in. l. iij. §. ſi filiusfam. ff. de pecul. Ang.

e Condici. ſ. certi condictione, non ahibita hac adiectione, inſtitoria. Item & de in rem verſo: vt. ff. de in rē verſo. l. j. in princ.

f Intelligitur. facit. ff. de edendo. l. prætor. §. ſed & ſi ſeruus. & ff. ſi cer. peta. l. ſi inſtitorem.

DE NOXALIBVS actionibus.

Non ſolùm ex contractibus eorum, qui in noſtra poteſtate ſunt, conuenimur: ſed etiam ex delictis. & quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accurſius.

ADDITIO. Ad iſtam continuationem facit. l. prima. ff. eodem.

Vide hic in hoc x. iij. differētias p. Io. de pla.

Qualiter autem fiat executio ſi filio cōdemnato: habetur. j. ti. j. §. ſi. An.

Regula ... riter tamē filiusfami. obligari pōt dēpta hac mutui cā, & voti, ita vt ſi non ſit ſoluendo detrudatur i carcerē: vt l. cum filij. C. qui bo. cede. licet gl. ſentiat contra. Et in hoc nō rectè: vt in l. iij. §. ſed vtrum in ver. conueniri. ff. de nu. Et adde q ſi exceptio Macedo. fuerit omiſſa poſt ſentētiā opponi poteſt ſicut plures aliæ no. in l. tametſi. ff. ad Ma. et. C. de iuris & facti igno. l. j.

Dicidē ſi tacite ratū habuiſſe dicatur vt quia receperat literas à filio cōtinētes qd' pecunias mutuo acceptas ſoluet, & non eſt ſtatim proteſtatus de contraria ſua voluntate: vt eſt tex. ſin. in. l. ſi filiusfami. ff. ad Mace. Ange.

Quod iuſſu, exercitoria, & cæteræ non ſunt actiones, ſed actionū adiectiones.

Ex maleficijs. Totus iſte tit. diuiditur principaliter in duas partes. Primo ponit qualiter deditio pro noxa habet locum in ſeruo delinquente. Secundo, an habeat locum in filiofamilias. Secunda ibi, ſed veteres.

CASVS. Quæſiui à legiſlatore, in quibus habent locum noxal. actio. Et ipſe reſpon. dicens, quod introductæ ſunt ex maleficijs ſeruorum. Et ponit exemplum in litera de diuerſis maleficijs, pro quibus dantur actio. noxales. In quibus noxal. actio. ſi condemnatus fuerit dominus noxaliter cōuentus, liberum eſt ei ſoluere æſtimationem damni, vel dare ſeruū pro noxa. Sed domine, quid eſt noxa? dicit ipſe: Noxa eſt ipſum corpus, quod delinquit ſiue nocet: noxia eſt ipſum maleficium, proprie loquendo promiſcue tamen vtimur his verbis: ſcilicet, noxia & noxa. & ſum in verſicu. Summa autem. in quo pone ſic caſum, Quæſiui à legiſlatore, quare fuit conſtitutum, quod dominus, qui cōuenitur act. noxali, poſſit liberari dando ſeruū pro noxa? Frater, dicit ipſe: hoc ſumma ratione fuit introductum. Iniquū enim eſſet, ſi ſeruus per nequitiam ſuam domino ſuo vltra æſtimationem corporis ſui poſſet damnum dare. h. d. Franciſ.

Ex maleficijs [a] † ſeruorum, veluti, ſi furtū fecerint [b], aut bona rapuerint, aut damnū dederint, aut iniuriam commiſerint: noxales actiões proditæ ſunt, quibus domino damnato [c] permittitur, aut litis æſtimationem [d] ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere. Noxa † autem eſt ipſum corpus, quod nocuit, id eſt, ſeruus: noxia [e] ipſum maleficium: veluti furtū, damnum, rapina, iniuria. Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi. Namque erat iniquum [f], nequitiam eorum vltra ipſorū corpora dominis damnoſam eſſe.

Pro delicto ſerui dominus liberatur dando ſeruum pro noxa: & in damnum paſſum transfertur dominium: quod auocari poteſt, ſi dominus emendet damnum, & velit eum manumittere. Aret.

† Scilicet priuatis. nam ex publicis delictis ipſe ſeruus accuſationem ſuſtinet. l. ij. C. de accuſa. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. illo tit. l. penul. §. vlt. C. de noxal. actio. nec ad publica delicta pertinet noxæ appellatio. Vnde & qui ſtipulat⁹ eſt ſeruū noxis ſolutū quæri non pōt de criminib⁹ publicis. l. hæc ſtipulatio. noxis. ff. de ver. obli. Fran. Balduin⁹ hic.

† Vide ſi hic annotati atque inibi quā calumnioſe Valla hunc Iuſtiniani locū reprehendat. Aegi. per.

Noxa & noxia differunt.

[a] Ex maleficijs. idē eſt, ex quaſi maleficijs: vt. ff. nau. caup. ſta. l. fi. §. ſeruorum, & de hoc plene diximus. ſ. de act. §. actiones autem.

[b] Furtum fecerint. ſup. extraneo. & idem in ſequentibus articulis. Nam cum domino talia committendo, agi non poteſt: vt. ſ. de obliga. ex delict. § ij qui. & ff. de noxa. l. cum ſeruus.

[c] Domino damnato. neſcienti cum relinqueret ſeruus: vel ſcienti, tamen prohibere valenti: alioqui inſolidum tenetur: vt. ff. de noxal. act. l. ij. & l. in delictis. & C. eod. l. ij.

[d] Æſtimationem. puta decē, ad quæ ſemper eſt obligatus: ſed liberatur dando animal ſ. quouſq; actione iudicati cōueniatur. vt. ff. de re iudi. l. miles. §. decē. & ff. de peti. hær. l. item veniunt. §. cum prædiximus. Acc.

[e] Noxia. vnde verſus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. ſed quandoq; vno pro alio vtimur.

[f] Iniquum. ſed quandoq; iniquus eſſet officium alicuius eſſe ſibi damnoſum, ſecundum Io. vt. ff. de furt. l. ſi ſeruus communis. §. quod vero.

Dominus noxali. CASVS Quod iam dictum eſt de noxalibus actionibus, ſufficeret pro toto titu. In §. tamen iſto dicitur, quod ſi dominus cōueniatur pro maleficio ſerui, dando ſeruum liberatur: & in iſto caſu licet dominus pro delicto ſerui, & non pro facto ſuo ſeruum tradat ipſi actori: tamen dominium transfert in ipſum actorem, ſicut transfert dominium ſerui in tradēdo ſeruū pro proprio facto: puta ſi vēdidiſſet eum. Veruntamen ſcire debetis, quod ſi ſeruus datus pro noxa, quæſita pecunia ab amicis ſuis, damnum velit reſarcire: auxilio prætoris manumittetur, quod eſt mirabile: ſed hoc eſt in fauorem libertatis. h. d. Fran. de Are.

Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine [g] cōuentus, ſeruum actori noxæ dedendo liberatur [h]: nec minus [i] in perpetuū eius ſerui dominium à domino transfertur. Si nautem damnum ei, cui deditus eſt, ſeruus reſarcierit quæſita pecunia: auxilio [k] prætoris inuito domino manumittetur.

Noxalium actionum quædam ſunt ciuiles, & quædam prætoriæ. Aret.

Sunt autem conſtitutæ noxales actiones, aut legibus: aut edicto prætoris. Legibus: veluti furti [l] ex lege duodecim tabularum: damni [m] iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto prætoris: veluti iniuriarum, & vi bonorum raptorum.

Omnis ad quem ſeruus delinquens tranſit, noxaliter conuenitur. Et noxaliter etiam quis punitur pro delicto liberi hominis factī poſtea ſerui. Are.

[g] Serui ſui nomine. not. quod dominus tenetur nomine ſerui, & ita debet fundari libellus ſecundum Angel. Aret.

[h] Liberatur. ſed cum ſeruus nō ſit in obligatiōe, ſed damni æſtimatione: vt. ff. de re iud. l. miles. §. decem. quomodo dando ſeruū liberatur, cū aliud pro alio inuito creditore ſolui nō poſſit: vt. ff. ſi cer. peta. l. ij. §. j. Rñ. ſpeciale eſt: quia iniquum eſt ſerui nequitiam vltra ipſius corpus extendi: vt. ſ. eo. § ſumma.

[i] Nec minus. quaſi dicat, licet detur pro alio. ſ. & pro delicto, vel æſtimatione delicti: tamen dominium transfertur.

[k] Auxilio. ſed nonne iniquum eſt auferri, quod perpetuo ſibi quæſitum eſt, vt modo dixerat: & probatur ff. rer. amo. l. non enim. Sed certe eſt ſpeciale fauore libertatis. ſic & alias. C. de patr. qui fil. diſtra. l. ij. & ff. ſi lib. ingenuus eſſe dic. l. ij. ſic & ff. de hæred. inſtit. l. pignori. Accur.

ADDITIO. Et dicit hic Ang. quod redimens aliquem ab hoſtibus (qui hodie intelligūtur infideles) poteſt enim retinere loco pignoris, vt ſeruiat ſibi p quinquennium, niſi ſe redemerit. l. ſenatus. § fi. ff. de lega. j. & l. j. C. de captiuis.

Sunt autem. CASVS. Ego dixi Imperatori: Domine, vellē ſcire, an actiones illæ noxales procedant à iure ciuili, an à prætorio. Et dicit q ab vtroq; iure pcedunt. Eſt enim vna actio noxalis, quæ procedit à lege xij. tab. ſ. actio furti non manifeſti. Eſt & alia noxalis, quæ deſcendit à lege Aquil. ſ. dāni iniuriæ. & aliæ ſunt actiones noxales, quæ deſcendunt à iure prætorio: veluti vi bonorum raptorum, & iniuriarum. Fran.

[l] Furti. ſ. non manifeſti. Nam actio furti manifeſti eſt prætoria: vt. j. de perpe. & temp. act. §. j.

[m] Damni ſcilicet, actio.

[i] Iſta glo. nō eſt Accur.

[i] Vel dic vt dicit Bar. in d. l. miles. §. j. de re iu. q2 imo ſeruus erat ī ſolutione: vnde ipſo ſoluēdo liberat: vt arg. l. ſi qs ſtipulatus fuerit. ff. de ſolu. Ang.

Omnis

Omnis autem. CASVS. Scire debetis, ꝙ omnis actio noxalis caput ſequitur. vnde ſi ſeruus tuus damnum dederit, & poſtea incipiat alius eum poſsidere, agitur noxaliter contra nouum dñm ipſum ſeruũ poſſidentem, vel ſi manumiſſus fuerit, tunc poterit directo cõueniri de delicto ſuo: & ſimiliter cõtingit ecõuerſo plerunque, ꝙ ille qui tenebatur directo primo ex delicto ſuo, poſtea incipiat teneri noxaliter. & de hoc exẽplificat dominus Iuſti. ſatis in litera. h.d.

Omnis autem noxalis actio caput ſequitur. Nã ſi ſeruus tuus noxiã commiſerit[a]: quandiu in tua poteſtate ſit[b], tecum eſt actio: ſi autem in alterius poteſtatem peruenerit, cum illo incipit actio eſſe. at ſi manumiſſus† fuerit: directò[c] ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerſo quoq; directa actio noxalis eſſe incipit. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus effici primo libro[d] tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio; quæ antè directa fuiſſet.

Ex delicto ſerui proprij nulla competit domino actio, etiam ſi poſtea alienetur, vel manumittatur. Idem in ſeruo alieno, qui efficitur ipſius damnum paſſi. Item ex delicto domini non datur actio ſeruo libero facto. Arc.

Annotatio. Quoties ab initio actionis ortus impeditur, quamquam res ad eum caſum perueniat, in quo naſci actio poſſet, nihilo magis ſuſcitatur vel oritur actio: è regione autem, quæ ſemel nata eſt obligatio, ſi in eum caſum res perducatur, à quo initium capere non poſſet, euaneſcit.

Si ſeruus domino noxiam commiſerit: actio nulla naſcitur. Namq; inter dominũ, & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio[e] naſci poteſt. Ideoq; & ſi in alienã poteſtatem ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neque cum ipſo[f], neque cum eo, cuius nũc in poteſtate[g] ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit[h]: interdicitur[i] actio: quia in eũ caſum deducta ſit, in quo conſiſtere non potuit[k]. Ideoq; licet exierit de tua poteſtate, agere non poteſt[l]. quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuum aliquid cõmiſerit: nec ſi manumiſſus, aut alienatus fuerit ſeruus, vllam actionem cõtra dñm habere poteſt.

Veteri iure filijfamilias noxiã inferentes, non ſecus atque ſerui, noxæ debebantur: quod vtpotè aſperum & inhumanum hoc iure exautoratum fuit: cum filiusfamilias qui deliquit, ipſe conueniri poſſit.

Sed veteres quidẽ hoc & in filijsfamiliarum maſculis & fœminis admiſere[m]. Noua autem hominum conuerſatio huiuſmodi aſperitatẽ rectè reſpuendam eſſe exiſtimauit[n]: & ab vſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur, filium ſuũ, & maximè filiam in noxã alij dari, vt

a Commiſerit. ſ. extraneo.

b In tua poteſtate ſit. vel dolo feciſti quo minus ſit. nam tunc vtilis noxalis locum habet: vt. ff. eo. l. ſi bo. fid. & l. electio. §. ſi is.

c Directo. hic diſtingue an ſeruus deliquit, an cõtraxit. primo caſu ſi in dñm, nõ tenetur poſtea factus liber: vt. ſ. de oblig. quæ ex delic. §. ij qui. & j. proxi. §. & ff. de fur. l ſerui & filij. Si in extraneũ tenetur directo, vt hic. Si autem cõtrahat, & fuerit connexa geſtio illa, quã geſſerit in ſeruitute, cũ ea quam in libertate fecit, tenetur, nõ alias: vt. ff. de neg. geſt. l cum actum. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l iij. in fi. niſi in caſu: vt. C. de peti. here. l. fina. §. penulti. in fine. ADDITIO. Alios etiam caſus habes notatos in. l. cũ actum. in gloſ. reddere. ff. de neg. geſ.

d Primo libro. vt. ſ. de iure perſo. §. penultimo.

Si ſeruus domino. CASVS. Pone, quod ſeruus dereliquerit contra dominum ſuum: certe de hoc nulla obligatio prodita eſt: quia nulla eſt actio ciuilis inter dominum & ſeruum. & adeo hoc verum eſt, vt ſi nouum dominum cœperit ſeruus ille, qui contra dominum deliquit, obtinere: vel ſi liber factus fuerit: nõ poſsit quondam dominus contra eum agere, nec nouum dominum noxaliter conuenire. Sed quid ſi ſeruus alienus aliquid deliquerit contra te, & poſtea factus fuerit ſeruus tuus, poteris ne agere contra dominum quondam ſerui tui nunc ex illo delicto? Et reſpondet dominus Iuſtinianus, quod iam finita eſt illa actio, quæ primo competebat. Deducta eſt enim in eum caſum, à quo non poterat incipere: & quamuis poſtea illum ſeruum alienaueris, adhuc non poteris contra eum agere, ſicut nec poterit ſeruus alienatus vel manumiſſus in quem dominus ſuus deliquerat agere, contra ipſum. hoc dicit. Franciſcus.

e Obligatio. id eſt ciuilis, ſed naturalis ſic: vt. ſ. de fideiuſ. §. j.

f Cum ipſo manumiſſo: vt hic, & C. eodẽ. l. j. in fine. Accurſius.

g In poteſtate. cũ alienatus eſt. & facit. ff. de pecu. l. & ancillarum. §. ſi ſeruus. verſi. ſed ſi alieno. Accurſius.

h Eſſe cœperit. ante litem conteſtatam. Nam poſt litem conteſtatã nõ intercidit: vt. ff. eo. l. ſi alienus ſeruus. Et eſt ratio: quia imputatur ei quare alienauerit: vt. ff. e. l. quemadmodum. in princi.

i Interdicitur. facit. ff. de mino. l. verum. in fi. j reſpon. & ff. de lega. j. l. legatarius. in fine.

k Non potuit. ſcilicet noxalis actio. Et not. rem impediri, ſi deducitur in eũ caſum, à quo incipere non poteſt. argu. ſupra, de le. §. ex contrario.

l Non poteſt. argu. ff. de ca. & po. re. l. ij. §. alias. de ca. dimi. l. ſecunda. §. ei qui.

Sed veteres. CASVS. Dixi vobis qualiter dominus conuenitur actione noxali, & qualiter poterit ſe liberare dando ſeruum pro noxa. Hoc etiam habebat olim locum in filijs vtriuſque ſexus. Noua autem conſtitutio rectè reſpuendam hanc aſperitatem exiſtimat, & ſtatuit hoc ſolum in ſeruis habere locũ: & maxime, quia veteres legum authores ſcripſerunt filiosfami. pro delictis eorum conueniri poſſe. hoc dicit.

m Admiſere. iure veteri dabatur filius pro noxa, vt ſeruus, vt hic. Item occidebatur licite à patre ſicut ſeruus à domino: ſed hodie non ſic: vt ſupra, de his qui ſunt ſui vel alie. iur. §. ij. & ſupra, de iur. perſo. §. iij. & ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. in fi. & C. de pat. poteſta. l. fina.

n Exiſtimauit. vt hic, & C. de fur. & ſer. cor. l. apud antiquos. in fine. Accur.

† Et idẽ ſi ſeruus moriatur quoniam tunc extinguitur crimen & dominus liberatur, etiã ſi dolo poſsidere deſijt, antequã conueniatur: vel antequam in moralu dicij accipiẽdi. l. eleganter. §. ſi is quẽ. ff. e. ſecundũ Io. de Pla.

Furti non manifeſti actio eſſe ciuilis. Furti vero manifeſti prætoria.

Seruus manumiſſus an teneatur de geſtis in ſeruitute.

Filius olim pro noxa dabatur & à patre licite occidebatur.

l Et ideo q̃a hoc nõ erat etiam de iure digeſtorũ neceſſario ſequiſ, quod ille tex. debet intelligi ante iura digeſtorum. Ang.

Pene.

a Pene.i.fere:vel pœnæ nominaliter.ſcilicet per corpus pœnæ & tunc diphtongatur:quaſi dicat, per corpus filij patienti pœnam.

b Pudicitiæ fauor. Nota quod pudicitia eſt multū fauorizanda.facit.l.nec ei.§.pe.ff.de adop.Ang.

penè [a] per filij corpus pater magis, quàm filius periclitet? cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor [b] hoc bene excludat. Et ideo placuit, in ſeruos [c] tantummodo noxales actiones eſſe proponēdas: cùm apud veteres legum commentatores inuenerimus ſępius dictū, ipſos filiosfamilias [d] pro ſuis delictis poſſe cōueniri [e].

TITVLVS IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECIſſE DICATUR.

Quoties quadrupes contra innatam ſui generis conſuetudinem cōmota feritate, laſciuia, vel alio quouis modo damnum intulerit, actio noxalis aduerſum quadrupedis dominum accommodatur: vt aut damni æſtimationem ſubeat: aut animal noxæ dedat.

c In ſeruos.id eſt, propter ſeruos.

d Filiosfamilias. non etiam patres: vt ſi filiusfamilias iudex litem ſuam fecerit male iudicādo: vt.ff.de iudi.l.ſi filiusfamilias.vel ſi damnū alicui dederit proijciendo, eo ſeparatim habitante à patre:vt.ſ.de obli.q̃ ex quaſi delic.§.ſi filiusfamilias.&.ff.de ijs q̃ deie.vel eff.l.j.§.ſi filiusfamilias.& de his legibus dicit hic, cum dicit antiquos commentatores. Accur.

e Conueniri.ſcilicet directo: vt.ff.eod.l.noxali.&.l.ſeq.quibus filijs cōdemnatis datur in patrem actio in factum de re iudicata in peculium: vt.ff.eo.l.& ſi cōdemnatus.&.ff.de pecu.l.iij.§.item ſcribit.

Contumacia filij, an faciat q̄d actor mitti debeat ī peculiū ꝓfectitium.

Sed quid ſi iudicium filius accipere noluit:imo contumaciter non venit, an mitti actor debet in poſſeſsionē peculij profectitij? Videtur quod non: quia ex delicto filij non debet conueniri pater, vt hic dicitur. E contra videtur quod ſic, quia alias dicit lex, quod poteſt cedere bonis in peculio tali:vt.C.qui bo.ced.poſ.l.cum & filij.in eo quod dicit:vel à patre &c. Sed huic verbo reſpond. Aldricus quod dicta lex, cum & filij.loquitur de caſtrenſi, vel de eo, quod habet à patre ſibi eunti in caſtra, donatum, quod etiam caſtrenſe dicitur:vt.C.fa.erciſcun.l.ſi filiusfamilias.

✱ Obſerua diligenter gl. hāc quę tradit differentiā l. Aquil.q̃ eſt aduerſus liberū hominē & noxalē q̃ aduerſus ſeruum, ac poſtremo actionē in factum de pauperie, quæ occaſione quadrupedis datur idē tradit glo. in.c.ſi.ſup verb.animalia.extra de iiur.& dāo.da. dices tamē & Aquil.ī ſeruum eſſe noxalē & in quadrupedem quoque.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECIſſE DICATUR.

De maleficijs ſeruorum dictum eſt:nunc de maleficijs irrationabilium animalium. Nam ✱ *aut damnum dat homo liber, & tunc locum habet titu. ſupra ad legē Aquil. per totum. Aut ſeruus, & tunc locum habet.ſ.titu.j.per totum. Aut aliud animal, & tunc locum habet hic titu. Accurſius.*

Animalium. Totus iſte titulus diuiditur in duas partes. Primo quando actio de pauperie locum habet vel non. Secūdo loquitur, quando habet locum actio de ędil.edi. vel non. Secunda ibi, hæc autem.vel ibi, cæterum.

CASUS. Quæſiui à legiſlatore qualiter cōueniamur nomine animalium, quę ratione carent, ſi damnum dederint? Et reſpon. ſi animal ratione carens, laſciuia vel feritate damnum dederit, vel pauperiem fecerit alicui: poterit cōtra te agi actio. noxali de pauperie, quæ quidem actio deſcendit ex lege xij.tabu. poteris tamen liberari dando illud animal pro noxa. Sed dn̄e, qualiter animal irrationale poteſt dare damnum, aut pauperiē facere? Et ipſe rn̄det, Frater, ſi equus tuus calcitroſus calce percuſſerit: aut bos tuus ſolitus cornu petere, cornu petierit, & damnū dant, aut pauperiē faciunt, propter hoc locū habet actio. ſecūdū quod de hoc in ꝓximo.§.apparebit. Et ſum in ver. hæc autē actio. Quæſiui à dn̄o Iuſti. Dn̄e, pro Deo dicatis mihi, vtrum hęc actio locum habeat in oībus animalibus, quæ rōne carent? Et rn̄. Frater, hæc act. locū habet in oībus animalibus quæ carent ratione, dūmodo contra naturā ſui generis & conſuetudinem moueantur, & alicui damnū dederint. cæterum ſi ex naturali feritate alicui damnum dederint, ceſſat hæc act. vnde ſi vrſus à dn̄o fugerit, et alicui nocuerit, vel pauperiē fecerit: non poteſt dn̄s eius quondam conueniri: quia ex quo fera euaſit, deſinit eſſe dominus. Et ſumus in verſi. pauperies. in quo dic caſum: Domine, pro Deo exponatis & dicatis mihi, quid eſt pauperies? Et rn̄. Frater, pauperies eſt dānū ſine iniuria &c. Animalia autem irrationabilia quæ ratione carent, non poſſunt iniuriam facere: quia iniuria pertinet ad noxalem actionem. hoc dicit. Accur.

Animalium [f] nomine †, q̄ ratiōe carēt, ſi qua laſciuia [g], aut feruore [h] †, aut feritate [i] pauperiem fecerint: noxalis actio [k] lege duodecim tabularum prodita [l] eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationē: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt [m]: vtputa, Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus [n], cornu petierit †. Hęc autem † actio in ijs, quæ contra naturam [o] mouētur, locum habet. Cæterùm ſi genitalis [p] ſit fe-

† Cōcor. cū hoc toto prin. in c. ſi culpa. iuncta gl. ſup verb. animalia tua. extra de iniu. & dāno da.

† Alias, pauore.

† De boue, qui cornupetit, multa ſunt ī lege Moſaica ſancita exodi. xxj.

† Cōcor. c. ſi culpa. in glo. ſup ver. animalia. in me. extra de iiur.

✱ Et tunc dic, aut ꝓ id eſt: vt ponaſ pro eodem.

f Animalium. ſcilicet quadrupedum: vt.ff.eo.l.j.in prin. ſed nomine damni dati à bipede, vtilis locum habet:vt.ff.eo.l.penultima.

g Laſciuia.id eſt luxuria, Vel dic facilitate, vt facit pullus.

h Feruore.i.amore, vt ſi equus tuus, vt equam meam adiret, oſtium meum fregerit. & dicitur feruor, quia calefacit amor: vt in authen.quibus mod.nat.effi.leg.§.illud.verſi.ſed nihil colla.vj.

i Feritate.i.crudelitate, ſcilicet ſua, non ſui generis natura:vt.j.proximo.§.

k Actio.q̃ vocaſ in factū, vel ſimpliciter de pauperie.

l Prodita.id eſt, adinuenta.

m Scripta eſt.vt.ſ.ti.j.§.ſunt autē.&.ff.e.l.j.in prin.

n Solitus.ſubaudi in vtroque exemplo, etiam. Nam idem eſt, & ſi non ſit ſolitus, vt in princi.huius titu.

ADDITIO. Hoc verum ſi fera nocens non euaſit, quæ habebat conſuetudinem redeundi: alias ſi euaſit, nec vtili, nec directa tenetur dominus, etiam ſi poſtea redierit: arg.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu. Ange.

o Contra naturam.i.conſuetudinem generis illius animalis, licet ſit ſua cōſuetudo, vt calcitret:vt.ſ.ꝓximo.§.nam maior pars equorum non peſſundat, & maior pars boum nō cornu petit: quia equi & boues dicūtur manſueti. Et manſueta dicūtur, quæ gregatim paſcuntur: vnde ſecundū hoc canis non eſt in numero ferarum, nec māſuetorum. Nam maior pars canū nō mordet, & maior pars nō gregadm paſcitur, ſed videſ etiā, quod in his feris locū habeat hæc actio. vt.j.eo.§.fina. quæ eſt contra. Sol. vtilis (vt ibi) locum habet, directa non: vt hic, &.ff.eo.l.j.§.in beſtijs. Accur.

Equi & boues ſūt manſueti.

Canes ali q̃ nō mordent.

p Si genitalis.i.ſi à genere habeat quod ſit fera.

Feritas.

a Feritas. id eſt, crudelitas.
b Actio. ſcilicet directa.
c Vbi. id eſt, poſtquam.
d Euaſit. vt. ſ. de rerum diui. §. feræ.
e Pauperies. mirabilis eſt hæc expoſitio & legalis: ideo ſic forte dicta, quia pauperiem aliquam facit: ſicut & damnum diminutio vel ademptio patrimonij dicitur: vt. ff. de dam. infec. l. tertia.
f Senſu caret. quãque tamen res inanimata iniuriam facere dicitur improprie. vt. ff. cõmod. l. ſi vt certo. §. plane ſi ſic cõmodaui.
g Hæc. ſ. ſupradicta duo, et quod nomine feręe beſtiæ nõ agatur hac actiõe, & quod noīe manſuetę noxaliter tantum agatur. vt. ſ. proxi. §. & in principio titu.

Cæterum ſciendum eſt. CASVS. Iam dictum eſt ſupra, quod nõ habet act. noxalis de pauperie locũ, niſi animal fuerit ſine ratione, & contra naturam ſui generis nocuerit. Et ſcire debetis, quod ædilitio edicto prohibitum eſt, ne quis habeat canem, verrem, vel aprum, vel aliud animal, quod tranſeuntibus nocere poſsit, ea parte qua vulgo iter ſit. & ſi habeat, & illud animal libero homini nocuerit: condemnabitur ille, qui illud animal habuerit, inquantum iuſtum viſum fuerit iudicanti: non habendo deformitatis æſtimationem: quia deformitas humani corporis æſtimari non poteſt. Si autem in alijs rebus dederit damnum, cõdemnabitur in duplum. In ver. præter has autem. ſcire debetis, quod quando aliquod animal nociturum & contra naturam ſui generis eſt in eo loco, quo vulgo iter ſit: præter act. in factum, quæ deſcendit ex ædilitio edicto, ſimiliter habet locum contra eũ act. noxalis, de pauperie vtilis. Sed domine, ſi ſic eſt: ergo vos datis duas act. pro eodem delicto. Frater, verũ eſt. Cum enim plures ſint actiones pœnales ex eodem delicto deſcendentes: vna alteram concurſu non tollit. hoc dicit. Franc. de Aret.

1 Iſta pœna ſecũdũ gl. i. l. qua vulgo applicatur p parte fiſco, & pro parte parti. alleg. ff. de ijs q deie. l. ſi vero. §. pe. ſecũdũ An.

h Edicto. poſito. ff. de ædil. edic. l. hic enim. §. deinde. & l. ſequenti.
i Leonem. item lupum, pantheram, & generaliter omne animal, quod debeat nocere, ſiue ſolutum, ſiue ligatum: ita tamẽ, quod damnũ nihilominus facere poſſit: vt. ff. de ædil. edic. l. hi enim. & l. gñaliter. & l. ſeq.
k Et nocitum. in corpore, ita quod non ſit mortuus: alias cc. ſolidi debentur:[1] vt. ff. de ædil. edic. l. qua vulgo. ij. reſpon. Accur.
l Condemnetur. ratione deformitatis non habita, ſed impenſarum tantum in curatione factarum, & operarum amiſſarum & amittendarum: vt. ff. eo. l. ex hac. Item condemnatur in duplum occaſione damni dati in alijs rebus ex hoc edicto: vt hic, & ff. de ædil. edicto. l. quam vulgo. ij. reſpon. in fine.

ritas[a], ceſſat actio[b]. Deniq; ſi vrſus fugerit à domino, & ſic nocuerit: nõ poteſt quondam dominus conueniri: quia deſijt dominus eſſe, vbi[c] fera euaſit[d]. Pauperies[e] autẽ eſt damnum ſine iniuria facientis datũ. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod ſenſu caret[f]. Hæc[g] quidẽ ad noxalem pertinẽt actionẽ.

Si quadrupes nõ mãſueta iuxta naturam ſui generis damnũ dederit in liberum corpus non occidendo: dominus ex ædilitio edicto arbitrio iudicis cõdemnatur, in alijs rebus in duplũ, vel noxalis actio his duobus caſibus contra dominum dirigitur: & pœnales actiones pro eodem facto concurrentes non perimunt ſe concurſu. Aret.

Annota, Quoties plures pœnales actiones pro eodem facto competunt, concurſu inuicem nequaquam ſe perimunt.

Cæterùm ſciẽdum eſt, ædilitio edicto[h] prohiberi nos, canẽ, verrem, aprum, vrſum, leonem[i] ibi habere, qua vulgò iter ſit. & ſi aduerſus ea factum erit[k], & nocitum libero homini eſſe dicatͬ: quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur[l]: cæterarum verò rerum quanti damnum datum ſit, dupli. Præter has[m] autẽ ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit[n]. Nunquam enim actiones præſertim pœnales, de eadem re[o] concurrentes, alia aliam conſumit[p].

m Præter has. id eſt, præter hos modos agendi ædilitio edicto.
n Habebit. ſ. vtilem: alias contra: vt. ſ. eo. §. hic autẽ. Accurſius.
o De eadem re. i. ex eodem facto & delicto.
p Conſumit. hoc eſt intelligẽdum cõcurſu, perceptione enim vna aliã conſumit. Et ad euidẽtiam iſtorũ dic, q quãdo competunt plures actiones eidem & cõtra eundẽ, aut omnes pœnales ſunt: aut oẽs rei pſecutoriæ, aut aliæ pœnales, aliæ rei pſecutoriæ. Primo caſu ſubdiſtingue: aut omnes ex vno delicto: & tũc vna tollit aliã perceptione, non in id quod excedit: vt. ff. vi bo. rap. l. j. & ff. de act. & obli. l. qui ſeruum. j. reſpon. et hoc cũ ex vno delicto, nõ autem concurſu: vt hic dicit. vbi autẽ ex diuerſis factis, vna non tollit alteram etiã perceptione: vt. ff. de priua. deli. l. nũquam. in princi. In ſecundo caſu, quãdo omnes ſunt rei perſecutoriæ: dic quod aut cõtra eundem dantur: & tũc tolluntur adinuicem perceptione, non concurſu: vt. ff. loc. l. ſi merces. §. culpa. aut cõtra diuerſos, & tunc nõ tolluntur etiam perceptione: vt. ff. de tab. exhib. l. locũ. §. cõdemnatio. In tertio caſu. ſ. quando alia eſt pœnalis, & altera rei perſecutoria: iterum ſubdiſtingue, quia aut eſt pœnalis originaliter, & tunc neutra per alterã tollitur: vt. ff. de fur. l. ſi pignore. §. cũ furti. & ff. de condic. furt. l. ſi pro fure. §. furti. hoc tamen fallit in caſu: vt. ff. nau. cau. ſtabu. l. & ita. §. fina. quia ibi cõpetebat altera de iure cõmuni: altera de iure ſpeciali. Aut non eſt mere vel originaliter pœnalis: & tunc vna per alterã tollitur: vt. ff. quod metus cau. l. metum. §. licet. ADDITIO Similem gloſ. habes. ff. nau. caup ſtab. l. & ita. quæ olim incipiebat, idem ait. §. fina. & in. l. nunquam actiones. ff. de reg. iur. cuius regulæ tenor ponitur hic in ſi. tex.

Actiones plures ſi cui cõpetant, an vna intentata tollantur aliæ.

TITVLVS X.

DE IIS, PER QVOS AGERE poſſumus.

Actiones intentantur per nos, & per procuratores noſtros: quorum vſus olim prohibitus erat, niſi in certis caſibus. ſed nunc neceſſarius eſt, quando principalis agere, vel defendere impeditur. Angelus Aretinus.

Nunc admo-

DE IIS, PER QVOS &c.

Quia de actionibus diximus, videamus per quos exerceantur, & in hoc incipit, Nunc &c.

Nunc. Totus iſte titu. diuiditur in tres partes. Primo ponit vnum dictum bimembre. Secundo vnum membrum aſſumit, & declarat tam de iure antiquo, quã hodierno. Tertio

nendi ſumus [a], agere [b] poſſe quemlibet [c] hominem aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno, veluti ꝓcuratorio, tutorio, curatorio: cùm [d] olim in vſu fuiſſet alterius nomine agere non poſſe, niſi pro populo, ꝓ libertate, pro tutela. Pręterea lege Hoſtilia permiſſum erat furti agere eorum nomine [e], qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius [f] tutela eſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem † habebat, quòd alieno nomine neq; agere, neq; excipere actionem licebat: cœperunt homines per ꝓcuratores litigare. Nã & morbus, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, itemq; aliæ multæ cauſæ ſæpè hominibus impedimento [g] ſunt, quò minus rẽ ſuã ipſi exeq poſsint.

Procurator conſtituitur verbis habilibus interpoſitis, etiam aduerſario abſente & ignorante. Angelus.

Procurator neq; certis verbis [h], neque præſente ſemp aduerſario, imò plerunque eo [i] ignorante conſtituitur. Cuicunque [k] enim permiſeris rẽ tuam [l] agere, aut defendere [m], is tuus procurator intelligitur.

De tutoribus & curatoribus remittit.

Tutores & curatores quemadmodum conſtituantur, primo libro [n] expoſitum eſt.

TITVLVS XI.

DE SATISDATIONIBVS.

CASVS. Viſo de actionibus, ſequitur (dicit Iuſt.) vt de exceptionibus videamus. Et domine Iuſt. pro Deo ſtruatis nos cõpetenter materiã de exceptionibus. Frater, dicit ipſe, ſcire debes, quod inuentæ ſunt, ſeu inſtitutæ exceptiones ad defenſiones reorũ. ſunt enim arma reorum. Frequẽter enim cõtingit, ꝙ actio cõpetens actori, prima facie iuſta videtur: iniquum tamen eſſet reũ condemnare, vtputa, ſi metu coactus aliqd promiſit: & ideo datur reo cõtra actorem exceptio de dolo, vel exceptio qđ metus cau. Omnis enim exceptio adinuenta fuit ad actionem impugnandã. h.d. Franc. de Are.

a Cõparatę. alias inuentæ. Accur.

b Eorum. ſ. reorum. Nã ipſi ſunt, cum quibus agitur: vt. ff. de iureiu. l. iij. in princ. & in. §. cũ.

c Iuſta ſit. prima facie.

d Dolo inductus. hoc eſt, in ſtricti iuris iudicijs. In bonę fidei autem iudicijs ipſo iure non tenet cõtractus. ff. de do. leg. & eleganter. in prin. Accur.

ADDITIO. Hoc verum in odiũ doloſi: ſed in ſui præiudicium tenet cõtractus; & ex eo poteſt conueniri, niſi lex reſiſtat actui: quia tunc ex neutra parte datur actio: vt eſt gl. in. l. à diuo Pio. ff. de ri. nup. in glo. ij. & Bal. in. l. j. C. plus val. quod agi. Ange.

e Promiſiſti. credens te debere, cum nõ deberes: vt hic, & ff. de except. do. l. iij. §. circa.

f Obligatũ eſſe. ſ. inſpecto iuris rigore: de æquitate obligatus non es: vt. ff. de li. cau. l. vel obligatus eſt. §. obligatũ. & ff. de ver. ſig. l. ſi creditor. quæ ſunt cõtra.

g Efficax eſt. ſ. in ſui ſubſtantia. Nã ciuiliter & naturaliter eſt obligatus, & puræ: ſed nõ eſt efficax, quãtum ad opẽ exactionis. Vel dic, efficax eſt inſpecto genere. nam prima facie condemnandus videtur: ſed inſpecta qualitate: quia ſit dolo facta, vel metu, vel ſimili cauſa impediatur, eſt inefficax. & ita expone in ſequentibus caſibus.

h Iniquum. No. quod contra iniquitatem, & ſic ecõtra ex æquitate datur reo except. l. qui æquitate. ff. de do. ma. exce. Ange.

i Metus cauſa. hoc quando metu fuit compulſus.

k Doli hoc quando inductus fuit per dolum.

l In factum. ſed de ſingula ſingulis, propoſitis cauſis, ſecundũ Ioã. Sed nonne hoc tertio caſu. ſ. qñ per errorẽ promiſit, datur doli exceptio? Certe ſic: vt. ff. de do. ma exc l. ij. §. circa. Quare dic, ꝙ hæc actio in factũ eſt proponẽda in ſubſidium doli exceptionis. ſ. contra patronum & parentẽ. contra quos turpes exceptiones nõ opponuntur: vt. ff. de do. ma. exce. l. apud Celſum. §. aduerſus. & ita hic accipitur. Accur.

Idem iuris. CASVS. Iam dixi vobis vnum exemplum, in quo videtur æquum prima facie, vt actor debeat obtinere, iniquum tamen inſpecta perſona rei: qa competenti excep. poteſt ſe defendere. Et de hoc eodẽ recito vobis hic aliud exemplum, ſcilicet de eo qui cauſa credendi pecuniam, ſtipulatus eſt pecuniã ſibi reddi: & poſtea pecuniam non numerauit. vnde ſi agat ſtipulator, competit promiſſori excep. non numeratæ pecuniæ. h.d. Fran. de Aret.

m Scriptum eſt. ſ. de li. obl.

n Conſtitutione. vt. C. de non numera. pecun. l. in contractibus.

Præterea ſi debitor. CASVS. Iam vidiſtis duo exẽpla in quibus prima facie ęquũ videtur, ꝙ actor debeat obtinere: iniquum tamẽ videt inſpecta perſona rei: qui cõpetenti exce. ſe defendere poteſt. Modo ponit tertiũ exemplum, puta cum creditor fecerit debitori pactum de non petendo, ſicut patet in litera.

o Peteretur. No. ꝙ pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipſo iure: vt. ff. de ſo. l. Stichum. §. naturalis. Item elidit ciuilem: vt in hoc. § Itẽ obligat naturaliter paciſcentem nõ petere. Nã & alias quis eſt obligatus naturaliter aliquid non facere: vt nõ facere furtum: vt. ſ. de ob. quę ex deli. naſ. § j.

p Non omnino. quia non ciuilis, ſed naturalis tantum: vt. ff. de ſol. l. Stichum. §. naturalis. In caſibus tamen etiam ipſo iure vtrunq; tollit pactum: vt in maleficijs factis, ſi quis paciſcatur, ne agatur. Item in pignore remiſſo per pactum: vt. ff. l. ſi tibi. §. quædam actiones. &. §. de pignore.

q Si paret. oratio poſita loco actionis, ſecundũ P. ſed ſecundũ Io. cõtra: vt diximus. ſ. de act. §. ſic itaq;.

i Sed ſecundum An. iſtę text. non facit ad propoſitum: quia loqtur qñ ſtipulatio fit ſine cauſa: hic vero ſecus.

Quis autem metus in hoc requirat habes ex legem etiam. cum multis alijs ſeq. ff. ꝙ met. cauſa nempe qđ ſit vel mortis vel corporis cruciatus. Et adde qđ ſi poſt metũ ceſſãtẽ ſoluat qs, nõ poſſit repetere, qm̃ ſolutio illa vt ſponte facta ꝑcludit viã, tum actioni, tum metus exceptioni. Secus tamen foret ſi ſolutionis tẽpore is metus duraret qui ꝓmiſſiõis tẽpore fuit vt. l. ij. & ibidem ꝑ Barto. C. quod me. cau.

Pactũ de non petendo tres habet effectus.

Not. tamen quod qui remittit actiões ex maleficio, nõ videt remittere dãnũ vel intereſſe, vt per Din. Bar. Bald. & Ang. in. §. quædã. in glo. alleg. vbi etiam vide, an ꝑ remiſſione iniuriarum factã in foro pœnitentiali, tollantur iſtę actiones ex maleficijs.

Aeque, ſi debitor creditore deferente iurauerit, nihil ſe dare oportere: adhuc obligatus permanet. ſed quia iniquũ eſt [a], de periurio quæri: defenditur per exceptionẽ iuriſiurandi. In ĳs quoque actionibus, quibus in rẽ agitur, æquè neceſſariæ ſunt exceptiones: veluti, ſi petitore deferente poſſeſſor iurauerit, eam rem ſuam eſſe [b], & nihilominus petitor eandem rem vendicet. Licet enim verum ſit, quod intendit, id eſt, rem eius eſſe, iniquũ tamen eſt poſſeſſorẽ condemnari.

Abſolutio rei conuenti primæuam obligationem minimè tollit, abſolutio tamen rei iudicatæ exceptionem adquirit.

Item ſi in iudicio tecum actum fuerit [c], ſiue in rem, ſiue in perſonã †: nihilominus obligatio durat [d], & ideo ipſo iure de eadem re poſtea aduerſus te agi poteſt: ſed debes per exceptionem rei iudicatæ adiuuari.

Hæc prior eſt exceptionum diuiſio, vt quædam ciuiles ſint, quædam tiratoriæ.

Hæc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quàm ex multis varĳsq́; cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarũ libris intelligi poteſt. Quarum quædam ex legibus [e], vel ex ĳs, quæ legis vicem obtinent [f], vel ex ipſius prętoris iuriſdictione [g] ſubſtantiam capiunt.

Iam adeſt poſterior exceptionum ſectio: vt quædam perpetuæ, & peremptoriæ ſint, quædam tẽporales: & dilatoriæ: perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ & ſemper locum habent, & cauſam principalem perimunt: dilatoriæ verò ſunt, quæ ad tempus nocent, & actionem in tempus differre ſolent, vt exceptio pacti ne intra certum tempus petatur, & ſimiles: quæ olim ante tempus agenti oppoſitæ, actionem omnino conſumebant: hodie verò duplum induciarum debitori tribuunt: item finito tempore non antea actor audiendus eſt, quàm expenſas litis refuderit.

Appellantur autem exceptiones, aliæ perpetuæ & peremptoriæ, alię temporales & dilatoriæ.

Æquè ſi debitor. CASVS. Iam vidiſtis tria exempla, in quibus prima facie videtur æquum, ꝙ actor debeat obtinere, iniquũ tamen videtur inſpecta perſona rei: quia cõpetenti exce. ſe defendere poteſt. Hic ponit quartum exemplum de eodem: puta in exce. iuriſiurandi, cum iuramẽtum delatum fuerit debitori à vero creditore: & ipſe ſe nihil debere iurauerit: ſi agat actor cõtra reũ, qui iurauerit: defendere ſe poteſt reus per exceptionem iuriſiurãdi. & ſum in verſ. in ĳs quoque actionibus &c. In ſuperioribus habuiſtis, qualiter exceptiones opponuntur contra actiones perſonales. Modo intendit tractare de exceptionibus, quę opponũtur contra eos, qui agunt actionibus realibus: vt ſi rem tanquã meam vendicem, dicens rẽ meam eſſe, & verũ dico: quia res mea eſt. tamen iniquum eſſet, ꝙ ipſe reus, qui iurauit, condemnetur contra ſtylum ſui iuramenti. h.d. Fran.

Iuramentum cõtra leges non eſt ſeruandum.

a Iniquum eſt. hic not. ſimile. ff. de in li. iu. l. ſi. & ff. de iureiur. l. nam poſtea. §. iureiurãdo dato. & ff. de don. l. nam ſufficit. hoc tamen fallit quoties eſt cõtra leges iuratum: quia nõ ſeruatur ſacramẽtum: vt in auth. ſacra puberum. C. ſi aduer. vend. & in authen. ſcen. non ſolum. §. non enim, ſi quis. col. v. quæ eſt C. de nupt. authen. quod eis. & ff. de iure pat. l. adigere. C. de le. & conſti. l. non dubium. in fi. Item quando veritas alias per teſtimonium poteſt inueniri: vt. C. de reb. cre. l. fi. Item quando defertur ſacramentum à iudice: vt. ff. de iureiu. l. admonendi. alias autem obtinet, quod hic dicitur.

† Hãc cõparationẽ in genere conſtare, ſed in ſpeciali vtriuſque conditiõe multum ineſſe diſcrimi nis, docet eleganter hoc loco Frã. Balduì. quem omnino videas.

Iuro rem meã eſſe, & iuro ſuam nõ eſſe differunt.

b Rem ſuam eſſe. diſtinguitur tamen vtrum iuret ſuã rem eſſe, vel petitoris nõ eſſe: quia ſi iuret ſuã eſſe, datur ſibi actio & exceptio, ſed ſi iuret petitoris non eſſe: naſcitur ſibi exceptio contra petitorem tantũ: vt. ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſorĳ. j. & ĳ. rñ. ibi, non enim.

Item ſi in iudicio. CASVS. Adhuc præter exceptiones illas, de quibus ſupra dictum eſt, quædã alia eſt exceptio, per quã poteſt reus ſe tueri: veluti, ſi verus debitor per ſentẽtiam iudicis fuerit abſolutus ſentẽtialiter. Licet enim per imperitiã verus debitor abſoluatur, naturaliter tamen manet debitor: ſed contra creditorem agentem poterit ſe tueri excep. rei iud. & hoc dicit. Sed quid eſt, quod hic dicitur, quod ex ſola naturali obligatione poſſit agi? Frater, Dicit Iuſti. ex ſola naturali à principio non agitur: ſed quando naturalis & ciuilis fuerint coniunctæ à principio, ſi tollatur vna ipſarum, ipſo iure ex altera poteſt agi, licet agenti obſtet exceptio. Franc.

c Actum fuerit ſubaudi, & fueris abſolutus: ſicut hic innuit.

ADDITIO. Intelligas iſtum text. cum illa gloſ. quod reus fuit abſolutus: vt. j. patet. Ang.

d Obligatio durat. ſ. ſi primo erat obligatus. vnde ſi ſoluat, non repetit, cum debitũ ſoluat: vt. ff. de condi. ind. l. Iulianus. & l. iudex. Et caue tibi: quia per iuſiurandũ & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis: vt. ff. de iureiu. l ſi in prin. & ff. de ſolu. l. Stichum. aut Pamphilum. §. naturalis. Sed per ſententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt. ff. de condi. inde. l. Iulianus. Sed cum actionem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat: vt. C. de reb. cre. l. actori. quare nõ tollit vbi eſt? Rñ. res iudicata de iure ciuili eſt: & ideo tollit & inducit ea, quæ ſunt de iure ciuili: & ita obligationem ciuilem tollit: & actionem (quæ eſt de iure ciuili) inducit: vt. ff. de orig. iuris. l. ĳ. §. deinde ex his. Ea autem, quæ ſunt iuris naturalis, non tollit: vt obligationem naturalem: vt argu. ſ. de legiti. agna. tu. §. fi. ADDITIO. Iſtam gloſſ. intellige de iuramento voluntario, & ſic delato à parte parti, non autẽ de neceſſario: quia illud habet eandem vim, ſicut res iudi. vt. l. ĳ. ff. de iureiur.

Obligatio naturalis tollitur per pactũ: ſed ciuilis per ſententiam.

Sententia eſt de iure ciuili.

e Ex legibus. vt ne quis conueniatur, niſi coram ſuo iudice: vt. C. de excep. l. fi.

f Legis vicem obtinent. vt in ſenatuſconſultis: vt. ſ. ti. j. in prin. ſicut & exceptio Macedoniani, & Velleiani: vt. ff. ad Mac. & Velleia. per totum ti. Accur.

g Prætoris iuriſdictione. vt de dolo malo, & metus cauſa: vt. ff. de except. dol. per totũ. Item pacti: vt. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. prætor ait. Accur.

Appellatur. Diuiditur principaliter in tres partes. Primo ponit duplicẽ diſtinctionem exceptionum: quia quædam ſunt perpetuæ: & quædã temporales. Itẽ quędam ſunt peremptoriæ, & quædã dilatoriæ. Secundo ponit exempla cuiuslibet. Tertio ponit quam pœnam olim patiebatur, & quã hodie patitur, qui pendẽte dilatiõe legali, vel lata ab hoĩe, ante dilationẽ finitã egerit. Scda ibi, Perpetuę & perẽptoriæ. Tertia ibi, Alioqui.

Caſus

Perpetuæ & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper [a] agẽtibus obſtant, & ſemper rem, de qua agitur, perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, et quod Metus cauſa factum eſt, & Pacti conuenti, cùm ita conuenerit, ne omnino pecunia peteret̃. Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ ad tempus nocent, & tẽporis dilationẽ tribuit: qualis eſt pacti conuenti [b], cùm ita conuenerit. Ne intra certum tẽpus ageretur, veluti intra quinquẽnium. Nam finito eo tempore, nõ impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus obijcitur exceptio, aut pacti conuenti [c], aut alia ſimilis [d]: differre debẽt actionem, & poſt tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ iſtæ exceptiones appellantur. Alioqui ſi intra tempus egerint, obiectaq́; ſit exceptio: neq; eo iudicio quicquam conſequebantur, propter exceptionem: neq; poſt tempus olim agere poterãt, cùm temerè rem in iudicium deducebant, & cõſumebant: qua ratione rem amittebant [e].

Hodie, ſi actor plus petat tempore, ſiue pendente dilatione, reo induciæ duplicantur. & idem reo actor in expenſis factis in cauſa damnabitur, ante quarum refectionem ſuper principali negotio audientia denegabitur. Aret.

Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus, ſed eum, qui ante tẽpus vel pactionis, vel obligationis litem inferre auſus ſit, Zenonianæ conſtitutioni [f] ſubiacere cenſemus: quam ſacratiſsimus legiſlator de ijs, qui tempore plus petierint, protulit †: vt & inducias, quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionis cõtinet [g], ſi cõtempſerit, in duplum [h] habeant ij, qui talem iniuriam [i] paſſi ſint: et poſt eas finitas nõ aliter litem ſuſcipiãt, niſi omnes expenſas litis acceperint: vt actores tali

CASVS. Supra vidiſtis multa de exceptionibus adhuc autem circa naturam except. ſcire debetis, ꝙ quædam exceptiones dicuntur perpetuæ & peremptoriæ: videlicet illæ, quæ ſemper agẽtibus obſtant: & ſemper rem perimunt de qua agitur ſicut eſt exemplum de except. dol. mali. & de except. pacti conuẽti, quãdo conuenit ne omnino pecunia peteretur, id eſt, ſine temporis præfinitione. & illud eſt quod ſemper dicũt canoniſtæ, eccleſiã debere ſemper reſtitui. & ſum in verſ. temporales. Tu vidiſti exemplum de exceptiõibus pẽptorijs, modo videamus exemplum de temporalibus dilatorijs, quæ & tẽpore nocẽt: vt puta ſi ſit pactum factũ de non petẽdo vſq; ad tempus (& hic habes aliqd de materia plus petitionis.) Si enim aliqs creditor debitori ſuo fecerit pactum de non petẽdo vſq; ad quinquennium, propterea actionẽ ſuam nõ perdit, ſed intra quinquenniũ olim ſuam cauſam perdebat & nec amplius agere poterat, ſed nõ vult dominus Iuſtinia. ꝙ hoc hodie ita ſtricte procedat, ſed vult in caſu iſto, ꝙ locum habeat conſtitutio Zenoniana, de qua facta eſt ſupra mẽtio de act. § ſed hæc quidem. ſcilicet ꝙ debeant induciæ duplicari: & poſt quinquennium duplicatum adhuc non auditur: niſi omnes expenſas, quas reus in litem fecerit, eo quod præmature eum conuenerit, reo ſoluat, & hoc ideo conſtitutum eſt: vt tali pœna perterriti actores, tempora litium doceantur obſeruare.

a Semper. i. ſine præfinitione temporis: vt. ff. de do. excep. l. pure. §. fina. ita tamen, ſi ante ſentẽtiam opponantur: vt. C. ſent. reſcin. non poſ. l. peremptorias. niſi in ſeptẽ caſibus, in quibus etiam opponi poſſunt poſt ſententiam: vt ratione ætatis: vt. C. ſen. reſcin. nõ poſ. l. peremptorias. &. ff. de mi. l. minor. xxv. an omiſſam. Item miles: vt. C. de iu. & fa. igno. l. j. Item in Macedoniano & Velleiano: vt. ff. ad Maced. l. tametſi. Item in donatore, qui opponit vt conueniatur in quantum facere poteſt, etiam poſt ſententiam: vt. ff. de re iudic. l. Neſennius. §. fina. Item exceptio falſi procuratoris: vt. C. de procur. l. licet. Secus ſi ratione perſonæ procuratoris opponatur exceptio: vt quia ſit miles, vel mulier. quia talis exceptio eſt dilatoria, vt. j. §. ꝓterea. Item vbicũq; dicerem nullum fuiſſe iudicium, vt quia ſit venalis ſententia, vel falſis teſtibus, vel inſtrumentis, iudicata; vt. C. quando prouoc. non eſt nec. l. venales. vel cum iudex ſit non ſuus: vt. C. ſi à non comp. iu. per totum. Item ſi inique à iudice cõpulſus eſt eo tempore, quo compelli nõ debuit: vt. ff. de fe. l. j. Sed dilatoria proponitur ante litem conteſtatam: ſed probatur poſt, quã actor monſtrauerit, quod aſſeruerat: * vt. C. de ꝓb. l. exceptione. &. C. de excep. l. ſi quidem. Secus in exceptione fori: quia ante litẽ conteſtatã opponi & probari debet ſecũdum quoſdã: vt. ff. eo. l. pe. Sed qd de exceptione nõ numeratæ pecuniæ, nunquid eſt perpetua vel temporalis? Rñ. quidã anomalam eam eſſe. Nos dicimus, quod eſt temporalis biẽnij, ſcilicet vel triginta dierum: vt. ſ. de li. obl. §. fin. &. C. de non nu. pec. l. in cõtractibus. §. j. &. §. ſuper cæteris. Sed in hoc poteſt dici anomala: quod cũ alias ꝓbet, qui excipit, hic tamẽ non ꝓbat: vt. C. de non nu. pec. l. ſi ex cautione tua. Itẽ quare in exceptione non numeratæ dotis? & eodẽ modo ſolue: vt. C. de don. cau. nõ nu. l. ſi. & auth. ibi poſita. Itẽ quid de ea, quæ opponitur vt quis cõueniatur inquantum facere poteſt? Rñ. eam eſſe temporalem: quia præſumo, ꝙ aliqua acqret: & ſic poſtea poterit ſoluere: vt C. ar. tu. l. ſi defunctus. Nam nõ repetitur quod ſoluitur: licet facere non poſsit commode: vt. ff. de condic. indeb. l. nam & maritus. quod fieret ſi eſſet perpetua, cum ſit fauorabilis: vt. ff. de cõdic. ind. l. qui exceptionem. Et circa hoc vide quod not. in. l. j. C. de iur. & fac. igno.

b Pacti conuenti. ſcilicet exceptio.

c Pacti conuenti. ſcilicet vſque ad quinquennium.

d Alia ſimilis. veluti ſi quis ſtipuletur id quod in vtero eſt, vel fructus futuros: vel domum certo loco ædificari, vel cum Romæ eſſet, Epheſi dari ſtipulatus eſt: vt. ff. de ver. obli. l. interdum. ſecũdum Azo.

e Rem amittebant. facit. ſ. de act. §. ſi quis agens. & ff. de li. le. l. non ſolum. §. ſi. &. C. de iu. fiſ. l. iuſtas. li. x.

f Zenonianæ conſtitutioni. ſcilicet Græcæ, cuius meminit. ſ. de act. § ſed hæc quidem.

g Cõtinet. ꝙ dic, vt modo dixi p. l. interdũ. ff. de ṽ. ob.

h In duplũ. ſed videt̃ ꝙ nullã patiatur pœnã: vt. ff. de pe. hæ. l. quod ſi in diẽ. in prin. quæ eſt huic cõtra. Sed dic illã corrigi, vel melius, ſpeciale eſt ibi, quia ad hoc ſolũ agebatur: vt eodẽ iure penes agẽtẽ haberetur, quo erat apud defunctum: vnde non fuit plus petitum.

i Iniuriam. nõ tamẽ talẽ, propter quã agere poſſent.

Tali

Hoc verũ intellige, quãdo poſt ſentẽtiã opponitur tale, ex quo apparet dictum iudicem nõ habuiſſe iuriſdictionem, ſaltẽ ĩ cauſa de qua iudicauit, nec fuit facta prorogatio tacite vel expreſſe. vt late per Ange. hic.

* Alias, aſſeuerat. Aegi. per. Exceptio iſta dico me conueniẽdum in quãtum facere poſſum, eſt tẽporalis.

† In quo cõſtituendo imitatus fuiſſe videt̃ Claudium Cæſarẽ q auctore Suetonio, plerunque reſtituit actiões ijs, qui plus petẽdo exciderãt iure agendi.

* At ex huiuſmodi pœna locũ in petitione hæredi. non obtinebit quæ generalis in ea quæ actiones temporales & cõditionales continentur. l. ꝙ ſi ĩ diẽ. ff. de pet. hære. niſi poſt ĩ ſpecie peteret à debitore tẽporali vel conditionali: vt hic ꝙ facit ad intellectũ glo. in verbo in duplum. itẽ non videtur habere locũ in ſola libelli oblatione ſ. dũ deſcẽditur ad litis conte. vt apparet ex litera, quæ ait litem inferre, quod tamen intelligitur dũ lis cõteſtatur, vt in c. ex parte. extra de ver. ſig. & p Bart. in. l. litem C. de trãſac. & ꝙ no. i. l. amplius. ff. rẽ rat. hab.

a Tali pœna perterriti. facit. C. ad legem Iul. rep. l. j. &. ff. de pœ. l. capitalium. §. pe. &. C. de inoffic. teſt. l. ſi quis in ſuo. in fine. primo reſpon.

Præterea etiam ex perſona. CASVS. Scire debetis, quod quædã exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ quidem ex. l. vel ex natura rei dãtur: quędã ſunt dilatoriæ, quæ ex ꝑſona dantur: veluti ſi aliquis per mulierẽ agere velit. Mulier enim nõ poteſt eſſe procurator, niſi ꝓ parte: ſimiliter miles nõ poteſt eſſe procurator patris, vel matris, vel alicuius alterius, etiã ſi hoc per reſcriptum Imperiale ſibi fuerit indultum. ꝙ intelligo, niſi in reſcripto inſeratur clauſula, Hoc non obſtante &c. Pro cauſa tñ ſua, vel iure ſuo, ſiue offenſa diſciplinæ ſuæ, bene poteſt eſſe procurator & agere. Et illud verbũ ita intellexerunt quidam, quod miles ſuis proprijs negotijs itereſſe poteſt, ſi per hoc non impediatur officiũ diſciplinæ ſuæ: aliter non: de hoc plene habes in gl. Frã.

b Mulierẽ. quæ pro alio agere non poteſt, niſi pro parẽtibus, ſi morbus aut ætas eos impediat: nec ſit qui eorum nomine agat: vt. ff. de procura. l. fœminas. Accur.

pœna perterriti [a], temporalitiũ doceantur obſeruare.

[illegible] tertium genus eſt: quia quædam vocatur dilatoria iudicij perſonam reſpiciẽs, vt exceptio incompetentis procuratoris & ſimilia. Aretinus.

Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ exceptiones: quales ſunt procuratoriæ: veluti ſi per militem, aut mulierem [b] agere quis velit. Nam militibus nec pro patre vel matre [c], vel ex vxore, nec ex ſacro reſcripto ꝓcuratorio nomine experiri conceditur: ſuis verò negotijs ſupereſſe ſine offenſa [d] militaris diſciplinæ poſſunt.

Exceptio infamiæ procuratorum, quæ antiquitus competebat, hodie tanquam minus frequentata exauthoratur.

Eas verò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam, vel dãtis, vel ipſius procuratoris opponebãtur, cùm in iudicijs nullo modo frequentari perſpeximus, conquieſcere [e] ſancimus: ne dum de his altercatur, ipſius negotij diſceptatio protelletur.

ADDITIO. Mater tamẽ non admitteretur pro filio minore etiam ad defendendum: niſi in cauſa appellationis: & eſt ratio, quia eſt maioris præiudicij, quam principalis. Ang.

c Nec pro patre vel matre. niſi pro eorum libertate: vt. ff. de lib. cau. l. iij. quæ eſt contra, ſecundum Ioan.

ADDITIO. Dic quod in iſto caſu dicitur defendere cauſam propriam pro ſuo intereſſe: vt. l. j. ij. iij. & iiij. ff. de lib. cau. facit. l. non tantum. ff. de appel.

d Sine offenſa. i. hoc fit ſine offenſa diſciplinæ. non autem ſic intelligitur, vt hoc non poſsit fieri, ſi diſciplina. i. exercitium militare offendatur, ſed ſiue offenſa datur ſiue non, præſumitur non offendi: vt hic, & C. de procur. l. qui ſtipendia.

Eas vero exceptiones. CASVS. Iſte. §. tota die in iudicio frequentatur ad probandum quod infamis poteſt eſſe procurator, quamuis nõ poſsit eſſe aduocatus, & rationem diuerſitatis reddunt quidam: quia procuratio eſt tantum onus: aduocatio autem eſt onus cum honore. His prælaxatis venio ad caſum in hunc modum. Olim ita erat, quod ſi tu eras procurator Petri contra me: te potui repellere propter infamiam tuam vel propter infamiam Petri: ſed hodie non vult Iuſtin. quod iſtæ exceptiones infamiæ iudicijs frequẽntentur:

Procurator eſſe poteſt infamis nõ aduocatus.

ne dum ſuper eis altercatum fuerit, ipſius principalis negotij diſceptatio protelletur. Franc.

e Conquieſcere. ſed contra: ff. de poſthu. l. j. §. ſecundo loco. & in. §. hoc edicto. Sol. ibi de maxima infamia: hic de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumẽtum tantum habet: hic in ꝓcuratore, qui tantum habet onus.

Aduocatus lucrũ: procurator onus habet.

TITVLVS XIIII.

DE REPLICATIONIBVS.

Quemadmodum exceptio actionem excludit, ita exceptionẽ replicatio, & replicationem duplicatio, rurſus triplicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defenſiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit proponi poſſunt.

Interdum euenit, vt exceptio, quæ pria facie iuſta videtur, tamẽ iniquè noceat [f], quòd cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuãdi actoris gratia, quæ replicatio vocatur, quia per eam replicatur atq; reſoluitur ius exceptionis: veluti cùm pactus eſt aliqs cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniã petat: deinde poſtea in contrariũ pacti ſunt, id eſt, vt creditori

DE REPLICATIONIBVS.

Quia exceptio per replicationem eliditur, ideo per conſequens de replicatione dicit, vt infra eodem. in prin. & ff. de excep. l. ij. §. replicatio.

Interdũ. Totus iſte tit. diuiditur in duas partes principaliter. Primo ponitur de replicatione, quæ prodeſt actori, & quæ non. Secũdo, quæ exceptiões cõpetentes reo principali ꝓſunt fideiuſſori, & quæ non proſunt. Secunda ibi, Exceptiones autem. CASVS. In ſuperioribus dictã eſt, quia illud ꝙ videtur iuſtũ prima facie ex parte actoris videtur iniquũ inſpecta ꝑſona rei petentis ſe defendere per exceptionẽ legitimam. et ad ſimilitudinem illius ſcire debes naturã replicationis. Sępius enim contingit, ꝙ reus prima facie habeat exceptionem: ſed forſan actor habet replicationem contra ſuam exceptionem: quia iniquum eſſet quod ſua exceptio poſſet nocere actori, cũ exceptionẽ rei per ſui replicationem poſsit elidere. & de hoc ponit hic exemplum, faciendo mentionem eius, quod dicitur in. §. pactus ne peteret. & ſum in verſicu. rurſus interdum &c. Supra habuiſtis, ꝙ replicatio datur proprio actori contra exceptionem rei. Sed quandoq; contingit, quod replicatio actoris aliquando prima facie videtur iuſta. ſed inſpecta rei perſona, qui ſe per duplicationem competentem poteſt defendere, videtur iniuſta. Iniquũ enim eſſet ꝙ actoris replicatio ei noceret: & propterea datur ipſi reo contra replicationem actoris duplicatio, & ſic vlterius poteſt varietas negotiorũ iſta nomina multiplicare. Contra enim duplicationem rei datur actori triplicatio, & contra triplicationem actoris datur reo cõtra actorem quadruplicatio. Tunc enim plerũq; infringit ſuum propoſitum præcedens. & ſi naturam iſtarũ omnium act. plene velitis videre: hoc ex latioribus Digeſtorum voluminibus facere poteritis. ff. de excep. l. ij. Franc.

f Noceat. id eſt, non proſit, vel dic proprie, ſcilicet actori. Accurſius.

Conue

petere liceat: ſi creditor agat, & excipiat debitor: vt ita demum condemnetur, ſi non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat: nocet ei exceptio. Cōuenit [a] enim ita Nanq; nihilominus hoc verum manet, licet poſtea in contrariū pacti ſint. Sed quia iniquum eſt creditorem excludi [b]: replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto conuento. Rurſus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat [c], quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuandi rei gratia: quæ duplicatio vocatur. Et ſi rurſus ea [d] prima facie iuſta videatur, ſed propter aliquā cauſam actori iniquè noceat: rurſus alia allegatione opus eſt, qua actor adiuuetur: quę dicitur triplicatio. Quarum omnium exceptionum vſum interdum vlterius, quā diximus, varietas negotiorum introduxit, quas omnes apertius ex Digeſtorum [e] latiore volumine facilè eſt cognoſcere.

In rem defenſiones debitori cōpetentes (vt pacti de non petendo) fideiuſſoribus etiam competunt: quia ſi quid fideiuſſores pro reo ſoluerunt id actione mandati ab eo repetunt. exceptiones vero in perſonam (vt ceſſiones bonorum & id genus aliæ) ad fideiuſſores non porriguntur.

Exceptiones [f] autem, quibus debitor defenditur, plerunque adcommodari ſolent etiam fideiuſſoribus [g] eius, & rectè: quia quod ab ijs [h] petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: quia mādati iudicio redditurus eſt eis, quod ij pro eo ſoluerint. Qua ratione [i], & ſi de non petenda pecunia pactus quis [k] cum reo fuerit: placuit perinde ſuccurrendum eſſe per exceptionem pacti conuenti illis quoque [l] qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non ſolent his accommodari. Ecce enim, ſi debitor bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem [m], ſi bonis ceſſerit. Sed hęc exceptio fideiuſſoribus nō datur: ideo ſcilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maximè [n] proſpicit, vt cū facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab ijs, quos pro ea obligauit, ſuum conſequi.

TITVLVS XV.

DE INTERdictis.

Interdicta olim nil aliud erāt, niſi certa conceptio verborum, late a prætore interdictum interponenti, cum inter duos de poſſeſſione agebatur. Accur.

Sequitur, vt diſpiciamus de interdictis, ſeu actionibus [o], quę

---

a Conuenit. i. ita fuit conuentum.
b Excludi. ſ. per exceptionem. Accur.
c Noceat. i. non proſit. Accur.
d Ea. ſ. duplicatio. Accur.
e Digeſtorum. vt. ff. de excep. l. ij.

Exceptiones. CASVS. Iſte. §. deberet poni in fi. precedentis ti. hic tn̄ ſatis cōuenienter ponitur: quia omnes replicatiōes exceptiones dicunt. Dicit enim Iuſti. in iſto. §. ꝙ omnis exceptio, q̄ cōpetit alicui reo, debet cōpetere, & eius fideiuſſori. Pactū enim, vel nihil ipſi reo ꝓdeſſet, niſi ſuo fideiuſſori cōpeteret, qui recurſum haberet cōtra eum. & ſum in ver. ſane exceptiōes &c. Dixi vobis ſupra, ꝙ exceptio quæ cōpetit reo, cōpetit & eius fideiuſſori. Hoc aūt fallit in vno caſu. ſ. qn̄ debitor ceſſerit bonis. Hæc enim exceptio fideiuſſoribus nō prodeſt. Illi enim q̄ alios ꝓ reo obligāt, hoc maxime proſpiciūt, ꝙ ſi reus principalis fuerit facultatibus ſuis lapſus: poſsint à fideiuſſoribus totum ſuum debitū conſequi. h. d. Fran.

f Exceptiōes. videt quod hic. §. deberet eſſe in fi. ſuperioris tit. Sed certe cū & replicatio ſit exceptio, bene ponit hic generaliter, tā ad exceptiōes, q̄ ad replicatiōes pertinens. Accur.

g Fideiuſſoribus. appellatiōe fideiuſſoris omnē acceſſoriū accipe: ſiue ſit mādator, ſiue fideiuſſor ſiue alius: ex eo dictus fideiuſſor: ꝙ pro alio fidē ſuam adſtrinxerit. Et nota, ꝙ dicit, plerūq;. quia exceptio reo cōpetens gratia ſuę perſonæ: vt quia ſit minor, fideiuſſori nō cōpetit: vt. ff. de min. l. in cauſæ. §. in prin. & ff de exc. l. exceptiones. ij. in fi. l. Itē q̄ eſt dānatus in omnibus bonis ſuis ratione ſui delicti: vt. C. de fideiuſ. l. j. vel ſi ceſsit bonis: vn̄ perſonaliter ei ſubuenit, ne in plus conueniat, quā in quantum facere poteſt: vt. ſ. de act. §. fi. & j. eo. in fi. Itē vbicunq; quis in quantū facere poteſt, condēnatur. nam fideiuſſori nō dat exceptio [1]: vt. ff. pro ſo. l. verum. §. j. & ff. ſol. ma. l. alia. Vbi aūt exceptiones cohærēt rei & non perſonæ: vt pacti cōuenti, & rei iudicatæ, fideiuſſoribus cōpetunt: vt hic, etiā inuito reo: vt. C. de exce. l. defenſiones. & ff. de except. l. omnes. ADDITIO. Dic vt in. l. pe. & in. l. tam mādatori. C. de nō nu. pecu.

Fideiuſſor eſt nomen generale: & dicitur à fide.

Exceptiones reo cōpetētes gratia perſonæ, fideiuſſori nō cōpetūt, ſed bene ſi rei cohærent.

1 Vt. ff. de re iudica. l. & ſi fideiuſſor. in prin. niſi fideiuſſor vt deſēſor cōueniatur, tunc enim vt defenſori, non vt fideiuſſori datur.

h Ab ijs. ſ. fideiuſſoribus.
i Qua ratione. exemplificat. Acc.
k Quis. ſ. creditor. Accur.
l Illis quoq;. ſ. fideiuſſoribus & ſimilibus.
m Per exceptionē. propter hūc caſum dixit. ſ. plerunq;. & propter alios vt diximus.
n Maxime. facit ſ. de fideiuſ. in prin.

DE INTERdictis.

Quia interdicta vicem ſuſtinent, ſeu obtinent actionum, ideo poſt actiones de interdictis proponitur. j. e. in prin. Ac.

ADDITIO. Sed iſte tit. cōgruentius poſitus fuiſſet ante ti. de exc. vt fecit iuriſcōſ. in Digeſtis: quia ante ti. de exc. poſuit iſtum tit. ſed in hoc non eſt vis.

Sequitur. Totus iſte ti. diuidit in quatuor partes. Primo ponit, q̄d olim erant interdicta. Secūdo ponit vnā diuiſionē interdictorū. Tertio ponit aliā diuiſionē. Quarto ponit vnā aliam diuiſionē interdictorū. Secunda ibi, Summa autem. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Tertia diuiſio. CASVS. Dixi Iuſt. domine, bene video, ꝙ vultis tractare de interdict. quęro quæ ſunt interdicta? Frater, dicit ipſe, olim interdicta erant quædā ſolennis conceptio verborum, per quā volebat prętor aliqd fieri vel prohibebat: & maxime hoc faciebat, quando diſceptabatur de poſſeſsione vel quaſi. h. d. Frau.

o Actionibus. ſ. in factum: vt. j. eo. §. fi.

pro his exercẽtur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum [a], quibus prætor, aut iubebat [b] aliquid fieri, aut fieri prohibebat [c]. Quod tunc maximè [d] fiebat, cùm de poſſeſsione [e], aut quaſi poſſeſsione [f] inter aliquos contendebatur.

Prima interdictorum diuiſio eſt hæc, quòd quædam prohibitoria ſunt, vt interdictum ne vis fiat ei, de mortuo inferendo & ſimilib. Quædam reſtitutoria, vt interdictum quorum bonorum, vnde vi & id genus alia. Quædam exhibitoria, vt de libero homine exhibendo, de liberis exhibendis, & huiuſmodi.

Summa [g] autem diuiſio interdictorũ hæc eſt, q aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria [h], aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri: veluti vim ſine vitio poſsidenti [i], vel mortuum inferenti, quò ei ius erit inferendi [k], vel in loco ſacro ædificari [l], vel in flumine [m] publico ripa-

Interdicta & actiões olim differebant.

a Conceptiones verborum. i. dicere verba concepta & formata à prætore proponente interdicta. Sed ſecundum hoc, quæ erat differentia olim inter interdicta & actiones: cum & actio erat formula: vt. ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde ex his? Rñ. quidã, vt pceptor meus Azo, quod interdicta formabantur in perſona volentiũ ea intẽtare tantũ loquẽdo eis. vnde interdicta inter duos dicũtur reddi à prætore loquẽte duobus: vt. j. eod. §. exhibitoria. & hoc etiam colligitur. ff. ſub multis titulis in tracta. de interdic. ſic enim dicitur, vnde vi illum deiecisti &c. vt. ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. Item vti ædes de quibus &c. vt. ff. vti poſſ. l. j. in prin. & ſic de alijs. Sed actiones generaliter, et in perſona omniũ formabãtur, vt quicũq emerit, ex empto agat, & ſic de cæteris: quod colligit. ff. de ori. iur. l. ij. §. omniũ. &. §. de his. Vel dic breuiter differentiam talem fuiſſe: quia interdicta à prætoribus, ſed actiones à cæteris magiſtratibus formabãtur: vt patet ex eo quod omnia interdicta ſunt prætoria: vt. ff. de interdic. per totũ librũ. Sed hodie nihil aliud eſt interdictum, quã actio prætoria in factum: vt. j. eo. §. ſi.

ADDITIO. Dic ſecundũ Io. Fa. imo eſt aliud: & poteſt agi vel interdicto, vel actione in factũ, ad electionem actoris: vt. ff. ne vis fiat ei. l. ſi quis miſſus. §. cum prætor. ff. vti poſ. l. j. §. reſtituẽdæ. & not. ff. de vi & vi ar. l. j. §. ſi. licet glo. no. idem quod hic in titu. ff. eo. ſed Dy. reprehendit glo. & hoc eſt verum. Ange.

Interdictis quãdo que litigat ſuper proprietate.

b Iubebat. quod eſt in interdictis reſtitutorijs & exhibitorijs: vt. j. eo. §. reſtitutoria. & §. exhibitoria.

c Prohibebat. quod facit in prohibitorijs interdictis: vt. j. eo. §. prohibitoria.

Poſſeſsio poteſt peti ſine interdictis.

d Maxime. hoc ideo dicit: quia qñq per interdicta, nõ ſuper poſſeſsione, ſed ſuper iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferẽdo, vbi licet inferre: & ſepulchro inædificãdo, vbi licet inędificare: vt. ff. de mor. inf. l. j. in prin. &. §. prætor ait. Item quandoq proprietatis & poſſeſsionis ſimul: vt. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. ſi. &. ff. e. l. interdictorũ. §. quædã. Sed nũquid alio modo, q per interdicta. i. de iure ciuili agitur de poſſeſsione? Rñ. hic, vt per cõdictionem indebiti: vt ff. de cõdi. inde. l. indebiti. §. ſed & ſi nummi. Itẽ per triticariam: vt. ff. de cõdi. tri. l. j. in ſi. & l. ij. Itẽ per condictionem ex lege: vt. C. de acquiren. poſſ. l. ſi. in ſi. &. ff. de rei ven. l. ſi. & C. loc. l. ſi quis. Acc.

Res incorporales quaſi poſsidentur.

e Poſſeſsione. ſiue retinenda, ſiue recuperanda, ſiue adipiſcenda: vt. j. eo. §. ſequens diuiſio.

f Quaſi poſſeſsione. vt cum cõtenditur de poſſeſsione rerũ incorporaliũ, vt viæ, & itineris, & actus, & aquæductus: vbi nõ eſt vera poſſeſsio, ſed quaſi: vt. ff. de acqui. re. do. l. ſeruus. §. incorporale: ſed tñ eſt ibi quædam quaſi poſſeſsio: & de ea retinenda cõpetunt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quando contendo me eſſe in quaſi poſſeſsione prædictorum iurium: vt. ff. de iti. actuq priua. per totum. &. ff de aqua quot. & æſti. per totum. &. ff. de ſer. l. pen. &. ff. ſi ſer. vend. l. ſicuti. §. Ariſto.

Summa autem. CASVS. Dixi vobis, q olim erant interdicta quædã ſolennis exceptio verborũ, per quã &c. Modo volo, q ſciatis primã diuiſionẽ interdictorum: & eſt trimẽbris. Interdicta eñ aut ſunt prohibitoria, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Interdicta prohibitoria appellantur ab effectu prohibitionis. vtputa cũ aliqs ſine vitio iuſſu iudicis, vel aliquo alio legitimo modo poſsidet: phibet prętor ei vim fieri. Item prohibet ædificari aliquid in loco publico, vel in itinere ſolito. Item prohibet aliqd poni in flumine publico ripave eius, quo peius per flumẽ nauiget, & ſum in ver. ſi. Reſtitutoria ſunt &c. Itẽ vidiſtis, quę ſunt interdicta phibitoria: modo videatis, quæ ſunt reſtitutoria. Et dicuntur reſtitutoria ab effectu reſtituendi: videlicet, cũ prętor iubet interdicto alicui reſtitui. Verbi gratia, ſi ego ſum bonorũ poſſ. de iure præto. prętor iubet mihi reſtitui quicquid aliquis de hęreditate illa, vel pro hęrede, vel pro poſſeſſore poſsidet: & illud cõpetit mihi per interdictũ quorum bonorũ. Et no. quod cum dicitur, quod interdictũ quorum bon. eſt reſtitutoriũ: ſumit hoc verbũ reſtituere, impropriè. ſ. pro eo, quod eſt per ſe dandi: ſicut & verbum reddẽdi ſignificationẽ per ſe dandi habet. Vel potes dicere, q propriè dicitur hoc verbum reſtituere habito reſpectu ad perſonã defuncti, qui res ipſas poſſedit, & hæres cenſetur eadem perſona cũ perſona defuncti. Sed diceret aliquis, Dñe, qualiter poteſt interdictũ quorum bon. eſſe interdictũ recuperãdæ poſſeſsionis: cũ ſit interdictũ adipiſcendæ? Frater, verbum reſtituendi ſumit impropriè. vt iam dictum eſt. & ſumus in ver. Exhibitoria &c. Iã vidiſtis, quæ ſunt interdicta prohibitoria & reſtitutoria: modo videatis, quæ ſunt exhibitoria: & vocantur exhibitoria interdicta ab effectu exhibendi: cum. ſ. prætor iubet aliquid exhiberi mihi. Et de hoc ponũtur tria exẽpla in litera, quæ ſatis patent in ver. ſunt tñ. ſcire debetis, q tã phibitoria, quã reſtitutoria, q etiã exhibitoria interdicta vocãtur: ſunt tñ qui putant, q ſolũmodo phibitoria interdicta debeãt dici: & quod magis debeãt dici decreta, q interdicta. Nos autem (dicit Iuſt.) dicimus, quod omnia debẽt dici interdicta: quaſi inter duos dicta, non habendo reſpectum ad hoc, quod interdictũ reſonat prohibitionem. h. d. Fran.

g Summa. i. prima, non minima: quia & de duobus membris aliqua inuenitur: vt. j. eo. §. tertia.

h Reſtitutoria. qñq tamẽ quædã inueniũtur miſta, tã prohibitoria, quã exhibitoria: vt. ff. e. l. j. §. interdictorũ. & ff. de li. ho. exhi. l. j. Nã petitur exhiberi, & prohibetur inuitus retineri. ADDITIO. Vide gloſſ. in d. §. interdictorum. quæ plenius loquitur. Ang.

i Poſsidenti. vt ſi quis miſſus fuit in poſſeſsionẽ iuſſu prætoris: vt. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſ. eſt. l. j. in prin. Nam iuſte poſsidet, & ſine vitio, qui authore prętore poſsidet: vt. ff. de acqui. poſſ. l. iuſte.

k Inferendi. quod interdictum eſt. ff. de mor. inſe. l. j. in prin. &. §. hoc interdictum.

l Ædificari. quod interdictum habes. ff. ne quid in loco ſa. l. j. in prin. Accur.

m Vel in flumine. & hoc habes. ff. de flu. l. j. in princi. &. ff. ne

ve eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet: veluti bonorũ poſſeſſori [a] poſſeſsionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore [b] poſsidet [c], ex ea hæreditate †: aut cùm iubet ei, qui de vi poſſeſsiõe fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſsionẽ [d]. Exhibitoria ſunt, per quæ iubet [e] exhiberi: veluti eum, de cuius libertate [f] agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere [g] velit: aut parenti [h] liberos, qui in poteſtate eius ſunt. Sunt tamẽ, qui putant, propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria ſunt: quia interdicere ſit denuntiare & prohibere: reſtitutoria autẽ & exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit [i], omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur [k].

Iam ſecundum interdictorum diuiſionem aggreditur, quorum bonorum interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis gratia comparatũ eſt: quòd iure prætorio, ſuccedenti conceditur, pro adipiſcenda, ſcilicet poſſeſsione hæreditariarum rerum, quæ apud eum ſunt, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſsidet. interdictum quoque Saluianum cauſa adipiſcendæ poſſeſsionis rerum per colonum fundo illatarum (quæ tacitè pro mercede hypothecatæ ſunt) contra quoſcunq; poſſeſſores datur.

Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt: quòd quædã adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa comparata ſunt, quædam retinẽdæ, quædam recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa interdictum adcõmodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur, Quorum bonorum: eiuſq; vis & poteſtas hęc eſt, vt qđ ex ijs [l] bonis quiſq;, quorũ poſ-

&.ff.ne quid in flu.pub.l.j.in fine.

a Bonorum poſſeſſori. non rerum, ſed iuris. i. ſuccedendi de iure prætorio tantum: vt filio emãcipato, vel cognato: qui dicuntur bonorum poſſeſſores & bonorum poſſeſsione edictali & decretali. nam ſtatim habẽt hoc interdictum directum, vt conſequantur poſſeſsionem hęreditatis: quod appellatur quorum bonorũ: vt j.eo.§.adipiſcendæ. Vtile vero datur illi, qui ſuccedit de iure ciuili vel ex teſtamẽto. vel ab inteſtato: vt.ff.quo.bo.l.j.in prin.et.C.quo.bo.l.j. Sed ecõtra eſt in hęreditatis petitione. Nam directa datur hæredi de iure ciuili: vtilis vero ei, qui ſuccedit de iure prętorio: vt.ff.de bo.poſ.hær.pe.l.j. Eſt & aliud nouum auxilium per nouam cõſtitutionem inuentum, per quod petitur poſſeſsio hæreditatis, ſi teſtamentum apparet nõ vitiatum, vel vituperatum in aliqua ſui parte: vt C.de edic.di.Adr.tol.l.fin. Sed quare dicitur hoc reſtitutorium: cum nunquam hic bonorũ poſſeſſor habuerit poſſeſsionem? Reſpon. impropriè dicitur reſtituere pro dare: vt.ff.de verbo.ſigni.l.verbum reddendi.vt.ff.de lega.ij.l.cum quædam. Vel dic quod inſpecta perſona defuncti dicitur reſtitutorium: ſed natura ſui dicitur adipiſcendæ poſſeſsionis: vt.ff.quorum bo.l.j.§.fina.

b Pro poſſeſſore. duæ ſunt viæ ſuccedendi. ſ. iure ciuili, & iure prætorio. Prima ſubdiuiditur in poſſeſſorium per conſtitutionem diui Adriani, & petitorium, vt per petitionem hæreditatis directam. Item ſecunda ſimiliter ſubdiuiditur in poſſeſſorium, vt per interdictum, quorum bonorum, per quod petit ſucceſſor de iure prætorio ſe mitti in poſſeſsionem bonorum, quæ tenebat defunctus tempore mortis: vt hic. Item in petitorium: vt per petitionem hæreditatis bonorum poſſeſſoriam.

c Poſsidet. vel dolo fecit quo minus poſsideat: vt.ff. quorum bono.l.j.in prin. & expone hæc verba, pro hærede & poſſeſſore, vt.j.eo.§.pro hærede. &.§.pro poſſeſſore. Accurſius.

d Reſtitui poſſeſsionem. per interdictum vnde vi. quod intra annum locum habet pro ijs, quæ non peruenerũt ad violentum: pro alijs perpetuo, vt.ff.de vi & vi ar.l.j.in princi. & hoc ſi ciuiliter & naturaliter poſsideat deiectus. Si autem naturaliter tantum, vtile habet tantum, vt fructuarius: vt.ff.de vi ar.l.iij.§.vnde vi.

e Iubet. ſcilicet prætor.

f Libertate. vt quia liber homo detinetur inuitus. quo interdictum habes.ff.de li.ho.exhi.l.j.

g Indicere velit. i. iniunctas operas dicere velit, vel conuentas iniungere, quo caſu ageret de libero homine exhibendo: vt.ff.de li.ho.exhi.l.fina.

h Parenti. in hoc caſu duo ſunt interdicta: vnum de liberis exhibendis, alterum de liberis deducẽdis: vt.ff.de li.ho.exhi.l.j.primo reſpon. &.l.iij.§.rñ.in prin.

i Obtinuit. inter ſapientes.

k Inter duos dicuntur. i. à prætore formantur: vt not. ſ. circa princi.

Sequens diuiſio &c. Supra vidiſtis vnam diuiſionem interdictorum, hic ſequitur alia: & eſt hæc, ſcilicet quod quædã ſunt interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis gratia prodita, vel etiam inuenta: & quædam etiam retinẽdæ poſſeſsionis gratia: & quædam recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeſsionis gratia inuẽtum eſt interdictum, quorũ bonorum, & quorum legatorum: quãuis de eo non fiat hic mentio: & Saluianum interdictum. Per interdictum enim, quorum bonorum, poteſt ille cui bonorum poſſeſsio data eſt, petere poſſeſ. omniũ rerum hęreditariarum ab eo, qui pro hærede vel pro poſſeſſore poſsidet. & ſum in ver. Pro hærede autem &c. Dixi quod interdictum quorum bonorum, appellatur interdictum, adipiſcendæ poſſeſsionis. Sed domine Iuſtinia. pro Deo dicatis mihi, quare ſic appellatur. Frater, dicit ipſe: tantum vult hoc dicere, quod nunc primum velit adipiſci poſſeſsionem bonorum, quorum poſſeſsionem nunquam habuit. vnde ſi aliquis habuit poſſeſsionem bonorum, & poſtea eam amiſerit, non competit ei hoc interdictum: ſed magis interdictum recuperandæ poſſeſsionis. & ſumus in verſicu. Interdictum quoq; &c. Iam habuiſtis vnum exemplum de interdicto adipiſcẽdæ poſſeſsionis: adhuc dicam vobis aliud exemplum de eodem. Interdictum enim Saluianum locum habet ad adipiſcendam poſſeſsionem omnium rerum, quas poſſedit colonus tempore illo, quo fundum meum cõduxit: quæ quidem res pro mercedibus fundi tacite mihi erant obligatę. & competit mihi hoc interdictum vtile cõtra quemlibet extraneum poſsidentem: vt ſunt res, quas colonus tempore conductionis poſſedit. contra colonum autem poſsidentem res illas, datur mihi iſtud interdictum directum. h.d. Franc.

l Quod ex ijs. innuitur hic, quod hoc interdictum etiam pro vna re competat. Sed contra videtur, quod ſit vniuerſale: vt.ff.quorum bono.l.j.§.fina. Sed certe nihilominus eſt vniuerſale. licet ad vnam rem detur. ſic enim eſt in hæreditatis petitione: vt.ff.de peti.hære.l.regulariter.&.l.licet. quam conſtat vniuerſalem eſſe: vt.ff.de rei vendi.l.j.primo reſpon.

Bonorum poſſeſſor quis dicitur.

Interdictũ quorũ bonorum eſt duplex. ſ. directũ & vtile.

Hęreditatis petitio eſt duplex.

† Hoc interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis eſt: vt ex.§.ſequenti facile eſt cognoſcere.

Reſtitutoriũ autem dicitur reſpectu perſonę rei reſtituentis.

Sed & verbum reſtituendi ſimpliciter ac generaliter accipi poteſt pro verbo Dandi, quaſi ſignificatione & Reddendi verbũ plerunque accipitur. l. verbũ reddendi. ff. de verb. ſign.

Reſtituere quãdoque ſumitur pro dare.

Hæc vltima verior, q̃licet vera poſſeſsio non transferatur ad hærede: vt l. cum hæredes. ff. de acquiren. poſ. in pri. fingitur tamen transferri: præſertim de creditis bonorũ po. & hoc reſpectu & hoc attento dicitur reſtitutorium, attẽta tamẽ veritate adipiſcendæ, et ſaluatur iſtę text. ibi, vbi dicitur adipiſcendæ. Ang.

Interdictũ quorũ bono. & petitio hæreditatis pro vna ſola re poſſunt cõpetere.

Poſſeſ

ſeſsio [a], alicui data eſt [b], pro hȩrede [c], aut pro poſſeſſore poſsideat, id ei cui bonorum poſſeſsio [d] data eſt, reſtituere debeat. Pro hȩrede [e] autem poſſidere videtur, qui putat ſe hȩredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſsidet, q nullo iure rem hæreditariã, vel etiam totam hæreditatem, ſciens [f] ad ſe non pertinere, poſsidet. Ideo autem adipiſcendæ poſſeſsionis vocatur interdictum, quia ei tantùm vtile eſt, qui nunc primùm conatur adipiſci rei poſſeſsionem †. Itaq; ſi quis adeptus poſſeſsionem [g], amiſerit eam [h]: hoc interdictum ei inutile eſt [i]. Interdictũ quoq;, quod appellatur Saluianũ, adipiſcẽdæ poſſeſsionis cauſa cõparatum eſt [k]: eoq; vtitur dñs fundi de rebus coloni, quas is ꝓ mercedibus [l] fundi pignori futuras pepigiſſet [m].

Interdictum, vti poſsidetis, & vtrobi, ſunt retinendæ poſſeſsionis quæ præſertim locum habent, ſi de proprietate alicuius rei futura ſit controuerſia antè, quã enim proprietatis quæſtio moueatur, vter ex litigatoribus poſsidere, & vter petere debeat, inueſtigãdum eſt: tum quia ſine petitore & poſſeſſore nullum ſuper petitorio inſtitui poteſt iudicium: tum, propter cõmodum poſſeſsionis, in qua remanet is, qui poſsidet, quamuis dominus non ſit, quoad petitor rẽ ſuam probauerit.

Retinẽdæ † poſſeſsionis cauſa comparata ſunt interdicta vti poſsidetis [n], & Vtrobi, cùm ab vtraq; parte de proprietate [o] alicuius rei cõtrouerſia †: & antè quæratur, vter ex litigatoribus poſsidere, & vter petere debeat [p]. Nanq; niſi antè exploratũ fuerit, vtrius eorum poſſeſsio ſit [q], nõ poteſt [r] petitoria actio inſtitui: quia & ciuilis [s] & naturalis [t] ratio facit, vt alius poſsideat: & alius à poſsidente petat. Et quia longè commodius eſt & potius poſsidere, quàm petere. ideo plerunque & ferè ſemper ingens [v] exiſtit contentio de ipſa poſſeſsio-

a Poſſeſsio. ſcilicet decretalis.

b Data eſt. ſcilicet voce prætoris viui: vel hodie coram quolibet iudice: vt. C. qui admit. ad bo. poſ. l. fin. ADDITIO. Dic quod non eſt neceſſe, quod iudex, ſiue prætor, ſiue alius iudex bonorum poſſeſ. cõcedat: ſecundum Ang.

c Pro hȩrede. ſed nũquid hi tit. ſunt? Reſpon. nõ: vt. C. in quibus cau. ceſ. lon. temp. præſcri. l. hæreditatẽ. ergo vſucapio nõ poteſt procedere. Sed contra. ff. quo. bo. l. j. primo reſ. Sed illud expone vt ibi.

d Bonorum poſſeſsio. ſcilicet decretalis. Accur.

e Pro hærede. ‡ hæc oratio quãdoque accipitur pro vero titulo: vt. ff. pro hære. per totũ. quandoque pro falſo: vt quia credebat ſe hæredem, cũ non ſit: & ita hic accipitur, & quandoque agitur petitione hæreditatis: vt. ff. de peti. hære. l. pro hærede.

‡ Oportet tamẽ ꝙ nõ ſit hȩres ꝓ quota, vel qđ licet ſit hæres aliter, ꝙ habeatur ꝓ legatario: vt. l. quoties. C. de hære. inſti tu. cũ ibi notatis. Ang.

† Nã ea non cõtinuatur in hæredem, nec ſi ciuis quidẽ ſit. l. cũ hæredes. ff. de ac. poſſeſ.

f Sciens. vnde ſi quærit ab eo quare poſsideat: dicit, quia poſsideo vel ſi dicat pro hȩrede: tamen falſum ſcienter dicit: vt. ff. de peti. hære. l. qui interrogatus.

g Poſſeſsionem. quæ eſt facti. Acc.

h Eam. ſ. poſſeſſionẽ, quæ eſt facti.

i Inutile eſt. Sed aget amodo rei vẽdicatione, cum ſit dominus. Accur.

k Comparatum eſt. contra colonum directum cõtra extraneos vtile: vt. C. de Sal. interd. l. j.

l Pro mercedibus. Item & pro damno, ſi quod contulit in eodem: vt. ff. de Saluiano interd. l. j. & arg. ff. in quib. cau. pig. vel hypot. ta. commit. l. ij. ver. non ſolũ.

m Pepigiſſet. ſ. tacite: vt. C. de lo. & condu. l. certi iuris. Sed quid intereſt inter hoc interdictum & Seruianam actionem? Reſpondeo, In Seruiana oportet locatorem probare colonum fuiſſe dominum tẽpore obligationis: vt. ff. de pigno. l. j. §. cum prædium. in fi. & l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur. Sed in interdicto iſto ſufficit, ſi probet ipſum poſſediſſe: vt. ff. de Saluiano interdicto. l. j. Accurſius.

Saluiani & actionis Seruianæ differẽtia.

Retinendæ poſſeſsionis &c. CASVS. Supra vidiſtis exemplum de interdicto adipiſcẽdæ poſſeſ. modo videatis de interdicto retinendæ poſſeſ. Retinẽdæ autem poſſeſsio. cauſa adinuenta ſunt duo interdicta, ſcilicet interdictum Vti poſsidetis, & Vtrobi, Sed domine pro Deo, quando habent locum hæc interdicta? Frater, dicit dominus Iuſtinia. quando ab vtraque parte de proprietate alicuius rei quæritur: & etiam quando de poſſeſsione eiuſdem rei eſt contentio, quia quilibet eorum dicit ſe poſsidere, vt aduerſarium ad onera probationis compellat. Tunc enim datur hoc interdictum ad hoc, vt appareat vter eorum poſsideat, quia non poteſt actoris petitio inſtitui ante, quam appareat quis rem poſsidet. Quandiu enim quis rem detinet, eam petere non poteſt: ſed quia longe cõmodius eſt rẽ poſſidere, quam petere: propterea ſuper poſſeſsione frequẽter magna contentio exiſtit. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, quod eſt illud commodum poſſeſ. Frater, dicit ipſe, magnũ, quanquam enim ille qui poſsidet, nõ ſit dominus rei: tamen ſi ille qui petit rem, non poteſt probare rem illam ſuam eſſe remanebit res illa penes poſsidentem. eſt etiã aliud: quia in dubio ſi iura poſſeſſoris & petitoris ſunt dubia, pro poſſeſſore iudicari ſolet. Franc.

† Facit ad hũc. § qđ dicit in ca. licet. in gl. ſuper ver. titulũ. ibi, ſed hoc nõ eſt verum. extra de ꝓbat. & in gloſ. ſuper verbo, poſſideatis. an te fi. ibi, item interdictum. extra de probat.

n Vti poſsidetis. quod de rebus immobilibus dicit, ſed vtrobi de mobilibus: vt. j. eo. §. ſed interdicto. Ac.

o Proprietate. ob hoc quidem comparatum eſt: ſed & ſine hac controuerſia proprietatis dabitur, vt ſi de ſola poſſeſsione contendatur, ſecundum Ioannem.

† Aliquãdo tamen hoc interdictum datur aduerſus eum, q nec cogitat quidẽ ſe dominũ: ſed alteri moleſtus eſt, ne libere vtat re ſua. l. iij. §. j. ff. vti poſſid.

p Vter petere debeat. id eſt, vter ſit actor, & vter reus.

q Vtrius eorum poſſeſsio ſit. id eſt, vter poſsideat.

r Non poteſt. vt. ff. de iu. l. inter litigantes. Accur.

s Ciuilis. vt quia parit actionem in rem aduerſario: vt. C. de alie. iu. mu. cau. fa. l. j.

‡ Interdict. Vti poſsidetis & vtrobi, differunt.

t Naturalis. vt quia nemo à ſeipſo poſſet petere ſecundum naturam: vt. ff. de rec. ar. l. penulti. & facit ad hoc bene. ff. vti poſsid. l. j. §. hoc interdictum. ff. de acquiren. poſſeſ. l. exitus.

‡ Interdicta ſunt multiplicia.

v Ingens. id eſt magna, & hæc eadem contentio, & in alijs interdictis retinendæ poſſeſsionis eſt: vt in illo de ſuperficiebus: vt. ff. de ſuperfic. l. j. primo reſponſo. Item in illo de itinere actuque priua. & via priua. vt. ff. de itine. actuque priua. l. j. primo reſpon. Item de aqua quotidiana & æſtiua. Item inter eos, qui ducũt aquam per eandem riuum: qui corriuales dicuntur. Item inter eos, qui ex eodem caſtello: vt. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. l. j. primo reſpon. & §. ſi inter corriuales. ampliſsime per. §. ait prætor. quo ex caſtello. In his enim omnibus interdictis vbi de incorporalium quaſi poſſeſsione agitur: eſt idem modus agendi, qui in duobus iſtis. vnde in Digeſto nono cõtinue poſt illum titulum Vti poſ. illi ſupradicti ponũtur per ordinem. Accur.

Corriuales.

Vtrobi, vnde dicitur.

Poſſeſ

a Poſſeſsione. not. ꝙ maxime lites ſunt in poſſeſſorio: quia vt ſequitur in textu: eſt maximum commodum poſsidere. Ang.

b Remanet. facit C. de edẽ. l. qui accuſare. in fi. & C. de rei ven. l. res, quæ eſt. l. fi. & ff. ſi vſusfr. pe. l. vti frui.

Sed iterdicto &c.

[Caſus]. Iam habuiſtis de interdictis vti poſsidetis, & Vtrobi, quando locum habent. ſed domine Iuſtiniane, quæ eſt differentia inter interdictũ Vti poſsidetis, & Vtrobi, Frater, dicit ipſe ſcire debes ꝙ olim erant duæ differentiæ inter iſta duo interdicta: quarum vna adhuc remanet & alia eſt ſublata. olim autẽ & hodie eſt differẽtia, quod quando de poſſeſsione immobilium tractaẽ inter duos, veluti de poſ. fundi vel ædium, tunc locum habet interdictum Vti poſ. Pro poſſeſsione rerum mobiliũ datur interdictum Vtrobi, Sed domine, quæ olim fuit differentia, quæ hodie non eſt in vſu? Reſpondet, differentia fuit iſta, olim in interdicto Vti poſsidetis, vincebat ille qui tẽpore iudicij, id eſt, tempore litis conteſtatæ comperiebatur poſsidere nõ vi, non clam, non precario ab aduerſario. Dicit autem Iuſtinianus, quod ipſe vult, quod hodie quantum ad poſſeſsionem retinendam adæquata ſint hæc iura. hodie igitur in vtroꝗ modo obtinebit ille, qui ſe probauerit poſsidere tempore litis conteſtatæ, non vi, non clam, non precario ab aduerſario. hoc dicit. Franc.

ne[a]. Cõmodum autem poſsidẽdi in eo eſt, quòd etiam ſi eius res non ſit, qui poſsidet, ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet[b] in ſuo loco poſſeſſor propter quam cauſam, cùm obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorem iudicari ſolet †.

† Quia faciliores ſumus ad abſoluẽdum quã ad cõdemnãdũ. concor. c. vlti. in fi. cum gl. ſuper verbo, humaniore. extra de tranſ.

Vti poſsidetis pro rebus immobilibus: Vtrobi verò pro rebus mobilibus competit. hoc dicit. Areti.

Sed interdicto quidem Vti poſsidetis, de fundi, vel ædium[c] poſſeſsione contenditur, Vtrobi[d] verò interdicto, de rerũ mobilium poſſeſsione.

[illegible] vti poſsidetis, & vtrobi olim plurimùm differrent. tamen hodie ille obtinet in vtroq;, qui tempore litis conteſtatæ non vi, non clam, nec precario ab aduerſario poſsidet. Aretinus.

Quorum[e] vis ac poteſtas Plurimã inter ſe differentiam apud veteres habebat. Nam Vti poſsidetis interdicto is vincebat, qui interdicti tempore[f] poſsidebat: ſi modò nec vi, nec clàm nec precario nactus fuerat ab aduerſario poſſeſsionem: etiam ſi alium[g] vi expulerat, aut clàm arripuerat alienã poſſeſsionem, aut precario rogauerat aliquẽ, vt ſibi poſsidere liceret. Vtrobi verò interdicto is vincebat, qui maiore[h] parte eius anni, nec vi, nec clã, nec precario ab aduerſario poſsidebat[i]. Hodie tamen aliter obſeruatur. Nam vtriuſꝗ interdicti poteſtas, quantũ ad poſſeſsionẽ[k] pertinet, exæquata eſt: vt ille vincat, & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſsionẽ nec vi, nec clàm[l], nec precario ab aduerſario litis cõteſtatæ tẽpore detinet.

[illegible] poſsidere intelligitur, cuius nomine alius eſt in poſſeſſione. Poſſeſsio autem quamuis ſolo animo retineatur, ſolo tamen animo non acquiritur.

c Vel ædium. ff. Vti poſsidetis. l. j. primo reſponſo. Accurſius.

d Vtrobi. Hoc dicitur ab vtrum, & vbi, vt vtrum, ponatur pro ad, vel apud: vbi, ponatur pro quẽ: quaſi dicat apud quem eſt, apud eum ſit. Non fit autem mentio hic poſſeſsionis, cum mobilia propria non poſsideantur, ſed immobilia tantum: cum dicatur poſſeſsio, quaſi pedum poſitio: vt. ff. de acquirenda poſſeſ. l. j. in princi. Abuſiue tamen tam mobilia, quam immobilia dicuntur poſsideri. Accur.

Poſſeſsio nõ eſt proprie de mobilibus.

Poſſeſsio vnde dicitur.

e Quorum. ſcilicet duorum interdictorum.

f Interdicti tempore. id eſt tempore, quo proponitur interdictum.

g Alium. dummodo non aduerſarium.

h Maiore. ſcilicet quam aduerſarius: vt. ff. de verbo. ſigni. l. maiore parte.

i Poſsidebat. & ſic citius vincebat in Vti poſsidetis, quam in Vtrobi. & erat forte ratio, quia citius mobilia transferuntur, quam immobilia: vt. ff. commo. l. j. & ff. de re iudic. l. à diuo Pio. §. j. & ff. de acquirenda poſſeſsione. l. ſi rem.

k Quantum ad poſſeſsionem. not. quantum ad poſſeſsionem: non quantum ad alia remanſit differentia: vt olim, vt Vti poſsidetis in rebus immobilibus, & Vtrobi in mobilibus locum habeat: vt hic dicitur. & ſupra. §. proximo.

l Nec clam. Cũ multa ſint genera violentiarum, quæ ad præſens omitto. De hac vi, quæ inquietatiua dicitur, quæ parit hoc interdictum: vt ſi me arare vel ędificare, vel aliquid in meo me facere prohibes, contendens te poſsidere, habet locum hoc interdictum: vt ff. de vi & vi ar. l. vim facit. & ff. ꝙ vi aut clam. l. j. §. quid ſit. Quid ſi ille non cõtendat ſe poſsidere, ſed ſolũ iniuriatur mihi? Reſpon. adhuc locum habet hoc interdictum: vt. ff. vti poſ. l. ſi duo. §. ſi vicinus. Sed & actione iniuriarum mihi tenetur: vt. ff. de act. empt. l. qui pendentem. Quid ſi nec poſſeſsionis ratione, nec iniuriæ, ſed quia ſeruitutem ſe habere contendit? Reſpond. ſi poſsidet, intentabo negatoriã: ſi ego poſsideo, intẽtabo hoc interdictum: vt. ff. ſi ſer. vend. l. ij. §. j. Clam autem poſsidet, qui clanculo me abſente ſibi poſsidere volens ingreditur fundum meum, quem ego poſsideo: nec tamẽ ſuſpicor me poſſe repelli: & ita me abſente & inuito ſæpiſsime facit: vt. ff. quod vi aut clam. l. iij. §. fina. & de acquiren. poſſeſ. l. clam. in princ. Ille enim qui ingreditur, habet naturalem per introitum ſuum, & ego ciuilem. Vel dic, quod ego retineo naturalem ciuiliter, ingrediens naturalem naturaliter. Sed nonne etiam naturalem perdit ſtatim, cum de fundo exit, & ad iudiciũ venit, vel etiam alias iret? Reſpon. non, imo animo retinet eam naturalem: vt facit fructuarius, qui ſolam naturalem habet. Vel dic, quod ſi amittit eam non tamen nocet: quia adhuc hoc interdicto tenetur, licet ego poſsideam tantum, vt diximus per. l. ff. vti poſsidetis. l. ſi duo. §. ſi vicinus. Precario autem poſsidet aduerſarius à me: vt ſi precibus ſuis motus, conceſsi ſibi precario: vt. ff. de preca. l. j. in prin. & §. j. & diſtingue in precario: quia aut agitur, vt omnis poſſeſsio in accipientem trãsferatur, quod fieri poteſt: vt ff. de preca. l. in rebus. & ff. de acquiren. poſ. l. Pomponius. §. ſi is qui. aut vt nulla, & hoc valet: vt. ff. de prec. l. certe. §. is qui. Aut vt habeat naturales tantũ, qui accepit, & hoc valet: vt ff. de preca. l. & habet. §. eum.[1] Sed nũquid in omni precario vinco habentem à me per hoc interdictum, ſcilicet, Vti poſsidetis? Reſpon. non illum qui habet omnẽ poſſeſsionem; cum hoc interdictum poſſeſſorẽ tueatur: & vt. ff.

Via inquietatiua quę parit interdictũ quod vi aut clã: qualiter fit.

Clam poſsidere.

Poſſeſſor clandeſtinus habet naturalem poſſeſsionem, & deiectus ciuilem.

Precaria poſſeſsio.

1 Dic & in dubio pręſumiẽ naturalis tantummodo poſſeſsio trãslata: vt no. gl. Barto. & Ange. in d. §. cum.

vt.ff.vti poſsid.l.j.§.j.&.§.ij.ergo vinco ſupradictos etiam, ſi ego habebam poſſeſsionem ab alio vi, vel clã, vel precario: vt hic, &.ff.vti poſsidetis.l.j.§.fina.&.l. ſecunda. Accurſius.

Poſsidere autem. CASVS. Iam habuiſtis, quod tam in interdicto Vtrobi, quã in interdicto Vti poſsidetis, quæ ſunt interdicta retinendæ poſſeſsiõis, ille vincit, q in poſſeſsione inuenitur tempore litis cõteſtatæ. Sed domine, pro Deo dicatis mihi, qualiter aliqs dicatur poſsidere? & ipſe reſpondet, Frater, dicit ipſe, non ſolũ dicitur quis poſsidere, ſi per ſe, hoc eſt ſi corpore ſuo poſsideat, ſed etiã ſi corpore alterius poſsideat, quamuis eius iuri nõ ſit ſubiectus: dum tamen nomine ſuo poſsideat, ſicut per colonum & inquilinũ, & depoſitarium, & cõmodatarium. & hoc eſt quod communiter dicitur, aliquẽ retinere poſſe poſſeſsionem per quemlibet, qui eius nomine eſt in poſſeſsione, & non ſolum ꝑ corpus ſuũ, & per corpus alterius, qui eius nomine poſsidet, poteſt aliquis poſsidere, ſiue poſſeſsionẽ retinere, ſed etiã ſolo animo poteſt aliqs poſsidere, ſeu poſſeſsionem retinere, licet ipſe non ſit in poſſeſsione, vel aliquis eius nomine: dum tamen non animo deſerendæ poſſeſsionis eam deſeruerit, ſed poſtea reuerſus ſit ad illam. hoc dicit. Franciſcus.

† Hic M. Tullius in ora. ꝓ Cecinna dubiũ nõ eſſe ait, qn Cecinna poſſideret: cũ erat ei9 colonus ĩ fũdo.

Poſsidere autem videtur quiſque, non ſolum ſi ipſe poſsideat, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſsione [a] ſit †: licet eius iuri ſubiectus nõ ſit: qualis eſt colonus [b], & inquilinus. Per eos quoque, apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit: ipſe poſsidere [c] videtur. Et hoc eſt, quod dicitur: retinere [d] poſſeſsionẽ poſſe aliquẽ per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſsiõe. Quinetiam animo quoque ſolo retineri poſſeſsionem placet: id eſt, vt quamuis neque ipſe ſit in poſſeſsione, neque eius nomine alius: tamẽ ſi nõ relinquendę poſſeſsionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit: retinere poſſeſsionem videat. Adipiſci verò poſſeſsionem per quos aliquis poteſt, ſecundo libro expoſuimus [e]. Nec vlla dubitatio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſsionem nemo poſsit.

Colonus & inquilinus nec ciuiliter, nec naturaliter poſsident.

† Quonã aũt modo quæratur, ac perdatur poſſeſſio, qd iterum ea ſit, ac quotuplex, quo ve iure inducta: nũ ve factum ſit, an ius dicẽda, vide ac dic vt ꝑ Bart. in.l.j.ff.de acquiren. poſ.

a In poſſeſsione ſit. caute dicit: vt.ff.de acquir. poſ. l.ſi quis ante.§.idem Pomponius.ibi, non vt poſsideret. nam non poſsidenti iſti nec ciuiliter, nec naturaliter, ſecundum Ioan.ſcilicet colonus & inquilinus, & ſimiles: vt hic, &.ff.de vſucap.l.non ſolũ.§.qđ vulgo. Sed M.dicit eos naturaliter poſsidere: vt.ff.commu. diuidundo.l.communi diuidundo.§.neque. Sed illud intellige colonum poſsidere, ſcilicet alij.

b Colonus.ſcilicet in villa, ſed inquilinus in ciuitate: vt.ff.de acquir.poſſeſ.l.rẽ pignoris.

c Poſsidere videtur. ſi ergo per alium poſsidet, ergo non poſsidet: vt.ff.de acquir.poſſeſ.l.quod meo. licet quidam dixerint eos naturaliter poſsidere, ſicut & colonum, vt ſuperiori caſu diximus.

d Retinere. Licet animo retineatur, non tamen animo quæritur: vt.ff.de acquir.poſ.l.quemadmodum. & C.de acquir.poſ.l.licet &.j.proxi. Accur.

e Expoſuimus.ſ.per quas perſo.nob.ac.§.ex his. Accurſius.

Recuperandæ poſſeſsio. CASVS. Vidiſtis ſupra, per exempla de interdicto adipiſcendæ poſſeſsionis, & etiam de interdictis retinendæ poſſeſsionis: modo videndum eſt de interdictis recuperandæ poſſeſsionis. Recuperandæ autem poſſeſsionis interdictum, eſt interdictum Vnde vi, per quod cogitur deijciens vi deiectum reſtituere, ſcilicet in illam poſſeſſionẽ, à qua ipſum deiecit: licet deiectus à deijciente vi, vel clam, vel precario poſſederit. q̃ videtur miſtũ: in glo. tamen habes hoc expeditũ vno verbo.ſ.illud verbum ex interuallo. & hęc erat pœna violenti ſecundum iura antiqua: ſed alio modo punitur hodie violentus iſte per nouas conſtitutiones per.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. cuius effectus talis eſt: ſi quis rem mobilem vel immobilem inuaſerit violenter: ſi dominus erat illius rei, quã inuaſit violenter: dominiũ illius rei amittit. ſi autẽ non erat dominus illius rei, compellitur reſtituere, & ſoluere æſtimationem rei per violentiã poſſeſſæ. & omnes pœnæ iſtæ imponunt non ſolũ per actionem ciuilẽ, ſed etiã per actionẽ criminalem. Poteſt enim qui aliũ vi, de poſſeſsione deiecit, accuſari, lege Iul. de vi priuata, ſi ſine armis. ſi vero cũ armis, de vi publica. Sed dñe, quid appellatis vos arma? Sunt enim quidã, qui ſolũmodo credunt cũ armis deijcere, cũ qui loricatus & cũ gladio, & ſcuto, & lancea, & cõſimilibus armis aliquẽ deiecit. Frater, non eſt ita: armorũ enim appellatiõe, nõ ſolũ ſcuta, gladios, et etiã cætera arma appellari volumus, ſed etiam fuſtes, & lapides. Franciſcus.

[illegible] qui vi, clam, vel precario, à [illegible] poſſid[illegible], interdicto Vnde vi, quod recuperandæ poſſeſsionis eſt, eius rei poſſeſsione à qua eiectus fuit, conſequitur: [illegible], qui rem ſuam penes alium conſtitutam, violenter inuaſerit, à dominio cadet: ſin autem aliena ſit, rem deiecto reſtituet, illiusq; æſtimationem [illegible]. [illegible] criminis, legis Iuliæ de vi publica, vel priuata reus ſit.

Recuperãdę poſſeſsionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſsione fundi, vel ædium [f] vi deiectus fuerit †. nam ei proponitur [g] interdictum Vnde vi [h]; per quod is, qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſsionem: licet is [i] ab eo, qui vi deiecit, vi, vel clàm, vel precario poſsideat.

Hodie per vim ſpoliare, ſi dominus eſt, à dominio rei cadit: [illegible] rem ſpoliatam [illegible] æſtimationem [illegible] legis Iuliæ de vi publica, vel priuata criminaliter punitur. Et armorum appellatione lapides & fuſtes continentur. Arc.

† Idem & ſi in prædium cui9 poſſeſsionẽ animo retinebat ingredi ꝓhibit9 ſit, aut in medio itinere deiectus ſit ab eo q ipſe poſſeſsionem occuparit. l.j.§.interdictũ autem.ff.de vi & vi armata. Ex quo loco aperte definita eſt tota cõtrouerſia Cecinnę, quã tot verbis tuetur Cic. Franc. Balduin9 hic.

f Aediũ. aliud in rebus mobilibus. nã ꝓ his cõpetit vi bo.rap.actio: vt.ff.de vi & vi ar.l.j.§.hoc ĩterdictũ. &.§.illud.&.§.plane niſi mobilia cũ immobilibus petant hoc interdicto: vt.ff.de vi & vi ar.l.j.§.q aũt. Ac.

g Proponitur. id eſt, datur.

h Vnde vi. ſed quare dicit vnde vi? Rñ. qa talia erãt verba p̃toris: vnde illũ vi deiecisti &c. et ita à principio verborũ prætoris ſumpſit denoĩationẽ: ſicut & alia, vt quorũ bonorũ, & ſimilia: vt.ff.de vi & vi ar.l.j.ĩ prin.

i Is. ſ.deiectus: vt quia hodie expoliaui te: vel quia cœpi poſsidere rem tuam clam, vel vi: in ſequenti vero die me expuliſti. nam teneris mihi hoc interdicto. Secus ſi incõtinenti me deijcis: vt.ff.de vi & vi ar.l.iij.§. cum igitur. in gl.ſi.&.l.qui poſſeſsionem. Quod incõtinenti accipe ante, quam ad alios actus extraneos diuertat:

: No. iſtã gl. cũ verſic. ſequenti. quo incõtinẽti dicitur eadẽ die: vt in hac glo. & vide text. in.l.continuus. ĩ principio. ff. de ver. obli. Ang.

uertatur vt. ff. de duo. re. ſti. l. duos reos.

a Conſtitutionibus. vt. C. vnde vi. l. ſi quis in tantã.

b Supra diximus. vt. ſ. vi bo. rap. §. quia tamen.

c Rei. ſ. proprietatis: ſed interdicto Vti poſsidetis, poſſeſsio æſtimatur: vt. ff. vti poſ. l. pe. §. ſi. Accur.

Sed ex conſtitutionibus[a] ſacris (vt ſuprà diximus[b]) ſi quis rem per vim occupauerit, ſi quidem in bonis eius eſt: dominio eius priuatur, ſi aliena, poſt eius reſtitutionem, etiam æſtimationẽ rei,[c] dare vim paſſo compellitur. Qui autem aliquem de poſſeſsione per vim deiecerit: tenetur lege Iulia de vi priuata[d], aut de vi publica: ſed de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit. ſin autem armis cum de poſſeſsione vi expulerit: de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non ſolùm ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes & lapides[e] † ſignificari intelligimus.

Accipe tertiam interdictorum diuiſionem.

Tertia diuiſio interdictorum eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia[f]. Simplicia ſunt, veluti in quibus alter actor alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria, aut exhibitoria. Nam actoris eſt, qui deſiderat, aut exhiberi, aut reſtitui. reus autem is eſt, à quo deſideratur, vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, veluti cũ p̃tor prohibet in loco ſacro[g], vel in flumine publico[h] ripa ve eius aliquid fieri. Nam actor eſt, qui deſiderat, ne quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſunt, veluti Vti poſsidetis interdictũ, & vtrobi[i]. Ideo autem duplicia vocantur: quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus, vel actor intelligitur, ſed vnuſquiſque, tam rei, quã actoris partes ſuſtinet.

Abiecta veteri proponendorum interdictorum ſolennitate, hodie pro eis in factũ actio cõpetit.

De ordine & veteri[k] exitu interdictorum ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinem[l] ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia iudicia) non eſt neceſſe reddi interdictũ, ſed perinde iudicat̃ ſine interdictis[m], acſi vtilis actio[n] ex cauſa interdicti red-

ADDITIO. Dic ſecundũ Io. Fab. q̃ imo Dy. tenet, q̃ in hoc interdicto fiat æſtimatio poſſeſsionis, ſicut in interdicto Vti poſ. ſed ipſe Io. Fab. dicit, q̃ ad proprietatem & ad poſſeſsionẽ poteſt fieri æſtimatio: ſecũdum quod concludit. Ange.

d De vi priuata. pœna aũt huiuſmodi legis eſt tertiæ partis bonorũ publicatio, ſi ſine armis: & relegatio, ſi cũ armis: vt. j. de publi. iud. §. itẽ lex Iulia. de vi pub. & C. ad leg. Iul. de vi public. l. quoniã. & l. ij. & ff. de accuſa. l. hos accuſare. §. omnibus. vnde verſus: Vis priuata reũ deponit ab ordine rerum. Sed deportat, ſi vis armata probatur. Vide. c. ij. extra de ordin. cogn. in gloſſ.

e Et lapides. facit j. de publ. iudi. §. itẽ lex. & ff. de vi & vi ar. l. iij. in princi. & ff. de verb. ſig. l. armorũ. Sed nunquid debet aliquis expectare ſe primo percuti, quã percutiat? Dicũt quidã quod ſic: vt argu. C. vnde vi. l. j. & ff. ad legẽ Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. Nos contra, ſed ſufficit iuſtus timor: vt ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi quemcunq̃. & ff. ad le. Cor. de ſica. l. is, qui. & ff. de vi & vi ar. l. iij. §. qui armati. Aduerte tñ, quod aliqñ vis infertur perſonæ, aliqñ rebus: vt no. glo. ſi. in c. ſignificaſti. ij. de homicid. & ibi vide qualiter intelligitur illud cõmune dictum, vim vi repellere, licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.

† Ac pariter quæcũque apta nataq̃ ſũt ad nocendum. quod fit ex ſententia Bar. et Ang. vt gladius pa̰nus inciſo rius vel ad calamoſtẽ perandos comparatus pro armis nõ habeatur: veluti nec dẽtes, nec viniamphora, vrceus aut ſcyatus, & huiuſmodi ſimilia. vnde fit vt dẽte præmẽs impetenſque in ſtatuti pœnã de armis p̃cutiẽte nõ incidat: vt hic per Ioan de Pla. quẽ videto.

Vnde vi concernit res immobiles, vi bonorũ raptorũ, res mobiles.

Lex Iulia de vi priuata & de vi publica qualiter punit.

Tertia diuiſio &c. CASVS. Poſitis duabus diuiſionibus in interdictorum, quarum vtraque eſt bimembris: hic ponit dominus Iuſtinian. tertiam: & eſt talis, quod interdictorum quædam ſunt ſimplicia, & quedã duplicia. Simplicia autem ſunt illa, in quibus non reperitur, niſi vnus reus, & vnus actor: cuiuſmodi ſunt omnia reſtitutoria & exhibitoria. Duplicia ſunt illa, in quibus quilibet reperitur reus & actor. Sed interdictorũ quædam ſunt prohibitoria: & iſtorum quædam ſunt ſimplicia, quædam duplicia. Simplicia ſunt, veluti cũ prohibet prætor in loco ſacro vel in flumine publico, ripa ve eius aliquid fieri. Duplicia ſunt, veluti interdictũ Vti poſsidetis, & vtrobi. & hæc ideo vocantur duplicia: quia in eis vnuſquiſq; tam rei, quam actoris vicem ſuſtinet. h. d. Franc.

f Duplicia. ſimilis poteſt fieri diuiſio actionum ciuilium. Nam quædã duplices ſunt, vt fa mi. ercif. fin. reg. & communi. diuidun. vt: ff. de iudic. l. in tribus.

Actionũ q̃dam ſunt ſimplices: quædã duplices.

g In loco ſacro. vt. ff. ne quid in loco ſacro. l. j.

h Publico. vt. ff. ne quid in flum. per totum.

i Vtrobi. itẽ interdictum de ſuperficiebus: vt. ff. de ſuperfi. l. j. §. proponitur. & dic vt. ſ. eo. §. retinendæ.

De ordine & veteri &c. CASVS. Dixi Iuſtiniano: Domine, quare nõ recitatis vos totam naturam & ſolennitatẽ antiquorum interdictorum? Frater, dicit ipſe, Superuacuũ eſſet hodie de ordine & ſolẽnitate antiqua interdictorum dicere. Nã quotieſcunque extra ordinẽ. i. ſolẽnitatem antiquã ius dicitur (quod hodie fit in omnibus iudicijs) nõ eſt neceſſe interponere interdictũ. Domine, bene dicitis: ſed bene dimitterẽ ſolennitatem interdictorum, ſi loco interdictorum eſſent mihi actiones proditæ à prætore. Frater, dicit Iuſti. ſic poteris illas hodie proponere ſine aliqua ſolennitate, ſicut poſſes ſi ea tibi dediſſet prætor hodie. Similiter qñ dat tibi prætor hoc interdictum. poteris hodie loco illius interdicti actionẽ in factum vtilem proponere, perinde ac ſi iſtam actionẽ vtilem prætor tibi accommodaſſet. h. d. Fran.

De ordine. id eſt de antiqua ſolennitate qua proponebantur interdicta ſub certis formis: vt diximus. ſ. co. in prin. Accur.

k Exitu interdictorũ. ſ. cum antiqua ſolẽnitate: ſine ea tñ reddi poteſt & proponi: vt. ſſ. de ope. no. nunc. l. prætor ait. §. nonnulli. Vel etiã in factum actio loco cuiuslibet interdicti: quæ vtilis vocatur, vt ſubijcit.

l Extra ordinem. id eſt, extra antiquam ſolennitatẽ: quod ſemper fieri videtur vt ſubijcit, vt. ſ. de ſucc. obl. in prin. & ff. de neg. geſt. l. actio. in fi. ti. & C. de form. & impe. act. ſubl. l. j. & ij.

m Sine interdictis. ſ. ſolennibus.

n Vtilis actio. i. in factum, quæ datur loco cuiuslibet interdicti

dita [a] fuiſſet.

TITVLVS XVI.

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

Litigatorum temeritas triplici pœna coërcetur: pecuniaria ſcilicet, iuriſiurandi, & infamiæ, ſiue ignominiæ: quarum ſingulas partes vſque ad tituli calcem perſequitur.

NVnc admonendi ſumus, magnam curã egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant [b], ne facile homines ad litigandum procederent †: quod & nobis, ſtudio eſt. Idque eò maximè [c] fieri poteſt, quod temeritas, tã agentium, quàm eorum, cum quibus agitur, modò [d] pecuniaria pœna [e], modò iuriſiurandi [f] religione, modò infamiæ [g] metu coërcetur.

Reus actor, necnon vtriuſque partis aduocati, iuriſiurandi religione propter calumniam, ſeu calumniationem euitandam introductæ ſeſe aſtringere debent: alioquin nõ procedet iudicium.

Aduerſus negantium mendacia pœna quandoque dupli, quandoque tripli punitur.

Ecce enim iuſiurandum omnibus, qui conueniuntur, ex conſtitutione [h] noſtra defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus vtitur, niſi prius [i] iurauerit, ꝙ putans ſe bona inſtantia vti, ad contradicẽdum [k] peruenit.

Negans id, quod debet, aliquando in duplo punitur. Are.

At aduerſus inficiantes ex quibuſdam cauſis

Actionis ĩ factũ, quatuor ſunt genera.

interdicti. Et no. quatuor eſſe genera actionis in factũ. Vna eſt, quę ex omni edicto vel interdicto prætoris datur, vbi ſpecialis actio non datur, vt hic. Alia eſt legis Aquiliæ ſubſidiaria: quando damnum datur de nõ corpore in nõ corpus: vt. ſ. ad leg. Aquil. §. ſi. quæ eſt ipſa prætoria eſt: vt. ff. de præſ. ver. l. quia actionum. in ſi. Tertium genus eſt extraordinariũ: quod ex varijs figuris cauſarũ eſt introductũ, quoties æquum eſt actionẽ dari: vt. C. de ſac. ſan. ec. l. ſancimus. Quartum genus eſt, quod æquiparat̃ actioni præſcriptis verbis vna cũ iſta in factum ciuilis dicitur: vt. ff. de præſcri. verb. l. j. in ſi. & habet locũ in tribus generibus negotiorũ. Primo in cõtractibus innominatis tribus, do, vt des, do vt facias, & facio vt facias: vt ff. de præſcri. verb. l. naturalis. §. j. ij. & iij. Sed in quarto innominato cõtractu. ſ. facio vt des, habet locum actio de dolo: vt. ff. de pręſcript. verb. l. naturalis. §. quod ſi faciam. Item in ſecundo genere habet locum pręſcriptis verbis ex omni pacto incontinenti, ante vel poſt appoſito iuxta aliquem contractũ: vt. C. de pac. inter emp. & vẽ. l. ij. & C. de pact. l. petens. Itẽ in tertio genere vbicũq; dubitatur de nomine contractus. vt patet in exemplis: vt. ff. de æſtima. act. l. j. & ff. de præſcri. verb. l. j. per totũ. & l. iij. Quid ſit actio in factũ, & ad qd cõpetat tex. cũ glo. eſt in. l. quoties. ff. de præſ. verb. & in. l. in factũ. cum ibi no. ff. de act. & obli. Accur.

Actio pręſcriptis verbis in tribus generibus negotiorum habet locum.

† Hinc Iſocrates regem Nicoclẽ admonebat, vt eas leges ferret, quę nullius litis haberent ſeminarium.

ADDITIO. No. hanc glo. quot ſunt actiones in factũ, & ad quid vnaqueq; cõpetat: & adde gl. in. l. quoties. ff. de præſ. ver. & tex. in. l. in factum. & ibi gloſ. ff. de act. & obli. Ange.

a Reddita. ſ. ab illo eodem prætore.

DE POENA TEMERE litigantium.

Vſque nunc de propoſitione actionum dictum eſt: ſed quia contingit eas interdum temere proponi, nunc de pœna temere proponentium dicit. Accur.

NVnc admonendi. Totus iſte ti. diuiditur in tres partes: Primo continuat titulum ad pręcedentia. Secundo ponit tres pœnas, quæ temere litigantẽ coërcent. Tertio dictas pœnas ſigillatim per exẽpla declarat. Secũda ibi, Idq; eo maxime. Tertia ibi, Ecce enim. CASVS. Dixi Iuſtin. domine, tot & tanta audiuimus, quod tædio affecti ſumus: & vos eſtis nobis tædioſus factus. Pro Deo dicatis nobis, quid amplius vos intẽditis dicere? Frater, dicit Iuſt. ſcire debes, quod multũ ſtuduerũt magiſtratus antiqui, quod nõ de facili litigaretur calũnioſe: & nos ſimiliter circa hoc ſtudeamus: quia hoc maxime fiet, ſi temeritas litigãtium, tam actorum, quã reorum aliquo de tribus modis. ſ. vel pœna pecuniaria, vel iureiurando, vel metu infamiæ puniatur. h. d. Fran.

b Suſtinebant. ſ. magiſtratus, qui iura reddebant: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. poſt originem.

c Maxime. id eſt, certe.

d Modo. ſ. aliqñ: & ita cõmuniter exponitur qñ bis, aut ter repetitur: vt. ſ. quod cum eo. §. cæterum. ver. ſed ſane.

e Pecuniaria pœna. vt. j. eo. §. ſi. Ac.

f Iuriſiurãdi. ſ. calumnię: vt. j. proxi. §. Sed quando? Reſpon. in futuro ſæculo: licet non in iſto: vt. C. de iureiuran. l. ij [l].

l Dic vt habet in. l. iiij. & ibi Bar. ff. de crim. ſtel. & in. d. l. ij. C. de iureiu. Ang.

Periurus in alio ſæculo punitur.

g Infamiæ. j. eo. §. ex quibuſdam.

Ecce enim. CASVS. Domine, vos iam dixiſtis, quod temeritas ligantiũ modis pluribus coërcetur. Pro Deo dicatis, ſi vobis placet, qualiter debeat primo coërceri? Frater, dicit ipſe: primo debet per iuramentum coërceri: quia omnibus litigatoribus præcipit, quod iurent de calumnia. Franc.

h Conſtitutione. C. de iureiurã. propter calum. dan. l. ij. in princip.

i Niſi prius. non dicit, quod prius reus, quã actor iuret, ſed prius quã audiatur: actor aũt prius quã reus iuret: vt. C. de iureiur. propter calum. dan. l. ij. in princip. quæ eſt contra.

k Ad contradicendũ. no. diligenter capitula huius ſacramenti. Actor enim iurat, quod bona inſtantia venit ad agendũ: vt. C. de iur. propter calum. dan. l. ij. in principi. Item quod nõ dabit vel dedit aliquid ... vt proferatur pro ſe ſententia: vt in auth. vt lit. iurẽt in exordio litis. col. ix. Item quod nullã exiget, vel faciet probationem calumnioſam: vt in authent. de iis, qui ingre. ad appellan. §. ſina. collatio. v. E contra reus iurat hæc eadem: niſi quod in primo capitulo iurat ſe vti bona contradictione *. Quid continere debeat iuramentum calumniæ, not. gloſſ. in. c. j. extra de iuramen. calumn. vnde verſus: Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur. Et ſi quæretur verum, non inficietur. Nil promittetur, vt falſa probatio detur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur [z].

Iuramentum de calumnia pręſtatur tam ab actore quã à reo.

* Hactenus procedit gl. Accur.

Iuramentum de calumnia cõtinet quinque capitula.

z No. gl. quæ ponit ea quæ debet iurare actor: & q debet iurare reus. Angel.

At aduerſus & CASVS. Domine, bene vidimus qualiter iuramẽti religione litigatorum temeritas coërcetur: modo dicere debetis, ſi vobis placet, qualiter pœna pecuniaria cõpeſcitur, certe dicit ipſe, bene verum eſt, quod pœna pecuniaria litigatorum temeritas coërcetur: quia quandoq; actio, quę ex ſui natura in ſimplũ cõpetit, propter inficiationẽ ipſius rei datur in duplũ: veluti, ſi dãni iniuriæ & legatorũ locis venerabilibus relictorum nomine agitur, & tamen bene ſunt aliquæ actiones, quæ ſine aliqua inficiatione dantur plus quã in ſimplum, vt eſt actio furti manifeſti, quæ datur in quadruplum. Fran.

Tripl

Mēdaciū facit quem puniri.

a Tripli. vt ſupra de actio. §. tripli. vbi quis per mendacium, aut dolum plus petens, quā debeat, in triplum condemnatur. Alij deponunt de libris illud, vel tripli, eo quod ſubiecta exempla non ſunt huic verſic. apta.

b Agatur. Item alibi: vt. C. de non nume. pec. auth. cōtra qui propriā. Item alibi: vt ſi creditor negat ſibi debitū ſolutū. Nam poſtea quod ſit debitum, probare cogitur: vt. ff. de proba. l. cum de indebito. Itē poſſeſſor negans ſe poſsidere: ſi probatur, perdit poſſeſsionē: vt ff. de rei vendi. l. fi. & in authē. de triē. & ſe. §. illud. & ibi gloſ. in verbo, poſſeſsio. colla. iij. Itē alias: vt. ff. de iudi. l. cum. ADDITIO. Nota pœnas aliquas, quas patitur calumnioſe negās: & maxime not. qñ aliquis poſsidet, & negat interrogatus ſe poſsidere, quod perdit poſſeſsionē, ſi de mendacio conuincatur: vt. l. fi. ff. de rei vend. Ang.

c Eſt actio. etiā à principio, nō ſolum inficiatiōe: vt hic, & . ſ. de actio. §. at ille. Accur.

dupli, vel tripli[a] actio conſtituitur: veluti ſi damni iniuriæ, aut legatorū locis venerabilibus relictorū nomine agatur[b].

Reus in certis caſibus ſiue neget, ſiue fateatur, vltra ſimplum condemnatur.

Statim autem ab initio pluris, quàm ſimpli eſt actio[c]: veluti furti manifeſti quadrupli, nec manifeſti dupli. Nam ex his & alijs quibuſdam cauſis (ſiue quis neget, ſiue fateatur) pluris, quā ſimpli eſt actio.

Actor de calumnia iurare tenetur. Aretinus.

Item actoris[d] quoque calumnia coërcetur. Nā etiā actor pro calumnia iurare cogitur ex noſtra conſtitutione.

Aduocati actoris & rei de calumnia iurare debent. Aretinus.

Vtriuſque etiam partis aduocati iuſiurandū ſubeunt[e] † . quod alia noſtra cōſtitutione comprehenſum eſt.

Reiecta mulcta decimæ partis litis, quæ olim improbis litigatoribus irrogabatur: hodie quiſquis inique litigabit: periurium incurret, & damnū impenſásq; omnes victori parti inferre cogitur.

Hæc autē[f] omnia pro veteri calumniæ actione[g] introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abijt: quia in partem decimam litis actores mulctabat: quod nuſquā factum eſſe inuenimus. ſed pro his introductum eſt & præfatum iuſiurādum: & vt improbus litigator, & damnum, & impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

Condemnatus vel pactus ex criminibus, quæ hic enumerātur, vel condemnatus actionibus directis non contrarijs deſcendentibus ex contractibus hic enumeratis, erat infamis.

Annota. Directæ dicuntur: quæ pupillo aduerſus tutorem, mandanti aduerſus mandatariū, depoſitori aduerſus depoſitarium competunt: & non è regione.

Annotato etiam pactione infamiam contrahi: nam quicunq; ex delicto obnoxius, pretio dato paciſcitur ignominioſus ſit.

Ex quibuſdam iudicijs damnati[h] ignominioſi fiunt: veluti furti, vi bonorū raptorū, iniuriarū,

Itē actoris quoque. CASVS. Dixi Iuſtinia. Domine, vidimus ſupra qualiter per iuramentū & pœnā pecuniariam rei temeritas coartatur: ſed de actore quid diceris? Certe, dicit ipſe, nō ſolum reus, ſecundū quod ſuperius diximus, ſed & actor compellitur ſubire calumniæ iuramentum, imo plus adhuc dico tibi, quod non ſolum reus & actor iurant, ſicut diximus. ſed etiam vtriuſque partis aduocati iuſiurandum ſubeunt: ſecundum quod eſt in alia noſtra cōſtitutione prouiſum. & hæc omnia introducta ſunt loco actionis veteris calumniæ, quę in deſuetudinem abijt, qua tenebatur actor, qui temere litigabat, in decimam partem litis. quod nunquam inuentum eſt factum eſſe, vt hic dicitur: ſed pro his introductum eſt iuſiurandum: & vt in expenſis & damnis litis puniatur improbus litigator. hoc dicit. Franc.

d Item actoris. quaſi dicat, non ſolum reus iurat de calumnia: vt. ſ. eo. §. j ſed etiam actor, vt in conſtitutione noſtra dicitur: vt. C. de iureiur. propter cal. dan. l. ij. in principio.

e Subeunt. ſcilicet quod iuſtum & fidele patrociniū præſtent, vt in conſtitutione dicitur. Sed tamen in cōſuetudine non habetur, quod iuretur licet lege caueatur: vt. C. de iu. l. rem non nouam §. patroni. & facit in authen. de teſt. §. fina. col. vij.

f Hæc autem. ſcilicet quæ de ſacramento calumniæ dicta ſunt. ſ. eodem. §. j. ſupra eodem. §. item actoris. & §. proximo.

g Actione. actio enim quædam erat, qua tenebatur actor, qui per calumniam litigabat, in decimam partē litis, quod hodie corrigitur. Sed & hoc hodie iure authenticorū in antiquum redijt ſtatū: licet non iure illius actionis, ſed per iudicis officium: vt in authen. de lit. §. ad excludēdas. col. viij. Et no. ex hoc §. & ex dicta auth. de lit. & ex. l. ff. de reg. iu. l. qui in ius. §. nemo. & ex. l. illud. ff. de peti. hær. quod niſi improbe & calumnioſe litigauerit, nō debeat condemnari in expenſis: vt. ff. de iu. l. eum quem. et. C. de fruc. & lit. expen. l. non ignoret. licet in. C. de iu. l. properandum. §. ſin autē. indiſtincte dicat victum cōdemnari victori in expenſis. Sed eſt intelligendum cum iam dicta determinatione, ſi calumnioſe agit. vt in authē. de iud. §. oportet. colla. vj. ADDITIO. Nota ex gloſ. quod licet vna. l. generaliter loquatur: tamē per alias leges patitur limitationes & reſtrictiones: & ſic. l. patitur interpretationem paſsiuam: vt. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legē Falcidiam.

† Dic vt ibi, per gl. & An. & vide text. & gl. Bar. Cyn. Bal. & Sali. in auth. generaliter. C. de epiſcopis & cle. ſed vt dicit. ſ. de ſatiſda. §. ſed hodie. & Bar. in. d. auth. generaliter. hodie huiuſmodi ſatiſdatio de lite proſequēda & decima parte litis &c. non eſt in vſu. Ang.

Ex quibuſdam iudicijs. CASVS. Viſo qualiter iureiur. & pœna pecuniaria litigatorum proteruitas compeſcatur: videndum eſt qualiter metu infamiæ refrenetur. & certe quædam ſunt iudicia ſiue actio. in quibus ſi quis fuerit damnatus, infamis efficitur quas action. litera enumerat. & hoc intellige, quando directe intentantur: quia tunc & non aliter damnatus in illis efficitur infamis. In actio. autem pro ſocio, quæ directa eſt ab vtraque parte: hoc eſt tam à parte intētantis, quam à parte eius contra quem intentatur, ſecus eſt: & ideo quicunque ſociorum in actio. pro ſocio fuerit condemnatus, infamis efficitur. Sed tamen ſcire debes, quod differentia eſt inter actiones hic notatas deſcendentes ex contractu, vel quaſi, quia nō ſolum illi, qui damnati ſunt in act. deſcendentibus ex delicto hic nominatis, ſunt infames, ſed etiam illi, qui in iſtis act. tranſigunt: quia crimen videtur confiteri, qui tranſigit. in actionibus autem hic nominatis deſcendentibus ex contractu vel quaſi, ſolum damnati fiunt infames: non autem illi qui tranſigunt. hoc dicit. Franc. de Are.

h Damnati. ſcilicet ſuo nomine, niſi procurauerint: non ſi procuratorio: vt. ff. de ijs qui no. infa. l. furti. §. ſi quis.

& iij

* Hic Cicero dicturus pro Sylla, Vos inquit, dij penates teſtor, me huc integro animo deſcendere. Et Fabius li. xij. nō cōuenire ait oratori, in iuſta tueri ſcientem.

Aduocati partiū, an debeāt iurare.

quis. & hoc ſi à iudice ordinario vel delegato ſit condemnatus. ſecus ſi ab arbitro: vt. ff. de iis qui no. infa. l. quid ergo. §. cum autem. verſi. ex compromiſſo.

a Directis. & ob id tutor conuentus à pupillo & damnatus infamatur. Idem in aliis directis, ſecus ſi econtra tutor pupillum faciat condemnari: vt hic, &. ff. de iis qui not. infa. l. j. Et not. ꝙ in caſu etiã contrario infamat: vt. ff. de iis qui no. infa. l. furti. §. mandati. Item not. ꝙ quatuor hic ponũtur exempla de maleficiis: & quatuor de cõtractibus, vel quaſi. * Et iſta continentur his verſibus: Iudice damnatos, infames reddit vbiq;. Quod vi diripit, iniuria, furta, doliq;. Actio mandati, tutelæ, depoſitiq;. Directo, ſi pro ſocio cõis vtrique.

b Sed & pacti. ſ. pretio eris ſine iuſſu prætoris: vt. ff. de iis qui not. infa. l. in actiõibus. & l. furti. §. pactus. Ac.

c Debitor ſit. vt ff. de infa. l. furti. §. finali.

de dolo: item tutelæ, mãdati, depoſiti, directis [a], non contrariis actionibus. Item pro ſocio, quæ ab vtraq; parte directa eſt: & ob id quilibet ex ſociis eo iudicio damnatus ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non ſolùm damnati notantur ignominia, ſed & pacti [b]: & rectè. Plurimùm enim intereſt, vtrũ ex delicto aliquis, an ex contractu debitor ſit [c].

Annota, Iudicia omnia à citatione exordienda eſſe.

Omnium † autẽ actionum inſtituẽdarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur: qua prætor edicit [d] de in ius vocando †. vtique enim in primis aduerſarius in ius vocandus eſt: id eſt, ad eum vocandus, qui in ius dicturus ſit [e]. Qua parte prętor parentibus & patronis, item parentibus liberiſq; patronorum & patronarum hũc præſtat honorẽ [f], vt non aliter liceat liberis libertiſq; eos in ius vocare, quàm ſi id ab ipſo prætore poſtulauerint, et impetrauerint. Et ſi quis aliter vocauerit: in eũ pœnã ſolidorũ qnquaginta [g] cõſtituit.

TITVLVS XVII.

DE OFFICIO IVDICIS. *

Iudex debet iudicare ſecundum ius ſcriptum vel cõſuetudinariũ: & ſententiam ſuam ſecundum naturam actionis propoſitæ ferre: quod primo oſtenditur in noxali actione. Aretinus.

SVpeſt [h], vt de officio iudicis diſpicia

Omnium autem actionũ. CASVS. In proximo. §. tractat dominus Iuſti. qualiter puniatur temeritas litigantium metu infamiæ: hic tractat qualiter punitur temeritas litigantium metu pœnę pecuniariæ. Vel ſic poteſt continuari: Temeritas quandoque conſiſtit in perſeuerando improbe litigãdo: quandoq; autem conſiſtit temeritas in ius vocando. Cum ergo ſupra dixerit dominus Iuſtinianus, qualiter punitur temeritas litigãtium in perſeuerando improbe litigãdo: modo dicitur qualiter punitur litigãtis temeritas, quæ eſt in ius vocando. Dicitur ergo quod principiũ inſtituendarum actionum ab edicto de in ius vocando, proficiſcitur, & explanat ſeipſum in textu, dicẽs; quod in primis debet aduerſarius in ius vocari coram iudice. ſed quo ad iſtam vocationẽ in ius ſatis abunde proſpexit prætor parentibus & patronis. Statuit enim quod non liceret liberis & libertis parentes, vel patronos in ius vocare ante, quam à prætore hoc poſtulaſſent, & etiam impetraſſent, & ſic nõ ſufficit poſtulare: ſed neceſſe eſt, quod obtineant ante, quam eos in ius vocent. Si quis autem eorum aliter eos in ius vocaret, ſtatuit in eum pœnam quinquaginta ſolidorum. hoc dicit. Franciſcus.

d Edicit. i. edictum proponit de in ius vocãdo: vt. ff. de in ius vo. l. iij. §. prætor. & per totum titu. Accur.

e Dicturus ſit. vt. ff. de in ius vocan. l. j.

f Honorem. Not. ꝙ patribus & patronis eſt honor præſtandus & reuerentia: vt hic, &. l. honori ff. de obſe. à libe. & liber. paren. & patro. præſtand. & habetur in. l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. Ang.

g Solidorum quinquaginta. alias quaſi inofficioſus caſtigatur ſi præ inopia pœnam ſoluere non poſſit: vt ff. de in ius vocan. l. pe. & fi. Et intellige hoc in emancipatis filiis, alias nõ poſſet eſſe iudicium inter patrem & filium: vt. C. de in ius vocã. l. fi. & diximus. ſ. de act. §. in eum quoq;. alias eſt ver. & in eũ. §. pœnales quoque. Item not. hic, quod aureus pro ſolido accipitur, cum. ff. de in ius voc. l. ſi libertus. & l. in eum. dicat l. aureorum. & hic dicit ſolidorum. Itẽ nota, ꝙ ſeptuagintaduo aurei faciũt libram auri: vt. C. de ſuſcep. & arca. l. quotieſcũq;. li. x.

DE OFFICIO iudicis.

Iſte tit. continuatur, ſecundum Ioã. Fab. Quia viſum eſt. ſ. de actionibus: & quia officiũ iudicis loco actionũ aliquando habetur: vt l. actionis verbo. ff. de action. & oblig. ideo post actiones ponit de officio iudicis. Vel poteſt continuare, quod iudiciũ conſiſtit ex tribus perſonis, videlicet ex perſona actoris, rei, & iudicis: vt. c. forus. extra de ver. ſigni. ſed ſuprà dictum eſt de actionibus: & ſic de perſona actoris. de exceptio. & ſic de reo: ſequitur neceſſario videre de tertio: & ſic de iudice. & eius officio. Et iſtam continuationem infert gloſ. hic in nigro.

SVpereſt. Totus iſte titu. diuiditur in ſex partes. Primo ponit generaliter quid ſpectat ad officium iudicis circa ſententiam. Secundo quid ad ipſum pertinet circa cõdemnationem malorum ſeruorum. Tertio quid in actione in rem. Quarto quid in actionibus vniuerſalibus. Quinto quid in perſonalibus. Sexto quid in iudiciis diuiſoriis. Secunda ibi, Ideoque. Tertia ibi, Et ſi in rem. Quarta ibi, Et ſi hęreditas. Quinta ibi, Si ad exhibendum. Sexta ibi, ſi familiæ erciſcundæ. CASVS. Viſo de actionibus quomodo intentantur ab actoribus contra reos: ſupereſt, vt de officio iudicis diſpiciamus. & in primis ſcire debes, quod iudex tenetur ad hoc, vt ipſe iudicet ſecundum leges, vel ſecundum conſtitutiones, vel ſecundum mores, hoc eſt ſecundum conſuetudinem. Et ſumus in verſic. Ideoq; ſi noxali. Dixi vobis ſupra, quod iudex debet pronũtiare ſecundum leges: ita patet quod dominum conuentum actio. noxali condemnare debeat pro delicto ſerui: & debet eum condemnare in hunc modum: Lucium Titium dominum talis ſerui Publio Mæuio in decem ſolidos cõdemno: aut noxã dare permitto: quia leges volunt, quod dñs damnũ datũ à ſeruo debeat reſarcire, vel quod poſſit liberari ſi velit ſeruũ dare pro noxa. Sic enim vult lex, quod damni æſtimatio ſit in cõdemnationẽ, licet noxæ deditio ſit in ſolutionẽ. Fr.

h Supereſt. ſed vnde ſupereſt? Rñ. quia de actoribus diximus

Sententia ſup actione famoſa an ſemper infamet.

Actiones octo, ſunt quæ infamant.

* Hoc gl. reſiduũ nõ eſt Accur. Aegi. per.

† Facit ad hũc. §. cle. j. iũcta gl. ſup verbo citatibꝰ. in ſi. de iudic.

† Hic Plato dialogo octauo de legibus admonet nõ eſſe negligẽdas leges de in ius vocando, putat tamẽ eam rem eſſe leuiorẽ, quã vt grauem legũ latorem multũ occupare debeat.

L. aat i corpore, qui non habet in ære.

Aureus p ſolido ſumitur.

Libra auri cõtinet. 72. aureos.

* De officio iudicis grauiter et copioſe diſſerit Phauorinꝰ philoſophus apud Gelliũ lib. xiiij. cap. ij. Vide etiã elegantem admodum tractatũ eiuſdẽ argumẽti Claudij Cãtiunculæ.

mus. Et quidem in primis [a] illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet, quàm legibus, aut cōſtitutionibus [b], aut moribus [c] proditum eſt.

Annota. Ea eſt ratio, nam domino noxali actione cōuento optionem iura concedunt, aut damnum ſoluendi, aut ſeruum noxæ dedendo, damni exiſtendi æſtimatione.

Ideoque ſi noxali [d] iudicio aditus eſt [e]: obſeruare debet, vt ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condēnare: Publium Mæuium Lucio Titio in decē aureos condemno, aut noxam dedere [f] ✝.

Iudicis eſt reum ſingulari in rem vel vniuerſali actione conuentum ad rei, fructuumq́; reſtitutionem condemnare, qui ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit, non modo perceptos fructus, ſed & quos percipere potuit, præſtare cogitur, quòd ſi bonæ fidei fuerit, conſumptorum & culpa non perceptorum nomine nequaquam tenebitur. poſt litis tamen conteſtationem nihil differt à malæ fidei poſſeſſore, quo fit vt omnium fructuum ratio à die litis conteſtatæ habenda ſit.

Et ſi in rem actum ſit coram iudice: ſiue contra petitorem iudicauerit: abſoluere debet poſſeſſorem, ſiue contra poſſeſſorem iubere ei [g] debet, vt rem ipſam [h] reſtituat cū fructibus [i]. Sed ſi neget poſſeſſor in præſenti [k] ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tēpus reſtituendi cauſa petere: indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tēpus, quod ei datum eſt, non reſtituerit.

In iudicio vniuerſali ita fructus veniunt, ſicut in ſingulari: & in vtroque iudicio malæ fidei poſſeſſor de non perceptis tenetur: ſecus in bonæ fidei poſſeſſore: niſi poſt litem conteſtatam. Arc.

diximus & de reis: ſequitur, vt & de iudice qui ſedet in medio dicamus, & eius officio, circa quæ verſatur.

a In primis. i. in principalibus, vel inter principalia. Nam primo libellus dandus eſt: vt. C. de li. cont. auth. offeratur. & cauſæ examinatio præcedere debet hanc obſeruantiam. quæ circa ſententiā adhibetur: vt. C. de iud. l. iudices. Vel dic in primis. ſ. obſeruantijs. ſ. circa ſententiā adhibendis. Nā & alia ſunt obſeruāda. ſ. quod detur in ſcriptis: vt. C. de ſenten ex breui. reci. l. fin & ſedendo: vt in auth. vt ab illuſtri. & qui ſuper. §. ſancimus. col. v. Sed hoc eſt principale, quod ſecundū leges iudicet, vt hic dicitur. Accur.

Libellus in cā eſt dandus.

Sententia in ſcriptis & ſedendo ferēda eſt.

b Conſtitutionibus, ſcilicet, Imperatorum.

c Moribus. id eſt conſuetudine, quæ pro lege ſeruatur: vt ſupra de iur. natura. gentium & ciuili. §. ex non ſcripto. Sed quid ſi vnum eorum alteri contradicit? Reſpō. conſtitutio legi antiquæ præiudicat: vt. ff. de legibus & ſenatuſconſult. leg. non eſt nouum. & conſuetudo præiudicat vtrique, ſiue ſit generalis: vt. ff. de legibus & ſenatuſconſul. l. de quibus. in fi. ſiue ſit ſpecialis in illo loco ſ. tantum præiudicat vtriq́;: vt. ff. cōmu. præd. l. venditor. §. ſi conſtat.

✝ In. l. miles. §. j. ff. de re iudi. non noxā debere legit ſed noxę dedere.

Aegi. per. Conſtitutio legem, vtrunque conſuetudo vicit.

Conſuetudo eſt duplex.

d Noxali i. ſuper. Accur.

e Aditus eſt. ſ. iudex.

f Noxam dedere. ſ. permitto. nam damni æſtimatio tantum eſt in condēnatione: vt. ff. de re iudic. l miles §. j. & ij. alias eſſet incerta ſententia, quod eſſe non debet: vt. ſ. de act. §. curare.

ADDITIO. De hoc, an iudex debeat ferre ſententiā certam, & an valeat ſententia incerta. dic vt per Ange. in. d. §. curare.

Et ſi in rem. CASVS. Vidiſtis qualiter iudex debeat formare verba ſententiæ in actio. noxa. Sed domine pro Deo dicatis, ſi placet, quale debeat eſſe officium iudicantis inter aliquos in actio. reali? Frater, dicit ipſe, libenter. Nam aut videt iudex, quod ferenda eſt ſententia contra petitorem: & tunc nihil aliud incumbit ei, niſi quod abſoluat poſſeſſorem, aut videt quod eſt ferenda ſententia contra poſſeſſorem: & tunc debet condemnare poſſeſſorem: vt rem cum fructibus petitori reſtituat, & tenetur condemnatus in iſta actione reali. incontinenti rem cum fructibus reſtituere. ſed in act. perſonali nō tenetur incōtinenti rem reſtituere: ſed habet inducias à lege. Sed domine, quid ſi dixerit poſſeſſor condemnatus, quod non poſſit rem reſtituere incontinenti, & petat tempus reſtituendi? Frater, ſi videat iudex, quod calumnioſus ſit, & tempus petat fruſtratorie, non dabit ei tempus: & niſi rem reſtituerit, iurabitur contra eum in litē, ſi vero fruſtratorie nō petat tempus, bene dabit ei iudex tempus intra quod reſtituat, ſecundū quod ſibi videbitur: ita tn̄, quod caueat per bonos fideiuſſores, quod ſi intra tempus, quod ſibi datum eſt, non reſtituat: q̄ æſtimationem litis ſoluet h. d. Franc.

g Ei. ſcilicet, poſſeſſori.

h Vt rem ipſam. idem & ſi in perſonam [1]: vt ſi res petatur vi poſſeſſa, per actionē Quod met. cau. vel ex ſtipulatu ad rem tradendā. Si autē quantitas, vel in genere aliquid petatur, tunc à petitione actoris abſoluitur, vel condēnatur in re petita.

1 Scilicet agatur nō ſolum ſi in rem.

i Cum fructibus. ſed de quibus fructibus loquitur hic? Nunquid de naturalibus, vt de pomis & ceraſis: & ſimilibus [2]: an vero de induſtrialibus? Reſpon. de naturalibus non: quia illi aut extant: & tunc per rei vendicationem petuntur, ſicut res ipſa, cum nullus etiā bonæ fidei poſſeſſor faciat ſuos: vt. ff. de vſur. l. fructus. Aut non extant: & tunc nō tenetur: cum nec habeat nec dolo fecerit quo minus haberet: ſed condictione ſine cauſa æſtimatio debetur: vt. ff. ſi cer. pe. l. ſi & me. & vtroq; caſu ceſſat officiū iudicis, de quo hic agitur: cū iure actionis petantur. Item de induſtrialibus nō, ſi à bonę fidei poſſeſſore percepti ſunt: quia percipiendo eos, & ſeparando à ſolo, ſuos facit & lucratur: vt. ſ. de rer di. l. ſi quis à non domino. ſiue habeat titulum, ſiue non: vt. ff. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſi vſufructuarius. & ff. ſi. reg. l. iiij. §. poſt litem. ſi autem non ſeparauit, adhuc ipſius fundi ſunt: vt. ff. de rei vend. l. fructus. Sed dic de induſtrialibus hic loqui, qui ſunt percepti, ſed non conſumpti à bonæ fidei poſſeſſore. nam cum ſunt facti poſſeſſoris, nō rei vendicatione, ſed iudicis officio petuntur: vt hic, &. C. de rei vend. l. certum. §. bonæ fidei. Si autem malæ fidei ſit, de conſumptis tenebitur condictione ſine cauſa: de extantibus rei vendicatione, non dico eadem rei vendicatione qua petitur res, ſed alia omnino: licet in petitione hęreditatis ſit ſecus: vt. C. de rei vendi. l. certum. j. reſpon. de percipiendis autem tenetur officio iudicis: vt. j. eo. §. j verſicu. illorum. &. ff. de rei ven. l. ſi nauis. §. ſi na. Si vero malæ fidei poſſeſſor titulum habeat, de conſumptis tenetur condictione ſine cauſa: de extantibus rei vendicatione, à percipiendis, propter titulum excuſatur: vt. C. de rei vendi. l. ſi fundum. niſi in quatuor caſibus, vbi de percipiendis tenetur qui habet titulum: quod dic vt ſupra diximus de rerū diuiſione. §. ſi quis à non domino.

2 Quid de oliua & ſylua an dicantur fructus naturales, vel induſtriales? dic q̄ dicunt induſtriales: ſicut ſeges: vt eſt textus in. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad. l. Aql. & ibi doc. Ang.

Poſſeſſor malæ fidei quo iure tenet fructus reſtituere.

k In præſenti. No. in actione in rē incontinenti fieri

& ij execut

executionem: ſecus in perſonalibus, quia quatuor menſium ſpatium datur: vt. C. de vſu. rei iud. l. ij. & iij. & ſi. Et in criminali ſtatim ſententia eſt executioni mandata: vt. C. de pœ. l. cum reus.

ADDITIO. Niſi in caſibus qui notantur xij. q. iij. cum apud glo. in c. quærenti. extra de offi. deleg. in gloſſ. quadrimeſtre. Primus caſus eſt, quando quis eſt confeſſus de crimine: differtur executio donec appareat, an velit in confeſſione perſeuerare. Secundus eſt, cū ſententia lata eſt contra mulierem prægnātem: differtur executio vſq; ad tempus partus. Tertius caſus eſt, quādo princeps ex iracundia tulit ſententiam: tunc enim differtur executio vſque ad xxx. dies ad videndum ſi princeps illam relaxabit. Quartus eſt, quando inſula eſt aſsignāda à principe, ad quā debeat malefactor deportari. Quintus eſt, ſi ſententia eſt in ſeruum lata, differtur executio, donec ratiocinia reddiderit dño. Vnde verſus: In perſonali poſt menſes quatuor: in re, Protinus eſt omnis ſentētia perſicienda. Sic in criminibus, ſed caſus excipe quinq;, Confeſſus, prægnans, iratus, & inſula, ſeruus.

† In eorū tamē obligatione & executione id diſcrimē eſt, ꝙ in rei vendi. fructus poſt litem conteſtatā ꝑcepti nō veniūt iure eiuſdem actiōis ſed officio iudicis: & ſi ante percepti ſunt, propria actione peti debēt. At in petitione hæreditatis omnes fruct9 continentur eadem illa actiōe, qua petit hereditas. Nam ipſi fructus hæreditatē augent, & vident pars eius eſſe. l. itē veniūt. §. fructus. l. hæres furioſi. ff. de peti. hære. leg. ſi poſt motam. §. fructibus. C. illo ti. Fran. Baldui. hic.

Et ſi hæreditas petita ſit [a]: eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de ſingularū rerū petitione [b] †. Illorum autem fructuū, quos culpa ſua poſſeſſor non perceperit [c]: ſiue illorum, quos perceperit, in vtraque actione [d] eadem ratio penè [e] habetur, ſi prædo fuerit. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuerit, non habetur ratio [f], neque conſumptorum, neque non perceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur [g], qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt.

Conuento ad exhibendum actione rem vtcūque exhibere non ſat eſt, vt liberationem conſequatur, ſed in eum cauſæ ſtatum exhibenda eſt, in quo cœpti iudicij tempore erat: ideo pendente iudicio vſucaptam exhibendo non liberatur. Fructus quoque medio tempore perceptos reſtituere cogitur: ſi tamen rei ſtatim exhibendæ facultatem non habeat reus, dilationem conſequetur, cautione ſcilicet prius præſtita, quòd ſi iuſſus à iudice exhibere non exhibeat, aut ſe intra tempora exhibiturum nō caueat, in id quod aduerſarij intereſt, damnabitur.

Si ad exhibendum actum fuerit: non ſufficit, ſi exhibeat rem is, cum quo actum eſt: ſed opus eſt, vt etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, vt eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet: ſi cùm primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet. Ideoque ſi inter moras exhibendi vſucapta [h] ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medij temporis, id eſt, eius, quod pòſt acceptum ad exhiben-

Sententia an ſtatim ſit executioni mandanda.

Et ſi hereditas. CASVS. Iā dixi vobis quale ſit offi. iu. cum auditur iudex in act. in rem: modo videamus, quod eſt offi. iu. qn̄ aditur in act. miſta, tam in rem, quā in perſonam: vt in petitione hæreditatis: & quid debet iudex tunc facere. Et dico, quod idem debet facere in pe. hæ. quod in rei ven. quæ datur pro ſingularum rerū petitione ad differentiā pe. hæ. in qua multæ res petuntur. h. d. Et quicquid dicat litera, nō eſt per omnia idē. vt. j. videbitis. Et ſum in ver. illorum aūt fructuum. Dixi Iuſt. Iam bene vidi, quod tam in rei vend. quā in peti. hæ. veniūt fructus percepti iu. offi. quia debet iubere reſtitui cum fructibus. Sed dñe, quid dicemus de fructibus percipiendis in eo, qui condēnatur peti. hæ. vel rei vend. Frater, dicit Iuſt. aut fuit bo. fid. poſſ. aut malæ ſidei, ſi fuit malæ fidei poſſ. tunc fere idē eſt in rei ven. & pe. hær. vt eodē modo teneatur malæ fi. poſſ. de fructibus quos per culpam ſuam nō percepit, in rei ven. ſicut pet. hæ. ſi autem fuit bo. fi. poſſ. nō tenetur de conſumptis, nec de percipiendis, niſi poſt litis conte. ſicut prædo tenetur de fructibus culpa ſua. ſ. poſſeſſoris nō perceptis, vel perceptis, & conſumptis. h. d. Franc.

Petitio hæreditatis eſt realis & perſonalis.

a Et ſi hæreditas petita ſit. ſ. ſi hæreditatis petitione actum ſit, & condēnatio ſecuta. Nam & ipſa eſt in rem & in perſonam: vt. ſ. de act. §. quædam.

b Petitione. vt reſtituant fructus cū re: vt. ſ. proxi. §.

c Non perceperit. ſ. qui titulum non habebat, alias ab iſtis percipiendis excuſatur, vt modo diximus.

d In vtraque actione. ſ. in rem, & in petitione hæreditatis. Accur.

e Pene. pene dicit: quia in petitione hæreditatis veniunt eadem in actione qua res: ſed in rei vendicatione alia eſt pro re, alia pro fructibus.

f Nō habetur ratio. hoc eſt verū per rei vendicationem, vel pel iudicis officium, ſed per condictionem ſine cauſa ſic, cum bonum & æquum ſit: vt. ff. ſi cer. pe. l. ſi & me. ſecundum quoſdam.

g Ratio habetur. niſi infans, vel pupillus fuerit poſſeſſor: vt ff. de rei vē. l. quod infans. §. j.

Si ad exhibendū. CASVS. Domine, pro Deo dicatis ſi placet, quale ſit offi. iu. in act. ad exhibendum, quæ perſonalis eſt: licet ſit in rem ſcripta? Frater, dicit ipſe in act. ad exhibendū debet iudex iubere, quod res exhibeatur. & nō ſufficit, quod exhibeat̄, niſi in eadē cauſa exhibeat̄, in qua cauſa eſſet, ſi à principio fuiſſet exhibita, vnde ſi ille, qui iuſſus eſt exhibere rem, eā exhibere diſtulerit: & per eius morā fuerit res exhibenda à poſſeſſore vſucapta: nihilominus condēnatur ille, qui iuſſus fuerit exhibere. Item ratione fructuū medij temporis, id eſt, eius temporis, quod interceſsit poſt lit. conte. & rem iudicatā, debet habere iudex. Item incōtinenti debet exhibere ille, qui rē exhibere iuſſus eſt: ſicut in reali condemnatus debet rem reſtituere incontinēti, & ſic hæc actio ad exhibendū perſonalis eſt: vt ad exhibē. l. ij. tamen dicitur ſcriptura in rem: quia in multis habet naturam realis actionis. Sed domine, quid ſi cōdemnatus in act. ad exhibendū dicat, quod incōtinenti nō poteſt rem exhibere? Frater, (dicit ipſe) ſi videat iudex, ꝙ ſine fruſtratione petat tempus, intra quod rē exhibeat, debet ei dare tēpus: ſic tamen vt ipſe caueat per bonum fideiuſſorem ſe rem exhibiturum: ſi aūt nec iuſſu iudicis rem exhibere velit, nec cauere ſe poſtea rem exhibiturum: tunc debet condemnari actori quanti ſua intereſt, non exhibitam rem fuiſſe. h. d. Fran.

h Vſucapta ſit. ſed quomodo potuit vſucapi, cum interruptione facta in actione ad exhibendum, videatur facta etiam in rei vendicatione: vt. C. de anna. exceptio. leg. fina. Reſpond. ſecundum Ioan. lex illa intelligitur in tribus caſibus ibi in litera poſitis, nō alias: vt. ff. ad exhibend. l. Iulianus. in fine. Alij dicunt illam generaliter intelligi per leg. ff. de iudic. leg. ſolemus. Et quod hic dicit circa res mobiles, intellige, in quibus non interrumpitur vſucapio per litis conteſtationem: vt. ff. de rei vendicatio. leg. ſi poſt. Prima ſententia verior eſt.

Vſucapio rerum mobiliū nō interrumpitur per litis conteſtationē.

Actum

a Actum eſt. & obtentum.
b Vt tamen caueat. vt. ſ. eo. §. ſed ſi neget. & ff. ad ex hib. l. de eo. §. ſi poſt. ver. ſi iuſta.
c Condemnandus. delato iureiurando in litem: vt. ff. de in li. iur. l. in actionibus.

eſt Iuſti.) eodē modo debet ſe habere in iudicio cōmuni diuidundo iudex, ſicut in iudicio fami. erciſc. quia ſi aliqui, quibus plures res ſunt cōmunes, intendant iud. cōmuni diuidūdo inter ſe debet iudex ſi plures res ſint cōmunes: vni vnam, alteri alterā adiudicare. Si autē de vna re agant, quæ cōmode diuidi poſſit: eam diuidere debet: & vni vnā partem, & alteri alterā partem adiudicare. Et ſi pars vni aſſignata melior ſit, ꝙ altera, quę alteri aſſignatur: tūc debet iudex eū cui meliorem partē aſſignauit, alteri in quadā ſumma pecunię, ſecundū quod ſibi viſum fuerit, condemnare. Si autē res cōmode diuidi non poſſit, tunc poterit iudex eam totā adiudicare vni: & eū alteri in certa ſumma pecuniæ condemnare. h. d.

Si ergo fruſtratorie petat, concedi a iudice nō debet: vt de dila. l. ſi ne pars. Nam præſumitur aduerſus eū ꝗ dilationi. ſubterfugit iudicium: vt in cle. nullus dubitat. de ꝓſumpti. debetꝗ ꝓ huiuſmodi dilationibus fruſtratorijs puniri in expēſis, ſicut & qui fruſtratorie appellat. vt in clemen. ſi ante. de dolo & cōtuma. Quin etiā vſuræ excurrunt l. fin. ff. de re iudi. & punit extraordinarie. l. eius. §. necte. inere. de appel.

Si familiæ erciſcūdæ. CASVS. Vidimus iam de offi. iudi. in act. ſimplicibus: modo videamus quale debet eſſe offi. iud. in act. duplicibus: vt puta in iudicis diuiſorijs, & dicit, ꝙ ſi famil. er. iudicio actum ſit inter duos cohæredes: debet iudex, ſi poſſit, ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare. i. primo vni vnam: et poſtea alteri alterā. & ſi aliqua res pretioſa vel magni ꝓtij vni fuerit adiudicata: et ob hoc alter fuerit prægrauatus: tūc debet iudex illum, cui res pretioſa adiudicata eſt, alteri in certa ſumma pecuniæ cōdemnare: vel ꝙ ſibi viſum fuerit, facere. Et ſi vnus hæredum rem hæreditariā corrupit, vel ſolus fructus alicuius fundi percepit: cohæredi eo nomine tenetur. & iſtud iudiciū quodāmodo habet locum inter tres cohæredes, vel quatuor pluresve, ſicut inter duos. Fran. de Are.
d Debet. ſ. iudex. Accur.
e Dictum eſt. ſ. de actio. §. quædam actiones.
f Corruperit. no. ꝙ cohæres, qui corrupit, deuaſtauit, vel maculauit, vel cōſumpſit rē communem, tenetur alteri cohęredi iſto iudicio. Ange.
g Conſumpſerit. vt hic, & ff. fami. erciſc. l. & puto. §. ſed & ſi dolo.

Eadem interueniunt. CASVS. Iā habuiſtis de officio iudicis in iudicio fami. erc. Sed dñe, pro Deo dicatis, quod eſt officiū iudicis in iudicio cōmuni diuidūdo? Frater, (di

dum iudicium ante rem iudicatam interceſſerit, rationem debet habere iudex. Quòd ſi neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt [a], in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſam petat, idꝗ́ ſine † fruſtratione poſtulare videatur: dari ei debet, vt tamen caueat [b] ſe reſtituturum. Quòd ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat: condemnandus [c] ſit in id, quod actoris intererat, ſi ab initio res exhibita eſſet.

Nunc quid iudici faciendum incidat in diuiſoriis iudiciis paucis accipe. Si igitur familiæ erciſcūdæ iudicium inter duos pluresve vetatur, iudicis eſt, ſingulas res ſingulis hæredibus adiudicare: & ſi minus res prævaleat, eundem pro eo quod pluris eſt, certa pecunia co[illegible]. Item ſi vnus cohæredum fructus ex re hæreditaria perceperit, aut malè in ea verſatus fuerit, eo nomine cohæredibus condemnandus eſt. Idem per omnia in iudicio communi diuidundo dicito, etiam ſi de vna re tantum lis ſit: modo cōmodam diuiſionem patiatur: quam ſi non patiatur, [illegible] alteri ex litigatoribus rem etiam totam [illegible] certa pecunia in rei locum inuicem condemnare.

Si familiæ erciſcundę iudicio actū ſit, ſingulas res ſingulis hęredibus adiudicare debet: & ſi in alterius perſona prægrauare videatur adiudicatio: debet [d] hunc inuicem cohæredi certa pecunia (ſicut iam dictum eſt [e]) cōdemnare. Eo quoque nomine cohęredi quiſꝗ; ſuo condemnandus eſt, quòd ſolus fructus hæreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit [f], aut cōſumpſerit [g]. Quę quidem ſimiliter inter plures quoque, quam duos cohæredes ſubſequuntur.

In actione communi diuidundo, ſi ſint plures res communes, ſingulas ſingulariter iudex adiudicabit: & ſi vna plus valet, quàm altera, in pecunia condemnabit. Si verò vna res ſit, quæ diuiſionē non recipiat, adiudicabitur vni inſolidum, qui condemnabitur cōſorti in pecunia. Aret.

Eadem interueniūt [h], etſi communi diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Quòd ſi de vna re, veluti de fundo: ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet, & ſi vnius pars prægrauare videbitur: is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quòd ſi cōmodè diuidi nō poſſit [i]; veluti, ſi homo fortè, aut mulus erit, de quo actum ſit, tunc totus vni adiudicandus eſt: & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus eſt.

In finium regundorum iudicio tunc licet iudici ab antiquis agrorum finibus [illegible] tioribus modis, quam hactenus fuiſſent, nunc diſtingui nequeant; quo caſu, partem ex alterius agro alteri adiudicabit: & euidem alteri certa pecunia condemnabit: in hoc quoque iudicio etiam vertitur, vt ſi quis circa fines malitioſè quicquā geſſerit, vel metiri agros paſſus non fuerit, puniendus ſit.

Si finium regundo-

h Eadem interueniunt. ſ. vt ſiat adiudicatio rerum & pecuniæ: vt. ſ. eo. §. ſi familię. aut circa damnata in rebus: vt ſ. eo. §. proxi. & ff. commu. di. l. iij.
i Nō poſſit. not. nō poſſe fieri, quod ſine cōmoditate ſit: vt hic, & ff. de ver. ſig. l. nepos Proculo. Item nota corpus aliud diuiduū: vt fundus, qui diuiditur ſecundū voluntatē partiſſa. vt. ff. de le. ſ. quod in rerū natura. §. ij. Aliud idiuiduū, vt homo: vt hic, & ff. de vſuca. l. rerum mixtura. in prin.

Corpus eſt duplex.

Si finium regundorū. CASVS. Iam vidiſtis officiū iudicis circa iudiciū fa. er. & cōmu. di. Modo videatis qualiter ſe debet habere iudex in iudicio finium regun. ſ. corā quo eſt controuerſia. Et dicit Iuſt. ꝙ iudex in iſto caſu debet inſpicere, an neceſſaria ſit adiudicatio: quod contingit in vno caſu, videlicet, qñ fines in tali loco erāt poſiti: quia propter loci naturā ſæpius ſit content

contentio ſuper terminis: veluti, ſi locus fuerit humidus vel morboſus. Debet enim iudex tunc in alio loco firmo & ſolido ponere fines: ita quod amplius ſuper finibus non poſsit eſſe contẽtio, & ita ex agro alterius partem aliquã adiudicare alteri: & eum cui de alterius agro partem adiudicauerit, in certa ſumma pecuniæ cõdemnare. Et ſum in ver. Eo quoque nomine. Scire debes, quod in iudicio finium regundorum ſi circa fines aliquid malitioſe fecerit, criminaliter poteſt cõueniri. Propter contumaciam etiam debet quis in iudicio iſto condemnari, quantum viſum fuerit iudicanti: veluti, ſi iudex iuſsit agros menſurari, vt fines ponantur: & aliquos agros metiri non fuerit paſſus. & ſum in verſi. Quod autem iſtis. Iam vidiſtis, quod in iſtis iudicijs duplicibus fa. ercíſ. commu. di. fi. regund. ſæpe illud quod erat vnius, adiudicatur alteri: & alter in quadã ſumma pecuniæ condemnatur. modo ſcire debetis, quod quicquid in iudicijs iſtis alicui adiudicatur, incontinenti fit illius, cui adiudicatur. h.d. Franc.

ex ea cauſa mihi traditur? Rñdet idẽ, cũ enim Publiciána mihi detur, qñ à dño mihi adiudicatur & traditur: vt ff. de pub. l. iij. in fi. ergo vbi dñs eſt, debet ex ſentẽtia, traditione me dñm facere: vt. ff. de public. l. quæcunq;. Præterea l. videtur expreſſa: vt. ff. de procu. l. Pomponius. §. ſed & is. & ff. de excep. rei iud. l. ſi inter. in fine. nec ob. q ibi ſit error, ex quo videatur dominiũ non trãſire: quia hic error iã reprobari non poteſt iudicis ſentẽtia purgatus, à qua nõ fuit appellatũ. Item nec obſtat, q ſententia lata in actione perſonali reo abſoluto remanet debitor: vt ff de cõdi. inde. l. Iulianus. quia illud habet locũ in obligatione, quę res incorporalis, hic aũt dicimus de dñio rei corporalis, quod facile & prorſus põt ſeparari ab vno & alijs dari, ſed non ſic in corporali: vt ff. pro ſo. l. ea vero *.

rum [a] actum fuerit, diſpicere [b] debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio [c], quæ ſanè vno caſu neceſſaria eſt; ſi euidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quã olim fuiſſent diſtincti. Nam tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. quo caſu conueniens eſt, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc iudicio, quòd fortè circa fines aliquid malitioſè commiſit: verbi gratia, quia lapides finales furatus eſt [d] vel arbores finales excidit. Contumaciæ quoque nomine quiſque eo iudicio condemnatur [e]: veluti, ſi quis iubente iudice metiri [f] agros paſſus non fuerit. Quod autem iſtis iudicijs alicui adiudicatum fuerit: id ſtatim eius fit [g], cui adiudicatum eſt.

TITVLVS XVIII.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

Iudicia ex edictis publicis deſcendentia in multis ab actionibus [illegible] dicuntur publica, quorum pœna aliquando eſt corporalis: aliquando irrogat infamiam cum pœna pecuniaria. Arc.

Publica iudicia neque per actiones [h] ordinantur, neque omnino quicquã ſimile [i] habẽt cũ cæteris iudicijs, de qbus locuti ſumus, magnaque

DE PVBLICIS iudicijs.

Quia ciuilia iudicia dicta ſunt vſq; huc, & etiam quædam criminalia, ſcilicet, circa priuata delicta: vt. ſ. in prin. huius quarti libri vſq; ad ti. de act. ideo nũc ponit de publicis accuſationibus ſiue iudicijs.

Publica. Totus iſte ti. diuidiť in quatuor partes. Primo ponit quod publica iudicia non habent conformitatẽ cum priuatis. Secũdo vnde dicta ſunt pub. iud. Tertio ponit in genere, quæ pœna ſit in publicis iudicijs. Quarto ſigillatim demonſtrat publica iudicia, & pœnas vniuſcuiuſque. Secunda ibi, Publica autem dicta. Tertia ibi, Publicorum iudiciorum. Quarta ibi, Publica autem iudicia. CASVS. Quæſiui à legiſlatore, vtrum publica iudicia, id eſt, publica crimina ordinentur & conſtituantur ſeu exerceantur per ciuiles actiones, de quibus dictum eſt? Et ipſe reſpond. & dicit. Chariſsimi, ſcire debetis, quod alio modo inſtituuntur, & alio modo exercentur publica iudicia, quam actiones. Et dicet aliquis: Domine, quare dicuntur publica iudicia? Frater (dicit ipſe) propter hoc: quia cuilibet de populo dať eorũ executio, & hoc intelligendũ eſt, dũ tñ ſit habilis ad accuſandũ. & ſum in ver. Publicorũ &c. Scire debetis, q publicorũ iudiciorum quædã ſunt capitalia, & quędã nõ capitalia. Capitalia dicunť illa per quę infligiť mors, vel exiliũ perpetuũ, vel ignis & aquæ interdictio, vel in metallũ dãnatio. Publica aũt & nõ capitalia ſunt, quę irrogant infamiã cũ damno pecuniario. Fran.

a Si finium regũdorum. quo iudicio agitur, vt agris confinibus termini ponantur: ſed pro domibus vicinis hoc iudicio non agitur. Si autem ſit domus in prædiũ ruſticum, agitur vtili finium regund. non directa: vt. ff. fin. reg. l. ij. in prin. & l. ſed & loci. §. fi.

b Diſpicere. hoc. ſ. quod ſequitur, ſi euidentioribus &c. Accur.

c Adiudicatio. facit. ff. fin. reg. l. ij. §. fi. & l. iij. & iiij. in princip.

d Furatus eſt. ad quid damnabitur? Reſpond. quanti in litem iurauerit actor. Poteſt etiam criminaliter puniri in quinquaginta aureis ex l. agraria pro qualibet vice, quæ applicatur fiſco: vt. ff. de ter. mo. l. agraria. Nec ciuilis tolliť per criminalem: cũ ad rei perſecutionem altera detur: vt. C. quando ci. actio præiudi. crimi. l. j. niſi interim donec altera exerceretur: vt. ff. de publ. iudi. l. is qui.

e Condemnatur. ſ. ad intereſſe delato iureiurando in litem. Accur.

f Metiri. not. quod ille, qui non patitur metiri fundum ſuum ad mandatũ iudicis: vt contumax & inobediens poteſt puniri. Arc.

Sententia & ſecundũ decretum transferũt dominiũ.

g Eius fit. no. ex ſententia iudicis dominium transferri. ſic eſt in miſsione, quæ fit ex ſecundo decreto: vt ff. de acqui. poſſ. l. iij. §. fi. & ff. ſi ex no. cau. aga. l. ij. in fi. & ff. cõmu. di. l. ſed ſi res. quæ ſic accipe, ſi fuerit facta miſsio per ipſum prætorẽ. Nam ſola ſentẽtia non facit dñm, ſed traditio: vt. C. de pac. l. traditionibus. & ſ. de rer. di. §. per traditionẽ. & ff. de acquir. poſſ. l. iuſte. Sed quid in rei vẽ. ſi res eſt aliena, & mea pronuntietur, &

h Neq; p actiones. imo p accuſationes. ADDITIO. No. q actio ſignificat advtilitatẽ partis priuatę, & ciuiliter facit q no. Bar. in l. agraria. ff. de termi. mo. Arg.

i Nec omnino quicquam ſimile. hoc verbum nimis large poſitum: ſic intellige: quia in ciuilibus agitur, vt aliquid detur actori, in iſtis aũt non, vt aliquid detur: ſed

Dominiũ rei corporalis facilius perdiť, quã incorporalis.

* Addes huic gl. q gl. eſt ipſi cõtraria in l. exceptio ff. de exce. rei iudic. quam ſequitur Ia. & pet. de Bella p. l. iij. §. ſubtilius. ff. de cõdi. ob cau. ſed gl. hãc approbat hic Bal. ex ſententia Bart. in l. Pomp. §. ſi iuſſu. ff. de acqui. poſ. idque per reſpõ. gl. quã reddit de. §. ſubtilius. Et adde ſpeciẽ huius gl. eſſe deciſam p auth. rei iudi. eſtque p hac glo. ponitur in l. ſtatu li. §. j. ff. de ſtatulib.

Actionis i factũ quatuor ſunt genera.

Publica iudicia differunt à ciuilibus.

ſed

ſed vt puniatur accuſatus, & ita conſiderata petitione conquerentis, nihil habent ſimile inſpecto fine, nec in principio: cum vnum per actionem, alterum per accuſationem inſtituatur. Nec in exercitio, cum in ciuilibus probet actor tantum: vt. C. de eden. l. qui accuſare. ſed in criminalibus actor & reus quãq;: vt. C. de aboli. l. falſo. & C. ad legem Corneliam, de fal. l. vbi. In alijs autem multa ſunt ſimilia. nã in vtriſque fit libellus: vt C. de lit. conteſta. authent. offeratur. & ff. de accuſa. l. libellorum. Item in vtriſque de calũnia iuratur: vt. C. de iureiuran. l. j. in prin. & C. de fide inſtr. l. vlti. licet quidam dixerunt contra: vt arg. ff. de bo. eo. l. j.

vt. ff. de pœ. l. vltima.

f Interdictione. quæ eſt mors ciuilis: vt. ff. de contratab. l. j. in fine.

g Deportatione vel metallo. has pœnas expone vt diximus. ſ. quib. mo. ius pat. pote. ſol. §. cum autem.

Iudicia publica & ciuilia in aliquibus cõueniunt.

Libellus in criminalibus quid continere debet.

† Adde tamen quod non ea omnia publica iudicia ſunt in quibus crimẽ vertitur: ſed ea enim q̃ ex legib⁹ publicorũ iudiciorũ vertuntur: vt Iulia de adult. Cornel. de ſicar. & veneſ. Pompe. de parrici. Corn. de teſt. vt j. videbitis.

‡ Dic adminus duos: vt. l. forma. ff. de cenſ. & l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. niſi locus eſſet inſignis & notorius per ſe: vt. l. j. in fi. ff. de dot. præle. & l. demõſtratio. in prin. ff. de cõd. & demon. An.

Partus ſuppoſiti et adulterij accuſatio nõ oĩbus conceditur.

diuerſitas eorum eſt, & in inſtituẽdo [a], & in exercendo. Publica [b] autem dicta ſunt: quòd cuiuis ex populo executio eorũ plerunq; [c] datur. Publicorum [d] iudiciorũ quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ vltimo ſupplicio [e] afficiunt homines: vel etiã aquæ & ignis interdictione [f], vel deportatiõe, vel metallo [g]. Cætera, ſi quam infamiam [h] irrogãt cum damno pecuniario: hæc publica † quidem ſunt, non tamen capitalia [i].

Crimen leſæ maieſtatis eſt publicum: & in duobus caſibus morte non extinguitur, ſed memoria defuncti damnatur.

Publica autem iudicia hæc ſunt, lex Iulia maieſtatis, quæ in eos, qui cõtra Imperatorem, vel rempublicam [k] aliquid moliti ſunt [l], ſuum vigorem extendit, cuius pœna animæ [m] omiſsionem ſuſtinet [n]: & memoria [o] rei etiam poſt mortem damnatur.

Ex lege Iulia de adult. in omnibus capitulis eſt crimen publicũ: cuius pœna aliter honeſtiores, & aliter humiles puniuntur. Aret.

Annota, Humiles grauioribus pœnis plectendos, quàm honeſtiores.

Item lex Iulia [p] de adulterijs coërcendis, quæ [q] non ſolũ temeratores alienarum nuptiarũ gladio punit [r], ſed & eos, qui cum maſculis [s] nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia [t] etiam ſtupri flagitiũ punitur, cùm quis ſine vi [v], vel virginẽ, vel

h Infamiã. vt in lege Iul. de vi priuata: vt. j. eo. §. itẽ. lege Iul. de vi pub.

i Capitalia. & iſta appellantur relegationes: vt. ff. e. l. ij. §. fina.

Publica autẽ iudicia. CASVS. Domine, pro Deo ponatis nobis exempla de publicis iudicijs & capitalibus. Frater, dicit ipſe, libenter. vnde dicit ipſe: Publicum iudicium & capitale eſt lege Iul. maieſt. per quam puniuntur illi, qui contra Imperatorem, vel rẽpublicã aliquid moliti ſunt. Per legẽ enim Iul. maie. puniũtur tales vltimo ſupplicio: & etiã eorũ memoria damnatur, qui contra principem aliquid moliti ſunt. Franciſcus.

k Rempublicã. ſ. Romanorũ. Acc.

l Moliti ſunt. cũ effectu: tamen ſola voluntas ſufficit: vt. C. ad legem Iul. maie. l. quiſquis.

a Et in inſtituendo. ſed qualiter formatur libellus? Reſpondet ſic, vt contineat nomen accuſantis & accuſati, & crimen: & menſem quo cõmiſſum fuit crimen, & locũ vbi fuit cõmiſſum: & cõſules, ſub quibus eſt admiſſum. ‡ Item dies dati libelli debet inſeri: ſed dies commiſſi criminis, vel hora nõ eſt neceſſe: vt. ff. de accu. l. libellorum. in prin. & in authent. de exhiben. re. §. ſuſpecto. colla. v. & habet hoc locum in publico, & in priuato crimine, quando criminaliter agitur: vt. ff. de priua. delic. l. fi. Et iſta poſſunt haberi his verſibus, Conſule, menſe, die coram prætore profeſſus, Te deferre reum, crimẽ loca, pone ſodalem, Et licet hora, dies, non tempus prætereatur, capi. tuæ. extra de procura. Quandoq; tamen hæc ſolennitas nõ eſt neceſſaria: vt in leui crimine & notorio: vt. ff. de accuſa. l. leuia. & C. de accu. l. ea quidem quæ. Et idem in caſibus, in quibus ſine accuſatore quis damnari poteſt: qui, ſcilicet caſus his legibus not. ff. ad legẽ Iul. de adult. l. j. §. ſi publica. & C. de teſt. l. nullum. & C. de proba. l. pe. & ff. de ſuſp. tut. l. tutor. § præterea. & C. de calum. l. j. & ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. ſi libertus. & idem in notorio crimine: vt diximus per. l. C. de accuſa. l. ea quidem quæ. & idem in crimine falſi ſecundum B. vt. C. ad le. Corn. de fal. l. vbi. Sed Io. contra. & dicit q; ibi principaliter fuit accuſatio falſi inſtituta.

b Publica. hæc eſt ratio quare dicantur publica, ſcilicet quaſi populica. ſic. ſ. de ſuſpec. tuto. §. conſequens. Et intellige, quod alias poſsit eſſe habilis, ad accuſandum, non alias: vt. ff. de accu. l. qui accuſare.

c Plerunq;. hoc ideo dicit, quia quandoque eſt publica accuſatio, & tamen non competit cuilibet ius accuſandi: vt crimine ſuppoſiti partus: vbi accuſant ſoli parentes: vt. ff. ad le. Cor. de fal. l. lege Cornelia. §. j. Item propter accuſationem adulterij, quæ primo defertur certis perſonis: vt. C. ad le. Iul. de adult. l. quamuis. ſecunda. Accurſius.

d Publicorum. facit. ff. eo. l. ij. Accur.

e Vltimo ſupplicio. quod interpretamur mortem:

m Animæ. id eſt, animati corporis. nam anima nõ in hominis, ſed in poteſtate Dei conſiſtit: ſic. C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. j. in fi. & in gloſ. penul.

Anima eſt in Dei poteſtate.

n Suſtinet. id eſt, infert. Accur.

o Et memoria. i. dicere etiam poſt mortẽ poteſt accuſari: vt bona deferãtur in fiſcũ, & auferãtur hæredibus tanq̃ indignis: vt. C. ad le. Iul. ma. l. qſqs. & l. ſeq. & quod dixi poſt mortẽ accuſari, intelligas in duobus capitulis illius legis: hoc eſt cũ cõtra principẽ: vel cõtra rempub. Rom. eſt machinatus. i. niſus ad malũ, alias finit morte, vt cætera crimina: vt. ff. ad legẽ Iul. ma. l. fi.

‡ Dic qđ in adulterio pœna mortis ſublata eſt hodie inuenta, quę nõ erat olim tẽpore digeſtorũ: vt not. gl. in. l. qui cũ vno. §. adulterio. ff. de re mi. & dicas q; in talibus delictis etiã per viã inquiſitionis põt p̃cedi, vt. l. ij. § ſi publico. ff. de adul. An.

Item lex Iulia. CASVS. Vidiſtis iam vnũ publicũ iudiciũ: hic ponit dñs Iuſti. exemplum de quodam alio iudicio publico, ſcilicet de lege Iul. de adul. quæ punit temeratores alienarũ nuptiarũ vltiõ ſupplicio, & illos qui cũ maſculis rẽ nefandã cõmittũt. & nõ ſolũ puniũtur illi, q̃ adulteriũ cõmittũt, le. Iul. de adul. ſed & q̃ ſine vi virginẽ vel viduã honeſte viuẽtẽ ſtuprauerint. Si eñ honeſtus cũ honeſta muliere fornicat: patieť publicationẽ dimidię p̃tis bono ſi aũt humilis ſit, relegabit.

p Item lex Iulia. ſ. inter publica iudicia numeratur.

q Quæ. ſcilicet lege Iulia. de adult. Accur.

r Gladio punit. ſa. rilegos enim nuptiarum gladio feriri oportet: vt. C. de adul. l. quamuis. ij. in fine. ‡

s Cum maſculis. nam in hoc caſu armantur iura, vt gladio feriantur: vt. C. ad legem Iul. de adulte. l. cum vir nubit.

t Lege Iulia. ſcilicet de adulte. nam habet hæc lex multa capitula: vt. ff. de mi. l. auxilium. §. ſed vt ad legis. & ff. ad legem Iul. de adulte. c. v.

v Sine vi. quid ſi vi? habeť. j. eo. §. ſinautẽ per vim.

Viduam.

a Viduam. adijcias, vel puerum, & dic de vidua & de virgine, niſi ſint meretrices, vel licitæ cõcubinæ: vt hic ſubijcit, honeſte &c. &. ff. de adul. l. ſtuprũ. j. rñ. & §. j. ADDITIO. Dic, quod hoc ꝓcedit de iure ciuili: ſed de iure canonico nõ eſt permiſſum: vt cle. ad noſtram: de hæreti. §. vij. & ibi gloſ. ij. igit &c. Angelus.

tur: vt. ff. ad legem Cornel. de ſica. l. eiuſdem. §. legis. & l. pen. Vel dic quod perſequitur homicidas ferro: quia eos hodie occidimus: vt dicta. l. eiuſdem. §. fi. ADDITIO Dic quod pœna legis Corneliæ, de ſicarijs eſt mors: vt no. in. l. j. & l. is qui cum telo. ff. de ſica. Ang.

viduam[a] honeſtè viuentem ſtuprauerit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidiæ bonorum: ſi humiles[b] corporis coërcitionẽ cũ relegatione[c].

Hominem telo, id eſt, quocunq; quod manu mittitur, occidens: vel cum telo cauſa occidẽdi perſequẽs: lege Cornelia, de ſicarijs punitur, [illegible] vel arte magica hominẽ occidens, vel malo medicamento publicè occidens.

Item lex Cornelia[d] de ſicarijs[e], quæ homicidas vltore ferro perſequitᷣ[f], vel eos, qui hominis occidendi cauſa cũ telo ambulant[g]. Telum autem (vt Caius noſter ex interpretatione legũ duodecim tabularũ ſcriptũ reliquit) vulgò quidẽ id appellatur, quod ab arcu mittitur †: ſed & omne ſignificat, quod manu cuiuſq; iacitᷣ. Sequitᷣ ergo, vt lignum, & lapis[h], & ferrum hoc nomine contineantur: dictum ab eo, quod in longinquũ mittitur, à Græca[i] voce τηλõ figuratum. Et ſic hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine. Nam quod nos telũ appellamus, illi βέλος appellant: ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι*. Admonẽt nos epigrammata in † Xerolopho † vrbis lautiſsimè † ſcripta. Sicarij autem appellantur à ſica[k], quod ſignificat ferreum cultrũ. Eadem lege[l] & venefici[m] capite damnantur, qui artibus odioſis[n], tam venenis, quàm ſuſurris[o] magicis homines occiderint[p]: vel mala medicamenta publicè vendiderint.

Lex Pompeia de parricidijs, qua cauetur, quòd occidens parentes vel alios de quibus hic, ſingulari pœna plectitur, eſt publici iudicij. Et committens delictum in ſe, plus punitur, quàm committẽs in alium. Arretinus.

Annota, Atrocioribus delictis atrociorem pœnam irrogandam: quandoquidem delicto pœna cõmenſuranda ſit.

Alia deinde lex aſperrimum crimen noua pœna perſequitur, quæ Pompeia de parricidijs vo-

b Humiles. qui ſunt humiles, vel honeſti, dic vt. C. de inceſt. nupt. l. humilem.

c Cũ relegatiõe. hæc diſtinctio pœnæ fallit in tribus caſibus: in quibus cõmittitur ſtuprũ. & tamẽ maior pœna imponitur. Primus eſt ſi qs in puerum cõmittit: quia tũc gladio feritur: vt. ſ. eo. §. item. & quando tutor ſtuprauerit eam: cuius eſt tutor: vt. C. ſi tut. pu. ſuam. l. j. Itẽ ſi fuerit ſtuprata aliqua à ſuo proprio ſeruo, vt. C. de mu. quæ ſer. pro. ſe iunxerunt. l. j. Et not. pœnam ſtupri eſſe quinquẽnalem: niſi quando per vim cõmittitur: tunc enim ſine præfinitione tẽporis poteſt inſtitui: vt. ff. ad legem Iul. de adulte. l. mariti. §. quinquẽniũ. & §. fina.

Stupri pœna eſt quinquẽnalis.

† Cõcor. c. ſi perfodiẽs. iũcta glo. ſuper verb. text. extra de homi.

Itẽ lex Cornelia. CASVS. Supra vidiſtis duo exempla publicarũ act. adhuc dabo vobis vnum exemplum: videlicet in. l. Cornel. de ſica. quæ homicidas punit, & etiam eos: qui cum telo ambulant hominis interficiẽdi cauſa. Sed quæſiui à domino Iuſtin. Domine, quid eſt telum? Frater dicit ipſe, ſtricte accipiendo telum eſt, quod ab arcu emittitur: large tamen loquendo dicitur telum quicqd emittitur, vel de manu, vel de arcu, dum tamen nocere poſsit. & ponit in litera multa Græca nomina: & ſum in verſic. ſicarij &c. Domine Iuſtin. vnde dicuntur ſicarij? Frater, à ſica, quod eſt cultrum ferreũ vtrobique ſcindens. In verſic. eadem. l. dicta. iam vidiſtis vnam le. Corn. quæ tractauit de ſica. modo videamus aliam, quæ tractat de veneficijs: & l. iſta tenentur omnes illi, qui artibus odioſis, vel venenis, vel ſuſurris homines occiderunt: & etiã qui mala medicamina publice vendiderunt. Hoc dicit. Franc.

d Item lex Cornelia. ſcilicet computatur inter publica iudicia.

e De ſicarijs. quare ſic dicantur, dic vt. j. eodem. §. ſicarij. Accurſius.

f Perſequitur. i. perſequitur eos, qui homicidium fecerunt cum ferro, nec enim per hanc legem occiditur occidens, ſed deportatur: & omnia bona ſua publica n

g Cum telo ambulant. licet eos nõ occidant: vt. C. ad legẽ Corn. de ſica. l. is qui cum telo. Et no. capitula ex quibus aliquis hac lege tenetur: vt. ff. ad legem Corn. de ſica. l. j. Accurſius.

h Lapis. facit. ſ. de interdict. §. qui autem.

i Græca*. ſignificat ẽm telou, idẽ quod longe. Niſi forte malis ſubſtituere teloton. quaſi dicas, de lõginquo. quod & Neb. placuit in lexico ſuo iuris ciuil. dictione telum: & Bud. in Codice ſuo Iuſtin. annotauit. Nos tamen quod propius accedit, elegimus quando & ita legit Sypõtinus. & poſt eũ Ambroſius Calepinus dictione telum.

k A ſica. vnde videbantur, ꝙ tantũ qui cum ſica occiderent, hac lege tenerentur. Sed tamẽ gñalius hodie accipitur ſica, & telum per interpretationem: vt. ſ. proxi. §. Eſt autem ſica (vt ſubijcit) cultellus vtrinque ſcindens: quem portãt peregrini quandoq; in baculo quodã: ita quod non apparet. vnde verſus, Mucro latens ſica: ſicarius inde vocatur.

l Eadem lege. quæ dicitur Cornelia de ſicarijs.

m Veneficij. nam plus eſt hominem veneno extinguere, quam gladio occidere: vt. C. de mathemati. l. j. Accurſius.

n Artibus odioſis. id eſt, artificijs odioſis. Nam omnis ars bona eſt.

o Suſurris. i. incantationibus. Nam hæc ſciẽtia reprobanda eſt: vt. C. de male. & mathema. l. eorum.

p Occiderint. etiam ſine dolo: vt. ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. ij. §. qui abortionis. Secus in Cornelia: quia dolus eſt neceſſarius, nec ſufficit etiam lata culpa: vt. ff. ad legem Cornel. de ſica. l. in lege.

Alia deinde lex. CASVS. Adhuc eſt quædam lex, quæ aſperrimũ crimen perſequitur noua pœna: quia ſi quis patrẽ vel matrẽ, vel auũ, vel proauũ, vel aliquem eorũ, de quibus fit mẽtio in litera, occiderit, debet cædi cũ virgis ſanguineis: & poſtmodũ cõſui debet ĩ quodã ſacculo, & cũ ipſo debet poni ſerpẽs viuus, & canis, & gallus gallinaceus, et vipera, & ſimia: & tũc cũ illis animalibus

* Hęc gl. nõ eſt Accur. Aegi. Per.

* Alias de ſunt ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι

† Eſt qui hoc loco legit ex Xenophonte ſubijciẽs, καὶ τὰ βέλη ἡμῶν ἐφίλοσοφοῦ, τοξεύματα σφενδόναις πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. atque ita legẽdũ eſſe cenſet Anto. Augu. li. emẽ. iiij. cap. v. quẽ vide.

† Xerolophõ, quid ſit, pulchre in primis Suidas, & poſt eũ Ioan. Bapt. pius annota. poſteri. c. clxxvj. & Nebri. in lexico iur. ciui. dictione Xerolophon. Niſi Xeralœpheo malis legere, vt Bu. in ſuo codice annotauit vt locum intelligas l quo apricantes vngebantur, q ſenſus dictioni lautiſsime appoſitiſsime cõueniat.

† Fauſtiſſimæ.

...alibus brutis debet proijci in vicinum flumen, vel in vicinum mare, ſecundū quod regionis qualitas tulerit: vt ſic inter ferales anguſtias deficiat, & omniū elementorum vſu careat: vt ei cælum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. & ſum in ver. ſi quis aūt &c. Iā vidiſtis qualiter punitur ille, qui aliquē de linea deſcendenti vel aſcendēti interfecerit. Sed certe ſi quis alias perſonas ſibi coniūctas aliqua affinitate vel cognatione, quam de qua dictum eſt. ſ. proxi. necauerit. per leg. Corne. de ſicar. ſimiliter punitur.

Parricidium quas perſonas concernit.

a Parentis. accipe parentes & filios, vſq; in infinitum: vt. ff. de in ius voc. l. quiſq;. §. fin. & l. ſed ſi hac. §. liberos. Accur.

b Affinitatis. alias affinitatis, & alias affectionis. Ac.

c Cōtinetur. ſed qui ſunt hi, qui hac appellatione continentur? Reſpon. ſuperiores & inferiores, vt diximus. Itē collaterales: vt fratres conſobrini, & patrueles, & proximiores eis. Itē affines quidā, vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, ſocer, & etiam patronus: vt. ff. eo. ad leg. Pompeiam de parrici. l. j & l. ſed ſciēdum. & l. cum pater. Accur.

d Præparauerit. forte & ſi nō occiderit, ſecundū P. & facit pro eodem. ff. eo. ad. l. Pompe. de parric. l. j. in fin. vel dic illum ſpecialem caſum [1].

[1] Dic primam opi. ſequit̃ hic Io. Fa., propter atrocitatē criminis. facit. l. ſi. C. de ſicar. & hanc tenet gl. in. l. vnica. C. e. Ang.

...catur, qua cauetur, vt ſi quis parentis [a], aut filij, aut omnino affinitatis [b] eius, quæ nuncupatione parentum continetur [c], fata præparauerit [d]: ſiue clam, ſiue palàm id auſus fuerit, necnō is, cuius dolo malo id factum eſt, vel conſcius criminis extitit, licet extraneus [e] ſit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij ſolenni pœnæ ſubijciatur, ſed inſutus culleo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſecūdum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnē [f] proijciatur: vt omnium elementorum vſu viuus carere incipiat: & ei cælum ſuperſtiti, & terra mortuo auferat̃. Si quis autem alias cognatione, vel affinitate coniunctas ſibi perſonas necauerit, pœnam legis Corneliæ de ſicarijs ſuſtinebit [g].

Publici iudicij crimen legis Corneliæ, de falſis cenſetur: qua tenetur quicunque aliquid de ijs, quæ exprimuntur in textu, & commiſerit: & pœna eius in ſeruo eſt vltimum ſupplicium: in libero deportatio. Are.

Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamētaria [h] vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum [i] falſum ſcripſerit [k], ſignauerit, recitauerit [l], ſubiecerit, vel ſignum [m] adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens, dolo malo. Eiuſque legis pœna in ſeruos vltimum ſupplicium [n] eſt: quòd etiam in lege de ſicarijs & veneficijs ſeruatur: in liberos verò deportatio [o].

Vim committens cum armis aliter, quàm virginem rapiendo, deportabitur: ſi ſine armis tertiæ partis bonorum publicatione damnabitur. Sed per vim virginem vel monialem rapiens, vel præſtās opem capite punitur. Are.

Item lex Iulia de vi publica, ſeu priuata aduerſus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel ſine armis commiſerint. Sed ſi quidē armata vis arguatur: deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur. ſi verò ſine armis in tertiam partē [p]

e Extraneus. No. extraneum plus puniri, quā ſi ipſe occidiſſet: vt hic, & ff. eo. l. vtrum. & l. ſi ſciente.

f Vel in amnem. i. flumen. vel ſi hæc vicina nō ſunt, beſtijs ſubijcitur: vt. ff. eo. l. pe.

g Suſtinebit. Sed nonne & qui ſuperiores perſonas occidit, hac. l. Cornelia tenetur? Videtur quod ſic: vt ff. eod. l. j. ſed contra. C. eod. l. j. Dic ergo, quod hac. l. Cornel. tenetur, ſed non accuſatur. Vel dic ſecundum Ioan. quod tenetur eadem pœna. ſ. capitali: ſed maior hic imponitur.

Item lex Cornelia. CASVS. Iam vidiſtis multas actiones publicas: adhuc ponit vnā actionem publicā, videlicet, ſi quis falſum inſtrumentum vel teſtimonium ſcripſerit, vel ſignauerit, vel ſubiecerit. l. Cor. de fal. punit eum ita quod ſi ſeruus eſt, vltimo ſupplicio affligetur: ſi vero liber eſt, deportari debet. Fran.

h Teſtamentaria. ideo ſic dicta: quia de teſtamento falſo agitur.

i Inſtrumentum. ſ. emptionale, vel alicuius contractus. Accur.

k Falſum ſcripſerit. & ita veritatem mutauit, vt in auth. de inſtru. cau. & fi. §. j. in prin. col. vj.

l Recitauerit. No. contra illos, qui habent inſtrumēta & ſcripturas alienas in cuſtodiam: et tamē alia oſtendūt & recitāt, & copiā faciunt: quia incidunt in falſum, vt hic, & l. j. §. ijs, qui. ff. ad leg. Corne. de fal. coniuncta. l. qui teſtamentum. Angelus.

m Signū [a]. id eſt, ſigillum quod in teſta apponitur: vt. ſ. de teſt. §. poſtea. Itē ſignum quod chartis imponit̃, vt quāq; facilius fiat cōparatio ex inſtrumētis: vt in auth. de inſtr. cau. & fi. §. oportet autem. coll. vj. Accurſius.

[a] Sing. gl. ſecūdū Amanellū. l. ſin. Iulis: ad hoc, q̄ ſi notarius mutauerit ſignum punitur pœna falſi.

n Vltimum ſuppliciū. quod interpretatur mortē: vt ff. de pœni. l. vltimum.

o Deportatio. & omnium bonorum publicatio. & ſic no. quod ex eodem commiſſo plus ſerui, quàm liberi puniuntur, vt hic, & ff. ad leg. Corne. de fal. l. j. §. fin. & ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. pen. & ff. de pœ. l. in ſeruorum. imo et inter liberos magis puniūtur minores, quā maiores: vt. ff. de incen. rui. naufr. l. Pediꝰ.

Pœnæ diuerſificantur ex perſonarū diuerſitate.

Item lex Iulia. CASVS. Iam vidiſtis multas accuſationes publicas: adhuc eſt quædam accuſatio publica, per quam punitur violentia, ſiue publica, ſiue priuata: quia per legem Iuliam de vi publica punitur quis de vi arma. quia deportatur. Per legem autem Iuliam de vi priuata aliquis punitur, qui vim fecit ſine armis, quod tertia pars bonorum ſuorū publicatur, & ſum in verſicul. Sin autem per vim. Supra vidiſtis de illo, qui committit ſtuprum cum vi, vt quia viduam, vel virginem, vel monialē rapuit. vel potes continuare iſtum. §. ad præcedentem ſic: In. §. proxi. dictum eſt qualiter punitur ille, qui per vim armatā, vel ſine armis aliquid alicui abſtulerit: modo autem tractat qualiter punitur ille, qui ſtuprum committit per vim. Franc.

p In tertiam partem. no. ex maioritate delicti maiorem pœnam imponi: vt hic, & C. ad legem Iul. de vi. l. ſecunda. & facit ſupra de interdict. §. qui autem. Item hic damnatus fit infamis: vt. ff. ad leg. Iul. de vi. pri. l. j. §. j. reſpon. Accur.

Pœna maior maiori delicto debetur.

Sinaut

bonorum ſuorum publicatio imponitur. Sinautem[a] per vim raptus virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, et ij, qui opẽ huic flagitio dederũt, capite puniuntur †, ſecundum noſtræ conſtitutionis[b] definitionẽ ex qua hoc apertius poſsibile eſt ſcire.

Publicam, ſacram, vel religioſam rem furto ſubtrahens, & talibus opem præſtans, ex lege Iul. peculatus, quæ publica eſt, capite punitur, alter autem ex ea delictum committens, deportatur. Are.

Itẽ lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam[c], vel rem ſacram[d], vel religioſam[e] furati fuerint[f]. Sed ſi quidem ipſi iudices tẽpore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint: capitali † animaduerſione puniũtur, & nõ ſolùm hi, ſed etiam qui miniſterium[g] eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſcienter ſuſceperint[h]. Alij verò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis[i] ſubiungentur.

Lex Flauia de plagiarijs quandoque pœnam capitis, quandoque leuiorem irrogat, ſecundum Ang.

Eſt & inter publica iudicia, lex Flauia † de plagiarijs[k], quæ interdum capitis pœnam[l] ex ſacris conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorẽ.

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona, & reſiduis, quæ in diuerſis capitulis loquuntur, diuerſas pœnas (præterquam mortis) inferunt. Are.

Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu[m] †, lex Iulia repetũdarũ[n], & lex Iulia de annona[o], & lex Iulia de reſiduis[p]: quæ de certis ca

a Sinautem. dixit. ſ. quando ſine vi aliquis commiſerit ſtuprum: vt. ſ. eo. §. ſed eadem. nunc quando vi. Vel continua cum ſuperiori proxi. §.

b Conſtitutionis. vt. C. de rapto. virginum. l. j.

Item lex Iulia. CASVS Nõ ſolum leges ſuperiores dicuntur accuſatiões publicę, ſed etiã accuſatio, lege Iul. peculatus, dicitur accuſatio publica, et hac l. punitur ille, qui pecuniam Reipub. ſurripuit: & ſi fuerit iudex, vel magiſtratus, qui hoc fecerit, pœna capitali punietur, & omnes eius complices. Si autẽ quis extraneus, qui non fuerit iudex vel magiſtratus: pecuniã Reipub. ſurripuerit: ipſe & eius complices deportari debent. Franc.

c Publicam pecuniã. ſ. ciuitatis Romanæ, nõ alterius: vt. ff. de fur. l. ob pecuniam. &. ff. ad le. Iul. pe. l. iiij. §. pe.

d Rem ſacram. vt calices & thuribula, quæ ſacra ſunt, vt. ſ. de rerũ diui. §. nullius.

e Religioſam. vt ornamenta ſepulchrorum.

f Furati fuerint. vel etiam immiſcuerint, ita quod dãnificauerint rem publicam: vt. ff. ad legem Iuliam peculatus. l. j.

g Miniſterium. id eſt, adiutorium.

h Suſceperint. ſcilicet, ad cuſtodiendum.

i Deportationis. deportantur enim. Et nota, quod quinquẽnio durat hæc actio. vt. ff. ad le. Iul. pec. l. peculatus. Item eſt ſpeciale in eo, quod contra hęredes in coẽtur: vt ad legem Iul. pec. l. fina. Accur.

Eſt & inter. CASVS Nõ ſolum iſta ſunt publica iudicia, quæ vos vidiſtis: ſed & l. Flauia de plagiarijs, quæ interdum pœnam capitis infligit, & interdum minorem, dicitur publicum iudicium, & habet locum hęc lex, ſi quis filium alterius ſurripuerit, & eum vendiderit. talis enim magnam plagam parentibus infert. Idem eſt, ſi ſeruum alienum ſurripuerit & diſtraxerit. Franc.

k De plagiarijs. ideo ſic dicta, quia orbato patre filio, vel dño ſeruo, hæc lex punit orbantẽ, ſiue talẽ plagam inferentẽ. habet enim locũ, quãdo aliquis diſtrahit alienũ ſeruũ, vel filium, ita quod pater vel dñs non poteſt rehabere, vt. ff. ad le. Fla. de pla. l. j. & l. lege. & l. eum. & l. pe. §. fi. Item tenetur, qui liberũ hominem de loco in locũ trãſportat: vt. C. ad legẽ Fla. de plag. l. quoniã. & hoc ſi dolo facit, non aliter: vt. ff. ad le. Fla. de plag. l. legis Flauiæ. Item hac lege tenetur, ſi quis ſeruum in fuga conſtitutum vendat, ita vt emptio ſtatim teneat: vt. C. ad legem Fla. de plag. l. in fuga.

l Capitis pœnã. ſ. maiorẽ: aliqñ minorẽ capitalẽ, cũ capitalis alias ſit minor, alias maior. Nã ingenuus nobilis in metallũ damnaſ, ignobilis gladio ferit, ſeruus vel libertus beſtijs ſubijcit: vt. C. ad le. Fla. de pla. l. fi. &. ff. ad leg. Fla. l. fi. in fine. Item quædam ciuilis pœna olim imponebatur, quæ ceſſat hodie: vt. ff. eo l fi.

Sunt præterea. CASVS Scire debetis, quod omnia fere iudicia publica de quibus tractatũ eſt à prin. iſtius ti. vſq; huc, ſunt publica & capitalia. Modo aũt eſt tractaturus Iuſtini. de quibuſdã iudicijs, quæ ſunt publica, ſed nõ capitalia: & enumerat ea in litera. Prima eſt. l. Iul. de ambitu. Secũda eſt. l. Iul. repetundarũ. Tertia eſt. l. Iul. de annona. Quarta eſt. l. Iu. de reſiduis. Quando autem & in quibus caſibus locum habeant: iſtę leges, plene habes nota. in glo. ſ. Iſtæ aũt leges minorem pœnam, quã capitalẽ inferũt eis, quæ pręcepta earum ſiue earum iudicia neglexerint. Franc.

m Lex Iulia de ambitu. quæ habet locũ in quatuor caſibus. Primo, ſi qs dederit clam pecuniam, vt aliquem ſortiatur honorem non in ciuitate Romana: nam ibi ceſſat hæc lex, cũ princeps ibi eligat: vt ff. ad leg. Iul. de ambit. l. j. in prin. Ideo dixi clam: quia palam poteſt: vt. ff. de pol. l. j. &. ff. de offi præt. l. Barbarius. Secũdo habet locũ quando quis ſtat in magiſtratu vltra annum: vt. C. ad leg. Iul. de ambi. l. j. Tertio, ſi quis ingreditur domũ iudicis cognoſcentis de cauſa criminali: vt. ff. ad leg. Iul. de amb. l. j. Item quarto, ſi quis iudex nouum vectigal inſtituerit: & eſt pœna centũ aureorum: vt. ff. ad leg. Iul. de amb. l. j. Sed in caſu deportatur: quãdo ſ. bis idem officium cõtinue eſt aſſecutus: vt. C. ad le. Iul. de amb. l. j. Sed fallit in aſſeſſore: vt. C. de aſſeſſ. l. liceat. Item in proconſule: vt. ff. de offi. procon. l. antepe. Vel dic ibi, ſed faſcibus. i. ſex menſibus: quia tantum durabat eius officium. Accur.

n Lex Iulia repetundarum. quæ habet locum, qñ iudex per pecuniam facit aliquid, vel omittit: vt. ff. ad le. Iul. repe. l. j. iij. iiij. v. vj. & vij Eſculentum tamen poteſt accipere iure veteri: dũmodo non nimis magnũ: vt ff. de off. procon l. ſolent. in fi. ſed iure nouo non, niſi quãdo deficeret ſalarium: vt in auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. §. ſcriptũ eſt exemplar huius. ver. quapropter. ibi, aut ſi non eſt. coll. ij. pœna aũt huius legis eſt ciuilis in quadruplũ: vt. C. ad le. Iu. repe. l. j. Criminalis extra ordinem: vt. ff. ad le. Iul. repe. l. lex Iulia. §. hodie.

o Lex Iulia de annona. hæc lex locũ habet, quoties quis facit, vt annona carior ſit: & eſt pœna in eum ſtatuta xx. aureorum: vt. ff. ad leg. Iul. de annona. l. ij.

b Hęreditatem filij. vt inſti. ad Tertyllia. §. ſed nos. & C. ad Tertyl. l. mater. j. reſpon.

c Venientem. repete & dicente filia matrem venientem &c.

d Alterum. poſt mortẽ filij, vt fuit in caſu noſtro.

e Acquiſiuit. ſed per ſe & filium quarta veniet ad ambos.

f Vndecunque. a patre, vel aliunde. Ac.

g Ipſa. ſ. filia.

h Domina. hoc in plena proprietate, licet filijs primũ ſeruare deberet.

i Decernunt. quarum vna loquitur, ſi mater primo nubat: & poſt moriatur filius: vt. C. de ſecund. nupt. l. fœminæ. in fin. alia quando poſt mortem filij nubit: vt C. ad Tertyllianũ. l. mater. in fine, & infra, eodem. §. ſi autem non.

k Mater. allegatio matris: & habet tres rationes vt ex ſequenti litera patet.

l Clementia. ſcilicet vt corrigatur, & hac ratione prima obtinet hoc mater: vt infra, eodem. §. ſi autem. ibi nequaquam igitur.

m Veruntamen. q. d. licet videatur ſufficere dicta prima ratio, tamen et ſecũdam dicit, & l. allegat. vt. C. ad Tertyllianum. l. fina. j. reſpon. & §. j. quam dicit non corrigi per eas, quas allegauit filia: cum priores ad poſteriores trahantur, non econtra: vt. ff. de legi. & ſenatuſcon. l. non eſt nouum.

n Subdi. i. corrigi: alias ſubdiuidi. et tunc dic. i. determinari. hoc tamen eſt quandoque falſum, vt. ff. de leg. & ſenatuſconſul. l. ſed & poſteriores. vt colligimus. ff. qui ſatiſda. cogan. in. l. ſciendum. & j. de exhib. & intro. re. §. ſancimus. col. v.

o Prioribus. cõcludit ex p̃dictis duabus rationibus.

p Vocari. obſtante. l. C. ad Tertyl. l. mater.

q Copulantur. inuita filia.

[1] Adde text. in. l. interdum. ff. de nau. fœno. et. l. iubemus. §. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle.

† alias ad huc.

[2] Tex eſt in. §. ſi vero cum nõ aſcendentibus. infra de hære. quæ ad inteſta. de ſer & in. §. cauſas. j. vt nec. matri et auię. differũt tamẽ vſus & vſusfructus: vt. ff. de vſu. & ha. l. j. cum nos. ibi.

Nequa

nequaquam [a]. Hic autem [b] etiam aliquid adeſſe peregrinum [c]. ſe enim [d] in filium largitatem conferentem [e] occaſione electionis [f], rurſus de donatione [g] potius recepiſſe videri [h], quā ſic ſimpliciter lucrum irrationabile habere. Hæc nos diu perſcrutātes, & omnem talium electionum [i] & hereditatum [k] contemplationem conſiderantes, oportere credidimus communem ſuper his ſcribere legem, ſecundum quā et pręſens [l] quæſtio ſuſcepit terminum. Proſpeximus itaq; non cōfuſum hoc de electionibus indiſcretumq; relinquere, ſed huiuſmodi dare ordinem cauſæ: matre ſemel ad ſecundas nuptias veniēte, vſum [m] mox tantummodo eius, filiorum proprietate manente, antenuptialis fieri donationis [n]: & nullā eſſe licentiam [o] matri, alios quidem filiorum eligere [p], alios autem exonerare: quoniam † omnibus ſimul ſecundis nuptijs fecit iniuriā [q]. Quapropter & in præſenti [r] proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet, vſu [s] apud matrem, donec viuet, ſeruando. & ſecundum noſtram conſtitutionem [t], ſiquidem mater præmoriatur, filiæ tota antenuptialis donatio competit [v]. ſi verò filia [x]: manet quidē apud matrem lucrum ex pacto nō exiſtentium [y] filiorum: reliquum verò erit filiæ: & moriēs hoc tranſmittet ad ſuos hæredes, qui ex lege [z] vocantur.

a Nequaquam. vt dicebat filia per.l. fœminæ.§.fin. C.de ſecundis nupt. cui legi Gregoria, non reſiſtit: quia non loquitur de caſu ſuo.

b Hic autem.i.hoc caſu. & hic eſt [illegible] ratio matris.

c Peregrinum.i.extraneum.q.d.quędā ratio ſingularis eſt in iſto caſu, per quā ceſſant, quæ dicit filia contra matrem.

d Se enim.ſic cōtinuabis. bene dico hic aliq.l extraneū enim, pro q.a: quia affirmabat mater, ſ.ſe cōferentē largitatē in filiū videri potius rurſus donationem occaſione electionis recepiſſe, quam ſic ſimpliciter habetur lucrum rationabile.

e Conferentem. matrem & repete dicit.

f Electionis. nam eligit filium mater, & donationē propter nupti. largita fuit ei: vt ſupra.§. Gregoria.

g Donatione. ante nuptias. Acc.

h Videri. præſumptione naturæ: vt ſ.de pe.t.nere.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.&.ff.de don.l. hoc iure.§.pen. & præſumptione iuris: vt.ff.m.l.ſi vero.§.inde Papinia.

i Electionum. Hoc ad primam quæſtionem refertur: vt.ſ.eo.§. Gregoria. quam ſoluet ſtatim.

k Hæreditatum. hoc ad ſecundam: vt.ſ.eo.§.& non ſolum. quam ſoluet.ĩ.eo.cum igitur.

l Præſens. duplex.

m Vſum.i.vſumfructum: vt.ſ.de nu.§.ſi vero expectet.col.iiij. ſic &.ĩ.eo.§.aliud ibi, ſed diligētiam &c.

n Donationis. ꝙ hodie eſt generale in quolibet lucro, ꝙ habet ſuperſtes coniunx ſiue titulo dona.ſiue legati, ſiue fideicom. ſiue alio: vt.ĩ.de nupti.§. ſi vero expectet.et.§.ſi vero ſit ſoboles.

o Et nullam eſſe licentiam. ex hoc.§.&.§.venient.ĩ. de nupt. ſumitur authent. lucrum. quæ eſt. C.de ſecun. nup. poſita ſuper.l.fœminæ. Ac.

p Eligere. C.de ſecū.nup.l.in quibus.contra. ſed illa corrigitur per hanc. Azo. ADDITIO. Dic ꝙ lex contraria loquitur, quando proprietas donationis refertur per tranſitum ad ſecunda vota: an poſſit eligere vnum ex filijs, & ibi prouidere de dicta donatione? & ibi tex. dicit, ꝙ ſic. nec hoc reperitur correctum: licet glo. ibi dubitanter, hic vero loquitur, an mater quæ facit iniuriam filijs primi matrimonij per tranſitum ad ſecunda vota: vt hic dicitur poſſit prouidere vni ex filijs quibus fecit iniuriam magis quam prouideat alijs? Et dicitur ꝙ non. et iſta ex vera ſolutio ſecundū Bar.

q Iniuriam. ſic.ſ.de ſecun.nup.§.venient.

r In præſenti.i.in quæſtione Gregoriæ.

s Vſu.i.vſufructu. Ac.

t Conſtitutionem. vt. C.de vſufru.l.corruptionem.

v Competit. quia vſusfructus extinguitur morte vſufructuarij.

x Filia.ſ.moriatur.

y Ex pacto non exiſtentium. [1] circa hoc diligenter diſtingue, cum mulier dat dotem: vir autem donationem propter nup. aut nullum apponitur pactum de lucrando. & tūc dos mulieri, et donatio marito, vel eorum parentibus reſtituenda eſt matrimonio ſoluto: vt.ĩ.de æqua. do.§.j. coll. vij. Aut apponitur: & tunc aut eſt ęquum aut iniquū. ſi iniquum, maius trahitur ad minus: vt. C. de pa.con l. lege. nullum tamen trahitur ad aliqd': vt ſi in dote ſit pactio: in donatione vero nulla: vt. C. de do.an.nupt.l.ſi.§.ſin autem licet. ꝙ nihil eſt, poſſit dici minus: vt.ff. de tribu.l.illud. Si æquum, aut ſimpliciter, aut non: ſi ſimpliciter: puta quiſquis morietur, aut lucretur, valet: vt ĩ.de ęqu.do.§.ſ. hic tamen lucrum perdit. Sicut & alia ſi ad ſecunda conuolet vota: vt infra, de nu.§.ſi vero expectet.colla.iiij. & §.ſi vero ſit. & in hoc.§.ſi vero non ſimpliciter: aut in caſu filiorum exiſtentium, aut non exiſtentium, aut vtriuſq;: quia ſi in caſu filiorum. puta, ſi ſint filij, percipiantur lucra nō alias, valet. Idem in ſecundo quando non exiſtunt: hic tamen intereſt, quia primo caſu poteſt perdere, qui lucratur propter ſecunda vota: in ſecundo non: vt.ĩ.de nupt.§.ſi vero expectet. ſi autem vtrunq; apponitur pactum: puta ſi erunt filij ex hoc matrimonio ſuperſtes lucretur totam donationem vel dotem. ſi autem non erunt: tunc tertiam forte lucretur vel dimidiam: tunc quidem extantibus filijs, valet primum pactum: non autem ſecundum. Si autem non extent, valet ſecundum, & non primum: & tunc quando extant: ſi conuolet ad ſecūda vota, perdit lucra ratione primi pacti: vt in hoc.§.ſed ſi moriantur omnes, poteſt reuiuiſcere lucrum ratione ſecundi pacti: vt hic, & ĩ.proxi.§.&.ĩ.e.§.aliud.ibi, aut ſi omnes &c. & ſic tertiam lucratur, vel dimidiā donat vt dotē: put ſecundo pacto inſertum fuit. Sed ſi vnus moriatur ex pluribus, puta ex quatuor, vnus tertiā quartæ lucreť: ſi vnus ex tribus, tertiā tertiæ nō per hāc aut. ſed p illā.ĩ.de nu.§. qm̄ infirmas. et ſemp intelligas ꝙ moritur ſine filijs. Si autē nō cōuolet, lucretur ſcdm vires pacti, nec perdit nec ſeruat filijs hoc iure: vt.ſ.e.§.Gregoria.et.ĩ.de nu.§.ſi vero.&.§.hic nos. ſed hodie, & tūc ſeruat filijs totam ꝓprietatē: vt.ĩ.neq; virū, ꝙ ex do.eſt.col.viij.§.j. ſed & illa corrigitur pro parte. Nam pro virili parte admittitur mater ad proprietatem cum filijs: vt amplius ſit ei aliquid, quæ non nubit, quam ei quæ nubit: vt infra, vt fratrum filij.§.fina.col.ix. Accurſius.

[1] Facit ꝓ hoc quod not. Spec. eo.tit.ver. porro. & ſeq. bñ per vnam colū. & Bar. in.l.cum a te. ff.de vi & vi armata.

† Cōcor. c. j. cū gl. vnica. extra de ſecun. nup.

z Ex lege.i.ad ipſam matrem, ſi nemo eſt inferioribus:

Si lucra antenuptialia tranſiens ad ſecunda vota extraneo donauerit: manet alienatio in ſuſpenſo: quia præmoriente matre filijs ſuperſtitibus, alienatio viribus vacuatur. Ange.

Hoc autē, quod fit quidē ſemper, expreſsim verò nondum lege determinatum eſt, hoc ad melius incremētum, & interpoſitionē damus huic legi. nam ſi non filio fortè, ſed alicui extraneo mater adhuc ſecundas nō expertas nuptias, partem quādam antenuptialis donationis, aut aliquā rem ex ea, vel totam donet, aut per alium [a] fortè alienet modum, deinde ad maritum veniat ſecundū, palàm eſt, quia ſuperueniētibus ſecundis nuptijs, alienatio euacuatur [b]: nec hoc omnibus modis [c], ſed in ſuſpenſo [d] & alienatio & euacuatio manet. Nam ſi manſerint ſuperſtites [e] filij, euacuabitur omnino, quod factū eſt lege proprietatē antenuptialis donatiōis ad filios deducente, & non reſpiciente [f] mulierem, ſi quid egerit [g] in læſionē filiorum. Si verò præmoriantur omnes [h] matris filij: erit contractus firmus nō in totum, ſed ſecundum pactum nō exiſtentium [i] filiorū, quod nos introduximus [k] primi, & ſtatuimus nuper de hoc ſcribentes legē [l]. Et ſecundum quandam quidem partē erit cōtractus firmus, ſecundū quādam verò infirmus apparebit: hoc eſt, ſecundum hoc quidē quod permanet apud matrē occaſiōe pacti filiorū nō exiſtentiū, valebit: ſecundū hoc verò, quod trāſmittitur ad filij ſucceſſores, infirmus erit: vt ſi mater ſola filio ſuccedēs inueniatur omnis contractus rurſus firmus erit. Quia verò cōtra binubos pœnæ cōmunes [m] & viri ſunt & mulieris: ille [n] quidē in dote [o] ad ſecūdas veniēs nuptias periculū ſuſtinebit: hæc autē [p] in antenuptiali ſeu ꝑpter nuptias donatione [q]. Et hęc lex in vtraq; ſit poſita perſona, hæc & de electiōe, & de alienatiōe, & de lucro ſanciens.

Mater filio in bonis omnibus excepta antenuptiali donatione ſuccedit: nubat ſecundo, vel non: antiquis conſtitutionibus nō obſtantibus, & rationibus pluribus comprobantibus. Bar.

Cùm igitur [r] reliquū ſit cogitare de hæreditatibus filiorum, pro quo etiam præſens eſt dubitatio [s]: oportere credimus generali lege & pręſentem quæſtionem dirimere, & determinare, & in futuro mouendis omnibus [t] deciſionem dare. Et ſancimus, alias res poſt antenuptialem [v] donationem ad filios veniētes, ſi quidem filius maſculus, aut fœmina fortè teſtetur, ſecūdum legem venire ad ſcriptos hæredes: hic matre non prohibita ſcribi à filio hærede, ſed etiam contra teſtamentum ei datis allegationibus [x], ſi fortè filius eam prætermiſerit [y] aut irrationabiliter exhæredatam fecerit. Si verò inteſtatus [z] deceſſerit reſeruans illius partem, ſi quidē habuerit filios [a] pro-

bus: vt. j. de hær. ab inteſt. §. j. co. ix. & non ex iſta, vt fratres vel ſorores: vt j. e. §. antenuptiali. alios autem excludit in hęreditate: ergo & in donatione iſta: vt. j. prox. §. ſi. Accur.

a Per aliū. cū multi ſint modi alienādi: vt. ff. de pu. l. ij. & iij.

b Euacuatur. nā ex quo proprietas redit ad filios, patet matrem rē alienā alienare nō poſſe: vt. ſ. proxi. §. & j. de nupt. §. ſi vero expectet. coll. iiij. Accurſius.

c Modis. euacuatur repete ratione furti.

d Suſpenſo. No. quid eſſe in pendenti, quod etiam pręſens eſt. ſic inſtitut. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. & ff. de vſufruc. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. j. arg. contra. ff. ſi cer. pe. l. itaq;. & l. cum ad præſens. & l. reſpiciendum. & inſt. de ver. ob. §. conditionales. & faciūt hæc ad id qđ diximus inſtit. quib. mo. pa. pote. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Accur.

Præſens aliquādo ſuſpenſum eſſe dicitˀ.

e Superſtites. ſ. poſt mortē matris: qꝛ tūc vſusfructus redit ad proprietatē: vt. ſ. prox. §. Idē ſi alias ſit finitus: vt inſt. de vſufru. §. finitur. & hoc eſt verū per hāc conſtitutionē, etiā ſi vnus tantū filius ſuperſit: quia in totū vacuatur alienatio: aliud per aliā auth. vt. j. de nup. §. quoniam infirmas.

f Reſpiciente. ſ. lege.

g Si quid egerit. i. alienauerit.

h Omnes. hodie etiā ſi vnus: vt. j. de nu. §. quoniam infirmas.

i Non exiſtētiū. Vt ſi ſtat pactum liberis extantibus de tota donatione lucranda. Item eis non extantibus de tertia, & extant: tunc totum habet ſi nubit ſecundo, & totum perdit ratione proprietatis ſi moriātur omnes filij, lucratur tertiā ſecundum vires pacti, quod eſt factum filijs non extantibus: vt dixi. ſ. proxi. §. in fin.

k Introduximus. i. nullus alius Imperator.

l Legem. vt. ſ. §. proſpeximus. in fi.

m Quia vero cōmunes. ſic. j. de nu. §. ſi vero expectet.

n Ille. ſ. vir.

o Dote. i. lucro dotis, quod habebat ex pacto.

p Hæc autem. ſ. fœmina.

q Donatiōe. ſubaudi periculum ſuſtinebit.

r Cum igitur. qꝛ vidimus de prima parte & ſecunda tituli: igitur de tertia videamus.

s Dubitatio. vt ſ. eo. proxi. §. et nō ſolum. Accur.

t Omnibus. ſ. ſimilibus quæſtionibus: ſic. ſ. tit. j. §. j. Nam de ea dicitur ſpecialiter. j. eo.

v Poſt antenuptialem. id eſt, præter antenup. dona. nā de ea dicitur ſpecialiter. j. eo. §. antenuptiali.

x Allegatiōibus. in quarta iure iſto: vt. ſ. titu. j. §. ſi quis autē. hodie tertiā: vt j. de trien. & ſemi. §. j. coll. ix. ſed quidam intelligūt augmētum in filijs tantum eſſe, & non in aſcendentibus.

y Prætermiſerit. quod pro exhæredatiōe habetur: vt inſti. de exhær. lib. §. penulti.

Pręteritus pro exhæredato habetur.

z Inteſtatus. qđ fit ſex modis, quod dic vt inſtit. de hæredi. quæ ab inteſt. j. reſponſ.

a Filios. hac appellatione omnes deſcendentes continētur: vt. ff. de ver. ſig. l. liberorum [1]. licet vulgariter tātum primo gradu conſtituti contineantur: vt inſtit. qui da. tu. poſ. §. fin. ſic accipitur: vt hic. & j. vt exactio. inſtan. do. in prin. colla. vij.

1 Adde tex. in. l. q filiabus. et l. qui quartam. §. fin. & l. liberorum. ff. de leg. j. et Albe. de roſ. in. l. qſqꝭ. verſi. item quæritur. C. ad legē Iu. maieſtatis.

prios, ad filios venire: ſin autem non habuerit quidem filios proprios, ſit fratrum [a] vocatio et matris vnà cum fratribus (ſecundum quod à nobis ſancitum eſt [b]) ad hæreditatem venientis, & eã firmè habentis, ſiue ad ſecundas vellet venire nuptias, ſiue non. Nec enim maiores [c] pœnas aduerſus mulieres, quæ ad ſecundas veniunt nuptias, facimus [d], neque ex hoc eas ad neceſsitatem deducimus amaram, & noſtrorum temporum indignam, vt metu caſtarum nuptiarum (licet ſecundæ ſint) ab his quidem abſtineant, & deſcẽdant ad quaſdam interdictas permiſtiones, & forſan etiam ad ſeruorũ corruptiones [e]: & quoniam non licet [f] legaliter caſtè viuere [g], contra legem luxurientur [h]. Nequaquam igitur hoc valere volumus: neque in quinto libro Codicis agnouimus noſtræ pietatis poſitam conſtitutionem [i] decernentẽ de hæreditatibus filiorum, quos matres ad ſecundas nuptias venientes [k] viderunt præobeũtes [l], neque in ſexto libro eiuſdẽ conſcriptionis [m] ſub titulo [n] Tertylliani [o], qui [p] de mulieribus diſputat, ſecundis quidem nuptijs iunctis, ante ſecundam tamen copulationem filios amittentibus: ſed vocetur ad filij hæreditatẽ modis omnibus mater cum fratribus, & hanc habeat firmè [q], nihil ex ſecundis lædãda nuptijs. Quod et in ſubiecta quę ſtione, [r] quæ legem hãc mouit, obtineat: & mater [s] vnà cum filia ſuccedat hæreditati, aut etiam ſuccedens [t] hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex ſpe ſecundarum lædẽda nuptiarum: ſed domina eiuſdem hæreditatis cum filia abſolutè [v] conſiſtens. Optimum [x] itaque eſt, atque laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita ſe honeſtè tractent, quatenus quæ ſemel ad virum venerunt [y], ſeruent inuiolatum morientium torum: & huiuſmodi † mulierem & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate [z] ponimus. Sin autem non valuerit [a] (cùm forſitan & iuuenis [b] hoc non patiatur [c], nec poſsit contra feruorem [d] naturæ reſiſtere [e]) non eſt torquenda propter hoc: nec interdicendæ ſunt ei communes leges, ſed ad viri alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuria abſtineat, & fruatur ſucceſsione filiorum. Sic enim eos [f] adhuc amplius diliget, & non quaſi quoſdam odibiles reſpiciet pœnis ſubdita amaris. Sicut enim patres, ſi ad ſecundas veniunt nuptias, non fraudamus filiorum ſuorum ſucceſsione, nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens: ſic neque matres priuabimus filiorum ſucceſsione, ſi matres ad virum veniant ſecundum: licet ante nuptias ſecundas, aut poſt ſecundas, filij moriantur. Alioqui ex abſurditate legis, licet præmoriantur filij omnes non relinquentes filios, aut nepotes, nihilominus ſuppliciũ [g] manet: et nõ ſuccedit eis mater: nec ſi ſine filijs moriã-

a Fratrum. appellatione fratris et ſoror cõtinetur: vt. ſ. eo. §. j. & eſt hoc verum, niſi ſint ingrati: quod eſt tribus ex cauſis: vt. ſ. de nupt. §. ingratitudinem.

b Sancitum eſt. ſ. vt cũ fratribus vocetur in virilem: cũ ſororibus in vnam dimidiam, in altera vero dimidia omnes ſorores: vt. C. ad Terty. l. fi. & in ſti. ad Tertyllia. §. pe. ſed hodie innouatur. nam cũ omnibus vocatur in virilem: vt. j. de nupt. §. quoniam. & j. de hære. ab inteſt. §. ſi vero cum aſcendentibus. col. ix. Acc.

c Maiores. alias ad minores.

d Facimus. i. ponimus. ſ. quaſi non venirent.

e Seruorum corruptiões. quod valde eſt illicitum. & ideo acrius puniendũ: vt. C. de mulie. quæ ſer. l. j. Accur.

f Non licet. i. nõ poſſunt caſte viuere, ſi legaliter viuãt i. ſi ſecundo nõ nubant, & ideo luxurientur: vel dic ſecũdo nubendo.

g Viuere. ſ. ſecundo non nubendo.

h Luxurientur. cum ſeruis, vt dixerat: vel etiã mulier cũ alia fœmina: vt C. de adul. l. fœdiſſimam. ſic. j. vt non luxu. contra natu. coll. vj.

i Conſtitutionẽ. vt. C. de ſecũ. nup. l. fœminæ. §. fi.

k Venientes. iam enim venerãt ad ſecundum virum.

l Præobeũtes. i. ante ſe morientis. Accur.

m Conſcriptionis. ſ. Codicis.

n Sub titulo. no. ſufficit allegare tit. & facit. ff de polli. l. j. §. ſi quis.

Titulũ allegare ſufficit.

o Tertylliani. vt C. ad Tertyl. l. mater. Accur.

p Qui. ſ. titulus. Accur.

q Firme. ſuperfluũ eſt dicere illas duas leges hic corrigi, quę tã expreſſe hic corriguntur. ſed videtur, quod illa l. fœminæ. non ſit correcta. Nã et illa permittit matri ſuccedere. Sed dic, quod per illam non habebat firme: ſed cogebatur filio ſuperſtiti dimittere: ſed per hanc conſtitutionẽ firme habet tam in proprietate, quã in vſufructu: & tã in paternis quã in alijs: vt. j. de nupt. §. hinc nos. ſed hodie pro parte corriguntur: vt. j. de nupt. §. hic. & §. ſeq. Ac.

r Quæſtione. vt ſ. eo. §. non autem. Accurſius.

s Mater. Gregoria.

t Succedens. ſ. ſola ſi non ſuperſit filia, vel nolit.

v Abſolute. i. indubitanter.

x Optimũ. ſic. j. de nupt. §. ſoluto.

y Ad virum venerunt. i. ſemel habuerunt virum.

z Virginitate. differunt enim in cæleſti ordine.

a Non valuerit. ſ. morientium ſeruare totum inuiolatum.

b Iuuenis. ſic. ff. man. l. ſi vero non remunerãdi. §. ſi adoleſcens ſic. C. de bo. quæ lib. l. fi. Accurſius.

c Non patiatur. alias eſt ſine non: et vtrunque legi poteſt. ſ. nõ patiatur, & patiatur.

d Contra feruorem. quod eſſet philoſophiæ: vt. j. qui. mo. na. effi. legi. §. illud. col. vj.

e Reſiſtere. Melius eſt enim nubere, quam vri: vt dicit Pau.

f Eos. ſcilicet filios, quos habuerit ex primo matrimonio.

g Supplicium. i. pœna.

† Vid Paul. j. ad Timo. v. viduas honora q̃ vere viduæ ſunt.

Nubere eſt cõſultius quam vri.

Nupti

tur, ſed inhumanè ab eorum expellitur ſucceſsione, fruſtra quidem pariēs, fruſtra ſimul & nutriens, propter legales nuptias[a] ſubiecta pœnis: & ſuccedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem irrationabiliter expellitur. Quapropter & ipſa ſuccedat filijs, & ſit hæc lex clemens & mitis, matres filijs conciliāns. Colligentes[b] igitur huius legis partes, ſancimus quoniā matrē (ſecūdum quod iādudum diximus[c]) aſsimilamus patri in antenuptiali donatione: & ipſam ſuſtinere quidē pœnas, ſicut ſuſtinet pater in dote[d]. In hæreditatem autem filiorum ſine tergiuerſatione veniant & pater & mater, ſecundum ſubiectas vtrique caſui quæſtiones[e]. Proinde quod patres habent, ſiue ad ſecundas venientes nuptias, ſiue non: hoc etiam matres habeant, vocetúrque mater ad filij hæreditatem, ſiue iam ad ſecundas venit nuptias, ſiue poſtea veniat

Mater filio non ſuccedit in lucro antenuptialis donationis ſuperſtite filio immiſtionis ratione ſublata: his obtinentibus in præteritis caſibus & pendentibus. Bartolus.

Antenuptiali verò donatione ad ſecundum veniens conſortium, neque ſecundum quantum hæres exiſtet filij, fruatur[f]: ſed hoc filiorum[g] ſit ſolùm lucrum, eis à lege datum, & non videatur eſſe pars[h] hæreditatis filij, ſed adhuc antenuptialis donationis non abijciens naturam. Quæ[i] competit tenere etiam circa eas, quæ nunc iam ſunt viduatæ mulieres, & proprijs ſucceſſerunt filijs: & quæ nondum ad ſecundas veniunt nuptias, licet poſtea veniāt. Quod igitur hic[k] habetur, ſic omni tempore ſanciatur.

Mulier ſecundò nubens, donationis proprietatem amittit: & ſi in immobilibus rebus conſiſtit, recipiet eas: ſi verò in mobilibus, recipiet cautionem, niſi vir ſubſtantias habeat his obtinentibus & in permiſtis rebus. Bartolus.

Aliud[l] verò quiddam occaſione ſecundò nubentium mulierum & antenuptialis donationis adijcere prioribus, bene ſe habere credidimus. Priſcis nanque conſtitutionibus[m] præbentibus electionem mulieri, quæ[n] ad ſecunda vota[o] deſcendit, ſi vellet accipere ante nuptias donationem, ſecundum quod ei permittunt pacta, & exponere filijs cautionem: quia moriens hæc reſtitueret: ſiue cùm non valet dare cautionem, aut nollet fortè, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis: ſoluerent[p] autem ei[q] etiam tertiam partem † centeſimæ[r] vſuræ: nos ex quæſtionum emergentium varietate moti, quoniam inuenimus minores[s] in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecunijs exiſtente: & alios aurum quidem non habentes coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exolueretur antenuptialis donationis debitum, ad eos vtique ſecundum legem antenuptiali donatione veniente[t]: propterea iudicauimus oportere hunc dari ordinem cauſæ, vt ſi quis[v] contulerit res[x], ſecundum antenuptialem donationem: ſi quidem omnes immobiles ſint, maueat harum vſus apud matrem: & ipſa eum colligat[y], & non reſpuat, neque exigat filios pro harum æſtimatione vſuras: ſed & diligentiam earum[z] habeat, ſicut lex iubet[a] vſu[b] quidem exiſtentibus dominis, & cuſtodiat eas, ſecun-

† Hæc in iure triens vſura dicitur. Porro de centeſima vſura & eius partibus vide quæ ſcripſit elegāter Anto. Auguſti libr. ij. emēda. capitu. x.

a Nuptias. quod nō debet eſſe: vt. C. de adulter. le. Gracchus. Accur.
b Colligentes. Nunc quicquid dixit. §. cum igitur. vſque huc, breuiter comprehendit. Accurſius.
c Diximus. vt ſupra eo. l. quia vero.
d In dote. vt quilibet admittatur ſecundo nubens, ſiue vir, ſiue vxor.
e Quæſtiones. vt ſi quæratur, an mater ſuccedat filijs? Reſpō. ſic: & ſi quæratur an pater? Rū. etiam ſic.
f Fruatur. ſ. proprietate. ſed vſufru. ſic: quod dic: vt ſupra eodem. §. proſpeximus.
g Sed hoc filiorū. quos habuit ex primo matrimonio.
h Pars. nunc caute reſpōdet cuidam allegationi, quā poſui. ſ. eod. §. veruntamen.
i Quæ. ſcilicet, omnia prædicta.
k Hic. id eſt, quod cautum eſt hac lege. Accurſius.
l Aliud. hic eſt expeditus titulus: ſed adhuc ponit duos caſus præter eum: vt in hoc. §. & proxi. §. illud.
m Conſtitutionibus. vt. C. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. his illud.
n Quæ. ſ. conſtitutio prima.
o Vota. & propter hoc amiſit prōprietatem lucri donationis.
p Soluerent. filij.
q Ei. mulieri.
r Centeſimæ. eſt autem cēteſima quę ſorti in anno æquiparatur. triceſima quę in tribus annis: vt. C. de vſur. l. eos.

Centeſſima vſura quid ſit.

s Minores. ſiue filios mariti, ſiue nō: qui ſuccedebant marito.
t Veniente. id eſt, redeunte: vt. C. de ſecun. nup. l. hac edictali §. omnibus. q. d. hoc eſſet iniquū, quod modo filij omnia venderent pro ea, ſcilicet pecunia, quæ etiā ad eos redire debet mortua matre.
v Si quis. ſcilicet, maritus.
x Res. ſcilicet, in vxorem: & pactum fecerunt de lucranda donatione ſi ipſe præmoriatur: alias hæc donatio patri mariti reſtituenda eſt: vt. j. de ęqua. do. §. j. collatio. vij. Accurſius.
y Ipſa eum colligat. quo ad immobilia nil innouatur: cū idem eſſet olim, quod hic dicit: vt C. de ſecund. nup. l. hac edictali. §. his illud. Accurſius.
z Earum. alias earum, ſcilicet, rerum. alias eorum. ſ. prædiorum.
a Lex iubet. hic eſt ſenſus, hęc mater talem præſtet diligentiam, qualē pręcepit lex dominis exiſtentibus.
b Vſu. id eſt, vſufru. q. d. fructuarius vtat

vtatur, fruatur arbitrio boni viri: vt. ff. vſufru. quemad. caueat. l. j. &. inſtit. de vſufruc. §. finitur. Vel dic ſecundū Al. qualem lex iubet: vt & modo dixit, vſu ſcilicet exiſtente apud matrem exiſtentibus dominis ſcilicet, filijs in proprietate. ſed prima magis placet.

dum leges antiquas [a] filijs ſuperſtitibus: aut ſi omnes [b] moriantur, ſecundum noſtrā legem [c] veterem in caſum quidē nō exiſtentium filiorū, mariti, reliquum verò filiorū hæredibus cōſeruandū [d]. Si autē omnis [e] fortè conſiſtat in pecunijs, aut alijs mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiā vſurarum partem percipientem matrem cū cautione iā definita, non exigere à filijs aurum: niſi fortè idonea [f] ſit viri ſubſtātia, & habeat aurū & argentum & veſtē, & quicquid conſcriptū [g] fuerit matri. Tūc enim electionem matri dabimus, ſiue voluerit res percipere, & præbere cautionem: ſiue iſtam, quā diximus vſuram accipere, & ſecūdum priores leges [h], & ſecundum noſtram [i]. Si verò permiſtæ ſint res, & donatio ante nuptias, aliud quidem in pecunijs, aliud verò in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, vt alimentum habeat inde. porrò, de mobilibus hæc valere, quæ ſanciuimus prius, ſi eſſent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis conſiſtentia.

Pactis inter virum & vxorem de lucrando appoſitis, mulier quæ nil omnino de dote dedit, nihil de donatione lucrabitur. quæ verò partem dedit, partem lucrabitur donationis. Bart.

Illud quoque dudum acerbè quidem ſancitū [k], rarò autem in iudicio examinatum, exiſtimamus oportere clara lege complecti, & tradere vſui, & deducere ad iudicia, pro cōmuni poſitum adiutorio. Si enim cōiungantur aliqui alterutris, cū dotis et antenuptialis donationis documentis [l]: deinde vir quidem antenuptialē præbeat donationē, mulier autem ſcribat dotem, aut ipſa præbente eā, aut dante patre, aut quolibet extraneo: poſtea appareat matrimonij tempore dos nō data marito, ſed ſuſtineat onera [m] matrimonij, & matrimonium morte [n] viri ſoluatur: nō eſt iuſtum, omnino mulierem dotē non dantē marito, antenuptialem accipere donationem. Sin autem non totam dedit dotem: & ipſa pro tanto exigat donationē, in quantū dederit dotem. Aequalitatis [†] enim & iuſtitię ſumus amatores, quā [o] in omnibus alijs [p], & in cōſortijs [q] volumus obtinere. Quapropter, quæ mulier nil omnino dat [r], nil omnino percipiat [s]: quæ verò minus, quàm profeſſa [t] eſt, dedit: tan-

Felicitas vnius alteri prodeſt.

† Cōcor. c. ſi clientulus. de aliena. feu. co. x.

a Antiquas. quoad hanc: vt. C. de ſecund. nup. l. hac edictali. §. his. &. §. ſeq.

b Omnes. alias non, per hanc conſtitutionem: vt. ſ. §. hoc autē. ſed corrigitur. j. de nupt. §. quoniam infirmas.

c Legem. ſ. hanc: vt. ſ. eod. §. proſpeximus.

d Cōſeruandum. tale quale accepit: vt. j. de nuptijs. §. & quia parum. in fine. Accurſius.

e Si autē omnis. ex hoc. §. colligitur authē. ſed ſi aurum. quam habes. §. de ſecun. nup. l. hac edictali. Accurſius.

f Idonea. ſic. j. de fideiuſſ. §. quod autem. col. j. Accur.

g Conſcriptū. nomine donationis antenuptialis. Accur.

h Leges. vt. C. de ſecū. nup. l. hac edictali. §. his. Accur.

i Noſtram. ſ. hāc præſentem. Accur.

k Sācitum. quod ſancitum non habemus.

l Documentis. i. inſtrumentis, ſic dicta: quia veritatem docent. ſic accipitur j. de fide inſtru. §. in plerisque locis. colla. vj. nam hincinde facta erat promiſſio, ſed non donatio.

m Onera. vt alere eam & ſeruientes ei: vt. ff. ſolu. matri. l. ſi cū. §. ſi autem. quod eſt iniquum: vt. ff. de condi. cau. da. l. ſi donatarius. §. j.

n Morte. quæ omnia etiam ſoluit. j. de nup. §. deinceps.

o Quā. alias quādoque, alias quā. & tunc dic quam. ſ. æqualitatem.

p Alijs. ſ. contractibus & iudicijs: vt. ff. de regu. iur. l. non debet. Arg. contra. ff. de ſer. l. fi.

q Conſortijs. ſ. matrimonijs, de quibus agitur: & hoc debuit præmittere. Accurſius.

r Dat. nomine dotis, vel aliud pro ea.

s Percipiat. hoc ſic intelligo. ſ. nomine lucri donationis propter nup. & hæc eſt mens huius literæ. Sed contra. j. vt exact. inſtan. §. fi. colla. vij? Reſpon. ibi fuit parata dare, ſed maritus noluit accipere, quare videtur cōditionem impleſſe: vbi dicitur. & ff. de condi. cauſ. da. l. iij. §. fi. & ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. Alij dicūt nil recipiat, neq; donationis nomine, neque etiam dotē quam nō dedit, neq; aliquod omnino lucrum. Sed cōtra eos eſt. C. de do. cau. l. fi. nā dos nō data recipitur? ſet tū. eā correctā per hanc. Item contra. j. de rē. non ſol. pec. §. generaliter? Reſpō. hanc correctā per illam. vel dicunt hoc verum, niſi præſcriptio temporis interueniat: vt in dictis duabus legi. cōtrarijs dicitur. Item cōtra. j. de nup. §. ſi quis? Reſp. illud propter delictum mariti. Itē contra. j. de exhi. & intro. reis. §. quoniā. col. v. ſed illud pietatis cauſa dicunt. Nā vnius felicitas alteri prodeſt: vt. C. de nup. l. fi. ſed vtrūque horū duorū cōtrariorū recipit modificationē hodie: vt. j. vt lice. matr. & auiæ. §. quia vero legem dudū. coll. viij. Itē contra. j. de exhi. §. fine. ſed ibi expreſſe voluit relinquere. Itē cōtra. C. vnde vir & vxor. l. j. vbi etiā in totum vxor ſuccedit viro: ſed ibi non eſt, qui obijciat hoc mulieri cū nullus ſit legitimus ſucceſſor. ſic. ff. de inoff. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. Sed quid erit econtra muliere dāte dotem, maritus non dat donationē? Reſpon. idē. nam æquitatis &c. vt hic dicitur. nō tamen dico, quod teneatur maritus vxori ſic dare donationē, vt fruatur mulier ea: quia cum tantū ſit in donatione, quantū in dote, iā non ſeruiret dos oneribus matrimonij: vt. j. de æqua. do. §. j. col. vij. Quid ergo prodeſt mulieri? Reſpōd. deficientibus alijs bonis mariti has res mulier poterit vendicare, & licet alias ſint obligata, facile illi iuri hypothecarum poterit renunciare: vt. C. ad Velleianum. l. etiam. & l. iubemus. quod hic non ſit: vt infra, vt immo. ante nu. do. in prin. colla. v. Accurſius.

t Profeſſa. i. quam dare promiſit.

Obtul

tum recipiat ſolùm, quãtum obtulit[a]: ſitq́; etiã hoc[b] optimũ in præſenti lege incrementum, plurima decernẽte, quæ ſemper in dubitatione ſunt, vix autẽ modò ad legiſlationem deducta. Hanc autem valere volumus legem, & in caſu[c] dante ei principium, & in pendẽtibus litibus, & in omnibus decętero prouenientibus. Quę igitur placuerunt nobis, tua ſublimitas operi effectuiq́; tradere feſtinet, & manifeſta vniuerſis per programmata[d] ꝓpria faciat, quatenus in omnibus ciuitatibus, quas noſtra ditio[e] continet, hæc valeant, et certa omnibus fiant, ſecundũ quod à nobis diſpoſitum eſt.

TITVLVS III.

VT DETERMINATVS † ſit numerus clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ[f], & cęterarum eccleſiarum[g].

In eccleſia maiori & alijs ſibi adiacentibus & ſubiectis clericorum numerus ſecundum facultates debet eſſe ſtatus, & debet obſeruari, ne ad inopiam eccleſiæ deducantur.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Epiphanio regiæ huius Vrbis Archiepiſcopo, & vniuerſi eius tractus Patriarchæ.

DVdum quidẽ communi & generali lege & ad tuam[h] beatitudinẽ, & ad reliquos ſanctiſſimos Patriarchas[i] ſcripta, de ordinatione venerabilium epiſcoporum, & reuerendiſſimorũ clericorum, necnon mulierum diaconiſſarũ, & vt non amplius ſint ab antiqua menſura[k], qui ordinantur, diſpoſuimus[l], quod nobis videbatur bene ſe & competenter habere, & regularum ſacrarum dignè: præſentẽ verò legem ſpecialem ad tuam beatitudinẽ ſcribimus, de numero reuerendiſſimorum clericorum, qui in hac vrbe ſunt, diſponentes. Quia enim † pene nihil immẽſum bonum[m] eſt: competẽs eſt neq; ordinationes, quæ ſuper reuerẽdiſſimis clericis fiunt, aut ſuper reuerẽdiſſimis diaconiſſis[n], fieri tantas, vt illorũ expenſis ſanctiſſima eccleſia incidat in cauſam mutuorum maximorum, & paulatim ad nouiſſimã inopiam deponatur. Nouimus enim propter huiuſmodi occaſionem huius regię ciuitatis ſanctiſſimam maiorem eccleſiã noſtri Imperij matrẽ[o], debitis inquietari maioribus & non aliter valẽtem facere ſingulas erogationes reuerẽdiſſimis clericis, antequam aurũ non parum mutuũ ſumat, faciens tam hypothecas, quam pignorũ dationes in optimis ſuis prædijs ruſticis & ſuburbanis. Propter hoc igitur perſpeximus noſmetipſos deponere ad huiuſmodi cauſæ inquiſitionem[p], & agnoſcere, quemadmodũ prius ſe habuerit, quidq́; lõgitudo temporis adinuenerit. Inueſtigantes igitur illud vndiq́;, inuenimus, quoniã ſinguli horũ, qui ſanctiſſimas eccleſias ædificauerũt in hac feliciſſima ciuitate, non pro ædificio ſolummodo cogitauerunt, ſed etiam vt expenſas ſufficientes darent à ſe factis venerabilibus[q], & determinarent quantos[r] quidem competens eſſet presbyteros, per vnanquanque eccleſiam, quantos diaconos maſculos atque fœminas, & quantos ſubdiaconos, & rurſus cantores atque lectores & oſtiarios conſtitui: & ſuper hæc etiam oratorij expenſas definierunt: & reditus proprios dederunt ſuffi-

a Obtulit. i. dedit.

b Etiam hoc. q. d. non ſolum ſuperior. §. ſed etiã iſte fuit bonum augmẽtum huic. l. præter titulũ. Nam in ea tantum etia cõtinebantur, quæ iã erãt expedita ante hũc §. & ſuperiores.

c In caſu. ſcilicet Gregoriæ.

d Programmata. programma eſt ſcriptura publica cõſilio ſapientis facta, vt patet fere in fine cuiuslibet conſtitutionis huius libri. & dicitur. C. de diuer. re. l. vniuerſa.

e Ditio. i. iuriſdictio. ſic inſtitut. in proœ. §. j.

VT DETERMinatus ſit nume. &c.

f Eccleſiæ. Conſtãtinopolitanæ ciuitatis. Accur.

g Eccleſiarũ. ſub dicto patriarchatu conſtitutarum. Et ita eſt hæc lex localis. ſic alias. j. de eccle. re. immo. al. §. fi. co. v. & j. de tabel. §. fi. col. iiij. & econtra quædã valent alias, ſed non ibi: vt. C. de ijs. qui ad eccle. confu. l. fi. j. reſpon.

h DVdum. Tuam. Loquitur Epiphanio patriarchæ almę vrbis Conſtãtinopo.

i Patriarchas. anteceſſores tuos.

k Menſura. ſcilicet nongenti quinquaginta: vt. C. de ſacroſan. eccl. l. nõ plures.

l Diſpoſuimus. in quadã lege Græca: & pars ſentẽtiæ illius eſt in. d. l. C. de ſacroſan. eccle. l. non plures. nam & alia multa in illa cõtinebãtur vt patet in hac litera. Illud fatuum eſt dicere, ꝙ loquatur hic de illa. l. nõ plures. cum illa non ſit Iuſtiniani.

m Bonum. nam omne quod eſt nimiũ, vertitur in vitium: vt hic, & j. de reſc. ſacri pa. §. fin. col. iij. & j. de mẽ. ord. cle. colla. iij. in princip. niſi in caſu iſto: & ideo dicit pene, vt Imperatorem donare eccleſiæ: vt. j. de non ali. §. ſinimus. col. ij.

n Diaconiſſis. ordo eſt mulierũ, quæ non poſſunt dicere euangeliũ. Sed nũquid in illa maiori eccleſia ſtabant mulieres cũ maribus? Reſpon. non: vt. j. de mona. §. cogitãdum. col. j. ſed erãt monaſteria fœminarum, quæ recipiebant ſuſtentationẽ a maiori eccleſia: vt. j. eo. §. in alijs.

o Matrem. ſic. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. j. in fi.

p Inquiſitionem. vt nõ oporteat nos omni die de hoc cogitare: vt. s. de hær. & fal. §. j.

q Venerabilibus. ſcilicet domibus. Accurſius.

r Quãtos. i. quot & ſic dicas inferius.

Iis.

† Cõcor. cũ hoc tit. ea auth. capi. quoniã vt ait. extra, de vita & hoc conſtitutus. cũ gl. j. extra de reſcrip.

† Cõcor. ca. cum in multis. de reſcrip. libro vj. in princ. c.

†Planior eſt Haloā. verſio, q̄ in verbis caſtior & purior eſt.

a Iis. locis venerabilibus.
b Cōſtituta. hoc cōtinuatur. j. et permāſerint &c. & qd' eſt hic in medio, cācellandum eſt. Vel dic ſi quis autē, ſcilicet eccleſiæ ædificator. & quod dicit extendenti non ſufficientē. q. d. plures etiam poſſet pati, quā habeat. Vel dic, ſi quis autē. ſ. epiſcopus. & de eo dic vt modo diximus quia non adiecit vltra modū, & interim ædificator largiebatur neceſſaria.
c Semper. id eſt, multoties.
d Vndique. ſcilicet facti ſunt.
e Vſuræ. ſ. auctæ.
f Nouiſsima. ſcilicet inopia. & ſubaudi ſuperueniēs emerſa eſt tanta, vt &c.
g Incredulitatē. ſcilicet eandem, ſcilicet inueniri poſſunt.
h Neceſsitate. ſcilicet fiunt, cum nō poſsint mutuantes creditores inueniri. Accur.
i Contra leges. Leōis & aliorū imperatorum, qui fuerūt poſtea vt. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. & l. ſancimus. Accur.
k Indecentes. ſcilicet fiunt cum nō poſsint creditores inueniri. Accur.
l Prædia. ruſtica.
m Sufficerent. ſcilicet eccleſiæ.
n Expendit. vt quia prodigus eſt: & ita bonis ei interdicitur: vt. ff. de cura. fu. l. j. Vel dic vt inſtit. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iu. §. fi. Prima placet. Accurſius.
o Cogitandū. nobis. ſi enim pro cauſis corporalibus cogitamus &c. vt. j. vt cū de ap. cog. §. ſi vero liberi. in fi. col. viij. Accur.
p Sed ex iis. ſ. poſſeſsionibus. & not. ꝙ qui hoc ſeruaret pauper non eſſet.

cientes iis [a], quæ à ſe cōſtituta [b] ſunt. Si †quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam penitus extendenti ſufficientem permanſerunt vſq; ad multum tempus talia conſeruata: & donec hoc fuit, donauerūt ſanctiſsimarum eccleſiarū domibus, quæ ſufficerent. Cū verò Deo amabiles epiſcopi ad aliquorum preces ſemper [c] reſpiciētes, protracti ſunt ad ordinationū multitudinem: aucta quidem eſt expēſarū quantitas ad immenſitatem multā: creditores autem iā vndiq; [d], & vſuræ [e], & nouiſsima [f] inopia eſt, neque creditores inueniuntur propter incredulitatem [g] iā cauſæ, ſed alienationes cū neceſſitate [h], & cōtra leges [i], & cauſæ indecētes [k], & neque propria dignitate temperatæ: vt ex hac nimietate, neque prædia [l], neque ſuburbana ſufficerēt hypothecis & pignoribus: neque creditores propter hoc inuenirētur ſed ad inopiā deſcēderet nouiſsimam: & nec ipſis miniſtris emolumētum dare ſufficerēt [m]: ſed ad viā omniū infeliciſsimā cauſa deſcenderet, quatenus rerū omnium creditoribus cederet: quod dicere etiam piget nos: & quēadmodū nō fiat prouidemus. Nā ſi nō aliqs ferret libenter eū, qui vltra ſubſtantiā ſuā expendit [n], quomodo non & de his nobis eſt cogitandū [o]? Nō enim oportet ad menſuram expenſarū quærere etiā poſſeſsiōes, (hoc enim ſimul ad auaritiā impietatēq; perducit) ſed ex iis [p] quę ſunt, expēſas metiri. Quapropter competenter etiam de his ſancimus, et immēſitatem excludimus, certæ medicinæ cauſam tradentes. Sancimus igitur eos quidē, qui hactenus ſunt in eadē ſanctiſsima maiore eccleſia & reliquis [q] omnibus venerabilibus domibus reuerēdiſsimos clericos, & mulieres diaconiſſas, & oſtiarios manere in quo ſunt ſchemate [r]: nō eū qd' eſt minuētes, hæc ſancimus [s]. reliquo verò tēpore [t] nulla fiat ordinatio, donec ad antiquū numerū inſtitutū ab iis, qui ſanctiſsimas eccleſias ędificauerūt, reuerēdiſsimorū clericorū quantitas redigatur. Sed qm̄ pridem etiā reuerendiſsimorum clericorū ſanctiſsimę maioris eccleſiæ regiæ noſtræ ciuitatis determinatus eſt numerus [v], & valde breuis erat: vtpote vna exiſtente ſanctiſsima eccleſia [x]: poſtea verò et venerabilis domus ſanctæ glorioſæq; virginis & Dei genitricis Marię iuxta ſanctiſsimæ maioris eccleſię vicinitatē poſita, ędificata eſt à piæ memoriæ Verina [y]: & venerāda domus ſancti martyris Theodori à Sporcatio †glorioſæ memoriæ dedicata eſt. erat autē etiā venerabilis domus ſanctæ Helenæ †, quę ſanctiſsimę maiori eccleſię copulata eſt: ꝓpterea redigere numerū ad antiquā figurem impoſsibile eſt. Nō enim ſufficiēt tantis eccleſiis [z] pauci cōſiſtētes [a]: qm̄ [b] quādo nō proprios clericos, neq; matres habēt baſilicas, ſed cōmunes ſunt & ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ, & earū oēs circumeūtes, ſecundū quādā ordinē & circum, miniſteria in eis celebrāt: deinde etiā plurima multitudine, & ex antiqs hęreticis ad ſanctiſsimā maiorē eccleſiā deducta, gratia quidē magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, laboribus, aut immutatiōibus noſtris oporteat plures, quā à principio ad pſenę officij miniſteriū definiri. Quapropter ſancimus, nō vltra ſexaginta quidē presbyteros in

q Reliquis. alias reliquas omnes: & tunc repete ſi aliis per reliquas oēs venerabiles domos. Accur.
r Schemate. id eſt, ordine ſiue dignitate. Accur.
s Sancimus. quæ in hac conſtit. dicimus.
t Tempore. ſcilicet futuro.
v Numerus. nōgenti quinquaginta: vt. ſ. in princ. dixi. Accur.
x Eccleſia. ſ. prius ſanctæ Sophiæ, quæ eſt maior eccleſia.
y Verina. propriū nomen. Accur.
z Eccleſiis. ſcilicet tribus.
a Conſiſtētes. hic not. ꝙ vnus vicem duorum gerere nō poſsit. ſic. ff. de pa. l. ſi plures. Itē not. ꝙ quidam libri nō habent plus in hac cōſtitutione. et quidam habēt tres colum. ſed nō legitur.
b Quoniam. reſpondet tacitæ quęſtioni.

Vicē duorum vnus gerere nō poteſt.

† Alias, Sphracio.

† Alias, Irenes.

Illud.

De vna eccleſia clericus ad aliã tranſire non debet.

a Illud quoque. Not. quod non debet clericus tranſire de vna eccleſia ad aliam: quod non ſeruatur.

b Contradicere. Not. argu. pro epiſcopo vel prælato, quod liceat ei reclamare literis domini Papæ: vt. C. ſi contra ius vel vtili. public. l. & ſi legibus. Sed poteſt dici, ꝙ hic non a principe, ſed ab alio nomine principis erant miſſæ. Si autem conſtat literas eſſe principis, recipiẽdæ ſunt: ſed ſecunda iuſsio debet expectari: vt C. de mand. prin. §. deinde competens. col. iij.

De fid

ſanctiſsima maiore eccleſia eſſe, diaconos autẽ maſculos centum, & quadraginta fœminas, ſubdiaconos verò nonaginta, lectores autem centum & decem, cantores viginti quinque: ita vt ſit omnis numerus reuerẽdiſsimorum clericorum ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ in quadringentis vigintiquinq; : & ſupra centum exiſtentibus ijs, qui vocantur oſtiarij. In ſanctiſſima ſiquidem maiori eccleſia huius feliciſsimę noſtræ ciuitatis tres venerabiles domos vnitas ei, tanta clericorũ ſit multitudo, nullo quidẽ horum, qui nunc ſunt excludẽdo, licet multò plurium ſit numerus ab ijs, qui à nobis nunc determinati ſunt: nullo aũt decætero adijciendo in vnoquoq; ordine in ijs, qui nunc ſunt, donec ad hũc numerum menſura redigatur. Illud quoque [a] adijciendum eſt, vt quod hactenus nõ decenter fiebat, nequaquã in republica geratur: id eſt, multos reuerendiſsimorũ clericorũ dedignari quidẽ in ijs, quibus ordinati ſunt ſanctiſsimis eccleſijs, aut hic, aut in prouincijs deſeruire: ad ſanctiſsimã verò maiorẽ eccleſiã & venerabilem clerũ eius per patrociniũ quodlibet accedere: quod decętero fieri prohibemus. Nam ſi ſuper venerabilibus monaſterijs prohibemus ex alio monaſterio ad aliud tranſmigrare, multò magis neq; reuerendiſsimis clericis hoc permittamus lucri & negotiationis habere, huiuſmodi horũ deſideriũ iudicãtes. Si verò & aliquãdo talem quãdam migrationem tua beatitudo, aut per tẽpora imperium fieri perſpexerit: non aliter hoc agi, ante quã ad prædictum à nobis numerũ cauſa redigatur, vt migratio in officium deficientis fiat: & nõ ſupra numerũ aliquid omnino excedatur. Hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri ſinimus. Et hæc quidem de ſanctiſsima maiore eccleſia. In alijs aũt omnibus eccleſijs, quarum expenſas ſanctiſsima maior eccleſia facit, ſancimus, nũc quidem exiſtentes manere, ſimiliter eos etiam ſub ſchemate: decætero verò nullum ordinari ante, quã ad eum, qui vocatur ſtatutus vniuſcuiuſque eccleſiæ (quod antiquitus ordinatũ eſt) ab ædificatoribus eccleſiarum, presbyterorũ, diaconorũ maſculorũ atque fœminarũ, & ſubdiaconorũ atque lectorũ, necnõ cantatorũ et oſtiariorũ numerus redigatur, & nullus in medio penitus adijciatur. Noſq; ipſi cauemus tale aliqd agere, & ordinãdos abbreuiamus: nulluſq; noſtrorũ iudicũ tale aliqd agat, noſtrã formidans legẽ: & licẽtia ſit beatiſsimo archiepiſcopo, & patriarchæ huius regię ciuitatis ordinationi cõtradicere [b], licet iuſsio de palatio veniat. Nã & qui pręcipit, & cui pręcipit, ſub eccleſiaſtica mulcta erũt, ſi tale aliquid egerint. Sed neq; in alijs eccleſijs, quæcũq; emolumẽtum & expẽſas habẽt à ſanctiſsima maiore eccleſia, incõpetens eſt multitudinẽ inire ordinãdorũ eius, neq; trãſcendere decętero cõſtituta à principio etiã ſuper illis mẽſuram: ne forſan omnes etiã qui eos conſequũtur, in multitudinẽ incidẽtes immenſam, & accedẽtes ſibimet piè agẽtibus quęſtus diuidẽtes, et exinde vſque ad mẽſuram eorũ non ſufficiẽtes, in maximã anguſtiam incidãt. Si verò vltra mẽſuram definitã ſanctiſsimæ maioris eccleſię, ſiue alterarũ eccleſiarũ ordinet, qui per tẽpora fuerit ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ ſanctiſsimus epiſcopus, & venerabiles eiuſdẽ eccleſiæ œconomi erogationẽ eccleſiaſticis prębuerint quæſtibus: ipſi quoque de ſua & propria facultate præbeant expenſam: & qui hęc expendere eos permiſerit beatiſsimus patriarcha. Sciãt enim: quia ſi quid tale egerint, licẽtiam damus & ſanctiſsimis patriarchis, qui poſt tale aliquid agẽtes fuerint, & poſterioribus œconomis, & omnibus reliquis reuerendiſsimis clericis talia perſcrutari, & facta prohibere, & indicare imperio: vt illud cognoſcens præcipiat ex ſubſtantia hęc agentium œconomorũ: aut etiam permittentis archiepiſcopi hoc ſarciri ſãctiſsimę eccleſię. Quapropter, ne rurſus fortè fiat talis aliqua rei confuſio atque tumultus: cauſa ad menſuram à principio conſtitutam redacta, tunc ordinare liceat: intantum vt nõ tranſcendatur definita mẽſura, neque numerus trãſeatur, aut fiat quędam circa hoc calliditas. Non enim † illud patimur omnino fieri, vt dicatur: quia licẽtia erit ordinare quidẽ, non tamẽ emolumẽta præbere. Hoc enim eſt rurſus ad cõfuſionem efficientium, & immenſam adiectionem ſecũda collegia cõſtituentiũ: deinde etiam plurimas habebit cauſas circunuentionis, vt alias ſibimet vias auaritiæ inueniant, & pro alimentorum expenſis.

† Cõcor. enim hoc text. gloſ. quarta in c. cum M. extra de conſtitu.

Et hoc igitur agi penitus etiā ſub mulcta, quæ vocatur eccleſiaſtica, prohibemus: maximā vtilitatē hanc eſſe putātes, vt ſanctiſsima maior eccleſia, neq; debitis ſubijciatur, neq; anguſtietur perpetuo ædificio, ſed ſemper abūdet. Sicut enim de his expenſam determinauimus, ita cōgruet pro tempore ſanctiſsimū patriarchā & reuerēdiſsimos œconomos conſiderare, vt aliæ expenſæ, quæ fiunt ex eccleſiaſticis quæſtibus circa pios erogentur actus, & Deo placētes: & illis hæc miniſtrētur, qui pro veritate egent, & nō habent aliūde alimentorum occaſionem. Hoc enim dominū Deū placat: & non in patrocinijs & ſtudijs hominū eccleſiaſticas expenſas hominibus locupletibus diſtribuāt: & ideo inopes neceſſaria nō mereantur. Sciāt autē Deo amabiles œconomi, & qui nūc, & per tēpora futuri ſunt: quia ſi quid prēter hēc egerint: & diuinis ſupplicijs ſubiacebūt & ex ſua ſubſtātia indēnitatē ſanctiſsimę procurabūt eccleſię. Beatitudinē igitur tuā, quæ ab initio & ex infantili penè ætate in ſacro omni ordine & ſchemate ſanctiſsimā ordinauit eccleſiam, ex ſacrato vtiq; genere deſcendentis, hæc cuſtodire continuè ſancimus: ſcientem quia non minor nobis cura eſt horum, quæ ſanctiſſimis eccleſijs proſunt, quàm ipſius animæ.

TITVLVS IIII.

DE FIDEIVSSORIBVS, ET MANDATORIBUS, & ſponſoribus, & ſolutionibus †.

Reo abſente primò fideiuſſor eſt conueniendus, dilatione ſibi ſtatuta ad reum repreſentandum, lege antiqua non obſtante. Bartolus.

Imperator Iuſtinian. A. Ioan. glorioſiſſ. ſacrorum præto. præfect.

LEgem antiquam [a] poſitam quidem olim [b], vſu verò (neſcimus quemadmodū) non approbatā [c], † per cauſas autē ſemper exquiſitas [d], atque neceſſarias apparentē [e] rurſus aduocare †, & ad rempublicā reducere, bene ſe habere putauimus, nō ſimpliciter eam, ſicut iacebat, ponentes (erat enim [f] quædā eius [g] pars omnino nō diſcreta [h]) ſed cum cōpetenti & Deo placito diſtribuentes augmento [i]. Si quis † igitur [k] crediderit [l] & fideiuſſorē [m], aut mandatorem, aut † ſponſorem acceperit: is nō primùm aduerſus mandatorem, aut fideiuſſorem, aut ſponſorem accedat [n]: neque negligens, debitoris interceſſoribus moleſtus

DE FIDEIVSSORIBVS &c.

a LEgem antiquam. quam habemus. C. de fideiuſſo. l. non recte. quæ hic corrigitur: & noua ei adijcitur: & pro parte ſeruatur, vt quidā dicūt, quod nihil eſt. ſed dic, ꝙ erat quędā lex, quæ duo dicebat. Primū vt præſente vtroque, reus primo ſit cōueniendus: & in hoc bene: vt. j. eod. §. antiqua ſi quidē. Secundum quod. l. abſenti reo no dabat ſpatiū fideiuſſori ad producendū reū, & in hoc male dicebat: vt. j. eo. §. ſi vero fideiuſſor. ibi, non enī &c. Et fuit hæc lex antiquior, quā illa. C. eod. l. non recte. vel quam aliæ, quæ tractant de eadem materia, vt patet infra proxi.

b Olim. ſcilicet, ſancimus, & accipitur ex ſequenti verbo neſcimus. ſic. ff. de tu. & rat. diſt. l. j. §. nunc tractemus.

c Non approbatam. i. reprobatam per conſuetudinē ei contrariam: vt. ff. de legi. & ſenatuſ. l. de quibus. §. fi. & . j. de quæſto. §. ſi vero. col. vj.

d Exquiſitas. id eſt. plerunque in iudicijs neceſſario examinatas. nā hodie pleræq; cauſæ ſunt de ſimili materia.

e Apparentem. ſ. fore vtilē. vel dic apparet. i. ad memoriā reducitur, & deploratē: vt facit vxor de marito bono mortuo, cum minus bono ſit coniuncta.

f Erat enim. interpoſitio eſt.

g Eius. ſ. antiquæ legis.

h Non diſcreta. vt. ſ. eod. in princip. diximus.

i Augmēto. nam cum duo tantum capitula in ea continebantur: in hac cōſtitutiōe infinita ſunt: vt infra eodem, per totum.

k Si quis igitur. quia legem antiquam volumus reformare: igitur &c.

l Crediderit. ſ. mutuādo aurum: vt ſequitur. Sed quid ſi in alio conſtat mutuum, quā quod pondere, numero, menſura cōſiſtat: vt. ff. ſi cer. pet. l. ij. Vel quid ſi alius cōtractus ſit: vbi poſſit fideiuſſor accedere: vt. ff. eod. l. j? Rñ. ſemper locū habet, quod hic dicitur: vt. j. eo. §. non ſolum. & . §. abſolute. & . §. ſimiliter. & . ff. ſi cer. pe. l. j.

m Fideiuſſorē. Not. differentiā inter iſtos. nā fideiuſſor & ante obligationē & poſt, accipi poteſt: vt inſtit. eod. §. ij. Mandator tantū ante, niſi in caſu: vt. ff. man. l. ſi vero nō re. §. ſi poſt. & §. plane. & . §. cum quis. Sponſor qui ſpōte ſine rogamine pro alio intercedit: quia & ipſe habet actionē mandati: vt ff. māda. l. ſi pro te. alias eſt. l. qui patitur. licet M. dicat ſponſorem pro conſtituēte ſe debere poſitum eſſe: & in his tribus locum habet hæc cōſtitutio. Idē dico de cōſtituente, qui tantū poſt obligationē accipiē: vt ff. de cōſti. pe. l. j. ad inſtar fideiuſſoris: vt. C. de cōſti. pe. l. fi. Quid in expromiſſore, qui. ſ. promittit alio nō obligato, pro quo obligatur, vel etiā nūc liberante eum: vt. ff. de do. l. & elegāter. §. ſeruus pactionis? Rñ. non habet locū hæc cōſtitutio: cum nō poſſit dici cōtra eū contra quē agere nō poteſt eſſe negligens: vt. C. de an. except. l. j. §. fi. Itē quid ſi principaliter ſe cōſtituit debitorē: vt ſit tota die? Rñd. refert an noūetur alterius obligatio, ꝙ fieret ſecūdum vetera iura, ſemper mutata perſona: vt. ff. de ac. et obli. l. obligationum fere. §. fi. & inſtit. quib. mod. tol. obl. §. præterea. hodie hoc expreſſo, nō alias: vt. C. de noua. l. fi. & tunc non habet locū hæc conſtitutio ratione dicta in ſuperiori quęſtione. an vero non fiat: & tunc locū habet, cū eadē ſit ratio huius & fideiuſſoris: vt. ff. de ver. obl. l. a Titio. in fin. & . ff. ad leg. Aquil. l. illud. Itē æquitatis ſumus amatores: vt. ſ. ti. ij. §. fi. & . C. de cōſti. pe. l. fi. hæc gloſ. locū habet, quando vnus poſt alium obligatur.

n Accedat. hic corrigitur ꝙ eſt in. C. eo. l. nō recte. & l. mater. & . l. ſi aliena. quæ omnes leges dicunt idē. Vltimo quære hic quod dixi. j. de duob. re. col. vij. §. j. Item nunq

† Hunc Titulū ſic vertit Haloand. Vt creditores primū aggrediātur pricipales debitores: mox illis ſoluendo non exiſtētibus, ſecūdo loco mandatores etiam, aut cōſtitutæ pecuniæ reos, aut fideiuſſores.

† Haloā. & tamen ob quotidianas rerum controuerſias illi neceſſariam apparentē &c.

† Alias reuocare.

† Iſte. §. ponitur ꝑ authen. ſuper. l. non recte. C. de fideiuſ. & man. & incipit, prȩſente tamē vtroque. et conc. cū hoc. §. j. in gloſ. j. extra. co. tit.

† Quem hic ſpōſorem vocat Haloand. vertit, pecuniæ conſtitutę reū

nunq

nunquid huius legis beneficio renunciari poteſt? Rñd. ſic: vt. C. de pact. l. ſi quis in cõſcribendo. arg. contra. ĵ. de duo. re. §. j.

a Moleſtus ſit. petendo ab eis, vt ſoluatur. Accur.

b Veniat. ſcilicet, creditor.

c Receperit. quod ſibi debetur.

d Quid enim. ei. ſ. creditori.

e Extraneis. i. fideiuſſoribus.

f Completo. i. ſatisfacto. q. d. nihil. Accurſius.

g Valuerit. ſcilicet, creditor.

h Sumat. Quid ſi pignus habeat a debitore? Videtur, q primo debeat illud vendere: vt hic colligitur. ſed quia graue eſt etiam pignus vẽdi propter ſubhaſtationes, quæ fiũt: vt. C. de iure do. impe. l. fi. dico contra: vt. ff. eo. l. inter eos. §. creditor. Nec dico eã correctã, licet dicant quidã. ſ. per iſtam: cum leges veteres inquantũ poſſumus tolerare debeamus: vt. ĵ. quib. mod. nat. effi. ſui. §. tribus. col. vij.

i Præſentes. præſens reſpectu abſentis multis modis dicitur. Primo quãdo ſe inuicẽ audire poſſunt: vt in ſtipulationibus accipitur: vt. ff. de verb. obli. l. j. j. rñ. & inſtit. de inutil. ſtipul. §. item verborum. Secũdo, quando quis eſt in eadem prouincia: vt cum de præſcrip. inter pręſentes agitur: vt. C. de præſcript. long. tem. l. fi. Tertio, cum eſt in iudicio, vt in productione teſtiũ, quæ debet fieri, præſente altera parte: vt. C. de teſti. l. ſi qñ. &. ĵ. de teſti. §. penul. col. vij. Quarto, ſi eſt domi, cuius nomine volo nunciare opus nouũ: vt. ff. de dam. infec. l. iiij. §. abeſſe. &. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Quinto, vt ſi eſt in ortis etiã cũ tractamus de procuratore cõſtituendo: vt. ff. de procu. l. præſens. &. l. & qui. Sexto modo accipio hic, ſi eſt etiam in eodem territorio, vt facile poſſit citari: vt argu. ff. de iuriſdic. om. iudic. l. vlti. licet quidam dicant eum in iudicio debere eſſe præſentem: vt ĵ. de teſti. §. penult.

k Ei. ſ. creditori. Accurſius.

l Seruetur. vt prius conueniatur principalis, quam acceſſorius.

m Abeſſe. quod dic, vt modo diximus.

† Haloã. Quid enim cũ extraneis habe te põt negocij, cui iã a cõtrahente ipſo ſatiſfactũ eſt?

† alias, & principalis & fideiuſſo. hoc omni &c.

Quis dicatur p̃ſens.

† Cõcor. Cle. dudũ in glo ſup verbo, p̃ſẽtari. vbi etiam per op. Card. de ſepultu ris.

† Haloã. poſtulet igit in iudicio fideiuſſorẽ &c.

ſit [a]: ſed veniat [b] primũ ad eum qui aurũ accepit, debitumq́ contraxit: & ſi quid inde receperit [c], ab alijs abſtineat. † Quid enim ei [d] in extraneis [e] erit à debitore cõpleto [f]? Si verò non valuerit [g] à debitore recipere, aut in partem, aut in totum: ſecundum quod ab eo non potuerit recipere, ſecundum hoc ad fideiuſſorem, aut ſponſorẽ, aut mãdatorem veniat: & ab illo, quod reliquum eſt, ſumat [h]. & ſi quidẽ præſentes [i] ei [k] cõſiſtãt ambo, & principalis †, & interceſſor, & fideiuſſor, & mandator, & ſponſor, hoc omni ſeruetur [l] modo. Si verò interceſſor, aut fideiuſſor, aut mandator, aut qui ſponſioni ſe ſubiecerit, adſit: principalẽ verò abeſſe [m] contigerit: acerbum [n] eſt creditorẽ mittere alicubi [o]: cũ poſſit mox interceſſorem, aut fideiuſſorem, aut mandatorem, aut ſponſorẽ exigere. Sed & hoc quidem curandũ eſt à nobis poſſibili modo. Nõ enim erat quoddam hic [p] antiquæ legi [q] datum pro ſanatione remediũ: cũ vtiq; Papinianus maximus fuerit, qui hoc primitus introduxit [r]. † Probet igitur [s] interceſſorem, aut ſponſorẽ, aut mandatorẽ, & cauſæ præſidens iudex det tempus [t] interceſſori (idem eſt dicere, ſponſori, & mãdatori) volẽti principalem deducere: quatenus ille prius [v] ſuſtineat conuentionem, & ſic ipſe in vltimũ ſubſidium reſeruetur: ſitq́ ſolatio interceſſori, aut ſpõſori, & mandatori in hoc [x] quoque iudex. fideiuſſoribus enim & talibus [y] prodeſſe ſancitum eſt: vt illo [z] deducto [a], interim conuentione liberẽtur [b], qui pro eo in moleſtia fuerũt. Si verò tẽpus in hoc indultum exceſſerit (conuenit [c] nanque etiam tempus definire iudicantem) tunc fideiuſſor, aut mandator, aut ſpõſor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum [d], pro quo fideiuſſit, aut pro quo mandatum ſcripſit, aut ſponſionem ſuſcepit, à creditoribus actionibus ſibi ceſſis.

Hypothecaria actio contra extraneos pignorum poſſeſſores intentari non debet, niſi prius reorum & fideiuſſorum omnibus facultatibus excuſſis, his obtinentibus & in omnibus creditoribus & ſucceſſoribus. Bart.

Sed neque ad res debitorum [e], quæ ab alijs de-

n Acerbum. durum & crudele. Al.

o Alicubi. extra territorium ius dicentis: vel forte etiam intra, dummodo extra iudicium. quod dic vt. ſ. §. j. diximus.

p Hic. i. in iſto caſu.

q Antiquæ legi. ſ. ab antiqua lege, cuius mentionem habuimus. ſ. eod. eo. in princip.

r Introduxit. in ſimili caſu, vt dilatione reo data abſenti & fideiuſſori licet præſenti dari debeat: vt. ff. eo. l. ſi teſtamento. §. fi.

s Probet igit. vulgariter dicit. quaſi dicat experiatur, an poſſit repreſentare reum, vel non.

t Det tempus. ſcilicet ſex menſiũ, ſecundũ quoſdam: vt C. eodẽ. l. ſancimus. vel melius pro arbitrio iudicis: vt. ff. de iure deli. l. j. in fine. quod erit in xx. miliaribus diurnis: vt ff. ſi quis cau. l. j. vel erit arbitrium ſecũdum continentiam prouinciarum: vt. ĵ. vt omnes obed. iud. §. ſi vero alter. coll. v. &. C. de dila. l. j.

v Prius. hoc dicit Azo verũ, qñ negat fideiuſſiſſe, quod nihil eſt: imo etiã cum conſtet: vt hic, &. ĵ. de duo. re. in princi. col. vij.

x Hoc. i. in dilatione, quam eis dat ad repreſentandum reum.

y Talibus. ſ. mandatoribus & ſpõſoribus & ſimilibus: vt. ſ. eo. §. j.

z Vt illo. ſcilicet principali.

a Deducto. ſcilicet, ad iudicium.

b Liberentur. ſ. fideiuſſores.

c Conuenit. interpoſitio eſt.

d Contra eum. ſcilicet, reum principalẽ, pro quo &c. & hoc dico actionibus ceſſis. Nam fideiuſſores ipſi exigent, dummodo & ipſi prius ſoluant: vt. ff. de ſol. l. Stichum. §. penul. vel contra eum, fideiuſſorem, ſcilicet, debitum. dico ab eo, pro quo &c. & hoc dico actionibus ceſſis. & ſic ſunt ablatiui abſoluti. Et eſt facienda ceſſio ante ſolutionẽ: vel tunc, vel parum poſtea vel multũ poſtea: hoc tamen acto tunc in ſolutione, vt poſtea fiat: vt. ff. de ſolut. l. Modeſtinus.

Ceſſio quãdo ſit fideiuſſori facienda.

e Debitorum. id eſt, ad res quæ fuerunt quondam debitoris: nunc autem alienatæ ſunt. vnde tranſit dominium, licet cum ſua cauſa: vt. ff. de acqui. rer. domi. l. traditia

tinentur, veniat prius[a], ante quã † tranſeat viam ſuper perſonalibus[b], cõtra mãdatores, & fideiuſſores, & ſponſores: ſicq́ ad res veniens principalis debitoris, ſive[c] ab alio detineantur, & detinẽtes eas cõueniens, ſi neq; inde habuerit ſatisſactionem: tũc veniat aduerſus res[d] fideiuſſorũ, & mãdatorum, & ſponſorũ: † idẽ eſt[e] dicere, vel ſi quoſdã habuerit[f] homines[g] ipſi[h] ſibimet obligatos[i], & qui hypothecarijs[k] actionibus ſibi contineri poſsint. Cõtra † principales tamen exiſtentes apud eos res, ſiue perſonalibus, ſiue hypothecarijs, mox ſiue ambabus vti voluerit, omnẽ ei damus licentiam, quæ dudũ à nobis data eſt[l], & viam & ordinẽ in alijs perſonis caſibusq́ ſancitã. Et nõ ſolũ hoc in creditoribus[m] dicimus: ſed etiam ſi quis emerit aliquid ab aliquo, † deinde acceperit eum, quem vocant cõfirmatorem[n]: & moueatur in aliquo venditionis conuentio[o] contra venditorem facta: nõ aduerſus confirmatorẽ mox emptor accedat, neq; tenentẽ[p] aliquid rerũ venditoris, ſed aduerſus vẽditorẽ prius, & ſic ad confirmatorem, & tertio loco cõtra detentorem: eadem etiam hic[q] exiſtente diuiſione ſuper præſentibus & abſentibus, quã[r] dudum in fideiuſſoribus & mandatoribus & ſpõſoribus ac creditoribus cauſa debitorũ ſanciuimus[s]: ſimiliter obtinente etiã in alijs[t] contractibus[v] in quibus fideiuſſores aliqui, aut mãdatores, aut ſpõſores accipiuntur: & in ipſis principalibus ex vtroq;[x], & in hæredibus eorũ, & ſucceſſoribus, antiqua ſiquidem lex hæc valeat rurſus[y], & cùm huiuſmodi iuſtitia atq; diuiſione noſtros ſubiectos foueat.

Creditor, qui à debitore debitum recipere non valet, compellitur in ſolutum res eius immobiles meliores recipere, ſubtili earũ æſtimatione facta, ſufficienti pro euictione præſtita cautela, quàm debitori poſſibile eſt præſtare emptore nullo apparente, argentariorum ſponſionibus in ſuo ſtatu manentibus. Bart.

† Quod autem[z] decætero humanis auxiliatur curis[a]: licet quibuſdam creditoribus non fortè ſit gratũ, à nobis tamẽ propter clemẽtiam ſancitur. Si quis enim mutuauerit aurum, debitoris ſubſtantiæ credens: at ille ad reſtitutionem auri nõ ſit idoneus, ſubſtantiam autem immobilem habeat: verum creditor † ardeat[b], aurum omnimodo quærens: illi verò nõ ſit facile, neq; vlla mobilis[c] ſubſtã

ditio. & .ff. de contrahend. empt. l. alienatio. Sed quid ſi depoſuit, vel cõmodauit? Rñ. apud eundẽ videntur eſſe: vt. ff. commo. l. rei. & . ff. depoſi. l. licet. & de verbo. ſignifica. l. penes.

a Veniat prius. ſ. creditor per hypothecariã actionẽ.

b Perſonalibus. ſ. actionibus. Sed cõtra infra, de lit. §. ad hoc. B. & Alex. dicunt hoc corrigi. Ir. dicit, quod ibi debitor, idemq; vẽditor tenebat adhuc. Alij dicunt, quod ibi habebat cauſam a debitore, cõtra quem dicunt agi poſſe etiã prius. ſed Io. cõtra: quia dolus actoris non nocet emptori: vt. ff. de do. except. l. apud Celſum. §. ſi cũ legitima. Alij dicunt, quod illud locum habet excuſsis prius bonis debitoris: vt hic. Vel melius illud in expreſſo: hoc in tacito pignore, vt hic, cũ hoc etiã iure veteri erat: vt. ff. de iure fiſci. l. moſchis. vel dic aliter, ſecundum Azo. & Ioã. vt in ſumma de pig. §. damus.

c Sive. ſunt duæ partes: vt pro & . q. d. & ſi, pro quamuis &c. ſic. j. de duo. reis. §. j. coll. vij.

d Res. ab eis, vel ab alio poſſeſſas.

e Idem eſt. quod in interceſſoribus eſt dictum.

f Habuerit. creditor.

g Homines. ſimiles ſupradictis: vt cõſtitutores.

h Ipſi. ſcilicet, creditores.

i Obligatos. ex conſtituta pecunia.

k Hypothecarijs. quid ſi reali, puta hypothecaria tenetur fideiuſſor, cum perſonali ſit præſcriptum? Rñ. idẽ quod hic dicitur. vnde diſtingue: quia prælatio ſit perſonalium actionum ad perſonales. Itẽ perſonalium ad reales. Itẽ realium ad reales. De primo dic qualiter reus prius quam fideiuſſor cõueniatur: vt. §. j. ſ. eo. In ſecundo dic, quod perſonales realibus præferuntur: vt hic, niſi in caſu quando idem debitor tenet res: vt infra proxi. non ita in fideiuſſore cõuento perſonali. Nã licet teneat res, nõ poteſt creditor eligere: cũ prius oporteat eum redire ad res debitorũ, quas ipſi tenent vel alienauerunt: vt hic. In tertio dic, quod primo ad res debitorum agitur: vt hic: licet olim ſemper eſſet in electione creditoris tã in primo: vt. C. eo. l. non recte. quam in ſecundo vel tertio caſu: vt. C. de pig. l. perſecutione. Azo.

l Data eſt. vt. C. de act. & obli. l. fi. quæ lex hic corrigitur: niſi in hoc caſu: vt. ſ. diſtinximus modo.

m Et non ſolum hoc in creditoribus. ſtricte pro mutuatoribus. ſic. C. de probat. l. j. alias large: vt. ff. ſi certũ peta. l. j.

n Confirmatorẽ. No. eundem dici fideiuſſorẽ, cum cuilibet cõtractui accedere poſsit: vt. ff. eo. l. j. idẽ & confirmator: quia venditionẽ ſiue cõtractũ confirmat: vt inſti. eod. in prin. & de replic. §. fi. idẽ actor ſeruus dicitur: vt. ff. de eui ctio. l. illud.

o Conuentio. id eſt, agatur ex aliquo pacto in venditione appoſito in præiudicium venditoris, quod venditor non ſeruat.

p Tenentem. repete aduerſus. Azo.

q Eadem etiã hic. i. in dicto caſu venditionis.

r Quam. ſcilicet, diuiſionem.

s Sãciuimus. ſ. eo. §. j. & ij.

t In alijs. a mutuo & venditione.

v Contractibus. vel quaſi: vt inſti. de obli. ex quaſi contract. in princ. & de act. §. j. Azo.

x Ex vtroque. ſ. latere, id eſt, creditorum & debitorum. & ex hoc corpore colligitur quoddã membrũ illius authenti. quam habemus. C. de fideiuſſ. l. præſente &c. ibi, abſque.

y Rurſus. repete valeat.

z Quod autẽ. nũc de ſecunda parte tituli.

a Curis. ſ. debitoris.

b Ardeat. i. ardenter cupiat. ſicut & illud, Coridon ardebat Alexim. i. ardenter amabat.

c Mobilis. tunc enim forſan æſtimatione auri preſtãdo in rebus mobilibus, quæ in regione illa frequentabatur, liberatur: vt. C. de do. l. ſi quis argentum. in prin. & maxime ſi ex ea re creditor damnũ non patiatur: vt. ff. de ſol.

† Haloã. rectius vertit, expeciatur.

† Haloã. idẽ dicere licebit, & ſi omnes hi aliquos ſibi obligatos habent, quive hypothecarijs actiõibus teneri queunt.

† Haloã. cõmodius vertit: nẽpe ſic, Certe contra principalẽ debitorẽ, et res quas penes ſe habere dignoſcitur omnem illi facultatẽ damus, &c.

† Haloã. vertit, deinde fideiuſſorẽ ob euictionẽ accipiat.

† Haloã. Quod autem conſequitur, & humaniore quadam curatione medetur.

† Haloã. rectius vertit, vrgeat.

tia [a]: damus [b] creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed ſi nec [c] quiſpiam emptor immobiliũ eius rerum adſit, creditore frequenter etiam diuulgante, quoniam ſubiacent [d] debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem: tunc in hac quidem feliciſsima ciuitate glorioſiſsimę noſtrę reipublicæ iudices ſecundum vnicuiq; cõceſſam à lege & à nobis iuriſdictionẽ: in prouincijs autem gentiũ præſides pręparent ſubtili æſtimatione facta rerum debitoris dari [e] ſecundum quantitatem debiti poſſeſsionẽ immobilẽ creditoribus cum tali cautela [f], cũ qua debitor dare poſsit [g]. Rerum verò datio ſit huiuſmodi: quęcunq; quidem meliora ſunt, dentur creditori [h]: quæ verò deteriora, apud debitorem poſt debiti ſolutionẽ manere ſinãtur. Etenim nõ erit iuſtum, dãtem quidẽ aurum, recipere autẽ aurum nõ valentẽ, ſed coactum [i] ſuſcipere poſſeſſionẽ immobilẽ [k], vel [l] non meliora rerum debitoris percipere: & p hoc habere cõſolationẽ. quia ſi aurum non recipit, aut aliquid rerũ, quæ portari poſſunt: tamẽ licet ei poſſeſsionem nõ inutilẽ habere. ſed hoc quidẽ fit clementia quadam clara legis. Agnoſcãt autẽ creditores, quia etſi hãc nõ ſcripſiſſem legẽ, neceſsitatis tamen ratio ad hãc cauſam perduceret [m]. Si enim non ſit idoneus pecuniarũ debitor, nec vllus emptor ſit: nihil aliud facturus erat, quàm proprijs bonis cedere [n]: et rurſus res ad creditorẽ meritò venirent, aurum percipere nõ valentem. Quamobrem quod cum iniuria & effectu acerbo [o] perduceret creditorem & debitorẽ: hoc nos clementer ſimul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur [p], & acerbi creditoribus nõ apparebimus, † dari cauſam eis deputantes, ad quã ſi permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirẽt [q]. Si itaq; creditor paratus eſt præparare quendã emptorẽ, neceſsitatẽ habere debitorem hoc agere [r], præbẽtem huiuſmodi cautionẽ arbitrio iudicãtis [s], qualem omnimodo eſt dare poſsibile. vndiq; eñ ita creditoribus prouidẽdũ eſt, vt non debitores grauetur. Et abſolutè [t] creditorẽ ponimus, antiquas ſequẽtes [v] leges [x], omnẽ qui actionẽ habere cõtra aliquẽ põt, licet non ſit mutuũ geſtum, ſed alter quidã contractus conſiſtat: argentariorũ [y] quippe ſponſionibus propter

de ſol. l. Paulus. ſecundum Al. Vel melius dic, ꝙ ſi haberet mobilem ſubſtantiam, veriſimile eſt, ꝙ cito venderet: & ſic ſolueret: vt. ff. de acqui. poſ. l. ſi rẽ mobilẽ.

a Subſtantia. repete ſit.

b Damus. id eſt, concedimus. ſic inſti. de liberti. §. ſi.

c Sed ſi nec. iſtud nec, duo importat ſ. & nõ. q. d. creditor nõ vult accipere: & in hoc aduerſatur hęc dictio ſed ad ſuperiorem caſum. Itẽ & aliũ nõ permittit, ſcilicet emere hoc diuulgante: vt ſubijcit &c.

d Subiacẽt. id eſt bona debitoris: vel rem illã, quã vendere vult, dicit obligatam ſibi vel alij.

e Dari. inſolutũ.

f Cautela. ſcilicet pro euictione.

g Dare poſsit. ſ. pignori: quod tutius eſt: vt inſtit. de ob quę ex delict. §. furti. vel ſi hoc nõ põt. fideiuſſor dabitur. ſ. alias pro euictione nõ detur [i]: niſi immineat euictio in limine contractus: vt. C. de euict. l. ſi poſt. & ff. de euic. l. illud. vel ſi hoc nõ poteſt, iuratoriã faciat cautionem: vt inſtit. de ſatiſd. §. ſed hodie. & j. de nupt. §. qđ vero ſequitur. Sed nũquid hodie ſemper dabitur fideiuſſor a quolibet venditore pro euictiõe ſi dari poteſt? quidã dicunt ꝙ ſic. per l. iſtam. & quod dicitur. ff. de euict. l. illud. dicũt eſſe correctum. Sed dic, ꝙ hic caſus eſt ſpecialis: & in alijs erit hæc ſpecialitas. ſic & alias cum imminet euictio in limine contractus: ſicut nũc diximus: vt. ff. de pericu. & cõmo. rei ven. l. pen. §. ſi. & C. de euict. l. ſi poſt. Itẽ alias vbi eſt ex cõſuetudine: vt. ff. de euic. l. ſi fũdus. Accurſius.

h Dentur creditori. de ali. & emphy. §. qđ autẽ præbetur. col. ix. contra. ſed illud fauore loci venerabilis: vel, quia hoc erat præcioſius metallũ: vt. j. de cõſul. §. itaq;. ibi, argẽtũ vero &c. col. iiij. Ideo melior res debitoris reddaƭ. ar. ff. mã. l. ſi vero nõ remunerãdi. §. item Papinianus. Sed prima verior eſt. nã idẽ credo, ſi liqua

cũq; pecunia cõſiſtat mutuũ, cũ poſsibile ſit ex omni pecunia fieri. i. cõparari aurũ: vt. C. de cõ. pe. l. ij. Az.

i Coactũ. Not. ꝙ aliud pro alio ſoluitur inuito. ſic C. de do. l. quis argentum. in prin. & ff. de leg. j. l. ſi domus. §. qui cõfitetur. & ff. de re iud. l. miles. & j. de ali. & emphyteu. §. ſi vero. ſecũdũ prædictũ. et. ff. de rei ven. l. qui reſtituere. regulariter aũt cõtra ff. ſi cer. pet. l. ij. §. mutui datio. & inſtit. quid. mod. tol. obl. §. j. Azo.

k Immobilẽ. ſcilicet in ſolutum.

l Vel. pro etiam. Accur.

m Perduceret. ſcilicet eos.

n Cedere. nec eñ in carcere detruderetur, ex quo cedit bonis ſuis: vt. C. q bo. ced. poſſ. l. j. niſi doloſe diſsipauit: vt. ff. q in frau. cre. l. ſi. §. ſi.

o Acerbo. cũ ceſſione bonorum terribili. Accur.

p Auxiliamur. dum aliud pro alio patimur ſolui. Ac.

q Aduenirẽt. ſcilicet creditores: qa bonis ſuis cederent debitores. Accur.

r Hoc agere. hoc eſt vẽdere. & ſic nota quẽ inuitũ rem ſuã vẽdere. ſic inſti. de iis q ſunt ſui vel alie. iur. §. ſi. & C. de ſer. cõmuni ma. l. j. & ff. de relig. & ſumpt. fu. l. ſi qs. & ff. cõmuni di. l. cõmuni diuidũdo. §. fin. et. ff. de iure do. l. cũ in fundo. §. pe. & C. de fideicõ. li. l. ſi rẽ donatam. ſecundum Al. regulariter contra: vt. C. de iure delibe. l. nec emere.

s Iudicãtis. quod dic vt. ſ. §. quod autem dicimus.

t Et abſolute. hic §. communis eſt ad totũ hũc titulũ. ſic & alias: vt inſtit. de iure natu. §. fina. & inſti. de ſeruili cog. §. pen. & §. fina.

v Sequentes. nos ſcilicet. Accur.

x Leges. vt. ff. ſi certum peta. l. j. & de verbo. ſignif. l. creditores. & l. ſi cui. Accur.

y Argẽtariorũ. argẽtarius eſt q ꝑponebaƭ authoritate publica p argẽto dãdo & recipiẽdo: ad cuius fidẽ velut ad fidẽ tabellionis recurritur. Idẽ in nũmularijs, qui alienam

Solui aliud p alio inuito poteſt.

i Cõcord. ca. per veſtras. extra de donat. inter vir. & vxorem.

Fideiuſ. p euictione an ſemper detur.

† Haloã. id illis iniungentes ad qđ, ſi pergãt minus dicto audientes eſſe omnino ipſi deuẽturi ſint

Vendere cogiƭ quis rẽ ſuam.

a DE NON ELIGENDO &c. *Tribus modis hoc intellige. Primò quòd illæ duæ dictiones. ſ. nu. mu. ſint nominatiui caſus. & hæc dictio eligendo, conuertatur in verbum, ſubaudi eo quòd. q. d. de eo, quod ſecūdo nu. mu. non eligant in lucris primi matrimonij vnum de filijs primi matrimonij, infra e. §. proſpeximus. ſimilis eſt hæc oratio in Pſal. In conuertēdo dominus ca. Siō. Secundò dic, quòd illæ duæ dictiones, ſ. nu. mu. ſint accuſatiui caſus, & cōuertantur in nominatiuum, & verbū eligendo conuertatur in verbū. ſimilis eſt locutio: In conueniendo populos in vnum, id eſt, dū conueniret populus in vnū. Vel melius & planius dic, quòd hæ dictionēs nu. mu. ſint nominatiui caſus, & verbum eligendo ſit gerundiuum ſicut eſt, & ſubaudi habeāt poteſtatem, q. d. mu. ſecūdo nu. de eligendo non habeant poteſtatem. & quòd dicit nu. idem dicas in viris ſecundas accipientibus vxores: vt infra, e. §. quia vero contra binubos. & prima pars tituli expeditur infra eo. vſque ad. §. hoc autem.*

† Alias, alienatione lucri ante nuptialis &c. Greg Holo. purius & facilius vertit, nēpe ſic, Ne mulieres q̄ nuptias iterant, electionē habeant, in quē filiorum donationem ante nuptias cōferant, de quo alijs capitulis.

TITVLVS II.

DE NON ELIGENDO [a] ſecundo nubentes mulieres: & de alienatione [b] †: & lucro ante nuptialis donationis: et de ſucceſſionibus [c] earum filijs ſuis.

Mater filio non ſuccedit in lucro antenuptialis donationis filio ſuperſtite, liberorum electionem matri iure prohibita in dicto lucro. Bar.

Imperator Iuſtinianus A. Hermogeni glorioſiſſimo magiſtro ſacrorum officiorum, exconſuli & patricio.

ET ante nos [d] legislatoribus [e] Romanis continuā legislationis occaſionem emergentiū cauſarū dabat varietas, & nos omnem partem [f] legislationis [g] ordinantes [h] reipublicæ, cunctā penè [i] correctionem [k], aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando verò in iudicialibus quæſtionibus celebrauimus, & multas leges hinc ſubiectis noſtris conſcripſimus [l]: quale [m] eſt, quod etiam nunc emergens [n] ad hanc nos vocauit legem [o]. Gregoria [p] enim ſupplicauit, dicēs habuiſſe ſe dudum virum [q], & duos feciſſe filios maſculum & fœminam: & extuliſſe [r] quidem maritū, plurimūq; à filio experta [s] fauorem, exiſtimauit oportere [t], ne relinqueret eum ſine remuneratione, ne extra competentem honorem dimitteret. Igitur antenuptialem donationē, licet non veniens ad ſecunda vota, tamen reſtituit [v], & dedit filio: qui non tamē viuens ei [x] permanſit, ſed abijt ex hominibus [y] antequam ad ſecundas venire vellet nuptias mater: & lex tā antiqua [z], quā noſtra [a] vocauit ambas, & filiā & matrem ad minoris ſucceſsionē.

Et ſi quidem in prio-

b Alienatione. hæc expeditur infra. e. §. hoc aūt. vſque ad. §. cum igitur.

c Et de ſucceſsionibus. actiue legitur. q. d. qualiter mulieres ſuccedant filijs. quod dic, vt infra. e. §. cum igitur. vſque ad. §. aliud vero. Accur.

d ET ante nos. non ſolum nobis. Nā quotidie natura deproperat nouas inuenire formas: vt. C. de vete. iu. enucl. l. ij. ſed qa.

Natura nouitati ſtudet.

e Legislatoribus. i. ijs, qui faciebāt leges, vel erāt imperatores. nā alius nō poterat poſtquā populus trāſtulit imperiū in principē: vt inſt. de iure na. §. ſed qđ principi. et. C. de leg. et cōſti. l. vl.

f Omnē partē. q. d. ſi in aliqua parte leges latæ deſiderarēt ordinationē, modū, vel correctionē aliquā, etiam nos fecimus. Vel melius dic, q̄ ipſe ordinauit reip. leges latas antiquas in ſeptē partes ff. orū: vt. C. de vete. iur. enu. l. ij. §. igitur. et ſeq. §. & hoc faciēdo corrigebat corrigenda. quod fecit per. C. quandoque per interpretationē: vt. C. qui po. in pi. ha. l. aſsiduis. quandoq; iudicando: vt. C. de le. et conſti. l. fi.

g Legislationis. i. compoſitionis. Ac.

h Ordinantes. ſ. ſub certis titulis & coniunctis: vt. ff. de ſtatu. ho. l. j. et ij. Accur.

i Pene. et hoc iō qa et multæ remāſerūt corrigēdæ in volumine Digeſtorū, quas per hūc librū corrigit vel dic ſecūdū quoſdā: qđ iō dicit pene: quia q̄nque corrigit ſpōtaneo motu: vt. C. de le. et cōſtitu. l. leges. Alij dicūt, qđ iō, qa et alij imperatores aliqua correxerunt. prima verior eſt.

k Correctionem. per Codicem.

l Cōſcripſimus. q̄ ſunt in. C. Acc.

m Quale. ſ. negotium. iſtud quale, reſpicit quod eſt. ī. aliquando quidem pro egentiū &c.

n Emergens. ſ. negotium.

o Legem. ſ. cūdendam.

p Gregoria. proprium nomen eſt mulieris.

q Virū primum.

r Extuliſſe. i. extra ciuitatē ad ſepeliēdū portaſſe. ſic j. vt ex act. iſtā. do. §. j. col. vij. nam in ciuitatibus nō erat ius ſepeliēdi olim: vt. ff. de ſepul. viola. l. iij. §. diuus. & C. de reli. l. mortuorū. Alij dicunt extuliſſe. i. ſuſcepiſſe virū. ſ. ſecūdū: qđ nihil eſt, vt ſeqtur ibi, licet non veniens &c. ar. pro eis. ff. de coniun. cū eman. li. l. qui duos. circa princ.

s A filio experta. quia filius magis ſibi ſeruierat, quam filia. Accur.

t Oportere. No. nos aſtringi iure naturali benefacere iis, qui benefaciunt nobis. ſic. ff. de pe. hære. l. ſed & ſi. §. conſuluit. & ff. de fur. l. ſi pignore. §. j. Acc.

Benefacientibus benefacere tenemur.

v Reſtituet. eo quod a patre habuit: et ſuperfluit alterum. et dic, quod dedit retento vſufructu: vt infra, ſic enim &c Accur.

x Ei. ſ. matri. q. d. non tantum in vita ſeruiuit matri, ſed etiam in morte ſeruiuit matri, omnia bona ſua dimittendo ei ab inteſtato: quod eſt pro expreſſo: vt. ff. de iure cod. l. conficiuntur. j. reſpon. & ff. de bo. lib. l. j. in fi. Azo.

y Ex hominibus. alias ex omnibus. q. đ. ſeparauit ſe ab hominibus relinquēdo eos: vt. ff. de tab. exh. l. j. §. fi.

z Antiqua. vt inſti. ad Tertyl. §. ſoror Acc.

a Noſtra. vt. C. ad Tertyl. l. fi. Sed quidam dicunt, quod illam veterem non habemus, ſed in. d. l. C. dicitur, pro veterum legum &c.

Perman

ribus mater nuptijs permanſiſſet [a], nulla quæſtio [b] fuerat: ſed illa quidem ad virũ deſcẽdit ſecũdum, vſumfructũ, qui fuerat, omnẽ habens antenuptialis donationis. ſic enim eã etiã omnẽ donauit [c], vt vſus quidem apud eã remaneret, proprietas aũt fieret [d] apud filium. omnẽ [e] verò proprietatem [f] filia percipere minabatur, non ſecundum quãtum hæres erat fratris, ſed ſecundũ quantum [g] pater dederat matri dicens nullã fiduciam habere [h] matrem ad ſecunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione. verùm [i] mater [k] nequaquam hoc antenuptialem eſſe donatiõem omnino affirmabat, ſed permiſtam iam rebus filij, et tanquam hęreditatis [l]: non † autem tanq̃ donationis exiſtẽtis, cõpetere ei [m], ſex vnciarũ [n] & proprietatem [o] & vſum [p] habere. Et non ſolùm [q] hoc dubitabatur, ſed etiam de ipſa hæreditate fratris contra eã filia reluctabat [r], matre quidam petente eius hæreditatem pro media parte, ſecundum quam eam nos ad hæreditatem filij vocauimus [s], vnà [t] exiſtente ſorore, moriente verò filio, cum ea [v] vocata [x]: filia verò [y] obtinere hęreditatẽ fratris valde fortiter ex prioribus ſanctionibus [z] inſiſtente: et dicente, quia mater ſi quidem ad ſecũdas nuptias non veniſſet, rectè vendicaret [a] hæreditatem filij [b]: venientem [c] verò ad virum alterũ [d], omnino priuari ijs, quæ ex paterna ſubſtantia filius adquiſiuit [e]: quia ſi poſt ſecundas nuptias filius mortuus eſſet, vndecunq; [f] acquiſita eſſet ei ſubſtantia, ipſa [g] eſſet domina [h]: hæc conſtitutio ambabus volentibus, quæ talia decernunt [i], mater [k] quidẽ valde crudeliter habere conſtitutiones illas, & dignas clemẽtia [l] noſtrorum temporũ affirmabat: veruntamen [m] vſa eſt à nobis poſita conſtitutione, dicens hanc non ſubdi [n] conſtitutionibus prioribus [o], atque matres quidem nondum ad virũ ſecundũ veniẽtes, cũ filijs vocari [p]: quę verò ſecũdis copulantur [q] nuptijs,

a Permanſiſſet. id eſt, non perueniſſet ad ſecundas nuptias. Accurſius.

b Nulla quæſtio. qui debebat ſuccedere, quia eſt caſus legis vt. C. ad Tertylli. l. antepe.

c Donauit. ſcilicet filio.

d Fieret. i. remaneret. ſic ff. de ſeru. ruſti. prædi. l. ſi vnus. §. fi. & de iudi. l. Iulianus [1]. vel melius proprie ponit.

e Omnem. hic eſt allegatio filiæ.

f Proprietatem. ſ. ante nupt. donationis, quam mater donauerat filio quo ad proprietatem. Ac.

g Quantum. i. nõ ſolum pro ea parte, qua ſucceſſit fratri, ſed inſolidum. Accurſius.

h Habere. ſ. fratrẽ morientẽ. q. d. non credidit matrẽ ſuã nupturam. nam dimiſiſſet tunc donationẽ propter nup. ſorori. vel dicas maritum huius mulieris nam ſi ſciuiſſet. ſ. hanc nupturam: non dimiſiſſet hãc donatiõem ei. Vel dic habere. ſ. matrem. q. d. nullam habeat mater ſpem ex donatione ex quo nubit.

i Verum. pro ſed.

k Mater. reſponſio matris.

l Hæreditatis. q. d. non amplius dicetur donatio antenup. ſed filij hæreditatis dicẽda eſt. ſic. C. de inofficio. teſt. l. fin. in fi.

m Ei. i. ſibi matri.

n Vnciarum. tanquam hæredes. ſic C. de inofũ. teſta. l. fi. in fi.

o Proprietatem. pro medietate.

p Et vſum [2]. id eſt, vſumfructum ſcilicet in totum propter pactum, quod poſuerat in donatione: vt ſupra, ibi, ſic enim &c. ſed hæc allegatio ſcilicet quod videtur facta hæreditati, reprobatur. j. eod. §. antenuptiali. vbi videtur, quod totum vſumfructum perdat mater directæ donationis ſecundo nubens.

q Et non ſolum. hoc ſcilicet quod dictum eſt de donatione iſta.

r Reluctabatur. ſed hæc ſecunda quæſtio ſoluitur. j. eo. §. cum igitur.

s Vocauimus. vt inſtit. ad Tertyl. §. ita tamen. & C. ad Tertyl. l. fi.

t Vna. maxime. nam idem ſi eſſent plures ſorores: vt. C. ad Tertyl. l. fi.

v Cum ea ſorore.

x Vocata. ſcilicet matre.

y Filia vero. nunc incipit allegatio filiæ.

z Sanctionibus. ſ. duabus: quarum vna eſt in. C. de ſecun. nup. l. fœminæ. §. fi. alia eſt in. C. ad Tertyl. l. mater. quæ ſunt priores ad prædi. l. vlti. eiuſdem titu. quæ Iuſtiniani eſt: & de his dicitur in ſequ. litera.

a Vendicaret. pro medietate. Ac.

b Hęreditatem filij. vt inſti. ad Tertyllia. §. ſed nos. & C. ad Tertyl. l. mater. j. reſpon.

c Venientem. repete & dicente filia matrem venientem &c.

d Alterum. poſt mortẽ filij, vt fuit in caſu noſtro.

e Acquiſiuit. ſed per ſe & filium quarta veniet ad ambos.

f Vndecunque. a patre, vel aliunde. Ac.

g Ipſa. ſ. filia.

h Domina. hoc in plena proprietate, licet filijs primũ ſeruare deberet.

i Decernunt. quarum vna loquitur, ſi mater primo nubat: & poſt moriatur filius: vt. C. de ſecund. nupt. l. fœminæ. in fin. alia quando poſt mortem filij nubit: vt C. ad Tertyllianũ. l. mater. in fine, & infra, eodem. §. ſi autem non.

k Mater. allegatio matris: & habet tres rationes vt ex ſequenti litera patet.

l Clementia. ſcilicet vt corrigatur, & hac ratione prima obtinet hoc mater: vt infra, eodem. §. ſi autem. ibi nequaquam igitur.

m Veruntamen. q. d. licet videatur ſufficere dicta prima ratio, tamen et ſecũdam dicit, & l. allegat. vt. C. ad Tertyllianum. l. fina. j. reſpon. & §. j. quam dicit non corrigi per eas, quas allegauit filia: cum priores ad poſteriores trahantur, non econtra: vt. ff. de legi. & ſenatuſcon. l. non eſt nouum.

n Subdi. i. corrigi: alias ſubdiuidi. et tunc dic. i. determinari. hoc tamen eſt quandoque falſum, vt. ff. de leg. & ſenatuſconſul. l. ſed & poſteriores. vt colligimus. ff. qui ſatiſda. cogan. in. l. ſciendum. & j. de exhib. & intro. re. §. ſancimus. col. v.

o Prioribus. cõcludit ex pdictis duabus rationibus.

p Vocari. obſtante. l. C. ad Tertyl. l. mater.

q Copulantur. inuita filia.

1 Adde text. in. l. interdum. ff. de nau. fœno. et. l. iubemus. §. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle.

† alias ad huc.

2 Tex eſt in. §. ſi vero cum nõ aſcendentibus. infra de hære. quæ ad inteſta. de fer. & in. §. cauſas. j. vt nec. matri et auię. differũt tamẽ vſus & vſusfructus: vt. ff. de vſu. & ha. l. j. cum pos. ibi.

Nequa

nequaquam[a]. Hic autem[b] etiam aliquid adeſſe peregrinum[c]. ſe enim[d] in filium largitatem conferentem[e] occaſione electionis[f], rurſus de donatione[g] potius recepiſſe videri[h], quã ſic ſimpliciter lucrum irrationabile habere. Hæc nos diu perſcrutãtes, & omnem talium electionum[i] & hereditatum[k] contemplationem conſiderantes, oportere credidimus communem ſuper his ſcribere legem, ſecundum quã et preſens[l] quæſtio ſuſcepit terminum. Proſpeximus itaq; non cõfuſum hoc de electionibus indiſcretumq; relinquere, ſed huiuſmodi dare ordinem cauſæ: matre ſemel ad ſecundas nuptias veniẽte, vſum[m] mox tantummodo eius, filiorum proprietate manente, antenuptialis fieri donationis[n]: & nullã eſſe licentiam[o] matri, alios quidem filiorum eligere[p], alios autem exonerare: quoniam † omnibus ſimul ſecundis nuptijs fecit iniuriã[q]. Quapropter & in præſenti[r] proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet, vſu[s] apud matrem, donec viuet, ſeruando. & ſecundum noſtram conſtitutionem[t], ſiquidem mater præmoriatur, filiæ tota antenuptialis donatio competit[v]. ſi verò filia[x]: manet quidẽ apud matrem lucrum ex pacto nõ exiſtentium[y] filiorum: reliquum verò erit filiæ: & moriẽs hoc tranſmittet ad ſuos hæredes, qui ex lege[z] vocantur.

a Nequaquam. vt dicebat filia per. l. fœminæ. §. fin. C. de ſecundis nupt. cui legi Gregoria, non reſiſtit: quia non loquitur de caſu ſuo.

b Hic autem. i. hoc caſu. & hic eſt [illegible] ratio matris.

c Peregrinum. i. extraneum. q. d. quædã ratio ſingularis eſt in iſto caſu, per quã ceſſant, quæ dicit filia contra matrem.

d Se enim. ſic cõtinuabis. bene dico hic aliq. d extraneũ enim, pro q: quia affirmabat mater, ſ. ſe cõferentẽ largitatẽ in filiũ videri potius rurſus donationem occaſione electionis recepiſſe, quam ſic ſimpliciter habetur lucrum rationabile.

e Conferentem. matrem & repete dicit.

f Electionis. nam eligit filium mater, & donationẽ propter nupti. largita fuit ei: vt ſupra. §. Gregoria.

g Donatione. ante nuptias. Acc.

h Videri. prẹſumptione naturæ: vt ſ. de pet. hære. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & ff. de don. l. hoc iure. §. pen. & præſumptione iuris: vt. ff. m. ĩ. l. ſi vero. §. inde Papinia.

i Electionum. Hoc ad primam quæſtionem refertur: vt. ſ. eo. §. Gregoria. quam ſoluet ſtatim.

k Hæreditatum. hoc ad ſecundam: vt. ſ. eo. §. & non ſolum. quam ſoluet. j. eo. cum igitur.

l Præſens. duplex.

m Vſum. i. vſumfructum: vt. ſ. de nu. §. ſi vero expectet. col. iiij. ſic &. j. eo. §. aliud ibi, ſed diligẽtiam &c.

n Donationis. q hodie eſt generale in quolibet lucro, q habet ſuperſtes coniunx ſiue titulo dona. ſiue legati, ſiue fideicom. ſiue alio: vt. j. de nupti. §. ſi vero expectet. et. §. ſi vero ſit ſoboles.

o Et nullam eſſe licentiam. ex hoc. §. & §. venient. j. de nupt. ſumitur authent. lucrum. quæ eſt. C. de ſecun. nup. poſita ſuper. l. fœminæ. Ac.

p Eligere. C. de ſecũ. nup. l. in quibus. contra. ſed illa corrigitur per hanc. Azo. ADDITIO. Dic q lex contraria loquitur, quando proprietas donationis refertur per tranſitum ad ſecunda vota: an poſſit eligere vnum ex filijs, & ibi prouidere de dicta donatione? & ibi tex. dicit, q ſic. nec hoc reperitur correctum: licet glo. ibi dubitanter, hic vero loquitur, an mater quæ facit iniuriam filijs primi matrimonij per tranſitum ad ſecunda vota: vt hic dicitur poſſit prouidere vni ex filijs quibus fecit iniuriam magis quam prouideat alijs? Et dicitur q non. et iſta ex vera ſolutio ſecundũ Bar.

q Iniuriam. ſic. ſ. de ſecun. nup. §. venient.

r In præſenti. i. in quæſtione Gregoriæ.

s Vſu. i. vſufructu. Ac.

t Conſtitutionem. vt. C. de vſufru. l. corruptionem.

v Competit. quia vſuſfructus extinguitur morte vſufructuarij.

x Filia. ſ. moriatur.

y Ex pacto non exiſtentium.[1] circa hoc diligenter diſtingue, cum mulier dat dotem: vir autem donationem propter nup. aut nullum apponitur pactum de lucrando. & tũc dos mulieri, et donatio marito, vel eorum parentibus reſtituenda eſt matrimonio ſoluto: vt. j. de æqua. do. §. j. coll. vij. Aut apponitur: & tunc aut eſt ęquum aut iniquũ. ſi iniquum, maius trahitur ad minus: vt. C. de pa. con l. lege. nullum tamen trahitur ad aliqd': vt ſi in dote ſit pactio: in donatione vero nulla: vt. C. de do. an. nupt. l. ſi. §. ſin autem licet. q nihil eſt, poſſit dici minus: vt. ff. de tribu. l. illud. Si æquum, aut ſimpliciter, aut non: ſi ſimpliciter: puta quiſquis morietur, aut lucretur, valet: vt j. de ęqu. do. §. j. hic tamen lucrum perdit. Sicut & alia ſi ad ſecunda conuolet vota: vt infra, de nu. §. ſi vero expectet. colla. iiij. & §. ſi vero ſit. & in hoc. §. ſi vero non ſimpliciter: aut in caſu filiorum exiſtentium, aut non exiſtentium, aut vtriuſq: quia ſi in caſu filiorum. puta, ſi ſint filij, percipiantur lucra nõ alias, valet. Idem in ſecundo quando non exiſtunt: hic tamen intereſt, quia primo caſu poteſt perdere, qui lucratur propter ſecunda vota: in ſecundo non: vt. j. de nupt. §. ſi vero expectet. ſi autem vtrunq; apponitur pactum: puta ſi erunt filij ex hoc matrimonio ſuperſtes lucretur totam donationem vel dotem. ſi autem non erunt: tunc tertiam forte lucretur vel dimidiam: tunc quidem extantibus filijs, valet primum pactum: non autem ſecundum. Si autem non extent, valet ſecundum, & non primum: & tunc quando extant: ſi conuolet ad ſecũda vota, perdit lucra ratione primi pacti: vt in hoc. §. ſed ſi moriantur omnes, poteſt reuiuiſcere lucrum ratione ſecundi pacti: vt hic, & j. proxi. §. & j. e. §. aliud. ibi, aut ſi omnes &c. & ſic tertiam lucratur, vel dimidiã donat vt dotẽ, put ſecundo pacto inſertum fuit. Sed ſi vnus moriatur ex pluribus, puta ex quatuor, vnus tertiã quartæ lucret: ſi vnus ex tribus, tertiã tertiæ nõ per hãc aut. ſed p illã. j. de nu. §. qm infirmas. et ſemp intelligas q moritur ſine filijs. Si autẽ nõ cõuolet, lucretur ſcdm vires pacti, nec perdit nec ſeruat filijs hoc iure: vt. ſ. e. §. Gregoria. et. j. de nu. §. ſi vero. & §. hic nos. ſed hodie, & tũc ſeruat filijs totam pprietatẽ: vt. j. neq; virũ, q ex do. eſt. col. viij. §. j. ſed & illa corrigitur pro parte. Nam pro virili parte admittitur mater ad proprietatem cum filijs: vt amplius ſit ei aliquid, quæ non nubit, quam ei quæ nubit: vt infra, vt fratrum filij. §. fina. col. ix. Accurſius.

z Ex lege. i. ad ipſam matrem, ſi nemo eſt inferioribus:

1 Facit pro hoc quod not. Spec. eo. tit. ver. porro. & seq. bñ per vnam colũ. & Bar. in. l. cum a te. ff. de vi & vi armata.

† Cõcor. c. j. cũ gl. vnica. extra de ſecun. nup.

buſ: vt. j. de hær. ab inteſt. §. j. co. ix. & non ex iſta, vt fratres vel ſorores: vt j. e. §. antenuptiali. alios autem excludis in hęreditate: ergo & in donatione iſta: vt. j. prox. §. ſi. Accur.

a Per aliũ. cũ multi ſint modi alienãdi: vt. ff. de pu. l. ij. & iij.

b Euacuatur. nã ex quo proprietas redit ad filios, patet matrem rẽ alienã alienare nõ poſſe: vt. s. proxi. §. & j. de nupt. §. ſi vero expectet. coll. iiij. Accurſius.

c Modis. euacuatur repete ratione furti.

d Suſpenſo. No. quid eſſe in pendenti, quod etiam pręſens eſt. ſic inſtitut. quib. mod. ius pa. po. ſol. §. ſi ab hoſtibus. & ff. de vſufruc. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. j. arg. contra. ff. ſi cer. pe. l. itaq;. & l. cum ad præſens. & l. reſpiciendum. & inſt. de ver. ob. §. conditionales. & faciũt hæc ad id qđ diximus inſtit. quib. mo. pa. pote. ſol. §. ſi ab hoſtibus. Accur.

Præſens aliquãdo ſuſpenſum eſſe dicit.

e Superſtites. ſ. poſt mortẽ matris: qa tũc vſusfructus redit ad proprietatẽ: vt. s. prox. §. Idẽ ſi alias ſit finitus: vt inſt. de vſufru. §. finitur. & hoc eſt verũ per hãc conſtitutionẽ. etiã ſi vnus tantũ filius ſuperſit: quia in totũ vacuatur alienatio: aliud per aliã auth. vt. j. de nup. §. quoniam infirmas.

f Reſpiciente. ſ. lege.

g Si quid egerit. j. alienauerit.

h Omnes. hodie etiã ſi vnus: vt. j. de nu. §. qm̃ infirmas.

i Non exiſtẽtiũ. Vt ſi ſtat pactum liberis extantibus de tota donatione lucranda. Item eis non extantibus de tertia, & extant: tunc totum habet ſi nubit ſecundo, & totum perdit ratione proprietatis

Si lucra antenuptialia tranſiens ad ſecunda vota extraneo donauerit: manet alienatio in ſuſpenſo: quia præmoriente matre filijs ſuperſtitibus, alienatio viribus vacuatur. Ange.

Hoc autẽ, quod fit quidẽ ſemper, expreſsim verò nondum lege determinatum eſt, hoc ad melius incremẽtum, & interpoſitionẽ damus huic legi. nam ſi non filio fortè, ſed alicui extraneo mater adhuc ſecundas nõ experta nuptias, partem quandam antenuptialis donationis, aut aliquã rem ex ea, vel totam donet, aut per alium [a] fortè alienet modum, deinde ad maritum veniat ſecundũ, palàm eſt, quia ſuperueniẽtibus ſecundis nuptijs, alienatio euacuatur [b]: nec hoc omnibus modis [c], ſed in ſuſpenſo [d] & alienatio & euacuatio manet. Nam ſi manſerint ſuperſtites [e] filij, euacuabitur omnino, quod factũ eſt lege proprietatẽ antenuptialis donatiõis ad filios deducente, & non reſpiciente [f] mulierem, ſi quid egerit [g] in læſionẽ filiorum. Si verò præmoriantur omnes [h] matris filij: erit contractus firmus nõ in totum, ſed ſecundum pactum nõ exiſtentium [i] filiorũ, quod nos introduximus [k] primi, & ſtatuimus nuper de hoc ſcribentes legẽ [l]. Et ſecundum quandam quidem partẽ erit cõtractus firmus, ſecundũ quãdam verò infirmus apparebit: hoc eſt, ſecundum hoc quidẽ quod permanet apud matrẽ occaſiõe pacti filiorũ nõ exiſtentiũ, valebit: ſecundũ hoc verò, quod trãſmittitur ad filij ſucceſſores, infirmus erit: vt ſi mater ſola filio ſuccedẽs inueniatur omnis contractus rurſus firmus erit. Quia verò cõtra binubos pœnæ cõmunes [m] & viri ſunt & mulieris: ille [n] quidẽ in dote [o] ad ſecũdas veniẽs nuptias periculũ ſuſtinebit: hæc autẽ [p] in antenuptiali ſeu ꝓpter nuptias donatione [q]. Et hęc lex in vtraq; ſit poſita perſona, hæc & de electiõe, & de alienatiõe, & de lucro ſanciens.

Mater filio in bonis omnibus excepta antenuptiali donatione ſuccedit: nubat ſecundo, vel non: antiquis conſtitutionibus nõ obſtantibus, & rationibus pluribus comprobantibus. Bar.

Cùm igitur [r] reliquũ ſit cogitare de hæreditatibus filiorum, pro quo etiam præſens eſt dubitatio [s]: oportere credimus generali lege & pręſentem quæſtionem dirimere, & determinare, & in futuro mouendis omnibus [t] deciſionem dare. Et ſancimus, alias res poſt antenuptialem [v] donationem ad filios veniẽtes, ſi quidem filius maſculus, aut fœmina fortè teſtetur, ſecũdum legem venire ad ſcriptos hæredes: hic matre non prohibita ſcribi à filio hærede, ſed etiam contra teſtamentum ei datis allegationibus [x], ſi fortè filius eam prætermiſerit [y] aut irrationabiliter exhæredatam fecerit. Si verò inteſtatus [z] deceſſerit reſeruans illius partem, ſi quidẽ habuerit filios [a] pro-

ſi moriãtur omnes filij, lucratur tertiã ſecundum vires pacti, quod eſt factum filijs non extantibus: vt dixi. s. proxi. §. in fin.

k Introduximus. i. nullus alius Imperator.

l Legem. vt. s. §. proſpeximus. in fi.

m Quia vero cõmunes. ſic. j. de nu. §. ſi vero expectet.

n Ille. ſ. vir.

o Dote. i. lucro dotis, quod habebat ex pacto.

p Hæc autem. ſ. fœmina.

q Donatiõe. ſubaudi periculum ſuſtinebit.

r Cum igitur. qa vidimus de prima parte & ſecunda tituli: igitur de tertia videamus.

s Dubitatio. vt s. eo. proxi. §. et nõ ſolum. Accur.

t Omnibus. ſ. ſimilibus quæſtionibus: ſic. s. tit. j. §. j. Nam de ea dicitur ſpecialiter. j. co.

v Poſt antenuptialem. id eſt, præter antenup. dona. nã de ea dicitur ſpecialiter. j. eo. §. antenuptiali.

x Allegatiõibus. in quarta iure iſto: vt. s. titu. j. §. ſi quis autẽ. hodie tertiã: vt j. de trien. & ſemi. §. j. coll. ix. ſed quidam intelligũt augmẽtum in filijs tantum eſſe, & non in aſcendentibus.

y Prætermiſerit. quod pro exhæredatiõe habetur: vt inſti. de exhær. lib. §. penulti.

Pręteritos pro exhæredato habetur.

z Inteſtatus. qđ fit ſex modis, quod dic vt inſtit. de hæredi. quæ ab inteſt. j. reſponſ.

a Filios. hac appellatione omnes deſcendentes continẽtur: vt. ff. de ver. ſig. l. liberorum [1]. licet vulgariter tãtum primo gradu conſtituti contineantur: vt inſtit. qui da. tu. poſ. §. fin. ſic accipitur: vt hic. & j. vt ex actio. inſtan. do. in prin. colla. vij.

1 Adde tex. in l. q filiabus. et l. qui quartam. §. fin. & l. liberorum. ff. de leg. j. et Albe. de roſ. in l. qſqs. verſi. item quæritur. C. ad legẽ Iu. maieſtatis.

prios, ad filios venire: ſin autem non habuerit quidem filios proprios, fit fratrum a vocatio et matris vnà cum fratribus (ſecundum quod à nobis ſancitum eſt b) ad hæreditatem venientis, & eā firmè habentis, ſiue ad ſecundas vellet venire nuptias, ſiue non. Nec enim maiores c pœnas aduerſus mulieres, quæ ad ſecundas veniunt nuptias, facimus d, neque ex hoc eas ad neceſsitatem deducimus amaram, & noſtrorum temporum indignam, vt metu caſtarum nuptiarum (licet ſecundæ ſint) ab his quidem abſtineant, & deſcēdant ad quaſdam interdictas permiſtiones, & forſan etiam ad ſeruorū corruptiones e: & quoniam non licet f legaliter caſtè viuere g, contra legem luxurientur h. Nequaquam igitur hoc valere volumus: neque in quinto libro Codicis agnouimus noſtræ pietatis poſitam conſtitutionem i decernentē de hæreditatibus filiorum, quos matres ad ſecundas nuptias venientes k viderunt præobeūtes l, neque in ſexto libro eiuſdē conſcriptionis m ſub titulo n Tertylliani o, qui p de mulieribus diſputat, ſecundis quidem nuptijs iunctis, ante ſecundam tamen copulationem filios amittentibus: ſed vocetur ad filij hæreditatē modis omnibus mater cum fratribus, & hanc habeat firmè q, nihil ex ſecundis lædāda nuptijs. Quod et in ſubiecta quęſtione, r quæ legem hāc mouit, obtineat: & mater s vnà cum filia ſuccedat hæreditati, aut etiam ſuccedens t hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex ſpe ſecundarum lædēda nuptiarum: ſed domina eiuſdem hæreditatis cum filia abſolutè v conſiſtens. Optimum x itaque eſt, atque laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita ſe honeſtè tractent, quatenus quæ ſemel ad virum venerunt y, ſeruent inuiolatum morientium torum: & huiuſmodi † mulierem & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate z ponimus. Sinautem non valuerit a (cùm forſitan & iuuenis b hoc non patiatur c, nec poſsit contra feruorem d naturæ reſiſtere e) non eſt torquenda propter hoc: nec interdicendæ ſunt ei communes leges, ſed ad viri alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuria abſtineat, & fruatur ſucceſsione filiorum. Sic enim eos f adhuc amplius diliget, & non quaſi quoſdam odibiles reſpiciet pœnis ſubdita amaris. Sicut enim patres, ſi ad ſecundas veniunt nuptias, non fraudamus filiorum ſuorum ſucceſsione, nec qualibet eſt lex aliquid tale dicens: ſic neque matres priuabimus filiorum ſucceſsione, ſi matres ad virum veniant ſecundum: licet ante nuptias ſecundas, aut poſt ſecundas, filij moriantur. Alioqui ex abſurditate legis, licet præmoriantur filij omnes non relinquentes filios, aut nepotes, nihilominus ſupplicium g manet: et nō ſuccedit eis mater: nec ſi ſine filijs moriā-

a Fratrum. appellatione fratris et ſoror cōtinetur: vt. ſ. eo. §. j. & eſt hoc verum, niſi ſint ingrati: quod eſt tribus ex cauſis: vt. ſ. de nupt. §. ingratitudinem.
b Sancitum eſt. ſ. vt cū fratribus vocetur in virilem: cū ſororibus in vnam dimidiam, in altera vero dimidia omnes ſorores: vt. C. ad Tert y. l. ſi. & in ſti. ad Tertyllia. §. pe. ſed hodie innouatur. nam cū omnibus vocatur in virilem: vt. j. de nupt. §. quoniam. & j. de hære. ab inteſt. §. ſi vero cum aſcendentibus. col. ix. Acc.
c Maiores. alias ad minores.
d Facimus. i. ponimus. ſ. quaſi non venirent.
e Seruorum corruptiões. quod valde eſt illicitum. & ideo acrius puniendū: vt. C. de mulie. quæ ſer. l. j. Accur.
f Non licet. i. nō poſſunt caſte viuere, ſi legaliter viuāt i. ſi ſecundo nō nubant, & ideo luxurientur: vel dic ſecū do nubendo.
g Viuere. ſ. ſecundo non nubendo.
h Luxurientur. cum ſeruis, vt dixerat: vel etiā mulier cū alia fœmina: vt C. de adul. l. fœdiſſimam. ſic. j. vt non luxu. contra natu. coll. vj.
i Conſtitutionē. vt. C. de ſecū. nup. l. fœminæ. §. ſi.
k Venientes. iam enim venerāt ad ſecundum virum.
l Præobeūtes. i. ante ſe morientis. Accur.
m Conſcriptionis. ſ. Codicis.
n Sub titulo. no. ſufficit allegare tit. & facit. ff. de polli. l. j. §. ſi quis.

Titulū allegare ſufficit.

o Tertylliani. vt C. ad Tertyl. l. mater. Accur.
p Qui. ſ. titulus.

Accur.
q Firme. ſuperfluū eſt dicere illas duas leges hic corrigi, quę tā expreſſe hic corriguntur. ſed videtur, ꝙ illa l. fœminæ. non ſit correcta. Nā et illa permittit matri ſuccedere. Sed dic, ꝙ per illam non habebat firme: ſed cogebatur filio ſuperſtiti dimittere: ſed per hanc conſtitutionē firme habet tam in proprietate, quā in vſufructu: & tā in paternis quā in alijs: vt. j. de nupt. §. hinc nos. ſed hodie pro parte corriguntur: vt. j. de nupt. §. hic. & §. ſeq. Ac.
r Quæſtione. vt ſ. eo. §. non autem. Accurſius.
s Mater. Gregoria.
t Succedens. ſ. ſola ſi non ſuperſit filia, vel nolit.
v Abſolute. i. indubitanter.
x Optimū. ſic. j. de nupt. §. ſoluto.
y Ad virum venerunt. i. ſemel habuerunt virum.
z Virginitate. differunt enim in cæleſti ordine.
a Non valuerit. ſ. morientium ſeruare totum inuiolatum.
b Iuuenis. ſic. ff. man. l. ſi vero non remunerādi. §. ſi adoleſcens ſic. C. de bo. quæ lib. l. ſi. Accurſius.
c Non patiatur. alias eſt ſine non: et vtrunque legi poteſt. ſ. nō patiatur, & patiatur.
d Contra feruorem. quod eſſet philoſophiæ: vt. j. qui. mo. na. effi. legi. §. illud. col. vj.
e Reſiſtere. Melius eſt enim nubere, quam vri: vt dicit Pau.
f Eos. ſcilicet filios, quos habuerit ex primo matrimonio.
g Supplicium. i. pœna.

† Vide Paul. j. ad Timo. v. viduas honora q̃ vere viduæ ſunt.

Nubere eſt cōſultius quam vri.

Nupti

tur, ſed inhumanè ab eorum expellitur ſucceſsione, fruſtra quidem pariens, fruſtra ſimul & nutriens, propter legales nuptias[a] ſubiecta pœnis: & ſuccedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem irrationabiliter expellitur. Quapropter & ipſa ſuccedat filijs, & ſit hæc lex clemens & mitis, matres filijs concilians. Colligentes[b] igitur huius legis partes, ſancimus quoniā matrē (ſecūdum quod iādudum diximus[c]) aſsimilamus patri in antenuptiali donatione: & ipſam ſuſtinere quidē pœnas, ſicut ſuſtinet pater in dote[d]. In hæreditatem autem filiorum ſine tergiuerſatione veniant & pater & mater, ſecundum ſubiectas vtrique caſui quæſtiones[e]. Proinde quod patres habent, ſiue ad ſecundas venientes nuptias, ſiue non: hoc etiam matres habeant, vocetúrque mater ad filij hæreditatem, ſiue iam ad ſecundas venit nuptias, ſiue poſtea veniat

Mater filio non ſuccedit in lucro antenuptialis donationis ſuperſtite filio immiſtionis ratione ſublata: his obtinentibus in præteritis caſibus & pendentibus. Bartolus.

Antenuptiali verò donatione ad ſecundum veniens conſortium, neque ſecundum quantum hæres exiſtet filij, fruatur[f]: ſed hoc filiorum[g] ſit ſolùm lucrum, eis à lege datum, & non videatur eſſe pars[h] hæreditatis filij, ſed adhuc antenuptialis donationis non abijciens naturam. Quæ[i] competit tenere etiam circa eas, quæ nunc iam ſunt viduatæ mulieres, & proprijs ſucceſſerunt filijs: & quæ nondum ad ſecundas veniunt nuptias, licet poſtea veniāt. Quod igitur hic[k] habetur, ſic omni tempore ſanciatur.

Mulier ſecundò nubens, donationis proprietatem amittit: & ſi in immobilibus rebus conſiſtit, recipiet eas: ſi verò in mobilibus, recipiet cautionem, niſi vir ſubſtantias habeat his obtinentibus & in permiſtis rebus. Bartolus.

Aliud[l] verò quiddam occaſione ſecundò nubentium mulierum & antenuptialis donationis adijcere prioribus, bene ſe habere credidimus. Priſcis nanque conſtitutionibus[m] præbentibus electionem mulieri, quæ[n] ad ſecunda vota[o] deſcendit, ſi vellet accipere ante nuptias donationem, ſecundum quod ei permittunt pacta, & exponere filijs cautionem: quia moriens hæc reſtitueret: ſiue cùm non valet dare cautionem, aut nollet fortè, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis: ſoluerent[p] autem ei[q] etiam tertiam partem † centeſimæ[r] vſuræ: nos ex quæſtionum emergentium varietate moti, quoniam inuenimus minores[s] in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecunijs exiſtente: & alios aurum quidem non habentes coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exolueretur antenuptialis donationis debitum, ad eos vtique ſecundum legem antenuptiali donatione veniente[t]: propterea iudicauimus oportere hunc dari ordinem cauſæ, vt ſi quis[v] contulerit res[x], ſecundum antenuptialem donationem: ſi quidem omnes immobiles ſint, maneat harum vſus apud matrem: & ipſa eum colligat[y], & non reſpuat, neque exigat filios pro harum æſtimatione vſuras: ſed & diligentiam earum[z] habeat, ſicut lex iubet[a] vſu[b] quidem exiſtentibus dominis, & cuſtodiat eas, ſecun-

† Hæc in iure triens vſura dicitur. Porro de centeſima vſura & eius partibus vide quæ ſcripſit eleganter Anto. Auguſti libr. ij. emēda. capitu. x.

a Nuptias. quod nō debet eſſe: vt. C. de adulter. le. Gracchus. Accur.

b Colligentes. Nunc quicquid dixit. §. cum igitur. vſque huc, breuiter comprehendit. Accurſius.

c Diximus. vt ſupra eo. l. quia vero.

d In dote. vt quilibet admittatur ſecundo nubens, ſiue vir, ſiue vxor.

e Quæſtiones. vt ſi quæratur, an mater ſuccedat filijs? Reſpō. ſic: & ſi quæratur an pater? Rū. etiam ſic.

f Fruatur. ſ. proprietate. ſed vſufru. ſic: quod dic: vt ſupra eodem. §. proſpeximus.

g Sed hoc filiorū. quos habuit ex primo matrimonio.

h Pars. nunc caute reſpōdet cuidam allegationi, quā poſui. ſ. eod. §. veruntamen.

i Quæ. ſcilicet, omnia prædicta.

k Hic. id eſt, quod cautum eſt hac lege. Accurſius.

l Aliud. hic eſt expeditus titulus: ſed adhuc ponit duos caſus præter eum: vt in hoc. §. & proxi. §. illud.

m Conſtitutionibus. vt. C. de ſecun. nup. l. hac edictali. §. his illud.

n Quæ. ſ. conſtitutio prima.

o Vota. & propter hoc amiſit proprietatem lucri donationis.

p Soluerent. filij.

q Ei. mulieri.

r Centeſimæ. eſt autem cēteſima quę ſorti in anno æquiparatur. triceſima quę in tribus annis: vt. C. de vſur. l. eos.

Centeſima vſura quid ſit.

s Minores. ſiue filios mariti, ſiue nō: qui ſuccedebant marito.

t Veniente. id eſt, redeunte: vt. C. de ſecun. nup. l. hac edictali §. omnibus. q. d. hoc eſſet iniquū, quod modo filij omnia venderent pro ea, ſcilicet pecunia, quæ etiā ad eos redire debet mortua matre.

v Si quis. ſcilicet, maritus.

x Res. ſcilicet, in vxorem: & pactum fecerunt de lucranda donatione ſi ipſe præmoriatur: alias hæc donatio patri mariti reſtituenda eſt: vt. j. de ęqua. do. §. j. collatiō. vij. Accurſius.

y Ipſa eum colligat. quo ad immobilia nil innouatur: cū idem eſſet olim, quod hic dicit: vt C. de ſecund. nup. l. hac edictali. §. his illud. Accurſius.

z Earum. alias earum, ſcilicet, rerum. alias eorum. ſ. prædiorum.

a Lex iubet. hic eſt ſenſus, hęc mater talem præſtet diligentiam, qualē pręcepit lex dominis exiſtentibus.

b Vſu. id eſt, vſufru. q. d. fructuarius vtat

vtatur, fruatur arbitrio boni viri: vt. ff. vſufru. quemad. caueat. l. j. & inſtit. de vſufruc. §. finitur. Vel dic ſecundũ Al. qualem lex iubet: vt & modo dixit, vſu ſcilicet exiſtente apud matrem exiſtentibus dominis ſcilicet, filijs in proprietate. ſed prima magis placet.

dum leges antiquas [a] filijs ſuperſtitibus: aut ſi omnes [b] moriantur, ſecundum noſtrã legem [c] veterem in caſum quidẽ nõ exiſtentium filiorũ, mariti, reliquum verò filiorũ hæredibus cõſeruandũ [d]. Si autẽ omnis [e] fortè conſiſtat in pecunijs, aut alijs mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiã vſurarum partem percipientem matrem cũ cautione iã definita, non exigere à filijs aurum: niſi fortè idonea [f] ſit viri ſubſtãtia, & habeat aurũ & argentum & veſtẽ, & quicquid conſcriptũ [g] fuerit matri. Tũc enim electionem matri dabimus, ſiue voluerit res percipere, & præbere cautionem: ſiue iſtam, quã diximus vſuram accipere, & ſecũdum priores leges [h], & ſecundum noſtram [i]. Si verò permiſtæ ſint res, & donatio ante nuptias, aliud quidem in pecunijs, aliud verò in immobilibus habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, vt alimentum habeat inde. porrò, de mobilibus hæc valere, quæ ſanciuimus prius, ſi eſſent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis conſiſtentia.

Pactis inter virum & vxorem de lucrando appoſitis, mulier quæ nil omnino de dote dedit, nihil de donatione lucrabitur. quæ verò partem dedit, partem lucrabitur donationis. Bart.

Illud quoque dudum acerbè quidem ſancitũ [x], raro autem in iudicio examinatum, exiſtimamus oportere clara lege complecti, & tradere vſui, & deducere ad iudicia, pro cõmuni poſitum adiutorio. Si enim cõiungantur aliqui alterutris, cũ dotis et antenuptialis donationis documentis [l]: deinde vir quidem antenuptialẽ præbeat donationẽ, mulier autem ſcribat dotem, aut ipſa præbente eã, aut dante patre, aut quolibet extraneo: poſtea appareat matrimonij tempore dos nõ data marito, ſed ſuſtineat onera [m] matrimonij, & matrimonium morte [n] viri ſoluatur: nõ eſt iuſtum, omnino mulierem dotẽ non dantẽ marito, antenuptialem accipere donationem. Sin autem non totam dedit dotem: & ipſa pro tanto exigat donationẽ, in quantũ dederit dotem. Aequalitatis † enim & iuſtitię ſumus amatores, quã [o] in omnibus alijs [p], & in cõſortijs [q] volumus obtinere. Quapropter, quæ mulier nil omnino dat [r], nil omnino percipiat [s]: quæ verò minus, quàm profeſſa [t] eſt, dedit: tan-

a Antiquas. quo ad hanc: vt. C. de ſecund. nup. l. hac edictali. §. his. & §. ſeq.

b Omnes. alias non, per hanc conſtitutionem: vt. ſ. §. hoc autẽ. ſed corrigitur. j. de nupt. §. quoniam infirmas.

c Legem. ſ. hanc: vt. ſ. cod. §. proſpeximus.

d Cõſeruandum. tale quale accepit: vt. j. de nuptijs. §. & quia parum. in fine. Accurſius.

e Si autẽ omnis. ex hoc. §. colligitur authẽ. ſed ſi aurum. quam habes. §. de ſecun. nup. l. hac edictali. Accurſius.

f Idonea. ſic. j. de fideiuſſ. §. quod autem. col. j. Accur.

g Conſcriptũ. nomine donationis antenuptialis. Accur.

h Leges. vt. C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. §. his. Accur.

i Noſtram. ſ. hãc præſentem. Accur.

k Sãcitum. quod ſancitum non habemus.

l Documentis. i. inſtrumentis, ſic dicta: quia veritatem docent. ſic accipitur j. de fide inſtru. §. in pleriſque locis. colla. vj. nam hincinde facta erat promiſſio, ſed non donatio.

m Onera. vt alere eam & ſeruientes ei: vt. ff. ſolu. matri. l. ſi cũ. §. ſi autem. quod eſt iniquum: vt. ff. de condi. cau. da. l. ſi donatarius. §. j.

n Morte. quæ omnia etiam ſoluit. j. de nup. §. deinceps.

o Quã. alias quãdoque, alias quã. & tunc dic quam. ſ. æqualitatem.

p Alijs. ſ. contractibus & iudicijs: vt. ff. de regu. iur. l. non debet. Arg. contra. ff. de fer. l. ſi.

q Conſortijs. ſ. matrimonijs, de quibus agitur: & hoc debuit præmittere. Accurſius.

r Dat. nomine dotis, vel aliud pro ea.

s Percipiat. hoc ſic intelligo. ſ. nomine lucri donationis propter nup. & hæc eſt mens huius literæ. Sed contra. j. vt exact. inſtan. §. ſi. colla. vij? Reſpon. ibi fuit parata dare, ſed maritus noluit accipere, quare videtur cõditionem impleſſe: vbi dicitur. & ff. de condi. cauſ. da. l. iij. §. ſi. & ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. Alij dicũt nil recipiat, neq; donationis nomine, neque etiam dotẽ quam nõ dedit, neq; aliquod omnino lucrum. Sed cõtra eos eſt. C. de do. cau. l. ſi. nã dos nõ data recipitur? et tũ. eã correctã per hanc. Item contra. j. de tẽ. non ſol. pec. §. generaliter? Reſpõ. hanc correctã per illam. vel dicunt hoc verum, niſi præſcriptio temporis interueniat: vt in dictis duabus legi. cõtrarijs dicitur. Item cõtra. j. de nup. §. ſi quis? Reſp. illud propter delictum mariti. Itẽ contra. j. de exhi. & intro. reis. §. quoniã. col. v. ſed illud pietatis cauſa dicunt. Nã vnius felicitas alteri prodeſt: vt. C. de nup. l. ſi. ſed vtrũque horũ duorũ cõtrariorũ recipit modificationẽ hodie: vt. j. vt lice. matr. & auiæ §. quia vero legem dudũ. coll. vij. Itẽ contra. j. de exhi. §. fine. ſed ibi expreſſe voluit relinquere. Itẽ cõtra. C. vnde vir & vxor. l. j. vbi etiã in totum vxor ſuccedit viro: ſed ibi non eſt, qui obijciat hoc mulieri cũ nullus ſit legitimus ſucceſſor. ſic. ff. de inoff. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. Sed quid erit e contra muliere dãte dotem, maritus non dat donationẽ? Reſpon. idẽ. nam æquitatis &c. vt hic dicitur. nõ tamen dico, quod teneatur maritus vxori ſic dare donationẽ, vt fruatur mulier ea: quia cum tantũ ſit in donatione, quantũ in dote, iã non ſeruiret dos oneribus matrimonij: vt. j. de æqua. do. §. j. coi. vij. Quid ergo proderit mulieri? Reſpõd. deficientibus alijs bonis mariti has res mulier poterit vendicare, & licet alias ſint obligata, facile illi iuri hypothecarum poterit renunciare: vt. C. ad Velleianum. l. etiam. & l. iubemus. quod hic non fit: vt infra, vt immo. ante nu. do. in prin. colla. v. Accurſius.

t Profeſſa. i. quam dare promiſit.

Felicitas vnius alteri prodeſt.

† Cõcor. c. ſi clientulus. de aliena. feu. co. x.

Obtul

tum recipiat ſolùm, quãtum obtulit[a]: ſitq́ etiã hoc[b] optimũ in præſenti lege incrementum, plurima decernẽte, quæ ſemper in dubitatione ſunt, vix autẽ modò ad legiſlationem deducta. Hanc autem valere volumus legem, & in caſu[c] dante ei principium, & in pendẽtibus litibus, & in omnibus decętero prouenientibus. Quę igitur placuerunt nobis, tua ſublimitas operi effectuiq́ꝫ tradere feſtinet, & manifeſta vniuerſis per programmata[d] ꝓpria faciat, quatenus in omnibus ciuitatibus, quas noſtra ditio[e] continet, hæc valeant, et certa omnibus fiant, ſecundũ quod à nobis diſpoſitum eſt.

TITVLVS III.

VT DETERMINATUS † ſit numerus clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ[f], & cęterarum eccleſiarum[g].

In eccleſia maiori & alijs ſibi adiacentibus & ſubiectis clericorum numerus ſecundum facultates debet eſſe ſtatus, & debet obſeruari, ne ad inopiam eccleſiæ deducantur.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Epiphanio regiæ huius vrbis Archiepiſcopo, & vniuerſi eius tractus Patriarchæ.

Dudum quidẽ communi & generali lege & ad tuam[h] beatitudinẽ, & ad reliquos ſanctiſſimos Patriarchas[i] ſcripta, de ordinatione venerabilium epiſcoporum, & reuerendiſſimorũ clericorum, necnon mulierum diaconiſſarũ, & vt non amplius ſint ab antiqua menſura[k], qui ordinantur, diſpoſuimus[l], quod nobis videbatur bene ſe & competenter habere, & regularum ſacrarum dignè: præſentẽ verò legem ſpecialem ad tuam beatitudinẽ ſcribimus, de numero reuerendiſſimorum clericorum, qui in hac vrbe ſunt, diſponentes. Quia enim † pene nihil immẽſum bonum[m] eſt: competẽs eſt neq́ꝫ ordinationes, quæ ſuper reuerẽdiſſimis clericis fiunt, aut ſuper reuerẽdiſſimis diaconiſſis[n], fieri tantas, vt illorũ expenſis ſanctiſſima eccleſia incidat in cauſam mutuorum maximorum, & paulatim ad nouiſſimã inopiam deponatur. Nouimus enim propter huiuſmodi occaſionem huius regię ciuitatis ſanctiſſimam maiorem eccleſiã noſtri Imperij matrẽ[o], debitis inquietari maioribus & non aliter valẽtem facere ſingulas erogationes reuerẽdiſſimis clericis, antequam aurũ non parum mutuũ ſumat, faciens tam hypothecas, quam pignorũ dationes in optimis ſuis prædijs ruſticis & ſuburbanis. Propter hoc igitur perſpeximus noſmetipſos deponere ad huiuſmodi cauſæ inquiſitionem[p], & agnoſcere, quemadmodũ prius ſe habuerit, quidq́ꝫ lõgitudo temporis adinuenerit. Inueſtigantes igitur illud vndiq́ꝫ, inuenimus, quoniã ſinguli horũ, qui ſanctiſſimas eccleſias ædificauerũt in hac feliciſſima ciuitate, non pro ædificio ſolummodo cogitauerunt, ſed etiam vt expenſas ſufficientes darent à ſe factis venerabilibus[q], & determinarent quantos[r] quidem competens eſſet presbyteros, per vnanquanque eccleſiam, quantos diaconos maſculos atque fœminas, & quantos ſubdiaconos, & rurſus cantores atque lectores & oſtiarios conſtitui: & ſuper hæc etiam oratorij expenſas definierunt: & reditus proprios dederunt ſuffi-

a Obtulit. i. dedit.

b Etiam hoc. q. d. non ſolum ſuperior. §. ſed etiã iſte fuit bonum augmẽtum huic. l. præter titulũ. Nam in ea tantum tria cõtinebantur, quæ iã erãt expedita ante hũc §. & ſuperiores.

c In caſu. ſcilicet Gregoriæ.

d Programmata. programma eſt ſcriptura publica cõſilio ſapientis facta, vt patet fere in fine cuiuslibet conſtitutionis huius libri. & dicitur. C. de diuer. re. l. vniuerſa.

e Ditio. i. iuriſdictio. ſic inſtitut. in proœ. § j.

VT DETERMINATUS ſit nume. &c.

f Eccleſiæ. Conſtãtinopolitanæ ciuitatis. Accur.

g Eccleſiarũ. ſub dicto patriarchatu conſtitutarum. Et ita eſt hæc lex localis. ſic alias. j. de eccle. re. immo. al. §. fi. co. v. & j. de tabel. §. fi. col. iiij. & econtra quædã valent alias, ſed non ibi: vt. C. de ijs qui ad eccle. confu. l. fi. j. reſpon.

† Cõcor. cũ hoc titu. et auth. capi. quoniã vt ait. extra, de vita & hoc. conſtitutus. cũ gl. j. extra de reſcrip.

h Dudum. Tuam. Loquitur Epiphanio patriarchæ almę vrbis Conſtãtinopo.

i Patriarchas. anteceſſores tuos.

k Menſura. ſcilicet nongenti quinquaginta: vt. C. de ſacroſan. eccl. l. nõ plures.

l Diſpoſuimus. in quadã lege Græca: & pars ſentẽtiæ illius eſt in. d. l. C. de ſacroſan. eccle. l. non plures. nam & alia multa in illa cõtinebãtur vt patet in hac litera. Illud fatuum eſt dicere, ꝙ loquatur hic de illa. l. nõ plures. cum illa non ſit Iuſtiniani.

m Bonum. nam omne quod eſt nimiũ, vertitur in vitium: vt hic, & j. de reſe. ſacri pa. § fin. col. iij. & j. de mẽ. ord. cle. colla. iij. in princip. niſi in caſu iſto: & ideo dicit pene, vt Imperatorem donare eccleſiæ: vt. j. de non ali. § ſinimus. col. ij.

n Diaconiſſis. ordo eſt mulierũ, quæ non poſſunt dicere euangeliũ. Sed nũquid in illa maiori eccleſia ſtabant mulieres cũ maribus? Reſpon. non: vt. j. de mona. § cogitãdum. col. j. ſed erãt monaſteria fœminarum, quæ recipiebant ſuſtentationẽ a maiori eccleſia: vt. j. eo. § in alijs.

† Cõcor. ca. cum in multis. de reſcrip. libro vj. in princ. c.

o Matrem. ſic. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. § j. in fi.

p Inquiſitionem. vt nõ oporteat nos omni die de hoc cogitare: vt. ſ. de hær. & fal. § j.

q Venerabilibus. ſcilicet domibus. Accurſius.

r Quãtos. i. quot & ſic dicas inferius.

Iis.

cientes ijs [a], quæ à ſe cõſtituta [b] ſunt. Si †quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam penitus extendenti ſufficientem permanſerunt vſq; ad multum tempus talia conſeruata: & donec hoc fuit, donauerũt ſanctiſsimarum eccleſiarũ domibus, quæ ſufficerent. Cũ verò Deo amabiles epiſcopi ad aliquorum preces ſemper [c] reſpiciẽtes, protracti ſunt ad ordinationũ multitudinem: aucta quidem eſt expẽſarũ quantitas ad immenſitatem multã: creditores autem iã vndiq; [d], & vſuræ [e], & nouiſsima [f] inopia eſt, neque creditores inueniuntur propter incredulitatem [g] iã cauſæ, ſed alienationes cũ neceſſitate [h], & cõtra leges [i], & cauſæ indecẽtes [k], & neque propria dignitate temperatæ: vt ex hac nimietate, neque prædia [l], neque ſuburbana ſufficerẽt hypothecis & pignoribus: neque creditores propter hoc inuenirẽtur ſed ad inopiã deſcẽderẽt nouiſsimam: & nec ipſis miniſtris emolumẽtum dare ſufficerẽt [m]: ſed ad viã omniũ infeliciſsimã cauſa deſcenderet, quatenus rerũ omnium creditoribus cederet: quod dicere etiam piget nos: & quẽadmodũ nõ fiat prouidemus. Nã ſi nõ aliqs ferret libenter eũ, qui vltra ſubſtantiã ſuã expendit [n], quomodo non & de his nobis eſt cogitandũ [o]? Nõ enim oportet ad menſuram expenſarũ quærere etiã poſſeſsiões, (hoc enim ſimul ad auaritiã impietatemq; perducit) ſed ex ijs [p] quę ſunt, expẽſas metiri. Quapropter competenter etiam de his ſancimus, et immẽſitatem excludimus, certæ medicinæ cauſam tradentes. Sancimus igitur eos quidẽ, qui hactenus ſunt in eadẽ ſanctiſsima maiore eccleſia & reliquis [q] omnibus venerabilibus domibus reuerẽdiſsimos clericos, & mulieres diaconiſſas, & oſtiarios manere in quo ſunt ſchemate [r]: nõ eñ qđ eſt minuẽtes, hæc ſancimus [s]. reliquo verò tẽpore [t] nulla fiat ordinatio, donec ad antiquũ numerũ inſtitutũ ab ijs, qui ſanctiſsimas eccleſias ędificauerũt, reuerẽdiſsimorũ clericorũ quantitas redigatur. Sed qm̃ pridem etiã reuerendiſsimorum clericorũ ſanctiſsimę maioris eccleſiæ regiæ noſtræ ciuitatis determinatus eſt numerus [v], & valde breuis erat: vtpote vna exiſtente ſanctiſsima eccleſia [x]: poſtea verò et venerabilis domus ſanctæ glorioſæq; virginis & Dei genitricis Marię iuxta ſanctiſsimæ maioris eccleſię vicinitatẽ poſita, ędificata eſt à piæ memoriæ Verina [y]: & veneranda domus ſancti martyris Theodori à Sporcatio †glorioſæ memoriæ dedicata eſt. erat autẽ etiã venerabilis domus ſanctæ Helenæ †, quę ſanctiſsimę maiori eccleſię copulata eſt: ꝓpterea redigere numerũ ad antiquã figurem impoſsibile eſt. Nõ enim ſufficiẽt tantis eccleſijs [z] pauci cõſiſtẽtes [a]: qm̃ [b] quãdo nõ proprios clericos, neq; matres habẽt baſilicas, ſed cõmunes ſunt & ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ, & earũ oẽs circumeũtes, ſecundũ quãdã ordinẽ & circum, miniſteria in eis celebrãt: deinde etiã plurima multitudine, & ex antiqs hęreticis ad ſanctiſsimã maiorẽ eccleſiã deducta, gratia quidẽ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, laboribus, aut immutatiõibus noſtris oporteat plures, quã à principio ad pſenꝫ officij miniſteriũ definiri. Quapropter ſancimus, nõ vltra ſexaginta quidẽ presbyteros in

†Planior eſt Haloã.. verſio, q̃ in verbis caſtior & purior eſt.

†Alias, Sphracio.

†Alias, Irenes.

Vicẽ duorum vnus gerere nõ poteſt.

a Iis. locis venerabilibus.

b Cõſtituta. hoc cõtinuatur.j. et per mãſerint &c. & qđ eſt hic in medio, cãcellandum eſt. Vel dic ſi quis autẽ, ſcilicet eccleſiæ ædificator. & quod dicit extendenti non ſufficientẽ. q.d. plures etiam poſſet pati, quã habeat. Vel dic, ſi quis autẽ. ſ. epiſcopus. & de eo dic vt modo diximus quia non adiecit vltra modũ, & interim ædificator largiebatur neceſſaria.

c Semper. id eſt, multoties.

d Vndique. ſcilicet facti ſunt.

e Vſuræ. ſ. auctæ.

f Nouiſsima. ſcilicet inopia. & ſubaudi ſuperueniẽs emerſa eſt tanta, vt &c.

g Incredulitatẽ. ſcilicet eandem, ſcilicet inueniri poſſunt.

h Neceſsitate. ſcilicet fiunt, cum nõ poſsint mutuantes creditores inueniri. Accur.

i Contra leges. Leõis & aliorũ imperatorum, qui fuerũt poſtea vt. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. & l. ſancimus. Accur.

k Indecentes. ſcilicet fiunt cum nõ poſsint creditores inueniri. Accur.

l Prædia. ruſtica.

m Sufficerent. ſcilicet eccleſiæ.

n Expendit. vt quia prodigus eſt: & ita bonis ei interdicitur: vt. ff. de cura. fu. l. j. Vel dic vt inſtit. de ijs, qui ſunt ſui vel alie. iu. §. fi. Prima placet. Accurſius.

o Cogitandũ. nobis. ſi enim pro cauſis corporalibus cogitamus &c. vt. j. vt cũ de ap. cog. §. ſi vero liberi. in fi. col. viij. Accur.

p Sed ex ijs. ſ. poſſeſsionibus. & not. ꝙ qui hoc ſeruaret pauper non eſſet.

q Reliquis. alias reliquas omnes: & tunc repete ſi alijs per reliquas oẽs venerabiles domos. Accur.

r Schemate. id eſt, ordine ſiue dignitate. Accur.

s Sancimus. quæ in hac conſtit. dicimus.

t Tempore. ſcilicet futuro.

v Numerus. nõgenti quinquaginta: vt. ſ. in princ. dixi. Accur.

x Eccleſia. ſ. prius ſanctæ Sophiæ, quæ eſt maior eccleſia.

y Verina. propriũ nomen. Accur.

z Eccleſijs. ſcilicet tribus.

a Conſiſtẽtes. hic not. ꝙ vnus vicem duorum gerere nõ poſsit. ſic. ff. de pa. l. ſi plures. Itẽ not. ꝙ quidam libri nõ habent plus in hac cõſtitutione. et quidam habẽt tres colum. ſed nõ legitur.

b Quoniam. reſpondet tacitæ quęſtioni.

Illud.

a Illud quoque. Not. quod non debet clericus tranſire de vna eccleſia ad aliam: quod non ſeruatur.

De vna eccleſia clericus ad aliā tranſire non debet.

b Contradicere. Not. argu. pro epiſcopo vel prælato, quod liceat ei reclamare literis domini Papæ: vt. C. ſi contra ius vel vtili. public. l. & ſi legibus. Sed poteſt dici, q́ hic non a principe, ſed ab alio nomine principis erant miſſæ. Si autem conſtat literas eſſe principis, recipiēdæ ſunt: ſed ſecunda iuſsio debet expectari: vt C. de mand. prin. §. deinde competens. col. iij.

ſanctiſsima maiore eccleſia eſſe, diaconos autē maſculos centum, & quadraginta fœminas, ſubdiaconos verò nonaginta, lectores autem centum & decem, cantores viginti quinque: ita vt ſit omnis numerus reuerēdiſsimorum clericorum ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ in quadringentis vigintiquinq; : & ſupra centum exiſtentibus ijs, qui vocantur oſtiarij. In ſanctiſsima ſiquidem maiori eccleſia huius feliciſsimę noſtræ ciuitatis tres venerabiles domos vnitas ei, tanta clericorū ſit multitudo, nullo quidē horum, De fid qui nunc ſunt excludēdo, licet multò plurium ſit numerus ab ijs, qui à nobis nunc determinati ſunt: nullo aūt decætero adijciendo in vnoquoq; ordine in ijs, qui nunc ſunt, donec ad hūc numerum menſura redigatur. Illud quoque [a] adijciendum eſt, vt quod hactenus nō decenter fiebat, nequaquā in republica geratur: id eſt, multos reuerendiſsimorū clericorū dedignari quidē in ijs, quibus ordinati ſunt ſanctiſsimis eccleſijs, aut hic, aut in prouincijs deſeruire: ad ſanctiſsimā verò maiorē eccleſiā & venerabilem clerū eius per patrociniū quodlibet accedere: quod decętero fieri prohibemus. Nam ſi ſuper venerabilibus monaſterijs prohibemus ex alio monaſterio ad aliud tranſmigrare, multò magis neq; reuerendiſsimis clericis hoc permittamus lucri & negotiationis habere, huiuſmodi horū deſideriū iudicātes. Si verò & aliquādo talem quādam migrationem tua beatitudo, aut per tēpora imperium fieri perſpexerit: non aliter hoc agi, ante quā ad prædictum à nobis numerū cauſa redigatur, vt migratio in officium deficientis fiat: & nō ſupra numerū aliquid omnino excedatur. Hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri ſinimus. Et hæc quidem de ſanctiſsima maiore eccleſia. In alijs aūt omnibus eccleſijs, quarum expenſas ſanctiſsima maior eccleſia facit, ſancimus, nūc quidem exiſtentes manere, ſimiliter eos etiam ſub ſchemate: decætero verò nullum ordinari ante, quā ad eum, qui vocatur ſtatutus vniuſcuiuſque eccleſiæ (quod antiquitus ordinatū eſt) ab ædificatoribus eccleſiarum, presbyterorū, diaconorū maſculorū atque fœminarū, & ſubdiaconorū atque lectorū, necnō cantatorū et oſtiariorū numerus redigatur, & nullus in medio penitus adijciatur. Noſq́; ipſi cauemus tale aliqd agere, & ordinādos abbreuiamus: nulluſq́; noſtrorū iudicū tale aliqd agat, noſtrā formidans legē: & licētia ſit beatiſsimo archiepiſcopo, & patriarchæ huius regię ciuitatis ordinationi cōtradicere [b], licet iuſsio de palatio veniat. Nā & qui prçcipit, & cui prçcipit, ſub eccleſiaſtica mulcta erūt, ſi tale aliquid egerint. Sed neq; in alijs eccleſijs, quæcūq; emolumētum & expēſas habet à ſanctiſsima maiore eccleſia, incōpetens eſt multitudinē inire ordinādorū eius, neq; trāſcendere decętero cōſtituta à principio etiā ſuper illis mēſuram: ne forſan omnes etiā qui eos conſequūtur, in multitudinē incidētes immenſam, & accedētes ſibimet piè agētibus quęſtus diuidētes, et exinde vſque ad mēſuram eorū non ſufficiētes, in maximā anguſtiam incidāt. Si verò vltra mēſuram definitā ſanctiſsimæ maioris eccleſię, ſiue alterarū eccleſiarū ordinet, qui per tēpora fuerit ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ ſanctiſsimus epiſcopus, & venerabiles eiuſdē eccleſiæ œconomi erogationē eccleſiaſticis prçbuerint quæſtibus: ipſi quoque de ſua & propria facultate præbeant expenſam: & qui hęc expendere eos permiſerit beatiſsimus patriarcha. Sciāt enim: quia ſi quid tale egerint, licētiam damus & ſanctiſsimis patriarchis, qui poſt tale aliquid agētes fuerint, & poſterioribus œconomis, & omnibus reliquis reuerendiſsimis clericis talia perſcrutari, & facta prohibere, & indicare imperio: vt illud cognoſcens præcipiat ex ſubſtantia hęc agentium œconomorū: aut etiam permittentis archiepiſcopi hoc ſarciri ſactiſsimę eccleſię. Quapropter, ne rurſus fortè fiat talis aliqua rei confuſio atque tumultus: cauſa ad menſuram à principio conſtitutam redacta, tunc ordinare liceat: intantum vt nō tranſcendatur definita mēſura, neque numerus trāſeatur, aut fiat quędam circa hoc calliditas. Non enim † illud patimur omnino fieri, vt dicatur: quia licētia erit ordinare quidē, non tamē emolumēta præbere. Hoc enim eſt rurſus ad cōfuſionem efficientium, & immenſam adiectionem ſecūda collegia cōſtituentiū: deinde etiam plurimas habebit cauſas circunuentionis, vt alias ſibimet vias auaritiæ inueniant, & pro alimentorum expenſis.

† C&cor. cnm hoc text. gloſ. quarta in c. cum M. extra de conſtitu.

Et hoc igitur agi penitus etiã ſub mulcta, quæ vocatur eccleſiaſtica, prohibemus: maximã vtilitatē hanc eſſe putãtes, vt ſanctiſsima maior eccleſia, neq; debitis ſubijciatur, neq; anguſtietur perpetuo ædificio, ſed ſemper abũdet. Sicut enim de his expenſam determinauimus, ita cõgruet pro tempore ſanctiſsimũ patriarchã & reuerēdiſsimos œconomos conſiderare, vt aliæ expenſæ, quæ fiunt ex eccleſiaſticis quæſtibus circa pios erogentur actus, & Deo placētes: & illis hæc miniſtrētur, qui pro veritate egent, & nõ habent aliũde alimentorum occaſionem. Hoc enim dominũ Deũ placat: & non in patrocinijs & ſtudijs hominũ eccleſiaſticas expenſas hominibus locupletibus diſtribuãt: & ideo inopes neceſſaria nõ mereantur. Sciãt autē Deo amabiles œconomi, & qui nũc, & per tēpora futuri ſunt: quia ſi quid pręter hęc egerint: & diuinis ſupplicijs ſubiacebũt & ex ſua ſubſtãtia indēnitatē ſanctiſsimę procurabũt eccleſię. Beatitudinē igitur tuã, quæ ab initio & ex infantili penè ætate in ſacro omni ordine & ſchemate ſanctiſsimã ordinauit eccleſiam, ex ſacrato vtiq; genere deſcendentis, hæc cuſtodire continuè ſancimus: ſcientem quia non minor nobis cura eſt horum, quæ ſanctiſſimis eccleſijs proſunt, quàm ipſius animæ.

TITVLVS IIII.

DE FIDEIVSSORIBVS, ET MANDATORIBVS, & ſponſoribus, & ſolutionibus †.

Reo abſente primò fideiuſſor eſt conueniendus, dilatione ſibi ſtatuta ad reum repreſentandum, lege antiqua non obſtante. Bartolus.

Imperator Iuſtinian. A. Ioan. glorioſiſſ. ſacrorum præto. præfect.

LEgem antiquam [a] poſitam quidem olim [b], vſu verò (neſcimus quemadmodũ) non approbatã [c], † per cauſas autē ſemper exquiſitas [d], atque neceſſarias apparentē [e] rurſus aduocare †, & ad rempublicã reducere, bene ſe habere putauimus, nõ ſimpliciter eam, ſicut iacebat, ponentes (erat enim [f] quædã eius [g] pars omnino nõ diſcreta [h]) ſed cum cõpetenti & Deo placito diſtribuentes augmento [i]. Si quis † igitur [k] crediderit [l] & fideiuſſorē [m], aut mandatorem, aut † ſponſorem acceperit: is nõ primùm aduerſus mandatorem, aut fideiuſſorem, aut ſponſorem accedat [n]: neque negligens, debitoris interceſſoribus moleſtus

DE FIDEIVSSORIBVS &c.

[a] LEgem antiquam. quam habemus. C. de fideiuſſo. l. non recte. quæ hic corrigitur: & noua ei adijcitur: & pro parte ſeruatur, vt quidã dicũt, quod nihil eſt. ſed dic, ꝙ erat quędã lex, quæ duo dicebat. Primũ vt præſente vtroque, reus primo ſit cõueniendus: & in hoc bene: vt. j. eod. §. antiqua ſi quidē. Secundum quod. l. abſenti reo no dabat ſpatiũ fideiuſſori ad producendũ reũ, & in hoc male dicebat: vt. j. eo. §. ſi vero fideiuſſor. ibi, non eñ &c. Et fuit hæc lex antiquior, quã illa. C. eod. l. non recte. vel quam aliæ, quæ tractant de eadem materia, vt patet infra proxi.

[b] Olim. ſcilicet, ſancimus, & accipitur ex ſequenti verbo neſcimus. ſic. ff. de tu. & rat. diſt. l. j. §. nunc tractemus.

[c] Non approbatam. i. reprobatam per conſuetudinē ei contrariam: vt. ff. de legi. & ſenatuſ. l. de quibus. §. ſi. & . j. de quæſto. §. ſi vero. col. vj.

[d] Exquiſitas. id eſt. plerunque in iudicijs neceſſario examinatas. nã hodie pleræq; cauſæ ſunt de ſimili materia.

[e] Apparentem. ſ. fore vtilē. vel dic apparet. i. ad memoriã reducitur, & deploratᷣ: vt facit vxor de marito bono mortuo, cum minus bono ſit coniuncta.

[f] Erat enim. interpoſitio eſt.

[g] Eius. ſ. antiquæ legis.

[h] Non diſcreta. vt. ſ. eod. in princip. diximus.

[i] Augmēto. nam cum duo tantum capitula in ea continebantur: in hac cõſtitutiõe infinita ſunt: vt infra eodem, per totum.

[k] Si quis igitur. quia legem antiquam volumus reformare: igitur &c.

[l] Crediderit. ſ. mutuãdo aurum: vt ſequitur. Sed quid ſi in alio conſtat mutuum, quã quod pondere, numero, menſura cõſiſtat: vt. ff. ſi cer. pet. l. ij. Vel quid ſi alius cõtractus ſit: vbi poſſit fideiuſſor accedere: vt. ff. eod. l. j? Rñ. ſemper locũ habet, quod hic dicitur: vt. j. eo. §. non ſolum. & . §. abſolute. & . §. ſimiliter. & . ff. ſi cer. pe. l. j.

[m] Fideiuſſorē. Not. differentiã inter iſtos. nã fideiuſſor & ante obligationē & poſt, accipi poteſt: vt inſtit. eod. §. ij. Mandator tantũ ante, niſi in caſu: vt. ff. man. l. ſi vero nõ re. §. ſi poſt. & §. plane. & . §. cum quis. Sponſor qui ſpõte ſine rogamine pro alio intercedit: quia & ipſe habet actionē mandati: vt ff. mãda. l. ſi pro te. alias eſt. l. qui patitur. licet M. dicat ſponſorem pro conſtituēte ſe debere poſitum eſſe: & in his tribus locum habet hæc cõſtitutio. Idē dico de cõſtituente, qui tantũ poſt obligationē accipitᷣ: vt ff. de cõſti. pe. l. j. ad inſtar fideiuſſoris: vt. C. de cõſtit. pe. l. ſi. Quid in expromiſſore, qui. ſ. promittit alio nõ obligato, pro quo obligatur, vel etiã nũc liberante eum: vt. ff. de do. l. & elegãter. §. ſeruus pactionis? Rñ. non habet locũ hæc cõſtitutio: cum nõ poſsit dici cõtra eũ contra quē agere nõ poteſt eſſe negligens: vt. C. de an. except. l. j. §. ſi. Itē quid ſi principaliter ſe cõſtituit debitorē: vt ſit tota dies? Rñd. refert an nouetur altetius obligatio, ꝙ fieret ſecũdum vetera iura, ſemper mutatã perſona: vt. ff. de ac. et obli. l. obligationum fere. §. ſi. & inſtit. quib. mod. tol. obl. §. præterea. hodie hoc expreſſo, nõ alias; vt. C. de noua. l. ſi. & tunc non habet locũ hæc conſtitutio ratione dicta in ſuperiori quęſtione. an vero non ſtat: & tunc locũ habet, cũ eadē ſit ratio huius & fideiuſſoris: vt. ff. de ver. obl. l. a Titio. in fin. & . ff. ad leg. Aquil. l. illud. Itē æquitatis ſumus amatores: vt. ſ. ti ij. §. ſi. & . C. de cõſti. pe. l. ſi. hæc gloſ. locũ habet, quando vnus poſt alium obligatur.

[n] Accedat. hic corrigitur ꝙ eſt in. C. eo. l. nõ recte. & l. mater. & . l. ſi aliena. quæ omnes leges dicunt idē. Vltimo quære hic quod dixi. j. de duob. re. col. vij. §. j. Item

nunq

† Hunc Titulũ ſic vertit Haloand. Vt creditores primũ aggrediãtur pricipales debitores: mox illis ſoluendo non exiſtētibus, ſecũdo loco mandatores etiam, aut cõſtitutæ pecuniæ reos, aut fideiuſſores.

† Haloã. & tamen ob quotidianas rerum controuerſias illi neceſſariam apparentē &c.

† Alias reuocare.

† Iſte. §. ponitur ꝓ authen. ſuper. l. non recte. C. de fideiuſ. & man. & incipit, pręſente tamē vtroque. et conc. cũ hoc. §. j. in gloſ. j. extra. eo. tit.

† Quem hic ſpõſorem vocat Haloand. vertit, pecuniæ conſtitutę reũ

nunquid huius legis beneficio renunciari poteſt? Rñd. ſic: vt. C. de pact. l. ſi quis in cõſcribendo. arg. contra. j. de duo. re. §. j.

a Moleſtus ſit. petendo ab eis, vt ſoluatur. Accur.

b Veniat. ſcilicet, creditor.

c Receperit. quod ſibi debetur.

d Quid enim. ei. ſ. creditori.

e Extraneis. i. fideiuſſoribus.

f Completo. i. ſatiſfacto. q. d. nihil. Accurſius.

g Valuerit. ſcilicet, creditor.

h Sumat. Quid ſi pignus habeat a debitore? Videtur, q primo debeat illud vendere: vt hic colligitur. ſed quia graue eſt etiam pignus vẽdi propter ſubhaſtationes, quæ fiũt: vt. C. de iure do. impe. l. fi. dico contra: vt. ff. eo. l. inter eos. §. creditor. Nec dico eã correctã, licet dicant quidã. ſ. per iſtam: cum leges veteres inquantũ poſſumus tolerare debeamus: vt. j. quib. mod. nat. effi. ſui. §. tribus. col. vij.

i Præſentes. præſens reſpectu abſentis multis modis dicitur. Primo quãdo ſe inuicẽ audire poſſunt: vt in ſtipulationibus accipitur: vt. ff. de verb. obli. l. j. j. rñ. & inſtit. de inutil. ſtipul. §. item verborum. Secũdo, quando quis eſt in eadem prouincia: vt cum de præſcrip. inter pręſentes agitur: vt. C. de præſcript. long. tem. l. fi. Tertio, cum eſt in iudicio, vt in ꝓductione teſtiũ, quæ debet fieri, præſente altera parte: vt. C. de teſti. l. ſi qñ. &. j. de teſti. §. penul. col. vij. Quarto, ſi eſt domi, cuius nomine volo nunciare opus nouũ: vt ff. de dam. infec. l. iiij. §. abeſſe. &. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Quinto, vt ſi eſt in orbis etiã cũ tractamus de procuratore cõſtituendo: vt. ff. de procu. l. præſens. &. l. & qui. Sexto modo accipio hic, ſi eſt etiam in eodem territorio, vt facile poſsit citari: vt argu. ff. de iuriſdic. om. iudic. l. vlti. licet quidam dicant eum in iudicio debere eſſe præſentem: vt j. de teſti. §. penult.

k Ei. ſ. creditori. Accurſius.

l Seruetur. vt prius conueniatur principalis, quam acceſſorius.

m Abeſſe. quod dic, vt modo diximus.

n Acerbum. durum & crudele. Al.

o Alicubi. extra territorium ius dicentis: vel forte etiam intra, dummodo extra iudicium. quod dic vt. ſ. §. j. diximus.

p Hic. i. in iſto caſu.

† Haloã. Quid eñi cũ extraneis habere põt negocij, cui iã a cõtrahente ipſo ſatiſfactũ eſt?

ſit [a]: ſed veniat [b] primũ ad eum qui aurũ accepit, debitumq́; contraxit: & ſi quid inde receperit [c], ab alijs abſtineat. † Quid enim ei [d] in extraneis [e] erit à debitore cõpleto [f]? Si verò non valuerit [g] à debitore recipere, aut in partem, aut in totum: ſecundum quod ab eo non potuerit recipere, ſecundum hoc ad fideiuſſorem, aut ſponſorẽ, aut mãdatorem veniat: & ab illo, quod reliquum eſt, ſumat [h]. & ſi quidẽ præſentes [i] ei [k] cõſiſtãt ambo, & principalis †, & interceſſor, & fideiuſſor, & mandator, & ſponſor, hoc omni ſeruetur [l] modo. Si verò interceſſor, aut fideiuſſor, aut mandator, aut qui ſponſioni ſe ſubiecerit, adſit: principalẽ verò abeſſe [m] contigerit: acerbum [n] eſt creditorẽ mittere alicubi [o]: cũ poſsit mox interceſſorem, aut fideiuſſorem, aut mandatorem, aut ſponſorẽ exigere. Sed & hoc quidem curandũ eſt à nobis poſsibili modo. Nõ enim erat quoddam hic [p] antiquæ legi [q] datum pro ſanatione remediũ: cũ vtiq; Papinianus maximus fuerit, qui hoc primitus introduxit [r]. † Probet igitur [s] interceſſorem, aut ſponſorẽ, aut mandatorẽ, & cauſæ præſidens iudex det tempus [t] interceſſori (idem eſt dicere, ſponſori, & mãdatori) volẽti principalem deducere: quatenus ille prius [v] ſuſtineat conuentionem, & ſic ipſe in vltimũ ſubſidium reſeruetur: ſitq́; ſolatio interceſſori, aut ſpõſori, & mandatori in hoc [x] quoque iudex. fideiuſſoribus enim & talibus [y] prodeſſe ſancitum eſt: vt illo [z] deducto [a], interim conuentione liberẽtur [b], qui pro eo in moleſtia fuerũt. Si verò tẽpus in hoc indultum exceſſerit (conuenit [c] nanque etiam tempus definire iudicantem) tunc fideiuſſor, aut mandator, aut ſpõſor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum [d], pro quo fideiuſsit, aut pro quo mandatum ſcripſit, aut ſponſionem ſuſcepit, à creditoribus actionibus ſibi ceſsis.

† alias, & principalis & fideiuſſo. hoc omni &c.

Quis dicatur ꝑſens.

a Cõcor. Cle. dudũ in glo ſup verbo, ꝑſẽtari. vbi etiam per op. Card. de ſepulturis.

† Haloã. poſtulet igit in iudicio fideiuſſorẽ &c.

Hypothecaria actio contra extraneos pignorum poſſeſſores intentari non debet, niſi prius reorum & fideiuſſorum omnibus facultatibus excuſſis, his obtinentibus & in omnibus creditoribus & ſucceſſoribus. Bart.

Sed neque ad res debitorum [e], quæ ab alijs de-

q Antiquæ legi. ſ. ab antiqua lege, cuius mentionem habuimus. ſ. cod. eo. in princip.

r Introduxit. in ſimili caſu, vt dilatione reo data abſenti & fideiuſſoris licet præſenti dari debeat: vt. ff. eo. l. ſi teſtamento. §. ſi.

s Probet igit. vulgariter dicit. quaſi dicat experiatur, an poſsit repreſentare reum, vel non.

t Det tempus. ſcilicet ſex menſiũ, ſecundũ quoſdam: vt C. eodẽ. l. ſancimus. vel melius pro arbitrio iudicis: vt. ff. de iure deli. l. j. in fine. quod erit in xx. miliaribus diurnis: vt ff. ſi quis cau. l. j. vel erit arbitrium ſecũdum continentiam prouinciarum: vt. j. vt omnes obed. iud. §. ſi vero alter. coll. v. &. C. de dila. l. j.

v Prius. hoc dicit Azo verũ, qñ negat fideiuſsiſſe, quod nihil eſt: imo etiã cum conſtet: vt hic, &. j. de duo. re. in princi. col. vij.

x Hoc. i. in dilatione, quam eis dat ad repreſentandum reum.

y Talibus. ſ. mandatoribus & ſpõſoribus & ſimilibus: vt. ſ. eo. §. j.

z Vt illo. ſcilicet principali.

a Deducto. ſcilicet, ad iudicium.

b Liberentur. fideiuſſores.

c Conuenit. interpoſitio eſt.

d Contra eum. ſcilicet, reum principalẽ, pro quo &c. & hoc dico actionibus ceſsis. Nam fideiuſſores ipſi exigent, dummodo & ipſi prius ſoluant: vt. ff. de ſol. l. Stichum. §. penul. vel contra eum, fideiuſſorem, ſcilicet, debitum. dico ab eo, pro quo &c. & hoc dico actionibus ceſsis. & ſic ſunt ablatiui abſoluti. Et eſt facienda ceſſio ante ſolutionẽ: vel tunc, vel parum poſtea vel multũ poſtea: hoc tamen acto tunc in ſolutione, vt poſtea fiat: vt. ff. de ſolut. l. Modeſtinus.

Ceſsio quãdo ſit fideiuſſori facienda.

e Debitorum. id eſt, ad res quæ fuerunt quondam debitoris: nunc autem alienatæ ſunt. vnde tranſit dominium, licet cum ſua cauſa; vt. ff. de acqui. rer. domi. l. tra-

ditia

ditio.&.ff.de contrahend.empt.l.alienatio. Sed quid ſi depoſuit, vel cõmodauit? Rñ. apud eundẽ videntur eſſe: vt.ff.commo.l.rei.&.ff.depoſi.l.licet.& de verbo.ſignifica.l.penes.

nauerunt: vt hic. In tertio dic, quod primo ad res debitorum agitur: vt hic: licet olim ſemper eſſet in electione creditoris tã in primo: vt.C.eo.l.non recte. quam in ſecundo vel tertio caſu: vt.C.de pig.l.perſecutione. Azo.

tinentur, veniat prius[a], ante quã † tranſeat viam ſuper perſonalibus[b], cõtra mãdatores, & fideiuſſores, & ſponſores: ſicq́ ad res veniens principalis debitoris, ſive[c] ab alio detineantur, & detinẽtes eas cõueniens, ſi neq; inde habuerit ſatisfactionem: tũc veniat aduerſus res[d] fideiuſſorũ, & mãdatorum, & ſponſorũ: † idẽ eſt[e] dicere, vel ſi quoſdã habuerit[f] homines[g] ipſi[h] ſibimet obligatos[i], & qui hypothecarijs[k] actionibus ſibi contineri poſsint. Cõtra † principales tamen exiſtentes apud eos res, ſiue perſonalibus, ſiue hypothecarijs, mox ſiue ambabus vti voluerit, omnẽ ei damus licentiam, quæ dudũ à nobis data eſt[l], & viam & ordinẽ in alijs perſonis caſibusq́ ſancitã. Et nõ ſolũ hoc in creditoribus[m] dicimus: ſed etiam ſi quis emerit aliquid ab aliquo, † deinde acceperit eum, quem vocant cõfirmatorem[n]: & moueatur in aliquo venditionis conuentio[o] contra venditorem facta: nõ aduerſus confirmatorẽ mox emptor accedat, neq; tenentẽ[p] aliquid rerũ venditoris, ſed aduerſus vẽditorẽ prius, & ſic ad confirmatorem, & tertio loco cõtra detentorem: eadem etiam hic[q] exiſtente diuiſione ſuper præſentibus & abſentibus, quã[r] dudum in fideiuſſoribus & mandatoribus & ſpõſoribus ac creditoribus cauſa debitorũ ſanciuimus[s]: ſimiliter obtinente etiã in alijs[t] contractibus[v] in quibus fideiuſſores aliqui, aut mãdatores, aut ſpõſores accipiuntur: & in ipſis principalibus ex vtroq;[x], & in hæredibus eorũ, & ſucceſſoribus, antiqua ſiquidem lex hæc valeat rurſus[y], & cùm huiuſmodi iuſtitia atq; diuiſione noſtros ſubiectos foueat.

Creditor, qui à debitore debitum recipere non valet, compellitur in ſolutum res eius immobiles meliores recipere, ſubtili earũ æſtimatione facta, ſufficienti pro euictione præſtita cautela, quàm debitori poßibile eſt præſtare emptore nullo apparente, argentariorum ſponſionibus in ſuo ſtatu manentibus. Bart.

† Quod autem[z] decætero humanis auxiliatur curis[a]: licet quibuſdam creditoribus non fortè ſit gratũ, à nobis tamẽ propter clemẽtiam ſancitur. Si quis enim mutuauerit aurum, debitoris ſubſtantiæ credens: at ille ad reſtitutionem auri nõ ſit idoneus, ſubſtantiam autem immobilem habeat: verum creditor † ardeat[b], aurum omnimodo quærens: illi verò nõ ſit facile, neq; vlla mobilis[c] ſubſtã

a Veniat prius. ſ. creditor per hypothecariã actionẽ.

b Perſonalibus. ſ. actionibus. Sed cõtra infra, de lit. §. ad hoc. B. & Alex. dicunt hoc corrigi. Ir. dicit, q̄ ibi debitor, idemq; vẽditor tenebat adhuc. Alij dicunt, q̄ ibi habebat cauſam a debitore, cõtra quem dicunt agi poſſe etiã prius. ſed Io. cõtra: quia dolus actoris non nocet emptori: vt.ff.de do. except. l. apud Celſum. §. ſi cũ legitima. Alij dicunt, quod illud locum habet excuſsis prius bonis debitoris: vt hic. Vel melius illud in expreſſo: hoc in tacito pignore, vt hic, cũ hoc etiã iure veteri erat: vt. ff. de iure fiſci. l. moſchis. vel dic aliter, ſecundum Azo. & Ioã. vt in ſumma de pig. §. damus.

c Sive. ſunt duæ partes: vt pro &. q. d. & ſi, pro quamuis &c. ſic. j. de duo. reis. §. j. coll. vij.

d Res. ab eis, vel ab alio poſſeſſas.

e Idem eſt. quod in interceſſoribus eſt dictum.

f Habuerit. creditor.

g Homines. ſimiles ſupradictis: vt cõſtitutores.

h Ipſi. ſcilicet, creditores.

i Obligatos. ex conſtituta pecunia.

k Hypothecarijs. quid ſi reali, puta hypothecaria tenetur fideiuſſor, cum perſonali ſit præſcriptum? Rñ. idẽ quod hic dicitur. vnde diſtingue: quia prælatio ſit perſonalium actionum ad perſonales. Itẽ perſonalium ad reales. Itẽ realium ad reales. De primo dic qualiter reus prius quam fideiuſſor cõueniatur: vt. §. j. ſ. eo. In ſecundo dic, quod perſonales realibus præferuntur: vt hic, niſi in caſu quando idem debitor tenet res: vt infra proxi. non ita in fideiuſſore cõuento perſonali. Nã licet teneat res, nõ poteſt creditor eligere: cũ prius oporteat eum redire ad res debitorũ, quas ipſi tenent vel alie-

l Data eſt. vt.C.de act.& obli.l.ſi. quæ lex hic corrigitur: niſi in hoc caſu: vt. ſ. diſtinximus modo.

m Et non ſolum hoc in creditoribus. ſtricte pro mutuatoribus. ſic. C. de probat. l. j. alias large: vt. ff. ſi certũ peta. l. j.

n Confirmatorẽ. No. eundem dici fideiuſſorẽ, cum cuilibet cõtractui accedere poſsit: vt. ff. eo. l. j. idẽ & confirmator: quia venditionẽ ſiue cõtractũ confirmat: vt inſti. eod. in prin. & de replic. §. ſi. idẽ actor ſeruus dicitur: vt. ff. de cuictio. l. illud.

o Conuentio. id eſt, agatur ex aliquo pacto in venditione appoſito in præiudicium venditoris, quod venditor non ſeruat.

p Tenentem. repete aduerſus. Azo.

q Eadem etiã hic. i. in dicto caſu venditionis.

r Quam. ſcilicet, diuiſionem.

s Sãciuimus. ſ. eo. §. j. & ij.

t In alijs. a mutuo & venditione.

v Contractibus. vel quaſi: vt inſti. de obli. ex quaſi contract. in princ. & de act. §. j. Azo.

x Ex vtroque. ſ. latere, id eſt, creditorum & debitorum. & ex hoc corpore colligitur quoddã membrũ illius authenti. quam habemus. C. de fideiuſſ. l. præſente &c. ibi, abſque.

y Rurſus. repete valeat.

z Quod autẽ. nũc de ſecunda parte tituli.

a Curis. ſ. debitoris.

b Ardeat. i. ardenter cupiat. ſicut & illud, Coridon ardebat Alexim. i. ardenter amabat.

c Mobilis. tunc enim forſan æſtimationẽ auri præſtãdo in rebus mobilibus, quæ in regione illa frequentabatur, liberatur: vt.C.de do. l. ſi quis argentum. in prin. & maxime ſi ex ea re creditor damnũ non patiatur: vt. ff. de ſol.

† Haloã. rectius vertit, expetiatur.

† Haloã. idẽ dicere licebit, & ſi omnes hi aliquos ſibi obligatos habent, quive hypothecarijs actiõibus teneri queunt.

† Haloã. cõmodius vertit: nẽpe ſic, Certe contra principalẽ debitorẽ, et res quas penes ſe habere dignoſcitur omnem illi facultatẽ damus, &c.

† Haloã. vertit, deinde fideiuſſorẽ ob euictionẽ accipiat.

† Haloã. Quod autem conſequitur, & humaniore quadam curatione medetur.

† Haloã. rectius vertit, vrgeat.

tia [a]: damus [b] creditori licentiam volenti immobiles res accipere pro auro. Sed ſi nec [c] quiſpiam emptor immobiliū eius rerum adſit, creditore frequenter etiam diuulgante, quoniam ſubiacent [d] debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem: tunc in hac quidem feliciſsima ciuitate glorioſiſsimę noſtrę reipublicæ iudices ſecundum vnicuiq; cōceſſam à lege & à nobis iuriſdictionē: in prouincijs autem gentiū præſides prę parent ſubtili æſtimatione facta rerum debitoris dari [e] ſecundum quantitatem debiti poſſeſsionē immobilē creditoribus cum tali cautela [f], cū qua debitor dare poſsit [g]. Rerum verò datio ſit huiuſmodi: quęcunq; quidem meliora ſunt, dentur creditori [h]: quæ verò deteriora, apud debitorem poſt debiti ſolutionē manere ſinātur. Etenim nō erit iuſtum, dātem quidē aurum, recipere autē aurum nō valentē, ſed coactum [i] ſuſcipere poſſeſſionē immobilē [k], vel [l] non meliora rerum debitoris percipere: & ꝓ hoc habere cōſolationē. quia ſi aurum non recipit, aut aliquid rerū, quæ portari poſſunt: tamē licet ei poſſeſsionem nō inutilē habere. ſed hoc quidē fit clementia quadam clara legis. Agnoſcāt autē creditores, quia etſi hāc nō ſcripſiſſem legē, neceſsitatis tamen ratio ad hāc cauſam perduceret [m]. Si enim non ſit idoneus pecuniarū debitor, nec vllus emptor ſit: nihil aliud facturus erat, quàm proprijs bonis cedere [n]: et rurſus res ad creditorē meritò venirent, aurum percipere nō valentem. Quamobrem quod cum iniuria & effectu acerbo [o] perduceret creditorem & debitorē: hoc nos clementer ſimul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur [p], & acerbi creditoribus nō apparebimus, † dari cauſam eis deputantes, ad quā ſi permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirēt [q]. Si itaq; creditor paratus eſt præparare quendā emptorē, neceſsitatē habere debitorem hoc agere [r], præbētem huiuſmodi cautionē arbitrio iudicātis [s], qualem omnimodo eſt dare poſsibile. vndiq; eñ ita creditoribus prouidēdū eſt, vt non debitores grauētur. Et abſolutè [t] creditorē ponimus, antiquas ſequētes [v] leges [x], omnē qui actionē habere cōtra aliquē pōt, licet non ſit mutuū geſtum, ſed alter quidā contractus conſiſtat: argentariorū [y] quippe ſponſionibus propter

de ſol.l.Paulus.ſecundum Al. Vel melius dic, ꝙ ſi haberet mobilem ſubſtantiam, veriſimile eſt, ꝙ cito venderet: & ſic ſolueret: vt.ff. de acqui.poſ.l.ſi rē mobilē.

a Subſtantia.repete ſit.

b Damus.id eſt, concedimus. ſic inſti. de liberti.§.ſi.

c Sed ſi nec. iſtud nec, duo importat ſ.& nō.q.d. creditor nō vult accipere: & in hoc aduerſatur hęc dictio ſed ad ſuperiorem caſum. Itē & aliū nō permittit, ſcilicet emere hoc diuulgante: vt ſubijcit &c.

d Subiacēt. id eſt bona debitoris: vel rem illā, quā vendere vult, dicit obligatam ſibi vel alij.

e Dari. In ſolutū.

f Cautela. ſcilicet pro euictione.

g Dare poſsit. ſ. pignori: quod tutius eſt: vt inſtit. de ob quę ex delict.§.furti. vel ſi hoc nō pōt. fideiuſſor dabitur. ſ.alias pro euictione nō detur [r]: niſi immineat euictio in limine contractus: vt. C. de euict.l.ſi poſt. &.ff. de euic.l. illud. vel ſi hoc nō poteſt, iuratoriā faciat cautionem: vt inſtit. de ſatiſd.§.ſed hodie. &.j.de nupt.§. qd' vero ſequitur. Sed nūquid hodie ſemper dabitur fideiuſſor a quolibet venditore pro euictiōe ſi dari poteſt? quidā dicunt ꝙ ſic. per l.iſtam. & quod dicitur.ff. de euict.l. illud. dicūt eſſe correctum. Sed dic, ꝙ hic caſus eſt ſpecialis: & in alijs erit hæc ſpecialitas. ſic & alias cum imminet euictio in limine contractus: ſicut nūc diximus: vt.ff. de pericu. & cōmo. rei ven.l. pen.§.ſi. &. C. de euict.l. ſi poſt. Itē alias vbi eſt ex cōſuetudine: vt.ff.de euic.l. ſi ſūdus. Accurſius.

r Cōcord. ca.per veſtras. extra de donat. inter vir. & vxorem.

Fideiuſ. ꝓ euictione an ſemper detur.

cūq; pecunia cōſiſtat mutuū, cū poſsibile ſit ex omni pecunia fieri.i.cōparari aurū: vt.C.de cō.pe.l.ij. Az.

i Coactū. Not.ꝙ aliud pro alio ſoluitur inuito. ſic C.de do.l.quis argentum.in prin.&.ff.de leg.j.l.ſi domus.§.qui cōſitetur.&.ff.de re iud.l.miles.&.j.de ali. & emphyteu.§.ſi vero.ſecūdū prædictū.et.ff.de rei ven.l.qui reſtituere. regulariter aūt cōtra ff.ſi cer. pet.l.ij.§. mutui datio.& inſtit.quid.mod.tol. obl.§.j.Azo.

Solui aliud ꝓ alio inuito poteſt.

k Immobilē. ſcilicet in ſolutum.

l Vel. pro etiam. Accur.

m Perduceret. ſcilicet eos.

n Cedere. nec eñ in carcere detruderetur, ex quo cedit bonis ſuis: vt.C.q bo.ced.poſſ.l.j.niſi doloſe diſsipauit: vt.ff. q in frau. cre.l.ſi.§.ſi.

f In paucis. q. d. nolite confidere in multitudine. nā pauci ſunt. ſ. referendarij: etiam inter multos, per quos vita ſaluatur. i. hominū ſubſtantiæ ex quibus viuunt, & ipſæ perſonæ: vt. j. quib. mod. nat. effi. legit. §. quiſquis. & C. de aduo. di iudic. l. aduocati. & hoc ſecundum virtutē. nā clamādo quilibet eſſe poſſet bonus. vnde Cato. Sermo datur cunctis, animi ſapiētia paucis: quæ verba licet ad referendarios aptauerimus ad quodlibet factū bonū poſſent aptari. Illud nō placet dicere, vt hæc litera, ſecundū animā intelligatur: licet etiam tunc eſſet verū, vnde illud, Multi ſunt vocati, pauci vero electi. nā ſecundū hoc nō ſic bene referretur ad ſupradicta. et tacit ad hunc. §. ſ. vt deter. ſit nu. cleri. in prin. & ff. de condi. inſtitu. leg. filius. & ff. de verbo. obliga. l. continuus. §. item qui inſulam. & in decre. diſtinc. xxiij. c. tales.

g Promiſimus. id eſt, impoſuimus.

h Ex patribus. Not. filius præſumitur bonus propter patrem, quid miri? imo & ratione nationis præſumitur bonus, vel malus: vt. ff. de ædilitio edicto. lege, quod ſi nolit. §. qui mancipia.

i In eos. ſ. indigentes.

k Auxilium. ſ. implorandum pro indigentibus. Et nota. hic eſſe laudabile pauperes adiuuare: vt. C. quando impera. inter pup. & vi. l. j. & C. de epiſc. & cle. l. orphanotrophos.

l Leges. vt. C. de inceſt. nupt. l. ſi quis inceſti.

m Quæ. ſ. leges.

n Priuant. quod cōtingit ex eo: quia cū omnia bona patri auferebātur, magis filio auferri videbātur, cuius quaſi iam erant: vt inſti. de hær. qua. & diffe. §. ſui. ſ. propter votum patris: vt. ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. & ff. vnde libe. l. ſcripto. in fi.

o Reatu. id eſt, ſine pœna reatus.

p Puniri. quod nō debet eſſe: vt. C. de pœn. l. ſancimus. & vt. ſ. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. cos. & ſ. iuſiur. §. & æquus. & j. de mād. princi. §. oportet. in fine.

q Illicitas. hoc generale nomen eſt, quocūq; modo ſint nuptiæ cōtra legē: licet nō ſint cōtrariæ naturæ, ſed iuri. nefariæ vero inter aſcēdentes & deſcēdentes, inceſtæ autē inter collaterales, vel affines: vt inſtitu. de nup. §. ergo. & ff. de rit. nup. l. quinetiā. & ff. de adult. l. ſi adulteriū. j. tñſ. licet lex qñq; promiſcue vtatur. & ſecundū hoc reprobo hic opin. Mar. qui dicit tit. iſtū habere locū tantū, qñ erāt nefariæ vel inceſtæ: ſed hæc litera dicit plus ſ. quocūq; modo illicitas. Nec ob. titulus hic, quem pro ſe inducit. nam plerūque generalior eſt tex. quā titu. vt. ſ. vt eccle. Ro. & c. nā de alijs ibi loquitur, & ecōtra ti. generalior eſt tex. vt patet. C. de reli. & ſump. fu. nam licet in tit. dicat de luiu: in text. tamen nō dicit. vnde non eſt bona ſua argumentatio: licet noſter fuerit conciuis. ſ. Florentinus. pro nobis aūt hæc eſt litera, ſcilicet, illicitas: vt inſti. de nup. §. ſi aduerſus. & ff. de adul. l. ſi adulterium. §. ſtuprū. in fi. §. quocunq; igitur modo

matr

x Alex: in l. 1. x. a. ff. h. ti. per. pet.

† Haloā. ſemper autem contēdētibus illis, vt circa nos obſequio, & erga imperatoriam maieſtatē beneuolētia alter alterum viciſcim ſuperent.

Multitudo confuſionē parit.

† Haloā. quādoq; dem ex tā multis vix paucos reperias, in quibus vita ſecūdū virtutē ſalua ſit.

† Haloā. Quin potius ab ijs, qui cōtra hæc quid faciunt p̄dictā pœnam exigat: vt pote qui ea expetant, quę neque petere licitum, neq; dari poſsibile eſt.

† Haloā. fortunas tamen ac facultates ſuas in exponendis ſupplicū precibus, et imperrā illis a nobis auxilio repoſitas habēt.

Filio quaſi ſpectare videnē bona paterna.

† De hoc titu. vide xxvij. q. j. & xxviij. q. ij. & iij quaſi ք totum.

Nuptiæ inceſtæ & nefariæ differunt.

vocat) contraxerit [a] nuptias: ſi quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus ſibi cõtractis nuptijs mox ei ſuarum rerum caſum imminere [b]: ſimul autem aũt & eis, quæ nomine dotis [c] data ſunt ei, in nullo potiri [d]: ſed omnia ærario [e] aſsignari, quod dũ licuerit [f] nuptias facere legitimas, cõtra leges amauerit, & cõfuderit quidem ſobolẽ [g], nocuerit autem & generi [h]: egerit verò, quæ impia ſunt & ſceleſta, & talia concupierit, qualia plurima etiam irrationabilia admonent [i] animalia: ſitq; ei pœna nõ confiſcatio ſolũ, ſed etiam cinguli [k] priuatio, & exiliũ [l]: & ſi vilis [m] fuerit, etiam corporis caſtigatio [n], quatenus diſcat caſtè viuere, & intra naturam ſe cõtinere: nõ autem delectari & amare vltra terminum traditum nobis à natura, etiam his legibus repugnare. Mulier quoque ſi legem [o] ſciens [p], hanc quidem neglexerit, inceſtis autẽ ſemetipſam tradiderit nuptijs: ſub eadem cõſtituenda pœna [q]. Si verò cõtigerit ex prioribus nuptijs inculpabilibus filios eſſe ei, aut nepotes fortè, aut vlterius: paternam mox [r] illi accipiant ſucceſsionem, ſuæ quidem poteſtatis patris ſupplicio [s] facti: paſcentes [t] autem eum [v], & alia neceſſaria [x] præbentes. Nam licet legum contẽptor & impius ſit: tamen

matrimoniũ illicitũ eſt, quod eſt xiiij. modis, vt diximus inſti. eo. §. ſunt. ſemper locum habet hic titu.

a Contraxerit. de facto. ſic. C. ad leg. Iul. de adulte. l. eum. Accurſius.

b Imminere. Sed nunquid ipſo iure, vel per ſententiã? Reſpon. ſatis credo ipſo iure: quia dicit mox, ſentẽtia vero non poſſet ita mox dari, ſed tractim & cũ deliberatione ferretur: vt. C. de ſent. ex bre. reci. l. ij. & ideo ſtatim, cum erit tale matrimoniũ cõtractũ a ſcientibus ipſo iure dominiũ perdit rerum. & facit pro hoc. ĩ. de ra. mu. quę propr. ra. nu. §. ſancimus. col. ix. & C. ad leg. Iul. ma. l. fin. & ff. de pu. l. cõmiſſa. & C. loca. l. ſi. & ĩ. de litt. §. ſi vero apud. in ſip. col. viij. Sed quidam dicunt ſententiam neceſſariã, & illegitimã reprobari debere ante, quã dominiũ rerum perdatur, & eſt pro eis. ff. de iure fiſ. l. eius. qui. j. reſpon. & C. de hær. & ma. l. quicũq;. §. q̃ ſi fecerit. & ff. ad Syl. l. neceſſarios. C. de adopt. l. j. & ĩ. vt lit. iurent. §. illo. colla. ix. Sed reſpõderi poteſt his legibus: quia nõ eſt in eis tã horrendũ delictũ: vt hic, & ſ. proxi. & ĩ. proxime dicitur. Sed ad quid hoc proderit, quod bona non auferentur, niſi lata ſententia? Reſpõ. quo ad fructus medij temporis: vt. ff. de ijs qui. vt indig. l. cum qui. Accurſius.

c Dotis nomine. vere autẽ non eſt dos, cũ nec ſit matrimonium: vt inſti. eo. §. ſi aduerſus.

d Potiri. id eſt, vti.

e Aerario. i. in camera fiſci, ſed videtur etiam quod filijs non extãtibus non ſint danda fiſco, ſed conſanguineis eius: vt. ĩ. de man. prin. §. oportet. & ĩ. vt nul. iud. §. ſi. col. ix. contra. Sol. quidam dicunt corrigi per illã de man. prin. & illam per aliã, vt nulli iud. Alij dicunt hoc ſpeciale, ſicut in crimine læſæ maieſt. dicit illa, vt nulli iud. Alij dicunt hoc eſſe intelligendũ, cum nec filij ſunt, nec alij conſanguinei: & ita ſecundũ illas, vel dic quod eſt verius, vt ibi diximus. ſ. vt nulli iudicum.

f Licuerit. ex hoc verbo colligo, quod hæc auth. loquitur de eo qui ſciẽs tale fecit matrimoniũ ex eo, quod poſtea dicit de pœna exilij, quæ tantũ dolo delinquenti imponitur: & ex eo quod poſtea dicit, muliere quoq;, & ſi ſciens [1] &c. Et vt omnia ſint tibi clara, diſtingue aut ille qui dicitur puniendus, ſciuit factũ. ſ. conſanguineam: & ius. ſ. non licere ſibi de iure talem habere: aut ignorauit vtrũque: aut ſciuit ius, ſed ignorauit factum: aut ecõtra. primo caſu conſtat eum puniendũ: vt hic. Itẽ ſecundo conſtat, quod non: vt hic. Itẽ in tertio conſtat ſimiliter quod non, niſi ſit paruus error: vt. C. eodem. l. qui contra. & C. de in inte. reſt. mi. l. tutela. ſed in quarto dico quaſi idem quantũ ad pœnam ex hoc titu. cum non ſint in dolo etiam, qui in iure errant: vt. ff. de petit. hæredit. l. ſed & ſi. §. ſcire. & in damno vitando iuris error non nocet: vt. ff. de iuris & fact. igno. l. error & l. iuris ignorantia. quaſi ideo dixi: quia ſi in iure ciuili errauit: vt quia adoptiuam ſororem accepit. prorſus excuſetur. Nec obſt. C. de interdic. ma. l. j. quia ibi clam accepit, quare præſumitur ſciens: vt. ff. de ritu nup. l. ſina. Si vero iuregentium, ratione ætatis iuuatur: vel ſi dimiſit eam, ante quã accuſetur: & tunc in totũ. Si vero nõ dimiſit, punitur: licet parum: vt. ff. ad legem Iul. de adulte. l. ſi adulteriũ. §. ſtuprũ. & §. nonnunquam. & §. fratres. & §. idẽ Pollioni. & inceſtum aũt. Et hæc in maſculo: ſed fœminæ ſemper a pœna huius tituli excuſantur quacunq; iuris ignorantia, vt hic. Sed in pœna adulterij nõ excuſantur quacunq; iuris ignorantia maſculus vel fœmina: vt ff. de adul. l. ſi adulterium. §. fratres. in fine.

g Sobolem. ſcilicet natam ex huiuſmodi nupt. illicitis. nam nec filius dicitur: nec alendus eſt a patre: & omni beneficio excluditur: vt. ĩ. quib. mod. nat. effi. ſui. §. ſi. Accur.

h Generi. i. conſanguineis ſuis. nã aliquem eſſe malum, dedecus eſt parentum: vt hic, & ff. de lib. cau. l. j. §. ſi. & l. ij. & l. iij. & ff. de appella. l. non tantum.

i Admonent. i. faciunt.

k Cinguli. i. dignitatis, ſi quam habet. Accur.

l Exilium. i. relegatio in inſulã, vt puto: licet alia duo genera ſint exilij: vt. ff. de interd. & releg. l. exilium. Sed tunc quomodo poſſet caſte viuere: vt ſequitur? Reſpon. quia vxorẽ primam poteſt retinere, vel nouam accipere: vt. ff. de bo. dam. l. iiij.

m Vilis. no. magis puniri vilem, quam nobilem: vt. ff. de incen. rui nau. l. Pædius. & ff. de pœ. l. capitalium. §. venerarij. & l. ſi quis aliquid. §. quod vero. quod plene diximus ſupra, vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. ſic igitur. in fine. Et facit etiam ad hoc. ff. de iniur. l. ſi. & C. quæ res ven. non poſſ. l. ſi. & C. de plag. l. ſi.

n Caſtigatio. alias verberatio.

o Legem. ſ. tale matrimonium prohibentem.

p Sciens. ſemper tamen præſumo, quod ignoret, niſi contra probetur. In viro ecõtra. ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. quod poteſt vir probare ratione ætatis, vel ratione ruſticitatis: vt in prædicta. l. dicitur. & C. de teſta. l. ſi. Accur.

q Pœna. congruente tamen mulieri. Accurſius.

r Mox. id eſt, ſtatim.

s Supplicio. i. in pœnã patris, quæ magna eſt: vt hic, & ff. de legatis primo, lege, filiusfamilias. §. ſecundum vulgarem.

t Paſcentes. ſcilicet, filij.

v Eum. ſcilicet, patrem.

x Alia neceſſaria. ad veſtitum. Et facit ad hoc. ĩ. qui. mod. nat. effi. ſui. §. penul. & ff. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & l. Imperator. in fin. & C. de alen. lib. l. j.

1 Cõcor. c. cum ſecundũ leges. in pri. de hære. li. vj. cũ ſuis concord.

Vilis plus quã nobilis punitur.

l.j. Sed quomodo paſcent eũ in exilio poſitum? Reſpõ. bene, mittendo ſibi neceſſaria. nam etiã eo capto ab hoſtibus illuc ſunt ſibi neceſſaria mittenda: vt. j. vt cum de ap. cog. §. ſi vnum de prædictis.

a Tranſactum. ſ. ante legem iſtam.

b Innoxium. i. ſine pœna. Et facit ad hoc. ſ. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in ſi. &. ſ. titu. proxi.

pater eſt.

Pœna legis huius in nuptijs futuris obtinet: & non in præteritis ante hanc legem diſſolutis, nec etiam in poſtea diſſolutis intra biennium. In nuptijs verò vltra biennium durantibus ſub eadem qualitate & pœna per omnia locum habet. Bar.

Et hoc quidẽ ſequens tempus habeat poſt præſentem noſtram conſtitutionem currens: nullo cõtriſtando, ſi caſtè vixerit. licebit enim nihil peccãtes ſub hac lege non ſubdi. Quod verò iam tranſactum [a] eſt: nec omnino relinquimus innoxiũ [b], nec omnibus modis ſub acerbam indignationem ſubmittimus: ſed ſi quæ inceſtæ factę ſunt nuptię: ſi quidem contigerit eas quolibet modo diſſolui [c], ſine reatu [d] ſint. Si verò hæc noſtra lex inuenerit aliquem poſt [e] tales nuptias [f]: licentiam ille habeat, ex quo omnibus inſinuata eſt [g], intra duos annos ſic ſibi copulatam dimittere coniugem, non reuerſurã vlterius ad eũ: neq; ſeparatam quidem figuraliter [h], pro veritate verò cõiunctam. Forſan enim ſic prioribus [i] ſatisfaciat ſola quarta [k] eius ſubſtantiæ parte ad fiſcum deferenda, & ad filios [l] omnia alia ſubſtãtia, quã eis [m] tanquam innoxijs concedimus [n]: vt ſi quidem ſoli [o], & non cũ

c Diſſolui ſcilicet ante legem iſtam.

d Reatu. id eſt, ſine pœna reatus; qd enim peccauit antiquitas &c. vt. C. de teſta. l. iubemus. §. penulti.

e Poſt tales. id eſt poſt ſe.

f Nuptias. ſcilicet, ſecundas.

g Inſinuata eſt. id eſt, ex quo in notitiam peruenit. Sed nunquid a tempore duorum menſiũ hic biennium computatur: vt. j. vt fac. no. conſtitu? Reſpond. non, vt hic, &. j. eo. §. ſi autem.

h Figuraliter. nã non debet fingere ſe dimittere & pro veritate tenere.

i Prioribus. ſcilicet, nuptijs vel delictis. Accurſius.

k Quarta. hoc, qđ de quarta dicit, credo correctũ: vt. j. de mand. prin. §. oportet. &. j. vt nulli iudic. §. fina. colla. ix. & ſic dicas vbicunque. ſ. in hac conſtitutione fit de ea mẽtio, ſcilicet, reſiduã totam partem: & hoc ſecũdum vtrũque caſum. ſed ſolue: vt. j. §. j.

l Ad filios. ſed de quibus filijs hic loquitur? Reſpond. de ijs qui nati ſunt ex hoc inceſto coniugio ante tempora tamen huius legis, vel poſt intra duos annos. vel poteſt intelligi de legitimis ex priori legitimo matrimonio. & hoc vſque ad illum verſicu. etiam &c. & ſecundum vtrunque caſum potes literam concordare, vt ſtatim nota.

m Eis. ſ. inceſtuoſis, ſecundum primum, vel legitimum ſecundum alium.

n Concedimus. hic accipe & ipſi legitimi ſint, quod eſt infra, ſi quidem ſoli. & non cum alijs ſubaudi natis in nuptijs exiſtentibus inculpabilibus. & hic accipe, vt prætermiſſum nõ priuetur &c. & quod dicit in ſequenti caſu, ſi vero &c. loquitur quando non ſunt ſoli huiuſmodi filij & hoc ſecundum primã poſitionem caſus. ſecundum aliam planus eſt hic caſus, & differt a ſequenti: quia hic ſunt ſoli legitimi ſine huiuſmodi filijs inceſtuoſis: ſed in ſequenti ſunt cum illis, ſcilicet, inceſtuoſis. Accurſius.

alijs, & ipſi legitimi ſint, & ex alijs nuptijs inculpabilibus exiſtẽtibus: nõ priuentur paterna ſucceſſione: niſi iuſtè [p] eos odio habens pater propter aliam quãdam legitimam offenſionem a ſua excludat ſucceſsione. Si verò etiam nuptiæ ſint aliæ prius factæ, & non offendentes legem, & filij inde oriãtur: tres quidem partes hæreditatis vndique inculpabilibus & innoxijs relinqui filijs: niſi aliquid offendat aliud, quod eos indignos patris ſecundum legẽ ſucceſsione demõſtret: quartam verò filijs iniuriã [q] quidem paſſis, innoxijs tamen, relinquere liceat [r]: & ipſis inculpabilibus per omnia alia circa patrẽ viſis: ſcilicet, & percepta ex paterna ſubſtantia quarta parte, quã fiſco dari præcipimus [s]. Damus autẽ eis [t] non ex teſtamẽto ſolo, ſed etiam ab inteſtato genitorum, ſecundum prius à nobis dictum modũ fieri hæredes: hoc eodem [v] valente, ſi etiam poſtquam prius dimiſerit cõiugem inceſtè ſibi cõmiſſam, vel copulatã, alterã duxerit ſecundũ vxorem, filijs ei & ex priore [x] exiſtentibus, et poſtea ex legitima procreatis. Sic enĩ prius [y] tempus clemẽtiæ [z] vincimus, dote quippe præcedenti [a] mulieri danda. Si autẽ vxorem nõ dimi-

o Soli. ſcilicet, inceſtuoſi, non cum alijs, ſcilicet, legitimis ſecundum primum. Vel dic ſoli, ſcilicet legitimi, & non cum alijs, ſcilicet, inceſtuoſis ſecũdum caſum. et quod dicit non cum alijs, ſubaudi ſint, vt ipſi pro legitimis habeãtur ſecundum primum: vel proprie ſecundum alium.

p Iuſte. ex cauſis determinatis infra, vt cum de appel. co. § cauſas. colla. viij. Accur.

q Iniuriam. id eſt damnum a nobis, qui eos cũ alijs non admittimus æqualiter.

r Liceat. ſcilicet, patri.

s Præcipimus: qđ eſt correctũ: vt proxime diximus.

t Eis. tam filijs legitimis, quam inceſtuoſis.

v Eodẽ. ſcilicet, quod dictum eſt ex naturalibus, id eſt, inceſtuoſis exiſtentibus, & legitimis primis. hoc idem ſit, ſi poſtea ſint legitimi, & prius hmõi naturales. Vel ſecũdo poteſt intelligi hic. §. quod dictum eſt naturalibus exiſtentibus & legitimis prius: hoc idem & quando prius, & poſtea eſſent legitimi: & ſecundum vtrunque apta literã. Accur.

x Ex priore. ſcilicet inceſta, ſecundũ primũ caſum: vel legitima ſecundum alium. Accur.

y Prius tempus. i. naturales cum legitimis: vel legitimos primos cum vltimis, ſecundum aliam expoſitionem. Accurſius.

z Clementiæ. i. clementer. Accur.

a Præcedenti. prædictã: vt. ſ. eo. §.

ſerit intra duos annos ex quo lex [a] fuerit publicè inſinuata, & ipſe cadat ſua ſubſtantia, & mulier dote, ✝ & ſupradicta fiat pœna: tales quoq; filij nihil ex paterna [b] ſubſtantia habebũt, neq; ex materna dote. Sed ſi qui fuerint ex prioribus nuptijs innoxij filij ei procreati: illi res accipiant (✝ poſt quartã quippe partem, quę ad fiſcũ defertur) ſuę poteſtatis effecti, & patrem alentes, ✝ & aliã ei præbentes ſufficientem ſanationem, ſicut prædiximus [c]: dote etiã hic inceſtæ coniugis ſub fiſco facienda. Si verò filij nõ ſint ex prioribus inculpabilibus nuptijs hoc agẽti procreati: tũc totius eius ſubſtãtiæ dominus erit fiſcus. Hęc enim etiã in poſtea nubentibus inceſtè ſancimus [d], ſub æqualitate per omnia ponentes eũ, qui non dimittit intra prædictum à nobis tempus inceſtã cõiugẽ, cũ eo qui poſt hãc noſtrã legẽ inceſtas & odibiles quaſdã nuptias eliget.

Liberi naturales per matrimoniũ legitimantur in omni caſu, & quo ad omnia. Bar.

Dubitatum [e] itaq; in quibuſdã gẽtibus etiam aliquid de legitimis filijs ex noſtra cõſtitutione ſanctis: exiſtimauimus [f] rectè ſe habere nos tanquã legis patres [g], & adijcere ei, et ſoluere dubitationem. Etenim cũ tali intellectu ab initio legẽ [h] poſuimus: nã & ſi legitimorum quiſquam ſit pater, & obeunte eius vxore ex hominibus [i], aut etiã legitimè tranſigẽte [k], habuerit quandam conſuetudinẽ ad aliam mulierem, quã licebat etiam legitimè [l] ducere vxorẽ [m], & fuerint ei filij ante dotalia documenta, ſi tamẽ ea [n] fecit, aut etiã poſtea, vel etiã ſoli maneant ante dotalia filij: ſecundis [o] autem nõ procreatis, aut etiam poſtquã nati ſunt, morientibus: exiſtimauerunt quidam nõ poſſe ſecundos [p] eſſe legitimos: quoniam præexiſtãt ex priori coniuge alij legitimi & proprij filij, quod nullam rectam & conſequentem habet cõſonantiam. Si enim huiuſmodi filios nos legitimos & proprios demõſtrauimus [q], dotalium documentorũ contenti confectione [r]: legitimi verò etiam primi [s] cõſtituti ſunt in omnibus. legitimus etiã pater moritur & ijs, qui ex prima fuerunt, & qui de ſecunda [t], licet ante dotalia documẽta procreati ſunt, & nullus poſt eos poſt documentum dotis natus eſt, aut etiã natus & mortuus: & licẽtiam lex ei [v] pręſtet, quo vult teſtari modo in ſuã ſobolem: vt tamen non oſtendat in aliquo leges [x], quę menſura certa ſucceſsiõis omnes filios vocant. Venient igitur etiam ab inteſtato & ex teſtamẽto (ſicut & pater & lex permittit) proprij exiſtẽtes atq; legitimi: alterutriſq; ſuccedẽt. Quid enim [y] aliud decernimus: cũ ſufficiat legitima & ſuorum appellatio ſub poteſtate eos oſtendere, & dare etiam contra teſtamẽtum, quæ [z] leges præbent, & omnia habere, quæcunq; huiuſmodi appellationẽ decẽt [a] ✝ Tua igitur eminentia, quæ placuerunt nobis, & per hanc legem declarata ſunt agnoſcens, operi effectuiq; tradere feſtinet, pręcepto vtens apud gentium præſides: vt & qui foris [b] ſunt homines agnoſcãt: quia ſobolis innoxiæ & puræ curam habuerimus, & alienigenas [c] atq; noſtris odibiles legibus auerſamur copulationes. Datum vj. Idus Octobris Conſtantinop. Beliſario viro clariſsimo conſu. indictione xiiij.

✝ Haloã. & prædicte vtriuſq; pœnę ſubdatur.

✝ Haloã. pter quartam ſcilicet partẽ, quæ &c.

✝ Haloã. & omnia illi, quę ad tuendã reliquam vitam ſufficiunt, ſuppeditãtes.

Imperator eſt pater legis.

a Lex. ſ. iſta.

b Ex paterna. vt j. qui. mo. na. effic. le. § fin. col. vj.

c Prędiximus. vt ſ. eo. § ij.

d Sãcimus. vt. ſ. eo. § j. hæc paritas fallit in quarta, quã habet fiſcus: quam non habet, ſi poſt hanc legẽ quis talẽ cõtrahit inceſtum. Et eſt ratio, quia hic videtur in alio releuari. i. biennio, quod datur ei: quare econtra grauet in hoc: vt ar. ff. de iureiu. l. cum qui. in prin.

e Dubitatũ. eſt ſubau. vel dic dubitatum poni neutraliter.

f Exiſtimauimus. ſubaudi: & ideo exiſtimauimus &c.

g Patres. No. Imperatorẽ vocari patrem legis: vnde & leges ſunt ei ſubiectæ: vt. j. de cõſu. in fi. & j. vt iſ, qui oblig. ſe habe. perhi. § fina.

h Legẽ. ſ. ex qua oritur dicta dubitatio: vt. C. de na. li. l. cum quis.

i Ex hominibus. ſimilis oratio eſt. ſ. de nõ eli. § j. Acc.

k Tranſigente. i. ſeparante. ſ. matrimonium per diuortium.

l Legitime. ſ. vt lex concedit infra, de nup. § ſi igitur. & C. de diuor. l. conſenſu.

m Vxorem. facit ad hoc j. de triẽ. & ſemiſ. § fi. & j. vt libe. decæ. § ſi quis autem.

n Ea. ſ. documẽta dotalia. quaſi dicat & eã poſtea accipit in vxorem.

o Secũdis. i. poſt matrimonium. Ac.

p Secũdos. id eſt natos ex concubina.

q Demonſtrauimus. ſcilicet ſi eam acceperit in vxorẽ.

r Cõfectione. quod eſt neceſſe quãtũ ad legitimationẽ filiorum: ſed quo ad matrimoniũ: vt. ff. de regu. iur. l. nuptias. ſed P. etiã ad matrimoniũ dicebat hęc duo neceſſaria. ſ. dotem conſtitui, & fieri inſtrumentũ. ar. pro eo. inſtit. de hære. quæ ab inteſta. § j. & fin.

s Primi. i. nati ex concubina, quam poſtea duxit in vxorem tanquã primi: & expone vero, pro certo. Acc.

t De ſecunda. ſic j. de filijs ante do. inſtru. natis. Acc.

v Et. patri tales habenti filios.

x Leges vocãt. ſcilicet in quarta: vt. C. de inofficioſo te. l. cũ quęritur. & l. parentibus. & inſtit. de inoffic. teſta. § fina.

y Quid enim. fit hic mentio de eo, quod eſt. j. de trien. & ſemiſ § fin.

z Quæ. ea ſubaudi.

a Decent. vt querelam inoff. teſt. & bo. poſ. cõtra ta. ſecundum Al. vt inſtitu. de exhæreda. lib. § noſtra.

b Foris. i. extra Conſtantinopolitanã ciuitatem. Accurſius.

c Alienigenas. i. alienas a iure. Acc.

De

TITVLVS I.
DE LENONIBVS.

Lenones mulierũ hac lege eſſe prohibentur, pœna contra ſacientibus imminente. Bar.

Imp. Iuſtinianus A. Cõſtantinopolitanis.

COLLATIO TERTIA.

Et antiquis [a] legibus [b], & dudum [c] imperantibus [d] ſatis odibile viſum eſt, eſſe Lenonũ cauſam [e] & nomẽ: intantum, vt etiã plurimæ cõtra talia delinquẽtes ſcriberẽtur leges [f]. Nos autem dudum poſita cõtra eos, qui ſic impiè agunt, ſupplicia auximus [g]: & ſi quid relictum eſt à noſtris prædeceſſoribus, etiam hoc per alias correximus leges [h]: & nuper interpellatione nobis facta rerum impiarum pro talibus negotijs in hac maxima ciuitate cõmiſſis, cauſam non deſpeximus. Agnouimus enim quoſdã viuere quidẽ illicitè, ex cauſis autẽ crudelibus & odioſis occaſionẽ ſibimet neſandorum inuenire lucrorum, & circumire prouincias & loca plurima, & inuẽculas miſerãdas decipere, promittentes calceamẽta & veſtimenta quædam: & his [i] venari [k] eas, & deducere ad hãc feliciſſimã ciuitatẽ [l]: & habere cõſtitutas in ſuis habitationibus: & cibum eis miſerãdum [m] dare & veſtes: & deinceps tradere ad luxuriam eas volẽtibus: & omnẽ quęſtum miſerabilem ex corpore earum accedentẽ ipſos accipere, et celebrare cõſcriptiões [n]: quia ipſæ vſq; ad tẽpus quod eis placuerit, obſeruabunt impiã & ſceleſtã hanc functionẽ implentes. Quaſdam [o] verò earum etiã fideiuſſores expetere: & intantum procedere illicitã actionẽ, vt in omni penè, & in hac regia ciuitate, & in trãſmarinis eius locis, et (qđ deterius eſt) iuxta ſacratiſsima loca & venerabiles domos ſint tales habitationes: & cauſæ ſic impię & iniquę ſub noſtris tẽporibus præſumãtur: ita vt etiã quoſdã miſerãtes earum, & abducere à tali operatiõe crebrò volentes, & ad legitimũ deducere matrimoniũ non ſinerent [p]. Aliquos autẽ ſic ſceleſtos exiſtere, vt puellas nec decimum [q] agẽtes annũ ad periculoſam deponerẽt corruptionem: & quoſdã [r] aurum dantes nõ paruũ, vix inde redemiſſe miſeras, & nuptijs copulaſſe caſtis. Eſſe etiã decies [s] mille modos [t], quos nullus ꝑualeret ſermonibus comprehẽdere: cum ad infinitã crudelitatẽ deductum ſit tale malum: ita vt primũ quidem in vltimis partibus ciuitatis eſſet [v] nunc autẽ & ipſa [x] & quæ circa eã ſunt, omnia [y] plena talium ſint malorum. Hoc igitur dudum quidẽ aliquis nobis ſecretè denũciauit: deinde etiam nuper magnificẽtiſsimi prætores à nobis talia inq̃rere præcepti, hæc eadẽ ad nos retulerũt: moxq; audiuimus, & iudicauimus oportere Deo huiuſmodi cõmendare cauſam, & velociter liberare tali ſcelere ciuitatẽ. Sancimus igitur, omnes quidem, ſecundũ quod poſſunt, caſtitatem agere, quæ etiã ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſentare †. Quia verò plurima ſunt humana [z], cum arte & dolo & neceſsitate [a], quaslibet talium ad luxuriam deduci: omnibus prohibemus [b] modis, & nulli fiduciã eſſe paſcere meretricẽ, & in domo habere mulieres, aut publicè proſtituere ad luxuriã, & pro alio quodã negotio [c] talia mercari: neq; conſcriptiones [d] ſuper hoc ꝑcipere, neq; fideiuſſores exigere [e]: nec tale aliqd agere, qđ cogat miſeras & inuitas ſuã caſtitatẽ confundere: neq; ſperare [f], q̃a licebit decætero eis veſtiũ datiõe, aut ornamẽtorũ forſan aut alimẽti decipere, vt etiã ĩuitę ſuſtineãt [g].

† Cõcor. gl. in ꝓœ. decre. ſup verbo, pudicos. in prin. & gl. in ca. cum cauſa. ſup verbo, priuilegio. in princ. extra, de ꝓbatio.

DE LENONIBVS.

a Et antiq̃s. vt. ff. de inſa. l. j. §. qui lenocinij. et. l. athletas. §. qui lenocinij. & ff. de adul. l. j. §. lenocinij. & §. qui hæc.

b Legibus. ſcilicet digeſtorum.

c Dudum. in Codice.

d Imperantibus. vt. C. de adult. l. de crimine. §. fin. & l. ita nobis pudor.

e Cauſam. ſcilicet odibilem.

f Leges. ſ. quas modo diximus. Accurſius.

g Auximus. ſcilicet in Græco.

h Leges. quas nõ habemus.

i His. ſcilicet veſtimentis, & ſimilibus.

k Venari. id eſt decipere: ſicut venatores eſca oſtenſa decipiunt aues.

l Ciuitatẽ. ſ. Cõſtãtinopolitanam.

m Miſerandum. id eſt miſerum.

n Cõſcriptiões. i. cautionem, quæ ſequitur.

o Quaſdã. id eſt a quibuſdam.

p Non ſinerent. ſcilicet lenones.

q Decimum. qui etiã lege Iul. de adulte. tenẽtur: vt. ff. de adulte. l. inter liberas.

r Et quoſdam. ſ. alios bonos homines.

s Decies. ſic. ſ. de hæredi. & Fal. §. & hęc omnia quidem colla. j.

t Modos. ſ. agnouimus, quod eſt. ſ.

v Eſſet. ſcilicet iſtud malum.

x Ipſa. ſ. ciuitas. Al.

y Omnia loca.

z Humana. id eſt labilia & prona.

a Neceſsitate. ſ. quando deſunt eis neceſſaria: vel neceſſitate adulationũ. nam vt dicunt, pecuniam voluit homo, nedum cor mulieris.

b Prohibemus. facit. ſ. de mo. §. ſi quis igitur.

c Negotio. vt q̃ eam camerariã dicit: vt. C. ad legem Iul. de adulte. l. quę adulterium.

d Conſcriptiões. i. cautiões, quas dabant iſtæ fœminæ, ne recederent.

e Exigere. nec etiam iuſiurandum: vt. j. ſcenicas &c.

f Sperare. ſcilicet lenones.

g Suſtineãt. q. d. non damus repetitionem: quia cũ illæ reddere non poſſent, ſuſtinerent potius ſe proſtitui.

g Suſtineãt. ſcilicet

Non enim permittimus quicq; fieri tale [a]: ſed etiã nũc omnia talia breuiter competẽti cura diſpoſuimus: ſtatuentes etiã reddi eis omnem, quã cõtigerit cautionẽ occaſione ſceleris huius exponi: & necq; permittimus ſceleſtos lenones, ſi quid dederũt eis, hoc ab eis auferre [b]: ſed etiam ipſos lenones iubemus extra hãc fieri feliciſſimã ciuitatẽ, tanquã peſtiferos, & cõmunes caſtitatis vaſtatores factos, & liberas ancillaſq; requirẽtes, & deducẽtes ad hmõi neceſsitatẽ, & decipiẽtes, & habentes educatas ad vniuerſam confuſionem. Præconizamus [c] itaque: quia ſi qs decætero præſumpſerit inuitã [d] puellã aſſumere, & habere ad neceſsitatẽ nutritã, & fornicationis ſibi deferentem queſtũ: hũc neceſſe eſſe à ſpectabilibus pretoribus populi huius feliciſsimæ ciuitatis cõprehẽſum, oĩa nouiſsima [e] ſuſtinere ſupplicia. Si enĩ pecuniariorũ eos [f] furtorũ & latrociniorũ emẽdatores [g] elegimus [h]: quõ nõ multò magis caſtitatis furtum & latrociniũ eos coërcere permittimus? Si quis aũt patiatur in ſua domo quendam lenonẽ, & huiuſmodi præpoſitũ operationis habere, & hæc denũciata cognoſcens, nõ ex domo ſua expulerit: ſciat ſe & decem librarũ auri ſuſtinere pœnam, & citra † ipſam perditurũ habitationem [i]. Si quis autem cõſcriptionem [k] decætero in talibus preſumpſerit [l], aut fideiuſſorẽ acceperit: ſciat nullã quidem ſe vtilitatẽ huiuſmodi fideiuſſionis aut conſcriptionis habere. Etenim fideiuſſor [m] quidẽ obligatus nõ erit [n]: conſcriptio [o] verò omnino inualida manebit: & ipſe (ſicut prædiximus [p]) in corpore ſupplicium ſuſtinebit: & à magna hac longiſsimè ciuitate expelletur [q]. Mulieres itaque caſtè quidẽ viuere volumus [r] & oramus [s]: nõ autem inuitas ad luxurioſam vitam deduci: nec impiè agere cogi. omnino enim lenociniũ & fieri prohibemus, & factum punimus, præcipuè quidẽ in hac feliciſſima ciuitate, & in eius circũitu: nihilominus autẽ & in locis foris poſitis oĩbus [t], quæ ab initio noſtræ ſunt reipublicæ, & quæ nũc à dño Deo donata ſunt nobis: & maximè in illis: eò, ꝙ Dei dona, quæ circa noſtrã fecit rẽpublicã, volumus cõſeruari pura ab omni tali neceſsitate: & dñi Dei circa nos munera eſſe & permanere digna. Credimus enĩ in dño Deo, etiã ex hoc noſtro circa caſtitatẽ ſtudio magnum fieri noſtrę reipublicæ incrementũ, Deo nobis omnia proſpera per talia opera cõferente. Quatenus ergo vos primi [v] noſtri ciues caſta hac noſtra fruamini diſpoſitione, propterea hac ſacratiſsima prædicatione vtimur, vt ſciatis noſtrum circa vos ſtudiũ, circa caſtitatem atq; pietatem labores noſtros, per quos in omnibus bonis cuſtodiri noſtram rempublicam ſperamus.

Scriptum exemplar glorioſiſſimo magiſtro, in quo adiectum eſt.

Vt ergo omnibus hæc manifeſta fiãt in noſtra habitãtibus republica: tua ſublimitas hãc noſtrã ſuſcipiens ſacrã legẽ, in omni ditione pręceptis proprĳs eã vniuerſis ciuitatibus noſtris inſinuet: & nõ ſolũ in hac feliciſsima ciuitate, ſed etiã in prouinciarũ cuſtodiatur locis: domino omniũ Deo pro alio quodãmodo in odorẽ ſuauitatis oblata [x]. Lata Conſtantinopolitanis ciuibus noſtris. Datum Calẽd. Decemb. Conſtantinop. Beliſario V.C. Conſ.

TITVLVS II.

DE DEFENSORIbus ciuitatum.

Defenſores ciuitatum debent eligi honeſti viri, fide digni, & ciuitatum nobiliores, & per circulum, præſtito iureiurando ab electoribus antiqua ſolennitate ſeruata. Bartolus.

cet, proſtitui per huiuſmodi ſuaſiones. Azo.

[a] Tale. i. huiuſmodi ſuaſiones.

[b] Auferre. ſic ff. de condi ob turpem cauſ. l. idem. §. ſed quod meretrici. Accurſius.

[c] Pręconizamus. i. præconia & alta & publica voce pręcipimus.

[d] Inuitam maximè. nã idem, ſi vult ſecundum Ala. vt argu. C. de epiſcop. & cleric. l. raptores in fine. & C. de rap. virgi. l. j. in fi.

[e] Nouiſsima. vt occidatur: vt ff. de pœ. l. vltimum.

[f] Eos. prætores.

[g] Emendatores. id eſt, correctores, puniendo eos melius. Accur.

[h] Elegimus. non quod de hoc habeamus legem.

[i] Habitationem. ff. de petitio. hæred. l. ancillarum. §. fin. contra. Sol. illa corrigitur. vel verius: licet veniat in hæreditatis petitionẽ talis penſio: tamen punitur qui ſic exigit & locat. & facit ad hoc. C. de fa. mo. lege prima.

[k] Conſcriptionẽ. i. cautionem.

[l] Præſumpſerit. ſcilicet accipere. Accurſius.

[m] Fideiuſſor. qui promittat ſe curaturum, quod illa patietur ſe proſtitui: alias, ſi promitteret eam paſſurã, nec iure cõmuni valeret: vt inſti. de inuti. ſtipu. §. verſa vice.

[n] Non erit. cum effectu.

[o] Conſcriptio. i. cautio. Azo.

[p] Prædiximus. ſ. modo proxi.

[q] Expelletur. ponendo in bannum, ſi non inueniatur. nam inuentus punitur ad mortem: vt ſupra.

[r] Volumus. ſic ſ. de non eligẽ. §. cum igitur.

[s] Oramus. id eſt, deprecamur, vt caſtè viuant.

[t] Omnibus. ergo & in Bononia: ſed tamen nõ videmus eam ibi ſeruari. Accurſius.

[v] Vos primi. loquitur Conſtantinopolitanis, quibus primum præcepit eam ſeruari.

[x] Oblata. Græcum eſt, Latinè Cõſtãtinopolitanis, & hoc etiam alias eſt in litera.

† In vetuſt. excẽp. circa ipſã periclitaturum habitat, &c.

DE DEFENſoribus ciuitatum.

Niſi

Velocitas ꝓpter imminens periculũ exigitur.

[a] Niſi velociter. ſicut alias propter imminẽs damnũ exigitur velocitas: ita hic vt homines liberentur a malis cito: vt. ff. de dã. infec. l. j.

[b] Reuocemus. nam cum fuerint olim ad opprobrium, ponemus eos ad honorem.

Imp. Iuſt. A. Ioanni glorioſiſ. præfecto prætoriorum, iterum exconſule & patricio.

Niſi velociter[a] reuocemus[b] curã defenſorum per cõpetens officium[c]: nec ipſam vlterius antiquorũ nominũ habebimus[d] veritatem. alijs ſiquidẽ alia data ſunt ab antiquitate[e] nomina ſignificatiua aperte rerum[f]: hoc autem defenſorum nomen purè demõſtrat antiquitatẽ aliquos propoſuiſſe rebus, quatenus ex omni eas[g] iniuſtitia vindicarent, liberas[h] quidẽ: & propter hoc paterna[i] voce defenſores eos vocamus, quatenus eripiant à malis iniuſtitiã patientes[k]. Nunc autem hoc defenſorũ nomẽ valde cõculcatũ eſt multis[l] noſtræ reipublicæ partibus: & ita conteptum[m], vt in iniuria quidem potius, quàm in qualibet iaceat[n] honeſtate[o]. ſiquidem fiũt[p] viri[q] quidam obſcuri[r] †, decreta[s] verò ſuper eis miſericordia[t] magis, quã electione[v] cõficiuntur. Quibus enim nõ eſt victus & vita ſufficiens, iſti defenſorũ † emendicantes ordinationem, ad hanc accedunt curam: † & pro alio quodam luſu[x], iudicum ſubiacent voluntatibus. Deniq; remouẽt[y] eos quãdo voluerint, aut nihil aut paruiſſimũ[z] delinquẽtes: & alios in illorum prouehũt officium, quaſi[a] † loci ſeruatores eos defenſorum faciẽtes: & hoc in anno frequẽter in pluribus hominibus agentes, vt & officiales, & ciuitatũ iudices, & harũ habitatores, in nouiſſimo cõtemptu defenſores habeãt. Quæ verò agunt ab eis, ad inſtar non actorum[b] ſunt. ſi enim imperauerint[c] prouinciarũ iudices: nequaquam præſumunt quædã geſta monumentorum cõficere apud ſemetipſos per omnia ſeruientes eis defenſores, & illorũ nutibus intẽdentes ſolis. Si verò quædã cõficiantur, primũ quidẽ etiã hęc venũdant[d]: deinde cũ nullũ habeãt archiuũ[e], in quo geſta apud ſe reponãt, deperit, quod conficit: & nequaquã inuenies apud eos pluriũ temporũ poni[f] monumẽtum vllũ penitus: ſed ad hęredes[g] eorũ, aut alias ſucceſſiones his monumentis egentes geſta quærunt: & horum quidem quę inueniuntur quędã nulla fide ſunt digna[h]: alia verò etiã pereunt, & in tantũ cadũt, vt in ſimilitudine nõ actorũ ſint. Nos igitur quoniã de † iudicibus bene diſpoſuimus[i], & maiores poteſtates[k] eorum[l] in gentibus fecimus, † & procul[m] ab eis eſt inſpectio ciuitatum: propterea credimus oportere etiam de

[c] Officium. ſcilicet eis aſsignandũ: quod iniunget. j. eo. §. nulla. vſque ad §. finalem.

[d] Habebimus. id eſt, non ſeruabimus ſignificationem huius nominis antiqui, defenſor, quod facere debemus: vt inſti. de do. §. eſt & aliud. & . C. de epiſcopis & cleri. l. decernimus.

[e] Ab antiquitate. i. ab antiquis ſapientibus.

[f] Rerũ. vt eſt hoc nomẽ defenſor: vt ſequitur, & ſimilia: vt Petrus: quia firmus, vt petra.

[g] Eas. res. Accur.

[h] Liberas. ſcilicet, res.

[i] Paterna. i. Græca: quam linguã ſecuti ſunt noſtri prędeceſſores. ſic ſupra, de non alien. §. alienantur. & . j. vt ſa. no. conſtit. §. j. in fi. col. ix.

[k] Patientes. ſcilicet homines.

[l] Multis. ſubaudi, in.

[m] Contemptum. ſcilicet, nomen defenſoris, id eſt, ipſe defenſor.

[n] Iaceat. ſcilicet, hoc nomẽ defenſor.

[o] Honeſtate. vt capitanei. i. pceres & pauperes: quaſi capti dicantur.

† Concor. cap. ſtatuimus. in gl. ij. poſt princip. ibi, & ratio ſtipẽdiorum.

[p] Fiunt. ſcilicet, defenſores.

[q] Viri. alias viris.

[r] Obſcuri. i. viles & infimi & imperiti: vt. j. quib. mod. na. eff. leg. §. quiſq;. col. vj.

† Haloã. emendicatis ſuffragijs.

[s] Decreta. i. confirmationes. Nã vt electus prælatus cõfirmatur a maiori: ſic & defenſor eligebatur a præſide, & confirmabatur a præfecto, vt ſequitur.

† Haloã. & p quodam veluti ludicro præſidum animis ſũt propoſiti.

Electus prelatus a ſuperiore ſuo cõfirmatur.

[t] Miſericordia. ſ. propter paupertatem electorum magis confirmabatur eorum electio: vt ſequitur: quã propter bonitatem. Azo.

[v] Electione. tunc enim fit electione. i. bonitate, cũ ex bonis eligitur præcipuus: quod hic non erat.

[x] Luſu. nõ enim expreſſe petebat: ſed alias applaudebant præſidibus: vt defenſores crearentur, qui iudices dicuntur: vt. j. eo. §. nos autem.

[y] Remouent. ſ. præſides. Accurſius.

[z] Paruiſſimũ. accipiunt enim occaſionẽ: vt fecit lupus agno de turbatione aquæ.

[a] Quaſi. hoc eſt, dicere, loco defenſorum faciunt loci ſeruatores: quod eſt prohibitum: vt. ſ. vt iu. ſine quoquo ſuffra. §. nulli. & . j. vt nul. iudic. j. reſponſ. col. ix. alias dic loci, & defenſores. & tunc eſt plana.

† Haloã. vertit vicarios.

[b] Non actorum. cum enim ei parua habeatur dignitas: per conſequens nulla eorum ſcripturis eſt fides habenda: vt ff. de eden. l. ſi quis. §. j. Accurſius.

[c] Imperauerint. ſcilicet, ne fiant monumenta.

[d] Venundant. q. d. per pecuniam aliquid ſcribunt & tenent vt habeant, quod dent præſidi, vt non remoueat eos: vt. ſ. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. an certe.

[e] Archiuum. locus eſt, vbi acta publica reponũtur: vt vt hic, & . ff de pœn. l. mortis. §. ſolet. & j. eod. §. præcepter. & . j. de iis qui ingr. ad app. §. pe. collat. v. Sed alias dicitur locus vbi vaſa ſacra reponuntur: vt infra, quib. mod. nat. effi. leg §. iſtud. in fi. col. vj.

Archiuũ quid ſit.

[f] Poni. id eſt, poſitum.

[g] Ad hæredes. i. ab hæredibus quærunt, qui indigent, vel ab alijs ſucceſſoribus. Vel dic, quod hoc verbum quærunt, regit duos diuerſos accuſatiuos.

† Haloã. pſidibus.

[h] Digna. propter rationem, quam diximus ſupra eodẽ. §. primo.

† Haloã. & lõgius abſunt, quàm vt ciuitatũ cõmoda ſemper in conſpectu habere poſsint.

[i] Diſpoſuimus. vt. ſ. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. illud videlicet.

[k] Poteſtates. i. dignitates.

[l] Eorum. præſidum.

[m] Procul. nam maioribus habeat intendere, ſcilicet,

toti

toti prouinciæ:& ideo nõ poſſunt vni ciuitati tãtum proſpicere.ſic ſupra de hære.& Fal.primo reſpon.

a De defenſoribus.ſuperior ergo illa conſtitutio de præſidibus tantum dicit:hęc autẽ de defenſoribus ciuitatum:ſed illa, ſcriptum exemplar, cõmunis eſt:vt patet in fine.

b Cõgruẽtia. ſic ſupra quomodo oportet epiſ.j.reſpõ. Accur.

c Sumãt. ex hoc videtur,ꝙ olim nõ poterant iudicare: ſed quæ de volũtaria iuriſdictione erant, faciebant, & ſcribebantur corã eis acta, vt dicunt quidam. Sed certe & ante l.iſtam poterant iudicare: vt C.eo.l.j quare dic ſumant officiũ iudicis & honorẽ & ſtatum iudicis, quem perdiderant: & qđ inuito alio poſſint iudicare:vt patet.j. eod.§.nulla. quod prius non poterãt inuito præſide: vt ſ.proxi.§. quod etiam eſt propriũ iudicis in inuitum dare iudiciũ: vt.ff.de ver.ob.l. inter ſtipulantem.§.ſ.

† Facit ad hunc §.c.quod in dubijs. cum gl.j. in princi. extra, de renuncia.

d Precedentium ſcilicet ante tempora huius legis.

e Quãto. ſi ergo, vt hic dicitur,alius propter meã diſcretionẽ apparet maior:multo magis ego:vt.C. de poſtu. l.prouidendum.

f Honeſtior. non loquitur de honeſtate ad animã: ſed ad honorem ſeculi: ſic inſtitu. de publ. iudi.§.item lex.

g Interim.i. ante quã ad eius officiũ perueniamus,quod dicet.j.eod.§.nulla. vſque ad.§.ſi prius.dicit de electione eius interim.

defenſoribus a cõſtituere. Fit enim ſic cõgruentia b vtilis,ſi iudicum ſumãt c officium ciuitatũ defenſores:& prouinciæ præſes videbitur quidẽ iudex iudicum potius eſſe,& ex hoc honeſtior p̃cedẽtiũ d apparere. Quãto e enim quilibet pręeſt melioribus, tantò maior ipſe & honeſtior f eſt. Interim g † illud ſciẽdũ eſt prius,vt nulli hominum ſit licentia defenſoris ordinationem declinare h: ſed inuicẽ vniuerſi nobiliores i ciuitatum habitatores hoc miniſterium eis k adimpleãt l. hoc enim & in prioribus temporibus valuiſſe,& in republica geſtũ didicimus. Nulli, nec ſi honoratus ſit magnificẽtiſsimorum illuſtrium dignitate,hoc declinare cõcedimus:nec ſi militiam habeat honeſtã:necꝫ ſi proferat priuilegium m ſuũ ex diuinis formis,vel ſi pragmatici ſint collati n: ſed ſecundum circulũ o habitatoribus ciuitatis, quorum aliqua ratio eſt, hoc implẽtibus p: & dum circulus expletur q, rurſus

h Declinare.id eſt ille qui eligitur,non poteſt recuſare,vt hodie fit Bon.in officialibus: alias punitur in quinque lib. auri: & nihilominus compellitur: vt.j.e. §.ſi qua vero. Azo.

Nobiliores præeligi debẽt.

i Nobiliores. Nota nobiliores debere eligi. ſic.j.e. §.fi.& ſupra,de referen.§.fina.

k Eis.ſcilicet ciuitatibus:vt rependant præmiũ habitationis:vt.j.eo.§.penul.

l Adimpleãt.niſi appellarẽt:vt diximus.j.§. penul.

m Priuilegium.ſcilicet vt non cõpellatur eſſe defenſor:quod priuilegium habeat in ſecreto: vt differat a caſu ſequenti.

n Sint collati.ſ.codicilli.i.priuilegiũ aliquod quod non compellatur eſſe defenſor,quod habuit cum conſilio procerum:vt.C.de leg.& conſtit.l.ij.&.ſ.de non ali.§.quia vero veriſimile.col.j.

o Circulum.ſiebat enim quidam circulus hominũ: & ex his duo quærebãt cæteros conferendo bonitatẽ ſingulorum,vt meliorem eligerent:quod habebat locum cum pauci homines erant per ciuitates.hodie autem non ſic:quia difficile eſt conuocare ſic omnes bonos homines de ciuitate: ſed quidam eliguntur, quorum factum omnes alij tenent: vt inſtit.de iure nat.§.ſenatuſ. &.ff.de re. iur.l.aliud.§.j.&.ff. ad munici.l.ꝙ maior: Item ex conſuetudine etiam ad octo eſt reducta electio: vt fit Bononiæ.

p Hoc implentibus.ſubau. aliquibus, puta duobus. Azo.

q Expletur. vt quia totum circulum illi duo quæſierunt.

reuertentibus r ad ſolicitudinẽ,et ciuitati per prędictã curã miniſtrãtibus vt in vnaquaqꝫ ciuitate defenſor iudex s † potius, quã defenſor t eſſe videatur:decreto v quidẽ cum iureiurãdo facto omniũ poſſeſſorum x in illa ciuitate cõſiſtẽtiũ, ſed nõ in hac vrbe y degẽtium.

Defenſor ciuitatis iuriſiurandum præſtare debet, biennio ſolùm adminiſtraturus:confirmãdus à præfecto & remouendus, voluntariam exercẽs iuriſdictionem,& non cauſas meri vel miſti imperij, præſide nõ valente iuriſdictionẽ eius impedire. Bal.

Iuſiurãdum verò præbẽs z, quòd omnia ſecũdum legẽ a † ac ius agat, & omnium cõmuniter: confirmandus autẽ ſicut nunc b ex præcepto glorioſiſsimorum noſtrorũ præfectorum,in biẽnio c verò adminiſtrãs ſolo,et remouendus d à cura:nõ habente licentiam clariſſimo prouinciæ iudice remouẽdi e eum:ſed ſi quid videatur agere nõ rectè: nunciare ad glorioſiſsimos noſtros præfectos, vt inde ei fiat curæ priuatio, vnde etiam datur f.

r Reuertentibus. adinuicem.

s Iudex.velut pater enim eſſe debet: vt.C.eo.l.iiij.&.ſ. vt iu. ſine quoquo ſuffr. §.eos autem. &.ſ.iuſiur.§.deuotos autem &c.

† Sic etiã qui libet platus eccleſiæ collegiatę eſt iudex ordinarius in plebe ſua:vt extra de off. ordi.ca.cũ ab eccleſiarum.cũ gl.j.in fin.

t Defenſor. qualis antea erat: vt.ſ. eo.§.reſpon.

v Decreto.i.electiõe.alias electiõe.

x Poſſeſſorũ. omnes enim qui poſſidebant in illa ciuitate debebant intereſſe electioni & iurare,vt dicit: dũmodo,& ibi habitẽt vt ſequitur. Et ſic eſt argu. ad electionem canonicorum,quam faciunt requiſitis abſentibus.

y Vrbe.Idem crẽdo, etſi alias habitent.

† Haloã. nõ autem eorum, q ibi tãtum commorãtur.

† Et ſic eſt hic ar. qđ iudex debet iudicare ſecundum allegata & ꝓbata, & non ſecundum conſcientiam. de hoc vide in ca.ſ. in glo. ſuper ver. canones.extra,de off.ord.vbi de hoc melior gloſſ. j.iuris canonici.

z Præbens.ſcilicet ipſe defenſor futurus.

a Legem.ad hoc ſolus defenſor adſtringitur,ſecundum quoſdam. Alij vero, vt eis videtur iurant: vt.ſ. iuſiuran.§.& æquus.Sed contra eſt:vt ibi diximus.

b Sicut nunc.nam & ante hanc.l.confirmabantur a præfecto:vt.ſ.eo.in prin.&.C.eo.l.j.

c In biennio.olim vſque ad quinquennium: vt.C. eod.l.iiij.

d Remouendus.poſt biennium,niſi in caſu: vt.j.eo. §.fina.in fine. Accur.

e Remouẽdi. præfectus maior eſt præſide: præſes maior eſt defenſore.cum ergo defenſor creatur a præfecto per cõfirmationem,nõ poterit eũ remouere præſes: vt argu.ff.de diuer.& temp.præ.l.de acceſsionibus.

f Datur.ex confirmatione, quod dic vt.j. qui. mo. na.eſſ.c.leg.§.liceat.colla.vj. ſic & alias. ff. de ver.ſigni.l.lege.

Admi

a Adminiſtratori.id eſt præſidi.

b Vices agentes.id eſt vicarios. Al.

c Modis.Hoc interdictum non obſeruant quidã poteſtates Bononiæ, qui duas ſimul & plures recipiunt poteſtarias vicario poſito. Accur.

Nam niſi ſic ibi accipiatur, nõ errarent, qui ſic dicũt, vt ibi dicitur. quandoq; pro eo quod iure magiſtratus competit: vt.ff.de iur.om.iu.l.imperium. & ff.de offi. eius, cui man. eſt iur.l.j.§.ſi.& ſecundũ hoc poteſt delegari. hic autem ſecundum primũ modum accipitur & definitur, Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſsitate iuris dicẽdi & ęquitatis ſtatuendæ. & dicitur a iure, & dictiõe.q.d.de iure poteſtas. Diuidit aũt ſic. alias merum imperiũ: alias miſtũ: alias ſtat in ſuo nomine, ſic. ff.de ado. l.j. Sed nunquid in integrũ reſtitutionẽ dare poteſt? Reſpõ.iure veteri nõ: vt.ff.ad munic.l.ea quæ §.j. Sed hodie cõtra: cũ enim poſſit delegari ſpãliter & generaliter: vt C.vbi & apud quẽ l.ſi.in fi. ergo cõpetit iure magiſtratus: vt.ff.de offi.eius, cui mãda. eſt iuriſdi.l.j.§. quæ vero. alia vero, quæ ſunt de mero vel miſto imperio, nõ poteſt facere: vt hic dicitur. Sed cõtra ſeruatur: tum ex conſuetudine: tũ quia quibuſdã ciuitatibus hoc conceſſum eſt a principibus quandoque, vt a Friderico Lomb.

Nulla exiſtente licentia adminiſtratori a, aut ipſis defenſoribus vices agentes b defenſorũ facere: ſed etiã hoc omnibus eis ĩterdicimus modis c. Sed neq; propria vices agentes per ciuitates clariſsimos iudices deſtinare, niſi ipſos defenſores, quos iudicũ officium complere in ciuitatibus volumus: ipſos quoq; in omnibus diligentiã adhibere ciuitatibus, in quibus ſunt: & agi apud defenſores teſtamentorum inſinuatiões d, & donationũ e, & quicquid aliud f eſt monumentorũ propriũ: nõ valente clariſsimo prouincię iudice prohibere quod agendũ eſt, aut præcipere, qñ nõ velit aliquid agi, aut actũ nõ edi. Nõ enim huiuſmodi alicuius ei omnino poteſtatẽ damus, abſurdiſsimũ exiſtimentes neceſſarijs rebus cedere homines ꝓpter iudicũ g fortè irrationabiles motus h, atq; præceptiões, ſed etiã agere quæcunq; voluerit i & edere: licet quod agitur, tãgat k prouinciæ præſidẽ, aut quẽlibet potentum l neq; hoc ꝓhibere. Oportet etenĩ ſic agere eos, qui in adminiſtratioĩbus m ſunt, aut in qualibet poteſtate, nõ vt prohibeant quædã fieri cõtra ſe geſta: ſed ita inculpabilem ſuũ præbeãt modũ, vt nulli detur tẽpus querimoniarum aduerſus eos. & ſiue affuerit n ciuitatibus iudex, ſiue non: nequaquã prohibeatur quiſpiã o agere apud defenſores quædam monumẽta in quibuſcũque voluerit p, pręter illa ſola, quæ iuriſdictiõe q egent, & ex ipſa iudicũ authoritate pendent r.

Defenſor publica exigere debet tributa, & inordinatè agentes videre, & publicum remouere tumultum: & officiales prouinciæ debent ei auxiliũ impertiri, & ex prouinciali curia vnum exceptorem & duos officiales habere. Bar.

Deinde eis, qui publicas exactiões habent, ciuitatũ defenſores omnibus auxiliari modis, et ſi opus fuerit, occaſione cõtemptus contumaciæ tributariorũ s monumenta cõficere: & hęc fieri velociter iubemus, & intereſſe, vt inordinatè agentes t videãt v, & his ipſi teſtimonium perhibere, vel publicũ remouere tumultũ x, & abſolutè iudicũ obtinere ordinem, & maximè quando abſunt y: & officiales prouinciæ quicũq; in ciuitate ſunt illa, in qua defenſor eſt, obedire illi, & adiuuare: vt abſentibus pſidibus gentium, nihil videatur deeſſe ciuitatibus ſub illorum præſentia z. Ex prouinciali a autem officio habere & exceptorem b eis adminiſtrãtem, & duos officiales c, qui ea, quæ ab eis decer-

d Inſinuationes. Romæ vero apud magiſtrum cenſus: vt.C. de teſt.l.conſulta.

e Donationũ. vt C.de do.l.in hac. & hoc ſi erat vltra quingẽtos ſolidos, non alias: vt inſtit. de do.§.aliæ.

f Et quicquid aliud. quod tamẽ ꝑtineat ad volũtariã iuriſdictionẽ, alias nõ: vt in fine huius §. ſicut ſunt manumiſsiones, emãcipationes, & adoptiones: vt.ff. de offi. ꝓcon.l.ij. primo reſpon.

g Iudicum.i. præſidum.

h Motus. alias nutus.

i Voluerit.ſ. aliquis corã defenſore: alias voluerint, ſcilicet defenſores.

k Tangat. Dico ad pecuniariũ quæſtum, nõ quod tangat eũ potẽtem ratione iuriſdictiõis: vt ſunt cauſę de mero vel miſto imperio: vt ĩ ſi. huius.§.

l Potẽtum.i. qui habet merũ imperium.

m Adminiſtrationibus. ſcilicet maioribus, qui habent merũ imperiũ. Ac.

n Affuerit.i. præſens fuerit.ſ. pręſes. ſcribitur enim per d, vel per ff, nõ per bſ.

o Quiſpiam. ſcilicet priuatus.

p Voluerit: hoc generale dictum ſtatim reſtringitur.

q Iuriſdictione. ſ. maiori, vt merum imperiũ vel miſtũ, quod maioribus tãtum cõpetit: vt.ff. de offi.præſi.l.illicitas.§.qui vniuerſas. & de iuriſdict. om.iud.l.magiſtratibus.&.C.eo.l.defenſores nihil.et hoc idem ſtatim innuit.& ex ipſa iu.&c.eſt enim quaſi expoſitio. Hoc enim nomen iuriſdictio quandoq; ponitur (vt hic) pro mero vel miſto imperio: vt.ff.de offic.eius, cui mã.eſt iur.l.j. ibi, iuriſdictionem ſuã &c.

r Pendent. puta cauſa liberali. Al. vt.C.de pedane.iudi.l.ij. Accur.

s Tributariorũ. id eſt eorũ qui ſoluerũt tributa. Al.

t Agentes. id eſt eos, qui inordinate agunt.

v Videant. ſcilicet defenſores.

x Tumultũ. ſic.j. titu.ij.§.deinde.

y Abſunt. ſcilicet pſides, vt ſubijcit.

z Præſentia. id eſt ex quo defenſores ſunt præſentes.

a Ex prouincia li. ex curia pręſidis prouinciæ.

b Exceptorẽ. id eſt notarium, vel ſcriptorem: ſic dictus, quia hominum dicta excipit.i.recipit. Sed hodie videtur, quod duos debeat habere: vt.j.de iudi.§.nullo. Vel dic, qđ tunc habet a præſide: alium habet de ſuo.

c Officiales. qui vicem executorum tenent, & ſequitur.

e Præſides, vertit Haloand.

l præſide.

m Haloã. affectiões.

Merum et miſtũ imperiũ magnis tantũ magiſtratibus cõpetit.

De iuriſdictiõe vide multa per abba. in ca. qđ ſe. a poſt. extra de offic. ordin.

An defenſor ciuitatis poſsit in integrũ reſtituere.

r Præſidum.

b Exceptorem tamen proprie vocãt eum, qui quod alius dicat, ſcribit. qđ ſi faciat citiſsime, dicitur notis excipere, autore Budæ.

tur. Accurſius.

a Et iudicare. ſubaudi volumus. quod & ad ſuperiora verba multa ſubauditur.

b Ad trecentos. ſed olim vſque ad quinquaginta tantum. vnde corrigitur. C. e. l. j. hęc autẽ ſumma. ccc. poteſt extendi vſque ad cc. & quinquaginta libras: cum lxxij. aurei faciant libram auri, poſito ꝙ libra auri valeat. lx. li. Bo. vt. C. de ſuſcep. & arc. l. quotieſcunq;. li. x. qđ ergo vltra eſt, nõ cõpetit iure magiſtratus. pręſes ergo delegare nõ poteſt per. l. iſtam, niſi contingat eũ abeſſe: vt. ff. de officio eius cui mã. eſt iur. l. ij. § j. vel propter multitudinem cauſarum: vt. C. de pœna. iu. l. ij.

bus poſt cognitā veritatē ſuper his q̄ſtiōibus: & in illis decætero quantitatem zigocephalorū & aliorum omnium deſcribere ſecundum quod à nobis iam ordinatū[a] eſt. Nō permittas itaque curialibus[b] aut cenſualibus[c], dum vendita ſunt prædia eorū: aut in alias perſonas[d] mittatur poſſeſsio tergiuerſationibus vti quibuſdam, & non transferri à vēditoribus ad emptores prędia[e]: ſed coges eos omnino facere mutatiōes ſine damno[f]. Si vero dixerint minus idoneos eſſe emptores, & propterea non[g] fieri migrationē: hoc ipſum examinabis[h] ſine quolibet damno. & ſi quidem idonei fuerint emptores: coges fiſcalium prędſules[i] omnibus modis et ſine quolibet damno celebrare transpoſitionem[k]. Si verò pro veritate[l] eos inueneris non ſatis idoneos: coges venditores hoc ipſum ꝓfiteri ad geſta: quia periculo eorum transpoſitio fit fiſcalium tributorum in eos[m], qui ab ipſis emunt[n]: hoc q̄d etiam in oriēte nouimus in multis fieri gentibus. ſic enim neq; fiſco nocebitur, et fiſcalia tributa à poſſeſſoribus inferētur: vt aut alij quidē ſint poſſeſſores: alij verò collatores. oportet enim maximè contra poſſeſſores fieri collationes. ſed non cōtra non detinentes, neq; poſsidentes terras[o].

Iudices & milites ſiue de vna prouincia ad prouinciam aliam proficiſcātur, ſiue ciuitates ſuæ prouinciæ circumeant: non debēt tributa gratis expendere: nec angarijs affligere collatores: ſed ſuo ſalario viuere: nec debent iudices cuiuſcunque ſint dignitatis loci ſeruatores mittere. Bar.

Illud tamē te volumus noſcere, quia ſi quando præcepimus ad alias fortè proficiſci te prouincias: competens eſt, cōtētū te his, quę de fiſco largiuntur[p]: † nō gratis expendere, neque noſtros ſubiectos atterere: ſed ex q̄bus[q] in prouincia exiſtens expendebas, ex his ipſis, & ad alias proficiſcens regiones, facere expenſas: neque angarijs[r] collatores affligentem: neque obediens tibi officium: ſed proprijs quidē ſubiugalibus[s] propria quoque expenſa agere iter. Hoc ipſum cuſtodiē do: vel ſi nō vltra terminos properes prouincię, ſed propter quandam occaſionem neceſſariam[t] circūeas ciuitates. Eos autem, qui vocantur loci ſeruatores, dare iudices in ciuitatibus prouinciæ, cui præſident (licet ſpectabiles viri, vel clariſsimi, vel prędes ſint) omnibus interdicimus[v] modis. Sed neque ſi milites aliqui ſequantur[x] te: neque illos gratis permittas expēdere: ſed ex proprijs emolumētis. Si verò nō hoc egerint, ſed ex tribus expēderint, et angarias acceperint[y]: omne quicquid damnificabuntur ſubiecti, hoc ex eorum emolumētis[z] exigēs[a] proprio periculo[b] læſis ſeruabis.

Præſes permittere nō debet occaſione religionis prouinciam cōmoueri: & ſi contra laicum crimen canonicum moueatur: cum epiſcopo iudex laicus cognoſcere debet, & decidere. Bar.

Neque occaſiōe religionum hęreſumq́; quęſtiones permittas alicui[c] † prouincias commouere: aut aliter quandam præ

perſonæ: ſed hoc durum videtur, cum alias tantū honorem epiſcopus habuerit, vt etiam deo dixerit cū communicare: vt.ſ. quomodo opor. epi. §. illud. in fin. §. ſed dic reſtringēdum hunc. §. ad talia, ſi dicat epiſcopus, vel abbas, quod talis ſit cōuerſus, vel monachus: vel quia dicat pizocaros: quaſi tā ipſe quam eius res ſint monaſterij: vt.ſ. de monā. §. illud. et iō exemptæ ab huiuſmodi collatiōibus vt infra, de ſanc. epi. §. ſi quando. co. ix. & in conſti. Federici. §. j. vel aut œconomus: vt. C. de epi. & cle. l. ij. hæc ergo cā per p̄ſidem cognoſcitur: vt hic, ſed quæſtio hæreſis vna cū epiſcopo: vt infra. §. proxi.

ceptionē iniūgi ꝓuincię, cui ꝑſides. Ipſe verò ꝓuidebis cum competenti vtilitate fiſcalibus: & q̄ alia ſunt perſcrutari: & non permittere aliquid fieri circa noſtras præceptiones occaſiōe religionū. Si verò [a] canonicū [b] ſit, quod quæritur: vnà cum metropolita prouinciæ hoc diſponere [c], & decernere: ſiue ipſi dubitent, ſiue alij q̄dā: et cauſæ dare Deo amabilē & docibilē terminum, qui & decenter orthodoxā [d] cuſtodiat fidē: & indemnitatem procuret fiſcalibus: et noſtros ſubiectos ſeruet inuiolatos.

Delinquentium bona publicari non debent, ſed generi relinqui. Barto.

Oportet autem te & in hoc omnem ponere prouidentiā, cum aliquis dignus apparuerit pœna: illum quidem punire, res autem eius nō contingere, ſed ſinere eas generi et legi [e] ſecundum illum ordinē. Non enim res ſunt, quæ delinquunt, ſed qui res poſſident: at illi [f] † reciprocant ordinem: eos quidē, qui digni ſunt pœna, dimittunt [g]: illorum autem auferunt res: alios pro illis punientes, quos lex forte ad illorum vocauit ſucceſsionem.

† Haloā. ordinem ſubuertūt.

Patrocinia iuſtè debent præſtari, & ſalaria licita percipi. & hoc pertinet ad officium præſidis. Barto.

Patrocinia quoque iniuſta [h] quæ cognoſcimus in noſtris prouincijs fieri, omnibus corrigi modis: non ſinentes vlli aliorum vitas [i] in ſe ſuſcipere: non ampliare ſibi prędia nullo modo ei [k] competentia: non in aliorum læſionē [l] promittere patrocinium: nō quēadmodum fraudent fiſcū [m] ſuā virtutē obijcere [n]. Neque ſit tibi [o] cura, cuiuslibet ſint hæc [p] agentes dominij [q]. ſufficit † etenim per omnia tibi ad perfectam fortitudinē, & lex & imperij fauor.

† Cōcor. iij. q. iij. c. iudicet.

Nullus agricolas alienos ſuſcipere vel occultare debet in eadē vel aliena prouincia: & præſes prouinciæ literis publicis deſtinatis eos debet ad ſuam prouinciā reuocare. Bar.

Sed etiā ſuſcipientes alienos agricolas [r], ſic odio habebis, ſic cōpelles citò [s] reddere q̄d ſuſcipiūt male, vt ſi plurimū [t] mā-

a Si vero. hoc refertur ad id, quod dixit hęreſū q̄ &c.

b Canonicum. vt de articulis fidei q̄ ſunt. C. de ſum. tri. l. ſi. vel ſimonia a laico commiſſa: vt.ſ. quomodo opor. epiſ. §. ſi quis ante. Aliud ſi clerico obijcitur: vt. ī. vt cleri. apud propri. epiſ. conue. §. ſi. contra.

c Diſponere. repete prouidebis. q̄d eſt.ſ. proxi.

d Orthodoxā. ſ. ſi vult conuerti et eſſe bonus. alias vt infamis: & Deo et alijs pœnis quibus hæretici ſunt ſuppoſiti: & hic erit: vt. C. de ſum. tri. et ſi. ca. l. j. & de hær. l. iij. de ſimonia aūt punitur: vt.ſ. quomō opor. epiſ. §. & hanc non pecunijs.

e Generi & legi. i. agnatis & cognatis, qui ex lege vocantur ſecundum Al. vt. ī. de hær. ab inteſt. §. ſi igitur. Sed ſi dicas toti generi. i. agnatis vſque ad x. gradum: cognatis vſque ad vij. vt inſti. de ſucceſ. cogna. §. ſi tunc erit contra. ī. vt nulli iud. §. ſi. Item qualitercunque dicas, erit contra. ſ. de inceſ. nupt. §. j. Sed ſolue vtrunque contra. vt ibi, de inceſt. nupt. diximus. Accur.

f Illi. ſcilicet præſides. Accur.

g Dimittunt. quod fieri non debet: vt diximus. ſ. de inceſ. nup. j. reſpon.

h Patrocinia quoque iniuſta. quæ ſiūt facta ceſsiōe in potentiorem: vt. C. ne li. potētio. l. j. alias aſſumpto patrocinio potentis.

i Vitas. ſ. iniuſte, vt dictū eſt. & ad hoc etiā. C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati.

k Ei. ſ. clientulo. & hoc exaudi iniuſte: vt ſi ſiat pactum lite pendente: vt. C. de poſtu. l. quiſquis. §. præterea. vel etiā prius ſiat. ſi nō eſt facta ſcriptura de hoc: vt. C. de ſuſ. l. j.

l Læſionē. ſ. iuſte. vt quia videat ſe iniuſtā cauſam fouere: vt. C. de iud. l. rem non nouam. §. patroni. q̄d tū licet lege caueatur, Et etiā vt iurēt: vt ibi dicitur: tamē cōſuetudine nō habetur ſecundū Bart. quod eſt verū, quæ in hac parte vincit legē: vt. ff. de legib. & ſenatuſcon. l. de quibus. &. ff. cō. p̄di. l. vēditor. §. ſi cōſtat. &. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. lege.

m Fiſcum. hoc. ſ. intellige. vt dictū eſt proxi. ſ. iniuſte. Ideo autē ſpecialiter de eo ponit, ne videatur neglectū q̄d ſpecialius erat cōprehendēdū: vt. ff. de ini. l. itē apud Labeonē. §. hoc edictū. Vel dic, ꝙ loquitur de eo, q̄ aduocatus fuerat fiſci qui contra eū in ea cauſa eſſe non debet: vt. C. de aduo. fiſ. l. j. & iij. niſi ī ca ſua: vt. ff. de poſtulādo. l. ſi.

n Obijcere. i. promittere clientulo.

o Tibi. ſcilicet p̄ſidi. Accur.

p Hæc. ſ. p̄dicta.

q Dominij. i. potentiæ. & facit ad hoc ſupra, quō opor. epiſ. §. q̄d aūt. in ſi. §. et. C. ne lice. po. l. j. et. ſ. vt iu. ſine quoquo ſuffra. §. quod autem. in fine.

r Agricolas. loquitur vt puto de omni laboratore ſiue adſcriptitio ſiue nō cū per eū exactio ceſſet tributorū terra non afferēte fructū ſuū: cū ecōtra q̄libet recipiēs teneatur: vt in ſin. huius. §. Et facit ad hoc. C. de agri. & cē. l. oēs li. xj. et infra, vt nulli iu. §. ſi vero. &. C. ne rei domini. vel tēp. l. j. &. C. vbi cau. ſta. l. j. &. C. vbi quis dec. vel cohor. l. j & in conſtit. Fede. §. ſi. Et ſic not. ꝙ poteſtas vendicat ciuē ſuū, vel comitiuū, vt dictū eſt: licet hæc in Italia non videantur habere locum, q̄ tributa non p̄ſtat: vt diximus. ſ. eo. §. non permittas. Sed certę ob alia poterat reuocare, vt ſubeat. ſ. onera ciuitatis: vt. C. de cur. l. nullus quilibet. Item cōuenit vnūquēque &c. vt. ſ. de deſē. ciuit. §. ſi qua vero. & facit ad hoc. ff. de rei ven. l. j. ſed in nouel. de adſcriptitijs tantum loquitur hic. §.

Italiā tributa non ſoluit.

s Cito. intra xx. dies forte ſecundum R. vt. ff. de ſeruis fugiti. l. j. §. j. et ſupra, eodem. §. ſed neque.

t Plurimum. id eſt, multum.

ſerint inobedientes [a], omne quicquid in onus [b] prouinciæ eſt [c], illius [d] poſſeſsiōibus impones. Si verò in alijs prouincijs agricolę dicūtur eſſe conſtituti: literis publicis ad prouinciarū præſides, vt in eas fugientes agricolas cōfitētes [e], aut conuictos tradant [f] poſſeſsionibus: & reuocent ad prouinciam, cui præſides: & inobediētes vehementer corripies minus idoneorum adiectione [f]. Competēs enim eſt talia ſtudentē hinc onus et rerum diminutionem in ſuam facultatē cognoſcere: vt minoratus cognoſcat, quātū eſt lædere & relinquere in alios. Sed hoc ipſum age, ſiue prędia poſsidētes in prouincia ſint [g], ſiue aliquorum alijs competentium gubernatores ſint. oportet etenim & poſſeſſores [h] illa ſolū habere, quę eis dat lex, & gubernatores [i] alienarū illis pręeſſe ſolummodo quæ per cōductionem, aut alium legitimum eis ſunt tradita modū: extraneis [k] autem abſtinere: & nō prouidere quidē alijs [l], lędere verò alios [m] & ſibimet lucrū impiū ex hoc acquirere.

Nullus titulos prædijs alienis, aut ergaſterijs imponere debet: nec quis arma deferre, nec populum in turbas ſolicitare. Barto.

Titulos [n] autem imponere prædijs alienis, aut ergaſterijs [o] in ciuitatibus cōſtitutis, & ſuperſcribere ſua vocabula, ita præſumētibus periculoſum eſſe ſcias: vt agnoſcant, quia hæc agentes ipſi ſuā ſubſtātiam applicabūt fiſco. Si enim cauſam ſoli imperio & fiſco delatā tentauerit aliquis arripere, in ſuis agnoſcat experimentū [p], & ſuis [q] rebus titulis īpoſitis publicis, fiat alijs exēplū [r] abſtinētiæ, qui ijſdē implicātur malis, ſimilibus ſubdēdis pœnis. Hęc igitur oīa [s] obſerua [t], ſciens noſtram circa te volūtatem atque ſentētiā, qualis quidē erit [v] delinquēte te, qualis aūt probato [x] & noſtra ſequēte præcepta hac legis. Mox autē vt ingredieris [y] prouinciā, conuocatis omnibus in metropoli conſtitutis (dicimus autē deo amabili epiſcopo & venerabili clero & nobilibus ciuitatis) inſinuabis hęc noſtra ſacra pcepta ſub geſtorū inſinuatione: & propones exemplar eorū publicè nō ſolū in metropoli, ſed etiā in alijs prouinciæ ciuitatibus, trāſmittens ea per officiales tuos ſine dāno [z]: vt omnes cognoſcant, in quibus [a] ſuſcepiſti cingulū: et videāt ſi hoc cōſeruas, & noſtro dignū temetipſum oſtenderis iudicio. hæc cōſeruata apud te faciunt pręſentē [b] tibi cingulū diuturniorē & glorioſiorem. Si quidem [c]

a Inobedientes. nolentes reddere agricolas, quos ſuſceperunt.

b Onus. id eſt, damnum.

c Eſt. ob hoc, quod non redduntur.

d Illius. ſcilicet qui ſuſcepit.

e Confitentes. te ſponte.

f Adiectione. ſ. vt in eo, in quo illi fugientes minus idonei inueniūtur: hoc adijciatur illis, qui eos recipiūt. ſic & alias. ff. de ver. obl. l. decem. & ff. ſi certum pet. l. fi.

g In prouincia ſint. i. ſiue iſti poſsideāt i. habeant prædia aliqua in ſuo dominio ſiue nō. ſed cōducta, vel precario, in quibus prædijs receperant ſupradictas perſonas.

h Poſſeſſores. i. dominos, quando fuerant coloni, vel ipſis rectoribus prouinciarum quando prorſus liberi: qui poſſeſſores dicūtur domini ratione iuriſdictiōis, vt alias dicitur qs ius poſſidere: vt. ff. de pet. hære. l. regulariter.

i Gubernatores. vt caſtaldi.

k Extraneis. i. rebus ad ſe non pertinentibus. Ac.

l Alijs. vt dominis prędiorū, quorum ſunt conductores. Ac.

m Alios. dominos poſſeſsionum, vnde prędictę perſonæ fugiunt.

n Titulos. i. ſcripturas quaſdam in quibus continetur ꝙ hoc prędium ſit talis hominis: quaſi aliquod priuilegium ante alios homines habeat ſic et alias titulus pro priuilegio ponitur: vt j. de eccle. ti. col. v. Vel vexillū aliqd' erat. Et vt plene hæc intelligantur, diſtingue. Aut imponit prædio alieno nomen ſuū, aut alienū alieno, aut alienum ſuo, aut ſuum ſuo. Primo caſu ſi eſt plebeius damnatur ad mortem. non plebeius in metallum damnatur, & omnia ſua confiſcantur: vt hic, &. C. vt nemo priu. præ. ſuis vel ali. l. ij. & idem dicas in ſecundo caſu quando alienum alieno: licet non tantus videatur exceſſus. Si vero alienum ſuo perdit illud: & alia omnia bona ſua dantur in fiſcum: & afficitur in metallum: vt. C. de his quæ pœ. no. l. j. Sed in quarto caſu. vbi ſuum ſuo: prædium illud amittit: vt. C. ne no priua.

o Ergaſterijs. i. ortis vacantibus in ciuitate. vel dic ſtationibus. vt. j. de ali. & emph. §. j.

p Experimentū. i. damnum. Accur.

q Suis. quōdam. nā modo ſunt confiſcata. Sed contra ſ. eo. § oportet. ſed hoc in grauioribus illud in leuioribus. hodie vero dic, vt diximus. ſ. de ince. nup. §. j. Ac.

r Exemplum. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. & alibi, Caſus dementis correptio fit ſapientis.

s Hæc igitur omnia. quæ in hac conſtitutione dicta ſunt.

t Obſerua. tu præſes.

v Erit. voluntas noſtra.

x Probato. ſcilicet te.

y Ingredieris. alias ingrediens.

z Damno. ſ. expēſarum. q. d. cum paruo ſumptu.

a In quibus. i. cū quibus mandatis.

b Præſentem. no. malam grammaticam, id eſt, præſens. & ſic dicas de alijs duabus partibus hic poſitis.

c Si quidem. id eſt, certe. Hic nota adhuc duo præcepta: vt hic, &. §. ſequen. Et eſt notabile, ꝙ qui miles non eſt: non militet: vt hic, &. C. qui mili. non poſ. l. iij. & iiij. & l. pe. præter angarios, qui potuerunt militare in omni militia pręterquam armata: vt. C. ne. go. ne mili. l. j. lib. xij. Fit autem miles per ſolennitatem quandam, vt puta per examinationem: vt. C. qui mili. non poſſunt. l. j. & ſacramenti præſtationem pro mortem non euitet reſpub. cauſa: vt. ff. ex quibus cau. ma. l. fi. Item per enſis additionem: vt. ff. de mili. teſta. l. filiusfamilias. Item ſt. gma. i. nota publica debet brachijs poni, vt recognoſcatur: vt. C. de fabric. l. iij. & vltim

÷ Haloā. vertit do-

: Quibus modis dicitur titulus, vide in gloſ. in c. fi. de offic. archiepi. & in. c. dudum. ij. extra, de elect. Bar.

Artem nō exerceat q illā ignorat.

Militis creatio.

vltimus in numero aliorum debet ſcribi: vt.ff.de teſt. mili.l.ex eo. & in talibus militibus priuilegia militaria dantur, non alijs: vt.ff.de teſt.mili.l.fi.

a Super alia.ſ.ſuper alia præcepta prædicta.

b Cum alijs.apparuit. Azo.

c Quatenus. repete prouidebis. et ſubaudi, quatenus debeas. Ac.

d Cõſtiterit.ſubaudi tibi.alias conſtitutos.

e Nunciare. ſcilicet ad nos vel committere.

f Hoc.ſcilicet debes examinare, ſi forte &c. Ac.

g Inquiſitione. quia nõ confiteantur.nam tũc nullæ partes eſſent iudicis in cognoſcẽdo: vt arg.ff. ad legem Aquiliam. l. proinde. &. C. quorũ appel.l.ij.

h Talibus.ſ.hominibus vel delictis.

DE TRIENte & ſemiſſe.

i De triente.hoc expeditur.j. vſque ad illũ.§.neq; illo.

k Succeſsiõibus. hoc dicitur ſupra, §.conſideremus.

l Et collationibus. hoc dicitur.j. eod.§.illud.

m Diſtributionibus. hoc.j.eodẽ.§. quod ſæpe.

n Necnon & literarum.hoc.j.e.§. ſtudium, &.§.illud quoque.

o IAm quidem. Ex principio huius cõſtitutionis vſq; ad §.neque illo.ſumitur authẽ. nouiſſima, quæ eſt ſignata. C.de inoff.teſt. l.cum quæritur.

p Dicimus Romanorum . ſuperflue dicitur, cũ Romanorum tantum dicatur reſpub. vt ff.de ver. ſig.l.cum qui.ſed impropriè etiam cuiuslibet ciuitatis: vt.ff.de publi.l.ſed & hi §.j.

q Codices.id eſt, libri. nam codex generaliter omnis liber dicitur.

ſuper alia a, neque armis vti non militantem permittes aliquem. hæc deo te, & legibus, & nobis chariſsimũ conſtituunt. Sed & illud prouidebis, vt ſi quis eorum, qui populum in turbas ſolicitare tentant, aliquando ab hac magna ciuitate fugerit, aut ſolus, aut cum alijs b, & venerit in prouinciã, cui præſes: quatenus c inueſtigare de hoc, & examinare cum omni ſubtilitate & cũ cautela cures: et vbi cõſtiterit d, nunciare e hoc f, ſi forte dignæ inquiſitione g ſint perſonæ: et adduci ad hãc feliciſsimam ciuitatẽ: & pœnas ſuſtẽtare, quas lex de talibus h conſtituit. Dat Cal. Maij.C. Beliſario viceconſule.lxxviij.

TITVLVS V.

DE TRIENTE & ſemiſſe i, & ſucceſsionibus k filiorũ, et nepotum, et naturaliũ, et collationibus l vel diſtributionibus m: nec nõ & literarũ n, aut numerationũ atq; rerũ, ex quibus detinent inficiationibus.

Liberis a parentibus triens aut ſemis ſecundum liberorum numerum quoquo relicti titulo debetur, antiqua lege ceſſante, his obtinẽtibus in omnibus, quibus quarta portio per legem de inoſ.te debetur, exceptis liberis curialium, quibus nouem vnciæ debentur. ſed liberi a parentibus vſufruct. portionis debitæ fraudari non poſſunt. Bar.

Imperator Iuſtin. Aug. Ioan. præfecto prætorio.

IAm quidẽ o magnæ huic, & vt ita quis dicat, bene à deo conſtitutæ reipublicæ (dicimus Romanorũ p) plurima de teſtamentis diſpoſita ſunt, & pleni legum codices q de talibus cõſiſtũt: & nõ ſolũ ſapientes antiqui hæc ſcripſerunt r, aut priorũ poteſtas imperatorum s, † ſed etiam à nobis t iam non aliquo priorum principum minus legislationis prolatione prolati v ſunt. Deũ verò ſemper conſiderantes x, et quatenus ei placidi videamur, & aliqd bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid y adinuenirẽ z ſemper, et naturæ conſequẽs, & quod poſsit priora a corrigere. Frequẽter igitur & alia vice mirati ſumus, quomodo legitimis & beneuolis b filijs, † quibus c agunt gratias parentes, quibuſq; quod relinquitur, iam etiã debitum vocant d: ſolum triuncium e diffinierũt f ex neceſsitate g relinqui: reliquũ verò iacet in voluntate parentum. & capiũt quidẽ cognati omnia h, et extranei i, vel k cum libertate ſerui l: filij verò licet multi con-

r Scripſerunt.ſ.de teſtamentis: vt.ff.de teſt. & ſeq.ti. vſque ad ti.de bo.poſ.

s Imperatorum. vt. C.de teſta.mili.l.iiij. & abinde vſque ad tract. præſcriptio.

t A nobis.vt patet in finibus dictorum tit. Codicis, vbi leges Iuſtiniani ſunt.

v Prolati.ſ.legum Codicis.

x Conſiderantes.ſcilicet nos.

y Aliquid.repete quatenus, quod eſt.ſ.

z Adinuenire.ſic j. vt factæ no.con. col.v.

a Priora. ſ. male poſita. nã noſtras non piget leges emendare: vt infra, vt fra.filij. rũ. col. ix.alias cõtra: vt.j. qb.mo.na.effi.ſui. §.tribus.col.vij.

b Beneuolis. vt quia grati ſunt & obſequioſi erga parẽtes. ſi enim eſſent ingrati, nec olim, nec hodie eſt neceſſe aliqd eis relinq: vt.j.de immẽ.do.in filios. col. vij. §.fi.

c Quibus.ſ.filijs.

d Debitũ vocãt. ſ. iuriſconſulti. & imperatores. Et eſt hoc naturæ inſtinctu: vt. ff. vñ.lib.l. ſcripto.in fi. &.C. de codici.l.fi. &.ff. de bo. dam.l.fin.in prin. Imo etiã non ſolũ eis debitũ dicitur ſed etiã dñi dicũtur, viuo patre l. inſti.de hær.quali. et dif.§. ſui.et.ff.de libe. & poſthu.l.in ſuis. & eſt ratio: cũ vnũ & idẽ eſſe præſumantur: vt.C.de imp. & ali.ſub.l.fi. & inſt. de inu.ſtip. §.ei qui. &.§. poſt mortem.

e Triuncium. id eſt, tres vncias.

f Diffinierũt.ſ.iuriſcõſu. vt.C.de inof.teſt.l. cũ quritur. & parẽtibus. &.ff. de inoffi.teſt.l.Papi.§.quoniã. & inſti. de inof.teſ.§.fi.

g Ex neceſsitate. ſ.cõſecutiua.nã niſi hæc faciãt: rũpetur.teſ. per querelã inofficioſi. ſic inſt. de exhær.li.§.poſthumorum. &.ff.de li.et poſthu.l.poſthumorum.in fi.hodie vero ad ſupplementum agitur, ſi aliquid relinquitur: vt.C.de inoffi.teſta.l.omnimodo.

† Halo.ã. ſed etiam a nobis nõ minus quã a deceſſoribus noſtris multæ ea de re ſanctiões promulgatæ ſunt. l.Cõcord. glo.in ca. paſtoralis ſuper ver. Lucio. in medio extra, de decimis.

† Haloã. a quibus gratiã obtinent parentes.

h Omnia.ſ.quæ ſuperſunt.ſ.dodrantem.

i Extranei.ſ.inſtituti.

k Vel.pro etiam.

l Serui.ſ.inſtituti.nõ alias, niſi in caſu, quãdo hæres

volun

ſiſtant, etiam ſi nihil oſtẽderint parentes, conſunduntur: & triuncium diuidunt ſolùm, vel ſi decẽ fortè, aut amplius fuerint pauperes erunt[a] filij †, donec vixerint patres, idonei[b]. Hæc[c] nos mouerunt corrigere legem[d], et non eam deſpicere[e] ſemper erubeſcentes: taliq́ modo determinare cauſam: vt ſi quidem vnius eſt filij pater, aut mater, aut duorum vel triũ, vel quatuor: non triuncium eis relinqui[f] ſolùm, ſed etiam tertiam[g] † propriæ ſubſtantiæ partem: hoc eſt vncias quatuor: & hanc eſſe diffinitiuam menſuram, vſque ad prædictum numerum[h]. Si verò vltra quatuor habuerit filios: mediam eis totius ſubſtantiæ, relinq partem, vt ſexuncium[i] ſit omnino, quod debetur[k]: ſingulis ex æquo quadriuncium, vel ſexũcium diuidendum: & hoc[l] non ſub iniuſta circunſtantia rerum. Forſan enim ob hoc etiã alij iniuſtitiam patiuntur: & alijs quidem meliora, alijs deteriora percipientibus[m]. Sed quod contigerit[n] vnumquẽq; per omnia æquum eſſe in qualitate[o] & quãtitate[p]: ſiue quis illud inſtitutiõis modo, ſiue per legati, idẽ eſt dicere, & ſi per fideicommiſsi relinquat[q] occaſionem. Licebit enim ei reliquum octuncium[r] fortè, aut ſexuncium, habere, & largiri ſicut voluerit filijs ipſis, aut cuilibet extraneorum. et natura[s] primò curata competẽter, ſic ad extraneas largitates accedere[t]: hoc obſeruãdo in omnibus[v] perſonis, in q̃bus ab initio antiquę quartę ratio de inofficioſo lege decreta eſt. Excipiatur[x] autẽ à nobis de curialibus nuper poſita lex[y], quæ filijs curialibus[z], aut filiabus curialibus nubentibus † noniuncium omnino dari vult, reliquo triũcio à parẽtibus ſecundũ poteſtatem diſpẽſando, omnibus alijs de inofficioſo poſitis legibus, & præcipuè noſtris in ſua vir-

volũtatem defuncti non complet: & alij non ſunt teſtamento nominati, qui velint: vt. ſ. de hære. et Fal. l. ſi vero autem.

a Erunt. poſt parentis obitum.

b Idonei. nam ſuſtentabat eos pater in neceſſarijs, quod facere debebat. niſi filius fuiſſet opifex[1]. vñ poſſit viuere: vt. ff. de lib. agno. l. ſi quis ali. §. filius. &. §. nõ tantum.

c Hæc. quia datur parũ filijs.

d Legem. quæ de iſta crudelitate loquebatur.

e Deſpicere. i. p̃terire, quin augeamus illã quartam.

f Relinqui. ſcilicet volumus.

g Tertiam. ſ. partem.

h Numerũ. ſ. quatuor filiorum, vel pauciorum. Acc.

i Sexunciũ. i. ſex vncias, vt dixerat hic. Accur.

k Debetur. ſ. inſtinctu naturæ: vt diximus. ſ̃. §. proxi. nõ vi pacti: alioqui æs alienũ non detraheretur. qđ fit: vt. ff. de inoff. teſt. l. Papinia. §. quarta. Si autem minus habet: tũc agit ad ſupplementũ: vt. C. de inoffi. teſt. l. ſcimus. ſi autẽ nihil, tunc exhæredatus agit querela: præteritus ſi eſt emancipatus per contra tabulas. Vel ſi ſuus eſt, dicit etiã ipſo iure nullum: vt inſt. de exhære. li. in princ. & C. de lib. præt. l. fi.

l Et hoc. ſ. quod dixi ex æquo inter eos fieri diuiſionem, non ſit interdũ quo ad effectum: cum in ipſa diuiſione liceat cõtrahẽtibus decipere inter ſe re ipſa, vt ſequitur: vt. ff. de mi. l. in cauſæ. §. pe. & loca. l. itẽ ſi. §. quẽadmodũ. Acc.

m Percipientibus. ex ipſa diuiſione.

n Contigerit. ſ. iure ſucceſsionis, licet nonnũquã diſpar ſit emolumentum inæqualiter facta diuiſione.

o In qualitate. prout melius poſſunt bona fide, vbi res hæreditariæ in ſpecie ſunt.

p Quantitate. vbi res ſunt hæreditariæ in quantitatibus: vt. ff. de verb. obli. l. ſtipulationum.

q Relinquat. not. non intereſſe quo tit. vel iure filij hæc habeant. Sed contra: vt infra, vt cum de ap. cog. §. aliud. col. viij. nam tantum iure inſtitutiõis debetur: vt ibi dicitur. Sed ſolue vt ibi.

r Octounciũ. vbi fuerint quatuor vel pauciores: vel ſexuncium vbi fuerint vltra quatuor. Sed quid ſi ſint vltra quatuor, puta decem: & quatuor tãtum, vel pauciores ex his exhæredat, vel præterit: nunquid triẽtẽ & ſemiſſem eis dabit ſuæ partis? Reſpon. ſemiſſem: cũ propter numerum & ſua legitima[2] ſit diminuta, quod hæc conſti. velle videtur. nam & alias dicitur nihil eſſe adeo magnũ, quin fiat inſenſibile, ſi per plures partes diuidatur: vt infra de nat. li. in curia[3] depu. in princ.

s Natura. i. filij qui naturaliter procreatur: ſine iure naturali: vt infra. c. §. neque illo. & inſtit. de iure nat. §. j.

t Accedere. ſcilicet licebit patri dare in extraneos. nõ autem prius: & facit ad hoc. ſ̃. de non eligen. §. cũ igitur. in fi. §.

v Hoc obſeruando in omnibus. ſ. ſi filijs & nepotibus, & cæteris inferioribus: cum his omnibus detur iure veteri querela: vt. ff. de inoffi. te. l. j. & l. nõ enim. Sed nunquid in ſuperioribus quarta debita olim augebatur per hãc legem? Reſpon. q̃dã quod non: vt infra e. §. prohibemus. in fin. & in nouel. e. ti. Iſtẽ, quia non inuenitur expreſſe dictũ: ergo in ſua manet vetuſtate: vt. C. de ap. l. p̃cipimus. §. fi. Sed cõtra eſt, vt puto[4] nã hæc ſunt verba generalia in omnibus perſonis &c. ergo generaliter intelligenda: vt ff. de alea luſu. l. j. §. de. & ff. de ſer. vr. præ. l. ſi ſeruitus. in fi. Conſtat autẽ patrem & cæteros ſuperiores olim habuiſſe hoc ius contra filiorum teſtamenta: vt filij habeant contra eos: vt. ff. de inoffi. teſt. l. j. & l. nam & ſi. & inſt. de inoff. teſt. in prin. ergo hodie illud augetur, vt hic manifeſte dicit. Item nunquid aliæ quartæ[5] p hãc cõſtitutionẽ augẽtur, vt in Trebellianica, et iure inſtitutiõis & cõſtitutiõe diui Pij in bonis arrogatoris: vt. ff. de inoffi. teſta. l. Papinia. §. ſi quis ex his? Reſpond. non puto[6] cum hoc non velit hæc cõſti. dicere. arg. C. de te. l. ſancimus. &. C. de ap. l. præcipimus. in fin.

x Excipiatur. ſ. de prædictis in. §. proxi. ſ̃. Acc.

y Lex. quam nõ habemus: ſed eius ſententia eſt. j. co. qui. mod. natu. effi. ſui. §. ſi quis aũt. co. vij. Ac.

z Curialibus. ſ. viris. Sed hoc non videtur locũ poſſe habere, vbi duo ſunt filij. ſ. curialis & non curialis: vel ambo curiales vel filiæ nuptæ curiali. Si enim curialis dederit nouem vncias, non remanent alijs, niſi tres: cũ. ſ̃. dictum ſit quod præteritus, vel exhæredatus vnus, vel duo, vel tres debeant habere quatuor vncias? Reſpond. Io. tradendo generalem regulam, & in computatione Falcidiæ, & in omnibus ſimilibus: q vbi plures ſunt, nec quantitatem lex diffiniuit, tacite ſingu-

1 Cõcord. ca. Raynutius. in gl. ſuper ver. Trebelliani. poſt princ. ibi, & hoc hodie. extra, de teſti.

† Haloã. prędiuitis quãdiu vixit, patris

† Et honeſte poſſet exercere artem ſuã. Petr. Bar. et Alex. ã. in. §. hic allegato.

2 Intellige quãdo ſunt iniuſte exhæredati. ſecus ſi iuſte. Iac. de bel. & Baldus in authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſt.

3 Vix repetit ſecũdum Iaco. de belui.

4 Idẽ Iac. de bel. & Angel. ſupra de hæred. & Falci. in prin.

† Alias, noviuncium. Haloan. vertit dodrãtem.

5 De hac materia quartarũ vide ſecũdum cano. bonã gloſſ. in c. Raynutius. ſuper verb. Trebelianum. extra, de teſta.

6 Idem. Bar. Iaco. de bel. & Angelus.

tute ſeruandis [a]: & de ingratis [b] filijs, & de naturalibus [c] præter ſolã quãtitatem, quã ad præſens auximus [d] ſecundũ omnes prædictas diffinitiones. Prohibemus autem & illud graue exiſtens et habens quidem aliquam legalem occaſionem [e], in duram [f] tamen incidens crudelitatem et amaritudinem. Nouimus enim aliqua teſtamenta, ſecundum quæ morientes nõ paternè, nec vt viros [g] oportebat, ſed nimis mo liter atq; remiſsè fecerũt inſtitutiones. vxoribus ſi quidẽ omnẽ dereliquerunt ſuarum rerũ vſumfructum: filijs autem proprietatem nudam [h]. Quãobrem arbitror ſtudium eſſe huiuſmodi teſtamentis [i], vxoribus etiam proprietatem adquirere [k], filijs fortè fame perẽptis. Vnde [l] enim etiam in medio gubernentur, & quotidianum habeant cibũ, nihil eis derelicto vxoris iure forſan & irrationabili intercedente: quod eis etiam quotidianam gubernationẽ arripiat? Non licebit igitur decætero vlli omnino filios habenti [m] tale aliquid agere: ſed modis omnibus eis huius legitimæ partis quam nũc deputauimus & vſumfructũ, inſuper & proprietatem relinquat [n], ſi vult filiorũ nõ repetente fame morientium, ſed viuere valentiũ vocari pater: & hęc omnia dicimus non in patre ſolo, ſed in matre, & auo, & proauo, & adiunctis vnicuique fœminarum perſonis: id eſt, auia & proauia, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſint.

Nepos ex filio vel filia, auo vel auia ita ſuccedit in ea parte, qua mater vel pater ſuccederent: & hoc locum habet in nepotibus filiorum legitimorum ſiue interuenerint inſtrumenta dotalia, ſiue non. Angel.

Neque illo [o] quemadmodum ab inteſtato liberi per fœmininũ ſexũ deſcendentes, parẽtibus ſuccedere debeant, decætero ſeruando in nepotibus & pronepotibus non ſuis, & ſub poteſtate [p] conſtitutis minus tertia parte eos habere, quàm [q] eorum parẽti-

ſingulis decreſcit pro rata portione: ſicut & accreſcit: vt ff. de hære. inſti. l. interdum. §. ſed ſi aliter. &. §. ſed ſi exceſſerit. & inſti. de hære. inſtit. §. ſi plures. Vel melius, quilibet debet habere noniũciũ. i. tres partes eius partis, quam habere debet ab inteſtato, quando ſunt omnes curiales, vel filiæ curialibus nuptæ. alias non curiales ſemiuncium vel quadriuncium. & ſecundum hoc omnia plana ſunt. Alij dicunt [1], qđ hic erat tantũ vnus curialis, vnde habet noniunciũ: vel ſi erat filia curiali nupta, ſola erat: qđ recidit in idem. Sed hoc plus dicebãt, quia ſi legitimi eſſent & huius filij curiæ dati cũ illis: tunc non poteſt habere plus curiæ datus, quã legitimus: vt infra quib. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. & §. quoniã varie. & §. ſi quis autem. licet forte poſſet dici, qđ ſuperiora habent locũ, quãdo oẽs ſunt legitimi: ſed quidã erant curiæ obligati, alij non. Accurſius.

a Seruandis. imo videtur omnes correctæ: quod dic: vt infra, vt cum de appel. cogno. §. illud.

b De ingratis. vt ſupra, de hæred. & Fal. §. exhæredatos.

c Naturalibus. vt. C. de natu. lib. per totum. ſed quædam ex illis corrigentur alias: vt. ĩ. quib. mo. natu. effi. ſui.

d Auximus. vt proxi. §. Accur.

e Occaſionem. nam quia conceditur a lege relinquere vxori vſumfr. rerum ſuarum, ſumebat occaſionem, vt etiam ſic auferret illum vſumfructum filijs de legitima ſic alias. ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuf. §. deinde volumus. & §. an certe.

f In duram. i. magnam. duæ partes ſunt.

g Nec vt viros. Not. viros debere eſſe fortes & robuſtos. ſic. ĩ. de nu. § per occaſionem.

h Nudam. & illam forte non totam.

i Teſtamentis i. teſtatoribus, vel ſubaudi, in.

k Adquirere. quod ſtudere videntur parentes totũ vſumfr. filijs adimentes.

l Vnde. interrogatiue lege.

m Filios habẽti. Hic eſt ar. ſolis libertis auctã eſſe portionem ſecundum Al. quod diximus. ſ. plene. §. hæc nos. in fi.

n Relinquat. hoc eſt cõe in omni quarta. ff. ad. l. Falci. l. quod de bonis. §. fructus. & ff. ad Treb. l. mulier. §. ſi hæres. Et facit ad hunc. §. C. de inoffi. te. l. quoniã in prioribus. Sed contra eſt. ff. de vſufru. legat. l. vxori meę. ſed hęc corrigitur [2] vt ar. C. de inof. te. l. ſcimus. §. cũ autem. Vel ibi ſi recte inſpiciatur nõ grauatur: quia olm rerũ ꝓprietatẽ habet. qđ plus eſt. arg. inſti. per quas perſo. no. acqui. §. hoc quoque. Item contra. ff. de inof. teſt. l. Papinianus. §. quarta aũt. Sed quod ibi dicit in libertatibus eũ grauari, vt tãtũ minorẽ quarta habeat. Dico correctum ꝑ hoc quod hic dr̃, quod in nullo poſſit grauari. Sed nũquid poteſt aliquo caſu filius fraudari? Reſpon. ſic ſecũdũ lo. vt ſi habeat tantũ ſeruos, qbus relinquit libertates quæ competunt: licet etiã abſtineat filius, ſi eſt in pr̃ate patris: vt. ff. de fidei cõ. lib. l. cũ quæritur. §. ſed & ſi quis. & ff. de inoff. teſt. l. Papinianus. §. quarta. in fi. §.

o Neque illo. ex hoc. ſ. ſupra eſt auth. quæ tertiæ portionis. quæ eſt poſita. C. de col. ſuper. l. illam. Acc.

p Et ſub poteſtate. repete nõ, et tũc plana. vel dic non ſuis, & ſuis, qui diuerſimode ſuccedebant, vt ſequitur: ſi tamen ex filio nati non aũt ex filia nati dicuntur in poteſtate: vt inſti. de pa. po. §. pen. et §. fin. Et caueas tibi: qa in duobus tantum caſibus hic. § loquitur, in nepote, vel nepte ex filia ſi moritur maſculus: vbi ſuccederet vna cũ auũculis vel materteris cũ diminutiõe tertiæ portiõis ſuæ. Item ſi fœmina moritur, de cuius ſucceſsione agitur: tunc nepos ex maſculo, vel fœmina cum dicta diminutione ſuccedit cũ patruis: & hoc ſubijcit in hoc. §. & dicitur C. de col. l. illa. & de ſuis & legi. l. ſi defunctus. & inſtit. de hær. quæ ab inte. defe. § diui. quæ hodie non diſtinguuntur: vt hic dicitur: quia omnes dicti nepotes habebunt integram portionem, quam erat habiturus pater vel mater. Sed nunquid dictæ. ll. corriguntur per legem inſt. de hær. quæ ab inte. §. fi. Quidam dicũt qđ ſic: vnde hæc auth. non corrigit: cum iam correctũ inueniat: nos dicimus, quod dictus. § loquitur in quodã alio caſu, et quadã alia parte, quę dabatur agnatis ex conſt. Archadij, & illud corrigitur: vt ibi patet. & C. de ſuis et leg. l. fi. vnde hic. § corrigit dictas leges.

q Quam. ſ. tertiam partem. Accur.

1 Et melius Iaco. de Belui. hic Ful. & & Iaſ. in auth. nouiſsima. C. de inof. teſta.

2 Idẽ Iac. de Bel. & gloſſ. in auth. nouiſsima. de inoffici teſta. C.

Filius an poſsit aliquo caſu fraudari legitima.

Viros fortes eſſe oportet.

3 Approbatur per Iacob. de Beluiſio.

bus viuentibus oportebat relinquere teſtatores. Non enim excipimus [a] vlterius [b] nepotes, qui ex filio paternis auis accreſcūt: vt illi quidem integram accipiant partem, quātam eorum acciperet pater viuens: Nepotes autem ab auo per mediā filiam venientes, auia paterna [c], aut materna minus tertia accipiant: ſed vnum ordinem in omnibus ponimus nepotibus & pronepotibus: non referentes fœminā [d] à maſculo in talibus minui. Neque enim maſculus ipſe in ſe, neque fœmina ſolùm ad natiuitatis propagationem ſufficiens eſt: ſed ſicut vtrunq; eorum coaptauit deus ad generationis [e] opus, ita etiam nos eandem vtriuſque ſeruamus æqualitatem [f]: ſed nec vſque in hoc ſtatuimus legem. Hæc enim dicimus & in illis filijs, qui ex nuptijs ſunt legitimis, licet non ſint ſecutæ nuptias dotes: ſed affectus [g] indubitatus & manifeſtus inter cōiuges exiſtens filios præſtet eſſe legitimos. Dotē enim celebrāt nuptię: nuptias autē dotes non faciūt [h], ſed cōiunctorū affectus. Hoc idē obtineat & in his, qui ex poſteriori affectu cum dotibus ſecundum noſtras conſtitutiones [i] legitimi fiūt. et hęc ſit ſanctio legitimæ ſoboli. [Conſideremus autem aliquid ad ſolam naturā clemēs. multi nāq; moleſti ſunt nobis ſemper, precelq; crebræ [k] & ſilentes filij: & ſemper equidem clemens aliquid definimus. ſed quia, cum hoc nō lege agimus, erubeſcimus [l]: Ideoq; cauſæ etiam adijcientes legem, ipſi quidem populos [m] remouebimus: dabimus autem omnibus habere ex lege remediū. q̄a enim teſtari naturalium filiorū patribus etiā ipſis [n] dedimus [o] legitima quidem exiſtēte prole vſq; ad vnam ſolam vnciam, quam habebunt vnà cū matre (hoc q̄ etiā prius fuit) filijs autē nō exiſtētibus legitimis, & vſq; ad medietatē totius ſubſtantiæ. hoc dicunt à nobis poſitæ leges [p], nō in teſtamētis ſolū patribus concedentes hoc agere: ſed etiam alijs munificentijs [q], quas et ſuperſtites donant. Præſens [r] autē lex de his [s], quæ ab inteſtato ſunt [t], loquitur, & noui aliquid introducit. nunc enim ſi q̄s moriens legitima ſibi penitus ſobole non exiſtente (filiorū dicimus, aut nepotū, aut cæteræ ſucceſsionis) neq; vxore legitima [v]: proinde moriat̄ non diſpoſita ſubſtantia, et veniat cognatio [x] forſan, aut certè manumiſſor [y] bonorum poſſeſsiōem [z] mouens & inſurgēs, aut etiam noſtrū ærariū (nec enim illi quātum ad hoc parcimus) ſit autē ei domi, donec viuit, libera mulier in habitu cōcubinæ cū eo degēs, et filij ex ea (talibus [a] enim ſolis hæc ſancimus, vbi omnino indubitatæ ſunt cōcubinæ [b] in domo habitę, ſiue [c] naturaliū ibidē proles [d]) et nutrimētum damus eis: & inteſtato parentibus morientibus duas habere vncias [e] paternæ ſubſtantiæ cum matre partiendas, quanticunq; fuerint filij: ita vt pro portione vnius filij & mater accipiat [f]. Et hæc [g] dici-

a Excipimus. id eſt, ſeparamus. Accurſius.

b Vlterius. id eſt, amodo per hanc legem.

c Paterna. de cuius ſucceſsione nūc agitur: et caute no. hac duo capitula, vt modo diximus.

d Fœminam. id eſt, natum ex fœmina, vel etiam maſculo, cum de ſucceſsione fœminæ tractatur.

e Generationis. facit inſti. de exhę. lib. §. nęſtra. &. C. de ſuis & legiti. l. lege xij. tab. &. C. de li. præte. vel exhære. l. fi. Ac.

f Aequalitatem. ſcilicet in iure ſucceſsionis.

g Sed affectus. facit. j. de nupt. §. nuptias. & ff. de reg. iur. l. nuptias.

h Non faciunt. facit. C. de do. ante nup. l. fi. & de iure dot. l. iij. in hoc caſu tamen exigitur dos & matrimonium: vt. j. vt li. ma. et auiæ. §. qua vero dudum diximus.

i Cōſtitutiones. vt. C. de nat. lib. l. cū quis. et. l. nuper.

k Crebræ. facit ad hoc. C. qui potio. in pig. hab. l. fi. in prin. et. ſ. de hæred. & Fal. in prin.

l Erubeſcimus. no. non valere reſponſionē: quæ lege non probatur.

Reſpōſio lege nō ꝓbata, non valet.

m Populos. i. multitudinē, quæ tota die nos interpellat.

n Ipſis. ſ. naturalibus filijs. i. ad eorum vtilitatē. Ac.

o Dedimus. id eſt cōceſsimus. ſic inſti. de libe. §. fi.

p Leges poſitę. ſ. in quinto lib. C. in ti. de na. lib. l. j. et. l. ij. alias eſt. l. humanitatis.

q Munificentijs. vt per donationē, vel cauſa mortis, vel inter viuos: vel dotis vel donationis propter nuptias: vt. C. de na. li. l. humanitatis. Sed hæc hodie ex teſtamento aliter ſunt: vt. j. qui. mo. natu. eff. ſui. §. ne igitur. &. §. ſi vero filios. col. vij. Ac.

r Præſens. ſ. lex.

s De his. ſ. ſucceſsionibus.

t Sunt. id eſt, deferuntur.

v Legitima. quia hæc nocerent: ſed ipſa nō ſuccederet, niſi in ſubſidium: vt. C. vnde vir. & vxor. l. j. & his caſibus, vbi filij huiuſmodi naturales repelluntur, ali debent arbitrio boni viri: vt. j. qui. mod. natura. eff. ſui. §. ſi quis igitur. circa fi. & addas, vt ibi.

x Cognatio. id eſt, cognati.

y Manumiſſor. i. patronus. Ac.

z Poſſeſsionem. ſcilicet contra tabulas: vt inſtitu. de ſuc. libe. §. j.

a Talibus. interpoſitio eſt.

b Concubinæ. adhęrens quis. Accurſius.

c Siue. pro &. nec enim concubinam dico ſuccedere ab inteſtato: quia nec vxor ſuccederet, niſi in ſubſidiū, q̄ eſſet iam neceſſe, ſi legeres diſiunctiue: leges ergo copulatiue.

d Proles. ſit. ſ. & ex illa filius.

e Vncias. ex hac litera ſumpta eſt authen. quæ eſt. C. de natu. libe. l. humanitatis. quæ incipit ibi, licet pater &c. Ac.

f Accipiat. & ſic mater admittitur in virilem.

g Et hæc. ſ. quæ dicta ſunt. ſ. hoc. §. ſ. vt filij naturales ſuccedāt patri inteſtato mortuo in duas

i Iſta gloſ. eſt ſingu. ſecundum Bal. in. c. ꝑ tuas. de maio. & obed. & la. in authēt. præterea. C. vnde vir et vxor. ad hoc, quod concubina nō ſuccedit ſuo concubinario etiā in ſubſidium, licet vxor ſuccedat viro per tit. vnde vir & vxor.

mus[a], ſi vni concubinæ cohabitauerit, & filios ex ea habuerit: aut præcedente cõcubina morte forſan, aut diuiſione, filij domi ſint. tunc enim damus eis ab inteſtato duarum vnciarum ſucceſsionem. Si autem confuſa concupiſcentia ita fiat, & alias introducat priori concubinas, & multitudinem habeat cõcubinarum fornicantiũ (ſic[b] enim dicere melius eſt) et ex eis filios faciẽs moriatur, multas ſimul relinquens cõcubinas: odibilis quidem nobis eſt iſte, qui talis eſt: procul autẽ omnibus modis ab hac lege expellatẽ. Sicut enim quis legitimę vxori coniũctus alias[c] ſuper inducere nõ poterit matrimonio conſiſtente, & ex eis legitimè filios procreare: ſic neq; poſt cognitã (quemadmodum diximus) concubinam, & ex illa filios dabimus[d], ſi aliud opus libidinis egerit, etiam hoc ad ſucceſſionem eius introduci, ſi mortuus fuerit inteſtatus. Nã ſi hoc non conſtituimus, indiſcretę erunt mulieres, quẽ magis, aut quẽ[e] minus amauerint[f]: indiſcreti[g] etiam filij: & nos† non præbemus luxuriantibus, ſed caſtè viuentibus legem. Non autem diſtinguimus de filijs, ſiue maſculi, ſiue fœminę ſint. Sicut enim natura nihil circa hoc arte ratiocinatur: ita nec nos alteram in maſculis, & alteram in fœminis ſecũdum hoc ponimus legẽ. valebit itaque hæc lex[h] nobis in futuris, et maximè omniũ[i] hæc[k] quoniam earum, quę dudum non rectè tenebant, plurima & emẽdauit & explanauit[l], & quod præterijt[m], nõ poteſt ab ea, quæ nondum erat, regulæ ſubijci. Hęc[n] à nobis de prędictis ſucceſsionibus ſunt ſancita.

Collatio donatorum ab inteſtato et ex teſtamento fieri debet, niſi expreſsim aliud dictum ſit, omnibus quæ prius de collatione dicta ſunt, confirmatis. Bartolus.

Illud[o] quoq; † bene ſe habere credimus, hac lege complecti. prioribus enim legibus volẽtibus in collationibus, ſiquidẽ ſine teſtamẽto morerentur parentes, collationes ſecundum earum[p] virtutem fieri: ſi verò teſtati, nihil dicentes[q] de eis[r], locum non fieri collationibus, ſed res habere per dotem forte, aut alio modo datas, et quæ ſunt relicta[s] defendere[t]. Nos ſancimus, † non eſſe omnino[v] talem[x] opinionem. ſed ſiue quiſpiã inteſtatus[y] moriatur, ſeu teſtatus (quoniam incertum eſt, num forſan oblitus[z] eſt datorũ, an pro tumultu mortis anguſtiatus[a], huius non eſt[b] memoratus omnino[c]

duas vncias. Sed hic non imponimus iſtam pœnam filijs naturalibus. ſ. vt ſuccedant patri in aliquo ſcilicet, quando pater plures habuit concubinas.

a Dicimus. id eſt, habent locum.

b Sic. interpoſitio. Accurſius.

c Alias. ſ. vxore.

d Dabimus. id eſt concedemus, & repete non. Azo.

e Quẽ. alias, quã.

f Amauerint. ſ. homines: ſi habes quam. ſi habes quẽ amauerint: dic ſcilicet mulieres.

g Indiſcreti. ſ. erũt. etiam filij. Nã tot erunt concubinæ & filij ex eis: vt neſciret pater eorum, qui nati eſſent ex vna, & qui ex alia. Ac.

h Hæc lex. ſ. tota vſq; ad prin.

i Omniũ. ſ. aliarum legum tractantiũ de hac materia.

k Hæc. ſ. noſtra lex valebit.

l Explanauit. ſ. hæc noſtra lex.

m Et quod preterijt. q. d. non habeat locum in præteritis et facit. C. de teſt. l. iubemus. et. ſ. vt iu. ſine quoquo ſuffr. §. fin. &. j. de admi. offi. §. fi. col. iij.

n Hæc. quæ dicta ſunt. ſ. vt filij naturales ſuccedant patri inteſtato mortuo in duas vncias.

o Illud. hic eſt ſumpta auth. poſita. C. de col. ſuper. l. j. alias incipit, ex teſtamẽto &c. Ac.

p Secundum earum. ſ. legum, quæ multæ ſunt: vt. C. de col. l. ij. & iij. & iiij. et v. et fere omnes leges illius tit. ſed ſi teſtamentum faciebat, nõ fiebat col. vt ſubijcit. & C. de col. l. j. et. l. filiam. et. C. communia vtriuſq; iudi. l. fi. j. reſpon.

q Dicentes. ſcilicet parentes.

r Eis. ſcilicet collationibus.

s Relicta. ſ. in teſtamento: vt quia eſt inſtitutus hæres cum alijs ſuis fratribus.

t Defendere. Puta partem ſuam hæreditatis.

v Omnino. ſ. nobis.

x Talem. qualis dicta eſt. ſ. in caſu, quando ex teſtamento quis decedit.

y Inteſtatus. quod fit ſex modis, vt diximus inſti. de hære. quæ ab inteſt. j. reſpon.

z Oblitus. per longitudinẽ temporis, propter quam aduenit obliuio[1]: vt diximus inſti. de vſucap. §. quod autem. Ac.

a Anguſtiatus. nec ei imputãdum quare ſe anguſtiauerit: licet alias interdũ imputet: vt ff. ſi quis cau. l. ij. §. pe. q2 mors ĩopinate venit: vt. ff. de cõdi. et demõ. l. j. et facit ad hoc. C. qui teſt. fa. po. l. hac cõſultiſsima. §. at cũ. &. C. de pecu. eius qui li. me. l. j. Ac.

b Huius non eſt. ſ. donationis. Acc.

c Omnino. ſed cõ donatio alia ſit ſimplex: vt puta donatio interviuos, alia ob cauſam aliquã, vt dos: donatio ꝓpter nupt. vel propter militiã: vel ſimilia: vt. ff. de do. l. j. de quibus donationibus loquitur hic? Rñ. ſecũdũ Io. de omnibus. Nam omnia cõferũtur ſecundum eũ: q2 verba gñalia ſunt omnino &c. &. ſ. dicit datorum &c. nec diſtinguit qualiter data: ergo generaliter eſt intelligenda: vt. ff. de ſer. verba. prædi. l. ſi ſeruitus. &. ff. de alea. l. j. §. penulti. Item cum dos, quæ de bonis patris deceſſit cõferatur: vt. ff. de colla. bon. l. fin. et. ff. ad legem Falcidiã. l. pater. multo magis in ſimplici donatione, quæ in bonis patris remanſit: vt. C. de inoffic. dona. l. ij. ſed M. & Lot. & B. contra[2]. dicunt enim in donatione ſimplici collationem non faciendã: ſed in his, quæ ob cauſam fiunt. Idem dicũt quod Io. ſed in ſimplici concedũt fieri in duobus caſibus: vt quando pater hoc expreſsit: vt hic probatur, &. C. de inoffic. teſta. l. ſi quando. §. j. Item quando vni ob cauſam donauerat, alteri ſimpliciter. tunc enim ne emergat inæqualitas: etiam ſimplex donatio confertur: vt. C. de col. l.

Præterita non reſpicit lex.

† Cõcor. glo. in ca. in præſentia. ſuper verbo, publicas. extra, de probatio.

1 Sequitur hanc gloſ. Ange. hic.

† Ex hoc §. eſt tracta auth. ſituata ſuper. l. j. C. de col. & incipit, ex teſtamẽto.

† Haloã. ne omnino talis aliqua ſit ꝓſumptio.

2 Approbatur per Iacob. de bel. et An.

colla.l.penult. & hoc in his, vbi fit collatio, hoc eſt in profectitijs: non autem in aduētitijs iure iſto: vt. C. de col.l.fi. ſiue ſui ſuis: ſiue ſui emancipatis: ſiue ecōtra. ſi autem emancipatis emancipati: tūc nullo modo. Item quando ſunt nec ſui, nec emancipati: vt nepotes ex filio: vt. C. de col.l. ſi emancipati. Et quod dixi emancipatum ſuo cōferre: intellige in his, q̄ tēpore mortis patris habebant: nō quæ poſtea quæſierunt: vt. C. de col. l. nec emācipati. & l. ea demū. & hoc inter ſe: extraneis autē cohæredibus nullo modo [1]: vt C. cōmunia vtriuſq; iudi.l.fi.

lidītate ſua. & no. [2] hic diligēter argumentū in tabellione, qui recipit teſtes vt ſuſpectus dari non debeat. Idem & in iudice, cui cauſa committitur. & facit. C. de iudi.l. apertiſsimi. & ſubijcit hic.

esse collationes: & exinde æqualitatem, ſecundū quod olim diſpoſitum eſt [a]: niſi expreſsim deſignauerit ipſe ſe velle nō fieri collationem: ſed habere [b] eū, qui cogitur [c] ex lege conferre: et quod iam datū eſt [d], & ex iure teſtamēti [e] omnibus, quę prius de collationibus à nobis ſancita [f] ſunt, in ſua virtute manentibus, ſi res ſuas pater inter liberos diſtribuere velit.

Diuiſio bonorum à parente inter liberos facta non aliter valet, niſi in teſtamento fuerit facta, vel in alia ſcriptura parentum, vel liberorum vel omnium ſubſcriptionem continente. Bar.

Et quod ſæpe nobis iudicātibus placuit, neceſſariū credimus nunc partem fieri præſentis legis. frequēter enim quidam plurimorum filiorum [g] conſtituti patres † inde putantes mox ſubſtantiā diuidere in fraterno certamine eos ſeruāt: & ad maiores adhuc & ſæuiores eos contentiones adducunt [h]. Cùm enim oporteret, ſi hoc vellēt [i], aut apertè omnia diuidere in teſtamentis ſuis: aut [k] ſi non hoc vellent partes facere, & eas ſubſcribere, & ſic indubitatam dare filijs diuiſionē. At [l] illi non hoc faciunt: ſed partē quidem aliquā per ſe ipſi ſcribūt: et neq; hanc habere cōtinuè, ſed fortè inter ſcriptam alterius cuiuſpiā literis [m] & inſcriptione abiecta [n], & nulla cuſtodia digna poſita: reſidua verò pars nequaquam illorum eſt manus, ſed ſubſcriptoris cuiuſpiā fortè corrupti, aut cuiuſcunq;. & hinc [o] illis litiū occaſiones decies milies [p], vtrum hæc voluntate geſta ſint patris, an alicuius artificis [q] operarij certaminis et contentionis, & ad fauorem partis alicuius ſcribētis. Hæc [r] nos moleſtare de cętero noſtros ſubiectos nolētes, ſancimus, ſi quis voluerit ſuas res filijs, aut diuidere, aut omnes, aut etiā aliquas fortè relinquere præcipuas has, maximè quidem, ſi poſsibile eſt, dicat in teſtamēto [s], & indubitatam det filijs hinc vtilitatem. Si autē hoc non [t] agat propter aliquas neceſsitates [v], quæ plurimæ circūſiſtūt hominibus: † licet tamen deſcriptiones [x] facere rerū, quas partiri voluerit, & ſubſcribere oībus [y], aut ipm, aut filios vniuerſos ſubſcribere [z], procurare, inter quos res diuidet, & ex hoc cauſæ dare indubitatā fidē. & quod ſecundū hāc fit ſpeciē, ratū ſit atq; firmū [&],

1 Quiuis Rap. Ful. in.l. ſi emācipati. C. de coll. dicat ibi gl. ſingul. ad hoc, quod extraneus ſuccedens cum filio, nihil conferre tenetur hęc gl. eſt ſimilis & in.l. fin. hic alleg.

† Haloā. dum videtur bona diuidere, vt euſtigio fraterna illos cōtētione liberent: in maiores &c.

a Diſpoſitū eſt. ſ. eo inteſtato moriente: alias enim olim nō fiebat colla. & ita non erat hic ęqualitas: & facit ad æqualitatē. ſ. de non elig. §. fi. & C. de iudi. l. placuit. & j. vt exac. inſtan. do. §. finali. colla. vij.

b Sed habere. repete voluerit.

c Cogitur. alias, niſi teſtator dixiſſet, q̄ nō cōferret.

d Datū eſt. a patre ei. ſ. iure donationis: puta vel alio titulo datum. Ac.

e Teſtamēti. puta eam partem, ex qua eſt inſtitutus.

f Sācita. quæ nō contradicunt his, quæ hic ſtatuūtur: vt. ſ. in prin. huius §. ſic. ſ. eod. in fine. j. reſpon.

g Filiorum. etiā duorum: vt. ff. de teſti. l. vbi. ſed hæc dictio plurimorū, tres exigit ad minus. Idē tamen credo in duobus. Ac.

h Adducūt. nam magis dolet, ſi fratri aliqd vltra partem datur, quam etiam ſi extraneo: vt. C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. j.

i Vallens. ſ. fraterno certamine eos liberare.

k Aut. pro ſaltem.

l At. Hæc aduerſatio ſuperflua eſt, ppter p̄cedēs, cū.

m Literis. datiui eſt caſus.

n Abiecta. id eſt, vili ſcriptura.

o Et hinc. id eſt, ex tali ſubſcriptione.

p Decies milies. ſ. ortæ ſunt. & facit ad hoc verbū ſ. de hære. & Fal. §. exhæredatos.

q Artificis. i. præbentis operā certamini arte & cal-

r Hæc. quæ modo dicta ſunt & ſcripta ſunt: vt. C. fami. erciſc. l. fi. & facit. C. e l. filij. in fine legis & l. cognatione.

s In teſtamento. quod in præſentia teſtium ſeptem fit ſiue in ſcriptis, ſiue nuncupatiuum ſit: vt inſtit. de teſt. §. j. & §. fi. Accur.

t Hoc non. ſcilicet teſtamentum.

d Si autem inteſtatus. Not. hic caute in quo hic. §. corrigitur. ſ. de non elig. §. cum igitur. & certe in omnibus concordat, præter quam in vno. nā ſi teſtamentum facit filius: & hæc & illa permittit matrē inſtitui. Item ſi inteſtatus decedat: & hæc & illa non diſtinguunt, an ante mortem filij nubat ſecundo, vel poſt mortē: vt hic ſubijcit. ſed in hoc differt: quia in bonis tantum, quæ filius acquiſiuit, non autem in paternis hęc permittit ſuccedere matrem in proprietate: licet illa in omnibus. & in hoc illa per hanc corrigitur: & ad legē quandam antiquam redimus: vt. C. ad Tertyl. l. matri. in fine. Sed nunquid hæc corriguntur infra, de hære. ab inteſt. §. primo & §. ſecūdo columna nona vbi indiſtincte vocantur.

filius moriatur, iam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente: vocetur quidē & ipſa cum filij aut filiæ fratribus ſecundum noſtram conſtitutionem [a] ab inteſtato ad eius ſucceſsionem. Sed quanta quidem quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, eorum ſolummodo habeat vſum [b] ad ſecundas omnino, ſiue prius, ſiue poſtea veniēs nuptias: in reſiduis verò omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſsionem, veniat ſecundum vocationem noſtram [c] quam ſtatim dicemus [d], quadā correctione & ea indigēte. Et hęc dicimus [e] in rebus, quæ extra [f] nuptialē donationem ſunt. Quæ enim in illis ſancita ſunt à nobis [g], & à Leonis diuæ memoriæ cōſtitutione [h], integra cōſeruamus: in quibus ſolū mater habeat vſumfructum [i]. Sed & in alijs rebus hæc ſancimus, & deinceps ipſi tradimus quęcūque poſt nuptialem [k] donationem ſunt à patre venientia filio, aut ex alijs cauſis, tā ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſucceſsionibus ratione contra ingratos filios [l] vndique & ſuper iſtis rebus ſeruata, quando manifeſtę cauſę ingratitudinis demonſtrātur. alijs omnibus, quę de ſucceſsionibus dicta ſunt parentum in filijs, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

Frater ex cauſa ingratitudinis tribus ex cauſis à fratris ſucceſsione excluditur, his obtinentibus in futuris cauſis. Barto.

Ingratitudinem [m] autem hic conſideramus non ſolùm ad matrem, ſecundū quod pridem à nobis dictum eſt: ſed etiam aduerſus eundem ipſum fratrē defunctū. Et quoniā ſcimus multas fratribus ad inuicē factas contentiones [n] illū ſolūm tanquā ingratum circa fratrem effectum, participare lucrum [o] non concedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eū inſcriptionem, aut ſubſtantiæ ei [p] properauit inferre iacturam. Eius [q] enim portio tam ad reliquos fratres, quā ad matrem veniat. Et hæc lex ſuper filiorū ſucceſsionibus, quibus cum matre ſuccedunt filij, maneat [r] [s] illam, quæ à nobis facta eſt, ſubdiuiſionem introducens ijs, quæ futuro tempore matrimonio ſecūdo ſunt futuræ viris de matris ſucceſsione. Quę enim iā ad ſecūdum matrimonium peruenerunt: ſucceſsionē ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato habere firmè & ſecūdum dominiū & ſecundū vſumfructū, & alienare, & teſtari, & trāſmittere ſecundū quē voluerint modum, nihil ſit eis impedimēto quolibet tempore ex pręſenti conſtituta lege.

Mater filio in lucro, aut nuptiali donatione non ſuccedit, niſi in vſufructu: his obtinentibus in caſibus futuris, & in præteritis nondum ſententia, vel tranſactione finitis. Barto.

cātur ſuperiores ad ſucceſsionem inferiorum? Reſp. non ſecundum Ir. quod verum puto: quia ibi ſecundarum nuptiarum non fit mētio. Item nec eſt nouum, vt poſteriores per priores determinētur: vt. ff. de leg. & ſenat. l. ſed & poſteriores. licet quidam contradicant. Item pro nobis. C. ad Tertyl. l. fi. in fi. & C. de appellat. l. præcipimus. in fin.

a Conſtitutionē. ſcilicet illam de nō eligen. §. cū igitur.

b Vſum. i. vſumfructum ſiue patris ſcilicet virilis. Sed certe & ſecundum hanc conſtitutionē videtur ꝙ in proprietate ſuccedat: vt. ſ. eo. §. quoniā infirmas. ibi, ſi vero non habeat filios &c. quæ huic ſignatur cōtraria. Sed certe ſecundū Io. hic loquitur de rebus paternis, de quibus lucrandis pactum nō fecerat: ibi autē de ijs quę pacto poterāt lucrari.

c Vocationē noſtram. quę eſt. C. ad Tertyl. l. fin.

d Dicemus. alias dicemus: & tūc plana eſt. alias dicimus, & tunc ponitur pro dicemus: vt j. eo. §. & quoniā. vbi fiet quædam correctio illius legis. C. ad Tert. l. fi.

e Et hæc dicimus. quæ ſancita ſunt. ſ. quia in paternis vſumfructū: in acquiſitis aliunde proprietatē habeat mater.

f Extra. id eſt, præter. Accur.

g A nobis. vt. ſ. de non eligen. §. antenuptiali. & ſ. eo. §. ſi vero expectet.

h Cōſtitutione. vt. C. de ſecū. nupt. l. hac edictali. § ius illud. in prin. §.

i Vſumfructum. i. vſum. item & tantū proprietatis, quantū ex morte filij huius, de cuius ſucceſsione nūc quæritur, pōt acqri ex pacto nō exiſtētiū liberorū: vt ſ. e. §. qm̄ infirmas. cōtra. Vel hoc intellige qn̄ nil pepigit, alias cōtra: vt in. d. §. continetur.

k Poſt nuptialē. i. ꝓpter nuptias. A.

l Ingratos filios. i. rō qua alīs repellūtur ingrati filij ab hmōi lucris: vt. ſ. e. §. ſoluto. ibi, ſi qs eīm ex eis &c. vt. ſ. e. §. ſup his. in fi. §. ſeruet ī hoc lucro: vt repellat mr̄ ſi ſit filio īgrata: vt hic, & ſ. de nō eli. §. cū igit. in fi. j. rū. col. j. & hoc, qn̄ manifeſtę cauſę īgratitudinis mōſtrāt: vt ſubijcit. q. vij. ſunt: vt j. vt cū de ap. co. §. & hoc qdē de parētū. & ecōtra qbus exhæredantur filij, ſūt xiiij. vt. j. vt cū de ap. co. §. cauſas. coll. viij. Sed qbus repellūtur frēs ſunt tres: vt j. pxi. §. & qd' ſubijcit, aliorū &c. & ſic cōſtruc intactis manētibus, q̄ de ſucceſsionibus dicta ſunt aliorū oīm parētū in filijs, aut filiorū ī parētibus. Sed q̄ ſunt alia cōſtituta, q̄ q̄ hic ſūt? Rn̄. qn̄ cōuolaſſet ad ſcd'a m̄rimonia.

m Ingratitudinē. dictū eſt. ſ. pxi. §. & ſ. de nō eli. §. qm̄ infirmas. in fin. j. rū.

n Cōtentiōes. ſic C. de bo. q̄ lib. l. cū oportet. §. j. l fi. Ac.

o Lucrū. ſ. ſucceſſionis ab inteſtato. Nec eīm ēt ab inteſtato fr̄ ſuccedit frī cū ingratus exiſtit, vel alr̄ mr̄ lucrata fuerit virilē ptē ꝓ vſufructu in rebus paternis: & ꝓprietatē filijs ſeruare tenetur: vt. ſ. prox. §. ſi autē inteſtatus. de hoc autē lucro non habebunt fratres defuncti, q fuerūt ingrati. Vel poteſt tertio modo intelligi, vt loquatur in alio caſu. ſ. quādo facit teſtamētū. Nā pōt exhæredare frēm & turpē pſonam inſtituere his tribus caſibus, quæ ſequuntur.

p Ei. ſcilicet fratri.

q Eius. ſcilicet fratris ingrati.

r Maneat. ſcilicet in futuro tempore.

s Illam. ſ. introducens ijs, q in poſterū ſecundo ſe marito ſociabunt, à nobis excogitatā ſub diuiſionem.

Filijs.

Et illud aut firmum, quod ex primo matrimonio eſt, filijs [a] maneat [b]: quod ſuper his per prędictam à nobis conſtitutū eſt ſanctionem [c]. Quia ſi antenuptialē donationē, quā mater moriente marito lucrabat̃, contigerit ad morientem filiū peruenire [d], & propterea partem ei illius fieri hæreditatis: matrē, neq; ſecūdū quod ſuccedit filio, dominium eorū, ſcilicet antenuptialis donationis rerum perfrui [e]: ſolā autē [f] habere horum, quādiu ſupereſt, vſum & vſumfructum. Maneat igitur & hoc ijs, qui ex prioribus nuptijs ſunt filijs, condonatū: niſi fortè ante prædictam conſtitutionē iudicialis ſentētia & tranſactio inter partes facta, de his aliquid ſtatuerit.

Mater & cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cum permiſtis in virilem portionem ſuccedit filio. Bart.

Et quoniā mater excludebat̃ quidē à filio maſculo, hoc faciēte ſenatuſconſulto [g], quod Tertyllianū vocāt: filiabus aūt cōmiſcebatur [h]: nos non querentes filiorū ius, ſed exinde ei legitima iura dantes, vocamus [i] quidē eam etiam cum maſculis fratribus morientis in tantum, in quantū numerus filiorum fuerit: quatenus & ea partē habeat tantā, quātam vnuſquiſq; fratrū. Si verò permiſti maſculi & fœminæ fuerint: hoc ipſum diſponētes. Si verò mater & filiæ ſolæ conſiſtant: ibi ſenatuſcōſultum mediā quidē partem dabat matri, reſiduā verò mediā ſororibus, quantęcunq; extitiſſent. Quod quoniā nō primitus correximus, modò adducimus ad competētem correctionem: & in iſto caſu vocantes eā pro rata filiarum: quatenus quātum vnaquæq; filiarum habet, tantū ſolummodo ea accipiat: & in omni caſu hic relato, in virilem portionē [k] (hoc quod legis eſt) etiam mater veniat: ſiue conſiſtāt ſoli maſculi, ſiue ſolæ fœminæ, ſiue etiam permiſta vtraq; ſoboles.

Parētes ex principis oratione debent inter filios æqualitatem ſeruare: licet inæqualitatem ſeruare poſſint ſi volunt: dūmodo filijs in legitima portione prouideant. Bart.

Illud quoq; ſuper hoc adijcere legi iuſtū exiſtimauimus. Si enim moriatur vir, aut mulier filios habētes, & ex prioribus & ex ſecundis nuptijs, quas poſt hāc noſtrā contraxerint legē: (in his em̄ præſentia [l] diſponimus, quæ quidem ſuper lucris ex nuptijs ſeruari oportet) hoc ſancimus [m] inſuper et decernimus [n], Portiōes, quas neceſſe eſt parentes legitimis & non ingratis relinquere filijs, ipſos genitores non erit iuſtū ad ſecūdam omnino declinare prolem: & quod ex lege eſt [o] tantūmodo relinquentes prioribus, † alia omnia ad ſecūdos deducere, ſed aliquid ex prioribus adijcere [p]. ſi quidem aliquem ex ſecundis habeat nuptijs, aut etiā ex primis forſan, ita feſtiuū [q], ita dilectum, vt velit præponere eum alijs in poſſeſſione: damus licentiam hoc agendi: non tamē omnino priores quidē filios minuere, ſecundos autem augere. ſed neq; vehementer magnificare augmētum, nec omnino obliuiſci priorū matrimoniorū: neq; infirmare [r] ea, quæ à præcedentibus nos de talibus dicta ſunt: ſed prouidere quidem & ſecundis, prouidere autē & primis: cogitantes, quoniam filij ambo ſunt: & ita faciētes [s] ſucceſsionum in teſtamentis diuiſionē. Si enim in-

a Filijs. ſcilicet eſt conceſſum.
b Maneat. ſ. in futuro tempore.
c Sanctionē. ſ. in q̄ōne Gregoria. vt ſ. de nō elig. §. hoc quoq;. & §. j. Acc.
d Peruenire. q̃a mater ſibi donauit: vt. ſ. de nō eligen. §. Gregoria.
e Perfrui. quaſi filio de bonis paternis hęc donatio aduenerit. vnde ſicut mulier in alijs rebus, quæ peruenerūt ad filiū a patre vſumfructū habet tantū: ita & in hac donatione: vt ſ. e. §. ſi aūt inteſtatus. Sed nūquid in totum? R̄n. nō: niſi mater retinuerit ſibi vſumfructum in donādo: ſed pro virili portione: vt. d. §. ſi aūt inteſtatus. & ſ. de nō elig. §. j. & §. hoc quoque. Accurſius.
f Solā autē. Item & proprietatē ſecundū pactum nō exiſtentiā filiorū: vt. ſ. de nō eligē. §. hoc quoq;. in ſi. §.
g Senatuſcōſulto. vt inſti. ad Tertyl. §. frater.
h Commiſcebatur. vt cū eis ęqualiter ſuccederet. ſ. mater tm̄ ſola haberet quātum oēs ſorores defuncti: vt. j. dicit. & inſtit. ad Terty. §. ſoror.
i Vocamus. vt C. ad Tertyl. l. fin.
k In virilē portionem. hoc fallit in ea muliere, quæ ante annū nupſit, quæ non ſuccedit, niſi omnibus filijs mortuis. et hoc tūc qū infamia eſt ei remiſſa: vt. ſ. eo. §. ſi igitur ſine filijs. Itē fallit in bonis paternis: q̄ dic. vt. ſ. eo. §. ſi aūt inteſtatus. Item fallit in tertio caſu, quādo ſcilicet mulier ſecū do nupſit: quo caſu et in caſu nō exiſtentium filiorum tantū vocatur mater in lucris prędictis, propter ſecundū matrimoniū: vt ſ. §. qm̄ infirmas.
l Præſentia. neutraliter.
m Sancimus. ſcilicet vt lucra primi mr̄imonij ſint perdita ratione proprietatis: vt. ſ. e. l. ſi vero ſit ſoboles. at lucra ſecūdi matrimonij perdūtur per tertium matrimonium: vt. ſ. cod. §. nec illud.
n Decernimus. forte mentionē facit de illa conſtitutione. ſ. de trien. & ſemiſ. §. j. colla. iij. Vel dic, q̄ dicit de eo, q̄ habuimus. ſ. eo. §. optime.
o Ex lege eſt. ſcilicet debitum.
p Adijcere. etiā vltra id, qđ neceſſario dimittitur: ſed hæc eſt ſuaſio et cohortatio, non coactio: vt infra dicitur hoc. §.
q Feſtiuū. quia feſtū patri videtur, qū eum videt. Ac.
r Neq; infirmare. vt etiā quartam filijs primi matrimonij non dimittat. quod etiā contra antiquas leges eſſet: vt. C. de inoſ. teſt. l. cū quæritur. & l. parentibus. & hic ſubijcit. Acc.
s Facientes. vt ſtatim dicit.

Supra

Imo q̃a iucundus acie pidus poni videtur.

† Haloā. reliqua omnia trāſferāt ad ſecūdos, ſed & prioribus aliqđ ad legitimam adijciant.

teſtatis eis mortuis lex omnes ex æquo vocat: cõpetens eſt, eos imitantes legẽ, † non vehemẽter magnis eos abbreuiare munitionibus, erubeſcentes legẽ. ſic enim erũt boni patres, & noſtra digni legiſlatione, & iuſti quidẽ erunt ſolã legẽ cuſtodiẽtes. Si quid autem etiã ſupra legẽ [a] reliquerint: erunt iuſti ſimul & humani patres. & non hęc dicimus inter gratos & ingratos [b] filios (de ingratis enim iam ſępius dictũ eſt [c]) ſed de ijs, qui magis aut minus diligũtur: cũ vtiq; multa differentia ſit ingratitudinis, & gratiarũ actionis: & diſsimilis honoris. Hanc itaq; partẽ [d] de æquitate filiorũ ex priore & ſecũdo matrimonio venientium, adhortãtes potius, quam ſanciẽtes dicimus: alioqui [e] ſemel augẽtes [f] ab inteſtato partẽ omnino filijs relinquẽdam, & vſq; ad quatuor quidem filios, quatuor vncias omnino definientes: ſi aũt vltra quatuor ſint: vſq; ad mediã ſubſtantię partem idoneum iam dedimus filijs ſolatiũ, non ex parua mẽſura antiquam eorum anguſtiã reſoluentes [g]. Sic igitur præſens lex futuro tempori ſanciens, ſicut ſæpius dicentes præuenimus [h], & nihil priorum tãgens [i], ſed condenſa vndiq; & complexa ſub vna continuatione, & omnia penè de ſecũdis pronuncians nuptijs, & priora quidem prioribus in ſua virtute ſeruans: quæ verò ab ea diſpoſita ſunt, futuris ſecundis explanãs nuptijs, & nouam quandam vndiq; ac ſubtiliſsimam introducens quærentibus vtilitatẽ: omnibus quæ ſuper talibus poſitę ſunt conſtitutionibus, in futuris poſt hãc noſtrã legem nuptijs, & quæ ex his euenerint, vacantibus [k]: hac videlicet vna conſtitutione futuro tẽpori, ſecũdum quod à nobis definitum eſt in ijs, qui continẽtur in ea caſibus, pro cunctis [l] ſufficiente. Hęc igiẽ tua celſitudo omnibus gentibus, quæ ſub tuo ſunt cingulo, ſolenni modo manifeſta fieri pręcipiat: vt oẽs agnoſcentes, quia maiorem laborem ſuſtinentes, quàm oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil [m] prius pro noſtra fecimus ſalute, niſi vndique congregare, quod iuſtũ eſt: & omnes videntes in vnum collectam de hac legiſlatione partẽ, ſciãt, quia & priorem [n] ijs, quę iam poſita ſunt, ſeruabimus legẽ: & futuro tempori cõpetentem poſuimus cõgruentiam. Datum xv. Calẽd. Auguſt. Conſtantinop. Beliſario V.C. Conſ.

TITVLVS II.

DE APPELLATIONIBUS [o], & intra quæ tẽpora debeat [p] appellari.

Intra decem dies à recitatione ſententiæ computandos poteſt hodie appellari: & à cuiuſcunque ſententia appellatur. Ange.

Imper. Iuſtinianus A. Triboniano glorioſiſsi. quæſtori iterum, & exconſule.

ANteriorum [q] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc circa appellationes facientes [r] & in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati [s] etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuiſſet: & fuiſſet condemnatus: intra duos dies tãtummodo licentiam appellationis haberet.

† Haloã. legi honorem habẽtes, non pinde magis illos de paupertatiõibus implicẽt.

Futura lex aliquãdo reſpicit.

[a] Supra legẽ. id eſt, ſupra id quod lex cõpellit dimittere. i. vltra trientẽ, vel vltra ſemiſſem: vt ſequitur.

[b] Et ingratos. in parua portiõe: alias grauatos.

[c] Dictum eſt. in hac conſtitutione: vt. ſ. eod. §. ſoluto. circa fi. & §. ſi aũt inteſtatus. in fi. & in alijs cõſtitutionibus: vt. ſ. de hær. & Fal. §. exhęredatos. & ſ. de nõ eli. §. cũ igitur. col. j.

[d] Hãc itaq; partem. ſcilicet hũc §. qui eſt pars huius conſtitutionis.

[e] Alioqui. i. alias quando volumus ſanciendo dicere.

[f] Augẽtes. ſ. nos.

[g] Reſoluentes. & habemus hoc. ſ. de trien. & ſemiſſ. §. j. & ij. col. iij.

[h] Præuenimus. vt. ſ. e. §. duo. in fi. §. & ſ. §. hinc nos. & in alijs multis. §§. vbi dicit caſus huius conſtitutionis ad futura trahi: & eſt hoc generale, niſi contra legem expreſſe dicatur: vt. C. de leg. & con l. leges.

[i] Tangens. nam quæ facta inuenit ante ſe, nõ mutat: vt. ſ. eo. §. j. in fi.

[k] Vacantibus. i. ceſſantibus. Acc.

[l] Pro cunctis. alias percunctatis. i. dubitatis. alias ꝓ cũctis. ſ. dubitationibus, q̃ in ea cõtinentur, vt ſubijcit.

[m] Tamen nihil. ſ. nobis exiſtentibus ſaluis, nihil p̃ponimus huic rei, hoc quod iuſtũ eſt cõgregare. Vel ita, nihil pręponimus, niſi hoc, & nihil aliud præponimus.

[n] Priorẽ. legẽ tractãtem de nuptijs.

[o] DE APpellationibus, & intra &c. *No. in hoc volumine quatuor modis de appel. tractari: vt in hoc tit. & j. de ijs, qui ingredi. ad ap. in princ. col. v. & j. vt cum de app. cog. §. j. & j. de appel. col. viij.*

[p] Debeat. alias debeãt. & tũc dic, ſ. condemnari.

[q] ANteriorum. Hæc. ſ. remedia. Accur.

[r] Faciẽtes. ſ. nos: vt. C. de ap. l. præcipimus. & alias leges vſq; ad fi. titu. & ff. q̃n app. ſit. l. j. §. biduũ. Nam ſecũdum iſta vetera iura, ſi aliquis ageret ſuã propriam cauſam, & victus fuiſſet, duo dies ſibi impertiebãtur, ſi vellet appellare. & iſti duo dies a tẽpore ſciẽtiæ ſiue ſententiæ recitatæ ſibi currebant: vt ibidem dicitur: ſi vero ageret procuratorio nomine triduum habebat. & talem acerbitatem lex. C. de ap. l. eos. reſpexit: quam in præſenti conſti. Iuſti. emendat.

[s] Antiquitati. i. antiquis legibus. vt. C. de appella. l. eos. §. ſin autem eſt iudicium. & ff. q̃n ap. ſit. l. j. §. biduũ. & §. dies. & l. pe. j. rñ. et de his dicitur in prin. titu. huius quod erãt acerbæ.

Procu

† Hæc authen. eſt canonizata ij q. vj. c. anteriorum.

a Procuratorem. vel tutorem vel defenſorem quẽ libet: vt. ff. quãdo app. ſit. l. j. §. tutores. & omnino qñ cauſa eſt, ad alienum lucrum & damnum: vt in. d. l. j. §. in propria. & l. pen. in prin. & §. j.

b In triduum. id eſt, poſt triduum.

c Incidiſſe. ſcilicet inuenimus.

d Et biduo. nam condemnati erant ſuo nomine.

Ignorantia iuris ne minẽ excuſat.

e Neceſſarium. Hæc non videtur bona ratio, cum leges nemini ſit licitũ ignorare vt. ff. de iu. & fac. igno. l. regula. & C. de iu. & fa. igno. l. nec conſtitutiones. imo etiã qlibet ſcire tenetur: vt C. de legi. & cõ. l. leges. Sed certe nec nocere patitur iuris ignorãtia: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. Nec ob. d. regula. quia dicit nocet. i. nõ prodeſt. & ideo eſt bona iſta ratio. eſt & alia: quia poterit plenius deliberare: vt. j. proxi. §. in fine.

f Intra x. dierũ. ſed quãdoque duo menſes dantur: vt C. de tempo. ap. l. j. quæ huic eſt cõtra. Sol. ibi ſpeciale eſt: hic autem ius commune erit. Vel quod dicit appellationem interponendam intra duos menſes. i. interpoſitam vſque ad duos menſes finiri & ita erit ibi ſpecialitas in alio: quia communiter intra annum vel biennium durat: vt. j. de iis qui ingre. ad ap. §. j. colla. v. ſed ibi intra duos menſes. & probatur hæc ſolutio. ff. qñ ap. ſit. l. j. §. quod in ſententijs. & §. alia cauſa eſt. Item eſt cõtra. inſti. de excu. tut. §. qui autem. Sed ibi de excu. non de appel. loquitur. Nam non poteſt appellari, vt ibidem dicitur, niſi demum ſententia lata ſuper reprobanda excuſatione, vel probanda: vt. ff. de ap. l. cũ in vna. §. tutor. & ff. quãdo ap. ſit. l. j. §. ſi quis tutor.

Decẽ dies ad appellãdũ conceſſi, quando currere incipiũt: & non ſint huiuſmodi dies vtiles, an vero continui.

g A recitatione. facit. ff. quando app. l. j. §. biduum. in prin. Sed contra in ea. l. §. fi. Sed dicas, quod a tempore ſententiæ currunt iſti decem dies & ſcientiæ, ſicut in illo biduo erat, vt in. d. l. j. §. fi. & C. quomodo & quãdo iudex. l. ab eo. Item eſt neceſſe ad hoc, vt currant, vt poſsit appellari iudice comparente in publico. ff. quando ap. ſit. l. j. §. dies. & ita erit mirabile, qđ hoc tempus ad aliquid eſt vtile, vel in principio, vel in medio, vel in fine, ſicut & alias: vt. ff. de adul. l. quinquenium. & C. de temp. in integ. reſti. l. j. & l. fin. in fi. & ff. quis ordo in bono. poſ. l. ij. j. rñ alias autem continuum tantum eſt, vt circa vſucapionem: vt. ff. de vſucap. l. nunquã. §. j. Itẽ alias tantũ vtile, vbi tria neceſſaria ſunt: vt. ff. de diuer. & tẽpo. prę. l. j. & ſic ſunt tria genera temporum, vt dictum eſt.

Temporũ tria ſũt genera.

Præfectus prætorio priuilegia

h Siue magni. nã generaliter ab omni iudice appellatur: ſiue ordinarius, ſiue delegatus ſit: excepto pfecto ptorio, vt ſubijcit. C. de app. l. a procõſulibus in prin. & §. j. & l. de iudi. §. noſtras. coll. vj. Sed cõtra in eo, qđ dicit nõ poſſe appellari a pfecto: vt ff. de mino. l. pfecti. Sol. aliud in integrũ reſtitutione, q̃ veniã continet proprij erroris: aliud in appellatione quę iniquitatẽ ſentẽtiæ cõtinet: vt in eadẽ lege dicitur. Nec autẽ eſt veriſimile, quid inique pręfectũ ptorio facere: vt ad hoc. ff. de offi. pfe. præt. l. j. §. his cunabulis. Itẽ cõtra. j. vt ſpõſalitia lar. §. aliud. coll. ix. Sed ibi de ſupplicatione ſiue de petitiõe dicit: hic de appellatione, q̃ continet iniquitatẽ ſentẽtię, vt dixi, habet ĩ alio pfectus ptorio priuilegiũ, vt poſsit facere legẽ: vt. C. de offi. pręf. præ. l. normã. Itẽ & aliud, qa alius iudex nõ dat in integ. reſtitutio. cõtra ſuã ſentẽtiã: ſed ipſe tantum vel vel princeps: vt ff. de offi. præfec. prętо. l. j. §. fina. Sunt & adhuc ſeptẽ iudicantes a quorũ ſententijs non appellatur, vt Imperator. Itẽ ſenatus. Item & qñ hoc actũ fuit inter partes: vt. ff. a qbus appel. nõ. li. l. j. Itẽ arbiter cõpromiſſarius: vt. C. de arbi. l. j. Itẽ pfectus auguſtalis: vt. j. e. §. illud. in fi. Itẽ & alij quidã, qui nominãtur. j. eo. §. ſimiliq; modo. Item comes Orientis: vt infra, eodem. §. oriẽtalẽ.

ſi autem per procuratorẽ[a] cauſa ventilata eſſet: & in triduũ[b] proximũ ea extenderetur. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc ſatis eſſe damnoſum. plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduũ eſſe prouocationes porrigẽdas, in promptum periculum incidiſſe[c], & biduo[d] tranſacto cauſas perdidiſſe. vnde neceſſarium[e] duximus, huiuſmodi rei competenter mederi. Et ſancimus, omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, vel tutores ventilentur: poſſe intra decem dierum[f] ſpatium a recitatione[g] ſententiæ numerandum, iudicibus ab iis, quorum intereſt, offerri: ſiue magni[h], ſiue minores ſint, (excepta[i] videlicet ſublimiſsima prætoriana perſectura) vt liceat homini intra id † ſpatium pleniſsime[k] deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum: ne timore[l] inſtantiæ opus appellatorium frequẽtetur: ſed ſit oĩbus inſpectionis[m] copia, quę & indiſcuſſos[n] hominum calores poteſt refrenare.

† Id tamẽ hodie i regno Franciæ conſtitutiõibus Reg. Ludo. xj. ac. Caro. vij. definitum eſt: vt vel ab ipſa ſẽtentiæ pnũciatiõe, ſedẽteque pro tribunali iudice, ſtatim ſit appellãdũ.

Cauſa debet in principis conſiſtorio agitari: & ſi ob principis impedimentum proceres cauſam adire non poterunt, tunc intacta ſeruatur. Ange.

Ad hæc[o] ſancimus, ſi quando lis[p] ſperatur in noſtrum inferri conſiſto-

Appellare a multis iudicibus nõ licet.

i Excepta. interpoſitio eſt. Accur.

k Pleniſsime. quicquid eñ cõſilij moderatione perficitur, nõ cõſueuit pœnitudinis rubore perfundi, ſed ppetua firmitate durare: vt hic, & j. vt imo. ante nu. don. §. ſed neq; col. v. & C. de repu. l. dubiũ nõ eſt. Et no. hic quẽ poſſe deliberare vſq; ad x. dies: & maiori tẽpore nõ. alias autẽ varia tẽpora ad deliberãdũ dantur p motu legis & iudicis: vt. j. de exhibẽ. reis. §. illud. & §. ſancimus. col. v. & ff. de iur. delib. li. l. j. §. fi. & l. iſ. ff. de inter. ac. l. q interrogatus. & facit. ff. de exer. l. j. in prin.

l Timore. nam propter timorẽ ne cito currerẽt duo vel tres dies, ſemp appellarẽt etiã ab ea ſententia, quæ iuſte lata eſt: qa tũc eſt iratus pter ſentẽtiã, qua grauatus eſt. cũ vero recogitauerit, ſtabit ei ſentẽtiæ, nec inanibus ſumptibus ſe vexabit. & fa. ff. de re iu. l. qđ calore. & ff. de diuor. & re. l. iij.

m Inſpectionis. id eſt, deliberationis. Accur.

n Indiſcuſſos. id eſt, nõ deliberatos. vnde Cato, Impedit ira animum, ne poſsit cernere verum.

o Ad hæc. id eſt, iuxta hæc.

p Si quãdo lis. ſ. cauſæ appellationis: cui ſtatuũtur certa tẽpora, intra quæ debeat finiri cauſa appellationis: vt. C. de tẽp. app. l. iſ. ſed hodie eſt aliter quã. d. l. dicat. ſtatuitur eñ hodie annus vel bienniũ: vt. j. de iis qui ingre. ad app. §. j. col. vj. quæ tẽpora ſi finiatur, ppterea, qa princeps q cognoſcit de ap. ſuperſedere nõ poſsit: nõ fit pręiudiciũ. & hoc idẽ in quolibet alio iudice cognoſcẽte de app. vt. j. vt ſpõ. lar. §. hoc quoq;. col. iv. Sed qđ de cauſa principali, cui trienniũ, ſi eſt ciuilis: ſi criminalis, bienniũ? Reſpond. ibi aliud eſt. non enim aliquo modo vltra triennium durat, vel vltra biennium: vt. C. de iudi. l. properandum. in fi. j. reſpõ-

&.C. vt intra cert. tem. cri. quæſtio ter mi.l.fin. Accurſius.

Conſiſtorium quid ſit.

a Conſiſtorium. locus eſt vbi ſedet iudex ordinarius in audiendo & iudicãdo: ſed principis, vel papæ propriæ dicitur conſiſtorium: vt.j.proxi.

b Occupatam. propter quas occupationes nõ poteſt intendere negotijs priuatorum: vt hic, & .ſ. de hæred. & Fal.j. reſpon.

c Patres. conſcriptos.i.ſenatores, vt dicunt quidam. vel dic patriciosq ſunt loco patrum ad imperium: vt inſti.qb. mo ius pat.po.ſol. §.filiusfamilias. in fin.§.hos autem cõuocabat, vt eorum conſilio iudicaret. & ita eſt arg. qđ iudices debeant dare ſentẽtias habito cõſilio ſapientum. & hoc ipſum conſueuerunt ſcribere in ſententijs. & facit C.de legi. & cõſt. l.humanum. &.C. de ſenten.ex breui. reci.l.ij.j.reſpon.

Sententiæ niſi cũ ſapientũ cõſilio dent.

d Periclitari. C. de dila.l.cum a nobis.contra.vbi dicitur nullam procraſtinationem, vel dilationem fieri, vbi cauſa coram principe agitur. So. ibi loquitur quando cauſa principalis vel appellationis fuit relata principi, vt iudicaret tantum. omnia enim erant diſputata & cognita ab alio iudice. nam alias non poteſt fieri talis relatio: vt C. de rel.l.j. licet hoc ipſe princeps debeat cognoſcere. hodie tamen talis relatio non permitteretur, qualem modo diximus: vt.j.vt iudi.non expec.ſa. iuſsi.§.j. Accur.

e Occupetur. q. d. nullum. & facit j.de appel.col. viij. &.j.vt ſponſ.lar.§. hoc quoque. coll. ix.&.C. de an.ex-

rium[a], ſi fortè contigerit imperatoriam maieſtatẽ occupatã[b] publicis cauſis ex mũdanis prouiſionibus, non poſſe conuocare patres[c], quatenus cauſa agitetur: nõ ex hoc litem periclitari[d]. Quod enim vitium eſt litigantium, ſi culmẽ imperatorium occupetur[e]? vel qs tantę eſt authoritatis, vt nolentẽ principem poſſit ad cõuocandos patres cæteroſq; proceres coarctare[f]? Sed ſi quid tale euenerit, cauſa intacta pmaneat, donec imperator ſua ſponte motus, & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

Hodie in cauſis decem librarum & infrà in Aegypto & in Aſia ad auguſtalem præfectum appellatur, à cuius præfecti auguſtalis ſententia nõ appellatur. In Aſia verò & Pontica diœceſi in cauſis prædictis ad ſpectabiles appellatur. Item ad conſules, comites, & prætores, à quorũ ſententia non appellatur, & faciũt litem ſuam. in Oriente verò ſic appellatur ad comitem Orientis in prædictis cauſis. Ange.

Illud etiam in tertio capitulo[g] diſponẽdum eſt, qđ antiquitas bene ſtatuit, nouitas autẽ neglexit. Cùm enim veneranda[h] vetuſtatis authoritas[i] ita magiſtratus digeſſerit[k], vt alij maiores, alij medij, alij mĩores ſint: & appellationes à minoribus iudicibus non ſolũ ad maximos iudices remitterẽtur, ſed ad ſpectabiliũ[l] iudiciũ tribunal[m], quatenus & ipſi ſacro[n] auditorio adlubito litem exercerent: nouitas autẽ hæc dereliquerit: euenit, vt ſuper minimis[o] cauſis maximi noſtri iudices inquietẽtur, & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpẽdijs: vt forſitan totius litis ęſtimatio ad ſumptus iudiciales non ſufficiat. Ideoq; ſancimus, ſi quando ex Aegytiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque Lybia prouocatio ſperatus, vſq; ad decẽ librarũ auri quãtitatẽ: nõ in hãc regiam vrbẽ eã venire, ſed ad præfectũ auguſtalẽ[p], q audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris[q], nulla[r] ei penitus poſt definitiuam ſentẽtiã appellatione porrigẽda. Similiq; modo quoties ĩ Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliqd emerſerit[s] vſque ad prædictã quãtitatem decem librarum auri: appellationes ad viros ſpectabiles (comites forte, vel procõſules, vel prætores, vel moderatores) qbus ſpecialiter eaſdẽ licet peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinẽ pſecti auguſtalis[t] vice ſacri cognitoris[v] ĩtercedant, & cauſas ſine ſpe quidẽ appellationis. Dei tñ & legũ timore pferant decidendas. Oriẽtalem autẽ tractũ cauſas appellatione ſuſpẽſas, & vſque ad decem librarũ auri quãtitatẽ limitatas, ad virũ ſpectabilem comitem Oriẽtis mittere: ſimili modo[x] audiẽtiam & finem eis impoſiturũ.

A ſententia ſpectabilis nõ ad ſpectabilem, ſed ad illuſtrem appellatur, ſcilicet ad præfectũ & ad quæſtorem: etiam ſi dictis ſpectabilibus cauſæ fuerit ex principis delegatione commiſſa: à ſententia verò clariſſimi ad ſpectabilem appellatur, & à ſententiæ illuſtris ad ſuperilluſtrem appellatur, ſaluis remanentibus iuribus & appellationibus. Ang.

cep.l.fi.in fin.&.ff. qui ordo in bono. poſ.ſer.l.ij.§. dies. &.§. in bonorum. Itẽ facit.C. vbi ſena. vel cla. l. quoties. in fi.j.reſpon.

f Coarctare. ſic ff.de alie.iudic.l.& quia.ſic.ff. ad Trebelleia.l.ille.§. tempeſtiuum. ſic. ff. de arbi. l. nam magiſtratus.

g In tertio capitulo.id eſt, tertio caſu huius cõſtitutiõis.

Senectus venerãda eſt.

h Veneranda. ſic ff. de iure immu.l. ſemper. Item ſubſequenter no.qđ tres ſunt ordines magiſtratuum. quod dic vt diximus.j.vt ab illu.& q.§.j.col.v.

Magiſtratuum ordines tres.

i Authoritas.no. pro antiquitate ſiue vetuſtate. quod dic vt.ſ.de mo.§.fi. col.j.

k Digeſſerit. id eſt, ordinauerit.

l Ad ſpectabiliũ. id eſt, ad medios.

m Tribunal. Vbi ſedet iudex ordinarius in audiendo & iudicando: ſed principis vel papæ dicitur conſiſtoriũ: vt ſ. proxi.§.

Tribunal & cõſiſtorium differunt.

n Sacro. id eſt, ſuo proprio.

o Minimis. not. hic quod dicitur minima cauſa, quæ eſt minor x. lib. auri: vt patet per ſequentia. alias autem aliter dicitur: qđ dic vt diximus.ſ.de mãda.princ.§. ſi tibi quo que.col.iij.

Cauſa minima quid ſit.

p Auguſtalem. ſcilicet venire, qui moratur in illa cõtracta. Accur.

q Cognitoris. id eſt, principis.

r Nulla. hic no. ſecundo appellari nõ poſſe, vt in duobus ſequentibus.§. & diximus.ſ.eo.§.j.

s Emerſerit. quia prouocatio ſperaẽ.

t Auguſtalis. de quo ſuperiori.§. proximo dicitur.

v Cognitoris. i. vice principis, q ſacer cognitor eſt. A.

x Simili modo. id eſt

id eſt, ſine appellationis remedio.

a Illo videlicet. Hic autem not. tres casus. aut enim appellatur a ſpectabili: & tunc ad præfectum & quæſtorē: & hoc ſiue ex ſeipſis ſpectabiles cognouerint, ſiue ex delegatione principis: vt hic vſque illuc, ſed a præſidibus quidem prouinciarum &c. Aut appellatur a clariſsimis: & tunc ad ſpectabiles appellatur, vt ibi. ſed a præſidibus &c. vſq; illuc, ſi autē vel illud &c. Aut appellatur ab illuſtri delegato a principe, vel ſpectabili: & tūc ad antiquos iudices, vt ibi. ſin autem &c. vſque illuc, omnibus alijs &c. Si autem priuato princeps cōmitteret: tunc ad præfectum prætorio & quæſtorem appellatur: vt. C. de appel. l. pcipimus. §. huic.

Appellationis tres casus.

b Cum non. interpoſitio eſt.

c Sed a minore. ff. de arbi. l. nam magiſtratus.

d Vtroque officio. id eſt, tam ſuis officialibus, quam quæſtoris, qui ſocius ſuus erat.

e Priuati. ſ. adminiſtratione, nō autem dignitate: ne cōtradicat ſupradictis

f Gradatim. ſic ff. de nego. geſt. l. ſ utiliter. in princi. et ff. de munc. & ho. l. vt gradatim.

g Spectabiles. ſcilicet clariſsimi. vel dic de duobus dici, ſ. ſi appelletur a pſide, qui vere clariſſimus eſt: vt. C. de priua. car. l. j. Itē de iudice. ſ. priuato dato a principe: a quo ſi appelletur, ad ſpectabilē appellatur. in vtroque ſecundū hoc correctum eſt quod dicitur. C. de appella. l. præcipimus. §. huic.

h Referetur. ſcilicet ad ſpectabiles.

Illo videlicet[a] obſeruādo, vt viri ſpectabiles, duces vel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadē ſpectabilitate decoratos iudices ſuas tranſmittāt appellationes in litibus, quantæcunque ſint quātitatis (cùm non[b] oporteat ad compares iudices appellationes referri, ſed à minore[c] iudicio in maius tribunal aſcendere) ſed ad illuſtriſsimā præfecturam, illorum appellationes, cuiuſcunque ſint quantitatis (vt dictū eſt) dirigantur, qui vnà cum viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat: vtroque officio[d] ſubminiſtrante: id eſt, tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quam præfecto prætorio. Ita tamen hęc ſancimus, vt nec à ducibus, vel alijs ſpectabilibus iudicibus, quibus fortè & ſi priuati[e] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit, appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices curratc: cauſa non gradatim[f] procedere, ſed perperā videatur. Sed à præſidibus quidem prouinciarū & iudicibus à nobis datis, ſi non ſint ſpectabiles[g] iudices, intra me moratā quantitatem referetur[h]. Si autē vel illuſtres ſint dati à nobis iudices, quibus apices dignitatū ſuper ſpectabilitatē ſunt, vel duces[i], qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati: vel ij, qui à principe delegati ſunt, ſpectabilem habeant dignitatē: eorum appellationes ſub quacunque quātitate in hanc regiam vrbem ad cōpetētes antiquo[k] more iudices referant: omnibus alijs, quæ in appellationibus ſtatuta ſunt, vel ab antiqua proſapia[l], vel ab authoritate anteriorum[m] conſtitutionū, vel a noſtra[n] humanitate, intactis illibatiſq; cuſtodiendis[o].

TITVLVS III.

DE CONSVLIBVS.

Conſules & eorum vxores, & matres in ſeptē ludis & proceßibus poſſunt ſpargere argentum: & ex argento populū muneribus honorare: aurū eis ſpargere non licet: quia ſoli pcincipi aurum contemnere cōuenit. Bar.

Idem A. Strategio comiti ſacrarum largitionum, exconſule & patricio.

CONſulatus[p] nomē & cauſa priſcis quidē Romanis aduerſus hoſtium adinuentum eſt vtilitatē: & in decretis[q] quæ eis ordinatio cōmunis dabat reipublicæ figura[r], ſortiebantur repente prouincias, in quibus[s] Romani bellum habebant: & ſecūdum has ſortiebantur faſces[t]: ſequens verò tēpus imperatorū pijſsimorū trāſponēs bellandi & pacificādi poteſtatē ad largitatē, ſolā cauſā cōſulibus mutuauit, & hāc tēperatam & ordinatā, mēſuramq; nō excedentē. paulatī verò quidam ita ſumptuoſè cauſam aggreſsi ſunt, vt ſuā quidē ederēt magnanimitatē: non tñ cogitarēt, qa exēplū aliud non haberēt†. Nō eñ ad plurimos venit ſubſtantiæ magnitudo trāſcendēs[v] etiā magnificētiā animę, nō mēſura rei, ſed ,ppria magnitudine prouenięs. Quia igit̃ videmus periclitari cōſulū nomē: qđ ex tēporibus ita ,plixis, & ad milleſimū ,ppe annū veniēs, cū Romano-

i Vel duces. repete dati ſunt a nobis.

k Antiquo. hic erat mos, forte vel a ſpectabili ad illuſtrem: ab illuſtri ad ſuperilluſtrem appellet; ſed ſecundū C. appellat̃ in caſu huius tm̄ ad principē: vt. C. de app. l. præcipimus. §. pe. ſed dic eam corrigi per hanc.

l Antiqua proſapia. vt. ff. de ap. vſq; ad tit. de iure fiſci.

m Anteriorū. vt C. de app. vſq; ad tit. q bo. cede. poſſ.

n Vel a noſtra. vt patet in multis legibus Iuſtiniani, q ſunt ſub prædictis titu. in. C.

o Cuſtodiendis. niſi per hanc conſtitutionē, vel per alias, q ſunt in hoc volumine poſt iſtā, inueniantur correctæ.

DE CONSVLIBVS.

p COnſulatus hic ponūt quidā peſſimam notam, ſcilicet hanc. hæc cōſtitutio nihil valet. ſed certe imo valet ad multa notabilia vt notatur circa ipſam literam. dic ergo in primis antequam ad notabilia tituli veniamus. Cōſul. dicitur qui conſulit reipublicę: vt ff. de ori. iur. l. ij. §. exactis. ij.

Conſul quis dicitur.

q In decretis. electionis. Accur.

r Figura. id eſt, æqualitate.

s In quibus. id eſt. contra quas.

t Faſces. id eſt, honores.

v Tranſcendens. i. dicere, non tranſcendens menſuram rei: vt expēdas plus, quam poſsis: ſed ſecundum propriam menſuram prouenientem ex animi virtutibus: quod eſt notandum: & facit ſupra, vt deter. ſit numer. cle. §. primo in fin. colla. j. Accurſius.

† Haloā. neque eñ in omnibus cum exuperātē opum magnitudine concurrit & munificentia animi.

Scripta

rū republica pullulauit: ꝓpterea credimus oportere cauſam cōprehēdere & immenſitatē eius recidentes †, ad beneplacitas conſulares ſtatuere expēſas: quatenus cōtinua ſit Romanis, oībus autē bonis viris exiſtat acceſsibilis, quoſcūque hmōi nos dignos eſſe honore decreuerimus. Cūcta ſiqdem pſcrutātes perſpeximus quantū eſſe cōueniat, qd̄ dat̄. A. Martiano itaq; Imperatore eximio ſcripta lex [a] eſt, q̃ volebat nō ſpargere pecunias conſules: & ipſa eius conſtitutionū prima fuit. Igit̄ & poſt p̄dictā cōſtitutionē, qm̄ inuenimus, ꝙ quidā hāc ſequentes, nihil ſpargere populo paſsi ſunt, alij aūt & vltra legē agere hæc petentes, & ꝓmererētes q̃ petiuerunt, deinde ad ſui animi reſpicientes menſurā, circa aſperſionē largitatē vltra terminū celebrauerūt: qdam verò † mediū [b] bene eligētes, mediocribus ꝓ plurimis cōtenti fuerūt: qm̄ etiam p̄cedentibus, qd̄ mediū eſt, optimū viſum eſt eſſe, tāquā ex vtroq; ſummis periclitantibus mox ad immēſitatem ꝓcedere: propterea exiſtimauimus & nos de hoc definire qd̄ decet: vt nihil nec immenſum [c], nec inordinatū ſit, neq; noſtrorum tēporū indignū. Quātūcunq; ergo competēs eſt dari ab eo, q à nobis eligitur, ꝓ annū cōſul, occaſione ſportularū oīm, & diſtributionū & expēſarū: hæc oīa cōpetēti ſcriptione [d] huic noſtræ īterponi ſacræ iuſsimus legi. In legis em̄ hoc ponimus ſchemate, vt trāſcēdenti etiā pœna q̄dā inferatur cōpetens. Reditus aūt eorum īminutos oēs eſſe voluimus. Si em̄ hoc adinuētū eſt, vt ſpectacula [e] ad animi voluptatē agātur populo, hæc aūt à nobis determinātur in circēſibus & beſtiarū ſpectaculis et thymeles delectatiōe: nullo horū nr̄ priuabit̄ populus: ſed erit qdē ei ꝓceſſus primus quo ſuſcepit cōſulatū, & huius poſsidet codicillos calēdis Ianuarijs [f]. poſt illū verò ſecūdū aget ſpectaculū certātiū equorū (quā hyppomachiā vocāt) ſemel exhibēdū: & poſt illud, qd̄ dicit̄ totius diei, multa delectatiōe īplebit populū: hoc qd̄ vocabit Grecè ταυκράτιον: & cū beſtijs pugnātes homines, & vincētes audacia, inſuꝑ & interēptæ beſtiæ. Quītū quoq; faciet ꝓceſſum, qd̄ ad theatrū ducit: quē adorna [g] vocāt: vbi in ſcena ridiculorū eſt locus tragœdis † & thymelicis [h] choris, & ſpectaculis vniuerſis, aut qd̄ à iudicibus aptū eſt theatrū. rurſus qdē ſpectaculū equorū certantiū edit, ſeu q̃ vocat̄ hyppomachia. Sextū agēs hūc cōuentū, ex hoc deponit annalē hūc honorē, in depoſitiōe agens ſolēnē editionē. & ita ſeptēnoctiū & ꝓceſſum cōplebit̄ curſus, nullā ſpecierū antiqtus ſtatutarū derelinquēs. Vnā ſiqdē aliā adīuenire hyppomachiā, duoq; cōtinuare, que vocātur theatrū & amphytheatrū, & nō priorū horū cōtētos eſſe, palā eſt: qa nihil noui vltra id, qd̄ prius agit̄, habet. Sufficere itaq; rite eā putabit̄: & ſingule dātur claræ, & nō intātū, vt iā populo etiā odibile ſit. In ijs em̄, q̃ raro fiūt, miraculū eſt [i]. Hæc itaq; de cōſularibus à nobis ſcripta & determinata ſunt expēſis. Si aūt etiam vxorē cōſul habeat: definita ē à nobis & circa illā expēſarū menſura. decet em̄ fruicas & cōiugis claritate [k]. Si verò non copulatus eſt vxori: his ſatis eſt, niſi mr̄ eius cōſtat iā cōſulatu digna & prius honorata, & velit iam vnà frui ſecū ſchemate: & hoc ī ſola matre p̄bemus. alia verò nō decorabitur mulier penitus præter coniugē & matrem: & ilic quidem omnibus modis: quoniam vxores coruſcant radijs maritorum, hoc lege dante: matres verò, ſi conſul hoc voluerit [l]. Nam neque filia [m], neque ſoror fortè, neque vxor filij: & multò magis, ſi nec pertinēs ad genus ſit. hoc enim purè illicitum exiſtebat. Spargere autē in ſeptē his ꝓceſsionibus populo cōſulē melius nos deſignauimus: ſicut Martiani diuæ memoriæ conſtitutio dicit [n].

† Reſcindendo.

Honores Ianuarijs calēdis dantur.

† Cōcor. ca. j. extra de offi. cuſtod. et ca. quærenti. de offi. deleg.

Honores ſuperioribus deferuntur.

† De horū certaminum generibus, Budæ. in Pād. et Alexan. ab Alex. genial. dierū libr. iij. capitu. ix.

† Vide Alc. ī tres. li. C. ti. de athletis.

a Scripta lex. C. de conſulibus. l. ij. lib. xij.

b Mediū. Nota medium eligendū. vnde dicitur, medium tenuere beati & illud Ouidij, Medio tutiſsimus ibis. & facit. ff. de offic. proconſ. l. ſolent. §. fi. & inſtit. de re. di. §. cū ex aliena. ibi, placuit media. & inſtit. qui manu. non poſ. §. vlt. Accur.

c Immenſum. no. reprobari immenſitatē. ſic & .ī. vt deter. ſit nume. cle. in princ. & .ī. de ref. §. fin. & .ī. de nupt. §. deinceps. ar. cōtra ī. de nō eligēd. §. ſi. nimus. coll. prima.

d Scriptione. cētum lib. auri.

e Spectacula. ſic C. de ſpect. l. j. & de fer. l. fina.

f Ianuarijs. Nota quē adipiſci honorem in calen. Ianuar. ſic ff. de cōdi. & demō. l. Publius & .ff. de peti. hęred. l. item veniunt. §. pridie.

g Adorna. genus ludi eſt.

h Thymelicis. ſic ff. de ijs qui not. infa. l. atletas. in prin.

i Miraculum eſt. vnde dicit̄, omne rarū carū: vt hic, & .ī. vt ſine ꝓhi. ma. §. j. & .ff. de legi. & ſenatuſcō. l. nam ad ea. Accurſius.

k Cōiugis claritate. conſonat qd̄ ſtati ſubijcit, & qm̄ vxores &c. vt ſi maritus eſt conſul. & hæc cōſularis dicatur, licet alia quę eſſet vxor nobilioris ei præferat̄: vt. ff. de ſena. l. j. quæ hic eſt ſignata contra. & hæc ſunt vera matrimonio durante, ſeu iā diſſoluto, aūquā nubat homini inferioris dignitatis: vt. C. de nupt. l. cū re. & .ff. de muni. l. filij. §. j. & .ff. de ſēnat. l. fœminæ. & . C. de dig. l. mulieres. & .ī. tit. j. non tamē. Accurſius.

l Voluerit. No. honorē deferri ad ſuperiorē: ſcilicet matrē ꝑ filiū. Sed cōtra. ff. de ſena. l. j. Sol. vt ibi, q̃ hic ſpeciale.

m Nā neq; filia. ar. cōtra. C. de epiſ. & cle. l. cum. Acc.

n Conſtitutio dicit. de qua paulo ante

Illa quidẽ abnegauit omnino munificentiã: nos aũt corrigimus eam cauſam voluntate eius, qui conſulatus habet honorẽ, diſponẽtes. Siue enim nihil voluerit ſpargere, non cogimus: ſiue rurſus venire ad hoc voluerit, & ex argẽto muneribus honorare [a] populũ: nec hoc interdicimus. non tamẽ aurum ſpargere ſinimus, non minoris alicuius, nõ maioris omnino, nõ medij characteris aut ponderis: ſed argentum, ſicut pdiximus. ſoli enim aurũ ſpargere damus imperio, cui ſoli etiã aurum contẽnere præſtat fortunę faſtigiũ. argentũ verò quod mox poſt aurum [b] pretioſiſsimũ fiet, et alijs conſulibus largimur decens: & hæc ſinimus eos ſpargere, quæ vocantur miſsilia †, thymelicis, & caueis, & in quadrangulis, & talibus. quantò enim minora ſunt, quæ ſpargũtur, tantò plures ſuſcipientes erũt: ſicq; rei menſura, dantis virtus, & volũtas: ſiue nihil, ſiue mediocre, aut tranſcẽdens populo erogãdi. Hoc enim in cõſulatu definimus, neq; inuitos ſpargere cogẽtes, neq; volẽtes prohibentes: ſed de argẽto quidem ſpargendo ita à nobis ſancitũ ſit. & ſi oĩno ad hoc acceſſerit, licẽtiam habeat diſtribuendi argenti munificentiã in ſuis proceſsionibus, ſicut ipſe rectè ſe habere putauerit: ſolo prohibito aurum oĩno iaculari, ꝙ imperatori [c] tantũ tributũ eſt contingere. Aliorũ aũt quæ a nobis decreta ſunt & cõſcripta in deſcriptione, quæ hac cõtinetur lege, trãſcendi aliquid omnino, aut addi nos nullo permittimus modo. Quod itaq; definitũ eſt (dicimus aũt ſpargere) in dantis ponimus voluntate: oĩno propriæ poteſtatis hoc eius, qui dat faciẽtes. quod verò à nobis definitũ eſt ſemel & ordinatũ, tranſcendi hoc noſtra lex prohibet. Sed ſi quis præſumpſerit, quod definitum eſt egredi: centũ librarũ auri perſoluet pœnã: vtpote noſtra pręuaricatus pręcepta, & omnẽ huius legis corrũpens quantũ in ſe eſt, intentionẽ. Si enim pro hac tantũmodo poſita eſt lex occaſione, ne dandorũ immenſitate cõſulatus deſinit, & propterea nos ſuperfluas illas donationes et expẽſas abbreuiauimus, et in populũ effuſas proceſſiones, & ſpectacula ad bene ſe habẽtem deduximus menſuram: rite aliquid decẽtius dinumerauimus cõſiderantes, id eſt, ſpargere argẽtum, & neq; quicquã dare, eorundẽ conſulũ dimittentes voluntatibus, † vt nobis ſint amplius, & ſemper ex ſuo vocabulo [d] tempus adornant: qui quod diſpoſitũ eſt, trãſcendit: rite, vt pote noſtrã præuaricatus legẽ, dignus eſt pœna. Sic enim nobis erũt iugiter cõſules, cauſæ immenſitatẽ non formidãtes, nec tanquã certiſsimũ periculum conſulatũ refugientes & aduerſantes. & propterea ſancimus legẽ, hãc ſub firmitate ſeruari. Nullus igitur eã egredi præſumat, nec ſi vehementer idoneus ſit, nec ſi noſtrorũ ſit iudicum, nec ſi maximæ curiæ, aut nulli adminiſtrationi præſit. Hæc enim omnia nos conſiderantes omnibus propoſuimus ſuper donationibus æqualitatẽ: nulli penitus licentiã dãtes exire menſurã, quæ hac cõtinetur lege, niſi in ſolo argẽto in proceſsionibus ſpargẽdo, aut neq; hoc faciendo: quod in corundẽ conſulum poſuimus (ſicut ſæpe diximus) voluntatibus. Ipſis quoq; qui hoc accipere conſueuerunt, maximæ gratiæ in hac noſtra repoſitæ ſunt lege. ſi enim periculum erat deficiẽtibus conſulibus neq; quicquã accipere, nunc autem accipiẽt mediocriter: multã habebũt rite huic legi gratiam, quod ſufficiat pro nihil offerente. & hoc enim ipſum nõ permittere nos glorioſiſsimis conſulibus aut aurũ ſpargere, aut vaſa maiora, ſed in miliareſijs, & melis, & caueis, & quadrãgulis mediocribus: & huiuſmodi facere donationẽ: ſanctio ad humanitatem à nobis adinuenta eſt, & populo medelã præbens. Si enim hoc egerint, qui cõſularem edent munificentiã, & ijs ſolis concilient populares, ne quicquã de maximis lucris decertantes: ſeditiones exercebunt adinuicẽ, & venient vſq; ad alternas plagas, quas per fuſtes [e] & gladios & lapides egerunt frequenter, rem omnino nobis odibilẽ. Videbamus enim eos contendentes quidem, & malis innumeris implentes alterutros occaſione ſparſorum, & ab eis arreptorum: domum verò referentes omnino nihil: ſed ea die in ebrietatibus & potationibus [f] omnia expẽdentes. Si verò forſitan ſpe lucri [g] maioris etiã præexpẽdiſſe cõtigerit, poſteaverò aut nihil,

ante feceimus mentionẽ: vt. C. de conſul. l. ij. quæ ſtatim hic corrigitur. Ac.

a Honorare. ſic inſtit. de re. diui. §. hoc amplius. Acc.

Aurũ eſt metallorũ nobilius.

b Poſt aurũ. no. aurum pretioſius metallum: & poſt aurum, argentum.

c Imperatori. no. ſolum principẽ debere habere aurum. & facit. C. de agri. & cenſ. l. domini. lib. xj. Acc.

d Ex ſuo vocabulo. nam nomen debet eſſe conſequẽs rei, cũ conſul a conſulendo dicatur. ſic inſti. de do. §. eſt & aliud. & C. de epiſ. & cle. l. decernimus.

e Per fuſtes. ſic & in proœ. ff. circa finem.

f Potationibus. no. de ebrietate & potationibus. ſic C. de adult. l. quæ adulterium.

g Spe lucri. ſic. ff. de pet. hær. l. ſed & ſi. §. ꝙ autẽ quis.

† Vide Alcia. lib. x. C. ti. de athletis.

† Haloã. vt eo plures nobis ſint, q appellatione ſua tẽpus exornẽt.

Memo

aut minus excipiat: etiã damnũ & debitũ habebit, & plagis & vulneribus, & ex hoc malis incurrere cogetur. Si autẽ mediocre ſit quod ſpargitur: nec vehementer contẽdent: nec quæſtus expectãtes, abũdantia vulnera aut plagas alterutris vltra menſuram dabũt. Ideoq; cõmunem prouidentiam introduximus ex hac lege & communi reipub. figuræ, quatenus tẽpus habeat poſt imperium, & cõſulis iugẽ memoriam [a], atq; vocabulũ glorioſiſsimis noſtris iudicibus, & qui ex maxima curia ſunt (eò, quòd honorare nobis placet dignos [b] nõ expendentes immenſe) decentẽ damus cõſolationem & noſtro populo et alijs omnibus, licet deſperantibus iam cauſam: propterea quod ſuperfluũ eſt auferentes, vt conſulatum immortalem [c] reipub. ſtatuamus. Subiaceat igitur (ſicut prædiximus) noſtra diſpoſitio huic legi: cuius exẽplaria recõdentur in foro tuæ celſitudinis cũ hac lege, quã ad eam direximus. per tẽpora tamen glorioſiſsimos conſules ſancimus ex ſolo tuo foro exẽplar deſcriptiõis [d] accipere huic ſubditæ legi, vt ſecundũ eũ omnia dentur. Deſcriptionem nãq; ideo à ſede tua dari volumus, vt nec ipſis liceat præuaricari, nec ijs qui vocantur breuiatores [e], adulterari aliquid horũ, quæ à nobis diſpoſita ſunt: ſed periculo cuſtodientium hanc deſcriptionem in foro tuæ gloriæ dari exẽplar eius cũ ſubſcriptione cingulum habẽtis hoc, cui nũc ipſe præſides: vt per omnia inadulterata maneant, q̃ à nobis diſpoſita ſunt. Difficultatẽ verò nullus habebit horũ, qui ad cõſulatus veniunt honorẽ, † ſi mediocrẽ ita faciens expẽſam in omni tẽpore fiet. Et enim omne quicquid hactenus cõſulatus habẽtes honorem, & ex foro tuæ celſitudinis, & ex glorioſiſsimis præfectis noſtris, aut etiã aliũde per munificẽtiam noſtrã percipiebant, & nũc eis dabimus: ab eis quidem faciendas expenſas abbreuiãtes, à nobis aũt largitatem non minorantes. Omnibus autẽ à nobis dictis, ĩperatoris excipiatur fortuna: cui & ipſas Deus leges ſubiecit, legem animatam [f] † committẽs hominibus, eò quòd imperatori quidem iugis & indeſinens cõſulatus omnibus ciuitatibus & populis & gẽtibus in ſingulis, quę placent diſtribuenti, aduenit: aut cùm ipſe annuerit trabea [g]: ideoq; & imperij conſulatus per omnia ſit ſequẽs ſceptra. Tua igitur celſitudo hanc noſtrã [h] ſuſcipiens legem, perpetuè eã in ſua manere fortitudine p̃curet ſecundũ omnem, quę in ea continetur, virtutem legis. Scriptum exemplum Ioanni glorioſiſ. ſacrorum prætoriorum præfecto, iterum exconſule & patricio. Scrip. exemplar Longino prudentiſsi. & glorioſiſsi. præfecto huius almæ vrbis.

TITVLVS IIII.

VT NVLLVS MVtuans agricolæ, teneat eius terram.

Prouiſio inducta per legem pro agricolis cõtra priuatos creditores, extenditur etiam ad milites. Barto.

Idem A. Dñico præfc. prætt. per Illyricũ.

PRopter auaritiã [i] creditorũ, qui anguſtia [k] tẽporũ abutẽtes terrulas inſeliciũ agreſtiũ ſibi acquirũt, pro pauco frumẽto omnẽ illorũ ſubſtantiã retinentes: legẽ poſuimus, quã primò quidẽ in Thraciã & in oẽs eius prouincias, in p̃ſenti aũt in Illyricianas [l] patrias direximus; cuius exẽplariũ [m] ſubdi etiã pre-

a Memoriã. ſic j. vt præponatur nomen imperatoris.

b Dignos. Not. iudices dignos honorãdos. ſic C. de of. ciui. iud. l. j. Ac.

c Immortalem. ſic ſ. quomodo oport. epiſ. §. ſi. & j. vt præpo. no. impe. in prin.

d Deſcriptionis. i. ſcripturæ. Acc.

e Breuiatores. id eſt, qui breuiationes ſcribunt. Alb.

f Legẽ animatã. Not. principẽ eſſe ipſam legẽ animatam in terris. & facit ad hoc. C. de le. & conſtit. l. digna. &. C. de teſt. l. ex imperfecto. et ff. de leg. & ſenatuſcon. l. princeps. & ff. de leg. iij. l. ex imperfecto. & inſtit. qui. mod. teſta. infir. §. j. Accurſius.

Princeps eſt lex animata ĩ terris.

g Trabea. veſtis conſularis, de qua fit mẽtio. C. de cõſuli. l. j. lib. xij. Al.

DE NATVralibus ... &c.

QVirem. Hanc conſtitutionem quidã non habent: vel ſi habẽt, non habent hic, & ſolũ habent id verbũ notabile, quod eſt circa principiũ, nam quod in multitudine.

Albo curiæ. in quo ſcribebantur nomina curialiũ: vt. ff. de albo ſcri. l. j. & l. ij.

Antenu. dona. quod eſt. j. vt ſpõ. lar. in prin.

Abrogauimus. vt. C. de decu. l. ſi.

h Hãc noſtram. ſic j. qui. mod. nat. eſſic. ſui. §. & quoniam variè. vſq; ad §. tribus autem.

VT NVLlus mutuans agricolæ, &c.

Scilicet facta ſolutione, vel aliquo dato loco ſolutionis: aliàs contra: vt j. proxi. conſtit. §. ſancimus. & not. differentiam inter hanc & illam. Illa enim dicit etiam quantam vſuram debeant dare agricolæ ſuis creditoribus, quod hæc non dicit. Item hæc eſt localis: vt in princ. illa generalis: vt j. titu. proxi. & §. ſin autem. & ideo hanc breuiter pertranſias, & procede ad ſequentem.

† Haloã. ſi ita menſuratis expenſis factis, nomẽ addat tempori.

i Propter auaritiam. ſic C. ne liceat po. l. ij. & ſ. vt iu. ſine quoquo ſuffra. §. j.

k Anguſtia. dicẽtes terminũ cucurriſſe. vt ob hoc vſuras, vel acceſsiones peterent ex mora: & propterea retinerent terras loco pignoris: vt ſubijcit. Accur.

l In Illyricianas. i. in Sclauoniã. Al.

m Cuius exẽplarium. i. ſicut in illa continebat, q̃ miſit ad Illyricos de militib

† Sic papa dicit ſe habere omnia iura ĩ ſcrinio pectoris ſui: vt in cap. j. extra de conſtitut. lib. vj. vbi vide.

militibus: ita vt hic dicitur, vt ſubijcit. nec enim facit mentionem de proxi. conſtit. licet quidam contra ſentiant. nam illa ad iſtam nullam habet coniunctionē, vel continuationem, licet loquatur de ſimili materia.

a Et prouincialibus. i. ipſis paganis ſiue ruſticis in locis illis tantum, vbi ipſa locum habet: licet ſequens conſtitutio ſit generalis.

b Anteriore lege. quam miſimus ad Thracas gentes.

c [illegible] i. mutuantē. ſic. ff. ſi cert. pet. l. ij. §. j.

d Tenere illius terram. vt ſ. proxi. in tit. facta ſolutione debiti, nō prius: vt. j. eod. ſancimus.

e Debeat vſurā. ſcilicet agricola: licet quidam dicant idem in quolibet alio: vt dicemus. j. §. ſin autē pecunias.

Remdurā Auaritiā. ſ. ti. px. in prin.

g Communem omnibus. At ſuperior fuit localis: quidam tamen dicunt hanc localem, ſcilicet in Conſtantinopolitana tantū ciuitate: ſed exinde extendi dicunt ad alias terras: vt. j. §. ſin autē pecunias. Accur.

h Adminiſtras. loquitur Agerochio, cui hæc cōſtitutio mittitur.

i Dantes. ſcilicet creditores mutuo illis ruſticis.

k Non minorē. imo maiorem, cum maior ſit pœna inter homines & vicinos conuerſari, & eorum non poſſe vti ſuffragio, quā ſi eſſet ab eis remotus: vt. C. de apo. l. ij qui ſanctam.

k Minorem. i. per incurſionem non minorem, quam ſit barbarica. Acc.

ſenti legi præcipimus: vt ne priuati quidem hoīes putent legē cōtra ſe ſolū modo eſſe ꝓpoſitā: milites autē altiore nitētes faſtigio, legē cōtra ſe nō eſſe prolatā exiſtimēt. Vt ergo & tua magnitudo ſciat, ꝙ cōmunis hæc lex poſita eſt & ꝓuincialibus [a] & militibus, & omni cingulo nulla excuſatione cuidā cōpetente: ideo ad tuā ſublimitatē præſentē legē deſtinauimus: ſcituris militibus, qui præſenti legi nō eſſe obediendū exiſtimāt, ꝙ cingulo denudati, inter priuatos habebūtur, pœnis, quas in anteriore lege [b] poſuimus, prius nihilominus ſubiugandi.

TITVLVS V.

NVLLVM CREdentem [c] agricolæ tenere illius terram [d], & quantam debeat vſurā [e] dare.

Nullus credens agricolæ pro debito teneat terram eius: & ſi ei crediderit aliquos fructus aridos, pro quolibet modio nomine vſurarum in anno percipiet octauam partem modij. Si vero pecuniam mutuauerit, pro quolibet ſolido accipiet vnā ſiliquā.

[illegible] in Thracia.

REm durā atque inhumanam, & quæ vltra omnem impietatem & auaritiam [f] fit, perpeximus lege ſaluberrima ſanare: & communem omnibus [g] deponere medicinam, non tantùm in præſentis neceſsitatis tempore, ſed etiam in omni æuo futuro. Venit enī ad noſtras aures, quoſdā [†] in Myſia ſecunda prouincia, quem adminiſtras [h], auarè neceſsitate temporum captata, fœneratitios feciſſe contractus, & paucam menſurā fructuum dantes [i], terrulas eorum abſtraxiſſe, & ex hac cauſa quoſdam colonorū fugæ latebras petiſſe, & alios fame eſſe necatos, & triſtiſsimā peſtem homines inuaſiſſe, incurſione barbarica nō minorē [k]. Sancimus itaq;, omnes huiuſmodi creditores, quātumcūq; vel tritici, vel hordei, vel in alia ſpecie [l], quæ in fructibus aridis [m] eſt, crediderint: hoc reddito in p̄ſenti cū parte modij octaua ꝑ ſingulos modios ī vnoquoq; anno p̄ſtanda, terrulas [n] colonis reſtituere: nemine penitus eorū audente terrulas detinere ſub occaſione fœneratitiæ cautionis, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis credita ſint contracta. Sin autem pecunias dedit: nihil amplius, quàm ſiliquam [o] vnam pro ſingulo ſolido annuā pręſtare. Et hāc ſaluberrimā legē in oēs extēdimus [p],

locum habeat? Rñd. non: imo ſtamus iuri antiquo, vt vſque ad duplū poſsit eſſe acceptio, ſicut in vſura nautica, vt. C. de vſur. l. olei. nā vt ī nautica pecunia eſt periculū dantis mutuū, ita in tali mutuo, ſi fructus medio tempore efficiuntur deteriores. i. vilioris pretij: vt ff. de naut. fœnore. l. fœnerator. in fin. etiam nudo pacto, vt in illa vſura nautica: vt. C. de vſur. l. frumenti. cum enī hic hoc non mutetur, nec nos dictum ius antiquum prohibemus. Accur.

i Terrulas. & hoc ideo ſic dicit, vt denotet vtilitatem rei, & creditoris auaritiam.

o Siliquam. Siliqua eſt [*], vt Iſidorus interpretatur, xxiiij. pars ſolidi. alij dicūt eſſe. viij. arg. eius, quod hic de octaua fructuū dicitur. vel dic eſſe genus monetæ, quod verius eſt. vel iiij. pars vnciæ: vt. ff. de ann. leg. l. liberto. §. filium. Et nō. ꝙ per legem ſtatuitur certus modus vſurarum in certo genere hominum, vt in ruſticis: vt hic. ſic & alias lex ſtatuit certas vſuras: vt. C. de iis, q b. vt indig. l. j. & j. de alie. & emph. §. hoc etiam ſuper.

p In omnes extēdimus. hic colligūt quidā, quod hodie vbiq; ſunt vſuræ [‡] coarctandæ & acceſsiones per hanc conſtitutionē, vt iā non valeat, imo ſit correcta lex. C. de vſur. l. eos. §. ſuper his. & facit etiam pro hoc quod eſt. j. & hanc. l. communē &c. Itē facit & ibi, ſcituris oībus creditoribus &c. Itē facit, quia & alias text. eſt generalior, quā titulus, ita & hic: vt. C. etiā ob. chi. pec. pig. te. poſ. l. j. Sic qa vſurę odioſæ ſunt, ergo reſtringendæ in dubio: vt. ff. de pe. l. pe. Sed nos contra. reſtringimus enim hanc legem tantum in agricolis: quorum cauſa & alia ſtatuuntur ſpecialia. Nam tēpore ſationis non trahuntur ad munera, ſed alij ſic: vt C. de agric. & cenſ. lib. xj. l. j. Item & circa teſtamenta: vt. C. de teſt. l. ſi. Item & circa iuris ignorantiam, & quia

l Alia ſpecię. alias aliam ſpeciem.

m Aridis. ſunt autem aridi, qui adinuicem commiſti non confunduntur, ſed liquidi confunduntur: vt vinum, mel, & ſimilia: vt inſtitut. de rerum diuiſio. §. ſi duorum. & §. quod ſi frumentum. Sed nunquid hoc ius quod eſt in aridis hic conſtitutam, & in liquidis

In nautica pecunia cuius periculum verſet: nū dantis, an vero accipientis.

† Alias, in ea ipſa prouincia &c.

* De Siliquæ ac pōderū ratione, vide apud Alci. in annot. ad. xj. lib. C. titu. de metal. qui ſi non ſit ſatis, habes pleniſſime in li. de aſſe itē apud Anto. Augu. lib. ij. emēda ca. ix.

‡ vide hoc melius in ti. de vſur. in antiqs. itē lib. vj. decr. quia magis ſpectat ad forum eccleſiaſticum quā ad ſecularē diſcernere de vſuris.

Fructus aridi qui ſint.

Agricolæ priuilegia

quia eis parcitur:vt.ff.de iur.& fac.ign.l.regula.Item ipſe titulus hoc euidenter oſtendit, a quo licet argumentari:vt.ff.ſi cer.pe.l.j.in alijs ergo omnibus ſeruatur lex prædicta,eos.quæ ponit varios modos vſurarum.ſed hodie iure canonũ aliter eſt.quẽ dic vt no.j.de eccle.titu.in princ.
col.v.

a Initium.nam leges generaliter in futuro,non autem in præterito tempore ante compoſitionẽ ſui extenduntur:vt ſ.de nup.§.ſi.&.C.&.ff.de leg.& con.l.leges.

b Et creditoribus ſic.ſ.de fideiuſ.§.ꝗ autem.

c Omnibus.non tamẽ omnibus debitoribus ſecundũ nos, ſed ſecundum alios etiã omnibus debitoribus.Acc.

d Cadent.ipſo iure:vt.C.lo.l.ſi.Ac.

e DE RESTITVtionibus &c.
Hæc prima pars expeditur.j.e.vſq; ad.§.vnum.

f Et ea quę parit. hoc dicitur.j.eo.§.vnum.vſque in fin. conſtitutionis.

g DEcurſio. Licet prima eius.i.dicere:licet principia dentur, quę maximæ ſiue regulæ appellantur in dialectica:hoc non ſufficit,niſi nouę exceptiones quæ regulas falſificant dicantur:vt hic,& .ſ. de nõ alie.§.vbi autem.col.ij.hæc autem eſt regula quod res, quæ ſubiacent reſtitutioni,prohibentur alienari.hęc autem eſt exceptio, niſi in cauſa dotis & donat.propter nup.& facit.ff.de regu.iur.l.ſemp.in generalibus.& .ff.de leg.iij.l.vxorem.§.feliciſsimo.Sed ecõtra regula perẽpta, ſiue regulariter aliquo perempto:non eſt opus alia perſcrutatiõe deinceps vt.ſ.de nõ eli.§.finimus in fin.§.col.j.&.ff.de re.dub.l.ſi is.§.vtrum.

h Corrigatur.corrigendo alias exceptiones,quæ non placent,& dimittendo quę placent.

i Vt legi.ſubaudi ſit:ſed ſine eo ſubaudito legi poteſt. Accurſius.

k Ad legis.quam modo incipiet.ſ.j.e.§.quam ob rẽ.hic autem primo tres dubitationes ponit,quas nõ ſoluit.ſed tu ſolue vt ibi diximus circa literam.

l Periculum.ſcilicet obligationis, ſecundum Alb.

m Reſtitutione. hanc primam dubitationem non ſoluit, ſed ſolue vt diximus inſtitut.de leg.§.ij.&.C.communia de leg.l.j.ꝗ dicunt, quod non ſunt obligatæ.

n Multa.ſ.quæſtio:vt ſubijcit.& eſt ſecunda dubitatio,quam non ſoluit.

o Quæſtio.& erat bene facienda hic dubitatio:cum hæc verba diuerſa adinuicem ſignificent.Nam vbi rogat reſtituere,quod hæredi ſupererit qñ morietur.ſ.hæres, ſufficit ſi quartam reſeruet:vt.j.de reſtit.§.ſin autẽ.col.viij.ſi vero ſimpliciter:tunc quarta deducta, dodrãtem reſtituere:vt.C.ad Trebel.l.j.& ij.alias enim niſi inter verba eſſet vis,non eſſet quæſtio faciẽda:vt.C.communia de lega.l.ij.quę huic reſpon.eſt contraria.

p Res.nõ ſolum res illius, qui grauabatur reſtitutione.

q Poſt detentionem.hoc verbum non erat neceſſe per teſtatorem dici &c.

r Et introducebantur.vt patet.C.communia de le.l.prima.& eſt hic tertia quæſtio,ſed hãc dicit ſe ſoluiſſe:vt ſubijcit.

s Ex inopia.ſcilicet actione in rem.

t Legem.vt.C.communia de lega.lege fina.§.ſed quia noſtra maieſtas. Accurſius.

---

ex pręſenti quidem tẽpore initium[a] accipientem, in omne autem æuũ modis omnibus obſeruãdã: vt ſi quãdo fuerit,vel triticum, vel hordeum fœneratum,vel alij aridi fructus: creditores tã quod dederunt accipiẽtes, quã pro vſuris octauam modij partem annuam pro ſingulis modijs, vel ſiliquam pro ſingulo ſolido ſecundum hũc modum, inquantũ fœnus permãſerit,percipiẽtes:ſiue terrulas,ſiue aliud in pignus acceperunt, boues fortè vel pecora, vel mãcipia: hæc modis omnibus reddere: & hanc legem communem omnibus eſſe humanitate & pietate gaudentem, & omnibus egenis cõſulentem, & creditoribus[b] mediocre ſolatium afferẽtem.Hęc igitur quæ à nobis ſtatuta ſunt, claritas tua ĩ omni prouincia, quæ tuo moderamine gubernatꝰ, obſeruare feſtinet: ſcituris omnibus[c] creditoribus, quòd ſi aliquid pter hæc commiſerint, exactione cadent[d], & cui fœnus ablatum eſt,hoc habebit ſolatium, vt ipſe quidem ſecurus degat: auarũ autẽ creditorẽ videat ĩ ſuis pecunijs patientẽ iacturã.

TITVLVS VI.

DE RESTITVtionibus[e] & ea quæ parit[f] in xj.menſe poſt mortem viri.

Reſtitutioni ſubiacentes alienari prohibentur, niſi propter cauſam dotis, vel donatiõis propter nuptias: propter quas cauſas alienatio permittitur. Barto.

Imperator Iuſtinianus

A.Ioanni glorio.ſacrorũ per Orientem prætoriorum præfecto, iterũ exconſule & patricio.

DEcurſio & varietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum reuocatur (licet prima eius[g] gubernẽtur principia) niſi etiã, quod particulariter ei reſiſtit, corrigatur[h]: ſicq; conſtituatur ſub trãquilitate & quiete, vt legi[i] conueniens eſt: quale ſcilicet quiddam etiam nũc emergens, ad legis[k] nos opus adduxit. Scimus enim,quod etiam dudum de reſtitutionibus dubitabatur: & ſi contigiſſet quaſdam hypothecas obligari eius,ꝗ reſtitutione grauabatur: plurimæ cõtẽtionis erat negotium, ſiue oporteret etiam res, quæ reſtitui iuſſæ fuerãt, periculũ[l] pati, ſiue ſolas eius, qui grauabatur reſtitutiõe[m], & multa[n] ꝗdam erat etiã circa ipſam verborum differentiam quæſtio[o], vtrum defunctus præcepiſſet res[p], ꝗ manerent poſt mortem eius, qui grauabatur reſtitutione, oportere reſtitui: an abſolutè reſtitui, quod relictum erat poſt detentionem[q] legitimæ partis iuberet: & introducebantur[r] etiã fideicõmiſsi perſecutiões, & ex inopia[s] in rẽ miſsiones: & plurimi alij & varij, & inſolubiles penè prædictæ in rem miſsionis circuli. Sed tãquã nos dudum hoc ſanantes, legẽ[t]

ſcripſimus, modis omnibus prohibentes reſtitutione grauatas res, aut alienari [a] aut obligari, ſed cū propria ambulare fortuna: & apud quęcunq; fuerint, nō manere firme, ſed reuerti [h] ad illum, cui dari iuſſæ fuerunt. Et facta lex [c] iā quodā modo longæua eſt [d], & in iudicio approbata frequētat, ſed futurū erat quod prædiximus [e]: vt (quod ferre omnia conſueuit) tempus oſtenderet indigere [f] quadam exceptione neceſſaria legem. Adierūt enim nos viri & mulieres ex his læſi [g]. moriente nāque viro vxor quidem & dotem [h] exigebat, & donationis ante nuptias factæ [i] partem, ſeu propter nuptias, quā viri mors ei dabat [k]: defuncti verò frater aliunde vendicabat res, & patris [l] proferebat voluntatē, & trahebat [m] mulieris res [n], dicens fratrē quidem ſuum eas expendiſſe [o]: ſe verò apud mulierē videre paternas res, quas pater non exiſtentibus filijs reſtitui pręceperat ei [p], & recipere ex omnibus [q] eas inſtabat: neq; ceſſabat donec ſatiſfactio legi noſtræ [r] per omnia ꝑueniret. Sed ingemiſcebat iuſtè mulier, & dicebat iniuſtum eſſe quaſi per deceptionē dominiū quidem virū fieri dotis totius: & ſi præmori mulierem cōtigiſſet, lucrū habere ſecūdū pactū: qa verò vir mortuus eſt ſe ignorāte: reſtitutionē, amiſsionis periculū ſuſtinere. Sed huic quidē data eſt negotio forma [s], quā bñ ſe habere putauimus. Rurſus [t] aūt alter [v] ſupplex [x] apparuit dicens, vxoris patrē ſubſtātiam eius ſubſtituiſſe [y] alijs ſuis filijs, paruāq; partē ſolā apud eā iuſsiſſe manere: & magnū ſibimet imminere periculū, ſi ſuę quidē ſubſtātiæ periculū pateretur, & circa dotis reſtitutionē, et circa totū ex dotalibus inſtrumētis ſuper antenuptiali donatione pactū: ſibi verò nihil liceret promereri horum propter ſublationē & reſtitutionē. Hæc nos meritò cōmouerūt, & in melius arbitrati ſumus noſtrā corrigere legem, quàm ſubiectos deſpicere, periculum ſuſtinētes, maximè in nuptijs: quarum nihil eſt hominibus vtilius, tanquā ſolis facere homines valētibus [z]. Quam ob rem præſentē ponimus legē, omnia q; dem alia [a] prioris à nobis poſitæ cōſtitutionis rata manere volētes, hoc verò innouantes ſolummodo, vt ſi quis decætero reſtitutionem fecerit [b] ſuarum rerum: primùm quidem ſeruet filio legiti-

---

Alienationis verbū, ad quos actus referatur.

a Alienari.irreuocabiliter.quod verbum alienationis ad eos actus refertur proprie, per quos dominium transfertur: vt.C.de fun.do.l.j.ſed large & ad pignoris obligationē trahitur: vt.ſ.de non alie.§.alienationis.col.ij.ſed certe hæc litera videtur ſibijpſi contraria. Nā prohibet primo alienationē: ergo ſi fiat, non valet.cū quicquid fit contra legē non valet: vt.C.de legi.& cō.l.nō dubiū. ſed ſtatim ſubijcit, ꝙ ambulat cū ꝓpria fortuna alienatio: ergo valet. Sed dic, ꝙ valet.ſ.interim: non aūt valet.ſ.irreuocabiliter.nam exiſtēte cōdi.reſtitutionis, infirmaꝭ alienatio, & hoc propter ꝓhibitionem: vt patet.ff.de leg.j.l. ſi fundū.& ff.quēad.ſer. amit. l.is cui.§.ſi.et.ff.de fidei. lib.l.generaliter.§.quoties. In caſu tamē etiā interim non valet: vt ſi velit alienare manumittendo.& eſt ratio: qa non poſſet reuocari facile, vt alia relicta: vt ff.qui & a qui.l.generaliter.§. ſub cōditione. niſi in teſtamēto manumitteret iſte rogatus: quo caſu & teſtamenti fauore & libertatis valet: vt ff.ad Treb.l.quidā.§. ſi quis filiū. Sed cū quarta maneat apud grauatum, quare non valet alienatio quatenus durat quarta: vt & alš.ſ.de nup.§.quoniā infirmꝭ. Rñd.imo valet: vt ff.ad Treb.l.Marcellus.§.res. quod ergo hic dicit poſſe reuocari, dic eſſe verū, ſi vltra quartam ſuam alienet, vel obliget. Acc.

h Reuerti.ſic.ff.de contrah.emp.l.alienatio.ſic.ff.vt in poſ.le l.ſi fideicommiſſ.j.& ij.rñ.

c Lex.ſ.ſlicet.C.commu.de leg.l.ſi.

d Longæua eſt.i.inueterata ſecundum Al. ſed certe non poterat habere vltra x.annos: vel xj.cum illa & iſta ſit Iuſtiniani: nec ipſe imperauerit tempore huius legis, niſi x.annis, vel parum plus: vt.j.vt præpo.no.impe.§.pe.alias longæuū, pro c.annis poniꝭ: vt.j.hæc cōſti.innouat.in prin.col.vj.& C.de ſac.ſan.eccl.l.ſi.

e Quod prædiximus.ſ.in prin.huius tit.

f Indigere.alias oſtendere. & tunc repete oſtēderet, dico.l.ſcilicet illā.C.cōia de lega.l.ſi. Sed quare dicit indigere quadā exceptioneꝭ imo duabus exceptionibus.ſ.dotis, & antenupt. do. vt declarant ſequentia.

g Ex his læſi.ſ.quæ.ſ.dicuntur in dicta noſtra lege.

h Dotem.ſuam.

i Factæ.a viro.

k Dabat.ſ.pactū in caſu mortis viri factum: vt.j.eod.§.quam ob rem.

l Et patris.teſtamento.i.cōis tam mortui fratris quā huius, qui nunc petit bona. Cauerat enim forte cōis hic pater, vt quicunq; eorum pręmoreretur ſine filijs, ſuperſtiti partem ſuam reſtitueret.

m Et trahebat.ad ſe.

n Res.i.dotem.

o Eas expēdiſſe.i.conſumpſiſſe: cum forte dos erat inæſtimata. alias cū eſſet mariti periculo: nec valeret hæc allegatio fratris.ſic.ff.ſol.mat.l.æſtimatæ.

p Ei.i.ſuperſtiti.

q Omnibus.ſ.a-lijs rebus mulieris. Vel dic ex oībus.i. ab oibus.ſ.eas poſsidentibus, nedū a muliere. A.

r Legi noſtrę q.d.nō ceſſabit, niſi adimpleanꝭ ei oīa, quæ in lege noſtra dicūtur: vt.C.cōia de le.l.ſi.§.ſed qa.nā omnia volebat. Vel dic non ceſſabat donec hæc lex ſuperuenit: licet poſtea ceſſare cum oportuit: vt.j.eo.§.quam ob rem.

s Forma.q.d.hęc quæſtio fuit de facto et determinata eſt, ſed illa determinatio nō eſt in corpore iuris.

t Rurſus.nūc cōqueriꝭ vir.ſ.vero cōqueſta eſt vxor.

v Alter.vir.

x Supplex.id eſt, ſupplicans.

y Subſtituiſſe.i.per reſtitutionem reliquiſſe.

z Valentibus.vt.ſ.de nup.in prin.conſti.

a Alia.i.omnes alij caſus, qui ſunt.in.d.l.C.cōia de leg.l.ſi.valeant præter eum, qui eſt in.d.§.ſed quia.

b Fecerit.id eſt, fieri iuſſerit.R.

Hoc enim.

mam partem, non quartam (hoc enim [a] emendauimus, inopiã eius [b] plurimã reprehẽdentes) ſed tertiam [c] † modis omnibus, aut mediam ſecũdũ filiorũ numerum [d]. deinde ex reliqua ſubſtantiæ parte [e], ſi non ſuffecerit [f] legitima pars ad dotis [g] aut antenuptialis donationis oblationẽ: honeſtè & ſecũdũ perſonarũ qualitatem & merita [h] excipere etiã hoc ad reſtitutionẽ, ſecũdũ quod adiectum [i] legitimè parti dotem, aut antenuptialem facit donationem. Sancimus enim ſecũdũ hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionẽ nuptialia documenta, & ſuper his factas alienationes, aut hypothecas: & vel ſi grauata ſit perſona aut viri, aut mulieris reſtitutione tali, liceat ei etiam nuncupatã antenuptialem, ſeu propter nuptias donationẽ offerre, nihil quantũ in illis rebus reſtitutione valẽte: & ſi mulier reſtitutione grauetur, nõ impedimentũ ad dotis oblationẽ fieri. Ea enim quæ cõmuniter [k] † omnibus proſunt ĳs, quæ ſpecialiter quibuſdã vtilia ſunt, pponimus ſitq; hoc nuptialibus donationibus & harũ exactiõibus priuilegiũ. Si enim & ante nos [l] ex generalibus hypothecis plurima per præſumptionẽ exceperũt (cùm vtique nõ ita nobis neceſſaria cõſiſtãt (quomodo non nos ex maiore et meliore ſententia nuptialium lucrorũ exceptionẽ faciemus?

Mulier de reſtituendo grauata, non conſtituit de nouo ex rebus ſubiacentibus reſtitutioni dotem, vel vir donationem propter nuptias. Ang.

Hæc igitur omnia futuro conferimus tempori, etiam [m] poſtea [n] faciẽdis reſtitutionibus [o] ſecũdum hanc legem. Non enim [p] illarum concedimus fieri læſionem [q], vt ſi qua mulier paruam habens dotẽ, deinde legem cognoſcẽs noſtram, aut ſi quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circunuentionẽ legis velit augmentum [r] aut dotis, aut antenuptialis donationis facere: & hoc trahere ad inſidias reſtitutionum. Hanc enim perimimus circũuentionem, nullam vtilitatem habere concedẽtes faciẽtibus augmẽtum: quantum ad reſtitutionis læſionem, puram futuro tempori noſtram ſeruantes legem.

Mulier intra tempora luctus pariens, ita, quòd ſit certum ex primo matrimonio ſobolem non exiſtere, illis pœnis punitur, quas patitur ſtatim nubens intra tẽ-

a Hoc enim. alias quid enim &c. & tunc interrogatiue legas. q. d. nihil eſſet, quod correxiſſet. ſ. de trien. & ſe. §. j. col. iij. quod falſum eſt: imo correxit omnes leges quæ dicebant quartam ſufficere ad filium excludendum: vt dicebat lex. C. de inof. teſt. l. cũ quæritur. & l. parentibus. alias eſt quidẽ enim. & tunc ponitur enim pro certe. Ac.

b Inopiam eius. id eſt, paruitatem quartæ.

c Tertiam. ſ. ſeruet filio pater iubens fieri reſtitutionem ſuarũ rerũ.

d Numerum. quod plene dic, vt. ſ. de trien. & ſemiſſe. §. hinc nos.

e Parte. ſ. cõplere volumus dotem aut antenup. don.

f Si non ſuffecerit. Sed nonne hãc legitimã debet habere ſine omni grauamine: vt. ſ. de triente & ſe. §. prohibemus? Rñ. ſic, ita habuit. ſed ipſe filius poſtmodũ ſemetipſum grauauit cõſtituendo donationem, et pactũ ſuper ea donatione faciendo. vnde non a patre, ſed a ſemetipſo hoc grauamen ſenſit. quare de ſua legitima ſatisfacere debet, donec durat: vt hic dicitur. hæc eadem pœna econtra in muliere. Et no. hic mirabile: quia etiã vltra legitimã habet filius de bonis patris, etiam cõtra velle ipſius patris. ſed hoc nõ eſt propter ſe, ſed propter dotis vel donationis propter nupt. priuilegiũ vt ſubĳcit: & hoc etiam niſi in fraudem nimiũ ie grauauerit: vt. ĩ. eo. §. hæc igitur omnia. & hæc eadem locum habent, quãdo filius dotẽ iam accepit, & ſuper dona. a ſe data pactum fecit vt lucretur mulier: vel econtra mulier donationem iam accepit, & ſuper dote a marito lucranda pactum fecit. nam ſi hæc duo debita nõ poſſunt ſolui de bonis eius qui ad hoc tenetur, porrigitur manus etiam ad reſtitutionem: vt. ĩ. eo. §. adiecerũt. & §. rurſus. & etiam ad hunc intellectum poſſunt hæc verba accõmodari: & vterq; intellectus verus eſt. Sed quid ſi fuerit extraneus hęres grauatus reſtituere? Rñ.

...retinet pro dote vel do. non tamen ſi ſoluit, vt in nouel. eo. titu. Accur.

g Dotis. alias ad dotis. & ſecundum hanc literam puncta ibi merita. & quod ſubĳcit excipere etiã ad reſtitutionem, id eſt, de reſtitutione. Ad hoc, id eſt, ad huiuſmodi oblationes dotis & antenup. do. Item alias aut dotis &c. & tunc pũcta ibi excipere. & quod ſubĳcit etiã hoc ad reſtitutionẽ, ſcilicet denegandam ſubaudi. Accur.

h Merita. ſubaudi etiã. & facit. ff. ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur, & no. hic dotẽ conſtituendam & do. propter nupt. pro honeſtate perſonarũ: & merita. i. patrimonĳ facultatem. & facit. ff. de iu. do. l. quæro. & C. de nupt. l. ſi furioſi. in fin.

i Adiectum. neutraliter ponitur: & ſic expone: quia primo ſatisfiet de legitima donec durat. poſtea vero ſubducitur de reſtitutione vel ad conſtitutionem dotis vel etiã antenup. don. vel ad reſtitutionem: vt modo diximus. Accur.

k Ea enim quæ cõmuniter. ſic. ff. pro ſoc. l. actione. §. Labeo. & ſ. de non alie. §. quia vero veriſimile. in fi. col. ij. & C. de cadu. tol. l. j. §. fin. & C. de iu. ca. l. ij. §. ſed quia veremur.

l Et ante nos. ſcilicet iuriſconſulti et imperatores, qui dixerunt: vt licet omnia bona obliget, tamẽ quædam excipiãtur: ita ergo hic: vt. ff. de pignoribus. l. obligatione. & l. vel quę. & l. denique. & l. ſequen. & C. quæ res pig. obl. poſ. l. j.

m Etiam. ei ſcilicet viro. Accur.

n Poſtea. id eſt, poſt hanc legem.

o Reſtitutionibus. i. in donatione.

p Non enim. vere meliorem ſententiã eligimus &c. vt. ſ. proxi. ibi, quomodo non nos &c.

q Læſionem. i. in fraudem huius legis.

r Augmentum. etiam ſi non ſit dos conſtituta, vel donatio ſecundum facultates. Accur.

† Cõcor. c. Raynutius. in gl. ſuper ver. Trebellianum, poſt princ. ibi, hęc hodie. extra, de teſt.

† Cõcor. gl. ſup ver. communẽ in ca. bonæ memoriæ. extra, de poſtul. præl. & c. licet. iũcta gloſ. ſuper ver. vtilitas. extra, de reg.

Dos et donatio propter nuptias, ſecũdum perſonarũ merita cõſtituitur.

Vnum

a Vnum. duo enim capitula hæc habet conſtitutio: vt patet etiam in titu. & eſt ſimilis proceſſus hic, & ſupra, de nupt. §. duo. & §. ſeq.
b Appellant. ſcilicet venerunt.
c Quas. mulieres. Accurſius.
l Earum. ſ. mulierum.
m Mox. id eſt, ſtatim.
n Eam amittat. vt. ſ. de nup. §. ſi igitur.
o Illius. ſ. mulieris.
p Erubeſcimus. dicimus tamen, vt ſubijcit.

pora luctus. Angelus.

Vnum[a] ſiquidem hoc capitulum eſt præſentis legis: ſecundum verò illud de mulieribus, quæ poſt priores nuptias ad ſecundum venerunt matrimonium ante, quàm annus expleretur, quem lugubrē leges appellāt[b]: quas[c] puniebant conſtitutiones tres[d] ante nos imperantiū: & nos inſuper de his ſcribentes legem[e], cū quibuſdā correctionibus, etiā ſup his ſancita in breui quadam parte noſtrę[f] legislationis tetigimus. ſed impudentiſsimū quoddā nūc acceſsit, q in noſtris prouenire tēporibus nolebamus. Quam ob rē nobis rectè placuit emēdatiōe dignū exiſtimare. Mulier enim ad virū veniēs, hunc[g] extulit[h], vt appareat[i] etiā ſuperſtite eo nō caſtè viuere cogitās, nōdum enim completo anno, vndecimo menſe perfecto[k] peperit: vt nō eſſet poſsibile dicere, qa de defuncto fuiſſet ptus. Neq; enim in tantū, tempus conceptionis extenſum eſt. Et quoniā etiā hæc vna eſt pœnarū earū[l], quę acerbas nuptias faciunt, vt vxor mox[m] cadat antenuptiali donatione à viro data, & repente eam amittat[n], & neque vſum habeat: rectè filij ſic mirabili matris partu iniuriati, ante nuptialem patris poſcebāt accipere donationē, et nō lucrati valere mulierē per virū, quē ſic velociter dehoneſtauit illa. Sed quomodo dicamus verba illius[o], erubeſcimus[p]. Nō dignā ſe dicebat eſſe, vt caderet: quia legem noſcere[q] de legitimis loquentē nuptijs: ſibi verò nō fuiſſe nuptias niſi primas. porrò[r] partum hūc eſſe opus naturalis concupiſcētiæ. Sed quia hęc[s] etiā decies milies[t] alijs ſubiaceret caſtigationibus[v] cōmittēdo ſtuprū[x], indubitatū eſt: & pœnis illis[y] eam nō priuabimus interim enim parcimus[z] defuncti filijs. Inferimus autē ei antenuptialis donationis amiſsionem & in hoc caſu, quā[a] cōſtituit lex ſuper eis, quę ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tēpus. Si enim illas lex inultas nō relinquit, licet legitimas nuptias celebrantes, eo q forte ſuſpicio fuerit ne qua pextiterit ſuſpiciōis malignę[b] cauſa ad ſecundū maritū, eò q velociter ad nuptias feſtinauit: quomodo non hic, vbi cauſa nō per ſuſpicionē eſt ſolā, ſed hoc ipſo increpatio manifeſta, et indubitata[c] prædita eſt delicto, omniū impijſsimus iſte partus, noxiam eam

d Tres. C. de ſec. nu. l. j. et. C. ex qui. cau. infa. irro. l. decreto. et. C. ad Tertyl. l. ſi qua mulier.
e Legem. ſupra, de nup. §. primæ.
f Parte noſtræ. i. dictæ cōſtitutiōis. ſ. de nupt. §. ſi igitur. vſq; ad. §. ſi vero expectet.
g Hunc. ſ. virum.
h Extulit. i. extra ciuitatē ad ſepeliendum portauit: mortuus enim eſt. ſic. ſ. de non eligē. § j. in pri. col. j.
i Vt appareat. ſ. nunc. nam ex eo q nunc male fit: præſumit et tunc male factum: vt hic, & C. de adul. l. ſi quis adulterij. ppterea enim q aliquando ſit bene vel male, et alia vice fieri præſumitur: vt. ff. de re mil. l. nō omnes. §. a barbaris. & ff. de act. l. ſi cui. § ijſdē. et. C. de iuſ. et. l. iij.
k Perfecto. idem dico & ſi circa xj. mēſem erat a quatuor vel quinq; tribus vel duobus diebus in antea poſt introitum. Nā per decem menſes, & duos dies pōt portare mulier filiū in ventre, & nō plus: vt hic, & ff. de ſuis & le. l. inteſtato. §. ſi. Item plus quam ſex mēſibus oportet q portetur: vt d. l. inteſtato. dict. §. & ff. de ſtat. ho. l. ſeptimo. Sed quid ſi eſt natus in xiiij. vel xv. menſe poſt viri mortē? Reſpō. idem: cum certum ſit et ex marito nō eſſe, et ante annum conceptum eſſe: & ita inuenies ſi bene computes vſq; ad xix. menſes natum a x. menſibus. ſ. nec eſſe ex marito cōceptū, & ante annū conceptū. & ita habebit locū pœna huius cōſtitutiōis. Nam quare aliud eſſet in alio tali tēpore, qū iſto. ſ. xj. mēſium: ratio reddi nō poteſt ſit ergo idē: vt. ff. de ver. ob. l. a Titio. in ſi. ſed ſi poſt xix. menſes ſit natus, poteſt eſſe conceptus poſt annum luctus. & ſic ceſſat pœna huius legis.

i Vide de hoc in ca. cum in iuuētute extra, de pręſump. vbi ad hoc bo. text.

Mulier p decem mēſes & duos dies poteſt filium portare.

q Quia legem noſceret. ſ. de anno lugubri, quam habemus. C. de ſecund. nup. l. j. & ſ. de nu. §. ſi igitur.
r Porro. hęc poteſt dici ſecunda ratio. et facit ad hanc rationem. ff. ad le. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. in ſi. §.
s Quia hæc. ſ. mulier. et loquitur Iuſtinianus ſanciēs in caſu quæſtionis de facto, quā habebāt filij cū matre: vt. ſ. §. & quoniā. vſque huc, ſed. j. §. vnde ſancimus. ſanciens generaliter: alias eſſet ſuperfluum vnum eorum.
t Decies milies. & hoc colore loquendi hyperbolice plerunq; vtitur hic liber: vt. ſ. de hære. & Fal. §. exhæredatos. col. j.
v Caſtigationibus. i. delictis, in quibus caſtigātur.
x Stuprum q in viduam committitur: vt. ff. ad le. Iul. de adul. l. inter liberas. §. ſtuprum. Ac.
y Et pœnis illis. quare ſuſtinet mulier, quæ intra tps luctus nubit, vt pbatur ſtatim. Acc.
z Parcimus. id eſt ſubuenimus.
a Quam. ſ. pœnā.
b Malignę. Præſumitur eīm nō caſte vixiſſe penes primum, et tractaſſe eius mortē: vt. ſ. e. §. ſed q l erit, vbi mulier cogit vltra annum expectare, puta vſq; ad qnquennium: & ſi nupſerit, an perdit dotem et donatiōem: vt. ſ. de nupt. §. ſed et caſtitatis. & §. ſi vero vxorem? Rū. nō ita perdit, ſi ſolū fornicaretur mortuo marito: q hic et alia ratio eſt. ſ. turbatio ſanguinis: vt. ſ. de nup. §. & inſuper. Ac.
c Et indubitata. Hic collige manifeſta non indigere probatione. ſic. ff. de dote præle. l. j. in ſi. et. ff. de verborum oblig. l. cōtinuus. § cum ita et. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi vero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate.

Manifeſta, probatione non egent.

k Relin

cãtur ſuperiores ad ſucceſsionem inferiorum? Reſp. non ſecundum Ir. quod verum puto: quia ibi ſecundarum nuptiarum non fit mẽtio. Item nec eſt nouum, vt poſteriores per priores determinẽtur: vt. ff. de leg. & ſenat. l. ſed & poſteriores. licet quidam contradicant. Item pro nobis. C. ad Tertyl. l. fi. in fi. & C. de appellat. l. præcipimus. in fin.

a Conſtitutionẽ. ſcilicet illam de nõ eligen. §. cũ igitur.

b Vſum. i. vſumfructum ſiue patris ſcilicet virilis. Sed certe & ſecundum hanc conſtitutionẽ videtur ꝙ in proprietate ſuccedat: vt. ſ. eo. §. quoniã infirmas. ibi, ſi vero non habeat filios &c. quæ huic ſignatur cõtraria. Sed certe ſecundũ Io. hic loquitur de rebus paternis, de quibus lucrandis pactum nõ fecerat: ibi aũt de ijs quę pacto poterãt lucrari.

c Vocationẽ noſtram. quę eſt C. ad Tertyl. l. fin.

d Dicemus. alias dicemus: & tũc plana eſt. alias dicimus, & tunc ponitur pro dicemus: vt j. eo. §. & quoniã. vbi fiet quædam correctio illius legis. C. ad Tert. l. fi.

e Et hæc dicimus. quæ ſancita ſunt. ſ. quia in paternis vſumfructũ: in acquiſitis aliunde proprietatẽ habeat mater.

f Extra. id eſt, præter. Accur.

g A nobis. vt. ſ. de non eligen. §. ante nuptiali. & ſ. eo. §. ſi vero expectet.

h Cõſtitutione. vt. C. de ſecũ. nupt. l. hac edictali. §. his illud. in prin. §.

filius moriatur, iam ad ſecundas veniente matre nuptias, aut poſtea veniente: vocetur quidẽ & ipſa cum filij aut filiæ fratribus ſecundum noſtram conſtitutionem [a] ab inteſtato ad eius ſucceſsionem. Sed quanta quidem quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, eorum ſolummodo habeat vſum [b] ad ſecundas omnino, ſiue prius, ſiue poſtea veniẽs nuptias: in reſiduis verò omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter paternam ſucceſsionem, veniat ſecundum vocationem noſtram [c], quam ſtatim dicemus [d], quadã correctione & ea indigẽte. Et hęc dicimus [e] in rebus, quæ extra [f] nuptialẽ donationem ſunt. Quæ enim in illis ſancita ſunt à nobis [g], & à Leonis diuæ memoriæ cõſtitutione [h], integra cõſeruamus: in quibus ſolũ mater habeat vſumfructum [i]. Sed & in alijs rebus hæc ſancimus, & deinceps ipſi tradimus quęcũque poſt nuptialem [k] donationem ſunt à patre venientia filio, aut ex alijs cauſis, tã ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſucceſsionibus ratione contra ingratos filios [l] vndique & ſuper iſtis rebus ſeruata, quando manifeſtę cauſę ingratitudinis demonſtrãtur. alijs omnibus, quę de ſucceſsionibus dicta ſunt parentum in filijs, aut filiorum in parentibus, intactis manentibus.

Frater ex cauſa ingratitudinis tribus ex cauſis à fratris ſucceſsione excluditur, his obtinentibus in futuris cauſis. Barto.

Ingratitudinem [m] autem hic conſideramus non ſolùm ad matrem, ſecundũ quod pridem à nobis dictum eſt: ſed etiam aduerſus eundem ipſum fratrẽ defunctũ. Et quoniã ſcimus multas fratribus ad inuicẽ factas contentiones [n], illũ ſolùm tanquã ingratum circa fratrem effectum, participare lucrum [o] non concedimus, qui mortem voluit fratri, aut criminalem inducere contra eũ inſcriptionem, aut ſubſtantiæ ei [p] properauit inferre iacturam. Eius [q] enim portio tam ad reliquos fratres, quã ad matrem veniat. Et hæc lex ſuper filiorũ ſucceſsionibus, quibus cum matre ſuccedunt filij, maneat [r] illam, quæ à nobis facta eſt, ſubdiuiſionem introducens ijs, quæ futuro tempore matrimonio ſecũdo ſunt futuræ viris de matris ſucceſsione. Quę enim iã ad ſecũdum matrimonium peruenerunt: ſucceſsionẽ ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato habere firmè & ſecũdum dominiũ & ſecundũ vſumfructũ, & alienare, & teſtari, & trãſmittere ſecundũ quẽ voluerint modum, nihil ſit eis impedimẽto quolibet tempore ex pręſenti conſtituta lege.

Mater filio in lucro, aut nuptiali donatione non ſuccedit, niſi in vſufructu: his obtinentibus in caſibus futuris, & in præteritis nondum ſententia, vel tranſactione finitis. Barto.

git, alias cõtra: vt in. d. §. continetur.

k Poſt nuptialẽ. i. ꝓpter nuptias. A.

l Ingratos filios. i. rõ qua aliás repellũtur ingrati filij ab hmõi lucris: vt. ſ. e. §. ſoluto. ibi, ſi qs eſm ex eis &c. vt. ſ. e. §. ſup his. in fi. §. ſeruet̃ i hoc lucro: vt repellat̃ mr̃ ſi ſit filio ĩgrata: vt hic, & ſ. de nõ eli. §. cũ igit̃. in fi j. rñ. col. j. & hoc, qñ manifeſtę cauſę ĩgratitudinis mõſtrãt̃: vt ſubijcit. q̃. vij. ſunt: vt j. vt cũ de ap. co. §. & hoc qdẽ de parẽtũ. & ecõtra qbus exhæredantur filij, ſũt xiiij. vt. j. vt cũ de ap. co. §. cauſas. coll. viij. Sed qbus repellũtur fr̃es ſunt tres: vt. j. ꝓxi. §. & qď ſubijcit, aliorũ &c. & ſic cõſtruc intactis manẽtibus, q̃ de ſucceſsibibus dicta ſunt aliorũ olm parẽtũ in filijs, aut filiorũ i parẽtibus. Sed q̃ ſunt alia cõſtituta, q̃ q̃ hic ſũt? Rñ. qñ cõuolaſſet ad ſecď matrimonia.

m Ingratitudinẽ. dictũ eſt. ſ. ꝓx. §. & ſ. de nõ eli. §. qm̃ infirmas. in fin. j. rñ.

n Cõtentiõbus. ſic C. de bo. q̃ lib. r. cũ oportet §. j. I fi. Ac.

o Lucrũ. ſ. ſucceſsiõis ab inteſtato. Nec eñ & ab inteſtato fr̃ ſuccedit fr̃i cũ ingratus extitit, vel alr̃ mr̃ lucrata fuerit virilẽ ptẽ ꝓ vſufructu in rebus paternis: & ꝓprietatẽ filijs ſeruare tenetur: vt. ſ. prox. §. ſi autẽ inteſtatus. de hoc autẽ lucro non habebunt fratres defuncti, q fuerũt ingrati. Vel poteſt tertio modo intelligi, vt loquatur in alio caſu. ſ. quãdo facit teſtamẽtũ. Nã põt exhæredare frem & turpẽ pſonam inſtituere his tribus caſibus, quæ ſequuntur.

i Vſumfructum. i. vſum. Item & tantũ proprietaris, quantũ ex morte filij huius, de cuius ſucceſsione nũc quæritur, põt acqri ex pacto nõ exiſtẽtiũ liberorũ: vt ſ. e. §. qm̃ infirmas. cõtra. Vel hoc intellige qñ nil pepi-

p Ei. ſcilicet fratri.

q Eius. ſcilicet fratris ingrati.

r Mancat. ſcilicet in futuro tempore.

Halo. ſ. introducens ijs, q̃ in poſterũ ſecundo ſe marito ſociabunt, à nobis excogitatã ſub diuiſionem.

Filijs.

Et illud aut firmum, quod exprimo matrimonio eſt, filijs[a] maneat[b]: quod ſuper his per prędictam à nobis conſtitutũ eſt ſanctionem[c]. Quia ſi antenuptialē donationē, quã mater moriente marito lucrabat̃, contigerit ad moriētem filiũ peruenire[d], & propterea partem ei illius fieri hæreditatis: matrē, neq; ſecũdũ quod ſuccedit filio, dominium eorũ, ſcilicet antenuptialis donationis rerum perfrui[e]: ſolã autē[f] habere horum, quãdiu ſupereſt, vſum & vſumfructum. Maneat igitur & hoc ijs, qui ex prioribus nuptijs ſunt filijs, condonatũ: niſi fortè ante prædictam conſtitutionē iudicialis ſentētia & tranſactio inter partes facta, de his aliquid ſtatuerit.

Mater & cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cum permiſſis in virilem portionem ſuccedit filio. Bart.

Et quoniã mater excludebat quidē à filio maſculo, hoc faciēte ſenatuſconſulto[g], quod Tertyllianũ vocãt: filiabus aũt cõmiſcebatur[h]: nos non quęrentes filiorũ ius, ſed exinde ei legitima iura dantes, vocamus[i] quidē eam etiam cum maſculis fratribus moriētis in tantum, in quantũ numerus filiorum fuerit: quatenus & ea partē habeat tantã, quãtam vnuſquiſq; fratrũ. Si verò permiſti maſculi & fœminæ fuerint: hoc ipſum diſponētes. Si verò mater & filiæ ſolæ conſiſtant: ibi ſenatuſcõſultum mediã quidē partem dabat matri, reſiduã verò mediã ſororibus, quantęcunq; extitiſſent. Quod quoniã nõ primitus correximus, modò adducimus ad competētem correctionem: & in iſto caſu vocantes eã pro rata filiarum: quatenus quãtum vnaquæq; filiarum habet, tantũ ſolummodo ea accipiat: & in omni caſu hic relato, in virilem portionē[k] (hoc quod legis eſt) etiam mater veniat: ſiue conſiſtãt ſoli maſculi, ſiue ſolæ fœminæ, ſiue etiam permiſta vtraq; ſoboles.

Parētes ex principis oratione debent inter filios æqualitatem ſeruare: licet inæqualitatem ſeruare poſſint ſi volunt: dũmodo filijs in legitima portione prouideant. Bart.

Illud quoq; ſuper hoc adijcere legi iuſtũ exiſtimauimus. Si enim moriatur vir, aut mulier filios habētes, & ex prioribus & ex ſecundis nuptijs, quas poſt hãc noſtrã contraxerint legē: (in his enim præſentia[l] diſponimus, quæ quidem ſuper lucris ex nuptijs ſeruari oportet) hoc ſancimus[m] inſuper et decernimus[n], Portiões, quas neceſſe eſt parentes legitimis & non ingratis relinquere filijs, ipſos genitores non erit iuſtũ ad ſecũdam omnino declinare prolem: & quod ex lege eſt[o] tantũmodo relinquentes prioribus, † alia omnia ad ſecũdos deducere, ſed aliquid ex prioribus adijcere[p]. ſi quidem aliquem ex ſecundis habeat nuptijs, aut etiã ex primis forſan, ita feſtiuũ[q], ita dilectum, vt velit præponere eum alijs in poſſeſſione: damus licentiam hoc agendi: non tamē omnino priores quidē filios minuere, ſecundos autem augere. ſed neq; vehementer magnificare augmētum, nec omnino obliuiſci priorũ matrimoniorũ: neq; infirmare[r] ea, quæ à præcedentibus nos de talibus dicta ſunt: ſed prouidere quidem & ſecundis, prouidere autē & primis: cogitantes, quoniam filij ambo ſunt: & ita faciētes[s] ſucceſſionum in teſtamentis diuiſionē. Si enim in-

a Filijs. ſcilicet eſt conceſſum.
b Maneat. ſ. in futuro tempore.
c Sanctionē. ſ. in qõne Gregoria. vt ſ. de nõ elig. §. hoc quoq;. & §. j. Acc.
d Peruenire. qa mater ſibi donauit: vt. ſ. de nõ eligen. §. Gregorii.
e Perfrui. quaſi filio de bonis paternis hęc donatio aduenerit. vnde ſicut mulier in alijs rebus, quæ peruenerũt ad filiũ a patre vſumfructũ habet tantũ: ita & in hac donatione: vt ſ. e. §. ſi aũt inteſtatus. Sed nũquid in totum? Rñ. nõ: niſi mater retinuerit ſibi vſumfructum in donãdo: ſed pro virili portione: vt. d. §. ſi aũt inteſtatus. & ſ. de nõ elig §. j. & §. hoc quoque. Accurſius.
f Solã autē. Item & proprietatē ſecundũ pactum nõ exiſtentiũ filiorũ: vt. ſ. de nõ eligē. §. hoc quoq;. in ſi. §.
g Senatuſcõſulto. vt inſti. ad Tertyl. §. frater.
h Commiſcebatur. vt cũ eis ęqualiter ſuccederet. i. mater tñ ſola haberet quãtum oēs ſorores defuncti: vt. j dicit. & inſtit. ad Terty. §. ſoror.
i Vocamus. vt C. ad Tertyl. l. fin.
k In virilē portionem. hoc fallit in ea muliere, quæ ante annũ nupſit, quæ non ſuccedit, niſi omnibus filijs mortuis. et hoc tãc qñ infamia eſt et remiſſa: vt. ſ. eo. §. ſi igitur ſine filijs. Itē fallit in bonis paternis: q dic. vt. ſ. eo. §. ſi aũt inteſtatus. Item fallit in tertio caſu, quãdo ſcilicet mulier ſecũdo nupſit: quo caſu et in caſu nõ exiſtentium filiorum tantũ vocatur mater in lucris prędictis, propter ſecundũ matrimoniũ: vt ſ. §. qm̃ infirmas.
l Præſentia. neutraliter.
m Sancimus. ſcilicet vt lu[illegible] primi mr̃imonij ſint perdita ratio[illegible] proprietatis: vt. ſ. e. l. ſi vero ſit ſoboles. at lucra ſecũdi matrimonij perdũtur per tertium matrimonium: vt. ſ. eod. §. nec illud.
n Decernimus. forte mentionē facit de illa conſtitutione: ſ. de trien. & ſemiſ. §. j. colla. iij. Vel dic, q dicit de eo, q habuimus. ſ. eo. §. optime.
o Ex lege eſt. ſcilicet debitum.
p Adijcere. etiã vltra id, qñ neceſſario dimittitur: ſed hæc eſt ſuaſio et cohortatio, non coactio: vt infra dicitur hoc. §.
q Feſtiuũ. quia feſtũ patri videtur, qñ eum videt. Ac.
r Neq; infirmare. vt etiã quartam filijs primi matrimonij non dimittat. quod etiã contra antiquas leges eſſet: vt. C. de inof. teſt. l. cũ quæritur. & l. parentibus. & hic ſubijcit. Acc.
s Facientes. vt ſtatim dicit.
Supra

* Imo qa iucundus ac lepidus poni videtur.

† Haloã. reliqua omnia trãſferãt ad ſecũdos, ſed & priori bus aliqd ad legitimam adijciant.

teſtatis eis mortuis lex omnes ex æquo vocat: cōpetens eſt, eos imitantes legē, † non vehemēter magnis eos abbreuiare munitionibus, erubeſcentes legē. ſic enim erūt boni patres, & noſtra digni legislatione, & iuſti quidē erunt ſolā legē cuſtodiētes. Si quid autem etiā ſupra legē [a] reliquerint: erunt iuſti ſimul & humani patres. & non hęc dicimus inter gratos & ingratos [b] filios (de ingratis enim iam ſępius dictū eſt [c]) ſed de ijs, qui magis aut minus diligūtur: cū vtiq; multa differentia ſit ingratitudinis, & gratiarū actionis: & diſsimilis honoris. Hanc itaq; partē [d] de æquitate filiorū ex priore & ſecūdo matrimonio venientium, adhortātes potius, quam ſanciētes dicimus: alioqui [e] ſemel augētes [f] ab inteſtato partē omnino filijs relinquēdam, & vſq; ad quatuor quidem filios, quatuor vncias omnino definientes: ſi aūt vltra quatuor ſint: vſq; ad mediā ſubſtantię partem idoneum iam dedimus filijs ſolatiū, non ex parua mēſura antiquam eorum anguſtiā reſoluentes [g]. Sic igitur præſens lex futuro tempori ſanciens, ſicut ſæpius dicentes præuenimus [h], & nihil priorum tāgens [i], ſed condenſa vndiq; & complexa ſub vna continuatione, & omnia penè de ſecūdis pronuncians nuptijs, & priora quidem prioribus in ſua virtute ſeruans: quæ verò ab ea diſpoſita ſunt, futuris ſecundis explanās nuptijs, & nouam quandam vndiq; ac ſubtiliſsimam introducens quærentibus vtilitatē: omnibus quæ ſuper talibus poſitę ſunt conſtitutionibus, in futuris poſt hāc noſtrā legem nuptijs, & quæ ex his euenerint, vacantibus [k]: hac videlicet vna conſtitutione futuro tēpori, ſecūdum quod à nobis definitum eſt in ijs, qui continētur in ea caſibus, pro cunctis [l] ſufficiente. Hęc igitē tua celſitudo omnibus gentibus, quæ ſub tuo ſunt cingulo, ſolenni modo manifeſta fieri prę cipiat: vt oēs agnoſcentes, quia maiorem laborem ſuſtinentes, quàm oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil [m] prius pro noſtra fecimus ſalute, niſi vndique congregare, quòd iuſtū eſt: & omnes videntes in vnum collectam de hac legislatione partē, ſciāt, quia & priorem [n] ijs, quę iam poſita ſunt, ſeruabimus legē: & futuro tempori cōpetentem poſuimus cōgruentiam. Datum xv. Calēd. Auguſt. Conſtantinop. Beliſario V.C. Conſ.

TITVLVS II.

DE APPELLAtionibus [o], & intra quæ tēpora debeat [p] appellari.

Intra decem dies à recitatione ſententiæ computandos poteſt hodie appellari: & à cuiuſcunque ſententia appellatur. Ange.

Imper. Iuſtinianus A. Triboniano glorioſiſſ. quæſtori iterum, & exconſuli.

ANteriorum † legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maximè hæc [q] circa appellationes facientes [r] & in præſenti ad huiuſmodi beneficium peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati [s] etenim cautum erat, vt ſi quis per ſe litem exercuiſſet: & fuiſſet condemnatus: intra duos dies tātummodo licentiam appellationis haberet.

† Haloā. legi honorem habētes, non pinde magis illos de paupertatiōibus implicēt.

Futura lex aliquādo reſpicit.

† Hæc authen. eſt canonizata ij q. vj. ca. anteriorum.

[a] Supra legē. id eſt, ſupra id quod lex cōpellit dimittere. ſ. vltra trientē, vel vltra ſemiſſem: vt ſequitur.

[b] Et ingratos. in parua portiōe: alias grauatos.

[c] Dictum eſt. in hac conſtitutione: vt. ſ. eod. §. ſoluto. circa ſi. & §. ſi aūt inteſtatus. in ſi. & in alijs cōſtitutionibus: vt. ſ. de hær. & Fal. §. exhęredatos. & ſ. de nō eli. §. cū igitur. col. j.

[d] Hāc itaq; partem. ſcilicet hūc §. qui eſt pars huius conſtitutionis.

[e] Alioqui. i. alias quando volumus ſanciendo dicere.

[f] Augētes. ſ. nos.

[g] Reſoluentes. & habemus hoc. ſ. de trien. & ſemiſſ. §. j. & ij. col. iij.

[h] Præuenimus. vt. ſ. e. §. duo. in ſi. §. & ſ. §. hinc nos. & in alijs multis. §§. vbi dicit caſus huius conſtitutionis ad futura trahi: & eſt hoc generale, niſi contra legem expreſſe dicatur: vt. C. de leg. & con l. leges.

[i] Tangens. nam quæ facta inuenit ante ſe, nō mutat: vt. ſ. eo. §. j. in ſi.

[k] Vacantibus. i. ceſſantibus. Acc.

[l] Pro cunctis. alias percunctatis. i. dubitatis. alias pcūctis. ſ. dubitationibus, q̄ in ea cōtinentur, vt ſubijcit.

[m] Tamen nihil. ſ. nobis exiſtentibus ſaluis, nihil p̄ponimus huic rei, hoc quod iuſtū eſt cōgregare. Vel ita, nihil pręponimus, niſi hoc, & nihil aliud præponimus.

[n] Priorē. legē tractātem de nuptijs.

[o] DE APpellationibus, & intra &c.

*No. in hoc volumine quatuor modis de appel. tracta*ri: *vt in hoc tit. & j. de ijs, qui ingredi. ad ap. in princ. col. v. & j. vt cum de app. cog. §. j. & j. de appel. col. viij.*

[p] Debeat. alias debeāt. & tūc dic, ſ. condemnari.

ANteriorum. Hæc. ſ. remedia. Accur.

[r] Facientes. ſ. nos: vt. C. de ap. l. præcipimus. & alias leges vſq; ad ſi. titu. & ff. qn̄ app. ſit. l. j. §. biduū. Nam ſecūdum iſta vetera iura, ſi aliquis ageret ſuā propriam cauſam, & victus fuiſſet, duo dies ſibi impertiebātur, ſi vellet appellare. & iſti duo dies à tēpore ſciētiæ ſiue ſententiæ recitatæ ſibi currebant: vt ibidem dicitur: ſi vero ageret procuratorio nomine triduum habebat. & talem acerbitatem lex. C. de ap. l. cos. reſpexit: quam in præſenti conſti. Iuſti. emendat.

[s] Antiquitati. i. antiquis legibus. vt. C. de appella. l. cos. §. ſin autem eſt iudicium. & ff. qn̄ ap. ſit. l. j. §. biduū. & §. dies. & l. pe. j. rn̄. et de his dicitur in prin. titu. huius quod erāt acerbæ.

Procu

ſinautem per procuratorẽ [a] cauſa ventilata eſſet: & in triduũ [b] proximũ ea extenderetur. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduũ eſſe prouocationes porrigẽdas, in promptum periculum incidiſſe [c], & biduo [d] tranſacto cauſas perdidiſſe. vnde neceſſarium [e] duximus, huiuſmodi rei competenter mederi. Et ſancimus, omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, vel tutores ventilentur: poſſe intra decem dierum [f] ſpatium à recitatione [g] ſententiæ numerandum, iudicibus ab ijs, quorum intereſt, offerri: ſiue magni [h], ſiue minores ſint, (excepta [i] videlicet ſublimiſsima prætoriana perfectura) vt liceat homini intra id † ſpatium pleniſsime [k] deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum: ne timore [l] inſtantiæ opus appellatorium frequẽtetur: ſed ſit oĩbus inſpectionis [m] copia, quę & indiſcuſſos [n] hominum calores poteſt refrenare.

Cauſa debet in principis conſiſtorio agitari: & ſi ob principis impedimentum proceres cauſam adire non poterunt, tunc intacta ſeruatur. Ange.

Ad hæc [o] ſancimus, ſi quando lis [p] ſperatur in noſtrum inferri conſiſto-

Ignorãtia iuris neminẽ excuſat.

a Procuratorem. vel tutorem vel defenſorem quẽlibet: vt. ff. quãdo app. ſit. l. j. §. tutores. & omnino qñ cauia eſt, ad alienum lucrum & damnum: vt in. d. l. j. §. in propria. & . l pen. in prin. & . §. j.

b In triduum. id eſt, poſt triduum.

c Incidiſſe. ſcilicet inuenimus.

d Et biduo. nam condemnati erant ſuo nomine.

e Neceſſarium. Hæc non videtur bona ratio, cum leges nemini ſit licitũ ignorare: vt. ff. de iu. & fac. igno. l. regula. & . C. de iu. & fa. igno. l. nec conſtitutiones. imo etiã qlibet ſcire tenetur: vt C. de legi. & cõ. l. leges. Sed certe nec nocere patitur iuris ignorãtia: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. iuris ignorantia. Nec ob. d. regula. quia dicit nocet. i. nõ prodeſt. & ideo eſt bona iſta ratio. eſt & alia: quia poterit plenius deliberare: vt. j. proxi. §. in fine.

f Intra x. dierũ. ſed quãdoque duo menſes dantur: vt C. de tempo. ap. l. j. quæ huic eſt cõtra. Sol. ibi ſpeciale eſt: hic autem ius commune erit. Vel quod dicit appellationem interponendam intra duos menſes. i. interpoſitam vſque ad duos menſes finiri & ita erit ibi ſpecialitas in alio: quia communiter intra annum vel biennium durat: vt. j. de ijs qui ingre. ad ap. §. j. colla. v. ſed ibi intra duos menſes. & probatur hæc ſolutio. ff. qñ ap. ſit. l. j. §. quod in ſententijs. & §. alia cauſa eſt. Item eſt cõtra, inſti. de excu. tut. §. qui autem. Sed ibi de excu. non de appel. loquitur. Nam non poteſt appellari, vt ibidem dicitur, niſi demum ſententia lata ſuper reprobanda excuſatione, vel probanda: vt. ff. de ap. l. cõ in vna. §. tutor. & . ff. quãdo ap. ſit. l. j. §. ſi qs tutor.

Decẽ dies ad appellãdũ conceſſi, quando currere incipiãt: & non ſint huiuſmodi dies vtiles, an vero continui.

e Perſonali fideiuſſione. i. cautiōe iudicio ſiſti. ideo perſonalis dicta, quia eſt de repræſentatiōe pſonę in iudicio: vt inſt. de ſatiſda. §. ſed hodie. Itē ideo dicta fideiuſſione: q̄a fideiuſſor dādus eſt: cū ſit pretoria cautio: vt ff. de preto. ſtip. l. j. & l. prætorię ſtipulatiōes. Sed cōtra. ff. de iudi. l. ij. §. ſed ſi dubitetur. in fin. Sol. ibi eſt ſpāle in legatis. Itē contra. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendū. in prin. ſed hæc intelligitur ſecundum illam: vt ſi habeat poſſeſſionem immobilium rerum, non ſatiſdet vt ar. ff. de leg. & ſenatuſc. l. ſed & poſteriores. ſed Pla. dicebat iſtā ſimpliciter loqui. Itē nūquid poterit dare fideiuſſorē aliū, qui ſimiliter immobilia nō poſſideat, vt ſcholarem aliū? Reſp. nō: vt inſti. de fideiuſ. in prin. & inſti. de repli. in fi. & ff. qui ſatiſ. cog. l. j. Sed contra in eo ti. l. fideiuſſor. in fi. j. reſp. ſed dic eū eſſe poſſeſſorē immobilium: licet alias habeat priuilegiū vel militiæ, vel ſacerdotij, cui renūciare poteſt ſecūdū iura noſtra: vt C. de pact. l. pe. Sed quid ſi huiuſmodi fideiuſſorem dare nō poteſt? Rñ. iuret duo. ſ. fideiuſſorē dare nō poſſe, & ſe ſiſtere: vt. j. de li. §. ad excludēdas. p̄ter clericos, qui iurare phibētur: vt. C. de epi. et cle. l. cū clericis. q̄a eorum pmiſſioni tantū cōmittitur: vt inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie. Itē quid ſi volo eſſe cōtētus ſola pmiſſiōe, etiam q̄n fideiuſſorē dare tenetur? Rñ. ſatis eſt: vt inſti. de re. di. §. venditæ. & ff. de fideic. li. l. iiij. §. adijci. Item quid erit, ſi nolit dare fideiuſſorē, ſed pignus ad q̄ non tenetur: vt. ff. de p̄to. ſtip. l. prætoriæ? Rñ. ſatis eſt: quia facit etiā plus: vt. ff. de col. bo. l. j. §. iubet aūt. et inſt. de obli. q̄ ex delic. §. furti aūt. Itē q̄d ſi dedit pignus, nunc vult fideiuſſorē dare, & pignus repetere? Rñ. non pōt. Item in q̄tū tenetur fideiuſſor? Rñ. ſi fideiuſſit in ſcriptis, vel in cā publica, tenetur vſq; ad triēniū, intra q̄ durat cauſa: vt. C. de iud. l. pperandum. Itē & plus per duos menſes, intra quos debet fieri cōteſtatio: vt. j. de execu. & ijs qui con. & recon. §. ſi autem ſine ſcriptis, tunc vſq; ad duos menſes tantum vt. C. de fideiuſ. l. pe. Item in quanta quantitate tenetur? Reſpō. ad intereſſe actoris: et hoc niſi intra certum tempus fideiuſſerit: vel in certam quantitatem: vt. ff. qui ſatiſd. cogā. l. ij. in fi.

† cū reo

† Haloā. & quanq̄ ille veritatem dicat, demonſtretur tamen hoc etiam ex die libelli editi, & ſubſcriptione in libellū collata.

Renūciare poſſunt milites & clerici eorum priuilegijs

f Sportulis. i. ſalarijs quibuſdā quæ iudicibus dabantur: vt in cōſti. Græca cōtinetur: cuius ſententiā habemus. j. de iud. §. ne aūt. & facit ad hoc. ſ. de mā. prin. §. ſi tibi. & j. vt litigan. iur. §. pe. col. ix. & ſ. vt iudi. ſiue quo. ſuffr. §. volumus. et præſtabātur huiuſmodi ſportulæ tā a reo, quam ab actore: vt in d. l. cōtinetur. j. de iudi. & C. de prin. agen. in re. l. fi. et. C. de ſuc. et li. expen. l. fi. ſed Pla. ſolummō re dicebat teneri in præſtatione ſportularum: ſed contra eum ſunt prædictæ leges.

g Ars. id eſt, deceptio.

h Et illum. ſcilicet reum.

Litis

Qualiter fiat litis conteſ. habes vltra legiſtas in capitu. vnico circa finē. extra, de lit. conteſt.

a Litis conteſtationem.ſ.narratione præpoſita, & reſponſione ſecuta: vt.C.de li.cōteſt.l.j.& hoc dico animo procedēdi in cauſa: ſecus ſi iudici vt amico dicam ſaluo iure meo:vt.ff.qui.mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſi debitor.§.ſi in venditione.Sed ar.cōtra.ff.de condi.inde.l.quod qs. ſed certe ibi nō expreſsit, licet in corde habuit de repetendo,ſed cū reſpōſio poſsit eſſe per ſic, & per non, & per dubium, puta oppoſita exceptione, nūquid ſemper fiet cōteſtatio? Rñ. primo caſu fit: ſed tamen ſunt nullæ partes iudicis i cognoſcendo, ſed in iudicādo tantum: vt.ff.ad le. Aquil. l.proinde. &.ff. de confeſ.l.j.&. C.de confeſſ.l.j. vnde euenit mirabile, vt hæc reſponſio obtineat vicem conteſtationis, quaſi ſententiæ, vt dictū eſt: alias enim non valeret ſentētia:vt C.de ſen.l. prolatam.& hoc quādo libellus fuit datus vt fieret cauſa. ſi autem extra ordinem fecit eū interrogari, & fuit confeſſus:tūc fit eivnū præceptum de ſoluendo ſecundū cōſuetudinē generalem. & ſic etiā poteſt intelligi.ff.ad le.Aquil.l.proinde.Item in ſecūdo conſtat fieri conteſtationem. Item & etiā in tertio dico fieri conteſtationem:vt.C.de excep.l.ſi quidem.in ſi.& colligitur inſti.de except.§.j.vſq; ad.§.hæc exēpli.nam eoipſo,q̃ obijcit excep.innuit ſe debitorem. vnde æquiparatur illi reſponſioni ac ſi diceret ſic,niſi probet except. vt. C. de proba.l.exceptionem. &.ff. de proba.l.in exceptionibus.

dicere veritatem:oſtēdit quoq; illud etiā ex die & ſubſcriptione libelli,& ſi dixerit trāſiſſe xx. dierū numerum,tunc fieri litis cōteſtationem a, In medio b autem ei licentiam eſſe repudiare iudicē, & aliū petere: aut etiā cum eo iudicē percipere c,aut certè abſolui amicabiliter d:nihil in medio neq; damnificando e ,neq; ab executoribus conturbādo: ſed & iudiciariā cautionem exponentē, ſicut qui de his iudicat f , perſpexerit:& xx.dierū habentem deliberationem. Si verò hæc non ſeruentur g;licet videatur quædam fieri cōteſtatio litis, pro nihilo eam eſſe h :ſed licētiā eſſe & poſt huiuſmodi conteſtationē litis intra definitos xx. dies ſic omnia agere, tāquam ſi neq; ab initio facta ſit quædam cōteſtatio litis.

Iurās ſiſtere in iudicio ſi poſtea à ciuitate abſuerit, per iudicem ordinariū cauſa ſummatim agetur: & etiam per delegatū, qui examinabit in quā terram iurans aufugerit. & ſi datis indicijs aufugerit,& nō cōparuerit, mittitur actor in poſſeſſionē pro mēſura debiti declarati: quā nō recuperabit niſi omnia dāna reſarciat,& fideiuſſorē præſtet de ſiſtendo in iudicio. Angel.

Si verò ſemel repudiās iudicē, alium acceperit: nō ſinimus ei i eum, qui petitus eſt k,rurſus repudiare l. Sicut enim eius curam m habemus: ſic etiam per dilationē n agi aliquid aduerſus actorē, modis omnibus aduerſamur. Si verò o † etiam quidā p iurēt q,quia obſeruabunt r,& ante,quā conteſtatio s litis fiat,ab hac t maxima diſparcāt ciuitate: licentiā eſſe etiā

b In medio.ſic.C.de iudi.l.apertiſsimi.ſic.j.de iud.§.oportet.in ſi.ſic.ſ.eo.§.ſancimus.

c Percipere.quod etiā poſtea hodie licet:vt.j.in me.li.§.ſuper hoc.in ſi.

d Amicabiliter.ſic.j.vt diff.iu.§.ſi vero.

e Damnificando.ſ.reo. Nūquid ergo nihilominus currit præſcriptio? Quidā dicunt q̃ ſic. & eſt pro eis ff.ex qui.cau.ma.l.ait ptor.§.ſi.&.l.ſi.&.ff. de eo per quē fac.erit.l.ſi.j.rñ.& hic,&.j proxi.§.ibi,pro nihilo &c.Sed nos contra.dicimus enim præſcri. interruptam.& eſt pro nobis.C.de præſcri. xxx. an.l.ſicut. §.nec ſufficit. Nec obſtant. d.ll.quia poſtea correctæ ſunt per.d.l.ſicut.vel nō fuerat miſſus executor in.d. legibus.Itē nec obſtat q̃ hic dicitur. &.j. proxi. quia non damnificatur in his quæ hic dicuntur: puta quo minus iudicem recuſet: vel aliū aſſociari petat, vel in ſimilibus in pręſcriptione bene nocet(vt dictum eſt)ſi admonitio fuit facta. Si quis tñ primā velit tenere ſententiam:poteſt dicere q̃ illa.l.ſicut.quæ eos cōfundit, loquatur ſecundū ſua tēpora.nam ſuo tēpore non dabatur libellus ex neceſsitate.vñ dicas q̃ ſit immutata & correcta per iſtā quæ cōſtituit iudiciū per ordinem.

f Iudicat.q.d. prout iudici videbitur cum fideiuſſore vel ſine eo:vt diximus.ſ.eo.§.ſuſcepto.

g Non ſeruentur.i.non detur libellus, & tēpus deliberationis,& ſubſcriptionis & ſimilia quæ dicūtur. ſ.eod.§. ſancimus. &. §. ſuſcepto. licet de ſubſcriptiōe non ſit in vſu: ſed certe ſcribitur in libro cōi:& ideo nō eſt neceſſe poni in libello. Itē & quia breue tēpus datur iudicis arbitrio, vnde bene poteſt memoria retineri.

h Pro nihilo eā eſſe.quantū ad hoc vt non ſit neceſſe alium dari libellū. nā de nouo oportebit omnia incipi.interruptio tamē facta eſt pręſcriptionis: licet quidam contra dixerūt, vt modo proxime diximus.

i Ei. ſcilicet reo.

k Petitus eſt.hic collige ad petitionem alterius partis iudicē dari.Sed contra. ff.de iud.l. obſeruandū.Solu. hic petit generaliter:ibi hominē certum. vel hic reſpexit ad verecūdiam petiti iudicis: vt ibi dicitur, vel hic ambę partes ſimul petierunt.

l Repudiare.hic no.regulā q̃ non poſſum reprobare ſemel probatū.ſic.ff.de neg.geſt.l.Pōponius. &.C. de re.cre.l.ſi quis.&.j.de liti.§.ad excludēdas. &.j.vt cum de ap.co.§.ſiue igitur.&.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi ab arbitrio.§.ſi.&.C. de nō nu.pe.l.generaliter cauſam. ar.contra.ff.de mu.& ho.l.vt gradatim.§.pe.&.C.de profeſ.& me.l.grammaticos.

m Eius curam.ſcilicet rei.

n Per dilationē.i.per huiuſmodi procraſtinationē.

o Si vero.hic ponitur de tertia parte tituli.

p Quidam.ſ.rei conuenti in iudicio.

q Iurent.ſ.iudicio ſiſti: quia nō potuerūt dare fideiuſſorem:vt diximus.ſ.e.§.ſuſcepto. Sed quid ſi fideiuſſorē dederant? rñ. tunc duplici iure cōſulitur actori & contra fideiuſſorē ad intereſſe:vt.ff.qui ſatiſ.cog.l. ij.§.ſi.& per miſsionem in poſ.vt hic dicitur. Itē quid ſi neq; iurauit,neq; fideiuſſorē dedit? Rñ.adhuc habet locū hic.§.Item quid ſi nunquā venit corā iudice? Rñ. adhuc habet locum generalis cōſuetudo,vt dicit,quæ eſt interpres legū:vt ff.de le.& ſena.l.ſi de interpretatione. Quod ergo hic dicit iurent,ſubaudi maxime.

r Obſeruabunt.ſ.iudicium,id eſt,in iudicio ſiſtent.

s Conteſtatio litis. Sed qualiter, cum incontinenti elapſis xx.diebus fiat conteſtatio: vt.ſ.e.§.ſuſcepto. in ſi.Rñ.imo non ſtatim quandoq; forte eo retardante:quod poteſt eſſe vſq; ad duos menſes: vt.j.de excu. & his qui con.& recon.§.j.

t Ab hac. ſcilicet Conſtantinopolitana, maxime ideo dixit: quia & alias generaliter hæc conſtitutio

† Facit ad hunc. §.c. ſuper quęſtionē: §. intentionis. cū gl. ſuper verbo,in pri. extra, de off. deleg. & ibi pondera gloſ. quia bona eſt.

Approbatum reprobare non poſſum.

non ſacta litis conteſtatione adire actorem ſtatutum iudicē, & hoc denūciare. Illum[a] verò (ſi quidem adminiſtrator[b] ſit) iubere omnimodo[c] exhiberi reum tanquam periuriū, & penè[d] ſui accuſatorem per fugam factum[e]. Si verò non adminiſtrat[f] ſed datus[g] ſit à quodā iudice[h] ſiue ex ſacra forma aut iuſsione, aut etiā ab aliquo adminiſtratore[i]: ad illū[k] renunciare à quo datus eſt, vt deducatur ab illo: ne cauſa maneat actori vndiq; deſolata, iudice[l] agere aliquid nō valente[m], eò, quòd nondū apud eū facta ſit litis cōteſtatio[n]: illo[o] contēnente legem[p] & iuramentū ſuū manifeſtatione ſua[q]: & actorem extra omne[r] legitimū adiutoriū relinquente. Igitur ne latente eo, & tardata exhibitione[s], cauſa maneat ſuſpēſa: examinet, vt potuerit[t] iudex[v], in quam terrā abijſſe dicitur: & det inducias certas[x], vt niſi intra eas occurrerit[†] liberā tamē[y] huius rei fiduciā habēs, ſi non fortè ſtudio actoris impediatur, aut venire prohibeatur) tūc ſecūdū vnā partem[z] examinet[a] negotiū: & in poſſeſsionem[b] mittat actorē rerū eius[c] ſecundū menſurā[d] declarati[e] debiti: ipſūq;

† Haloā. liberam tñ euis agendi capiam habens.

ſeruatur: vt. j. eo. §. ſi.

a Illum. ſcilicet iudicem.

b Adminiſtrator. id eſt, iudex ordi. vt. j. vt defun. ſea. ſu. eo. §. penult.

c Omnimodò. i. re & verbo. quod non facit niſi ordinarius: vt hic. vocatio autem verbo tātum fit a delegato & etiam ab arbitro: vt. ff. de arbi. l. ſed interpellatur. §. j. licē ab ordinario fit quādoq; tantū verbo: vt de domo vocari: vt. ff. de in ius vo. l. plerique. & tribus ſequētibus legibus.

d Pene. aduerbialiter ponitur.

e Factum. Not. optimū ar. contra ſeruientes fugientes, vt eo ipſo res amiſſas videantur ſubtraxiſſe. & fac. C. de iu. cal. l. ij. §. quod ſi actor. & §. ſinautem reus.

f Adminiſtrat. ſcilicet iudex.

g Datus. id eſt, delegatus.

h A quodā iudice. ſed ordinario. nam delegatus nō delegat: vt. C. de iud. l. a iudice.

i Adminiſtratore minimo, puta a defēſore ciuitatis.

k Ad illum. delegantem.

l Iudice. ſcilicet delegato.

m Non valente. hic eſt contra. j. de liti. §. aliis. Solu. hoc corrigitur in delegato a principe, vel dic vt ibi.

n Conteſtatio. ex tūc enim dominus litis eſt factus: vt. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item ſciendum.

o Illo. ſcilicet reo.

p Legem. iſtam.

q Manifeſtatione ſua. quæ manifeſtatio eſt propter fugam: ſicut. s. dixi.

r Omne. nam definitiua ſententia dari nō poteſt in eum lite non conteſtata: vt. C. de temp. ap. l. ſi. §. j. nec miſsio poteſt fieri: quia erat delegatus: nec alio modo poterat actor ad ſuum peruenire.

s Exhibitione. ſcilicet ſui.

t Vt potuerit. ſ. ſummatim; ſicut. j. ſtatim dicitur.

v Iudex. Nunquid ordinarius tantum faciet iſtam examinationem, & hæc quæ ſequuntur, non aūt delegatus? Rñ. ſecundum quoſdā ſic: quia mittere in poſſ. eſt de miſto imperio: vt. ff de iu. om. iud. l. iubere. vnde ordinario tantum competit, cuius officium eſt lariſsimum: vt. ff. de iur om. iud l. j. nec delegari poteſt. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. l. j. in prin. & ff. de dā. infec. l. dies. §. duas. ſed tamen puto, q etiam delegatus poſsit hæc quæ ſequuntur facere. nam non mittit in poſſ. ſed de mittendo pronunciat: quod etiam delegatus facere poteſt: vt. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. cognitio. §. ſi. Quare dicas, quod licet non poſsit vocare & verbo & mittere in poſſ. delegatus, vt modo dixerat: poteſt tamen hæc quæ ſequuntur facere. & quod hic dicit iudex. ſcilicet ordinarius vel delegatus intellige. & ſic ex conſuetudine ſeruatur.

x Inducias certas. ſcilicet ſecundum arbitrium ſuū: vt. C. de dila. l. j. quod poteſt eſſe xx. milium diurnorum: vt. ff. ſi quis cau. l. j.

y Liberam tamē. interpoſitio eſt: & loquitur de iudice, qui liberè poteſt hoc facere, niſi reus impediatur ſtudio actoris. & facit. ff. de eo per quē fac. eſt. l. ſi. §. ſi.

z Secundum vnam partem. i. ſecundum actorem audita propoſitione eius & ratione, & ſacramēto de calumnia præſtito. nam ſi vtraq; parte preſente hincinde ſacramentū calūniæ præſtaretur: ergo & nunc ab vna, cum vna tantū pars præſens ſit: vt C. de iureiur. propter cal. l. ij. in pri. Quod enim iuris eſt in toto, quo ad totū, hoc eſt in parte quo ad partem: vt. ff. de pa. l. iuriſgentium. §. adeo.

a Examinet. ſed qualiter? Rñ. remittet ad domum, & quæret ibi: & hoc ſufficit: vt. ff de damno infecto. l. iiij. §. totiens.

b In poſſeſsionem. i. in detentationem: nec enim poſſidebit: ſed erit in poſſeſsione: vt ff. de acquir. poſſ. l. iij. §. ſi. & ff. quib. ex cau. in poſ. eat. l. cum legati. Et lōge aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſsione eſſe: vt. ff. de acqui. poſſ. l. ſi quis ante.

c Rerum eius. ſ. debitoris, & hoc dico primo mobiliū, ſecundo immobiliū, tertio nominū: vt. ff. de re iud. l. a diuo. §. j. licet dici poſſet q illa loquatur in executore definitiue, hæc autē de executore interlocutorie.

d Secundum menſurā. Sed olim in omnia bona fiebat miſsio etiam propter v. ſolidos: niſi in cauſa damni infecti & legatorum: vt. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. eatur. l. j. & ff. ſi ſer. ven. l. is cuius. Sed nunquid ſi peto iure hypothecæ omnia bona, habet locū quod hic dicitur? Rñd. non: imo in omnia ſum mittendus. alias fieret iniuria mihi. Item quid ſi petā omnia mihi debita? & tunc dico idē, ſcilicet quod in omnia ſum mittendus. Sed certe hæc authen. tunc locum habet, cum tunc ſit menſura debiti tota de ſubſtantia debitoris. Item nunquid fiet hæc miſsio in tātum, ita quod non in plus? Quidam dicunt quod ſic. nos autem quod in plus, vel in duplum, vel in tantum & dimidium. Nec obſtat quod hic dicitur: quia non dicit quod non in plus, ſed ſecūdum menſurā: vt ſi peto c. mittat in poſſeſ. de rebus valentibus cl. vel cc. ſi autem petam cc. & tunc in rebus valētibus ccc. vel cccc. ac ſi diceret non fiet miſsio hæc in omnia bona, vt olim. & probatur hoc ex conſuetudine pignorum. nam ſemper plus debet valere pignus quam ſit debitū. vnde dicitur quod reſiduum debet creditor reddere debitori quando vendet plus pignora: vt. C. de iure dot. impetran. l. finali. §. ſinautem minus.

Pignus plus debito valere debet.

e Declarati. i. petiti, & probati ſemiplene, non per iuramentū calūniæ actoris: vt. C. quorū ap. l. j. & C. de bo. autho. iud. poſ. l. cum proponas. nec enim plene poteſt cognoſci cū cauſæ merita partiū aſſertione pādantur: vt. C. ſi per vim, vel alio modo. l. ſi. erit ergo hic ſpeciale vt ſummatim cognoſcatur, ſicut alias in caſibus, qui his legibus denotantur. ff. de lib. agno. l. ſi qs. §. ſi vel parēs. & ff. de Car. edi. l. iij. §. cauſæ. & ff. de præt.

in poſſeſsionem miſſum habere etiam rem debiti ſeruandi cauſa [a] .& tunc ſi ille occurrerit [b] :omne ei prius ſoluet damnum: & tunc recipiens res [c] & fideiuſſorem [d] præſtans proſequatur cauſam. Optimum quoque eſt etiã hoc [e] propter dubitationum quęſtionem lege cõmuni determinare. Primum nãque fuerunt dubitatiões plurimæ, vtrũ oporteat militias ſub hypothecæ deduci vinculis [f], an etiam his liberas eſſe. ſed hoc quidem iam definitũ eſt lege [g], & certæ [h] conſiſtunt militiæ, quæcunque [i] vendi, aut obligari poſſunt [k]. Nos autẽ ex maioribus [l] cauſam cõſiderãtes, ſcimus, quia ex antiquis [m] tẽporibus non erat in militijs hypotheca, ſed quædam noïa [n] omnino antiqua & deficientia in talibus efferebantur. Paulatim verò Imperatores interpellantium creditorũ miſerati, hæc præbebant [o]: cũ vtique omnis militia publica exiſteret, nullũ quęſtum omnino alium, quã ex imperiali munificẽtia habens. Propterea igitur ſancimus, ea, quæ appellant † ex caſu [p], nõ omnibus promptè ſubiacere: niſi tñ creditor fuerit, qui ad hoc ipſum mutuauit, vt militia illi emeretur. alioqui alijs creditoribus non promptè damus hoc: ſed ſi quidem filij [q] fuerint, aut vxor defuncti: iſtos oĩbus pręponimus modis: vt adeant nos: & ſecundũ iuſsionẽ noſtram hoc habeãt non tanquã paternam hæreditatem, ſi in alijs [r] inops ſit, ſed tanquam imperialem munificẽtiam: vt & ſubſtantiam relinquẽtibus, & non habentibus, meritò ſolatium prębeamus, Si verò nullus eis neque filius, neque vxor fuerit, neq; credilor, qui ad ipſam militiã mutuauit: tunc & alijs creditoribus [s] pręhemus hoc, ne videamur inhumanũ aliquid facere, & nõ ꝓpter piam & Deo placentem actionem [t] ponere legẽ. de militia quippe ſpectabilium ſilentiariorũ propriè datis & largitis eis priuilegijs ĩ ſua virtute [v] manentibus. Quoniã verò ad clementiam omnis à nobis aperta eſt [x] lex, videmus quoſdam cohęrẽtes mulieribus ĩdotatis, deinde morientes, & filios quidem ex lege vocatos ad paternam hęreditatẽ: mulieres autem licet decies milies in ſtatu legitimæ coniugis manſerint, attamen eò, quod non ſit facta neq; dos, neq; ante nuptialis donatio, nihil habere valentes [y], ſed in

de præto.ſtl.l.j.§.ſi.&.ff.de peti.hær.l.ſi quis libertatem.§.plane.&.ff.de ven.in poſ.mit.l.j.§.ſi ea.&.ff.de re iudi.l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus:&.C.vbi in rem act.l.ij.&.ff.vt in poſ.leg.l.ſi is a quo.&.ff.ad exhi.l.iij.§.ſciendum.& hic,ſed regulariter plene eſt cognoſcendum: vt.C.de iudi.l.iudices. q̃ eſt contra ad ſupradictas leges & ad iſtã. Quidam tamen hic dixerunt peti tãtũ. & facit ꝓ eis. ff. de iuriſ.om.iu.l.pe.§.ſin.ſed prima opin. verior eſt, & cõſuetudine probatur.

a Seruandi cauſa. qđ leges appellãt rei ſeruãdæ cauſa. Sed nũquid fructus medij tẽporis lucratur miſſus? rñ. ſecundum conſuetudines terrarũ ſic: ſed de iure debet reddere debitori: vt.ff. qui.ex cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.j.rñ.&.ff.de bo.autho.iu.poſ.l.prætor ait.j.rñ niſi in caſu ſpeciali: vt.ff.q ex cau.in poſ.eat.l.Fulcinius.§.fina.

b Occurrerit. ſed vſque ad quod tpſ reuerſus audit? Rñ. Pla. vſque ad xxx. an. & eſt ar. pro eo inſti.de perpe.& tẽ.ac.in prin. Sed nos dicimus vſque ad annum tñ: vt.C.de præſc.xxx.an.l.ſi quis emp.§.pe.&.j.de liti.§.omnẽ.in fin.ſed Pla.dicebat prædictam legẽ loqui in reali actione: hanc in perſonali. Item ad aliam.j.de liti.dici poteſt, qđ loquatur in actore abſente: hæc in reo, ſed ſecundum nos qui dicimus tantũ vſque ad annũ admittendum: nunq̃d poſsidet miſſus poſt annũ? Rñ. ſic: quaſi ſecundũ decretum interueniat: vt.ff.de dam.infe.l.a quo. ſed tamen M.dicebat ſtatim in actione in rem miſſum poſsidere.ar.dictæ.l.ſicut.§.pe.ſed prima placet.

c Recipiens res. Sed nunquid primo res reſtituitur quã ſatiſdetur? Rñ.non puto, imo quaſi loco pignoris donec ſatiſdet, tenebuntur: vt hic, &.ff.de emp.l.Iulianus.§.offerri.

d Fideiuſſorẽ.ſ.iudicio ſiſti. Sed qđ ſi poſsideat immobilia? Rñd. adhuc puto eũ ſatiſdare, vt ſit ſpeciale hoc caſu: q̃a ex quo ſemel male fecit fugiendo, poſtea male facere præſumitur: vt.ff.de re milit.l.non omnes.§.a barbaris.ff.de acc.l.ſi cui.§.ij.ſidem.

e Hoc. ſcilicet quod ſequitur.

f Vinculis. id eſt vtrum poſſent obligari.

g Lege. quæ dicit eas poſſe obligari, ſi ſunt tales, q̃ ad hæredes trãſeãt, vel etiã quatenus tranſeant: vt.C.de pig.l.fina.

h Certe. aduerbiũ.

i Quæcunque. id eſt, quæ.

k Poſſunt. ſ. quæ tranſeunt ad hæredes.

l Maioribus. ſcilicet anteceſſoribus noſtris.

m Ex antiquis. id eſt ante dictam.l.C.de pig.l.fina.

n Nomina. l. q̃dã debita, q̃ contracta fuerũt ſup militijs: & tñ deficiebãt debita debitore non habente aliunde, vnde ſatisfaceret.

o Præbebant. ſ. in priuilegium.

p Ex caſu. ſ. militias ſic dictas: quia cadũt mortuo militante qñq;: vt in d.l.C.de pig.l.fin. & C.de inof.teſt.l.omnimodo.§.imputari.

q Filij. qui repetunt dotem maternam ea mortua: vel ipſa vxor quando viuit adhuc.

r Si in alijs. quia hæreditas eſt omni ęre alieno deducto: vt.ff.de verb.ſig.l.ſubſignatum.§.j.et l.veniſſe.

s Creditoribus. qui non ad hoc mutuauerũt: empta tñ fuit ex ea pecunia, vel præſumitur.

t Actionẽ. i. actũ. ſic ponitur.ĩ.de nõ ali.§.ſinimus.

v In ſua virtute. quia ſi nõ ad hoc ſpecialiter accepit mutuum cauſa talis militiæ emendę, nihilominus creditores eorum præferãtur mulieribus. & facit.C.de inoffic.teſta.l.omnimodo.§.fina.&.C.de ſilentiarijs per totum.li.xij. Iñ fa.ad hunc.§.ff.de ac.emp.l.creditor.§.inter.&.C.de inoffi.teſt.l.omnimodo.§.imputari.&.j.de ęqualit.do.§.quia vero.col.vij.&.ff.de minoribus.l.tertia.§.ſi quid. Item &.C.qui po.in pig.l.licet.&.ff.qui po.in pigno.l.interdum.

x Aperta eſt. Nos legem apertam ad clementiã, nec mirum: cum ſit ſancta: vt.C.de legi.& con.l.leges.

y Valentes. ſcilicet videmus.

† Cõcord. cap.j.ij.& iij.extra, de eo qui mittitur in poſ.cauſa rei ſeruã.

Dominus vſque ad quod tempus auditur contra miſſum in poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ.

† De militijs ex caſu pulchre Lælius Taurellus in libello quodã ad Anto. Auguſtinum ſuper ea re ſcripto.

nouiſsimaᵃ viuentes inopia: ꝓpterea ſancimus prouidẽtiam fieri etiam harum ᵇ& in ſucceſsiõe morientis: & huiuſmodi vxorem cũ filijs vocari, & ſicut ſcripſimus legẽ ᶜ volentem, vt ſi ſine dote exiſtentem vxorẽ vir dimiſerit, quartã partem eius ſubſtãtiæ ea acciperet: ſic etiã hic, quoniã cõtingit fortè paucos aut plures eſſe filios, quartã partem eius ſubſtãtiæ habere mulierẽ: ſiue plures, ſiue minus † filij fuerint ᵈ. ſi tamen legatũ aliquod reliquerit ei vir minus quarta parte: compleri ᵉ hoc: vt ſicut læſas eas iuuamus, ſi fortè dimiſſæ fuerint à viris indotatæ cõſiſtentes ᶠ, ita vel ſi ꝑdurauerint ᵍ ſemper cum eis, eadem fruantur prouidẽtia, ſcilicet omnibus ʰ ſecundũ inſtar illius noſtræ cõſtitutionis, q̃ quartã decernit eis, etiã hic ſeruãdis ſimiliter quidem in viris, ſimiliter aũt in mulieribus ⁱ: cõmunẽ nãque etiã hãc ſuꝑ eis ponimus legem, ſicut & præcedentem. Si verò quaſdã res ꝓprias ᵏ mulier in domo viri aut alibi repoſitas habuit: harũ actionẽ & retentionem habeat oĩbus modis imminuta: ſubiacere ˡ huiuſmodi rebus viri creditoribus nullo modo valentibus: niſi fortè ſecundũ quod in illius ᵐ iure ex hac lege hęres extiterit. Hæc itaque dicimus, ſi coniunctorum aliter dotem aut antenutialem donationem non faciens, inops aut vir aut mulier inueniatur: & moriens quidem aut vir, aut mulier locuples ſit, ille verò vel illa ſuperſtes pauper ⁿ exiſtat. Nam ſi aliũ de forſan habeat ᵒ nõ offerentẽm ᵖ dotem, aut nõ dãtem ᑫ propter nuptias donationem, non erit iuſtum grauare filios ꝑ ſucceſsionem ʳ. quoniã lex alia eſt noſtra, dicens nõ offerentem, nõ poſſe res viri acquirere ꝑ antenuptialem donationẽ ˢ. qđ etiam volumus hic obtinere: niſi tamen ipſe vir aut legatũ ei, aut aliquã partem inſtitutionis reliquerit. fieri nanque hoc ᵗ nullo inuidemus modo: vt omnibus modis concordantiæ ᵛ legum ſeruẽtur: & inopia coniugis ꝑ diuitias ˣ ſaluet alterius. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo ĩ omnibus valere, effectuique contradere feſtinet per præcepta à ſe cõficiẽda vniuerſa faciens manifeſta, quatenus ipſi ſecundum hanc viuant etiam, & conuerſentur.

TITVLVS VII.

CONSTITVTIONẽ ʸ quę ex adſcriptio et libera natos liberos eſſe vult ᶻ, non ijs q̃ ante conſtitutionem nati ſunt, ſed qui poſt cõſtitutionem, prodeſſe: & vt ne venerabiles ᵃ domus commutationes facient adinuicem immobilium rerum eccleſiaſticarũ, decreto prius interpoſito, excepta hac maiori eccleſia.

Natus ex adſcriptio & libera poſt hanc legem liber eſt. Item vna eccleſia poteſt cũ alia permutare immobilia metropolitani decreto & iureiurando præſtito, quòd talis permutatio vtrique vtilis eſt, excepta Conſtantinopolitana. Ang.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio, iterũ exconſule & patricio.

IN quadam noſtrarum ᵇ conſtitutionum nihil obſcuritatis habente, motæ ſunt quæſtiones ab aliquibus ex ſtudio & ad ſuam intentionem obſcuritatem ei introcentibus. Cùm eñ libertatis amatores ſimus: nuper poſui-

ᵃ Ex hoc § extracta eſt auth. q̃ eſt. C. vnde vir & vxor. ſuꝑ ĩ vnica. & incipit p̃terea. & cõcord. cũ hoc. §. gl. in capitu. Raynutius. ſuꝑ verbo, clare. in medio. ibi, quandoque tamẽ. extra, de teſt.

† Alias, ſiue paucio res.

ᵗ Cõcor. cap. ſemel Deo. extra, de reg. iuris libr. vĩ. vbi etiã per Io. Andr.

ᵃ Nouiſsima. hoc colore loquẽdi plerunque vtitur hic liber: vt nor. ĩ. q mo. na. eſſi. leg. §. illud. circa fi. col. vj. Acc.

ᵇ Etiam harum. ſcilicet mulierum.

ᶜ Scripſimus legem. vt. C. de rep. l. fi. & ĩ. de nup. §. ſic itaque.

ᵈ Filij fuerint. hic aliter diſtinguitur: vt. ĩ. vt hic. ma. l. auiæ. §. quia vero legem. col. viij.

ᵉ Compleri. ſic C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. Acc.

ᶠ Conſiſtentes. vt dicitur in dicto. §. ſic itaque.

ᵍ Si perdurauerint. vt in hoc. §. Accurſius.

ʰ Omnibus. repete fruantur. Accur.

ⁱ Similiter autem ĩ mulieribus. & hoc corrigitur. ĩ. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero legem.

ᵏ Proprias. quæ paraphernalia dicũtur: vt. C. de pa. cõ. tam ſuper do. l. hac lege generali.

ˡ Subiacere. ita ordina, huiuſmodi rebus nullo modo valentibus ſubiacere creditoribus viri, niſi forte &c. Al.

ᵐ In illius. decedentis quando mulier diues deceſsit, vt vir inops eſt ſuperſtes: vnde ſuccedit in quartam bonorum ſuorum cũ liberis mortuæ mulieris.

ⁿ Pauper. Quis hic dicitur pauper? Rñ. qui habet minus l. aureis: vt. ff. de accu. l. nonulli. Vel dic qui non habet c. aureos: vt iſti. de ſuc. lib. §. poſtea. & §. ſed noſtra.

ᵒ Forſan habeat. ſ. ſufficientem ſubſtantiam.

ᵖ Non offerentẽ. ſcilicet mulierem.

ᑫ Dantem. ſcilicet virum.

ʳ Per ſucceſsionem. i. vt ipſa ſuccedat cum filijs, ſi locuples eſt.

ˢ Donationẽ. vt ĩ. de non eligen. §. fi. niſi in caſibus vt ibi diximus.

ᵗ Nanque hoc. i. relinqui legatum.

ᵛ Concordantię. ſic. C. de inof. do. l. j. ſic. J. vt cle. apud propri. epiſ. §. fina.

ˣ Per diuitias. ſic C. de nup. l. fi. Acc.

CONSTITVtionem quæ ex &c.

ʸ Conſtitutionẽ. quæ eſt in. C. de ſenatuſc. Claudiano. l. j. in fi. nã ꝑ Claudianum erat libera, & eius filius erat ſeruus: vt ibidem dicitur, non autem dicis de illa, q̃ eſt. C. de agri. & cen. l. ne diutius. li. xj. quia ibi nõ eſt caſus iſte: licet alij ſimiles ſint ibi. vel dic quod dicis de ea quæ eſt. C. de agri. & cẽ. l. fi. Et not. quod hæc pars expeditur. ĩ. co. vſq; ad. §. quia igitur. ſecunda autem vſque in finem conſtitutionis.

ᶻ Eſſe vult. illa cõſtitutio, dico nõ ꝓdeſt ijs q̃ añ &c.

ᵃ Et vt ne venerabiles. hoc expeditur ĩ. eo. §. quia igitur. vſque in fin.

ᵇ IN quadã noſtrarũ. vt. C. de ſenatuſcõ. Claudi. l. j. Vel dic vt. C.

mus legem, vt non ſecundum antiquitatem, ſi ex adſcriptitia et libera perſona proceſſerit ſoboles, omnino eã ſequatur adſcriptitia fortuna: & ſecundum ſeruilis[a] ſcilicet fortunæ obſeruationem, ſic etiam ſuper adſcriptitijs putetur, & ſecũdum ventri ſtatum eius etiam qui naſcitur, conſiderari fortunã[b]. Ex libera nãq; matre procedere ſeruilẽ partũ, merito lex noſtra noluit. Et quoniam diximus in lege, ſi quidã cõiuncti ſunt[c] mulieribus, ſiue etiam coniuncti fuerũt[d], & filij procreẽtur: ita legẽ in ijs, qui procreantur valere: quidam ſic fatuè, aut callidè interpretari auſi ſunt legem, vt etiam ſi ante cõſtitutionem nati ſint aliqui, vel ſi valde ſint ſenes, putent eos liberari tanquã modò natos, & non longè præcedentes legem: cum vtique nos hunc habuerimus intellectũ, vt ſi cohærerent iam quidem vxoribus & poſt legem filij procreati eſſent, aut non cohærerent quidem, poſtea verò nuptiæ fierent, poſt legem nati haberent ex lege datam libertatem. Ne igitũ liceat artibus vti, † & malignari, & poſſeſsionum nocere dominis talibus interpretatiõibus: propterea ſancimus, omnes qui nati ſunt à tempore legis, hos ſolutos eſſe adſcriptitia fortuna, ſi ex liberis naſcãtur matribus, omne præteritũ antiquæ ſeruando legi[e]. Quia igitur nuper ſcripſimus legem[f] medentes ijs, quæ de eccleſiaſticis alienationibus fiunt: & volentes (ſi quidẽ publicum debitũ ſit) poſſe eas alienare cũ omni ſubtilitate ſecundũ legis obſeruationem: ſi verò priuatum debitum eſt: pro ſoluto dare rem immobilẽ, & in nullo videri offendere poſitã legem[g], quæ omnẽ alienationem prohibet: etiam illud[h] adijcimus[i] & per quandam ineuitabilem[k] occaſionem & vtilem danti & accipienti venerãdæ domui[l]: hoc eſt, aut eccleſiæ ad eccleſiã, aut † ptochotrophio ad ptochotrophiũ, aut xenodochio ad xenodochium, aut ſimpliciter venerabili domui ad aliam reuerendam domũ: hoc eſt, aut eccleſiæ † ad ptochotrophium, aut monaſterio ad venerandam domum, aut xenodochio, aut noſocomio, aut alijs ad eccleſiam, aut alterutrum: aut vnum horum quæ prius à nobis ſunt dinumerata, aut alteri cuilibet venerabili domui licentiam[m] damus pręſulibus horum monaſteriorum per hanc legem commutationem facere, & hoc valere: & non ſolùm imperium (ſicuti prior dabat lex[n]) licẽtiam habere commutare, ſed etiam venerabiles domos, quæ regi omnium Deo dedicatæ ſunt: ſic tamen, vt etiam decretum interponatur cum omni ſubtilitate & iureiurando: & apud locorum metropolitam[o] hoc conſideretur. & ſi re vera probatum fuerit cum iureiurando, quia vtile eſt vtrique parti hoc agi: ratum eſſe, & valere: & non egere neque ſpeciali iuſsione, neque pragmatico[p] diuino typo: reuerentibus quippe ijs, qui ad talia conueniunt, magni dei iudicium, ſi quid præuaricati fuerint horum, quæ competũt, aut quoddam colludium fiat, aut aliquid propter vtilitatem vtriuſque geratur partis. Nam etiã maledicta his omnium terribilia[q] imminebunt, tam quæ,[r] inferunt eloquia diuina peccantibus, quàm quę nunc eis diſpoſita ſunt. Si quid autem prætermittatur, & poſtea demonſtretur malignè factum: pronõ facto erit. Excipimus etiã hac lege ſanctiſsimã maiorẽ eccleſiã: ſicut etiã priori[s]. Illã nanque in priori prohibitione alienationẽ ſtare volumus: qm̃ & hoc ipſis gubernatoribus eius ſanctiſsimis viris videt̃. Tua igitur eminẽtia, q̃ nobis benè & ſanctè viſa ſunt, & p hãc ſanctã declarata ſunt legẽ, in omnibus gẽtibus, quibus præes, p pręcepta propria ſolenniter faciat manifeſta.

C. de agricolis & cenſi. l. ſi. vel dic vt tertij: vt. C. de agrico. & cẽſi. l. ne diutius. Sed ſecunda verior videtur, vel prima.

[a] Secundum ſeruilis. ſubaudi hic, ſ. ſecundũ &c. ſi nõ habes in litera.

[b] Fortunam. vt ſi venter eſt ſeruus, & partus ſit ſeruus: vt. ſ. dixi. & C. de rei ven. l. partum. & inſti. de inge. §. j. ſi autẽ libera: & tunc eſt filius liber, vt ſubijcit, ex libera nãq; &c.

[c] Cõiuncti ſunt. ſcilicet nunc.

[d] Fuerunt. in futuro.

[e] Legi. Vbi ſit hæc lex antiqua, ignoramus. nã per l. codicis erat conſiderandus venter ſemper: vt. C. de ſenatuſcõ. Claud. l. j. &c. C. de agri. & cenſi. l. ne diutius. & l. finali.

[f] Legem. vt. ſ. de eccleſi. re. immobi. alie.

[g] Poſitam legẽ. vt. ſ. de non alie. §. nos igitur.

[h] Etiã illud. igitur q a ſic fecimus, etiam illud &c.

[i] Adijcimus. ſcilicet quod ſequit: & per quæ d. i &c.

[k] Ineuitabilem. i. ſi occurrat ineuitabilis, id eſt, non ſpernenda occaſio & vtilis &c. Acc.

[l] Domui. accipe licentiam damus, quod eſt infra.

[m] Licẽtiam. idẽ eſt in cõtractu emphyteuſis: vt. j. tit. j. §. illud. quod tamen eſt hodie ius generale, vt ibi dicemus.

[n] Dabat lex. vt ſ. de non alie. §. ſimilibus.

[o] Metropolitã. i. archiepiſcopum.

[p] Pragmatico. i. ĩperiali reſcripto. Alexander.

[q] Terribilia. ſic j. vt ij qui ob. §. q ſi quis. ſic. j. de ali. & emphy. §. quia vero. ſic. j. vt immo. ante nupt. do. circa ſi. col. v.

[r] Tam quę. ſ. maledicta inferant ea, quæ nunc diſpo.

[s] Etiam priori. vt. ſ. de eccl. re. immo. ali. §. ſi. co. iiij.

V T.

† Alias, & malignari poſſeſsionem & nocere dominis &c.

† Alias, aut ptochio ad ptochiũ.

† alias ad prochiũ.

TITVLVS VIII.

VT DE CAETERO [a] cōmutationes eccleſiaſticarum rerum nō fiant ad piſsimum Imperatorem, & hoc modo ad alias perſonas tranſeant res: ſed hæc tantummodo fiant ad imperialē domū: & vt liceat [b] perpetuas emphyteuſes agi ab oratorijs in oratoria, decreto videlicet interpoſito, excepta hac maiore eccleſia: nec tamen in priuatam [c] perſonam tranſeat emphyteuſis.

Eccleſia cum principe permutare poteſt, vt res apud principē perpetuò permaneāt: nec veniāt ad priuatos: his in futuris caſibus obtinentibus. Item eccleſia adinuicem in perpetuam emphyteuſim dare poſſunt, excepta maiore eccleſia Conſtantinopolitana. Bartolus.

Imper. Iuſti. A. Mennæ archiepiſcopo Cōſtanti.

LEgem ſcripſimus [d] dudum eccleſiaſticas quidē alienatiōes, prohibentem: ſolam autem cōmutationem permittentem ſanctiſsimis eccleſijs, necnō ſanctiſsimę maiori eccleſię huius felicisſimæ ciuitatis: dū imperiū accipere aliqd ab aliqua venerabilium domuū voluerit. poſtea ſi qdē aliā ſcripſimus [e] legem qua [f] excepimus ſanctiſsimā maiorē eccleſiā, permittentes [g] quaſdam alienationes quas illa lex dicit. Quia verò cognouimus, quod aliqui prioris conſtitutionis capitulum, quod de permutatione competentium rerum ſanctiſsimis domibus ad imperium ſcripſimus, ad artem legi contrariam conuerterunt, poſtulaueruntque nos quidem à ſanctiſsima eccleſia accipere, his autem hęc dare. Hinc aggreſsi ſunt multi quidam ſimilibus petitionibus nitentes ſacrā circunuenire conſtitutionem. Quæcūque ergo geſta ſunt à nobis vſque ad præſentē diem, hæc ſub ſchemate [h] quod nūc eſt, † valere volumus [i] nullo permutando [k] horum quæ iam à nobis cū ſanctiſsima eccleſia in talibus contractibus geſta ſunt: aut cum ijs, qui hæc à nobis perceperunt. De cæterò autem ſancimus, nulli penitus vllam eſſe licentiam, aliquid tale agere: ſed illas ſolas valere permutationes, quæ ad imperialem domum in hoc factæ ſunt, vt perpetuò apud imperium maneant [l], & non transferātur ad priuatum, neque illarum ius per medium imperium [m] ad eos [n] proficiſcatur. Sed ſi quid tale fiat [o]: licentiā damus [p] reuerendiſsimis œconomis res apprehēdere huiuſmodi, & trahere eas rurſus ad ſanctiſsimā eccleſiam: tanquā ſi nec ab initio contigiſſet permutatiōes harum ad imperiū factas: ſed ſeruari hoc ſchema [q] in perpetuū ex præſenti die inchoatum omnibus, quę dudum (ſicut prædiximus) poſt priorem [r] legem ſecundum modum prædictum geſta ſunt, ratis manentibus: eò, quod illa quidem, quæ ſic facta ſunt, à viris [s] geſta ſunt [t]. Nunc autem quidam volunt illorum [v] exemplo vtentes, & nobis eſſe moleſti, ſanctiſsimam maiorē eccleſiam huius felicisſimæ ciuitatis circunuenire: quod per omne tempus nullo modo fieri volumus. Sed & ſi fiat quolibet ſchemate, hoc etiā infirmū eſſe: &

† Alias, manere.

a VT DE cætero cō. &c. *Hæc prima pars expeditur. j. eodē. vſque ad. §. illud.*
b Et vt liceat. hæc ſecūda expeditur. j. eo. §. illud.
c In priuatam. q.d. in priuatū tantum remaneat prohibitio.
d LEgē ſcripſimus. vt. ſ. de nō ali. §. nos igitur. & §. vt autem. & §. finimus.
e Aliam ſcripſimus. vt. ſ. de eccl. re immo. alie. Ac.
f Qua. ſ. lege modo proxime dicta: vt. ſ. de ecc. re. immo. alie. §. fina.
g Permittentes. vt in prima parte dictæ conſti. continetur.
h Sub ſchemate. id eſt ordine. Acc.
i Volumus. Sic C. de legi. & cōſti. l. leges & conſtitutiones.
k Permutādo .i. irritando. Accur.
l Maneant. vt. ſ. de non alie. §. finimus.
m Per mediū imperiū. Not. ꝙ non poſſum habere ex mea perſona: nec ex alterius perſona habere poſſum. ſic. C. de vſur. l. eos. §. fi. & C. qđ metus cau. l. ſi per impreſsionē. & ff. de leg. j. l. ſi mihi. §. regulam. & ff. de vſucap. l. Labeo. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. j. econtra quandoque quod non poſſum habere per me, habeo per aliū vt. ff. ad le. Falci. l. pœnales. §. fi. & ff. de trāſac. l. & poſt. §. j. & ff. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. in fi.

Alius non poteſt mihi dare qđ ex me nō poſſum.

n Ad eos. priuatos.
o Fiat. i. permutetur res eccleſiæ cū Imperatore, & Imperator eā det priuato.
p Licentiam damus. ſed. j. vt ſpon. lar. §. pe. col. viij. contra. ſed hæc per illam corrigitur in hac prima parte cōſtitutionis. Item not. ſecūdum iſtā conſtitutionem, ꝙ aliquis ſibi ius dicebat: vt hic. ſic C. vt vnicuique li ce. ſine iu. ſe vin. l. ij. arg. cōtra. C. vt nemo in ſua cau. iu. l. j. & de Iudæ. l. nullus. Itē hic eſt ar. ꝙ ſi rem meam vēdo eo pacto, ne alienes: quod ſi alienata ſit, poſsim apprehendere. vel dic hanc literā intelligi, quod apprehendit in iure per rei ven. vel alias actiones: vt. C. de do. quæ ſub modo. l. j. ſed primum verius puto.
q Hoc ſchema. id eſt ordinem.
r Priorem. vt. ſ. de non alie. §. finimus.
s A viris. loquitur ſecundum vulgare. nam quando inuenimus magnū factum, nos dicimus, hoc bene fuit factum a viro ſcilicet probo. ſimilis loquendi modus ſ. de trien. & ſem. §. prohibemus autem.
t Geſta ſunt. i. perfecta. vnde nūc remouere magnæ eſſet tergiuerſationis: vt. ſ. de non alie. §. alienationis.
v Illorum. ſcilicet virorum.

Præ

[a] Præſcriptione. ſ. ...ium annorum, ſecundum Al. vt.ſ.vt ecc.Ro.col. ij. vel hodie. xl. annis: vt.j. de ecc ti.§. pro temporalibus. col.ix.&.j. hęc cōſtit. innouat con. col.vj.

[b] Sancitis. vt.ſ. de non alie. aut per mu. §. alienationis &.§. emphyteuſim. vſque ad.§. ſi autē. &.§. ſi vero etiam perpetuam.

[c] Adinuicem. alias niſi inter venerabilia loca nō poteſt fieri perpetua: vt hic. &.ſ. de non alie.§. ſi vero etiā. ſed hoc cōmuniter fieri poteſt in perpetuum: vt.j. de ali. & emph §. licentiā. Accurſius.

[d] Decreto quippe. ſic.ſ. tit.j.§. fi. in princi. ſic.ſ. de eccle. re. immo. alie §. ſancimus. Accurſi.

VT EA QVAE vocan. &c.

[e] Inſinuatiua. alias inſinuata: et qd ſit hoc, dicitur in tex.j. eo.§. ſancimus.

[f] Plurimas. Ad tuā beatitudinem. loquitur archiepō regiæ ciuitatis, cui dirigitur hæc conſtitutio.

[g] Illic eccleſijs. i. eccleſiaſticis perſonis. alias eſt in litera clericis: & tunc plana eſt.

[h] In omnibus. ſcilicet eccleſijs Conſtantino. ciuitatis. nam localis videtur hæc conſti. vel dic in alijs eccleſijs per totum orbem.

[i] Inſinuatiua. huius autem oblatio ſic vocabatur.

[k] Illum. accipientem aurum.

[l] Introire. ſic.ſ. de tabel.§.j. in fin. Accurſius.

[m] Miſſus eſt. i. electus vt mittatur. Accurſius.

[n] Auaritiæ. ſic.ſ. vt iud. ſine quo. ſuf. §. cogitatio. Ac-

à ſanctiſsima maiore eccleſia in perpetuum vendicari: nulla ei temporis præſcriptione[a] in hoc obijcienda. Illud quoque ſancimus, vt alijs omnibus de iure emphyteuſeos ſancitis[b], & in ſanctiſsima maiore eccleſia, & in alijs omnibus venerabilibus domibus propriū robur habentibus, licentia ſit ſanctiſsimis eccleſijs & venerabilibus domibus adinuicē[c] & emphyteuſim perpetuā agere: decreto quippe[d] hic ſanciendo: excepta quidem hac ſanctiſsima maiore eccleſia, in hac autem celebrata emphyteuſi: vt non ad priuatam perſonam extēdi omnino poſſit. Tua igitur beatitudo quę iuſſa ſunt à nobis, cuſtodiat: & ijs, qui ſub ea metropolitanas ſedes habent, faciat manifeſta: vt ipſi, quæ nobis placuerunt cognoſcentes, nihil horum præuaricari præſumant. Erit enim vniuerſis à Deo iudicium et exinde pœna, ſi quid præter hæc aut ipſi egerint, aut agi permiſerint.

TITVLVS IX.

VT EA QVAE VOcātur inſinuatiua[e] ſuper clericis, in maiori eccleſia quidem dentur: in alijs autem eccleſijs penitus non dentur.

Inſinuatiua non poſſunt exigi à clericis ordinatis, exceptis ijs qui ſunt ordinati in maiore eccleſia, à quibus ſecundum conſuetudinem accipere licet. Barto.

Imper. Iuſtinianus A. Menne archiepiſcopo regiæ ciuitatis Conſtanti.

Plurimas[f] aditiones ſuſcipientes, hanc legem dirigere ad tuā beatitudinem[f] iuſtum exiſtimauimus. Qui enim ordinantur à tua reuerētia clerici in ſanctiſsimis eccleſijs, abſque tamen ſanctiſsima maiori eccleſia, omnium patiuntur crudeliſsima, non ſuſcipientibus eos illic eccleſijs[g] ante, quàm quantum voluerint, accipiant aurum: & nouimus hoc ex frequētibus aditionibus de hoc factis nobis. Sancimus igitur, beatitudinē tuam hoc validiſsime cuſtodire, vt ſi quidem conſuetudo eſt dare eos, qui ordinantur in ſanctiſsima maiore eccleſia: hoc eos præbere. nihil enim de ijs, quæ dantur in ſanctiſſima maiore eccleſia, nouamus. Prętereà verò in alijs omnibus[h] nullis in eis clericorum licentiam eſſe penitus pro ijs, quæ vocantur inſinuatiua[i]; aliquid ferre. Sed & ſi quis tale aliquid egerit: illū[k] quidem priuari ſacerdotio, in illius autē officium introire[l], quimiſſus eſt[m]: & hāc eum auaritiæ[n] ferre mercedem. cuſtodire verò hanc etiam Deo amantiſsimos defenſores ſanctiſsimæ maioris[o] eccleſiæ, pœnam formidantes decem librarum auri, ſi quid horū neglexerint: ſed gratis omnia procedere. Deinde † etenim defunctiones[p] & miniſteria[q] non per vēditionem, nec per mercationem fieri aliquam volumus, ſed purè & citra redemptionē. ſic enim rei digni fient nulla venditione ac mercatione facienda. Tua igitur beatitudo, & qui poſtea in pontificales acceſſerint ſedes: quæ à nobis ordinata ſunt, & per hanc declarata ſunt legem, operi effectuique tradere feſtinet.

† Alias, domini enim ſunctiōes &c.

TITVLVS X.

VT CLERICI[r] QVI RECEdunt, alijs pro eis ſubrogatis præbeant[s] emolumēta: recedētes autem remeare volentes non ſuſcipi: & vt ſi quis[t] ædificans eccleſiam, aut aliter in eadem ſeruiētibus miniſtrans emolumēta, voluerit aliquos clericos inſtituere: non fortuito eos, ſed probatiōe ſanctiſsimi patriarchæ ſuſcipiat.

curſius.

[o] Maioris. repete ſancimus.

[p] Defunctiones. i. ſubſtitutiones. q.d. vt vnus fungatur loco alterius defuncti. Accur.

[q] Et miniſteria. i. miniſtros. et facit C. de epiſco. & cleri. l. ſi quēquam. & ſ. quomodo opor. epiſc. §. ſed neque. col.j. ſed contra.j. de ſanc. epiſc.§. pro conſuetudinibus. col.ix. ſed illa forte loquitur in epiſcopis tantum: hæc autem in alijs clericis. Vel illa pręſtātur ex conſuetudine: hæc autem præter conſuetudinem exigebatur.

[r] VT CLE. &c. *Hæc pars expeditur infra, vſque ad.§. illud. Accur.*

[s] Præbeant. ſ. qui præbere ſoliti erāt: vt patet.j. eo.

[t] Et vt ſi quis. hoc dicitur.j. eo.§. fina.

Pluri

Clerici continuam reſidentiã in proprijs eccleſijs facere tenẽtur vel debent recedere: vel alij in eorum locum ſubrogantur cum eorum emolumentis: recedentes & poſtea rameantes ſuſcipiendi nõ ſunt: nec eis emolumenta debent reſtitui. Bart.

Imperator Iuſtinianus A. Mennæ ſanctiſsi. huius regię vrbis archiepiſcopo, & vniuerſi eius tractus patriarchæ.

PLurimi ſæpe clerici quibuſdam orationis obſcuris domibus, aut etiam fortè ab aliquibus prius inſtituti, miniſtrantur eis ab aliquibus ſolẽnes expenſę: deinde ſeparant ſemetipſos diuinis omnino[a] ſacramentis, propter quas ipſi nouerũt[b] cauſas, aut pro qualibet occaſione recedunt omnino à ſanctiſsima, in qua conſtituti ſunt, eccleſia. Sãcimus igitur, nõ ex hoc fieri prohibitionẽ ſacro miniſterio, ſed alios ſubrogari à Deo amantiſsimis epiſcopis, ſub quibus ipſæ conſtitutæ ſunt eccleſiæ, & eos hæc accipere. Nõ enim volumus aliquibus dari lucra[d], quæ iã eis[e] per ipſos[f], aut propter ipſos[g] expẽdebantur ſanctiſsimis eccleſijs: quoniam nolumus per quanlibet occaſionem lucrũ aliquos facere ex aliorũ fraudatione: ſed quæ ab initio miniſtrabantur, ſemper dari, & non ſacrum ex hoc miniſteriũ corrumpi. non exiſtente licentia, poſtquam ſtatuti fuerint aliqui pro prioribus clericis, aut à ſanctiſsimo patriarcha, aut à prouincialibus epiſcopis, rurſus recedentes denuò remeare velle[h], & expellere ſubrogatos: & cogi duplicia miniſtrare eos, qui faciũt talem expẽſam: dare etiam ſubrogatis, & denuò remeare volentibus: ſed illos quidem reuertentes non ſuſcipi. qui verò poſt deceſſum ꝓpriũ ſtatuti ſunt: eis dari emolumenta: nullo verò hinc miniſtrantibus[i] acceſſu talia lucrari nitentibus: ex ſua ſubſtantia omnino præbentibus ijs, qui ab eis ſtatuti ſunt, emolumenta & omnes expenſas. hæredibus eorum & ſucceſſoribus ſcientibus, quia ſi etiam poſt hæc fraudauerint: certa poſſeſsio deputabitur ex eorũ ſubſtãtia ſacris noſtris priuatis, vt hinc miniſtratio eis fiat.

Illud† quoq; ad honorem & cultum ſedis tuæ volumus decernimus, ſi quis ædificans eccleſiam[l], aut aliter etiam expendens in ea miniſtrãtibus alimenta, voluerit aliquos clericos ſtatuere, non eſſe fiduciam vllam, quos vult per poteſtatem[m] deducere tuæ reuerentiæ ad ordinandos eos, ſed examinari à tua ſanctitate, ſententiaq; tua, & qui pontificalẽ ſedem rexerit, ſemper hos ſuſcipere ordinationem, qui tuæ beatitudini, & qui poſtea opportuni videbuntur exiſtere, & Dei miniſterio digni: vt non profanentur ſancta Dei (hoc videlicet quod ſacris ſancitur eloquijs) ſed intacta hæc & ineffabilia tremendaq; conſtituta, ſanctè & Deo amabiliter & venerandè tractari[n]. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, beatitudinem tuam ſeruare perpetuò ſancimus: cognoſcentes, quia non minus nobis cura eſt ſanctarum eccleſiarum conſeruare vtilitatem, quàm ipſius animæ[o].

TITVLVS XI.

DE IIS, QVI INGREDIVNtur[p] ad appellationem, & quando per ſcripturam[q] manus propriæ fiat collatio literarum, & de iureiurando[r] dilationis, & vt contingatur iureiurãdo calumniæ.

a Plurimi Diuinis omnino. quaſi non reuerſuri. aliud autẽ dico, ſi ad ſcholas vadãt: quæ eſt probabilis abſentia: vt ff. ex quibus cau. ma. l. necnon. ſed cum aliqua forte meretricula receſſit: vt ſubijcit propter quas &c.

b Nouerũt. ideo obſcure loquitur: vt etiam malã cauſam det intelligere. ſic ĩ. qui. mod. na. effic. le. §. & quidã. col. vj. & ff. ad Macedonia. l. j. ibi, ne quid amplius &c.

c Eos. ſubrogatos.

d Lucra. quæ dabãtur ijs, qui receſſerunt.

e Eis. ſcilicet clericis recedentibus.

f Per ipſos. ſcilicet inſtituẽtes eos: & ita hæc lex eſt argu. imo expreſſum cõtra eccleſias Italiæ, quæ ſemper habent canonicos pauciores, quam ſit ſtatutum in eis: & alij canonici vſurpant, quod deficientibus dari deberet. & facit. ſ. de men. or. cle. §. j. in fine. & ſ. quomodo opor. epiſco. § ſed neque.

g Propter ipſos. ſcilicet recedentes.

h Remanere velle. alias remeantes. & tunc dic velle. ſ. ſuſcipere: alias remeare. & facit. ff. loca. l. ſi in lege. §. colonus.

i Miniſtrãtibus. miniſtrantes poſſunt appellari deſeruientes eccleſiæ: vt. j. §. pxi. vel illi, qui miniſtrant præbẽdas: quod eſt verius, vt ex tenore literæ ſequentis apparet, præſenti &c.

k Lucrari. vt dicat ſe nolle dare primis vel ſubrogatis.

l Aedificans eccleſiam. ſic infra, vt nul. fa. orato. do. §. j. colla. v. [illegible] de eccle. tit u. [illegible] his ſic infra, de ſanct. epiſc. §. oratorij. colla. ix. Accur.

m Poteſtatẽ. quaſi dicat, vt hoc ſit in poteſtate ſua.

n Tractari. ſcilicet conuenit ſubaudi.

o Ipſius animæ. not. ſic. ſ. vt deter. ſit numer clerico. §. fin. Accurſius.

p DE IIS, qui ingredi. &c.
Hæc prima pars expeditur infra eo. vſque ad. §. illud etiã videamus &c.

q Et quando per ſcripturam. Hæc ſecunda pars expeditur, infra eodem. §. illud &c.

r Et de iureiurãdo. Hæc tertia expeditur, infra codẽ §. finali. Accurſius.

† Cõcor. cum hoc §. capi. ad audientiã. extra, de eccle. ædifi cũ multis alijs capitulis.

Appellāti ad appellationem exercendam ſtatuitur annus, ex cauſa biennium. Item appellatore in biennio cauſam derelinquēte, conceditur victori, cùm vnus menſis ſupereſt, eam proſequi vt ſententiam infirmetur: in vtroque caſu appellatore in expenſis condemnando: neutro autē proſequente, ſententia remanet firma, his obtinentibus in cauſis futuris ac etiam pendentibus nondum finitis. Bart.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni præfecto prætorio, iterum exconſule & patricio.

VOlubile hoc[a] & humanū, & quod manere idē[b] nūquam valet, ſed fit quidē[c] ſemper, manet autem nunquam[d], et legiſlationibus introducit aliquem tumultū, & ijs, quæ videntur ſe habere rectè, & firmè poſita iudicant[e]. Sed & ea, quę ſubtili obſeruatione cauta ſunt, plerūq; turbauit emergētiū varietas cauſarū. Scimus enim quia dudū correximus[f], quod malè & doloſè circa appellationes agebatur: qa hoc ſolo vt cognitionem introducerent in iudiciū appellantes cōtenti,[†] & perſonam facientes[g] firmam, aut per vnam partē[h], aut etiam per cognitionem (hoc enim indifferēs[i] eſt) relinquebant cauſam: & victori omnino erat inexplicabilis victoria, nō valenti[k], neq; ijs, quæ erant iudicata, frui propter appellationem examinari poſſe, ꝓpter abſentiam appellantis. Hæc nos[†] dudū ſancientes correximus[l], annum quidem deputantes[m] appellationem offerenti, ſiue ipſi ſecundum ſe[n] ingredienti, ſiue communiter[o]: quatenus intra[p] hunc litem exequatur, & mereatur[q], quæ iuſta ſunt, & non relinquat[r] ea ſine prouiſione. deinde propter clemētiā, ſi per occaſionem iudicis appellatio prolongetur, aut per aliam quamlibet cauſam ineuitabilē: etiā alium adijciētes[s] annū[t]: poſt quem niſi litem cōpleuerint, ratam manere victoris ſententiam ſancimus. Hæc itaq; placuerunt nobis, & in communi lege[v] cōſcripta ſunt: & obtinere legē hanc volumus & obſeruationem illius. Sed plurimi[x] interpellauerunt nos, dicētes, ſe quidem denūtiaſſe[y] appellationibus[z], & voluiſſe litē examinari: non tamen ab ipſis iudicibus impetrare valuiſſe, propter quaſdam forſan ineuitabiles occupatiões[a]. Alij[b] verò etiam ventorum immenſitatem accuſauerunt: & quia nauigare[c] non licuiſſet de ꝓuincia, contrarijs flantibus ventis: per terram verò venire nō valentes propter inopiam, aut certè quia in inſula commanētes, aliter niſi ꝑ mare venire non poterant, & ꝓpterea nō valuerunt examinare vſque ad finem negotium neque ſecundo anno: & quidam tempeſtatum acerbitatem: alij languorem ineuitabilem: quæ omnia ex ipſis agnoſcimus rebus nobis inſinuatis. Vnde nos hęc iuſtè mouerūt, & legem tranſcendere nolentes, et ijs, qui per talem quandam fortunæ circumuentionem læduntur, dare ꝓſidiū poſſibile cupientes. Quid ergo agere o-

a VOlubile hoc. id eſt varietas negotiorum: vt ſubijcit in fine huius reſponſi.

b Idem. ſic. j. de conſan. & vte. fra. in prin. Accur.

c Fit quidē. ſcilicet aliquid noui.

d Nunquam. ſcilicet in idem vel in perpetuum.

e Iudicantur. repetę, introducit aliquem tumultū.

f Correximus. vt C. de tempo. ap. l. fi. §. illud.

g Et perſonā facientes. ſ. ſatiſdādo iudicio ſiſti. Et ſic not. ꝙ ſatiſdare debet iterum in cauſa appellationis iudicio ſiſti. nec mirū: quia prima ſatiſdatio eſt finita, ex quo eſt finitum primum iudiciū: vt. ſ. de exhi. reis § ſuſcepto. diximus, & ita eſt ꝑ opinione noſtra, q dicimus cauſam appellationis eſſe aliam a prima. nam & teſtes de nouo inducuntur: vt C. de app. l. eos. §. ſi quis autē. &. C. de temp. ap. l. per hanc. & dicemus. j. de teſtimo. §. qa vero teſtes. colla. vij. vel dic firmatur ꝑſona, ſcilicet procuratoris: quia vult agere per procuratorem in cauſa appellationis: puta ſatiſdando pro eo iudicatum ſolui, & ſimilia: vt inſti. de ſatiſda. §. ſi autem per procuratorem.

Satiſdat iterū appellans.

Cauſam appellationis aliam eſſe a pria inſtātia & ī ea de nouo teſtes induci poſſunt.

† Hal. oā. & perſonę facta præſentia.

h Per vnam partem. i. præſente vna ꝑte tantū fuit prębita dicta affirmatio, vel etiā per cognitionē. i. ꝑſente vtraque ꝑte vel melius vt puto, per vnam partē. i. ſiue ꝓmittatur vni parti qđ de cōfirmatione iudicij ꝓmittitur: ſiue etiā ꝑ cognationē. i. ſiue ipſi iudici fuerit promiſſum, ſiue ex cuius ſtipulatione vtilis actio quę, ritur: vt ff. rem pupil. ſal. fo. l. ij. iij. & iiij j. rň. & hoc etiā hic ſubijcit.

† Cōcor. ca cum ſit Romana. extra, de appell. & ij. q. vj. ca. et qui appellat.

i Hoc enim indifferens. i. non refert, quo ad efficacē actionē querendam, vtrū ipſi parti ſit ꝓmiſſum, aut iudici, ſiue cognitori, vt dictum eſt.

k Non valenti. id eſt victori.

l Correximus vt C. de tem. app. l. fi. §. illud.

m Duputātes. ſcilicet nos. Accur.

n Secūdum ſe. id eſt pro cauſa ſua tantum.

o Communiter. i. in cauſa communi, quā etiam intēdere poteſt ſine mādato: vt. C. de cōſor. eiuſ. li. l. ij. Vel dic. ſecūdū ſe. i. ipſe tantū, cōmuniter vt, id eſt vna cū altera parte ſ. aduerſa. Accur.

p Intra. ſcilicet annum.

q Et mereatur. appellans.

r Relinquat. ſ. iudex ea quæ ſunt iuſta: vel non relinquat appellans ea agenda in cauſa appellationis ſine ꝓuiſione. i. quin ꝓuideat, vt finiat intra annum.

s Adijciētes. ſ. nos.

t Annū. ſ. alium: vt ita ſint duo ſacta, i. duo tpa, in q. bus appellatio factum, i. mortem ſiue finē recipiat, vt. C. de tēp. appel. l. fi. §. illud. ī fi. et. l. nemo.

v Cōmuni lege. ſ. ſupradicta. C. de tēpo. ap. l. fi. §. illud.

x Sed plurimi. victores.

y Denuntiaſſe. vt ꝓcederēt in cauſa.

z Appellātibus. i. cognoſcentibus de appellatione. Acc.

a Occupationes. ſic. ff. de ꝓcur. l. filius. §. fi. et l. aut. & l. hęreditas. et. l. vel iudicio. et. l. aut legati.

b Alij. noui, ſcilicet appellantes.

c Nauigare. ſic. ff. ſi quis

portebat, niſi ad legem aliam reſpicere, quæ dignè cauſã iuuaret [a]? Obſeruatio ſiquidem reliqua prædictæ legis noſtræ [b] (ſicuti prædiximus) per omnia cuſtodiatur. Si verò pro veritate ineuitabile quiddam euenerit: et qui appellationis litẽ exequitur, non obſeruet [c]. et licet ingreſſum [d] & fatalem fecerit, non occurrat & pericletetur biẽnij cõpendio tempus: tunc cõfirmari victoris ſententiam (quod etiam prior noſtra dicit lex) ſed cum quadã ſubdiuiſione, quã in præſenti adijcimus [e]. Quia enim victores videmus immẽſitatem tẽporis fingentes [f] ijs, qui appellationem quidẽ & per fatalem ingrediuntur, non tamen vlterius examinationẽ ſubire volunt, aut etiam in medijs certaminibus relinquũt eã: propterea paruo quodam victores minuẽtes conſiderauimus bene fortè quod decet. Volumus etenim eũ, qui vicit cauſam, ſi voluerit pro veritate firmari ſententiam: non ex circumuentione, nec ex tempore quodam ſed ex ipſa rerum veritate (etiam deſerente eo, q appellationem obtulit) ingredi: & hoc ipſum accuſare, & quærere deſertorem. & ſiue inuenire eum valuerit, ſiue ille nõ appareat: ſuas allegationes deducere ad medium, quippe biennio inſtãte [g], ad finem tamen: ita vt vnus fortè ſuperſit negotio menſis: & ſi quidem apparuerit ſuperior [h]: firmam eſſe ſententiam [i]: ſi verò inferior circa certamina [k] (etiam eo, qui appellationem obtulit, & fatalem ingreſſus eſt, nõ obſeruante cauſam) ſuſcipiat [l] ex iure decretum. illo tantummodo adiecto, vt ſiue obtineat cauſam is, qui etiam prius vicit, ſiue circa eam minor inueniatur: expenſas ei modis omnibus poſt appellationis ingreſſum factas deſertor præſtet. Siue nanque obtineat cauſam occaſione expenſarum: ſecundũ hoc ipſum, quod etiam vincit, rectè iuſtum eſt etiam expenſas accipere [m]: ſiue minor inueniatur, eò quod omnino ille deſeruit, & cõtingit eum etiam deſerẽtem vincere [n]: expenſas quidem præſtet, ſententia verò fruatur [o], gratias agens Deo & præſenti legi ita iuſtitiam ſibi ſeruanti, & tantũmodo in expenſas damnificanti: quibus [p] non lex, ſed ipſe abſens ſe damnificauit. Si verò neuter occurrit [q], neq; victor, neque victus, qui etiam ſecundum fatalem ingreſſus poſtea deſeruit: ſentẽtia victoris maneat firma: omnibus reliquis ſuper appellationibus ſcriptis legibus exiſtẽtibus & in ſpatijs [r] temporum, & in alijs. hanc enim legem ſpecialiter ſuper ijs, qui poſt ingreſſum fatalis factum deſerunt, ponimus: nihil aliarum legum, aut temporum appellatiuorum, neque perimentes, neque permutantes. firmas igitur eas etiam per hanc ponentes legem. Illud quoq; determinare optimũ eſt: ſi quidem victores contigit iam [s] ſententiam promereri firmas [t] declarantem eorũ victorias: his eos frui. nihil enĩ eorũ, quæ iã terminata ſunt, commouemus. Si verò hactenus pendent, biẽnio inſtãte & nõdũ trãſacto, & nõdũ decreto [u] firmatę: etiã iſtæ eãdẽ [x] mereant̃ examinationẽ: & ita [y] potiant̃ victores ſentẽtijs, ſi eas rectè

ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis in iudicio. & §. quod diximus. & §. ſi quis tamen.

a Iuuaret. puta p in integrum reſtitutionem forte ex generali clauſula. ſi qua iuſta cauſa &c. vt. ff. ex quib. cau. ma. l. j. §. ſi. & ff. de rei. act. pri. l. j. §. ſi quis autẽ propter. & facit. j. vt ſponſa. lar. §. hoc quoque. col ix. Vel dic neceſſe eſt aliam legẽ reſpicere. ſ. hanc nouam: vt. j. proxi. §. quia enim.

b Legis noſtræ. C. de temp. app. l. ſi. & hoc niſi iuſta cauſa impediat, vt ſubijcit.

c Obſeruet. ſ. iudicium appellationis. Al.

d Et licet ingreſſum. ſcilicet qua ingreſſus fuit & venit ſemel coram iudice appellationis: & fatalẽ fecit, id eſt primum annum appellationis tranſire p̃miſit: & nõ occurrit. i. nõ venit poſtea adhuc tamen ſubaudi periclitetur tempus. i. currat tẽpus cum periculo tamẽ appellantis & hoc cõpendio biennij.

e Adijcimus. id eſt dicimus.

f Fingentes. id eſt obijcientes ſecundum Al. vel dic diſtrahentes his &c. vt ſubijcit.

g Inſtante. ſic. C. de iudi. l. properandum. §. huiuſmodi.

h Superior. id eſt melior in cauſa, vel potior in iure.

i Firmam eſſe ſententiam. ſ. ſancimus.

k Certamina. i. malam cauſam habens & ſubaudi apparuerit. Accur.

l Suſcipiat. ſcilicet appellans. Accurſius.

m Accipere. quia victus victori in expenſis cõdẽnat̃: vt C. de iu. l. properãdum. §. ſinautem reus.

n Vincere. ſic. C. de iudi. l. properandum. §. ſinautem reus.

o Furatur. abſens.

p Quibus. ſcilicet expenſis.

q Occurrit. eſt ergo voluntaris qđ ꝑxi. dixit, vt actor debeat ſe ingerere: ſed ſtultus eſt ſi vadat: cum eo nõ eũte ſententia primæ firmetur: vt hic, ſed forte ire vult cũ aliqua petat plura in cauſa appellatiõis: quod poteſt ſi ſunt acceſſoria principali: vt. C. de ap. ampliorem. §. in refutatoris. Item & nouas forte vult victor inducere probationes. vt. C. de tem po. & re. app. l. per hãc legem. Sed qđ ſi iudicis copiã non habuit? Rñ. nõ currit tẽpus appellationis: vt. j. vt ſpõſa. lar. §. hoc quoq;. Item & in alio caſu non currit tempus: qñ. ſ. appellatio eſt coram principe: vt ſ. de ap. §. ij. Item in tertio. ſ. qñ interim tractatur cauſa eadem corã arbitris: vt. j. de ap. §. fina.

r In ſpatijs, vt intra decẽ dies appellent: vt. j. de ap. §. j.

s Contingit iam. ſcilicet ante compoſitionem huius cõſtitutionis.

t Firmas. ſ. leges antiquas. Al.

u Decreto. ſcilicet iudiciali.

x Eandem. ſicut dictum eſt. ſ.

y Hoc dictum recitatur in c. quoniam cõtra. ante mediũ. ibi, nam et victores. extra, de probatio.

Monſtra

habere monſtrauerint [a].

Ex documentis publicis ſolis & non priuatis comparatio fieri debet. fallit in documẽtis priuatis: quibus aduerſarius proſe vtitur: & in documentis, quæ ex archiuo publico proferũtur, & publicè habent teſtimonium, iureiurando de calumnia præſtito. Barto.

Illud etiam iudicauimus huic oportere adijci legi. Quia enim dudum ſcripſimus legem [b] volentẽ ex propriæ manus ſcriptura nullã fieri cõparationem, ſed ex ſolis documentis publicè celebratis: videmus autem cauſarũ experimẽtum egere cõpetenti correctione in lege: & hoc ex ipſo litigantium inuenimus experimẽto emendare eam ſecundum hoc volumus ſchema [c]. Crebrò nãque proferẽs quidam cuiuſdã manus [d] documẽtum, & ex ea faciens, aut cõuentionem, aut ſuarum allegationũ probationẽ: cũ eiuſdem manus aduerſa pars protuliſſet literas, & legitimã probationẽ exinde vellet fieri, ex quibus ipſe aduerſarius illud obtulerat: ille vtebatur lege [e] quia oportet ex publicè confectis † documẽtis fieri comparationem, & nõ ex alijs, quæ à quoquam ſcribuntur. Sancimus, ſi quãdo aliquid tale contigerit, & quiſpiã voluerit ſecũdũ eas, quæ ab aduerſario prolatæ ſunt literas fieri examinationem [f]: non accuſetur hoc, tanquam non rectè ſit factum. Cui enim ipſe credidit, & quod protulit is, contra quem [g], & ex quo ſuas affirmat allegationes: hoc nõ accuſet: neque prohibeat comparationem literarũ ad eũ fieri: licet contingat eſſe documentum manu cuiuſcunque conſcriptum. Neque enim ipſe ſibi reſiſtit [h] & quæ affirmauit hæc accuſabit. Si verò etiam ex publicis archiuis [i] † proferatur charta velut de ſuſcepto [k] menſæ [l] glorioſiſsimorum præfectorũ [m] (nouimus enim etiam aliquid tale quæſitum) & quod ex publicis archiuis profertur, & publicum habet teſtimonium [n] etiam ſuſceptibile hoc eſſe ad collationes [o] manuum ponimus. Vbique enim falſitatis peccatũ odio habentes, & iuſiurãdum præbere diſcutientes, & eximentes literas ſancimus, & ex publicis ſolummodo documẽtis comparationem fieri permiſimus. Quapropter valeat per omnia lex illa † præſenti ſub diuiſione delata ei, iureiurãdo tamen comparãtiũ [p] modis omnibus prohibẽdo. Quia igitur nos pro reuerentia litigantiũ volumus mox in principio litis iurare litigantes: actores quidem, quia non calumniantes inferant: lites: fugientes verò, quia credũt ſatiſfactionem cõpetenter ſe facere, & non cauſa contentionis: & † hãc cõmunẽ poſuimus legem [q] cõtra omnem perſonã, modis omnibus hoc nulli concedentes [r]. Illud quoque adijcimus, vt ſi quis probationem petierit, quanquam ſuorum ſermonum aut literarum iuret prius, quia non dilationis cauſa hoc agit. multi nanque ſola iniuriæ cauſa, & maximè ſuper nobilibus mulieribus ſiue literarum probatio obijciatur, ſiue alia

a Mõſtrauerint. ſi actor obtinuit in prima cauſa: & in cauſa appellationis habet probare de iure ſuo ſicut & in prima. & ſecundum hoc litera bene ſtaticum omnia eſſe debeant in priſtinũ ſtatum: vt. C. de ap. l. appellatio. ſi autẽ in principali cauſa obtinuit, & ſic fuit abſolutus, & actor appellauit: tunc ſimiliter habet actor ꝓbare in cauſa appellationis ſicut in prima per pręallegatam. l. & quod dicit hic victorem probare: prout refertur ad reum victorem intellige: ꝙ eſt eo ipſo, quod non probatur contrarium: ſic. C. qui mi. nõ poſ. l. ſuper ſeruis. & de hoc dic plene vt no. C. de ap. l. ij. qui in fraudem. §. illud.

b Legem. vt. C. de fi. inſt. l. cõparationes.

c Schema. i. ordinem.

d Manus. ſ. priuatæ, puta ꝓducis literas tuas contra me: ego eas confiteor, & alias induco cõtra te quas dico te feciſſe: & id probo per cõparationẽ earũ, quas induxiſti contra me. Idem dico & ſi alterius literis puta Titij vtaris cõtra me: & ego eiuſdẽ Titij literis volo me tueri: vt. j. ſubijcit ibi, licet contingat &c.

e Lege. prædicta. C. de fide inſtru. l. cõparationibus.

f Examinationem. id eſt comparationem.

g Contra quẽ. i. cõtra aliquã. & facit. ſ. de iureiu. a mo. §. j. et. C. de nõ nu. pec. l. generaliter. & C. de teſti. l. quis teſtibus. & de ſen. & inter. l. pe. Accur.

h Reſiſtit. i. reſiſte

† Facit ad hoc ca. quoniã cõtra. cũ gl. ſuper ver. viros. ante finẽ. ibi, ex quo cũ ſcriptura, extra, de probatio.

re pot. & facit ad hũc. §. j. de fide inſtru. §. ſi vero mori anſ. cũ ſeq. §. co. vj.

i Archiuis. Hoc expone: vt. ſ. de defenſ. ci. §. j. col. ij. Accur.

k De ſuſcepto. hoc expone: vt. ſ. de man. prin. §. coges.

l Menſæ. hæc mẽſa huius menſæ caſus genitiui vel datiui, ſi apocha fuerit prolata de menſa. Accur.

m Glorioſiſsimorum præfectorũ. vt in nouel. fiat cõparatio ex publicis ſcrinijs. ſed & quod ex publicis monumẽtis prolatũ fuerit, hoc quoque idoneũ eſſe videatur ad comparationem: quippe cũ publico teſtimonio cõfirmetur: vt in nouellis. Al.

n Teſtimonium. nõ ꝙ ſit publicum inſtrumentum. iã enim nihil adderet legi codicis: ſed ꝓ eo ac ſi diceret publicum, vt fiat cõparatio.

o Collationes. id eſt, cõparationes,

p Comparãtiũ. i. comparationes literarũ facientiũ: vt. C. de fi. inſt. l. cõparationes.

q Legẽ. vt. C. de iuramen. calũ. l. ij.

r Cõcedentes. i. nulli cõcedimus cã cõtẽtiõis litigare. Vel dic nulli remittimus hoc ſacramẽtum: vt. C. de iura. cal. l. ij. §. ſed quia. Sed cõtra. ff. de iureiu. l. iuſiurãdũ & ad pecunias. § qui iuſiurãdũ. Dic ergo, hęc corrigit illam. Vel dic illud ſpẽle, cõ expreſſe correctũ non inuenimus: vt. ſ. de admi. offic. §. j. lib. cõtra. j. co. x. vt clerici iurare nõ cõpel. in ſi. Sed illud eſt ſpẽle in clericis vt nõ iurẽt de calũ. ſecũdum. l. Friderici prædictã. Accur.

† Cõcor. c. cum cauſam. extra de ꝓbatio & xxxv. q. j. c. peruenit. ibi, nos vero.

† Haloã. præſente ei ſubdiuiſione adhibita, ipſoq́ etiã iureiurãdo ab ijs, qui literas comparant, omnino præſtãdo.

† Particula &. vacare videtur.

Freq

quælibet cauſa: ad iuſiurandum hoc concurrunt, vt in vno negotio frequēter [a] iuſiurandū præbeatur. Sancimus igitur, hāc perimentes iniuriam, & nolētes crebrò in eodem negotio iuſiurādum pręberi: vt vtraq; pars, dum vna quidem de calūnia ſacramentum præbuerit, alia verò, quia iuſtam putans [b] reluctationem eſſe litis, adijciat, quia in tota lite ſicubi quęſierit [c] probationes aduerſariū ſuū, non per occaſionem dilationis hoc faciat, ſed pro veritate: neceſſariā ſibi à ſuo aduerſario exhibēdā putās probationem: & ſi hoc iurauerit ſacramētū. nequaquā [d] penitus (licet crebrò requirēdę ſint probatiões) ab alterutra parte experi ſacramētum †: ſed dari probationes: & nō crebrò cogi quenquā ſacramēta ſubire, † generaliter ſemel huiuſmodi ſacramento prohibito. Quæ igitur viſa ſunt nobis, & per hanc ſacrā declarata ſunt legē: tua celſitudo omnibus faciat manifeſta, edictis à ſe directis: vt omnes agnoſcāt, quæ nobis ſunt placita.

TITVLVS XII.
VT IN PRIVATIS DOMIBVS [e] SACRA MYSTERIA † NON FIANT.

Prohibetur celebrari in domibus ſine licentiā ſuperioris: oratoria verò cauſa orationis permittitur habere, & in eis clericos conuocare. Bar.

Impera. Iuſtinianus A. Mennæ archiepiſcopo regiæ ciuitatis Conſtanti.

Et priſcis † ſancitum eſt legibus, nulli penitus eſſe licentiam domi [f], quæ ſacratiſsima ſunt, agere: ſed publicè ſinere procedere in credulitatem & Dei culturam, ſecundum ſanctionem de his ſacratis actibus traditam. Et nos etiam hāc in pręſenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdicimus magnę huius ciuitatis habitatoribus, magis autē etiā totius noſtræ ditionis [g]; in domibus [h] ſuis habere quaſdam quaſi orationū domos: & in his ſacra celebrare myſteria: & hinc fieri quædam catholicæ & apoſtolicæ traditioni extranea [i]. Sed ſi quidē domos ita ſimpliciter aliqui habere putāt oportere, in ſacris [k] ſuis, orationis videlicet ſolius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ ſacri ſunt myſterij [l]: hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla eſt, ſi volunt circa hæc habere habitacula quædam: & in eis tanquam in ſacris orare, alijs autem omnibus abſtinere: niſi tamē in eis voluerint aliquos inuitare clericos: hic quidem ſanctiſsimę maioris eccleſię, & ſub ea ſanctiſsimarum domuū voluntate ac probatiōe ſanctiſsimi archiepiſcopi ad hoc deputatos: in ꝓuincia verò Deo amabiliū epiſcoporū [m]: nulla nouitate ſedi eius beatitudinis ex pręſenti noſtra lege facienda circa exiſtentia ei quolibet modo in ordinationibus, aut gubernationibus hic, aut in prouincijs iura: ſed omnibus etiam cōpetētibus ei quolibet modo & tēpore, ratis nunc & in omne reliquū tēpus ſeruandis: ſancimus tuam hæc cōſeruare gloriā, & manifeſta omnibus per literas ꝓprias conſtituere, quatenus per omnia valeat lex. Hæc enim & glorioſiſſimo præfecto felicis huius vrbis, & ſanctiſsimo archiepiſcopo & vniuerſali patriarchæ præcipimus, vt ex ciuili & ſacerdotali virtute hæc perpetuè cuſtodiantur. Sciant enim & ipſi domuū dn̄i, quia ſi non hæc cuſtodierint: ipſi quidē ſub imperiali fient motu [n]: domus aūt, in qbus aliquid tale agitur, & publicæ fient, & ſub ſacratiſsimū

---

[a] Frequenter. vt ſ. de iura. calum. l. j. Ac.

[b] Putās. probationem. item & alia dicuntur in ſacramento calumniæ: quod dic vt dicemus. j. vt lit. iur. in prin. conſtitutionis.

[c] Quæſierit hoc duos tegit diuer. accuſatiuos. Ac.

[d] Nequaquā in eo ꝙ dicit nō iurādō poſtea, ex quo ſemel eſt iuratum: eſt contra. ff. qui ſatiſd. cog. l. dedie. §. ſi. & ff. de edē. l. ſi quis ex argētarijs. § exigit. & C. de iu. ca. l. j. & ff de iureiu. l. iuſiurādum. §. qui iuſiurandū. in prin. ſed prædicta habēt locū iure veteri, quādo ſæpius iurabatur: vt ſ. e. §. itē cōtra. j de teſt. §. ſi vero deducens. & C. de fid. inſtr. l. cōparationes. & ſ. eo. § illud etiā in ſi. poteſt dici, ꝙ a prin. iuratū nō erat in prædictis cōtrarijs legibus: hic aūt iuratū erat vt patet hic ex ipſa litera. Vel hic ꝙ iurauit ſe nō petiturū probatiōes ſuperfluas ab aduerſario. at hic nō iurat ſe nō probaturū, quod vult etiā falſo per hanc authē. licet per l. codicis hoc iuret in eo, ꝙ iurat non calūniandi animo litē mouere. Imo etiā quod plus eſt, nec per illā iurat ſe non calūniari, niſi quo ad principiū cauſæ. vnde poteſt & poſt ea calūniari, vt. ff. de dā. inſe. l. qui bona fide. §. ſi quis ſtipulatus. vnde iurare debet: vt in dictis. ll. contra dicitur. Vel verius illa ſunt ſpecialia, hoc aūt generale. nō aūt placet vt hæc corrigatur. Itē no. hoc generale, ꝙ ſufficit ſemel iurare: ſic. C. de iure

† Cōcor. ca. preſentium. cum gloſ. ſuper ver. iuramentū. extra de teſt. vbi declarat hunc textum.

† Hl loā. cum ſemel eiuſmodi iuramentum in genere præſtiterint.

† Miniſteria.

† De materia huius authē. vide p Inno. in cap. ad hæc extra, de electio. Bal. in margar. in verb capella. ver. ſi vbi, tractatur, an licitum ſit in domo priuata habere capellam.

deli. l. fin. §. ſed ꝗa quidam. arg. contra. ff. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.

[e] Vt in priuatis &c. Vt. C. de epiſco. & cle. l. conuenticulā. & C. de hære. & ma. l. iij.

[f] Et priſcis. Domi. ſcilicet priuatæ.

[g] Ditionis. i. iuriſdictionis.

[h] Domibus. ſcilicet priuatis.

[i] Extranea. vt C. de ſumma trini. l. iij.

[k] In ſacris. i. prędijs ſuis quæ quātū ad Deum quaſi ſacrata ſunt.

[l] Myſterij. vt cātare miſſam, vel celebrare ſacrificiū.

[m] Amabiliū epiſcoporum. ſ. voluntate.

[n] Fient moto. i. arbitrio ipſius imperatoris punientur.

noſtrum ærarium deducentur [a]. Si autem & aliquos contingat [b] tale aliquid in ſuis habere domibus: ſciãt quòd niſi intra tres menſes [c] ex quo hæc lex inſinuata fuerit, hæc correxerint, & ad figurã à nobis ordinatam deduxerint, ſub prædicta pœna fient. Hæc autem agi cum veritate, non per aliquam calumniam volumus. Veraciũ [d] enim ſolummodo ſumus amatores. Hæc ſancimus tuam cuſtodire celſitudinẽ, & nihil tale fieri concedere. Scito enim, q̃a ſi didicerimus, tibi tale aliq̃d denũciatum, deinde non prohibuiſti, aut tu, aut ſucceſſores tui quicunque futuri: ipſe quidem quinquaginta librarũ auri expones pœnam: ſed & q̃ ſucceſſores cĩguli tui fuerit. parens autẽ tibi officiũ, idem ſuſtinebit dãnum: quia rẽ nobis ſtudioſam, & ſanctiſsimæ eccleſiæ cuſtodientem vnitatẽ [e], & prohibentem, quæ à nobis apertè interdicta ſunt, agi latenter paſſum eſt, & deſpicere commiſſum: & circa ipſum cĩgulum periclitabitur. inſuper & ipſam domũ, ĩ qua aliquid tale agitur, fieri publicã: & ſub ſacratiſsimum venire ærariũ. Scriptum exẽplar à nobis & ſanctiſsimo patriarchæ felicis huius vrbis, vt & ipſe huius ponat rei prouidentiam. volumus enĩ ſacerdotaliter & iudicialiter hæc ſeruata durare in reliquum tempus immutilata.

TITVLVS XIII.

VT DEFVNCTI [f] ſeu funera eorũ non iniurientur à creditoribus, & vt conſiliarij [g] non ſuſcipiant cognitiones abſque iudicibus.

Mortuis & moribundis, funeribus eorum, necnon eorum domui & rebus ac familiæ, creditores iniuriam inferre prohibentur abſque iudiciali decreto. Bar.

Imperator Iuſtinia. A. Ioanni glorioſiſ. ſacrorum per Orientem prætoriorũ præfecto, iterum exconſule & patricio.

QVi varietatem cauſarum cõijciunt: non facilè ad culpam veniunt, ſi veritatem examinent. Quoſdam nãque veriſimile eſt multitudinem legũ, quæ per ſingula à nobis adijciuntur, culpare, non conſiderantes, quia opere ſemp̃ vocante [h] cõſonas cauſis ponere leges cõpellimur. cũ ſemper inopinabile emergat, & ab ijs, quæ iam poſita ſunt, mederi non valeat. quale quidem nuper eſt agnitum: deberi ſibi quidam dicens ab aliquo, dũ hominem in morte cognouiſſet eſſe conſtitutũ, milites cõgregãs, & ſeruos alios [i] plurimos, ingreſſus eſt ſup̃ morientẽ. verũ ille anxiatus clamare cœpit, donec cũ violẽtia cõpreſſum reliquiſſet ſpiritus. at ille etiã ſignacula impoſuit rebus ſua poteſtate [k], p̃ſente nullo ĩ cingulo cõſtituto, aut quolibet omnino legali & ciuili officio obſeruato: & neq; ita receſsit, ſed etiã defunctũ iniuriare nõ eũ piguit: primùm quidẽ inſiſtẽs nõ fieri exequias: deinde cũ vix † cœpiſſet de domo deponi mortuũ, inſtabat publicè, portari lectũ non ſinẽs, neq; deducẽdũ dicẽs, niſi debitũ perceperit, donec ſpõſorẽ accepit: & ita iã defunctũ tradi terræ p̃miſit †. Negotiũ ſiquidẽ quo hęc cõmiſſa ſunt, cõpetẽter diſpoſitũ eſt [l], oportere aũt iudicamus etiã generali lege hęc emẽdare: nõ ſinẽtes hęc rurſus cõmitti ſemp̃ ſine legiſlatiõe manẽtia. Sãcimus † igit̃ [m], ſi q̃s illo ſup̃ſtite adhuc, quẽ putat debere ſibi, aſcẽdat domum eius, & moleſtus ſit ſup̃ſtiti homini, aut q̃ eius ſũt vxori fortè vel filij, aut domui oĩno [n]: aut etiã ſignacula p̃ ꝓpriã poteſtatẽ ĩponere p̃ſumat, nõ prius decreto & officio legali ſeruato poſt eius, q̃ dicit̃ debere, mortẽ: a ctiõe quidẽ modis oĩbus [o] cadat, ſiue iuſtã habeat hãc [p], ſiue nõ. q̃tũ verò deberi ſibi dicit, tãtũ aliud ſup̃exigat̃, & det̃ iniuriati hæredibus. Cõfiſcationẽ quoq; in tertiam partẽ ſubſtantiæ ſuſtineat (ſicut & Marcus Philoſophus Imperator in ſuis

a Deducentur. ſa cit. C. de epi. & cle. l. conuenticulã. C. de eunu. l. j. C. de hæ. & manichæ. l. iij. & C. de falſ. mo net. l. j. §. cuius. & C. de paga. l. fina.
b Contingat tẽpore huius conſtitutionis.
c Tres menſes. j. vt factæ nouæ cõſti. §. vt autẽ. coll. v. contra. Sol. hoc ſpeciale.
d Veracium. ſ. amatores. alias veritatis: ſic. C. de lege Fu. Cani. tol. l. j.
e Vnitatem. ſic C. de ſum. tri. l. iij. Accurſius.
f VT DEfunct. &c.
Hæc prima pars expeditur. j. eod. vſque ad. §. illud.
g Et vt conſiliarij. hoc expeditur j. eo. §. illud. vſque in fi.

QVi varietatem.
h Vocante. i. neceſsitate imminente.
i Et ſeruos alios. ergo ſerui poſſunt eſſe milites: ſed contra. C. qui mili. nõ poſſ. l. ſuper ſeruis. lib. xij. ſed dico q̃ hęc dictio alios, nõ implicat hic ſicut ĩ diuina ſcriptura, crucifixus eſt Ieſus & alij duo nequã: ſic. ſ. de man. prin. §. oportet. col. iij. et ff. de procu. l. nõ ſolum. §. quæritur.
k Poteſtate. i. authoritate ſua.
l Diſpoſitũ eſt. a nobis p̃ ſentẽtiã.
m Sancimus igitur. nũc repetit quęſtionem, vt addat.
n Domui omnino. repete non.
o Modis omnibus. i. ipo iure: ſic ff. depoſ. l. j. §. ſi pecuniam. in fi. §. & facit ad hoc. ff. de pub. & vec. l. commiſſa. & C. de ijs qui po. no. ti. præ. affig. in. l. j. & C. vnde vi. l. ſi quis in tantũ. & C. loc. l. fi. & ſ. vt non fiant pig. §. j.
p Hanc. ſ. actionem. & facit. ff. ſi quis ali. te. pro. l. j. §. j. reſpon.

Morien

† Aliàs, cõcluſiſſet

† Haloã. quãquam aũt cauſſę. per quam hoc delicti admiſſum eſt, compe tens iã forma data eſt: e te ia mẽ ſore ar bitramur &c.

† Facit ad hũc. §. c. ex parte functa gl. ſuper ver. appellationẽ. extra, de ſepul.

cōſcripſit legibus) & infamia feriatur. Qui enim hominis naturam nō erubuit: dignus eſt & pecunijs, & gloria, & alijs omnibus condēnari. Si verò etiā moriente[a] quodā, circa funus peccetur aliquid morientis, qđ[b] exequias prohibeat: ſcripta quidem iam lex eſt[c], & à noſtro patre ſuper hoc: tamen ſimul etiam ex noſtris maior ſequatur delicti pœna, & ijſdem ſubiaceat, quæ præſens infert lex[d] eis, qui in viuentem tale aliqd, quale diximus cōmittūt: huius rei, puidentiam habente præcipuè quidem glorioſiſsimo pręfecto huius feliciſſimę ciuitatis, cui talium emendationū cura eſt, nihilominus autē & glorioſiſsimo ſacrorū noſtrorū p̄toriorū p̄fecto, & glorioſiſsimo magiſtro ſacrorū, officiorū & ſemp his obedietibus officijs. oportet[e] eñ cōmunibus exiſtentibus contra naturam iniurijs, communem eſſe iudicibus ſuper his prohibitionem atque vindictam: his non in ſola hac feliciſsima ciuitate valentibus, ſed etiam in omnibus gentibus, quarum nobis principatum alium quidem ab initio dedit[f] Deus: alium verò adiecit, & adhuc etiam dabit: (ſicut ait quidam ante nos[g]) prouinciarum quippe iudicibus, ſiue militaribus, ſiue ciuilibus huius rei prouidētiā habentibus. Sequitur[h] enim hic quidē iudices eorūq́ officia triginta librarū auri pœna, ſi quid horum neglexerint: prouinciales autē quinque, ſi neque ipſi ad hoc inſtiterint, denunciatione qualibet aut hic[i], aut per prouincias facta.

Iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus, cauſam conſiliarijs poteſt delegare, ſentētia ſibi ſeruata: dummodo tamē cauſam audiat, & ſententiam proferat, & appellationem interpoſitam ſuſcipiat. iudex autem appellationis & delegatus delegare non poteſt. Bar.

Illud etiam rectè ſe habere perſpeximus, non permittere (ſicut Zenonis piæ memoriæ dicit conſtitutio[k], & noſtra quoque) conſiliarios[l] iudicū ipſos cauſas per ſe[m] audire, quæ apud adminiſtratores[n], aut datos à nobis iudices agitantur[o]. Multò nanque melius atque perfectius coram ipſis adminiſtratoribus[p], p̄ſentibus[q] illis, quorū intereſt, cauſæ mouentur, terrore imminente, exhibitis teſtibus[r], & omnino cauſa propriam habente honeſtatē[s], quā ſi[t] apud pedaneos iudices[v] talia decernantur: in nullo cōſiliariorum officio diſtāte ab illis[x]. Sed quoniā à nobis cōſtituti[y] ſemper adminiſtratores, occupationibus rerū noſtrarūq; iuſsionum comprehenſi, ad hanc neceſsitatem deponuntur[z]: oportet conſonam congruamq́ legē rebus imponere. Sancimus[&] igitur, cōteſtationes quidē litium omnibus modis apud ipſos fieri adminiſtratores, ſiue maiores[a], ſiue minores[b] ſint: ſed etiam in medijs litibus introduci rurſus apud eos ſemel moti negotij[c] res, quatenus ea, q̄ examinantur, agnoſcāt. cū verò nouiſsima[d] ſētētia p̄ferēda eſt nullo mō præſumere conſiliarios

a Moriēte. id eſt, mortuo.
b Quod. pro qa. Accurſius.
c Lex eſt. vt. C. de ſepul. vio. l. fin.
d Infert lex. vt. ſ. proxi. Sed cōtra. ff. de ſepul. vio. l. iij. §. nō perpetuo. ſed ibi ab amicis portabatur & ſecundū voluntatem defuncti: hic autē contra volūtatem. Itē hic poteſt teneri iniuriarū hæredibus: vt. ff. de iniur. l. j. §. & ſi forte. Accur.
e Oportet. ſic. C. de here. l. i ij.
f Dedit Deus. ſic j. ſi. de inſtr. §. j. l ſi.
g Ante nos. ſcilicet dixit forte. Acc.
h Sequitur. id eſt, perſequitur.
i Hic. id eſt, in regia ciuitate. Acc.
k Cōſtitutio. nec illā conſtitutionem nec ſequentem noſtram habemus hic: ſed huius conſtit. ſ. Zenonis habemus memoriam. j. de iudic. i. reſpon.
l Conſiliarios. iudicū. i. aſſeſſores: vt j. de iud. circa prin. ibi, noſtris eñ &c. co. vj. quorū conſilio adminiſtratores iudicant: vt. ff. qđ quiſque iur. l. ij. & C. de aſſeſ. & do. l. j.
m Per ſe. i. ſine adminiſtratore corā quo fuit incepta cā & dic φ ordinarius ſeruauit ſibi ſententiam: quia ſi nollet ſeruare ſibi ſententiā, hoc poſſet iure.
n Adminiſtratores. i. ordinarios iudices: vt patet ex diſiunctione quam facit, & ſ. de exhi. & intro. §. ſi vero.
o Agitantur. i. agitari cœptæ ſunt, vel agitari debent.
p Adminiſtratoribus. ſcilicet agitātur cauſæ.
q Præſentibus. ſic. C. ſi per vim vel alio modo. l. ſi. ſic ff. de re iudi. l. de vnoquoque.
r Teſtibus. vt poſſint terreri & cogi teſtimoniū ferre: vt C. de teſt. l. ſi quādo. Vel aliter vt poſſint torqueri: vt. j. de teſtib. §. hæc omnia i pecuniarijs. col. vij. & C. de teſtib. l. nullum. & de epiſco. & cle. presbiteri. qđ fieri nō poteſt a cōſiliario: vt j. de teſti. §. ſi vero ignoti. ſed in eo qđ dictum eſt corā eodem adminiſtratore produci teſtes, cōtra eſt. j. de teſti. §. & qm̄. ſed illud ſpeciale, quādo abſentes ſunt.
s Honeſtatem. alias honeſtatē, & alias poteſtatem.
t Quam ſi. hoc reſpicit ſuperius verbum perfectius.
v Iudices. id eſt, delegatos.
x Ab illis. ſ. pedaneis iudicibus. q. d. ſimiles ſunt conſiliarij pedaneis iudicibus, vñ ſi ita obtinet in pedaneis: ergo ita & in cōſiliarijs, loco ſumpto a pari, vel a cōmuniter accidentibus vt ff. de publi. l. eū qui j. rñ. ſed fallit in eo, quod pedaneus interdū eſt ordinarius vt defenſor ciuitatis: vt. C. de peda. iudi. l. ſi. & ſ. de deſē. ciui. §. & iudicare. & iſte pōt cognoſcere de tota cauſa ſuo iure ſiue commiſsione alicuius.
y Sed qm̄ a nobis cōſtituti. alias a nobis ſtatuti.
z Deponuntur. i. deducunt ſiue deueniūt vt nō poſsit p ſe audire. al's ergo nō pōt fieri delegatio vel cōmiſsio reſeruata ſnīa ſibi: vt C. de peda. iudic. l. placet. & j. de iu. § j.
& Cōcor. c. ſuper q̄ſtionū, cū glo. ſuper ver. in pri. extra, de offi. dele. & vide illam gloſſ. quæ bona eſt ponēs differentiā inter leges & cano.
a Siue maiores. vt præſides vel proconſules.
b Minores. vt defenſores ciuitatis q & pedanei dicūtur, vt modo diximus.
c Moti negotij. alias motum negotium.
d Nouiſsima. ſcilicet.

præſumere conſiliarios abſq; adminiſtratoribus audire: ſed cum cōpetenti honeſtate, quā dudum diſpoſuimus [a], propoſitis ſacroſanctis eloquijs, ipſos adminiſtratores & audire, quæ examinata ſunt omnia, conſequēter & iudicare eos negotia, & ſuſcipere [b] appellationes, ſi quis appellauit, ſine vlla dilatione, vbi lex hoc [c] fieri permittit: & rurſus appellationis iudices [d] modis omnibus per ſe audire negotia: nullo agere aliter prǽſumente: ſed ſi quid tale fiat: ipſis quidem adminiſtratoribus viginti librarū auri formidantibus pœnam: conſiliarijs autē, qui tale aliquid agere prǽſumpſerint, ſi quidem aduocati ſunt, expellendis ab eloquentiſsimorum aduocatorū collegio. ſi verò aduocati non ſunt, ſed alij quidam: etiā cingulo (ſiquidem habent) priuandis, & decem librarū auri caſtigādis pœna. Non enim oportet eos, q Zenonis piæ memoriæ contempſerint legem, & dudum noſtrā [e] & præſentem, arbitrari, vt vnquā falſitatis [f] huius fugiant pœnas. Erit enim curæ per tempus glorioſiſsimi comitis ſacrorū noſtrorum priuatorū, huius rei habere prouidētiam, & exigere pœnā, & inferre ærario, dum tale aliquid cōmiſſum fuerit: cognoſcēte etiam ipſo, quia de ſuo, fiſco cōplere debeat, niſi huius rei habuerit cōpetētem prouidentiam.

Sed hoc quidem in adminiſtratoribus decernimus, quibus publicæ, & circa noſtras iuſsiōes occupationes [g], vt nō per ſe audiant cauſas, concedunt veniam. Alios aūt omnes, qui nullam adminiſtrationem [h] habent, cauſas autem ex iuſsionibus noſtris audiunt, aut in hac feliciſsima ciuitate, aut in alijs ſi tale aliquid egerint [i], & eos qui in officio conſiliariorum cū eis [k] audierint: adhuc vehementioribus affligimus pœnis: niſi per omnem [l] conſequentes litem, ipſi cū ſuis conſiliarijs audiant [m] cauſam. nā & dignitatum caſum eis interminamur [n], & pœnam vicenarū librarum auri: & eorū conſiliarios ex ipſa pelli ciuitate, in qua hoc egerint: inſuper etiā ipſos proprio cadere honore. Tua igit̄ eminentia, quæ viſa ſunt nobis, & per hanc diuinam declarata ſunt legē, omnibus faciat manifeſta, ſecūdum ſolēnem modum edictis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateat aliquid, quod à nobis ſancitur. in hac enim feliciſsima ciuitate glorioſiſsimus prǽfectus vrbis hoc proponet.

TITVLVS XIIII.

VT IMMOBILIA ANTENVPTIALIS

donationis [o], neque hypothecæ dentur, neq; omnino alienentur à viro, neq; conſentiente [p] vxore: niſi poſtea

---

licet definitiua.

[a] Diſpoſuimus. vt. C. de iudi. l. rem non nouam.

[b] Et ſuſcipere. alias punitur qui non ſuſcipit: vt. C. de app. l. iudicibus: & l. ſi quis prouocationem.

[c] Lex hoc. alias & lex hoc &c. nō autem permittit lex quãq; vel rōne perſonæ iudicãtis: vt. ſ. de ap. §. j. vel ratiōe rei, vt ſuper poſſeſſorio vt diximus. C. ſi de momē. poſſ. l. j. vel q2 occurrit tp̄s appellationis faciendæ. vt. ſ. de appel. §. rñ.

[d] Iudices. vel delegati. q̄bus cauſa appellationis committitur, vel ordinarij. ad hoc. ſ. de ap. §. illud. & §. orientalem. coll. iiij. Sed qd ſi ordinarius, q de appellatione cognoſcit, impeditur publicis occupationibus? Rñ. idem ꝙ in eo qui de principali cauſa cognoſcit: vt ſicut ille in eū caſum tm̄, qñ ſic impeditur, pōt audientiā cōmittere: ita & iſte vt ſtatim hic ſubijcit, & ſ. p xi. ſed aliud in delegato ēt quocūq;, vt tantū per ſe cognoſcat: vt. j. eo. §. ſed alij dicunt, ꝙ idē in iudice appellationis ꝙ in delegato. i. vt tm̄ per ſe audiat etiam ſi publicis occupationibus impediatur.

[e] Noſtram. quas duas nō habemus.

[f] Falſitatis. i. iniquitatis. ſic inſtit. quib. ex cau. ma. l. nō poſſumus. §. ſemel. nā falſitas eſt immutatio veritatis: vt. j. de ſi. inſtr. in prin. coll. vj.

[g] Occupatiōes. ſ. concedunt veniā, vt ſubijcit.

[h] Qui nullā adminiſtrationem. i. nullam ordinariā iuriſdictionē: delegatā tamē habent: vt. ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in fin. in eo ꝙ dicit trāsferri in delegatum iuriſd. vt. ff. de iuriſ. om. iud. l. more. Sed quidā dicūt delegatū nullā habere iuriſdictionē: vt. ff. de re iud. l. ait prætor. ſed certe verbum notionis quod ibi ponitur, pro arbitrio adijcitur. Item eſt pro eis. ff. de offi. eius cui man. eſt iur. l. j. §. ſi. in eo quod dicit, proprium nihil habet. ſed dic, ſcilicet ordinariū. vel dic ꝙ nō habet proprium propter hoc, quia cito poteſt reuocari: vt. C. commu. de lega. l. ſi. §. j. & ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur.

[i] Egerint. i. non audierint cum reſeruauerit ſibi ſententiam.

[k] Cum eis. ſ. adminiſtratoribus.

[l] Per omnem. i. per totam litem.

[m] Audiant cauſam. ſ. a principio vſq; ad finē. & ita delegatus a principe non delegat, vt hic. Sed contra. C. de iudic. l. a iudice. Solu. hic exaudit Io. ſi velit ſibi definctionē retinere. nam hic per ſe tantum audire debet negotiū: licet ſecus ſit in ordinario: vt ſ. dictum eſt. ſi vero totū vellet alij cōmittere, poſſet: vt ibi. nā & hic & ibi delegatis a principe loquitur. alius enim nullo modo delegat: vt ibi, & ff. de offi. procō. l. legatus. vel ſic, ibi loquitur de iudice ordinario delegato, hic vero de eo delegato, qui non erat ordinarius: & hoc poteſt dici per verba illa, quæ hic ſunt. ſ. alios autem omnes &c. vel hęc corrigit illā ſecundum Irn. vel aliter hic nō prohibetur delegato delegare prorſus: ſed nō poſt ſe litem conteſta. tantum audire, ſed rurſus in medio ſemel, in fine omnia. & hæc eſt eadem cum prima ſolutione, quæ eſt ipſa veritas. Accur.

[n] Interminamur. id eſt, interdicēdo minamur.

VT IMMOBILIA antenuptialis &c.

[o] Donationis. Hæc prima pars expeditur. j. e. vſq; ad. §. & multo.

[p] Neq̃ conſentiente. nedum ea inuita. Al.

Hæc

ſatisfieri poſsit vxori, hæc verò [a] etiam in dote valere.

Donatio propter nuptias in immobilibus conſiſtens, etiã muliere conſentiente non alienatur nec obligatur, niſi elapſo biennio mulier ſuum conſenſum confirmet: nec tunc ſibi nocet, ſi vir aliud in bonis non habet ex quo mulieri ſatisfieri poſſit. contrahenti tamẽ cum vno ius ſaluum eſt contra eum ad reliqua ſua bona. Item dos alienari poteſt: & omnia priuilegia doti data, ſunt firma. Angel.

Idem Impera. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſ. Orientalium prætorium præfecto, iterum exconſule & patricio.

CAuſam miſerandam [b] fieri cognoſcentes, corã nobiſipſis negotio moto: illud quidẽ correximus competenti modo [c]: lege autẽ generali † emendamus huiuſmodi negotia (hoc quod moris eſt [d] noſtri) & ſancimus. Si quis conſcripſerit antenuptialem, aut propter nuptias donationem (ſic enim eam oportere magis vocari decreuimus [e]) ſiue ipſe pro ſe hoc faciẽs, ſiue etiam altero ſcribẽte [f], aut patre, aut matre, aut cognatis, aut extraneis fortè. Si qs igitur [g] tale aliquid fecerit, & ſcripſerit donationem, in qua etiã aliquid immobilium eſt: interdicimus ei [h], aut decætero ſupponere [i] rem conſcriptam in antenuptiali donatione, aut alienare omnino. Quod enim ſemel vinculis ſpõſalitiæ [k] largitatis obligatũ [l] eſt, non erit conueniens alienari: vt mulier forſan in lucro, quod ei cõfert ante nuptialis donatio [m], difficultatem patiatur, non inueniẽs rem in viri ſubſtantia, cum ſit alienata alijs, aut ſuppoſita, vt potẽtibus [n] fortè perſonis: quatenus illi [o] propter huiuſmodi cauſas, aut ſit omnibus modis inhabilis vẽdicatio, aut difficilis: & litibus egeat, dum ex hocipſo [p] ſit adiuuanda. Quapropter hoc obſeruetur [q]: & qui poſthac [r] cõtraxerit, ſciat qa ſiue emptionem, ſiue hypothecã habeat, nihil horum vtilitatis habebit [s] omnino, ſed ęqualia erũt non ſcriptis [t] nec dictis, quę ſup hoc ſcripta ſunt, aut conuenerũt: vt ſeruetur vxori lucrum. Non enim videntur nobis † immoderatè [v] feciſſe quidam noſtrorum iudicũ, qui etiã ipſam in rem [x] actionem mulieribus † poſt matrimonij tranſactionẽ in ſponſalitia largitate dederunt. quod rectè inchoatum, deinde à poſteris iudicibus quaſi pro ſuperuacanea quadã ſubtilitate contemptum eſt: † & non quaslibet vias & artificioſas inueniant [y], ſumentes hypothecas, præparando mulieres conſentire, & ita ꝓprio cadere iure. Cõſenſus enim in talibus aut in hypothecã, aut in venditionem, aut in aliam alienationẽ conſcriptus, percipienti omnino nõ proderit †, ſi ſemel cõſenſus fiat: ſed ſicut in interceſſionibus ſcripſimus [z], vt oporteat biẽnij tẽpore exiſtente, & rurſus aliã profeſsionem ſcribi confirmantem conſenſum: & tunc ratũ eſſe, quod factũ eſt: ſic & in hoc fiat. Et ſi cõſentiat [a] mulier ſecũdum ſpeciẽ in interceſſionibus: ſit omnino indemnis [b], niſi etiã ſecũdum (ſicuti prædiximus) celebrauerit cõſenſum [c]. plura nãq; ex primo mox auditu [d] delinquuntur [e]: muliere quippe mariti ſeductionibus facilè decepta [f], & propria negligẽte iura. cùm verò in plurimo tẽpore cogitauerit,

a Hæc vero. hæc ſecunda pars dicitur. j. eo. vſq; ad. §. & multo. Accur.

b CAuſam miſerandam. id eſt, miſericordia dignam.

c Competẽti modo. id eſt, per ſentẽtiam definitiuam.

d Moris eſt. vt. ſ. titu. j. in prin. &. j. de fide inſtrumẽ. §. quia igitur.

e Decreuimus. vt. C. de don. ante nupt. l. fin. & facit inſti. de dona. §. eſt & aliud.

f Scribẽte. ſ. prędictã donationem propter nupt. & facientem eam.

g Si quis igitur. repetit vt procedat vltra.

h Interdicimus ei. ſ. marito ſcribẽti talẽ donationẽ.

i Supponere. i. obligare pignori.

k Sponſalitiæ. i. dona. propter nuptias. impropriè enim ponitur: vt. j. vt ſpon. lar. j. rñ.

l Obligatum. eo quod facta eſt in dominio mulieris.

m Donatio. per pactum de lucrando. Accur.

n Potẽtibus perſonis. qbus pares eſſe nõ poſſumus: vt. ff. de ali. iu. l. iij.

o Quatenus illi. ſcilicet mulieri.

p Dum ex hoc ipſo. i. iure communi: vt ex illo edicto de ali. iu. mut. cau. fact. ff. de ali. iu. l. j. & .ij.

q Obſeruetur. ſ. quod in. l. iſta continetur.

r Poſthac. id eſt, poſt hanc legem.

s Habebit. in re mobili antenuptialis donat.

t Nõ ſcriptis. datiui caſus eſt. & facit. ſ. cõſtit. quæ ex adſcrip. §. fin. in ſi.

v Immoderatè. ſed moderatè. Ac.

x In rem. ſ. ſoluto matrimonio, vt ſubijcit. & etiã cõſtãte eo, ſi maritus vergat ad inopiã: vt. j. de æqual. do. §. illud. & facit. ſ. vt decæte. commutationes. §. j. & . ſ. de non alie. §. ſi qs igitur emere.

y Inueniant. ſcilicet creditores.

z Scripſimus. vt C. ad Velleia. l. ſi mulier.

a Et ſi conſentias. ſ. ſemel tantũ.

b Indemnis. ſcilicet mulier.

c Conſenſum. ſcilicet ſecundum. Et ſic no. duplicẽ conſenſum interdum plus operari quam vnũ: vt hic, & C. de non nu. pecu. l. in contractibus. §. j. & C. ad Velle. l. ſi mulier. in ſi. alias cõtra: vt. ff. de ver. obli. l. qui bis. ſed quod hic dicit de duplici mulieris cõſenſu circa fideiuſſionem pręiudicare, videtur correctum: vt. j. vt nulli iu. §. & illud vero præuidimus. colla. ix. vel dic, vt ibi diximus.

d Auditu. id eſt, conſenſu.

e Delinquũtur. id eſt, fiunt in præiudicium eius. Ac.

f Decepta. ſcilicet ſemel.

Aliæ

Cõcor. Clement. vnica, de immu eccle cũ ſi.

Haloã. alienum a bonis moribus feciſſe.

Haloã. ſoluto matrimonio.

Haloã. neque qui per fraudẽ & exquiſitis artibus capiũt, vias aliquas inueniunto dando operam vt mulieres cõſentiãt, & ita ſuis excidãt iuribus.

Cõcor. gloſ. ſuper ver. alienat in me. in cap. ex parte. extra, de cõſue. vbi dicit, qđ nõ valet alienatio fundi dotalis etiam muliere conſentiente.

a Aliæ res. In hoc ſolo addit hoc authent. legi codicis, ad Velleia. l. ſi mulier. ſecũdum Io. ꝙ ſic intelligo: in hoc ſolo eſt plus in cõſenſu circa antenuptialem donationem, quam circa fideiuſsionem eius.
b Rationem. vt non præiudicet ſibi. Accurſius.
c Lucrũ ſub cautela. ſic. ſ. de nu. §. & ita cir. taliũ &c.
d Secundum has ſatiſdationes. i. ſecundum has cautelas, quas dedimus mulieribus vt poſſint vendicare res ſupradictas.
e In dote. ſ. inæſtimata: qui fundus dotalis dicitur vt. C. de rei vxor. act. §. et cũ lex. ſecũdũ Az. alias ſecundum Mar. et ſecundum Alb. ꝙ puto verũ. Pla. vero generaliter in quolibet ꝓ nobis eſt. C. de iu. do. l. quoties. hic eſt pro nobis ꝙ hic ſubijcit, iã enim &c. vbi expreſſe dicit de dicta. l. C. de rei vxo. act.
f Valebunt. ſ. quę in prohibenda alienatione dixit, non autem de permittẽda. nam licet milies mulier conſentiat: non tamen præiudicat ſibi ſecũdum Io. vt inſt. qui. alienare lic. in prin. Alij contra. Sed Io. vt dixi aliud in dote, quã in do. propter nu. dicit: & aliud in remittenda hypotheca a muliere in rebus mariti. C. ad Velleia. l. iubemus. Item & alia eſt ratio quare ſit aliud: quia omnia priuilegia dotis debent eſſe ſalua: vt. j. ꝓx. niſi erat res mobilis in dote, in qua prædicta forte poſſent ſaluari ſecundum Io.
g Sancita ſunt. vt C. de rei vxor. act. §. & cum lex lat.
h Volumus. ſc. ſ.

pro negotio, fiet forſan cautior. Verũtamẽ neq; hoc ſimpliciter damus: ſed tunc mulierem ex ſecundo conſenſu damno ſubmittimus, dũ ſunt aliæ res[a], ex quibus poſsibile eſt ei ſatisfieri ꝓ re, vel rebus immobilibus, quæ in antenuptiali donatione continentur, & quæ ab alio detinentur propter alienationis aut ſuppoſitiõis modũ. alioqui ſi nihil aliud ſuperſit: neq; ſic læſionẽ ſuſtinere mulierem permittimus: ſed licet ſecundò vel frequenter cõſentiat, cauſa ad interceſsionis feratur rationem[b], & ſit omnino ei lucrũ ſub cautela[c] poſitum: niſi apparuerit relictum aliud ſufficiens ad antenuptialis largitatis quãtitatẽ. Et hæc dicimus nõ ſolũ parcentes mulieribus; ſed multò potius viris talia facientibus. ſi quidẽ & multis et penè pluribus caſibus cõmunibus filijs antenuptias donationis ſeruantes: & rurſus hæ remanent apud ſubſtantiã viri, eiuſq; ſucceſsiõem ex hac obſeruatione: ideoq; vtilis eſt lex vxori et marito ſecundũ has ſatiſdationes[d]. Et multò potius hæc in dote[e] valebunt[f]: ſi quid dotis, aut alienetur, aut ſupponatur. iã enim hęc ſufficienter delimata atq; ſancita ſunt[g]. Sed neque ipſos contrahẽtes omnino neglexìmus. nam etiam ſuper his obligationẽ quãtum ad mulieres neq; dictam, neq; ſcriptam eſſe volumus[h]: & ipſos viros in alijs earum rebus obligari volumus occaſione alienatiõis aut hypothecę: mulieribus quidem ſeruãtes in ipſis immobilibus rebus ſponſalitiæ largitatis ius innouatum: viris[i] autẽ competens ius ex documentis, quantũ in alijs rebus ſuis[k]: omnibus priuilegijs iam doti datis[l] à nobis, in ſua firmitate manentibus, quãdo mulier mouerit[m]. alijs enim omnibus pręter mulierem, huiuſmodi priuilegia nec ex antiquo dedimus, neque nunc damus. Tua igitur eminentia quę placuerunt nobis, et per hãc ſacram declarata ſunt legem, omnibus faciat manifeſta, ſecundum ſolennem modũ edictis præceptis per prouincias vtens: vt nullam gentium lateat, quæ à nobis ſancita ſunt. in hac enim feliciſsima ciuitate glorioſiſsimus præfectus vrbis hæc proponet.

de non alienã. §. ſi quis igitur emere. & §. ſeq.
i Viris. i. contrahentibus cũ viris.
k Suis. ſ. viris. & vt omnis abſurditas repellatur, non vt modo primum ſint obligati, viri conueniuntur, ſed vt a principio obligati nunc modo incipiunt poſſe cõueniri. nam et actio pigñ ſo. debito inſtatur: licet et primo nata fuerit, ſecundũ Pla. vt. ff. de fideiuſ. l. ſi quis pro eo. §. ſi nũmos. Ac.
l Doti datis. vt C. qui po. in pign. ha. l. aſsiduis. & inſti. de act. §. fuerat. &. C. de rei vxor. act. et facit ad hũc §. ff. de pri. cre. l. dabimus. &. j. vt fratrum fil. §. ij. &. j. neque virum ꝙ ex dote. §. fina. &. j. vt exact. inſtã. do. §. j.
m Mouerit. ſcilicet actionem.

VT

TITVLVS XV.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE MARITIMI ASPECTVS.

Nulli licet ædificare in hac regia ciuitate vltra terminos à iure permiſſos: ſi principaliter noceat. Barto.

Imperator Iuſtinianus A. Longino huius almæ vrbis præfecto.

Cauſam, quæ doloſè fit in hac regia ciuitate circa domuum ædificia, cohibere & emendare iuſtum credimus. Quia enim certis mẽſuris diſtare domos abinuicem, Zenonis piæ memoriæ conſtitutio dicit: nos etiam aliquid tale ſancimus. Sequitur autem, in hac regia vrbe non poſſe aliquid vltra centum pedes prohibere maris aſpectum, rem gratiſsimam. oportebat quidem forſan & exampliari menſura aſpectus eius partem, & non eos prohibere. Sed tamen hoc inopinabili quadam machinãtur arte. Quidam enim centum pedum relinquentes menſuram, aut etiam parum aliquid addentes, deinde ædificant: nihil aliud habentes, ſed tanquã aliquod velum tetenderint: et cũ abſtulerint maris aſpectum per omnem poteſtatem, & non re-

minans præſente eo, qui conuentionem ſuſcepit, condemnet etiam eum, in quo obnoxius[a] apparuerit: & inſuper illum[b] poſt huiuſmodi admonitionem mittere[c] in prouinciam nõ volentem[d], ſi tamen omnino obnoxius apparuerit. et ſi quidem locuples[e] ſit: ipſe[f] exigat, quę decreta ſunt. ſi verò minus ſit qđ habet, vt nõ ſufficiat in iſta condemnatione: tunc et de abſentis[g] rebus compleatur victori damnum huiuſmodi. Si verò neq; ipſe apparuerit, qui dominum litis præſentare iuſſus eſt, aut qui pro eo legitimè cogatur[h]: tunc vocetur quidem legitima voce[i]: non autem obediens condemnetur et abſens[k] † ſecundũ ſchema, quod appellatur eremodiciũ[l], id eſt deſertæ cauſæ. nã qui per contumaciam deſerit, in nullo minor[m] præſente putabitur. Si verò ille quidẽ forſan aduenerit, aut miſerit quẽpiã, accuſator[n] autem deſit: tũc & abſoluere[o] eũ, & dãna[p] eius mederi[q] calumniatorem cogat. ſic erũt tẽperatiores[r]: ſic peccare ceſſabũt ſic nõ putabunt[s] potentiam[t] diuitiarũ iuſtitiæ præualere[v]. Nec latet nos, quia forſan nec ſufficiat[x] hoc ad perfectiſſimam cauſæ medelã: cum iudicantes potẽtioribus magis, quàm iuſtitiã volẽtibus & ad prouincias venientibus præſtent[y]. Sed tamẽ nouimus plu-

† Haloã eadem forma, q̃ etiã in eremodicijs & cũ vadimoniũ deſeritur, obſeruari ſolet.

ſuam iudicio pœnali: vt ſi quis ius di. non obtemp. l. j. ſ. j. reſpon. ſed hoc per ſuum delegantem fiet: vt in. d. §. ſi vero quidam.

a Obnoxius. ſ. nomine abſentis quem defendit, ſecundum Azo. Vel dic ſuo nomine condemnatur, ſiue ſecundum primam poſitionem caſus, ſiue ſecundum aliã ſ. ſecundam poſitionem vel tertiam vt. ff. de procura. l. Plautius. & ff. de re iu. l. ſi ſe. in prin. Item multo magis ſecũdum quartum modũ ponendi caſum: vt in prin. huius. § diximus. præterea & ſtatim dicit ipſum abſentem damnari. quomodo ergo bis cõdẽnaretur, ſemel per alium, & ſemel per ſe? certe abſurdum videtur.

b Illum. ſcilicet abſentem.

c Mittere. ſ. aliquem ad defenſionem ſui.

d Non volentẽ. ſ. condemnet: et repete quaſi conteſtata lite contra eum. per hæc enim quæ facta fuerãt in perſona præſentis, & miſſiõe pro abſente, & donatione dilationis ad ſui aduentum: hæc omnia quaſi quandam conteſtationem contra abſentẽ facere videntur: vt hic, & C. vbi in rem act. l. ij. vnde non obſt. q̇ dicitur ante lit. conteſt. non poſſe dari diffinitiuam ſententiam: vt C. de temp. ap. l. fi. §. illud. quia eſt hic quaſi conteſt. vt dictum contra abſentem: contra præſentem vero vere eſt conteſta. quidam tamen dixerunt hanc ſententiam quæ contra abſentem datur, eſſe interlocutoriam de miſſione in poſſeſſionem pro menſura declarati debiti: vt & in alio caſu quem ſtatim ſubijcit.

e Locuples. ſ. procurator.

f Ipſe. ſ. inquilinus: vel qui præſens eſt.

g Et de abſentis. ſi obnoxius apparuerit: vt. ſ. proxi. vel quia mandauit procuratorẽ, vel ratum habuit: vt. ff. q̇ vi aut clam. l. denique. §. pe. Et nota q̇ duo videntur neceſſaria eſſe, vt abſens exigatur: et quod obnoxius appareat, & q̇ conuentus ſoluendo non ſit.

Pater poteſt legitime cogi pro filio.

h Legitime cogatur. vt pater ſuus ſi erat filiusfa. ille qui volebat repræſentare abſentẽ. Nam pater legitime poteſt cogi pro filio: vt. C. de bo. ma. l. j. & inſtitu. per quas perſo. no. acqui. § j. Itẽ & aliæ ſunt perſonæ quæ pro alijs cõpelluntur: quas no. inſtitu. de cura. in fi. ſed de fideiuſſore, qui ſatiſdederat de iudicio ſiſti ſecũdum ſecundam caſus poſitionem, vel iudicatũ ſolui ſecundum tertiam: hoc ſpecialiter dicit: qui ſine ſatiſdatiõe admitti non debuit, cum ſit cautio prætoria: vt. ff. de præto. ſtip. l. j. in prin. & l. prætoriæ ſatiſdationes.

i Legitima voce. ſ. præconis, vel nuntij miſſi ad domum: vt. j. de lit. §. omnem. col. vij. Ac.

k Et abſens. ſ. procurator vel ſimilis. ac ſi diceret, nõ ſolum condẽnabitur ſi præſens eſt: vt proxi. §. ſed etiã abſens: vt hic dicitur. vel dic etiã abſens. q. d. non ſolũ hic procurator vel ſimilis, qui primo fuerit præſens: ſed etiam ille qui ſemper fuit abſens: vt. ſ. proxi. §. habuimus. Sed qualiter hæc ſententia erit lata contra vtrunque abſentem? Rñ. quidam vt Al. & alij, q̇ ſit interlocutoria. & hoc ſecundũ ſchema. i. ordinẽ negotij, vt li. non conteſt. vt hic erat, fiat miſſio in poſ. bo. abſentis vtriuſq; ſecũdũ menſurã declarati debiti: vt. ſ. de exhi. §. ſi vero quidã. col. v. lite autẽ conteſtata, & hoc cognito, de cauſa detur definitiua etiam cõtra abſentem: ſed cauſa non facta liquida idẽ q̇ in primo caſu: vt C. de iud. l. properandũ. §. ſi quidẽ. et §. ſin autẽ. Sed certe hic poteſt dici ſemper conteſtata vel quaſi. vñ ſemper datur definitiua, dummodo liqueat: vt diximus ſ. prox. §. neq; hoc ſolo caſu iure nouo datur definitiua. licet non fuerit vere ab eo lis conte. imo & alio, puta abſente actore: vt. j. de liti. §. omnem. col. viij. licet iure veteri nõ daretur definitiua: niſi vere ſit lis conteſtata: vt. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud.

Eremodicium quid ſit.

l Eremodicium. q. d. ſecundum ordinem qui ſeruatur, quando cauſa deſeruit: quem ordinem modo proxi. diximus. & hoc eremodiciũ aliter iure veteri, aliter iure nouo ſeruatur. nã veteri actore abſente non contrahebatur eremodicium, ſed cancellabatur eius proceſſus: vt. ff. de iudic. l. & poſt edictum. ſed hodie tam reo, quam actore abſente cõceditur, vt poſſit procedi in lite ad ſententiam: vt. C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem. & j. de liti. §. omnem. Ac.

m In nullo minor. imo eſt in aliquo in deteriori conditione: quia appellare non poteſt tã iure veteri quam nouo & etiam nouiſſimo: vt. ff de iud. l. poſt edictum. § fi. et. C. de iud. l. properandum. §. cum autem. & j. de iudi. §. audiat. in fi. §. & facit. j. de teſti. §. & hoc in fi. §. & C. quorum app. non re. l. j. & ff. de noxa. l. quoties. § in poteſtate. vt. ff. de iudic. l. de vnoquoque. § j.

n Accuſator. large ponitur etiam pro actore.

o Et abſoluere. ſ. ab inſtantia iudicij vel edicti: ſecundũ Al. vt. ff. de iu. l. & poſt. Sed certe imo etiã definitiue: licet nõ ſtatim: vt. j. de liti. §. ſi vero initiũ litis. Ac.

p Et damna. facit. ff. de iudic. l. eum qui. & ſupra, de exhib. §. ſi vero quidam. in fin. §. & C. qui accuſ. non poſ. l. qui crimen. Accurſius.

q Mederi. i. emendare. Ac.

r Temperatiores. ſ. homines.

s Putabunt. alias putabunt, & alias putabitur.

t Potentiam. alias potentiam: & alias potentia.

v Præualere. fa. ſ. vt non ſi. pig. in princi. col. v. & ſ. co. §. j. in fi. Ac.

x Sufficiat. hoc quod diximus, ſcilicet hac conſtitutione. Accurſius.

y Præſtent. no. mirabile verbum. ſic. ſ. de exhib. §. ſancimus. & §. ſuſcepto.

rima iniuſtitiarum curata ab hac legiſlatiõe. magis autem quãtũ ad nos eſt, totum erit ſanatum. Nanq; non aliter tradimus cingula, niſi prius iuſiurandũ ſubierint hęc accipientes, iuſtè oĩbus iudicare, & puras ſeruare [a] manus. Non puto [b] poſt pręſentẽ legẽ altero quolibet egebimus augmẽto, ſi illi quidem iuſtè iudicent ad legẽ ſimul & iuſiurandum reſpicientes. Arripiat [c] autẽ nullus prouincialibus cingulis violẽtos, nullo vtens priuilegio, aut poteſtate aut forma: niſi fortè [d] ſacra noſtra pragmatica forma occaſione publicę cauſæ [e] procedẽs, exhibitum hic quẽpiam inferri præcipiat [f]: aut ex lege hoc faciat, quale eſt [g] ſuper appellationibus: licet etiã hoc ex multa pte curauimus, plurimos [h] maiorũ iudicũ in ꝓuincijs appellationũ conſtituẽtes, vt apud illos magis appellatio, quãdo nõ de maximo [i] negotio fuerit quæſtio, quam in hac examinetur maxima ciuitate. Hãc dicẽs iuſtitię legẽ, adhuc potius faciemus eã iuſtiorem, ſi nulli permittamus habere cõtra eã quęda priuilegia [k], neque excipi ab hac lege quolibet priuilegio [l]: nec ſi cuilibet ſanctarum eccleſiarum largitum ſit, aut alicui venerabilium xenodochiorũ, aut alijs venerabilibus domibus aut alij cuilibet ipſarum domuũ imperialium [m], aut ſacro patrimonio [n], aut ſacris priuatis [o]: quæ meritò poſt ſupernum [p] honorem ſecundo loco ſunt poſita: nec ſi aliquibus iudicibus, aut in potentatu poſitis, aut omnino ſub nos conſtitutis hominibus: ſed obediãt omnes legi [q], & ſuccumbentes iuſtitię ſanctioni, honorent eã, & per omnia habeãt ſortẽ [r]: nõ ſolũ in ſemetipſos reſpiciẽtes, ſed etiã ĩ futuras ſucceſsiões [s]: et ſciẽtes, quia nihil penè in ſemetipſo manet, ſed currit † natura ſemp multas euoluẽs mutationes [t], quas neq; præuidere facile eſt, neq; prædicere: ſolummodo Deo, & imperatore ſequente Deum, hæc gubernare mediocriter & mãſuetè valẽte. Si verò quiſquam vtatur aliquibus ſacris formis, ſiue pragmaticis, ſiue alijs de tali quodãmodo ſibi largitis: erũt omnino infirmæ [v]: iudicibus maximam ſoluentibus pœnam [x], ſi omnino ſuſceperint: & nõ hoc qđ fit, ſolũmodo meditabunt, ſed quod etiã faciendum eſt. etenim ſi poſthac tale

† Cõcor. in ꝓœ. li. vj. ibi & quia humana natura nouas &c.

Pragmatica quomodo fiat

a Et puras ſeruare. ſ. ab omni donatione: vt. ſ. iuſiuran. q̄ præ. &. ſ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. hoc autem. col. ij. & facit. C. de iura. calum. l. ij §. pe.
b Puto. quod non egebimus. Ac.
c Arripiat. ſic conſtrue: nullus arripiat. i. protegat violentos. i. raptores: prouincialibus cingulis. i. a dignitate præſidis prouinciæ in qua deliquit, ne ſæuiat & cognoſcat in eos. & facit. C. de ap. l. addictos. &. C. de decur. l. curiales, qui honorariam.
d Niſi forte. hoc non refertur ad ꝓximũ dictũ, ſed ad aliũ. q. d. dixi cauſam nõ eſſe trahendam ad aliã ꝓuinciam: vt. ſ. e. §. hæc cõſiderantes. excipe niſi & cætera.
e Publicæ cauſæ. nã pro priuata cauſa ſua nõ vocat aliquem Imperator: vt. C. de decu. l. curiales omnium.
f Præcipiat. nam forte facit hoc Imperator, vt ipſemet de cauſa cognoſcat q̄ cũ conſilio procerũ ſit: vt hic dicitur. eo q̄ dicit pragmatica & c. q̄ pragmatica fit tantum conſilio procerum vt. C. de leg. & cõſti. l. ij. idem ſi alia cauſa reipubl. eum vocauit, vt hic dicitur: nam interim in cauſa ſua habet dilationem: vel ex. l. vt ſubijcit circa appel. vt quia habet cauſam appellationis Romæ. habet enim priuilegium ex lege ſcripta, ne interim conueniatur. idem etiã in legatione vel cauſa teſtimonij ferendi: & idẽ in omnibus, quę ex lege ſcripta habent priuilegiũ, ſiue milites, ſiue clariſsimi. nec enim ea priuilegia caſſantur: vt. ff. de iu. l. ij. §. legatis. & §. omnes. & diximus plene. ſ. e. §. ſi igitur.
g Quale eſt. ſi hoc eſt exemplũ, ergo idem eſt in alijs qui habent ex lege priuilegiũ: vt diximus. ſ. e. §. ſi igit.
h Plurimos. ſ. cognitores. Al. vt. C. de appel. l. in offerendis. & ſupra, de appel. §. illud. & §. ſimili modo. & §. orientalem. & §. ſi.
i Maximo. vt. x. lib. auri vt in proxi. dictis legibus continetur.
k Quædam priuilegia. ſ. indulta vel indulgentia: quæ tamen iuris corpore non cõtinentur, & nõ hic ſubſequenter nominari perſonas: quia plus ſolet timeri &c. vt dicit canon in decre. di. xxiij. c. quanquam. Item ea quæ generaliter dicuntur. niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. nec enim priuilegia ſcripta per legem, caſſantur per hãc conſtitutionem. Sed tamen quidam dixerunt contra, tũ per ſupradicta, tum per ea quę hic dicũtur, ſic generaliter corrigi dictam legẽ de iudi. l. ij. ſed falſum eſt, quia ſolũ vult hic nominare perſonas: & in hoc dicit plus hic, vt dictum eſt.
l Quolibet priuilegio. i. quolibet per priuilegium aliquod.
m Imperialium. hoc ſubditur ſtatim.
n Sacro patrimonio. i. rebus imperialibus.
o Sacris priuatis. id eſt, rebus priuatis principis: nam habet bona duplicis generis: vt dicitur hic, &. C. de qua. præſcript. l. bene a Zenone. in principio.
p Poſt ſupernum. i. dicere, quæ priuatæ ſunt: merito ſunt poſt imperiales ſtatim, quæ imperiales ſunt a ſuperno deo collatę.
q Legi. ſ. huic.
r Sortem. i. fortunam. alias partem. Albe.
s Succeſsiones. vt ſupra, eod. §. ſi.
t Mutationes. facit. C. de vetere. iure enu. l. ij. §. ſed quia. &. ſ. de non alie. §. vt autem. & j. tit. j. in ſi. j. reſpõ.
v Infirmæ. facit. C. ſi contra ius vel vti. pub. l. ſi. &. ſ. de non alien. §. quia veriſimile. & C. quando impe. inter pupil. & vi. l. j. j. reſp. & C. de peti. bo. ſub. l. j. in ſi. j. reſpon. lib. x. Sed quid ſi dicat princeps in concedendo tali priuilegio: concedo non obſtante hac conſti. vt omnes obe. iudi. &c. Reſpon. valet: vt arg. ff. de leg. ij. l. ſi quis. in princi. teſtamenti. & ff. de legi. & ſenatuſcon. l. princeps.
x Pœnam. de qua ſtatim dicet.

Eris

aliquid impetretur ab aliquibus noſtrorũ ſubiectorum, aut ab alio quolibet, quibus prius interdiximus, inter quos cõplectimur (ſicut dictum eſt) eccleſias, & venerabilia monaſteria, & ſacras noſtras domos, & ſacra priuata, & ſacrum patrimonium: neque hoc omnino valebit. Erit autẽ hæc lex [a] vbique ſuã iuſtè extendens virtutem: & ſimul quidem futura cautè conſtituens, ſimul autem quod præterijt, curans. Scitote igitur omnes ſubiecti, quos Deus noſtris progenitoribus & nobis donauit, quoniam hanc vobis damus legiſlationem, omnẽ vobis cautelam cõferentes. & neque itinere fatigabimini longiore, neque aduerſus maximos lachrymabitis: neq; nos culpabitis, tanquam hæc non corrigentes: ſed vnuſquiſque de ꝓximo reſpiciẽs pœnã eorum, in quibus fortè damnificatur, atq; læditur: & hanc curã videns, magnum & bonũ laudabit Deum, qui hęc nos ſancire bene et iuſtè illuminauit. Sit ergo pœna talia committẽtibus, aut ſuſcipientibus iudicibus, & cinguli caſus [b], et decem librarum auri dãnum. Glorioſiſsimi igitur præfecti noſtrorũ ſacrorum prætoriorũ, qui per omnem ſubiectã terram cõſiſtunt, legem hãc cognoſcentes proponãt, & per diœceſes ſub ſe cõſtitutas, & in omni Italia & Libya, & inſulis, & Oriente, & quodcunque in Illyrico [c] eſt: vt ſciant omnes, quomodo eorũ curã habemus, Deo qui tanta nobis cõtulit, offerentes legem: qui magnam nobis pro eis recõpenſationem [d] dabit, dũ talia pro cauſa ſubiectorũ ſalutis ſanciuerimus. proponatur Cõſtantinolitanis ciuibus noſtris.

TITVLVS I.

† QVIBVS MODIS NATURALES FILIJ EFFICIÃTUR LEGITIMI [e] & ſui, ſupra [f] illos modos, qui in ſuperioribus cõſtitutionibus [g] continentur.

Confectis inſtrumentis dotalibus, filij naturales ex muliere libera nati, efficiuntur legitimi & ſui, etiam ſi poſt confectionem nulli legitimi patri naſcantur: vel naſcantur, ſed moriantur. Angel.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſ. Orientalium prætoriũ præfecto, excõſule ordinario et patricio.

COLLATIO SEXTA.

REcte † dictum eſt à prædeceſſoribus noſtris, & ante omnes à Iuliano [h] ſapientiſſimo, quia nulla lex, neq; ſenatuſconſultum prolatum in republica Romanorũ, videtur ad omnia ſufficienter ab initio promulgatũ: ſed multa indigere correctione, vt ad naturę varietatem [i], & eius machinationes ſufficiat [k]. Igitur de ijs, qui ex naturalibus ad ſuorũ ius ꝑueniãt, & multas et varias conſcripſimus leges [l]. Ex his [m] aũt, quæ à natura rerum per ſingula moliũtur [n], inuenientes aliquid deeſſe ijs, q̃ iam ſtatuta ſunt: hoc in præſenti corrigimus [o]. Sancitum [p] nãque eſt, vt ſi qꝰ habẽs mulierẽ puro ſibi affectu cõſternatam [q], deinde filios procreauerit, & poſtea etiã nuptialia fecerit inſtrumenta [r], & legitimos ex ea procreauerit filios [s]: neq; ij, q prius nati ſunt, maneant naturales: ſed & illi connumerẽtur ſuis [t], eo [v] quod occaſio omnino eis ſunt, naſci legitimis [x]. Sed habuit etiam iſta lex [y] correctionem. nam quia ſecundi & poſt dotem nati, mortui ſunt: ideo volebãt qdã [z] nequaquã priores à nõ exiſtẽtibus adiuuari. & hoc emẽdauimus [a],

Verbũ generale cũa complectitur.

a Erit autẽ hæc lex. ergo & in Italia: licet. j. eo. §. cõſiderandum. &. §. ſi igitur. faciat tamẽ mentionẽ de ꝓuincia. Accur.
b Cinguli caſus. ſic. j. ſeniores &c. §. fin.
c In Illyrico: id eſt Sclauonia.
d Recõpenſatio nẽ. i. meritũ vel retributionem.

QVIBVS mo. &c.

e Legitimi. Hic debet eſſe, legitimi efficiũtur: ſed in alia conſti. j. quibus mo. natu. effi. eſt in litera ſui. & quæ ſit differẽtia inter hãc tit. & illũ: dic vt in titulo ibi diximus.
f Supra. i. præter.
g Conſtitutionibus poſitis in: C. de natu. lib. l. cum quis. & duabus ſe. legibus.
h R. ſc. A Iuliano. vt. ff. de ie. & ſenatuſconſul. l. nãq; leges. & l. nõ poſſunt. quæ ambę ſunt Iuliani.
i Naturæ varietatem. Natura enĩ ꝓperat nouas edere formas: vt. C. de vete. iur. enucl. l. ij. §. ſed quia. & multis vtitur nouitatibus: vt. j. de conſangui. & vteri. fratr. in princ. col. vj.
k Sufficiat. ſcilicet correctum.
l Leges. vt. C. de natu. lib. l. cũ quis. & l. nuper. & l. fi. et. ſ. de inceſt. nupt. §. dubitatũ. et ſupra, de trien. & ſemiſ. §. fi. col. iij.
m Ex his. ſcilicet quæſtionibus.
n Moliuntur. Loco paſsiui. & dic, id eſt, inducuntur.
o Corrigimus. id eſt, adijcimus & interpretamur. Azo.
p Sancitum. vt. &. de natu. lib. l. cũ quis.
q Conſternatam. alias copulatã. Ac.
r Inſtrumenta. i. matrimonium. cũ ea ſecu interuenientibus inſtrumentis in quibus dos, & matrimonium conſcribitur: quod eſt neceſſe ad taliũ filiorum legitimationem, qui prius nati ſunt: vt inſtit. de nup. §. fi.
s Filios. ſ. poſtea.
t Suis. id eſt, legitimis.
v Eo. id eſt, ideo.
x Naſci legitimis. id eſt vt legitimi naſcãtur. Azo.
y Iſta lex ſcilicet ſupra nominata, cũ quis.
z Quidam. ſ. ſapientes. Accur.
a Emendauimus. ſcilicet per aliam l. in eo. tit. de naturalibus liber. l. nuper.

Eis.

† Haloã. De libertis quomodo eos oporteat vel legitimos, vel naturales intelligi: & de indotatis nuptijs.

† Hæc q ibi dicuntur, recitãtur in pro. lib. vj. decret. licet non ꝑ eadẽ verba, ſed variatis.

& dedimus eis [a] etiā ſic, vel ſi mortui ſunt ij, qui ſecūdi fuerunt fratres, habere iura legitima. Illud quoq; adijcientes [b] (quoniam & hoc dubitatum eſt) vt vel ſi qui filij [c] poſt dotalia nō naſcantur, attamē præcedētes licet ante dotalia nati ſunt, inter ſuos [d] adſcribi [e], patre qppe ad hoc † feſtinante.

Si mater filiorum moriatur antequam matrimonium cōtrahatur, & cōficiantur dotalia inſtrumenta, licet pater hoc facere diſpoſuerit, non ſunt legitimi. Idē ſi mulier non ſit matrimonio digna, vt quia luxurioſè cū alio viuebat, vel idem ſi mulier ſe occultauit, vt in vxorem duci non poſſet. Ange.

Sed & aliud [f] quiddā tale occurrit: ex huiuſmodi nanque cōſuetudinē [g] nati filij erant alicui: at ille eos volebat à nobis adinuēto modo facere ſuos nuptialium confectione documentorum. deliberante autem hoc patre, mortua eſt mulier, et cōſtitutionis eum deſeruit modus. Nō enim erat ad quā oporteret nuptiale cōfici documētū, et naturales manebant filij inuito patre. Et quiddā etiā ſecundum tale exortum eſt apud viros, neque nobis cognitos. Procreauit etenim quidā filios non legitimè: & filios quidē vltra quā [h] diligebat, et legitimos ſibi fieri ſecūdū legē [i] volebat. Ea autem [k] quę ſunt mulieris, non erant omnino ſine peccato, neq; dignā eā exiſtimauit legitimo quodam nomine [l], quæ etiā ſemetipſam īiuriauerat. ſufficit enim hoc tantū [m] dicere. Quapropter ſecūdus iſte modus eſt, qui filios grauat. in priori quidem poſt mortē matris: in ſecūdo verò per id, † quod ille peccauit. Nouimus aūt etiā quendā tertium modum. pater nanque volebat legitimos facere filios, et ad ea, quę de dotibus ſancita ſunt à nobis [n], reſpiciebat: filij verò ſentientes, quoniam quędā [o] inopinatè euenīſſent ad matrem eorum, licet vxorē nō legitimam exiſtentem, à quodā cognato diuite, malignè ſimul et doloſè agētes, matrē occultauerunt, ne eos facere legitimos eſſet patri poſſibile, et moriēte [p] fortè matre, maternarū rerum † frueretur [q] vſufructu: hoc quod patribus dat benefaciēs lex [r]. talibus [s] itaque reſiſtere artibus, legis eſt propriū ſubtilis [t], quam in præſenti ſancimus.

Vbi matrimonium non poteſt cum muliere contrahi aliqua ex cauſis ſupraſcriptis, & filij legetimi & naturales nulli ſuperſunt: naturales legitimari poſſunt per reſcriptum principis, & patrem qui eos in teſtamento appellando naturales voluerit ſibi effici ſuos legitimos ſucceſſores. Angelus.

Si quis ſanè non habens filios legitimos, naturales autem tantūmodo: ipſos quidem ſuos [v] facere voluerit, mulierē verò aut non habet penitus [x], aut quę nō ſine delicto ſit [y], aut quæ nō appareat [z]: habeat autem [a] ſecundum quandam legem ad matrimonium præpeditam [b]: damus ei fiduciam noua quadā et nunc adinuēta à nobis via, ad legitimorū ius pducere naturales, pculdubio ſuis [c] in talibus caſibus non exiſtentibus filijs. Sicut enim quidē à præcedentibus nos adinuentus modus [d] eſt, qui libertos ad ingenuitatem deducit, præmandans [e] quidem

a Eis. ſcilicet natis ante matrimoniū: q ſui ſunt facti per matrimonium.
b Adijcientes. in ea. l. C. eo. l. nuper.
c Aliq filij. vt qa vnus tm̄ poſtea natus eſt, vel nullus.
d Inter ſuos. id eſt legitimos. Accur.
e Adſcribi. id eſt, computari: vel dic adſcribi in teſtamēto, in quo inſtituit ſuos legitimos filios: alias iſti tales agunt querela, & omni auxilio qd' competeret ijs, qui ab initio legitimi fuiſſent: vt. ſ. d: inceſt. nupt. §. dubitatum. in ſi. co. iij.
f Sed et aliud. hic nota tres q̄ſtiones, vna eſt in hoc. §. ſed & aliud. alia eſt in ſequēti. §. & qddā. tertia in. §. nouimus. quas ſoluit poſtea in. §. ſi qs vero.
g Conſuetudine. quam habet ad cōcubinam.
h Vltra quam. ſ. dici vel credi poſſit. Al. vel dic vltra quod, id eſt valde, vel multum.
i Secundū legem. id eſt, ſecūdus modus quærendi, vt inferius innuit, vbi dicit ſecūdus iſte modus &c. ſecundum Al. Vel dic etiā ſecūdum. i. dubiū vel dubitatum.
k Ea autem. i. q̄ ſunt ex officio mulierum exhibendo naturaliter ad procreandum: ſed ibat cum alijs. Acc.
l Quodam nomine. ſcilicet naturali.
m Hoc tantū. Nota aliquid taceri, vt maius delictum detur intelligi ineſſe. ſic. ff. ad Macedonianū l. j. ibi, neqd amplius.
n A nobis. vt. C. de nat. lib. l. nuper.
o Quædam. ſ. bona. Al.
p Et moriente. repete ne. Acc.
q Frueretur. ſcilicet pater.
r Lex. ſcilicet Cōſtan. vt. C. de bo. mater. l. j. et. C de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. j.
s Talibus. datiui caſus ſunt.
t Subtilis. ſ. huius quam &c Ac.
v Ipſos. quidem. ſuos. id eſt legitimos. Accur.
x Non habet penitus. quia mortua eſt: vt fuit in primo dubio.
y Sine delicto ſit. vt fuit in ſecunda dubitatione.
z Quæ nō appareat. quia abſcōditur p filios: vt fuit in tertio dubio.
a Habeat autem. hic repete vel ſi appareat. Accur.
b Præpeditam. ſcilicet mulierē: veluti quia monacha eſt illa facta: vnde matrimoniū cōtrahere nō pōt: vt. ſ. de nupt. §. ſecūdum occaſionē. vel hic ſacerdos: vnde nec ipſe poteſt eā habere vxorē: vt. ſ. quomodo opor. epiſc. §. neque autem. colat. j.
c Suis. i. legitimis.
d Adinuētus modus. ſ. per reſtitutionem natalīū: vt. ff. de nata. re. per totum tit.
e Præmandans. i. præconcedens ille modus quendā honorem quodā alio actu. ſ. per impetrationem & conceſſionē iuris annulorum aureorum: vt ſubijcit hic, & pro id eſt, dans eis &c. qui modus ſemiple

Alias, ad hoc ſuſtinente.

† Halo. quod illa peccauit.

† Haloā. fruerentur

miplenam ingenuitatem inducit: vt. C. ad legem Iul. viſcelliam. l. vnica. vnde et patronus eis ſuccedit: vt. ff. de iu. aur. annu. l. pen. Sed reſtitutio natalium plenam tribuit ingenuitatem, nec ſuccedit patronus: vt. ff. de nata. reſti. l. interdum. & caue tibi: quia & hic ſtatim innuitur, ꝙ ſemper natalium reſtitutionem præcedit ius annulorũ aur. ibi, poſtea vero &c. ꝙ non puto. nã nullo modo tali iure petitio aureorum annulorũ poteſt poſt reſtitutionem natalium peti: vt. ff. de nata. reſti. l. ij. & l. iij. & facit ad hoc ·j. vt lib. decę §. j. & §. fi. & ·j. qui. mod. na. effi. ſui. §. j. col. vij. Accurſius.

eos[a] alio quodam actu, et dans eis aureorum ius annulorum, poſtea verò ad ipſam deducens naturam[b], quæ ſeruũ et liberum ab initio non diſcreuit, ſed liberam hominis fecit prolem: ſic & nos hunc modum adinuenimus cauſæ. & licebit id patri[c], vt[d] in ijs, qui dudum à nobis dicti ſunt modis[e], vel etiã ſi qs aliter occurrerit[f] talis: multæ nanq; (ſicut prædiximus[g]) naturę[h] ſunt nouitates †. Liceat igitur (ſicut prędiximus) patri ſi legitimam non habeat ſobolẽ, filios reſtituere[i] naturæ[k], & antiquæ ingenuitati, ſi ex libera ei fiant, & ſuos decætero, & ſub poteſtate habere. neque enim à principio, quando ſola natura ſanciebat[l], hominis, anteꝗ̃ ſcriptę prouenirẽt leges, fuit quędam differẽtiã[m] naturalis atq; legitimi[n], ſed antiquis parentibus antiq filij mox[o] vt procedebant[p], fiebãt legitimi. Et ſicut in liberis natura quidẽ liberos fecit omnes[q], bella[r] verò ſeruitutem adinuenerũt: ſic etiam hinc natura quidẽ legitimas produxit[s] ſoboles: attamẽ ad cõcupiſcentiã diuerſio[t] naturales eis[v] immiſcuit. tanq̃

† Cõcor. in proœ. decre. ſup verbo, noua litigia. ibi, vnde dicit Imperator.

a Eos. i. præmunitores. & hoc ſi habes eos. ſi vero habes eis. dic vt in gl.

b Naturam. antiquiſsimam. Acc.

c Et licebit id patri. ſ. naturales efficere legitimos. Ac.

d Vt. id eſt, ſicut.

e Dicti ſunt modis. veluti per oblationẽ curiæ: vt inſtit. de hære. ab inteſta. §. ij. & in matrimonio: vt. ·ſ. de inceſt. nup. §. dubitatum. ſed hic modus de quo hic agitur, nõ eſt per omnia ſimilis: quia nõ ibi attenditur ſint alij legitimi vel nõ vt. ·j. qui. mod. nat. effi. ſui. §. ſi quis igitur ex qualibet. ſed hic ſic: vt iſto. §. ſi quis vero. et. §. ſeq. & ·j. §. liceat.

Reſtitutio nataliũ plenã dat ingenuitatẽ.

f Occurrerit. poſt legem iſtam.

g Prædiximus. vt. ·ſ. e. in prin et eſt interpoſitio. Ac.

h Naturæ. i. natura legitimati.

i Reſtituere naturæ. i. iudicabit eos legitimos.

k Naturæ. qualiter: dic vt infra, quibus modis na. effi. ſui. §. illud. ibi, hoc agit &c. & infra, proxi.

l Sanciebat. alias ſciebat.

m Differentia. ſ. hominis. Ac.

n Legitimi. ſ. filij.

o Mox. i. ſtatim.

p Procedebant. ſ. de vtero.

Liberi omnes erãt a princip.

q Omnes. vnum enim genus hominum tantum erat: vt inſti. de lib. §. j. & ·j. quib. mod. nat. effi. ſui. §. j. & ff. de condi. Iude. l. ſi id quod dominus.

r Bella. quia capti. ſerui capientium efficiuntur: vt inſtitu. de iure perſo. §. ſerui.

s Produxit. ſ. ab initio.

t Diuerſio. vel cõuerſio: vt. ·j. q. mo. na. ef. ſui. §. illud.

v Eis. ſ. legitimis.

x Ex qualitatibus. Nota ſimilem morbum exigere ſimilem medicinã. ſic. C. de epi. & cle. l. ſi quendam. in fi. et. ff. ad le. Aquil. l. illud. in fi. & infra, qui. mo. na. effi. ſui. §. illud. ar. cõtra. ff. de pœ. l. quædam.

ergo ſimilibus paſsionibus factis oportet etiam medeli ex qualitatibus[x] inueniri: illã quidem[y] à prędeceſſoribus noſtris, hanc verò[z] à nobis.

Vbi matrimonium non poteſt cum muliere contrahi aliqua ex cauſis ſupradictis, et filij legitimi et naturales nulli ſuperſunt, naturales legitimari poſſunt per reſcriptum principis, et patrem, qui eos in teſtamento appellatio naturales, voluerit ſibi effici ſuos legitimos ſucceſſores. Angel.

Sit igitur licentia patri † matrẽ in priori ſtatu relinquenti[a], ſi ex veritate aliqd circa torũ[b] apparuerit deliqſſe[c] (aliter[d] nanq; fieri hoc in talibus caſibus non permittimus[e]) & ſi quædã circũuentio[f] eſt, aut nõ eſt[g], aut latet[h], aut aliquid etiam aliud fiat circa eam[i], aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia; etiam ſic prouidere filijs[k], & offerre imperatori precem[l] hoc ipſum dicentem: quia vult naturales ſuos filios reſtituere naturę et antiquę ingenuitati et legitimorum iuri, vt ſub poteſtate eius cõſiſtãt, nihil à legitimis filijs differẽtes[m]: et hoc facto exinde filios frui tali ſolatio[n], et neque fraudare[o] poſſe patrẽ, et celan-

y Illam quidem. ſ. medelã, manumiſſionem. ſ. quæ etiã veteri iure eſt inducta: vt inſti. de liberti. §. j. et pates. ff. de manumiſ. per totum ti. Vel dic medelam reſtitutionis natalium.

z Hanc vero. ſ. medelam, quæ ſequitur. Ac.

a Relinquenti. i. quia non accepit eam in vxorem.

† Haloã. matrique in priori ſtatu delinquenti.

b Torum. concubinatus.

c Deliquiſſe. vt fuit in ſecundo dubio. ·ſ. e. §. et quidã.

d Aliter. interpoſitio eſt.

e Permittimus. i. non permittimus naturales effici legitimos hoc modo niſi in ſubſidium. nam ſi talis eſt mulier, quam poſsit commode in vxorem habere: per matrimonium tãtum debent filij legitimari: vt hic dicit.

f Circunuentio eſt. quia eſt turpis vitæ.

g Non eſt. quia mortua eſt: vt. ·ſ. e. §. ſed & aliud.

h Aut latet. vt. ·ſ. eo. §. nouimus.

i Circa eam. vt quia alias impedit eã in vxorẽ habere ꝑpter mulieres, vel ſuum ſtatum: vt. ·ſ. eod. §. ſi quis vero.

k Filijs. id eſt, licentia ſit patri. & hic incipit modus legitimandi.

l Precem. ꝙ qualiter fieri debet, dic vt. C. de preci. impe. offe. l. fi.

m Differentes. ſimilis eſt impetratio de ſenatore, qui libertam vult accipere: vt. ff. de ritu nupt. l. ſi ſenatori. ſic. ff. de ijs qui no. infa. l. ſolet.

n Tali ſolatio. nam legitimi erunt.

o Neque fraudare. hoc eſt dicere, filij celantes matrem non fraudant patrem, quo minus faciat eos legitimos: quia inuentus eſt modus quo efficiuntur legiti-

mi

tes [a] matrem, et ius legitimorum abijcere [b]. vno enim hoc modo omnibus huiuſmodi naturæ exceſsibus & adinuentionibus in ijs, qui legitimos nō habēt filios, medemur, ita breui ſolatio [c] tantū naturæ impetum corrigētes. Si verò ſolūmodo naturaliū filiorū pater hoc qdē [d] propter quaſdā fortuitas circūſtātias nō agat: moriēs verò ſub quodā prædictorum caſuū [e] ſcripſerit in teſtamēto velle ſibi eos legitimos eſſe filios ſucceſſores: etiā huius rei damus licentiā: ſupplicātibus tamen etiā ſic filijs [f] poſt mortem patris, & hoc dicētibus, & oſtendentibus patris teſtamētum, et hęredibus exiſtētibus, in quarū pater eos ſcripſerit, & ab imperio hoc percipientibus [g]: vt in vno eodemq́; hoc qđ agitur, ſit donū patris et principis, id eſt, dicere naturæ ſimul [h] & legis. & hoc dicimus nullum anteriorē legitimū perimentes modū: ſed etiam hunc addentes [i], in quibus illos [k] accipere non licet. omnino enim ſuis [l] exiſtentibus, deinde naturalibus procreatis aut primitus natis, nequaq̄ legitimorū ius eis adijcitur, niſi forſitā [m] per conſtitutiones noſtras, quæ dotaliū inſtrumētorum introduxerunt modum.

Filius naturalis non legitimatur per adoptionem. Angel.

Et nos non latuit, quia etiam adoptiōis modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus [n] ſuper naturales ad legitimos transferendos non improbabilis exiſtimatus: ſed æquè pię memorię noſter pater & cōſtitutio ab illo ꝓlata, talia reprehēdit [o]. Manere ergo et illā in ſuis terminis [p] volumus: quoniam caſtitatē diligēter conſiderauit [q]: et incōpetens eſt, quę bene excluſa [r] ſunt, rurſus ad rempublicam reuocare.

Illuſtres et alij ſuperiores matrimonium non poſſunt contrahere, niſi interueniāt dotalia inſtrumenta et ſolēnitates, quæ ſolent in nuptijs interuenire. Abiectæ verò perſonæ, vt ſunt agricolæ & milites caligati, abſque his ſolēnitatibus matrimonium contrahere poſſunt. Angelus.

Illud quoq; melius [s] arbitramur cōſtituere cōpetenter, qđ ex plurimo cauſarū experimento cognouimus. multæ quidē et cōtinuæ lites nūciatæ noſtrę maieſtati ad opus nos deduxerunt huius legis. Quia eſt & antiqs [t] promulgatū eſt legibus, et à nobis [v] ipſis ſunt hęc eadem cōſtituta, vt etiā nuptię extra dotalia documenta ex ſolo affectu valeant, et ratæ ſint: ſed falſatis [x] cōtractibus noſtra ex hoc eſt completa [y] reſpublica (nā introēūtes teſtes ſine periculo mētientes, qa vir vocabat dominā cohærētem: et iſta illū ſimiliter nominabat: & ſic eis [z] fingun tur [a] matrimonia non ꝑ veritate cōfecta) hoc exiſtimauimus, oportere ſecundū naturales [b] definire leges. Nouimus etenim [c], et caſtitatis ſumus amatores, & hoc noſtris ſancimus ſubiectis. Sed nihil eſt fauore amoris vehementius [d]: quē retine-

mi etiam ſine matrimonio: nec ob hoc obijciunt filij ius legitimorū: ſed ſi alio modo velint obijcere, quia expreſſe cōtradicant patri, hoc poſſunt: vt. j. quib. mo. na. effi. ſui. §. generaliter. col. vij.

[a] Et celantes. reperte neque.

[b] Abijcere. id eſt ſpernere.

[c] Breui ſolatio. breue eſt: ſed non breue dictū: vel breue reſpectu maioris tractatus. ſic. C. de vſufruc. l. ambiguitatem.

[d] Hoc quidem. ſ. q̄ principem non adeat propter circunſtantiā, vt quia eum adire non poteſt: cum multis ſit princeps negotijs implicitus: vt. ſ. de appel. §. j. col. iiij.

[e] Caſuū. qui impediunt eam ad matrimonium.

[f] Sic filijs. vt diximus in patre. ſ. §. j.

[g] Percipiētibus. Nota q̄ qui cōfirmat datum, dat.

Dat q̄ datum cōfirmat.

[h] Naturæ ſimul. idem ſi in iudicio, vel teſtamento hęc eadem dicit pater etiam ſi vni filiorū tale præbuit teſtimoniū, alijs ꝓdeſt j. vt lic. ma. et auię. §. ad hoc. col. viij.

[i] Hunc addentes. in quibus. q. d. hic modis: dicitur alijs modis. in illis. ſ. caſibus in quibus per illos modos accipere nō licet: vt quia mater eſt mortua, vel latet ſana: vel non eſt ſana: vel alias impeditur alijs modis: vt. ſ. eo. §. ſi quis vero. & facit j. qui. mod. na. effi. ſui. §. generaliter.

[k] Illos. ſ. modos.

[l] Suis. redditio rationis.

[m] Forſitan. hoc ſuperfluit: ſic. ſ. de non alie. §. quia vero veriſimile. nam conſtat habere locum alios modos, etiam ſi filij legitimi ſint, ſiue per matrimonium hoc ſtat: vt. ſ. de inceſt. nup. §. dubitatum. &. ſ. de trien. & ſe. §. fi. col. iij. ſiue per oblationem curię: vt. C. de na. li. l. legem. §. j. &. j. quib. mod. nat. effi. ſui. §. itaq. ibi, ſi quis igitur &c. et. C. de na. libe. l. cōium. § fin.

[n] Ante nos imperatoribus. vt ab Anaſtaſio: vt. C. de natu. lib. l. iubemus. in fi.

[o] Reprehendit. dicens vt naturalis non adoptetur: vt C. de natu. lib. l. legem Anaſtaſij. §. in poſterum. quæ eſt Iuſtiniani.

[p] Terminis. id eſt firmam.

[q] Conſiderauit. ſ. conſtituere. Acc.

[r] Excluſa. nota non debere in dubium reuocari, qđ bene eſt ſemel determinatum: vt. C. ad le. Iu. de adult. l. Gracchus. et. C. de re. cred. l. ſi qs. in fi. &. C. de ſum. tri. l. nemo cleri. in prin.

[s] Illud quoq; melius. ſ. quam ſi non conſtitueremus.

[t] Antiquis. vt. ff. de re. iu. l. nuptias.

[v] Nobis. vt. ſ. de nup. §. nuptias.

[x] Falſatis. totum eſt ſuſpēſiuum vſq; illuc, exiſtimauimus &c.

[y] Completa. id eſt, repleta.

[z] Bis. ſ. verbis.

[a] Finguntur. id eſt, falſa ponuntur.

[b] Secundum naturales leges. i. ſecūdum naturalē ęquitatem factæ. &c.

[c] Nouimus etenim. ſ. eſſe et ſumus vt ſubijcit amat. &c. aētas nos enim &c. ſic. ſ. de trien. et ſemiſ. §. conſideremus. col. iij.

[d] Vehementius. Nota amorem appellari furorem vehementem: vt ſicut furioſus ſe non ſentit: ſic nec amoroſus. eſt etiam ſimilis ebrio: vt inſtit. de ſuc. ſub. quæ fi. ex. §. fi. Unde verſus, Nō frater fratri

re [a], philoſophiæ eſt perfecte [b] monentis, & inſilientem atq; inhærentem cōcupiſcentiā refrenātis, vt ij, qui hoc tali detinentur, ſi abſtinebūt [c] ſermone [d] ad eas, quas amant [e], quæ eis non per blandimenta conferūt. Deniq; intātum etiam ante nos legislatores [f] tales ſcierūt animorum affectus, vt etiam donationes cōſtante matrimonio prohiberent: vt non [g] cōcupiſcentię magnitudine victi, latenter paulatim cōiuges ſemetipſos priuarent ſua ſubſtantia †. Hæc ergo caſta lege ſancire bene ſe habere credidimus. In maioribus itaque dignitatibus, & quæcūq; vſq; ad nos, & ſenatores, & magnificentiſsimos illuſtres [h] ſunt neq; fieri [i] hæc omnino patimur: ſed ſit omnino et dos et antenuptialis donatio: & ad omnia, quæ [k] honeſtiora [l] decet nomina. Quantum verò [m] in militijs honeſtioribus & negotijs [n] & omnino profeſsionibus dignioribus eſt: ſi voluerit legitimæ vxori copulari, & nō facere nuptialia documenta [o]: non ſic quomodocunq; & ſine cautela effuſē, et ſine probatione hoc agat [p], ſed veniat ad quandā orationis domum, et fateatur ſanctiſſimæ illius eccleſiæ defenſori: ille autē adhibens [q] tres aut quatuor exinde reuerendiſsimorum clericorū, atteſtationē conficiat [r] declarantem, quia ſub illa indictiōe, illo mēſe, illa die menſis, illo imperij noſtri anno, conſule illo [s], venerūt apud eum in illam orationis domū ille & illa, & cōiūcti ſunt alterutri: & huiuſmodi proteſtationem, ſiquidē accipere volunt, aut ambo conuenientes, aut alteruter eorum, & hoc agant, & ſubſcribant ei, et ſanctiſsimæ eccleſiæ defenſor, & reliqui tres, aut quantoſcunq; voluerint: non tamen minus tribus literis hoc ſignificātibus. Si verò etiam hoc illi nō egerint [t]: ille tamen talem reponat chartā venerabilis illius eccleſię defenſor in eiuſdem ſanctiſſimæ eccleſiæ archiuis [v] (hoc eſt vbi venerabilia vaſa ſeruātur) prædictas ſubſcriptiones habētem: vt reconditum ſit omnibus [x] ex hoc munimē [y], & nō aliter videatur nuptiali affectu eoſdem cōueniſſe, niſi tale aliquid agatur, & non omnino [z] ex literis cauſa teſtimonium habeat: his ita geſtis, & nuptias, & ex eis ſobolem eſſe legitimā [a].

[a] Hoc autem dicimus, vbi non dotis, aut antenuptialis donationis ſit documētum. fidem enim in ſolis teſtibus ſuſpectā habentes [b], ad præſentem venimus diſpoſitionem [c]. Quiſquis autem [d] in abiecta degit vita, paruæ quidem ſubſtantiæ dominus conſiſtens, in nouiſsima verò vitæ parte iacens [e]: habeat etiam in his [f] licentiam. Sed neque [g] agricolas, aut milites armatos, & quos lex caligatos appellat, hoc eſt viliores & obſcuriores [h], non † per-

---

tricā furor ille venit. Igneus ille furor neſcit habere modum.

a Retinere. id eſt, refrenare.

b Perfecte. aduerbium eſt.

c Si abſtinebūt. repete, & philoſophi eſt, ſi abſtinebunt.

d Sermone. ſcilicet blando.

e Eas quas amāt. quę. i. quia cum eis per blanditiā non conferunt poſtquā tali detinent furore. vel ſi deeſt non, expone conferūt, id eſt, conſueuerūt conferre. Accur.

f Legislatores. vt. ff. de donat. inter vir. & vxo. per totū. & maxime. l. j. & l. iij. in prin.

g Vt non. alias deeſt non. Accur.

h Illuſtres. Not. quod illuſtres et ſuperiores vſque ad principem debent matrimonium cōtrahere interueniente dote & ante nup. do. & in ſcriptis: vt hic, & C. de nup. l. imperialis. in fi. j. coll. & j. vt lice. ma. & auię. §. quia vero dudū. col. viij. Itē omnia quæ honeſti &c. q. d. & omnia, quæ debent eſſe ibi ad tale matrimonium contrahendū, quæ deberent (alias decent) habere honeſtiora nomina, ſcilicet illuſtriū. id eſt ipſos illuſtres, et ſolēnitas, & pompæ, & gloria, quæ ſolent nuptijs interuenire: & dic breuiter ſenſum horū triū. §. qui ſunt in dignitate maiori: vt ſenatores & illuſtres: nō ſine dote & don. propter nupt. contrahunt matrimonium: at qui ſunt in militia honeſtiori, vel in profeſsione honeſtiore, ſi copulantur abſq; documētis nuptialibus ad orationis veniant domum: & ſcriptura omnino cōficiatur. abiectis autē, item militi caligato, itē agricolis ſine ſcriptō, licet cōtrahere: ſed hæc nō ſeruātur forte.

i Neq; fieri. hoc eſt facere. Accur.

k Quæ. i. omnia.

l Honeſtiora. i. honeſtas perſonas.

m Quantum vero. nunc de medijs.

n Et negotijs. i. negotiatoribus honeſtioribus.

o Documenta. quia ſi illa nolunt facere, non debent ire ad eccleſiā. Ac.

p Agat. id eſt, accipiat.

q Adhibens. ſcilicet chartam.

r Conficiat. defenſore eccleſiæ.

s Cōſule illo. facit. ff. de accu. l. libellorum. & ſ. vt præpo. no. imper. in prin col. v.

t Non egerint. i. non acceperint huiuſmodi proteſtatione viri & vxoris.

v Archiuis. dic quot modis accipitur: vt diximus. ſ. de deſen. ciuit. §. præcepto.

x Omnibus. ſcilicet marito & vxori & filijs.

y Munimen. id eſt, probationes.

z Et omnino. no. ſcripturam neceſſariam. ſic & alias. C. de non nu. pecu. l. generaliter. ſed regulariter contra: vt. C. de pact. l. pactum.

a Legitimā. ſcilicet diximus.

b Habentes. ſcilicet nos.

c Diſpoſitionē. ſed hæc media via reducitur hodie ad ius tertiæ: vt ſolo affectu contrahāt, vt. j. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero. quæ eſt contraria.

d Quiſquis aūt. hic de minimis.

e Iacēs. ille iacet in vita tota, qui habet oīa, quę exigit vita: et ille ī nouiſſima parte vitæ, q vix habet q ſufficit ad vitam. Azo.

f Etiam in his. i. in matrimonijs indulgentiam habeat, vt ſine ſcriptis poſsit contrahere matrimonium.

g Sed neq;. non ſolum viles, ſed neq; agricolas &c.

h Obſcuriores. pro eodē ſicut. ff. de cōcu. l. in cōcu-

n. binatu

---

† Cōcor. c. vlt. cum glo. j. extra, de donat. inter virū & vxor. vide illam glo. quia notabilis eſt & elegans.

Illuſtres ac ſuperiores his ad principem vſque qualiter nuptias contrahere debeant.

Scriptura in multis neceſſaria eſt.

† Anto. Aug. lib. ſingulari ad Modeſtinum, nō recipit hoc loco negationem.

binatu. in prin. & C. de nupt. l. a caligato.

a Perſcrutamur. i. non ſeparamus a prædictis: quia in omnibus idem dicimus: & videt hic vna negatio abundare: vt &. ſ. de hę. & Fal. §. inordinatum. in prin. coll. j. & not. q́ de tribus dicit. §. iſte. ſ. de vilibus. Itẽ de nouo milite, cui eſt ſtudium militiæ. Item de ruſtico, cui eſt ſtudium terræ, & eſſe debet: vt. C. de agri. & cẽſ. l. cum ſatis. libr. xj. & ſic redde hic ſingula ſingulis.

† De materia huius. §. vide extra, de cland. deſpon. per tria capitula.

b Perſonis. ſ. de quibus hic primo dixit. Accur.

c In militibus. ſubaudi, ita in militibus &c.

† Supra omnia.

d Mediocritatẽ. quia parentes erãt viles.

e Militares. q̃n milites obſcuri.

f Ruſticas. quãdo agricolæ ingratitudo agricolarũ: & ſic pro eodem ſubaudi. Accur.

g Quoniam autem in interpellationibus. i. per interpellationes. Ac.

h Modis legitimis. vt per duos teſtes: vt. ff. de teſti. l. vbi. vel per inſtrumẽtũ de hoc factũ: vt. C. de fide inſtr. l. in exercendis. vel per cõfeſsionem eius, vel alio modo: vt. ff. de confeſ. l. j.

i Præter ord. nẽ. ordinem dicit lex, quãdo certos enumerat caſus, q̃bus licet vxorẽ dimittere: vt. j. vt liceat matr. & auiæ. §. q̃ vero plurimas. co. viij. & C. de repudijs. l. cõſenſu. Ac.

k Bonis. id eſt, beneficijs.

l Quartam. hanc quartam ſubſtãtiæ mariti habet vxor in duobus caſibus. Primus q̃n eam repellit indotatã: vt hic. &. ſ. de nup. §.

Quartam ſubſtantię viri quandoq́ habet vxor.

ſcrutamur [a], quibus ciuilium cauſarũ ignorantia eſt, & ſolius circa terram operationis, & circa bella cõcupiſcẽtiæ cauſa eſt ſtudioſa & iuſta et laudabilis. Et ſicut in vilibus perſonis [b] & in militibus armatis obſcuris et agricolis licẽtia ſit eis, & ex non ſcripto cõuenire, & matrimonia celebrare inter vtroſque: ſintq́ filij legitimi: qui patrum aut mediocritatem [d], aut militares [e], aut ruſticas [f] occupationes & ignorãtias adiuuent. Quoniã † autem in interpellationibus [g], quæ nobis fiunt ſemper, omniũ † aſsiduè mulieres audiuimus ingemiſcentes & dicentes: quia quidam earũ concupiſcentia detenti, ducant eas in domibus ſuis ſacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurãtes habituros ſe eas legitimas vxores, taliter eas habẽtes tempore multo, & fortè ſuſcipiẽtes filios: deinde dũ ſe ſatiauerint earũ deſiderio, aut extra filios, aut cum filijs eas proijciẽtes de ſuis domibus: iudicauimus etiam hoc oportere ſancire, vt ſi mulier oſtẽdere potuerit modis legitimis [h], q̃a ſecundum hanc figuram vir eam acceperit domi, vt eam vxorẽ legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrẽ: nequaquam penitus licentiam eſſe ei hãc de domo præter ordinem [i] legis expellere, ſed habere eam legitimam: & filios ſuos eſſe ei: & illam, ſi quidem indotata ſit, noſtræ cõſtitutionis vti bonis [k], quartam [l] ſubſtãtiæ viri percipientẽ, ſiue expellatur, ſiue prius moriatur vir: non perſcrutantibus nobis, ſiue repudio vtẽs dimittat eam, ſiue etiã ſine hoc [m]. Nec q́ enim veriſimile eſt eum mittere repudium, qui & ipſas nuptias denegat [n]. Sed ſi eã irrationabiliter expellat de domo: hoc ipſum ſit aduerſus virum iuſta cauſatio [o]: & mulier hoc facto repudiũ ei mittat: & exigat quartam, ſi vxor oſtenſa fuerit extitiſſe: licet extra dotem cõuenerit [p], viri iuriiurãdo credens. Quid enim agat aliud, quæ ad dotẽ non eſt idonea, quàm vt ſemetipſam cum omni dote cõtradat? Sit autẽ & ſoboles legitima etiã inuito patre. Qui enim ad hoc nuptias fecit, & filios ꝓcreauit, vt mulier legitimorum ei filiorum fieret mater: non poteſt ex tali nato germine, rurſus [q] vt naturales abijcere, neque quaſdam poſtea fortè nuptias poſt mortẽ vxoris, aut repudiũ contrahens, eos, qui ex illis naſcũtur nuptijs, velle habere, eos ſolos eſſe legitimos: niſi eis [r] etiã illi priores fuerint copulati, quorum ſimiliter pater eſt, teſte exiſtente nuptiarum priorum quidẽ Deo [s], ſecundarum autẽ lege. Eadem nobis lex pro cautela ſit nuptias contrahentium ꝓmulgata: & ſi filij quidem ex talibus proceſſerint [t] nuptijs, erunt ſui, & his legibus [v], quæ ſunt de ſuis poſitæ, fruentur. Si quid autem poſt hæc fiat [x], non tamen ex conſcripta procedat copulatione: erunt naturales, & quæ à nobis largita ſunt naturalibus, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato [y] potiẽ-

ſi quis enim duxerit. co. iiij. & C. de repu. l. fin. §. j. Item q̃n præmoritur vir, & vxor ſuperſtes eſt inops: vt. ſ. de exhib. & intro. re. §. pe. coll. v. & hic, quæ quarta hodie ſibi datur, ſi habet tres filios, vel pauciores: alioqui virilis: vt. j. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero dudũ. quæ huic eſt contraria.

m Etiã ſine hoc. i. ſine repudio.

n Denegat. vt. j. declaratur. Accur.

o Cauſatio. i. erit vxori iuſta cauſatio dimittendi eũ: vt ſubijcit. Accur.

p Conuenerit. ſ. matrimonium.

q Rurſus. no. nõ poſſe aliquem mutare conſiliũ in alterius iniuriam. ſic ff. de reg. iur. l. nemo. &. j. vt lic. matri & auiæ. §. illud quoque. & . C. de neg. geſt. l. ſi. ar. cõtra. C. de acq. poſ. l. ſi. §. ſin autẽ nec.

Conſiliũ in alterius dãnũ mutari nõ debet.

r Eis. ſ. ſecundis filijs. Accur.

s Quidem Deo. no. quãdo iuratur, deum eſſe teſtẽ. ſic quãdo iudex iurat bñ iudicare, Deus iudex eſt: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. ſin autem.

Teſtis eſt Deus, quãdo iurat.

t Proceſſerint. in præteritis. Acc.

v His legibus. vt ab inteſtato primo loco ſuccedant: vt inſti. de hæredi. ab inteſta. §. j. Item in teſtamento debeãt inſtitui, vel exhæredari: vt inſtit. de exhær. lib. in prin. & C. de lib. præte. vel exhę. l. ſi. §. pe.

x Hæc fiat. i. ſi cõtrahatur matrimonium ſine ſcriptis, vt ſubijcit.

y Ab inteſtato. alia enim olim ſunt iſtis largita: vt. ſ. de triẽ. & ſe. §. conſideremus. & aliter hodie: vt. j. q̃b. mo. natu. eff. ſui. §. diſcretis. & §. ne igitur. & ſequenti.

Potieq

a Potientur. hoc videtur locum habere in medijs, q non contrahunt in eccleſia ſolenniter: vt. ſ. nam ſi eſſens de minimis. poſſunt contrahere quocunque modo, etiam in futuris temporibus.
b Prohibitis. ſ. iure cognationis vel affinitatis: nõ quia defuerit ſcriptura: & tunc naturales dicẽtur: vt hic & j. quib. mod. na. effic. ſui. §. fin. coll. vij. Alij intelligũt hic de illis, qui debent contraxiſſe cũ ſcriptura, & non fecerunt: vt filij inde nati, nec naturales dicendi ſint. Sed nõ ne. ſ. appellauit legitimos, nec interuenerat ſcriptura? Rñ. illud referri ad nuptias ante hanc legem contractas: hoc ad futuras. Vel hoc quando breui tempore tenuit eã: vt. ſ. poſuit. Accur.
c Hoc. ſcilicet, vt ſpurij habeantur.
d VT II, QVI obligatas &c. Hæc pars exponitur. j. vſq. ad. §. qđ ſi quis.
e Vt curatores. hoc exponitur. j. §. quod ſi quis. vſque ad. §. & hæc diximus.
f Hæc autem. hoc dicitur. j. eo. §. quoniam.
g Et de gubernatio &c. hoc dicitur. j. eo. §. quoniam.
h Omnia legislatori. dic qđ primo loquitur generaliter de quolibet faciente legem, ſiue ſenatore, ſiue prætore: & de cautela minorum fecit legem: vt. ff. de minor. l. j. Vel dic, quod primo & poſtea loquitur de imperatore: & ſic facit tranſitũ de ſingulari ad plurale.
i Nihil. id eſt, nulla occaſio.
k Inſtrumenta. Quibus continetur deberi minoribus: vel econtra minores ſoluiſſe. iſtrumẽta ſcilicet cuſtodiãtur.
l Eos. ſ. minores.

tur[a]. Eos enĩ, qui ſemel ex odibilibus nobis & propterea ꝓhibitis[b] nuptijs procedũt, neque naturales vocari: neq; participanda eis vlla clemẽtia eſt: ſed ſit ſupplicium etiam hoc[c] patrum: vt agnoſcant, quia neq; quicquam peccatricis concupiſcentiæ eorũ habebũt filij. Quæ igitur placuerũt nobis, & ad hominũ medelam & naturæ plenitudinem per hanc legẽ ſtatuta ſunt, tua celſitudo manifeſta faciat vniuerſis programmatibus propoſitis, per quę omnibus lex erit aperta, cognoſcentibus ſecundum quem circa talia conuerſentur modum: & noſtrã conſiderantes prouidentiam, quia omni occupationi alteri eorum vtilitatem præponimus.

TITVLVS II.

VT II, QVI OBLIgatas[d] ſe habere perhibent res minorũ: aut obligati ſunt eis, ad eorum gubernationem penitus non accedant: & vt curatores[e] nullo modo ſuſcipiant ceſsiones aduerſus eos, quorum curationem agunt, vel egerunt. hæc autem[f] generaliter valebunt in omni curatione. in quibus perſonis leges curatores præbent: & de gubernatione[g] pecuniarum competentium eis, quorum negotia adminiſtrant: & quãdo eas recõdi, aut mutari oportet, aut ex eis reditus comparari.

Minoris creditor eius tutelã accipiens, vel curam, actione quã in eum habet, cadit: debitor autẽ ſolutione non liberatur: nec ceſſionem actionis contra minorem ſuſcipere poteſt. Angelus.

Impera. Iuſtinianus Auguſt. Ioanni glorioſiſsi. Orientalium prætoriorum præfecto, iterũ exconſule ordinario & patricio.

Omnia quidem legislatori[h] reipublicæ in magna cura ſunt, quemadmodum optimè ſe habeãt, & peccandi nihil[i] relinquatur: præcipuè autem inſtrumẽta[k] minorum, & quæ circa eos[l] curatio eſt, ſtudioſa[m] cura eſt eis, q proferendi leges à Deo[n] licẽtiam perceperunt. dicimus autem de eo qui imperat. Multas[o] itaq; cauſas audiuimus, vbi adminiſtrantibus curatoribus ceſsiones factæ ſunt aduerſus minores, ſiue impuberes, ſiue puberes quidem, in ſecũda tamẽ ætate[p] cõſtitutos: & mox[q] efficiuntur[r] eorum[s] domini facultatum[t], & nõ exiſtentia forſitan debita ſubeuntes[v] ✝, aut paruo pretio ceſsiones accipientes eorum[x], quæ[y] ſunt vndique[z] fragiles, aut etiam celantes[a] deſuſcepta[b] exiſtentia in minorum rebus: & ita ceſſiones accipientes ſecundũ multas pluresve occaſiones[c]. Quid enim ✝ homo ad malitiam, ſemel deditus, non adinueniat[d], vt minorum res proprias faciat?

m Studioſa eſt repete quenadmodum bene ſe habeant. Azo.
n A Deo. vt. j. de fid. inſtr. §. quia igitur.
h Lanceas. not. quædam ſunt, quæ vncinum quoddā habent ad capiendos homines, quæ romphęę vocātur: vt. ff. de vi & vi arma. l. iij. in pri. Ac.
i Minores. aptos ad pennarum temperationem vel panum inciſionem ſecundum Al. ex his poteſt colligi ſtatutum de non portādis armis per ciuitatem aliquam.
k Tua. loquitur magiſtro officiorum: vt innuit in principio conſtitutionis eiuſdē. Al.
l Solicitudine. Not. φ ſi tabellio delinqt in officio, non debet amodo poſſe hoc officium exercere. Accur.

Tabellio delinquēs officio repelli debet.

DE DEPOſito, & denūciationibus &c.

m Litē nuper. In quibuſdam. i. ſub quibuſdam conditionibus. Accur.
n Agant. i. deponentes impleāt cōditiones, quas implere debent.
o Impletis. & quandoq; nō impletis conditionibus:

† vide Haverſionē, quæ varia eſt. nec cū Alciati recognitione conſentit.

mnino licētia ſit, aliquibus extrinſecus[a] interdictionibus vti, & retinere[b] depoſiti reſtitutionem: cū & alia multa priuilegia tam à præcedentibus legiſlatoribus, quā à nobiſipſis data ſunt[c]. licentia enim eſt prohibenti redditionē, eū quidem cui creditum eſt depoſitum, non moleſtare: cum verò de rebus, quæ in quęſtione ſunt, qui aurum aut res aliquas accepturus[d] eſt, litem ſortiri, & iuſtitiā & legem promereri. Sed ne per hanc cauſam damnis magnis ſubijciat eū, qui † interdictionē ſuſcepit, & cōpellatur aut defenſiones expetere[e], aut res habere, & non poſſit voluntariè cū deponente benignè agere. quòd ſi tale aliquid egerit (omnino enī oportet non ſola delictorum nos contentos eſſe prohibitione, ſed etiam timorem inferre iuſtum trāſgreſſoribus) ſiue perditionē cōtigerit rerum aut pecuniarum fieri, & hoc probetur[f], ſiue aliū quencunq; caſum fortuitum: ipſum reſpicere, qui conteſtationem dixerit. Inſuper etiam ex quo facta eſt huiuſmodi conteſtatio[g], vſuras pecuniarum vſq; ad tertiā[h] centeſimæ agnoſcere prohibētem accipere propria: non ſolùm ſi aurū fuerit, quod depoſitum eſt, reſtitui verò prohibitum: ſed & ſi aliæ res[i] ſint: vt hoc timore[k] ſtultorum ſimul & peruerſorum malignè verſandi[l] † in depoſitionibus homines ceſſent.

Sed & totum[m] hoc, quod † de mandatis eſt, & aſpicere, & conſtituere ſecundum legem prouidimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac præcipuè ciuitate, & aliquos interdicētes eis, qui miniſtrant publicas annonas, & teſſeras[n] accipiunt ab annonarum præfecto, volentes ſuſpēdi adminiſtrationem: & eos, qui ex hoc ſolummodo forſan nutriuntur, defraudari adminiſtratione, per quam eis omnis tribuitur vitæ occaſio[o]. † Huic autem rei ſeuerius et difficilius illud eſt, multis enim domos poſſidentibus in hac feliciſſima ciuitate, qui imbanchiti[p] nō videntur, mox futuris penſiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigētes, vt non inferant eis. Illi verò[q] vltro eas ſuſcipientes, quidam propter inopiam forſan comedunt eas[r]: quidam verò et exules à magna hac fiunt ciuitate, & decidit omnino pēſionum † adminiſtratio ijs, qui ex hoc forſan ſolo nutriuntur, ſecundum quod occurrētes in ciuilibus annonis diximus. Nemini igitur damus huiuſmodi licētiam: ſed vnuſquiſq; ſi aliquā habeat cauſam ad obnoxium ſibi, non obdormiat[s]: † in liberalibus[t] autem peruerſitate omni plenius aſpiret interdictionibus. Cognoſcat enim, quia ſi tale aliquid egerit, & per occaſionē eius ceciderit

---

bus: vt. ff. depoſi. l. j. §. pe. & C. de pe. hære. l. vlt. Azo.

a Extrinſecus. i. præter deponentē. deponens enim interdicere pōt, non alius: vt hic, niſi iudex interdicat: cū perſona depoſitarij ſit ſuſpecta, ne cum reaufugiat: vt ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi fideiuſſor. §. fi. Sed ſecundum hoc nōne ſunt correctæ leges, quæ dicūt etiā depoſitariū rei vendicatione domino vero teneri: vt. ff. de rei vē. l. officiū. & ff. depo. l. bona fid. ſ? Quidam ſic. ſed tu dic ſecūdum Io. ꝙ non: & aliud eſt velle agere rei vēdi. in iudicio: & aliud facere huiuſmodi interdictionem, quod non reſtituat. Accur.

† Haloā. atteſtationem.

b Retinere. id eſt facere teneri vel differre.

c Data ſunt[1] ſ. actione depoſiti. nam prius habetur ratio deponentiū, ſi cedūt bonis debitores: vt. ff. depoſiti. l. ſi hominē. §. j. & §. fi. Itē actioni depoſiti cōpenſatio non opponitur: vt. C. eo. l. fi. j. rñ. Item creſcit in duplum per inficiationem in quatuor caſibus: vt inſti. de act. §. ſequens. ver. rei perſequūtur. nūc autem datur ad aliud, vt nemo ei interdicat: vt hic. & idem dicunt quidā in commodato.

1 Cōcord. gloſ. in ca. iij. ſup ver bo, cōtra. extra, de depoſito.

d Accepturus. i. recepturus, ſcilicet deponens.

e Expetere. a deponente, vt defendat eum.

f Probetur. ſ. amiſſo: vt. ff de pignora. actio. l. iij. Azo.

g Cōteſtatio. vt teneatur deponenti: vt. eo. §. nemini. non depoſitario, qui tenuit vane.

† Alias, verſandi curſum.

h Tertiam. & hanc dabit ei qui læſus eſt: vt hic, & j. eo. §. nemini igitur. Accur.

i Res. vt æſtimationis detur vſura.

k Timore. id eſt, hac pœna.

l Verſandi. id eſt verſari.

m Sed & totum. q. d. multa ſunt mādata quę data ſunt adminiſtratoribꝰ, quæ ſunt. ſ. de mā. prin. colla. iij. Adhuc autem quædā deſunt quæ ponit hic: duo. ſ. de annona & de pēſione: vt ſic dictus tractatus de mandat. prin. l. plenior ſit.

† Haloā. de interdictis & denunciationibus.

n Teſſeras. teſſera genus eſt menſuræ, qua mēſuratur annona: vt. ff. de iudi. l. ſed & ſi. §. ſi libertis.

Teſſera quid ſit.

o Occaſio. quod ideo iniquum eſt: vt. ff. de tranſact. l. cum hi. §. ſed & perſonarum. & §. ſi in annos.

† Haloā. Sed multo adhuc moleſtius & incommodius eſt, ꝙ pleriq; dominis ediū I alma hac vrbe inuidentes, cū ab inquilinis locatarum ædiū penſiones percepturi ſunt damno illos inuoluūt, teſtato inquilinos conuenientes ne quid illis exoluant.

p Imbanchiti. i. in banchis non ſedentes: quia ſunt abſentes. idē ſi præſentes. alias eſt in litera in banchijs nō videntur: & eodem modo intelligas: & non eſt vis vtrum ſint abſentes vel præſentes: ſed forte ita de facto fuit, ſcilicet ꝙ erāt abſentes. Accurſius.

q Illi vero. quibus interdicitur.

r Eas. interdictiones.

s Non obdormiat. i. nō differat eum conuenire. nā negligentia eſt nociua: vt hic. & C. de an. except. l. vt perfectius. & econtra diligentia fructuoſa: vt hic. & ff. quæ in fraudem creditorum. lege, pupillus.

† præſtatio.

t In liberalibus ſupple ex præmiſſis. & nulli aſpirēt in liberalibus interdictis &c. Sunt enī liberales ideo quia libēter ſuſcipit interdictionem ille cui interdicit, vt hic: vt per hoc differat ſolutionem: vt ſupra, proximo. §. ibi, illi vero vltro &c. Alij dicunt in liberalibus, id eſt, in depoſitis, quæ ex liberalitate & bona fide fiunt.

† Haloā. & illiberales exque omni parte inuidia plenas atteſtatiōes excogitato.

Admini

a Adminiſtratio. quę ſibi omni die fiebat.
b Mox. i. tunc.
c Defenſiones. id eſt, non exigat depoſitarius fideiuſſores à deponente, vel cautionem propter huiuſmodi interdictum: quia graue eſt, vt ſubijcit, dare fideiuſſorem: vt. ff. vt in poſ. leg. l. ſi is a quo. §. fina. & puto hunc. §. generalem ad omnes tres caſus huius cõſtitutionis, & per hoc dico corrigi quod eſt. C. depo. l. penult. in fin.
d Defenſionem id eſt, ſi vult cauere de defendendo depoſitarium, facultas erit ei domino ſic cauenti, ſupple, rem propriam recipere. Vel dic econtra: quia dicit depoſitarius ſe paratũ recipere cautionẽ, & ſupple, & rem reſtituere datam in alium modum.
e Fiat. hoc verũ eſt in prætorijs: ſecus in alijs: vt. ff. de pigno. ſtipul. l. prætoriæ. & l. j. §. iij. & §. fin. & ideo male alleg. hic imperator. Accur.
f Indicant. id eſt, ipſi qui venerũt ad nos pro quæſtione facti: vt. s. eodem in princi. & potes dicere, id eſt, induxerũt nobis in mentem, quod faciamus hãc legem. Accur.
g QVIBVS modis &c. Differt hęc ab illa, ſupra, quibus modis, &c. quia hæc generalior eſt: vt infra, authen. vt in me. primæ colum. ibi, bene ſe habet &c. Item hic tractat de ijs qui ſui iuris, & in poteſtate fiunt parẽtis: ibi de ijs qui legitimi ſucceſſores, licet nõ in poteſtate parentum ſint.
h Naturalium. A Conſtan

† Haloã. quod ei, q repetendi ius habet, ſi vel depoſiti, vel aliorum nomine defenſionem offerat, liceat ſua recipere.

aut adminiſtratio [a] panum, aut penſionum datio ex hoc accidens: ipſe ſuſtinebit piculũ mox[b], quod interdictionem inquilinis & miniſtrantibus panem miſerit, aut ſuſpẽderit annonam. Nihil enim horũ agi omnino volumus: ſed ex quo interdictiones egerit, ſancimus eum omne damnũ ſarcire domino rerum ſuper hoc, & vſuram & tertiam centeſimæ agnoſcere pecuniarum, aut rerũ, quas nõ accipere per eũ, is, qui ſecundum hũc modum læſus eſt, valuit. Et neque aliquis opponat defenſiones [c] †, quia qui præſens eſt ei exactionis domino danti defenſionem [d], aut in depoſito, aut in alijs, recipere rem propriam. Non enim omnibus eſt facile fideiuſſorem præbere: noſtris legibus nullam defenſionẽ omnino ratam eſſe ponẽtibus, niſi cum fideiuſſione fiat [e], fideiuſſorem eñ omnino dandum idoneũ non facile, neque poſſibile paſsim eſt. Et propterea igitur in obſeruãtiam noſtrorum ſubiectorum volumus hoc cuſtodiri amodo & decætero omni tempore, vt vt immortale ſit huius noſtræ ſanctionis iuuamen Reipub. Indicant [f] quidem nobis in mentem venientes: præſentem verò legem commune iuuamen noſtris parientem ſubiectis. Tua igitur eminentia quę placuerunt nobis, & per hanc diuinam manifeſtata ſunt legem, operi effectuiq; tradere, & in perpetuum obſeruare feſtinet.

TITVLVS I.

QVIBVS MODIS[g] naturales efficiuntur ſui, & de eorum ex teſtamento ſiue ab inteſtato ſucceſſione.

COLLATIO VII.

Imperator Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſsimo per orientem prætoriorum præfectio, iterũ exconſule ordinario, & patricio.

Naturaliũ [h] nomen Romanę legiſlationi dudũ [i] nõ erat in ſtudium, nec quælibet [k] circa hoc fuerat humanitas: ſed tanquam alienigenũ aliquid & omnino alienum à republica putabatur: à Conſtantini verò piæ memoriæ temporibus in conſtitutionum [l] ſcriptũ [m] eſt libris. Deinde paulatim in mediocritatem [n] clemẽtemq; ſententiã imperatores trãſeuntes, leges poſuerunt: alij quidem & dari, & relinqui aliquid eis à patribus concedentes [o]: aliqui autem etiam adinueniẽtes modum, per quem naturali iure priore liberati, legitimi fierent [p], & paternæ ſubſtantiæ ſucceſſores: paulatimq; etiam ad nepotes proceſſerunt huiuſmodi legiſlationes [q], & quoniam in noſtra tempora venerunt [r], & eorum, qui paulò ante nos fuerunt, multam varietatem [s] cauſa ſuſcepit. Nos enim duplex habuimus ſtudium, & plurimos in libertatẽ perducere homines ex priore ſeruitute [t], & ex naturalibus ad legitimos eleuare [v], nõ eñ vitio [x] & interdictio deſpiciẽ-

tini. vt. C. eo. l. j.
i Dudum. id eſt, Olim.
k Quælibet. id eſt, aliqua.
l Conſtitutionum. vt. C. codẽ. l. iij. Accur.
m Scriptum. eſt in tractatu de naturalibus liberis.
n Mediocritatẽ. id eſt, modũ vel mẽſuram in dando vel relinquendo naturalibus. Accur.
o Concedentes. Archadius & Theodorus: vt. C. eo. l. ij. & iij.
p Fierent. ſ. Leo: vt. C. eod. l. quoniã deſideria.
q Legiſlationes. vt in l. ij. C. eo. tit.
r Venerunt. ſ. naturales liberi, vel eorum quæſtiones.
s Varietatem. q. d. quia quæſtiones naturalium ad nos peruenerunt: ideo correximus, & diſtinximus ſtatuta ab alijs.
t Seruitute. hoc primum.
v Eleuare. hoc ſecundum.
x Vitio. Nota, glorioſiſsimũ verbum. & eſt ſenſus: q̃a licet aliqui ſint in ſeruitute ꝓpter delictum forte q̃d fecerũt, & ita propter vltionem: vel licet ſint nati ex nõ legitimo matrimonio, & ita contra interdictum tamen non ſunt deſpiciendi, ſed iuuãdi vt fugiant de malo, & veniant in bonum: vt. j. eodem. §. natura ſi quidem &c. & ſic eſt argumẽ. pro quolibet malo corrigendo: vt &. C. de emen. ꝓpinquo. l. prima. Item facit. ff. de ventre in poſſeſſione mittendo. lege prima, primo reſponſo.

Quem

da eſt, ſed quod eſt in neceſſitate, curandum eſt: & diffugiēdum quidem quod malum eſt: inueniēdum verò vndique quod melius eſt. Quia igitur aliqua quidem in conſtitutionum codice, quem [a] ex omni priorum imperatorum legiſlatione collegimus, de naturalibus ſcripta ſunt filijs: quædam verò in libro inſtitutionum, de his autē nos conſtituimus [b], aut iam perfecta comperimus [c], & noſipſi plurimas fecimus de his conſtitutiones: alias quidem in prædictarū collectione [d] cōſtitutionum, alias autem etiam poſtea [e]: ne cauſa ſit diſperſa, bene ſe habere credidimus, in vna cōſtitutione [f] totum [g] colligere, quę pro omnibus ſufficiat ea, quæ de naturalibus ſunt, corrigere atque ſancire. Palam nāq; eſt, quia hominum alij quidem liberi ſimul conſiſtunt, & inter legitimos [h] ſunt alij verò hoc prius [i] non habentes poſtea fiunt, [k] & ex ſeruis [l] ad liberos aſcendunt, & ex naturalibus ad legitimos: alij verò ex hoc ipſo naturales ſunt, & quędā eis ſucceſsiones exiſtunt: alios autem neq; naturales eſſe decet, ſed etiam hoc mōſtrātur indigni [m] Oportet igitur nos ita facere cōſtitutionem [n], vt nullus ignoret, quæ poſſunt in naturalibus valere: dicimus autē inchoātes legem, qui conſiſtunt naturales, quibúſque modis procedunt ad legitimos (quorum [o] plurimos inuenimus nos) & quæ ſunt horū ſucceſsiones, & quomodo quidē vetuſtas vſa eſt his amarē [p]: quomodo nos humanē. Nec illud quoq; relinquitur [q] qui nec naturalium digni ſunt (ſicuti diximus) appellatione. Natura ſiquidem ab initio dū de filiorū ꝓcreatione ſanciret ſcriptis nondum poſitis legibus [s], omnes ſimiliter quidē liberos, ſimiliter autē ꝓduxit ingenuos. Primis nāq; parētibus primi filij ſimiliter q dē liberi ſimiliter autē legitimi à natura fiebāt: bella verò & lites atq; libidines & cōcupiſcētiæ cauſam ⁜ depoſuerūt ad aliud ſchema [t] Seruitutē nāq; īuenit bellū †: naturales autem caſtitatis caſus [v]: lex autem rurſus huiuſmodi delicta curās, libertatem ſeruis molita eſt: et multūm de his tractauit, modos [x] introducēs dena milia. imperatoriæ verò conſtitutiones aperuerūt ijs, quę nō rectè facta ſūt ad ius legitimū vias. quod non tranſitoriè [y] † neque nos ſancimus, neque ſubiectos hanc legē negligenter audire præcipimus. Legitimi ſi quidem ſucceſſores ꝓcedūt hominibus ex nuptijs, quas contrahunt aut cū dotalibus inſtrumentis, aut ēt abſq; eis, ſic ad fœminas maſculis cōueniētibus vt ab initio habeāt ad eas legitimarū nuptiarum affectū [z]. Et hoc em̄ in calumnia poſitum nos reſpicientes, lege [a] decreuimus quid in ijs quidē, qui fortunę dignitate ꝓuecti ſunt, quid autem in mediocri hominum ſtatu agendum ſit ad demonſtrationem legitimarum nuptiarum, quid verò deinceps permiſſum eſt plebi [b]. Quapropter nuptijs procedentibus [c], ex hoc ipſo ſunt ſucceſsiones certæ: & ſi inter legitimos connumerentur, mox lex [d] introducit ſucceſsionum modos, plurimū de his tractās. Legitimū ſiqdem ius ſic ſe habet [e].

a Quem. ſcilicet codicem.
b Conſtituimus. vt inſtit. de hær. ab inteſt. §. j.
c Comperimus vt inſtit. de nup. §. ſi. & ad Orfi. §. nouiſsime. & de ſucc. cog. §. hoc loco.
d Collectione. ſ. in. C. vt. C. eo. l. humanitatis. & ſe. vſque in ſi. ti. Accur.
e Poſtea. vt. ſ. de ince. nup. §. pe. et de trien. & ſemiſ. §. vl. co. iij. & vt lib. dec. §. ſi quis. & ſ. quib. mo. na. effi. leg. col. vj.
f Conſtitutione. ſcilicet iſta.
g Totū. i. omnia, vt ex ſequentibus colligitur.
h Inter legitimos. vt nati ex matrimonio: vt inſtit. de pat. po. in prin. & de his expedit ſe breuiter hæc conſtitutio. j. e. §. legitimi Accurſius.
i Prius. ſ. legitimationem. Accur.
k Fiunt. ſ. legitimi.
l Ex ſeruis. ratiōe ſimilitudinis hoc ponitur hic & alibi in multis locis in hac cōſtitutione & de his dicit prolixe j. e. §. quia vero nō eſt. vſque ad. §. diſcretis.
m Indigni. vt. j. e. §. vltimi. & ſupple hic. Alij. ſunt legitimi tantum, vt adoptiui. & ſic ſunt quinque genera filiorum.

Filiorum quinq; ſūt genera.

n Conſtitutionem. & de his. j. e. §. diſcretis. vſq; ad §. vlt.
o Quorum. ſ. modorum.
p Amarē. aduerbium; quia nil curabat: vt. ſ. in prin. huius conſtitutionis.
q Relinquitur. ſ. nobis, quin tractemus de ijs qui &c.
r Natura ſiquidem. ſuperior ergo diſtinctio fuit ſecūdum ius ciuile imperatorum.
s Legibus. quod fuit antequam ciuitates eſſent factę: vt inſti. de re. di. §. ſingulorum.
t Schema. id eſt, ordinem quo gentes vtuntur de ſeruis.
v Caſus. id eſt, defectus, Accur.
x Modos. quibus ad libertatem perueniant, & quibus ſiant ſerui, & a quibus retineantur: & quibus acquiratur per eos: imo maior pars legum fere de ſeruis tractat. Sed non ſic intelligo hanc literā: imo dico quod imperator hyperbolice loquitur, & de modis illis tantum dicit, quibus ad libertatē peruenitur, qui ſunt multi: vt inſti. de lib. §. multis.
y Tranſitorie. i. negligenter: vt. ſ. de qſtore. § vl. col. vj.
z Affectum. q. d. mutuū conſenſum: vt. ſ. de nupt. §. nuptias.
a Lege. vt. ſ. qb. mo. na. ē. leg. §. hic ergo. & §. quātum vero. & §. quiſquis col. vj.
b Plebi. i. minoribus in abiecta vita conſtitutis.
c Procedentibus ſ. ſic vt modo dictum eſt.
d Lex. in genere ponit videlicet ille tractatus, qui dicit de ſuis & legitimis hæredibus.
e Se habet. vt dictum eſt modo.

⁜ Deduxerunt.

† Haloā. illegitimorum ius tēperātię ac caſtitatis exceſſus inuenit.

† Legendum forte, quod nos neq; trāſitorie ſancimus.

Reliqua

a Reliqua. ſ. capitula de quibus fecimus mentionem. ſ. eod. ver. dicimus. Accurſius.
b Vtilis. ſ. eſt.
c Memoriæ. vt C. de natu. lib. l. iij.
d Filios. ſ. naturales.
e De obligationibus. ſ. curię. Acc.
f Filiorum pater. hoc quando per dationem curiæ. ſecus ſi ſine cauſa velit quis ſibi filium facere ſucceſſorem quia tũc demum legitimis non exiſtẽtibus. vt. ſ. qui. mo. na. effi. leg. §. ſi vero ſolũmodo. qui eſt contra.
g Suſcepti. forte per reſcriptum: vt honorabilior ſit cęteris: non autem habuit adminiſtrationem illuſtris dignitatis. tũc enim ſemper liberatur a fortuna curiali. ſ. vt ord. præ. vt in prin. colla. v. & conſti. quæ de dign. j. rũ. nec tranſire ad curiã permittatur: qa dehoneſtaret illuſtrẽ adminiſtrationem: vt hic ſubijcit, tamen non talis &c. ſic ergo & in epõ erit: vt. j. de ſan. epi. §. ſed hoc q dem. col. ix. et idem in quolibet qui per dignitatem a curia liberatur, qui ſunt multi: vt. C. de dec. l. ſi. Accur.
h Siue. hoc reſpicit aliud, ſiue, quod eſt. j.
i Conſtitutio. vt C. de na. li. l. qm̃.
k Curialis. i. qđ fiat curialis. Acc.
l Siue. hoc reſpicit aliud ſiue, quod eſt. ſ.
m Legitimus. C. de nat. lib. l. cõmunium. §. illo.
n Exiſtit. & eſt ratio euidens, cum non debeant legitimis filijs ſuo facto præiudicium facere, quod potuit pater: & hanc differentiam plerunque iam in hac conſtit. dices.
o Sancitum eſt. ſcilicet olim.
p Simpliciter. id eſt ſine diſtinctione. Accur.
q Fortunæ. alias fortuite.
r Enim. p certe.
s Curialis. nam licet ſit aliquis curialis, non tamen filius eius eſt, niſi ſpecialiter efficiatur: vt hic, & C. de ijs qui ſpon. mu. l. fin. lib. x.
t Perſoluit. No. villas & caſtra ſub ciuitat.

Si quis natus ſit liber, non tamen legitimus: aut etiam natus ſit ſeruus, ſed libertatem poſtea meruit: ſi ſit maſculus, legitimari poteſt per oblationem curiæ: ſi eſt fœmina, legitimatur nubendo curiali legitimo. Ang.

Quod verò non eſt huiuſmodi, ſed liberum quidem, non tamen ex nuptijs procedẽs legitimis, aut etiam in ſeruitute natum: ſi libertatem quidẽ meruerit, manſerit autẽ naturale: hoc modi varij ad ius legitimum fuerũt: quos enumerantes, ſic etiam reliqua [a] ſancimus. Primus itaq; modus eſt legitimi iuris exiſtens, ciuitatibus mox vtilis [b], quem Theodoſius pię & nouæ introduxit memoriæ [c]. Sancitum nanque eſt ab eo, vt poſsit naturales filios [d], aut omnes, aut aliquos offerre curijs aut filias curialibus copulare. Et qm̃ modus iſte non ſimplicem habuit legiſlationem, ſed variè & de oblationibus [e] dictum eſt, & de ſucceſsionibus, quomodo ipſi, & quorũ hæredes exiſtant, & qui rurſus ad ius eorum hæreditarium accedant: iuſtum credimus hoc primum legiſlationis diſponentes capitulum ita ad reliquos modos, q ad legitimorũ ius ferunt, accedere. quę enim inde ſunt, facilè omnino eſt dicere.

Pater filium naturalem curiæ offerens, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, eum legitimũ facit: habeat legitimos necne ſemetipſum autem offerens alijs legitimis extantibus, legitimus non fit. Ang.

Si quis igitur fuerit naturalium filiorũ pater [f], ſiue curialis exiſtens, ſiue liber à curia: licentiam habebit omnes, aut quoſdam ex eis, ſiue legitimorum ſit filiorum pater, ſiue etiam non: ſed ſolummodo naturalium, offerre † curiæ, licet fortè illuſtris dignitatis ſint filij ſuſcepti [g]: niſi tamen dignitas interceſſerit talis, quæ homines licet curiales ſint, ab hac fortuna liberos facit. Oblationis autem modus ſiue [h] fiat à patre adhuc ſuperſtite, cum quiſpiam in commune filium offerret (hoc nanque geſtum eſt in Philocalo † naturali filio curiali à patre in Buſtrenorũ ciuitate) & hoc ipſum dicit ſecũdũ inſpectionẽ ibi factam, & ita eum offert, ſicut à Leone piæ memoriæ ſcripta dicit conſtitutio [i], Siue ergo ſecundum hũc modum fiat aliquis à patre pronũciatus curialis [k], ſiue [l] cum pater ſub geſtis monumẽtorum offerat, ſiue moriens in teſtamento conſcribat, oportere fieri curialem, deinde ille amplectatur ſcripturã: legitimus [m] mox fiet, naturalium iure omnino liberatus: ſiue etiã mortuo patre ſemetipſum filius aut filij offerant, non exiſtente quidem legitima ſobole, etiam ſic erunt legitimi & curiales. Proinde pater quidem etiã exiſtentibus legitimis offert curiæ non legitimos filios: qui verò per ſemetipſum ad hoc procedit: tunc ſolũmodo auditur, cũ nullus legitimorum filiorũ exiſtit [n]. Hoc itaque de oblationibus ſit, quòd indifferẽter ſancitum eſt [o] à nobis, in hac præſenti lege reconditum: nõ autem ſimpliciter [p], neque fortunæ [q] oblatione. oportet enĩ [r] & modos facere manifeſtos, ſecundum quos offerantur.

† Cõcor. ca. p tuas. in glo. ſup ver. appellatur. poſt princ. ib i, item ſi pater. extra, qui fil. ſint legiti.

Villæ & caſtra ſub ciuitate collectã faciunt.

† Haloã. qui naturalis exiſtens, a patre in boſtrenorum ciuitate decurio factus eſt, cũ pater hoc ipſum publice ante omniũ illic cõſpectum protuliſſet, & ita ipſum obtuliſſet curię, put leonis &c.

Qui ſuam ſobolem naturalem vult legitimare curiæ loci ex quo natus eſt, eam offerat. qui autem Romani & Conſtantinopolitani ſunt, ſeſe ibidem offerendo legitimantur. & mulier naturalis curiali Cõſtantinopolitano nubendo legitimatur. Ange.

Si quis igitur ex qualibet oriatur ciuitate, ſiue curialis [s], ſiue etiam liber huiuſmodi ſit fortuna: licebit ei ſuum naturalẽ offerre filium curiæ illius vnde oritur ciuitatis. Si vero nec ciuis ipſe cõſiſtat, ſed ex villa quadã aut vico ſit oriũdus: illi à patre offeratur ciuitati, aut ſemetipſum offerat, ſub qua ciuitate villa aut vicus tributa pſoluit [t], Palã verò eſt, qa ſi quidẽ pater eũ aut auus offerat; aut aliqs aſcenden

tium parentum, & liberos [a] habens filios: hoc agere poterit. ſi verò ipſe quiſpiã ſemetipſum offerat: hoc permittimus, cùm nõ alij legitimi ſunt fratres. Si tamen aliquis offerre volentium ſuos naturales curijs, aut ex maxima oriatur ciuitate [b], aut ex ſeniore Roma: huic damus licentiã, in quam voluerit metropolim [c] oblationem celebrare: & hanc eſſe regulam etiam in filiabus, vt iũgat eas curialibus, aut ex ciuitate ipſa, ex qua orti ſunt, aut ſub qua villa aut vicus tributa perſoluit, aut ſi quis liber ſimul & Romanus aut Byzãtius [d] fuerit, cuicunq; curialiũ alterius cuiuſpiã [e], metropolis tamen. Sic itaque nobis curialiũ diligẽtia eſt: & iſte modus [f] placet iuris legitimi: quã damus curialium naturalium exiſtenti ſolũmodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curiæ, ſecundum qđ prędictũ [g] eſt. Et adhuc amplius ſancimus de cauſa, vt vel ſi non pater offerat, liber autem ſemel filius fiat: poſſit & ſemetipſum offerre curię, etiam hic legitima non exiſtente prole.

Legitimatus per curiæ oblationem patri legitimus ſucceſſor efficitur: & repudiare poterit hæreditatem patris: & ſe à curia liberare: pater tamen non poteſt ei in teſtamento relinquere plus, quàm relinquat vni ex filijs, cui minus relinquit. Ange.

Et quoniam variè etiã de huiuſmodi perſonarũ ſucceſsione ſancitum eſt: non videtur abſurdum nobis & de ſucceſsione, ſicut prædiximus terminare. Si quis igitur naturales, ſecundum hoc ſchema, id eſt, oblationis, fiat curialis: erit patri & ab inteſtato ſucceſſor, & ex voluntate, nihil diſsimilis legitimis, & ex donatione pcipere poterit patris, ita tñ, vt nõ amplius habeat vno horũ, q ab initio legitimi ſunt, & inter omnes minus habente [h]. Cùm ſemel autem illi ſuſceperint oblationem, & propterea ad ius legitimorũ aſcenderint: non ſinimus eos abſtinere ſe patrum hæreditate, aut videri quaſi donationẽ in ſe factam. & ratam habitã ab eis relinquere: & fortuna [i] recedere. Manentes itaque curiales, relictam aut donatam (ſicut dudum à nobis dictum eſt) habebunt menſuram.

Si filius ab initio oblationem curiæ recuſauit, bona tamẽ paterna poſsidere reperitur: curiæ eſt adſtrictus. quod locum habet etiam in filiabus. Ange.

Si verò ab initio refutauerint oblationem: manere liberi [k] præponẽtes, licet naturales, quã fieri ditiores & curiales: deinde videantur poſtea aut in totum, aut ex parte poſsidere res donatas aut relictas ſibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino curiali fortuna etiam inuiti: vt non adulterari [l] nobis videantur legiſlationẽ, & lucra quidem venentur, quæ occaſiõe oblationis ſint, repellant autem fortunã propter quã lucra promeruerũt [m]. Et hoc ſimiliter ſancimus & in maſculis oblatis curiæ, & ĩ filiabus nubẽtibus curialibus: nulla exiſtente differentia, ſiue per maſculos quiſpiam curiæ munera agat, ſiue per generos curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios nouos adijcere prioribus curialibus filios eorum [n].

Filius legitimatus, ſoli patri ab inteſtato ſuſcedit, non auo, vel aſcendentibus, nec etiam cognatis patris, nec etiam agnaſcitur, licet ſit legitimatus: niſi per quãdam machinationem: nec ipſi eidem ſuccedunt ab inteſtato: ſed ex teſtamento vnus alteri ſuccedere poteſt. Angelus.

Filium verò per huiuſmodi cauſam factum legitimum, ipſi ſoli genitori legitimum facimus, nõn etiã extraneæ cognationi patris (dicimus [o] autem & ex quibus ille natus eſt, & qui ex vtroq; [p] ſunt, & qui ex eo proceſſerunt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curiæ naturalem filium ſolummodo patri legiti-

civitate facere collectam: vt hic, &. C. e. l. iij. &. ff. de cẽſ. l. forma. & ius ciuitatis ſequi, vt. ff. ad mun. l. qui ex vico. &. C. de epiſ. & cle. l. nulli. §. qđ ſi inuito. Accur.

a Et liberos. &, pro etiam.

b Ciuitate. Conſtantinopolitana.

c Metropolim. id eſt, metropolitanæ ciuitatis.

d Bizantius. i. Cõſtantinopolitanus nam ea ciuitas primo dicta eſt Bizantium.

e Cuiuſpiam. offerat filiam ſuã copulãdo curiali metropolitanæ ciuitatis.

f Et iſte modus. ſ. naturalium filiorum & ſeruorum.

g Prædictum. vt ſ. eo. §. quod vero non eſt.

h Habente. ſic & ſecundo contrahẽs matrimonium non amplius dat de ſuis ſecũdæ cõiugi, quã vni filiorum primi matrimonij, & cui minus dederit: vt. ſ. de nup. §. optimũ. &. C. de ſec. nup. l. hac edictali. §. j. qđ non poteſt eſſe minus legitima vť hic vel ibi: vt. ſ. de nup. §. illud. ſed ſi eſſet hic ſolus, totũ poſſet habere: vt. C. e. l. iij.

i Fortuna. vt. C. eo. l. quoniam deſideria: Accur.

k Liberi. a curia.

l Adulterari. ſic ſ. de ſi. inſtr. in prin. Accurſius.

m Promeruerũt. vbi enim eſt lucrũ, & onus: vt. C. de fur. l. ſi. & de ca. to. l. j. §. pro ſecundo. in fin. &. ff. ſi qs omiſ. cau. teſt. l. ſi nõ ſolus. in ſi. j. rñ.

n Eorum. Quid enim intereſt, quo iſtorum modorum quis curiæ prouideat: vt. C. eo. l. iij. in fine.

o Dicimus. nunc exponit extra eam cognationem patris.

p Ex vtroque. ſ. latere: vt agnati & cognati: vt hic ſtatim exponit. ſic adoptatus nõ agnaſcitur cognatis patris.

tris, nec ſuccedit: vt. C. de ado. l. pe. §. ideo ſancimus. Item facit inſti. de ſer. cogna. in fi.

a Qui factis. datiui caſus. Accur.

b Qui. id eſt, qui curiæ oblatus eſt. Accurſius.

c Legalius. i. debetur magis ex. l. q. d. nihil. cũ etiam viuo patre dominus eſt filius: vt. ff. de. lib. & poſthu. l. in ſuis. et eadẽ perſona: vt. C. de impub. & alijs ſub. l. fin. & ideo debita bona patris filio: vt hic, & . ff. vnde libe. l. ſcripto hærede in fi. et ff. de ho. dã: l. fi. ſ. vñ. & . §. fi.

d Sibi. ſ. ſiue antea ſiue poſtea. Ac.

e Legitima. quę determinatur. l. ſcilicet quarta: vt. C. quando, & quib. quarta pars. de. l. j. & . ij. in pri. lib. x.

f Ex genere. eius, qui deceſſit.

g Oblatione. id eſt, ac ſi eſſet datus curiæ.

h Superſtites eſſent. ſ. parentes.

i Nouem. quando eſt vnus vel plures. quod dic: vt. ſ. de trien. & ſemiſ l. diximus. §. excipiatur. col. iij.

k Minus. quod enim lex dat, priuatus auferre non poteſt: vt hic, & vt ar. ſ. de nup. §. ſi vero nõ ſolum. in fi.

l A lege. ſupplet lex. in quo homo deficit: vt. ff. de re. iu. l. iiij. §. ſi quis. & . C. de inoffi. teſta. l. omnimodo.

m Portiones. ſic C. quãdo non pe. par. l. j. Accur.

n Tacuerit. ſcilicet teſtamento.

o Sicuti. ſ. non facto teſtamento.

p Obtulerit. ſcilicet eos curię. Ac.

q Voluntate. ſcilicet teſtamẽto nõ facto. Accur.

r Vel agentibus. id eſt, in curia exiſtentibus.

Conſtit

† Cõcor. ca. ius naturale. j. di ſtinct.

† Alias, venire & alias, habere paternã &c.

mum fieri ſucceſſorem nullũ tamen habere participium ad aſcendentes aut deſcendentes aut ex latere agnatos vel cognatos patris, aut illos aliquid habere participiũ ad illorũ ſucceſſiones. ęquum etiam ei dantes priuilegium, vt ſicut nec cognatis patris, nec illis ſit iſte ſucceſſor, nec illi ad eius vocentur ſucceſſionem: niſi forte ſcripſerit aut ipſe illos, aut ab illis ſcribat, ſoli enim patri fiunt legitimi, & cognati eſſe creduntur.

Si cum filijs aut nepotibus legitimatus deceſſerit, ſi curiales ſint ad eius ſucceſſionem vocantur: nullo autem ſuperſtite eo decedẽte ab inteſtato curialis ad ix. vncias vocatur, & ad reliquas tres, qui ex lege appellãtur. An.

Ergo ſanciendum eſt, qui factis [a] ita legitimis efficiãtur ſucceſſores. Et ſi quidẽ habuerit filios, qui [b] talis eſt, aut nepotes de legitimis ſibi procreatos vxoribus, & merito etiam curiales cõſtitutos: modis omnibus ei ſuccedant. Quid enim † legalius [c] eſt proprio filio ad † paternã ſucceſſionẽ? Si vero filios habuerit nõ curiales quandoque ſibi [d] progenitos: tũc legitima [e] menſura veniat ad fiſcum & curiam: reliquũ vero quantumcũque fuerit, ad illos filios, qui curiales nõ ſunt, accedat. Si vero etiã generaliter nulla ei ſit proles, & moriatur inteſtatus: nouem quidem vncias curia & fiſcus habeat, ſecundum quod dudũ a nobis ſancitum eſt: in reliquis aũt tribus vncijs, qui ex lege vocantur, omnibus modis veniẽt: aut ſi teſtatus fuerit, ad ſcriptos deſcendent heredes. Semel autem factum curialem lex ſuſcipiens, & inſcribens curiæ, & ſucceſſiones & aliã omnem ordinatã dedit vitæ ſucceſſionem & quæſtũ. Si quis autem vel ex genere [f], vel extraneus, ſcriptus forſan, aut etiã non ſcriptus voluerit adire imperiũ, & ſemetipſum offerre curiæ: licentiã habeat hoc agendi, & diſtributã curiæ partem accipiẽs, fieri curialis, & tam fortunæ, quàm functionũ ſucceſſor, ſi hoc imperium annuerit. Si quis aũt legitimos quidem filios non habeat, naturales autem ei ſolũmodo ſint: liceat ei curiæ honore ſcribere eos hæredes: & ſcriptura pro omni oblatione [g] conſiſtat. & non egeat hoc antiquarum legũ alia adiectione, neque oblatione, dũ ſuperſtites eſſent [h]: ſed ex hoc ipſo ſcripti ſi liberi ſint, curiales ſimul & hæredes fiant, & habeãt ipſi ſubſtantiæ nouẽ [i] vncias, ſicut pater eis diſtribuerit. Si autem etiã totum eis relinquere voluerit: adhuc faciet melius: verũtamen vſque ad nouem vncias omnimodo eis relinquat: ſciẽs, quia ſi reliquerit minus [k], à lege [l] modis omnibus ſupplementũ ſubſtantiæ fiet: illi verò ſi voluerint, curiales fiãt. Si verò aliqui quidẽ eligant, aliqui verò refutent: ad eos, qui eligunt, refutantiũ veniant portiones [m]. Si verò omnes renuerint: tunc tanquam filijs non exiſtentibus ita ad curiã veniãt nouem vncię omnes. Si verò ille quidem tacuerit [n], filiorũ verò legitimorũ ei non ſit proles: tunc legitima quidem pars ad hæredes ab inteſtato veniat: filij verò naturales ſi voluerint ſemetipſos offerre curiæ, hoc faciant ſicuti [o] voluerint, ſiue omnes, ſiue quidam ex eis: & modis oĩbus nouẽ vnciæ ſubſtantiæ ad curiales aut curialem perueniant. Si verò etiã ex ancilla ei nati ſunt, ſi eos manumiſerit, aut viuẽs, aut in teſtamento obtulerit [p] eos: etiã ſic ſuſcipiantur, & ſint curiales ſicut teſtator voluit, aut ſicut eorũ deſideriũ fuit. Offerentes enim ſemetipſos curiæ, percipient (ſicuti dictum eſt) nouem vncias. vndique enim volumus vel ſi teſtetur, vel ſi nõ facta volũtate [q] deceſſerit, eos, qui ad curiã veniũt, nouẽ vncias accipere. Si verò manumiſerit quidem ſolũmodo, non tamen obtulerit, aut illi etiã ſic volũt, aut quidã ex eis ad curiã reſpicere; etiam tũc nouem vnciæ curiã agenti vel agentibus [r] ſecundum quantitatẽ dent. Si verò nullus naturaliũ aut velit, aut offeratur: tũc nouẽ vncias curia percipiat. Palã quippe eſt, quia

ſimul ſequitur vbiq; fiſcus ſecundũ conſtitutionem [a] de hoc à nobis poſitam. De naturalibus itaq;, qui per trãſitum [b] ad curiam fiũt legitimi, & de modo [c], ſecundum quem offeruntur, & ſucceſsionibus, hæc à nobis purè ſancita ſunt. Tribus autem [d] alijs cõſtitutionibus ſcriptis Zeno [e] quidẽ piæ memoriæ non de futuris aliquid plenè ſanciuit, ſed de iam præteritis: quã ſcribi ideo ſolũmodo permiſimus, vt eos [f], quibus illa fortè cõſtitutio ꝓdeſt, † quòd [g] deſcendit eorum exinde proles, non hac vtilitate priuaremus: ſicut etiam Anaſtaſij [h] piæ memoriæ, quæ naturales adoptare cõtribuit, nõ eſſe importunam decætero noſtris ſubiectis permittimus: niſi ad hoc poſitã ſolummodo ſinimus, vt ſi qua vtilitas aliquibus exinde repoſita eſt, hãc nõ videamur per noſtras amputare leges. Oportet enim ſemper aliquod inchoare bonũ, non ea quæ à quibuſdã præexiſtunt, deſtruere [i]. Noſtri enim patris approbamus conſtitutionem [k]. temperatè quidem introductam, & ordinatè poſitã, quæ adoptiones naturaliũ prohibuit, multam abſurditatem habẽtes, & indiſcretè velut aduenas quoſdã legitimis naturales ſupinducentes. Reliqui igiẽ ſunt modi, qui à nobis inuẽti ſunt, quos percurremus [l], legitimũ ius præbẽtes eis, qui erãt primitus naturales: circa quorum ſucceſsionem nõ laborauimus. ſemel eñ eos efficientes legitimos [m], damus habere etiam ſucceſsiones illas, quas habent ij, qui ab initio legitimi ſunt. Si quis igiẽ † dotalia [n] ſcripſerit ad libertã [o] in principio, ſiue ad liberam mulierẽ, cui omnino licet copulari in cõcubinæ ſchemate ſibi, aut legitimorũ filiorum iam pater [p] exiſtens, aut etiam filiorũ naturalium pater legitimas eſſe nuptias, & filios vel præcedentes vel conceptos legitimos ei eſſe ſancimus. & licet poſtea non naſcantur filij ei, aut etiã nati moriantur: nihilominus prior ſoboles [q] legitima cõſiſtit. Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui cum etiã ad dotale prouocauit inſtrumentum, ipſe dedit ſecũdis filijs occaſionem, qui poſtea nati ſunt [r], legitimi iuris. Quapropter abſurdum erat benignam occaſionẽ, quam poſteri ſibi filij inuenerunt ex prioribus ſumentes, eã non etiã prioribus legitimum ius ſimul & ſine calumnia circa patrũ dare ſucceſsiones. palã enim eſt, quia iuniores [s] filij ex lege [t] facti ſunt ſui hoc initiũ dotalibus præbẽtibus. Quapropter vnũ amborum fecimus ordinem, & decætero calumnias plurimis abſtulimus conſtitutionibus [v]: illud dicentes, vt vel ſi non habuerit filios poſtea pater, dotalia tamẽ expoſuerit inſtrumenta: etiam ſic nihilominus ſuos habeat filios. Vt enim naſcerentur ei filij alij, caſus quidam fortè poteſtatem & licentiam habuit: ſicut etiam natos auferre: affectionis verò probationem, quæ in prioribus fuit natis: hoc eſt, ante dotalia inſtrumenta præbentem legitimũ ius, nihil tale fuit, quod auferre [x] omnino potuerit. Inſuper etiam ex rationalibus hoc adiectum eſt cauſis, quòd ſi ante dotalia conceptus quidem eſt filius, natus autem poſt dotalia: auxiliator ſui ſit [y]: qui etiam ex prioribus conſtitutionibus hoc facere potuit. & quædam à nobis inuenta [z] eſt ratio regularis optimè narrans de ordine naſcẽtium. Cùm enim dubitatur, vtrum oporteat conceptus [a], an partus reſpici tempus: ſancimus, vt non tempus conceptus, ſed partus inſpiciatur, propter filiorum vtilitatem. Si verò contigerit tales aliquas excogitari circumſtantias caſuum, in quibus eſt vtilius conceptionis tempus, quàm partus: tempus illud valere magis præcipimus, quod vtilius ſit naſcenti [b].

a Cõſtitutionẽ. j.eo.§. ſemel. &.§. ſi quis autem.
b Per tranſitum. tunc enim fit trãſitus cum curiæ offertur.
c De modo. ſcilicet oblationis.
d Tribus autem. quæ ſtatim nominabuntur. Accur.
e Zeno. vt.C.e. tit.l.diui Conſtantini. Accur.
f Vt eos. ratio quare illæ cõſtitutiones poſitæ ſunt.
g Quod.i. quia.
h Anaſtaſij. vt C.eo.l.iubemus.
i Deſtruere. et ſic no. ꝙ in dubio nõ debemus corrigere legẽ: vt hic: &. C. de appe.l.præcipimus.in ſi.ar.cõtra j.vt fra.ſil.j.reſpõ. Sed illud quando expreſſe corrigiẽ.
k Cõſtitutionẽ. quæ eſt.C.eo.l.legem Anaſtaſiam.
l Percurremus. modo ſtatim. Acc.
m Legitimos. ſecundum modum. j.ſcriptum.
n Dotalia. ſcilicet inſtrumenta.
o Libertam. ꝙ de liberta dicit, intellige ſi legitimos non habet, ſecundum diſtinctionem quam habes. ſ. de triẽ. & ſe.§.ſi. quã dicunt quidã tolli per illam.ſ. vt lib. decæ.§.penul. Ac.
p Pater.ſ.tantũ. nam in vtroq; caſu idem eſt: vt hic, &.ſ.de tri.& ſemi.§.ſi.& inſti.de hære.ab inteſta.§.ij.
q Soboles. ſcilicet nata tempore concubinatus.
r Nati ſunt. poſt nuptias cõtractas.
s Iuniores. id eſt, poſteriores nati.
t Ex lege. id eſt, per legem.
v Cõſtitutionibus. ſcilicet noſtris tribus: vt. C.e.tit. l.cum quis.&.l.nuper.&.l.fin.
x Auferre. quaſi dicat caſu aliter eſſe potuit, vt naſcerentur filij, ſicut & quod nati morerentur. Accur.
y Sit. id eſt, ſit legitimus.
z Inuenta. C.de nat. lib.l.nuper.§. & multo.
a Conceptus. id eſt, conceptionis: caſus genitiui.
b Naſcẽti. vt.ff. de ſtat.

Corrigi lex in dubio nõ debet.

† Haloã. propterea quod progenies eorum, quorum inibi fit mẽtio, huc vſque pertingit.

† Facit ad hoc ca. tãta eſt, is. cum gloſſ. j. extra, q fil. ſint legiti. vbi dicitur, qꝺ per matrimonium ſubſequẽs legitimantur filij ante matrimoniũ geniti.

Fiunt filij legitimi precibus principi oblatis, & teſtamento patris oſtenſo, ſi eos per reſcriptū morte præuentus legitimare nō potuit. Bar.

Illud tamē à nobis ſancitum [a] eſt, vt ſi quis voluerit legitimam ſuam facere ſobolem, & non habuerit vxorem talium filiorum matrem: aut filios quidā valde diligat, mulier autem nō ſine peccato [b] ſit apud eum, neque digna ſit quolibet legitimo nomine: & propterea aut moriēte muliere, aut legitimo iure non digna in matrimonio putāda: aut cauſa à filijs malignè tractata [c], aut ex ſtudio muliere celata, aut à filijs, aut fortè aliter ei diuitijs accedentibus, ne iure legitimorum vſum pater & fructum defuncta matre tanquam ſub poteſtate filijs conſtitutis habeat. Si quis [d] ergo filios legitimos non habens, ſed tantummodo naturales, ipſos quidem legitimos facere voluerit, mulierem verò in promptu non habeat omnino: aut habeat quidem, non tamē ſine peccato, aut ſi non appareat, aut aliter dotalium inſtrumentorum nō habeat facultatē (qd enim ſi ad ſacerdotiū alter eorū aſcendat?) damus ei fiduciā (hoc ꝙ dudū geſſimus) ad legitimū ius filios educere naturales, legitimis ſicuti prædiximus nō exiſtentibus ꝑ quandā huiuſmodi viā. Sicut enim ſunt modi, q ſeruos ad libertatē ſimul & ad ingenuitatem deducunt, & naturæ reſtituunt: ita ſi pater non habuerit legitimam prolem, & voluerit eos reſtituere naturæ & antiquæ ingenuitati, ſiue ex ingenua naſcantur ei, ſiue ex liberta, & legitimos decætero & ſub poteſtate habere: hoc agat ꝑ noſtrū reſcriptū [e]. Nō enī fuit in principio, quādo natura hominibus ſanciebat ſola, antequā ſcriptæ ꝓcederent leges, quædā differentia naturalis atq; legitimi: ſed primis parentibus primi filij (ſicut præſentē inchoantes diximus [f] legem) etiam ipſo proceſſu nati, legitimi fiebant. & ſicut in liberis natura quidem fecit liberos omnes, bella verò ſeruitutem [g] adinuenerunt: ſic etiam hinc nobis natura legitimas protulit ſoboles: ad concupiſcentiā verò facta conuerſio [h] naturale ius eis inſeruit. Quapropter ſimilibus paſsionibus exortis conuenit curam ex æqualibus inueniri [i]: aliam quidem à prioribus noſtris, aliam verò à nobis. Sit igitur licentia patri in prædictis caſibus matrem in priore ſchemate relinquenti, imperio preces offerre, hoc declarantes, quia vult naturales ſuos filios reſtituere naturæ & antiquæ ingenuitati, & iuri legitimo, vt ſub poteſtate eius conſiſtant, nihil à legitimis filijs differentes. quo facto [k], ex hoc [l] filios frui huiuſmodi adiutorio. vnà [m] nanque hoc modo omnes huiuſmodi naturæ diſgreſsiones & opiniones in ijs, qui legitimos non habent filios, curamus: ſic breui ſolatio tātum impetum naturæ corrigentes. Si verò is qui ſolummodo naturalium filiorum eſt pater, per quoſdam fortuitos caſus nō valuerit hoc agere, moriēs autē ſub quodā prædictorū caſuum ſcripſerit teſtamētū, volēs ſibi legitimos eſſe filios ſucceſſores: & in hoc damus ei licentiā & fiduciam ſupplicātibus [n]: tamē etiā ſic filijs poſt mortem patris, & hoc dicētibus, & oſtendētibus patris teſtamētū, & hæredibus exiſtētibus ſecundū legē: hoc quoq; donū habeāt patris & principis [o], id eſt dicere, naturæ ſimul & legis. Generaliter aūt in omnibus q per prædictos modos deducūtur ad legitimū ius: tūc hoc volumus obtinere, dū & filij hoc ratū habuerint. Nā ſi ſoluere ius patriç ptātis inuitis filijs nō ꝑmiſſum eſt [p] patribus, multò magis ſub poteſtatē redigere inuitū filiū & nolētē, ſiue ꝑ oblationē ad curiā ſiue ꝑ īſtrumētorū celebrationē, ſiue per aliā quamlibet machinationem tanquā ſortē [q] metuentem paternam

de ſtat. ho. l. qui in vtero.
a Sancitū. ſ. qb. mo. na. ef. le. §. nouimus. &. §. ſi quis vero. &. §. liceat igitur. &. §. ſi vero. col. vj.
b Peccato. quia meretrix.
c Tractata. ſ. his modis. ſ. aut eſt &c.
d Si quis. repetit, vt ſoluat.
e Reſcriptū. qd vulgo appellant Bononienſes mamburdium. i. imperiale reſcriptum.
f Diximus. vt ſ. eo. §. natura quidem.
g Seruitutem. eo modo qui dicitur iſtit. de iu. na. §. ius autem. Acc.
h Conuerſio. q̄a homines conuertūtur ad concubinas naturæ. Accur.
i Inueniri. ſimilis morbus ſimilē deſiderat medicinam: vt dixi. ſ. qui. mo. nat. ef. legi. §. liceat igitur.
k Facto. i. precibus īperatoris oblatis declarato: quia vult filios reſtituere. Accur.
l Hoc. ſ. tempore.
m Vna. i. ſimul.
n Supplicātibus. ſcilicet nobis.
o Principis. hoc accipe, quando pater dicens eos naturales volebat tamen eos, vt legitimos reputari. ſi autem ſolū eos filios diceret, nec adderet naturales, ſiue in teſtamēto ſiue in ſcriptura vbi ſubſcripſerūt tres teſtes, ſiue in geſtis: erunt legitimi, licet ſe pricipi nō offerāt: & quod plus eſt, vni teſtimonio dato, alijs ꝓdeſt: vt. j. vt. li. ma. & auiæ. §. ad hæc. col. viij.
p Permiſſum eſt. vt. C. de emanc. li. l. nec. auus. in fin. &. l. iubemus. in fi. nec ſeruus quando que manumittitur inuitus: vt. C. de teſt. ma. l. fi. §. ſi vero quidam ibi, nolentibus &c.
q Sortem. forte enim prauæ conuerſationis & peruerſi moris eſt iſte pater.

pater.

a Non eſt. vt hic, &. ff. de iis qui ſunt ſui, vel alieni iu. l. ſi. niſi per ingratitudinem vt. ff. de ado. l. qui liberatus. & C. de ingratis lib. l. j. & ſic no. in ijs, quę ſunt voluntariæ iuriſdictiõis nõ poſsit quid fieri altero inuito, ſiue eximatur filius vel redigatur inuitus, vt hic: ſiue ꝙ pater eximere cõpellatur inuitus: niſi in quatuor caſibus vt: no. inſti. q. mo. ius pa. po. §. ſi. Sed quæro, an compellatur filius exire patriam poteſtatẽ ex eiſdẽ cauſis, ex quibus pater cõpellitur emancipare? Rñ. non: & quia nõ inuenimus: vnde regulam iſtam ſeruamus in dubio: vt ff. de exerci. ac. l. j. in re igitur. & quia filius non habet eã poteſtatem in patrem, quã pater in filium, & eam in cũ valeat exercere.

b Proprium. imo remotum & extraneum.

c Manentibus: ſic. ſ. e. §. ſi quis autem legitimos. ibi ſi vero aliquid &c. &. C. de teſ. ma. l. ſi. §. ſi vero quidam. &. ff. de lega. præ. l. naturalis. §. ij. Acc.

d Priorum. i. nullum eorum per quẽ aliqs fit legitimus.

e Hunc. ſ. p reſcriptum principis.

f In quibus. ſupple in illis caſibus, in quibus alij non habẽt locum, quod eſt ex cauſis illis, q̃ ſunt. ſ. e. §. illud, &. ſ. qui. mo. na. ef. lege. §. nouimus. §. ſi quis vero. &. §. licear. Vel dic nullũ eorum perimentes &c. i. eorum qui proprie ſunt legitimi: ſed hunc adijcientes alijs modis, in quibus non licet illos ſcilicet filios accipere legitimos: quia non ſunt: & alias ceſſat hic mo-

nam, iuſtum non eſt [a]: neq; imperij & legiſlatoris ponimus propriũ [b]. Si verò plurimis exiſtentibus filijs, alij quidẽ eligant, alij reſpuant: ij, qui volũt legitimi fieri, fiãt, alijs in iure naturali manentibus [c]. & hoc dicimus, nullum priorum [d] legitimorũ perimẽtes modum, ſed hunc [e] adijcientes alijs, in quibus [f] illos accipere nõ licet. Omnino enim legitimis exiſtẽtibus, deinde naturalibus prouenientibus, nequaquam ius legitimorum eis adijcitur, niſi omnino aut ꝑ curiã, aut per noſtras conſtitutiones, quæ dotaliũ inſtrumẽtorum introduxerunt modum. Adoptionis autem modum, qui fuit olim à quibuſdam ante nos imperatoribus [g] ſuper naturalibus putatus non improbus, inuenientes, ſecũdum paternæ cõſtitutionis [h] virtutem & nos (ſicuti dictum eſt) excludimus, quoniam caſtitatẽ non perfectè conſiderauit. Et non erit decẽs, vt quę bene excluſa ſunt, in rempublicam rurſus introducantur. Quapropter his à nobis ſancitis atque manifeſtatis quo conueniat modo ad ciuitatem Romanam legitimorũq; ius tranſire: nihil de ſucceſsionibus ſuptalibus eſt dicendũ. Nã ſicut in cæteris ab initio legitimis, oportet etiam in his fieri ſucceſsiones [i]. Diſcretis igitur & ijs, q facti ſunt legitimi [k], & ijs, qui manſerunt naturales, ordinandum eſt iã etiam de ſucceſsionibus eorum. † Valenti [l] ſi quidem & Valentiniano & Gratiano diuę memorię primis [m] placuit, humanũ aliquid agere circa naturales. Et ſi quidem ſit naturalium patri legitima ſoboles, vna vncia eos dignos eſſe fecerunt: & hãc cum ſua matre [n] non donari, neque ex vltima dari voluntate vlterius aliquid permittentes: ſi verò filij quidem non ſint naturales [o], concubinæ verò ſolummodo ijs, qui non habeant vtique coniugem (hoc etenim tantum concubinam habentibus eſt conſcriptum) mediam vnciam ſolam donantes [p]. Si verò filiorum legitimorũ non ſint parentes, & neque patrẽ neque matrem habeant: vſque ad tres vncias relinquere eis aut donare permiſsi ſunt, & hoc cũ matre. & ſi quolibet modo acceperint aliquid, in hoc reputari ſolummodo: quod autem plus eſt, ad eos, qui vocantur ex lege, venire: hoc quod Theodoſij ſenioris filij licet non perfectè ſanciuerunt. Nos igitur & ſi prius humana vſi lege, pro tribus vncijs ſex vncias eis, filijs legitimis non extantibus, per patrum magnificentiam dedimus [q]: ſed tamen ex ijs, quæ ſubinde proueniunt cauſis, perfectius ſimul clementiuſq; conſiderantes, præſentem ponimus legem. Plurima vtique ſunt & prius commiſſa, & noſtris temporibus delinquuntur: & ideo ab impietate homines liberamus. Quidam enim non habentes licentiam, quantum volunt ſuis naturalibus filijs relinquendi, eligunt quaſi viros [r], & ſcribũt heredes, qua-

dus. vt ſubijcit, omnino enim &c. Vel verius dic, quod hic modus, per quem nõ licet naturalem facere legitimum, adiungit alijs modis quando non licet facere naturalẽ legitimum. Nam hoc modo nõ licet, ſi extant legitimi: & hoc ſubijcit, omnino enim &c. Sed qui ſunt modi, in q̃bus ꝑmittitur iſta legitimatio, ſi filij non ſint? Rñ. quando pater per reſcriptum petit hoc fieri, vt hic. Item quãdo in teſtamẽto dicit quid ſint legitimi, & filij oſtendũt poſtea teſtamẽtum: vt. ſ. e. §. ſi vero naturaliũ. tertius: vt. j. vt lice. ma. & aui. §. ad hæc.

g Imperatoribus. vt ab Anaſtaſio: vt C. e. l. iubemus. i ſi.

h Cõſtitutionis. ſcilicet patris Iuſtiniani poſitæ. C. e. tit. l. legem. §. in poſterum. vbi dicit ꝙ naturales non adoptetur & hæc ſunt ſ. qui. mo. na. effi. legit. §. & nos.

i Succeſsiones. vt hic, & ſ. eo. §. tribus. in ñn. §. ibi, reliqui &c.

k Legitimi. quocũque de ſupradictis modis.

l Valenti. vel dic ꝙ nõ ſit in. l. C. vel dic quod ſit eius legis ſenſus in. C. de na. lib. l. ij.

m Primis. imperatoribus.

n Matre. ſi habeant.

o Naturales. & legitimi. Az. imo naturales tantum: vt hæc litera dicit euidenter. hodie tamẽ ſerua quod dicitur. j. eo §. ne igitur. & . §. ſi vero filios.

p Donantes. hoc habemus in. C. de de natu. lib. l. ij.

q Dedimus. vt C. e. l. humanitatis. Accurſius.

r Viros. ſ. bonos. & hone

† Viſ[?]tur adhuc hodie ea cõſtitutio in reliquijs

Theodoſi. Codicis libro iiij.

proprietate eſt, competit [a] purè: et vnumquẽq; oportet quod ſuũ eſt habere, nullo priuilegio indigens. Si verè nihil appareat vtriuſq; rerũ: aut aliqua quidẽ appareant, aliqua verò deſint: ſiue ſuperſtites ſiut mulieres, repudio forſan priori matrimonio diſſoluto: competere mulieri dotẽ [b], ſiue defunctę ſint filijs exiſtẽtibus ambæ, aut etiã vna harũ: in ijs, quæ deſunt, ſuperiorẽ eſſe priorem, & filios ex ea, antiquiorem dotẽ præponẽtes, id eſt, dicere, nepotes & pronepotes, & deinceps ſucceſſores [c], cuiuſcunq; naturæ [d] fuerint. Sicut enim ſi duo debita publica [e] fuiſſent, neceſſariò antiquũ pręponeretur poſteriori: ita & hic priuilegia neceſſariũ eſt priori doti dare priora, et ita ſecũdę: et dotẽ [f] nõ pręponere doti [g], nec hypothecã hypothecis: ſed quod antiquius eſt tẽpore, amplius manere, propriũ robur habẽs et priuilegiũ [h]. Tẽpora nanq; hypothecarum permutare aut interimere, vel minuere, nullo modo patimur. Et hoc dicimus nõ ignorantes, quoniã iam et in alia quadam noſtra legiſlatione hoc decreuimus. Sed quoniã omninõ motũ [i] eſt apud nos, & quaſdã habuit aliquo modo cauſa quęſtiones: propterea & ad pſentis legis opus acceſſimus, vt non nunc aliquid prius [k] ſanciremus, ſed vt clariorem eam omnibus conſtitueremus.

Si vir dotem à muliere, vel ab alio pro ea ſoluere volente accipere recuſauit, matrimonio ſoluto ita poterit peti donatio propter nuptias ſicut ſi verè dos ſoluta fuiſſet. Ange.

Illud quoq; adijcere legi bonũ eſt, quod mota quęſtio ſimiliter neceſſarium nobis ad legiſlationẽ fecit. Si enim debeat dotẽ mulier, & illa [l] quidem dare voluerit [m], ipſa forſan, aut qui pro ea promiſit illud, quicunq; fuerit aut proximorum aut extraneorũ, aut profectitia, aut aduẽtitia ſit dos (hęc enim verba [n] legis ſunt) vir autẽ, aut eius pater forſan, aut auus ſuſcipere eã nolit: pars autem mulieris cõteſtet [o], & parata ſit hoc ſoluere, aut etiã aliquid maius [p] peragere, & offerat forſan, & ſi mobilis [q] ſit, ſignacula etiam imponat, & ſecundũ leges [r] recondat: aut ſecundum vnam partem ingrediens in iudicium, petat hoc fieri [s]: & pergentes ex iudicio quidam [t] denũcient hęc ad partẽ viri: at ille permaneat ita differens: nõ poterit ſoluto matrimonio antenuptialis donationis exactionẽ [v] declinare tanq; dote nõ data. Qui enim † dare voluit: dum perceptionẽ recuſat is, qui ſuſcipere poſtulatur, proximus eſt danti. & hoc [x] cũ alijs in dote valeat. Sicut enim niſi dederit per dilationem dotis negotionem ei antenuptialis donationis inferimus: ita vel ſi

a Competit. vt C. de iure dotium. l. in rebus.

b Dotem. id eſt, dotis petitionem: vt quia ſine culpa diuortium interceſſit.

c Succeſſores. alias ſucceſsiones. Ac.

d Naturæ. quia omnes poſſunt filij vel liberi appellari: vt. ff. de verb. ſigni. l. liberorum.

e Publica. ſcripta manu publica. & pignus in vtrunq; fuerit obligatũ. & ſic in pignore præfertur primum ſecundo, vt ſubijcit, & C. qui potio. in pig. l. ij. non autem in perſonali: vt. ff. de priui. cre. l. priuilegia. Vel dic vnũ ab vna ciuitate: aliud ab altera. nam et ciuitas mutat: vt ff. ad ma. l. nihil. ſic dicitur impropriè publica: vt. ff. de verb. ſig. l. eum qui vectigalia. & de publica. l. ſed & hi. in prin. nõ autem poteſt poni q vtrũq; a fiſco vel vtrunq; ab vno creditore fuerit acceptũ: cum non dicitur aliquis ſibi præferri. item q dicit neceſſario, id eſt, probabiliter. nam hæc regula q prior poſteriori in pignore pręferatur fallit in viij. caſibus: vt. ff. qui pot. in pig. l. interdum. & l. ſeq. & C. eo. l. aſsiduis. et in eo. ti. l. ſcripturas. & C. qui. cau. pig. ta. cõtra. ſatis notum eſt. et. C. qui pot. in pigno. l. licet. & C. de pign. l. vlti. cum auth. ibi poſita. & ff. de relig. l. pen. & ʒ. de ſtien. & femi. §. illud quoq; . colla. tio. iij.

f Dotem. ſcilicet ſecundæ.

g Doti. ſcilicet primæ. Ac.

h Priuilegium. No. priuilegiũ primum ſecũdo præferri [1]: vt hic, & ff. de pri. cre. l. ij. & ff. qui po. in pig. ha. l. ſi pignus. & ff. de po. l. ſi hominẽ §. quoties. in prin. & §. j. Sed ar. cõtra in ſi. eiuſdem §. & de priui. cre. l. priuilegia. Solu. prima in hypotheca intelligitur, ſecunda in perſonali actione. poteſt etiã dici in præſenti caſu eſſe ſpeciale, vt etiã in perſonali hoc idem ſit, vt primũ poſteriori pręferatur.

i Motum. ſ. negotium vel motum. i. quæſitum.

k Prius. id eſt, melius.

l Et illa. ſcilicet mulier.

m Voluerit. ſcilicet dotem.

n Verba. vt. ff. de iure dotium. l. profectitias.

o Conteſtetur. i. coram teſtibus confiteatur ſe velle in ſacculo, vel in folle pecuniam ligatam ſoluere.

p Maius. i. ampliorem dotẽ, quã conuenerit. & hoc ponit ad maiorem exaggerationem.

q Mobilis. puta aurum, vel argentum, vel veſtes. Ah.

r Et ſecundum leges. conſignando, & deponendo: vt. C. de vſur. l. acceptam. non autẽ ſola oblatio ſufficit: vt. C. de vſu. l. ij.

s Fieri. ſ. conſignari & deponi.

t Quidam. puta nuncij & executores ex pręcepto iudicis.

v Exactionem. ſiue promiſerit, ſiue non, neceſſe habet dare. et idem dicitur in augmento. j. de æqualit. do. §. j. & §. illud. Azo.

x Et hoc. ſ. conſignatio et depoſitio valeat ſubaudi. cum alijs. valet enim ad naſcendam pignoratitiam etiã ſola oblatio: vt. ff. de pigno. act. l. ſi rem. §. ti. Item valet oblatio ad inhibendum curſum vſurarum, qui nõdum cœperat: vt. C. e. l. ſi non cõſtat. & l. ſi creditrici. Itẽ vt ſit in periculo creditoris: vt. ff. de ſo. l. qui res [a]. Item vt impleat conditionem vt. C. de inſti. et ſubſtitutio. l. j. at conſignatio & depoſitio hoc plus, vt debitor ipſo iure liberetur: vt. ff. depoſiti. l. j. §. ſi pecunia. & fideiuſſor agat.

Priuilegiũ primũ pręfertur ſecũdo.

1 Cõcor. ca. j. cũ gl. & doct. extra, de reſcript.

Oblatio ad multa valet.

† Facit ad hoc. c. cũ nõ ſtat. extra, de regu. iuris. lib. vj.

a Alias, l. qui decẽ.

agat exinde man-dati, ac ſi ſoluiſſet: vt. ff. mandat. l. qui mutuam. §. j. & curſum etiã vſurarum iam currẽtiũ impedit: vt. C. de vſur. l. acceptã. & facit. ſ. de exhibẽ. §. ſi. col. v. & ff. de cond. & demon. l. iure ciuili. Item intellige ꝙ pactum ſit de lucrãdo hic. nã aliaſcuilibet debet reſtitui ſuum ſoluto matrimonio: vt. j. de æquali. do. §. j. Itẽ videtur contra. ſ. de nõ eligẽ. §. ſi. col. j. ſed hic ſoluitur ꝙ habetur pro dãte.

a Ex ſtudio. i. dolo, vel fraude: quia dolus eſt, ſi qs nolit accipere: vt. ff. manda. l. dolus.

DE ADMIniſtratoribus.

b Iam quidem. Poſitam. a Zenone: vt. C. vt omnes, tã ciui. quã mili. l. j. &c.

c Volentes. alias volentem.

d Fuerint. id eſt, eliguntur.

e Metropolibus. i. in ciuitatibus metropolitanis.

f Hinc. i. a nobis.

g Ex vtroque. vt quia ſit idem iudex in vna prouincia Occidentis, & in alia Orientis.

h Relinquere. citra principis iuſſionem: vt infra. e. §. ſi quis autem.

i Deponat cingulum. i. antequã deponerent adminiſtrationem. nã cingulum dicitur adminiſtratio.

k Vetuſtatem. obſeruantiam adminiſtrationẽ in prouincijs &c.

l Aduenit. i. ſecundum facta, quę contigerunt ſuo tempore.

m Relinquat ꝓuinciam. Nota, ſimul ponuntur in queſtione adminiſtrans & remotus: ſed in reſponſione ſeparantur.

voluerit dare, & percepturus ex ſtudio[a] recuſauerit perceptionem: damus ei antenuptialis donationis matrimonio ſoluto petitionẽ: licet dotẽ propter viri cauſam non intulerit. Quę igitur placuerũt nobis, & per hãc ſacram declarata ſunt legẽ, eminẽtia tua operi effectuiq́; tradere feſtinet.

TITVLVS VI.

DE ADMINIſtratoribus.

Adminiſtrator ſi prouinciam durante adminiſtrationis tempore citra principis iuſſiõem derelinquit: crimine læſæ maieſtatis punitur. & ſi adminiſtratione finita ante quinquaginta dies receſſerit, antiquis pœnis punitur. Bartolus.

Imp. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſi. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconſule ordinario & patricio.

Iam quidem nouimus poſitam[b] legẽ volẽtem[c] eos, qui in cingulis fuerint[d], ſiue ciuilibus, ſiue militaribus: neq; ſi remoueantur ab adminiſtratione, diſcedere inde poſſe, anteq; dies quinquaginta in metropolibus[e] cõmorẽtur, publicè apparẽtes, et cõuenire volẽtibus ſatisfacientes: vt nec per occaſionem hinc[f] euocationis, poſſint à prouincia diſcedere: & vel ſi qd egerint tale, rurſus eos ad prouinciam deſtinare. Inuenimus autẽ aliquos ſic exiſtentes audaces, vt etiã hac poſita lege, antequã diſcingerẽtur, præſumerent derelinquere ꝓuincias, et ad hãc feliciſſimã ciuitatem venire, timore à ſe geſtorum, et ne iuſta perferrent horum, quæ deliquerunt. Sancimus igitur, nulli penitus licẽtiam eſſe cuiuſcũq; prouinciæ iudici, & Oriẽtalium, & Occidẽtaliũ, & ex vtroq;[g], eã relinquere[h] ante, quã deponat cingulũ[i]: ſed etiã poſtea (renouamus enim vetuſtatem[k]) quinquaginta cõmorari dies, publicè apparentẽ in prouincia, in qua adminiſtrauit: geſta quoq; monumẽtorũ cõficere, ſecũdũ quæ aduenit[l] ꝓuincię: vt ſit palã, ſiue fiduciã habet in ſuis actibus, ſiue etiã non. Si qs autẽ adminiſtrationẽ adminiſtrãs aliquã militarem vel ciuilẽ, aut etiã remotus ab ea, relinquat prouinciam[m]: adminiſtrans quidẽ adhuc eã dũ relinquit citra noſtrã iuſſionem, ipſe quidẽ maieſtatis reus ſit: in ꝓuinciã verò denuo deſtinatus[n], poſtquam accuſantibus ſatisfecerit, tũc maieſtatis nouiſſimas ſuſtinebit pœnas[o]. Si verò deponens cingulũ, deinde nõ moreẽ tũc legitimis diebus publicè cunctis ſemetipſum oſtẽdẽs, et fugiat de prouincia: quæ dudũ à nobis de hoc ſancita[p], valere. Illud autẽ omnibus prędicimus, vt dũ aliqui acceperint cingulum, tueãtur illud: ſucceſſores autem eis cinguli factos, ſolere non vltra terminos mittere, quæ vocanẽ interdicta[q]: neque remouere quidẽ pręſides, ipſos autẽ aut moroſè[r] iter agere, aut hic[s] degere, aut ad aliquas alias prius ire prouincias patriã[t] viſuros[v], & quæcunque[x] fortuitis & blandiẽtibus hominibus cõſueta[y] ſunt: ſed velociter ad adminiſtrationem ire, cuius regimina ſuſceperũt: vt non alij qui-

n Deſtinatus. per ſe vel per procuratorem: vt. j. de cal §. ſuper hoc. et. §. ſi quis autẽ. licet hic & alibi videatur velle contra: vt. C. vt omnes, tam ciui. quam mili. iu. l. j. §. ipſe autem. & ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuf. §. neceſſitatem.

o Pœnas. vt. C. vt omnes, tam ciui. quam mil. l. j. §. quod ſi quis.

p Sancita. vt. ſ. capiet reduci poſſit ad prouinciam a qua fugit, & in quadruplum ablata reddat: vt. C. vt omnes, tam ci. quã mili. iud. l. j. vel per procuratorẽ ſe defendat vt modo diximus. Argu. C. vt omnes, tã ciui. quã mili. iud. in prin. & facit. ſ. vt iudi. ſine quo. ſuf. §. eos. et. § neceſſitatẽ. col. iij.

q Vocantur interdicta. i. nõ debet electus ante tempus mittere ibi aliquem, qui ibi ſtet pro ſe, & illum qui prius erat, interdicat aliquid gereret vt ſubijcit.

r Moroſe. imo & tarde ire poterit, et aliquem præmittere: vt in contrario: vt. j. de col. §. anteq̃uam. col. ix. Sol. hic loquitur quando moroſe incedebat: ibi quando cũ aliqua neceſſitate, vel infirmitate detinebatur.

s Hic. id eſt, in itinere.

t Patriam. quam debet regere.

v Viſuros. ſcilicet poſtea.

x Et quæcunq;. ſcilicet ſubaudi viſuros.

y Conſueta. in li. Azo. conſtituta.

Officium

dem remoueãtur, alij verò non ſint, & prouincia ſine iudice maneat: ſed ante duos ſolũ dies, quã ad prouinciam accedãt, in qua qui cingulum habet, eſt: mittere ad eum amicabilem epiſtolã volentem officiũ[a] deſtinari ad occurſionem eius: & vſque tunc annonas accipere in cingulo exiſtentem, & gubernãtem eum[b]: & nõ ex codicillis[c] cinguli iudicare tempus, neq; præceptis tuæ ſedis: ſed ex quo, ſicuti dictum eſt, in prouinciam ipſam acceſſerint, illius recipere reipublicæ emolumenta[d], vſque tunc eum[e], qui in rebus extitit, ea[f] percipere, & alium omniũ nullũ. Non enim poſsibile, neq; portabile eſt omnino ſine iudice relinqui prouinciã, ſtatuto quidem quaſi aliquo ab eo, qui à nobis ordinatus eſt, vt eius impleat[g] locũ, homine forſan rerũ nõ habente experimentũ: illo verò, qui in ipſis operibus eſt, & diſcedente de prouincia ante, quàm adueniat tẽpus, & fraudando emolumentis, quæ eum accipere oportet, donec deponat cingulum. Deponet autem id, dum ſucceſſor acceſſerit in prouinciã, ante duos ſolùm dies[h], quàm prouinciã ille ingrediatur. Quæ omnia cuſtodiri à ſede tuæ celſitudinis in perpetuũ volumus: & mox vt cognoueris adſtitiſſe eum prouinciæ, ex illo tranſponere emolumẽta in ſucceſſorem: alioqui[i] miniſtrare ea priori, ſecundum quod à nobis diſpoſitũ eſt[k], donec in prouinciam ſucceſſor veniẽs ſemetipſum ſubiectis oſtẽdat. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacrã inſinuata ſunt legẽ, tua celſitudo operi effectuiq; tradere feſtinet.

TITVLVS VII.

DE EXECVTORIBVS, ET DE ijs, qui conueniuntur & reconueniuntur.

Antequam actor in producẽdo libello audiatur, cauere debet de conteſtando litem intra duos menſes: & ſi non fecerit, omnes expenſas & omne damnum reo reſarcire tenetur: non tamen ea cautio debet excedere quantitatẽ xxxvj. floreniorũ. Ange.

Imper. Iuſtini. A. Iohanni glorioſiſ. Orientaliũ prætoriorum præfecto, iterũ exconſuli ordinario & patricio.

QVoniam calũniã odimus, & omnẽ tergiuerſationem auerſamur[l], ꝓpterea huiuſmodi actus[m] coercere legitimis medelis exiſtimauimus. Didicimus enim, quia quidam[n] non habentes vllam obligationem, ſed vnã ſtatuentes voluntatem cũ ijs[o], qui cauſas exequuntur, conueniunt quoſdam[p], deinde libellos dirigunt: & dum damnũ[q] pertulerint[r] fugientes[s], deſerunt eos, & proficiſcuntur[t], incurabile eis dãtes diſpendiũ, & hoc adhuc amplius[x] in prouincijs committitur cõmunione lucrorum ipſis cõuenientibus & cauſarum executoribus proficiẽte.

Cautio

¶Ne igitur hæc iugiter cõmittantur: ſancimus, non aliter actores libellos dirigere, & damni occaſionẽ præ-

[a] Officium. non autẽ alios de ciuitate: vt. ff. de offic. procon. l. obſeruare. §. antequam. vt ibi extra prouinciam: ſed intra prouinciam ſic: vt hic dicitur.

[b] Eum. ſ. cingulum. & ita ponitur in maſculino genere. vt hic.

[c] Codicillis. i. literis electionis: vt ſtatim illo electo hic deſinat gerere, & hic dignitatem habere videatur. ſecus in patricio & ſimilibus: vt. C. de conſu. l. fi. & ī. conſtitu. quæ dignita. §. j. col. vj.

[d] Emolumenta. ſcilicet ſalarium.

[e] Eum. ſ. præſidem veterem.

[f] Ea. ſcilicet emolumenta.

[g] Impleat. Not. nõ poſſe quid fieri per ſubſtitutũ: vt C. de decur. l. nullus qui. & ff. de ſo. l. inter artifices. & C. de cad. tol. l. j. §. ne autẽ. ar. contra C. de epiſ. & cle. l. qſquis. & l. ad ſimilitudinem.

Subſtitutũ qui poſſunt habere.

[h] Dies. & illis diebus nõ iudicat: vt. ff. de ferijs. l pridie. Item hoc ſi ſucceſſor aduenerit: non alias: vt. ff. de offi. procon. l. meminiſſe. Sed videtur quod demum, quãdo Romã erat reuerſus deponat, vt ff. de offic. proconſu. l. fi. ſed illud quo ad ſigna, non quo ad adminiſtrationem: vt. j. e. tit. & C. de offic. proconſu. l. j.

[i] Alioqui. id eſt, ſi non conſtiterit ſucceſſor prouinciæ nõ finito tempore prioris.

[k] Diſpoſitũ eſt. hac conſtitutione in eo, quia dixit ꝙ non debet prior recedere, & alter nõ venire. & idem dicitur. ff. de offi. ꝓcõſu. l. meminiſſe, ſed videtur, quod alium mittere poſſit: vt. j. de colla. §. antequam. col. ix. Sed ibi impeditus erat iuſta cauſa: vt ī. eo. diximus.

DE EXE. [illegible]

[l] QVoniam. Auerſamur. & ſic obedit. l. quod facere debet: vt. ff. ad Tertyl. l. j. in prin. & C. de teſta. l. ex imperfecto. Acc.

[m] Actus. calumnioſos & tergiuerſatiuos. Accur.

[n] Quidã. Romę.

[o] Cum ijs. ſcilicet nuntijs cõmunis Bononiæ.

[p] Quoſdam. Romæ.

[q] Et dũ damnũ. expenſarum in via factarũ, & ſportularũ & ſimiliũ expenſarum. Azo.

[r] Pertulerint. id eſt, ſuſtinuerint.

[s] Fugiẽtes. i. rei.

[t] Proficiſcũtur. id eſt, recedunt.

[u] Incurabile. imo curabile eſt, cũ in triplum actor teneatur, & etiã ante hanc legem ad damna, quę paſſus eſt reus propter plus peti. vt inſt. de act. §. tripli. quia ſicut minus ſoluit, qui nihil ſoluit: vt. ff. de verbo. ſig. l. minus. ſic plus petit, licet nihil petere debeat. Sed reſpõ. quod hæc conſtitutio generaliter de dãnis tractat ſportularum & rerum ſuarum. ſic enim dicit eſſe damnũ & c. vt. j. proxi. §. at ibi de dãno circa ſportulas tãtum dicit: vt patet ibi in litera. Item hac conſtitutione plenius ei cauetur. ſ. per cautionem: vt ibi not.

[x] Amplius. quã Romæ.

Cōcor. c. finẽ litibus & c. venerabilis de dolo & cõtu. & Cle. diſpẽdioſam. extra, de iudi.

bere conuento ante, quã cautionem [a] exponant & [b] in fugientem [c], & in negotij [d] executorem, quia intra duos [e] menſes omnibus modis litis conteſtationem faciũt apud iudicem: aut ſi hoc non egerint: omne damnum eueniens conuento reſtituent in duplũ, non trãſcendentę cautionę [f] triginta & ſex aureos.

Conuentio & recõuentio mox à principio coram eodem iudice fieri debet: aliàs cauſa conuẽtionis finita, reconuentio fieri poterit coram quocunque iudice, antiqua ceſſante calumnia. Barto.

Illud quoq; promereri competentem correctionẽ decet. adijt enim quidam, docens, quia in conuẽtione fecit obligatum ſibi apud quendam glorioſiſsimorum [g] noſtrorum iudicum: deinde qui factus eſt in conuentione tanquam & ipſe [h] actorem obligatum habens [i], cum apud alium traxit iudicẽ: & aliquid inopinabile fiebat. quia enim vterque ſeorſum actoris obtinet officium, miſerãdum quiddam & riſibile inde veniebat. mox enim cùm voluiſſet aliquis propriam mouere litem, repentè is, qui ex diuerſo conuenerat, apud alium iudicem trahebat eum, apud quem ipſe ſortitus fuerat iudicẽ: † & alterutros protrahentes, immortaliter permanſerũt litigãtes [k]. Sãcimus † igitur, ſi quis obnoxiũ arbitratur habere eum, qui contra ſe conuentionem expoſuit: non apud aliud iudicem, ſed apud eũ mox [l] à principio conuenire: & eundem eſſe iudicẽ in vtroq; negotio. Si verò forſan diſplicuerit [m], apud quẽ litem ſortitus eſt, iudex: licet [n] ei etiam hoc emẽdare. viginti enim dierũ inducias dantibus nobis poſt libelli tranſmiſsionem, poſt quam oportet litem conteſtari: licet intra prędictam ſuſpenſionem refutare quidem illum: alium verò mereri, apud quem iterum ſimiliter vtranque exerceri competit litem: & eiuſmodi artes in nullo fieri: ſed vnumquenque proprio iure vti. Si itaq; tacuerit [o], deinde poſtea

a Cautionem. ſcilicet nudam: vt. C. de verb. ſigni. l. ſancimus cũ ſit ciuilis. ſecus in prætorijs: vt. ff. de pręto. ſtip. l. prætoriæ. & quod dicit fugientem, dic reum ſi præſens eſt, alioqui cauetur in executoribus &c. & dicas &, pro aut. nã ex ſtipulatione executoris actio quęritur: vt. ff. rem pupilli ſaluam fore. l. non quaſi. in principio.

b Et. pro aut.

c Fugientem. ſi præſens eſt.

d Negotij. ſi reus abſens eſt.

e Duos. hæc authen. finẽ litis non reſpicit, ſed initiũ. ſed inferior authẽ. de litig. §. ad excludendas. reſpicit finem. Item hic pręſtatur interdũ oblato libello. nõ enim prius reſpicit iudex, quia ſecundum formã huius fuerit cautum. illa vero ſuſcepto a iudice libello, ſed nõ dum reo porrecto præſtãda eſt: quod dici poteſt ſecundum Ioan. ſed alij dicunt vtrũq; pręſtari recepto a iudice libello, ſed tamẽ non porrecto. poſt omnes locũ habet illa, quæ eſt de iudicio ſiſti. ſ. de exhi. re. §. ſancimus. col. v. Sed quare maius tempus hic ſtatuitur quam ibi? Rñ. quia ibi ad vnã liberationem ſuper libello & vnam recuſationẽ iudicis datur ſpatium: hic autem plus poterant fieri: ſcilicet mutatio libelli ante litis conteſtationem: ideoq; maius actoris & rei ſpatium neceſſarium eſt.

f Cautione. de duplo. M.

g Glorioſiſsimorum. hic loquitur in ordinario iudice actoris & rei. quod ex eo patet, quia dicit, apud glorioſiſsimorum. Item in delegato: quod ex eo patet quia dicit eum, qui iudicat poſſe recuſari; vt. j. eo. no. §. ſi vero. Sed quidam vt M. dicunt etiam ordinarium poſſe recuſari: vt argu. ff. de liberali cauſa. l. ſi pariter. & hic illud quæritur, ſi iudicem in cauſa tua, puta de boue impetraueris: cum & ego coram eodem te conuenire volo, an poſſum? Et reſpon. quod poſſum per hanc authen. Sed ſi actor, qui videt ſe de domo reconueniri, velit & de agro coram eodem delegato agere, quia dicit: ego conuenio & reconuenior: & ego volo reconuenire. Rñ. non poteſt: quia licet conuẽtus dicatur, qui conuenit, & delator refert: tamen aliud ſtatuitur in delatore quam in relatore; vt. ff. de iureiu. l. iuſiurandum. §. ſed nec. Ioan.

h Ipſe. ſcilicet reus reconueniens. Accur.

i Habens. nec erat liquidum, quod hincinde debeatur: alias fieret compẽſatio in bonæ fidei iudicijs ipſo iure: oppoſita tamen ab homine in ſtricti iuris exceptione doli mali, ſecundum vetera iura, vel ſecundum noua in vtroque ipſo iure, vt inſti. de actioni. §. in bonæ fidei. & C. de compen. l. ſi.

k Litigantes. in lite: quod eſſe non debet: vt. C. de iudi. l. properãdum. in princ. Sed quomodo hoc eſt, cum etiã iure veteri coram eodem iudice reſpondere cogaſ: vt ff. de iudi. l. qui non cogitur. & ff. depo. l. actione. & ff. de qui. re. ad eũdẽ iu. l. j. & ij. Rñ. imo non erat, ſed in legibus prædictis idem erat ordinarius etiam actoris: hodie autẽ habebit hoc locũ & in eo, qui non eſt iudex actoris, licet hic ponat caſum in ordinario vtriuſque: quia iudex principis erat.

l Mox. not. hic tria iura, hic, & l. C. de ſenten. & inter. l. pe. & dictum Papiniani, quod prius fuit: vt in d. l. recitatur, quæ ſic differunt: quia lex codicis adijcit dicto Papiniani in hoc, quia nõ inſpicitur, vtrum competens iudex ſit agenti, cuius cãuum &c. vt ibi dicit: licet in dicto Papiniani forte hæc cõſiderantur, ſcilicet vt eſſet eadem res in reconuentione per legem tamen codicis etiam in alia re poteſt fieri reconuentio. ſed ſecundum conſtitutionem iſtam modificatur & reſtringitur: vt hic reconuentio fieri poſsit ſtatim, non ex interuallo, vt hic dicitur, & C. de compen. l. ſi. Sed quidam dicunt quandoque poſſe fieri huius reconuentionem vſque ad ſententiam coram eodem iudice. ſed prima verior eſt. & dico ſtatim ſiue ante, ſiue poſt parum, ſiue eodẽ tempore: vt. C. de pactis. l. petens. & ff. de rebus creditis. l. lecta. ibi, quia pœna &c. ſed quandoque dicitur ſtatim ante litis conteſtationem: vt. C. vbi in rem actio. l. ij. in prin. Accurſius.

m Diſplicuerit. conuento. Alij dicunt conuenienti & reconuento. licet enim per ſuum negotium recuſari non poſsit: tamen per ſuperueniens poteſt: ar. ff. de acquiren. hære. l. cum hæreditate. ſed prima placet.

n Licet. id eſt, licitum eſt. Accur.

o Tacuerit. in recuſando intra xx. dies.

† Haloã. et ita alter alterũ mutuo vexãtes immortalẽ litem exercuerunt.

† Ex hoc textu eſt ſumpta authen. ĩj eſt ſuper. l. cũ Papinianus. C. de ſentent. & interlo. omni iudic. & incipit, & cõſequẽter. & de hac materia habes extra, apud cano. i tit. de mutuis petit.

a DE AEQVA litate do. &c.
Hoc expedit̃ vſq; ad.§. aliud.
b De augmento. hoc dicitur in.§. aliud. vſque ad.§. his conſequens.
c De priuilegio. hoc.j.eo.his conſequens.
d Excipiantur. hoc.j.codẽ.§. quia vero.
e Rurſus. hoc eſt j.eo.§.quia vero.
f Collatione. hoc in.§. illud quoque.
g QVoniã. Antiqua Leonis: vt.C.de pac.conuen. tam ſemp do. l.ex morte. & ſupple quod in ſequen. ti.l.ibi dicitur.
h Vult. ſcilicet p̃allegata lex, ex morte.
i Rationem. alias donationem.
k Puris. in qbus verbis & literis cõtinetur pactum de lucranda dote, vel donatione propter nup.
l Vniuerſa corrigimus. corrigitur ergo id, qđ eſt.C. de pac.l.ex morte. & .l.ſequen.& de do.ante nu.l.cum mulier.§.ſi autem. & .ſ.de nupt.§.deinceps.col.iiij.Acc.
m Virum. an idẽ econtra? ſi vir dedit dotem propter nuptias: quia illa habebat neceſſe dare dotem tãtum? Rñ. ſic: quia in augmento eſt idem: vt.j.p xi.§.aliud. et ſi alteruti eorum nihil dedit: nihil ex pacto lucrari poterit: vt.ſ.de non eligen.§.aliud.col.j.Acc.
n Voluerint. ſcilicet vir & vxor. alias voluerit.
o Negotiatiue. i. vt moris eſt i cõtractibus, vbi licet cõtrahentibus ſe decipere: vt.ff.loca.l.item ſi in pretio.§.quemadmodum. & ff.de min.l.in cauſæ.§.pe. vel dic qđ malum eſſet, ſi ſic

† Haloã. et mutuas ipſorũ læſiones.

voluerit cauſam apud alium iudicem mouere: neceſsitatem eum habere, ſuſtinere terminum eius litis illatæ ſibi ab eo, qui eum in iudicium traxit: & dum finem lis acceperit, tunc eum ſuam cauſam apud alium iudicem ꝓponere: vt ita tales eorũ auferamus artes †, & in alterutros calumnias. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacrã declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuique tradere feſtinet.

TITVLVS VIII.

DE AEQVALITATE[a] dotis, & propter nuptias donationis: & de augmẽto[b] dotis, & propter nuptias donationis: & de priuilegio[c] dotis, qđ alijs præponitur priuilegijs: & vt excipiantur[d] hoc priuilegio creditores in emptiõe militię: & de dote remeante ad patrem, & rurſus[e] data pro eadem filia ſecundo viro: & de dotis collatione[f] inope marito moriente.

Hodie quantum ad pacta lucrorum & ipſorum effectus ſeruãda eſt omnino æqualitas propter æqualitatem dotis & donationis propter nuptias, Ang.

Imp. Iuſtinianus A. Ioãni glorioſiſ. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum ex conſule ordinario & patricio.

QVoniam plurimas in legibus quæſtiones videmus & circa primas noſtras natiuitates (id eſt, nuptias, & filiorũ procreationes) motas, & circa nouiſsima, quale eſt aliquid voluntatũ & teſtamentorum: cogitatio facta eſt nobis nuper ꝑſcrutari & agnoſcere, qđ volens antiqua[g] lex ſuper dotis inſtrumẽtis: mẽſuram quidem pactionũ nuptialium inter alterutros æquam eſſe, & maſculos & fœminas vult[h], & æqualitatẽ penſat eorum, qui adinuicem copulantur: non alij quidẽ mediam ſortè dat ſtipulari partem, alteri verò tertiam aut quartam: ſed ex medio trahens, æquale vtrinque exigit fieri pactum, aut mediam dicimus in vtroque conſtituẽs, aut tertiã, aut quartam, aut quantancunq; contrahentes voluerint: hoc autem non multò prius quęſiuit: vt ipſorũ, quæ dantur, æquæ ſint menſuræ: ſed alijs quidẽ permiſit in mille forſan aut in duobus milibus aureis facere rationem[i], aut in quãtuncunque voluerint. alijs aũt nõ in tm̃, ſed in minus: vt æqualitas ĩ verbis ſolis & literis puris[k], ſed nõ ĩ rebus ipſis q̃reret̃. Hoc igit̃ ante alia vniuerſa corrigimus[l]. æqualia ĩ dotibus eſſe, & ꝑpter nuptias donationibus, & ea q̃ offerunt̃, & ea, q̃ ĩ ſtipulationẽ deducuntur pacta: & tantam quidem quantitatem conſcribere virum[m], quãtam & mulierem tantum quoque lucrum ſtipulari, & tanta parte, ex quãta voluerint[n] æqualis tamen menſuræ. non enim aliter iuſtitiæ & æquitatis ſeruabitur ratio, ſi negotiatiuè[o] alterutros circũueniant, & videantur quidem æquas facere ſtipulationes: pro vero autem[p] inæqualis maneat effectus, non prius quantitate datorum eadem conſiſtente. Irrideri videatur vndique lex[q], ſi ille quidem conſcribat duo milia aureos †, mulier autem ſex milia fortè in dotem offerat: & ſtipulentur[r] alterutros quartam conſcriptæ in lucro ꝑcipere. ꝑinde illo eueniẽte lucro, illa qdẽ nihil aliud lucrabit̃, niſi qngentos aureos ex quarta: ille aũt qngẽtos, & mille ex eadẽ quarta: & tãquã ĩ ęnigmate[s] multo videbitur quarta vnius alterius quarta minor, ex † ſuſpecta nanque vel æqualitate quanta inæqualitas ex hoc ipſo ꝓcedit[t].

ꝑmitteremus paciſci. Accur.
p Autem. & qđ dixi obſcure: audi per apertius.
q Vndique lex. Nota, nõ debet lex derideri: vt.C.de bo.quę lib.l.ſi.§.ſi.
r Stipulentur. vt moris eſt in cõtractibus. i. per ſtipulationem promittantur. ſic ponitur. ff. de condic. inde. l.ſi non ſortem.§.penul. in prin.
s In ænigmate. i. facto pacto æqualitatis. Et no. quod ænigma dicitur ſpeculum, in quo mulieres ſpeculantur & ſicut in illo videtur eſſe, quod nõ eſt: ita hic videbatur in pacto eſſe æqualitas facto pretio in quota tantũ: ſed non eſt, cum deficit æqualitas in quantitate.
t Procedit. ſcilicet quod dictum eſt ſubaudi.

Lex non debet derideri.

Aegnima quid ſit.

† aureorum.

† Haloã. nã ex purulenta illa æqualitate ſuapte natura fœda quædam et abſurda inæqualitas perficiet̃.

Prius

Quæ igitur prius [a] expoſita ſunt dotalia [b], ſecundum quę conſtituta ſunt modum, habeãtur. quod enim [c] factum eſt, infectũ manere impoſsibile eſt. Decætero † autem in omni datione ſancimus, æquas quidem eſſe oblationes: ipſos autem mediocria lucra paciſci: vt per omnia iuſtitiam ęquitatémq; honoremus. ſi enim aliquis amplius alio diues eſt, licet ei per alium modum [d], legitimũ tamẽ & agnitum noſtris legibus clementiam prębere alij: non per inęqualitatem [e] † redigens ad æqualitatem, lucrum maius alteri acquirere. & hæc quidem de hoc lex ita quodã modo habeat, ſuam iuſtitiam vniuerſis oſtendens.

Conſtante matrimonio augeri poteſt dos: dum tamen in tantundem augeatur donatio propter nup. & econuerſo dos tantùm augeri debet in immobilibus, ne fraus aliqua excogitari poſſit aduerſus creditores ratione augmenti. In rebus verò mobilibus, ſi maritus creditoribus eſt obnoxius, tale augmentũ nullo modo procedit. ſecus ſi non ſit alicui obligatus. augmentũ verò dona propter nup. tam in immobilibus quàm mobilibus fieri poteſt: quoniam in hoc nulla eſt captio creditoris vel alterius. Angelus.

Aliud quoque, quod circa nuptiales oblationes fit, inſpeximus atque cõſiderauimus: dicimus autem de augmento. Quia enim & ab ante nos legiſlatoribus [f] & à nobipſis de augmẽtis dictum eſt: plurima autem à nobis, & nõ facilè numeranda, etiam in his ſuper antiquitate philoſophata [g] ſunt: adinuentas ab aliquibus circũſcriptiones perimentes, & puram iuſtitiam ſeruari volentes, etiam illud corrigimus [h]. priuilegium [i] enim dedimus dotibus, vt contra antiquiores hypothecas habeãt honorabiliora iura: vtpote dum contrahẽtes [k] cũ viris eorum credant ſubſtantijs, & non mulierum: & quæ fortè [l] tunc neque competebãt ijs [m], qui prius contraxerũt [n]. Dedimus [o] autem licentiam (hoc videlicet quod antiquitus eſt) augmenta facere, permittẽtes & viro & mulieri, ſiue ambo voluerint, ſiue etiam horum alter celebrare augmentum. Primùm quidem illud ſancimus, ne aliqua fiat circũſcriptio: ſiue augere voluerit dotem [p], aut propter nuptias [q] donationem, non licere alij quidem facere, alij autem in prioribus manere: ſed vtrunque celebrare omnino augmentum: & non in electione, ſicut prius [r], ſed in neceſsitate cauſam conſiſtere, omnino tamẽ quantitate æquali: hoc quod etiam noſtri patris dicit conſtitutio [s]. Et ne contingat augmentum nõ ipſa fieri veritate, ſed ſchematicum [t], & maximè [v] in parte mulieris, & ne viri creditores circũſcribat [x] priuilegio vtẽs: ſi quidem habuerit vterque immobiles res, melius eſt in mobilibus [y] fieri oblationem: quatenus ſit palàm indubitatum, quod quidẽ ab initio fuit quod autem poſtea additum eſt. Si autem non vtrinque immobiles res fuerint: mulierem [z] omnino per immobiles res celebrare augmentum: vt & dos & augmentum ſimiliter habeat aduerſus antiquiores creditores priuile-

a Prius. ſcilicet ante legem iſtam.
b Dotalia. id eſt, inſtrumentum, ſeu pactum. Accur.
c Quod enim. No. vt hic: & ff. de capti. & poſtli. re. l. in bello. §. factæ autẽ.
d Modum. vel per donationẽ, vbi cõceduntur conſtante matrimonio donationes vel cauſa mortis, vel per legata.
e Per inęqualitatem. apertius dictũ eſſet, non per ęqualitatem rediens ad inæqualitatem. æqualitas ergo omnino ſeruatur in dote & donatione nuptiali, non tamẽ in lucris exinde prouenturis. ſed in præſtatione, & in conſtitutione vtriuſq;: vt hic dicitur, & ſ. proxi. §. in prin.
f Legiſlatoribus. vt. C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante.
g Phyloſophata. vt. C. de dona. ante nup. l. fina.
h Corrigimus. inueniebatur autem deceptio: quia ex vna parte poterat fieri augmentũ: ex alia non erat neceſſe fieri: vt. C. de dona. ante nup. l. ſi cõſtante. in princi. & corrigitur hic, & j. proxi. ibi, primum quidẽ & illud &c. Accurſius.
i Priuilegium. & bene dico in hac neceſsitate augẽdi æqualitatem fauore dotis ſeruari. nam & alias dedimus ei priuilegium. ſ. vt tacitam habeat hypothecam: vt hic dicit, & C. q pot. in pig. ha. l. ſi. & inſtitu. de ac. §. fuerat. & j. de priuil. do. hęre. mu. non præ. § quia enim. col. viij.
k Contrahentes. puta pater mulieris vel alius: non extraneus etiam ſine pacto. vl' extraneus dummodo ex pacto ſibi reddendæ dotis: vt. C. de rei vxo. act. §. accedit.
l Et quæ forte. ſupple, & eis ſubſtãtijs credũt, quæ forte &c. & forte dicit ideo: quia & ſi tunc cum contraxerunt mariti cum primis contrahentibus: habebãt iſtas res, idẽ eſt: vt & ſ. proxi. ſed maxime tunc quando non competebant iſtę res eis maritis.
m Iis. ſcilicet viris. Accur.
n Contraxerũt. cum creditoribus ſuis antequam acceperunt dotes mulieris.
o Dedimus. reaſſumit quod inchoauerat pręmiſſa prędicta interpoſitione. Accur.
p Dotem. ſcilicet mulier vl' pars eius.
q Propter nuptias ſcilicet maritus vel eius pars.
r Sicuti prius. vt in d. l. C. de donat. ante nupt. l. ſi conſtante. in prin. Acc.
s Conſtitutio. ſ. Iuſtiniani: vt. C. de don. ante nup. l. ſi conſtante. Acc.
t Sed ſchematicũ. i. inſignatum vl' ordinatum, ſecundum Al. vel dic. i. figuratum vel dubiũ vel fictum. q. d. figuram vel ſimilitudinem habet augmẽti: ſed non eſt augmentũ: vt. j. eod. ſi autem mulier. Accur.
v Et maxime. id eſt, abundante ratione. nam ſecus eſt in viro: vt. j. eo. ibi, vir autem.
x Circunſcribat. mulier.
y Immobilibus. vna dictio.
z Mulierem. vel mulieres.

† Cõcorcum hoc §. c. finalis cum gloſſ. fina. poſt prin. extra, de do. inter vir. & vx. vbi prohibetur donatio ex qua alter coniugum efficiatur pauperior.

† Haloã. quæ æqualitatem ſimulet.

Priuile

gium [a], vndiq; indubitato augmento exiſtẽte. vir autem etiã in rebus mobilibus faciat augmẽtum. nulla enim hinc orietur [b] læſio. Si autem mulier immobilium habens rerum ſubſtãtiam, in rebus mobilibus ſcribat [c] augmentum: ſciat priuilegium non habituram, niſi in antiqua ſola dote, non in figurato exiſtente augmẽto. Quod [d] enim ab initio factum eſt [e], in toto ſine ſuſpicione eſt. quod autem poſtea machinatum eſt, contra creditores hoc ipſo introducit meditationẽ: & lædi homines † ex dato à nobis dotibus priuilegio [f], nullo volumus modo. Si verò non fuerit debitũ contra virum vllum, neq; ſuſpicio contra creditores circũuentionis: tũc et in pecunijs, & vt volunt, augmentum fiat ab eis: vtrique tamen augmento ſic faciendo, & æqualitatem habẽte, vt æquitatem † ſeruemus. Quę enim erit circumuẽtionis ſuſpicio, viro obligata nulli exiſtente, & præterea augmentis ſine tergiuerſatione factis?

Mulier priuilegijs dotalibus vti poteſt aduerſus omnes creditores viri, etiam ſi eorum pecunia res ſit empta vel refecta, exceptis creditoribus, quorum pecunia militia eſt empta. Barto.

His conſequens [g] eſt, & illud decernere, quod in caſibus huiuſmodi dubitatum nouimus, antiquioribus [h] creditoribus aliquas hypothecas pręponere iuniores exiſtentes, ex priuilegijs à legibus datis: quale eſt, quando aliquis proprijs pecunijs procurauerit nauem, cõparare, aut fabricare, aut reparare [i], aut domũ forſan ædificarę [k], aut etiam emi agrũ [l], aut aliquid horum. In his enim omnibus priores exiſtũt poſteriores creditores, quorum pecunijs empta aut renouata res eſt, ijs, qui etiã multò antiquiores ſunt. Quæſitũ eſt igitur, ſi mulier prętendens priuilegium ſuper antiquam dotem, & augmẽtum, in quo [m] etiam hoc ſeruatur priuilegium, ſicuti prędictũ eſt [n], prioribus voluerit præponi creditoribus: veniat autem & alter creditor poſterior [o] quidem, prętendens autem pecunijs ſuis emptam aut reparatam nauem, aut domum, aut agrum: & † competere [p] eũ in his rebus, quæ eius pecunijs emptæ aut reparatæ ſunt, habere prædictũ priuilegium [q]: vtrũ oporteat dotem etiã talibus præponi: an alijs quidem præualere creditoribus, quicunque non talia prætendunt: his autem cedere, quoniam ex eorum ſubſtantia res acquiſita [r] eſt? Plurimum igitur ſuper his cogitantes, non inuenimus mulierem iuſtè exiſtentem cedere [s] alicui tali priuilegio. Videbamus enim (quæ cauſæ abſurditas [t] eſt) quia aliquis quidem fornicãtibus mulieribus ex proprio corpore aduenit quæſtus, & viuũt ex hoc quæſtu: aduerſantibus [v] autem, & quæ ſemetipſas atque ſubſtantiam ad virum introducunt, nõ ſolùm nullus ſit quæſtus à viris malè degentibus, ſed etiam minuantur, & ſpes eis nulla [x] ſit ſecundum hoc.

a Priuilegium. alias nõ habet priuilegiũ, vt ſequit, ſi autẽ mulier &c. & eſt ratio, ne videatur dicere ſe dotem auxiſſe animo decipiendi creditores. Quid ergo ſi mulier velit probare ꝑ teſtes ſe in augmento res mobiles dediſſe: nũquid habebit priuilegiũ? Rñ. ſecundum Ir. non: quia eſt iuris & de iure præſumptio. ſic. C. ad Maced. l. vlt. & ff. quæ in fraud. cred. l. omnes. §. j.

b Orietur. vtitur ergo priuilegio in dote ſola, nõ propter nupt. do. neq; in hypothecis: vt ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. j. In hypothecis enim ꝓpter nuptias donationevtunť mulieres iure cõmuni cũ cæteris creditoribus: vt ꝗ prior eſt in tempore potior ſit in iure: vt. j. de priui. do. hære. mulie. nõ præ. §. quia enim. col. viij.

c Scribat. i. dicat ſe ſcripſiſſe, & creditor hoc neget. ſed ſi confitent creditores, non vtitur priuilegio mulier, ſecundum Azo.

d Quod. ſcilicet augmentum dotis.

e Factum eſt. vt dos ab initio data. Accur.

f Priuilegio. no. priuilegiũ ſine alterius læſione cõceſſum intelligi: vt. ff. de nat. reſtit. l. ij. in fi. & l. nec filio.

g His conſequẽs. quia ſicut. ſ. de cõmodo mulieris dicit, ita & nũc. Ac.

h Antiquioribꝰ. repete nouimus.

i Reparare. & ſunt hi caſus. ff. de priuile. credi. l. qui in nauẽ. & l. quod quis. & ff qui pot in pig. hab. l. interdũ. & l. huius. Ac.

k Aedificare. vt ff. de priuile. credi. l. ſi vẽtri. §. j. & ff. ſi cert. pet. l. creditor. & ff. quib. ex cau. pign. taci. contrahi. l. j.

l Agrum. appoſito pacto, vt ſibi numeranti obligetur: vt. C. qui pot. in pign. habe. l. licet. ſecus ſine pacto: vt. C. de pign. l quamuis ea. niſi ſit pupillus: vt. ff. qui pot. in pigno. habeã. l. idemque. In alijs autem prædictis etiam tacite contrahiť pignus: vt prædictis. ll. patet: & maxime. ff. ex quib. cau. pign. taci. contrahi. l. j.

m In quo. ſcilicet augmento. Ac.

n Prædictũ eſt. vt. ſ. e. §. ſi autem. non aliud in don. propter nupti. vt C. qui pot. in pig. ha. l. aſsiduis. in fi. & in fi. huius. §.

o Poſterior. nã ſi prior eſſet, forte præferretur mulieri: quia quãdo duo priuilegiati cõcurrunt, qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure: vt in fiſco & in muliere dicitur: vt. C. de priui. fiſci. l. quamuis.

p Competere. id eſt, conuenire. Ac.

q Priuilegium. ſ. nouimus. Al. vel melius repete prætendens. Accur.

r Acquiſita. alias adminiſtrata.

s Cedere. id eſt, ſi det locum alicui priuilegio.

t Abſurditas. ſi ipſa cedit alicui priuilegio.

v Aduerſantibꝰ. ſcilicet fornicationi. id eſt, fornicari nolentibus. ꝙ ex quæſtu venit. i. aduerſus hoc facientibus: vt quia nolũt ſic quærere, ſed magis ſe & ſua viro committunt, quod honeſtũ eſt: vt. C. de pact. conuent. l. hac generali.

x Eis nulla. ſcilicet mulieribus, alias ad dotem repetendam. Accur.

Facit ad hoc. c. quod ob gratiã. & c. quod fauore. extra, de regulis iur. Iure eſt potior, tẽpore prior.

† æqualitatem.

† Conueniens eſſe.

Vnde volumus, vt ſi quis domum renouaſſet, aut etiam agrũ emiſſet: nõ poſsit talia priuilegia mulieribus [a] opponere. Infirmitatem nanq; muliebris naturę ſatis nouimus: & quia [b] facilè circũuentiones fiunt aduerſus eas: minui autem eis dotem nullo ſinimus modo. Sufficit enim, quòd à lucris cadunt [c]. & ſi prior antenuptialis donatio inueniatur, & ſufficiẽs quoddam extet eis ex hoc dãnum: nõ etiam eas volumus & circa ipſam dotẽ periculum ſuſtinere. Quia verò & huiuſmodi quędam aditiones nobis factæ ſunt: eò, quòd quidam aliorũ militãt [d] pecunijs, & oportet eos, qui in has crediderunt cauſas, præponi: ſancimus, ſi quis crediderit aurum occaſione militiæ [e], † ſiue ſtatutum fieri [f], vel pro alijs quibuſdam talibus cauſis: et expreſsim hoc ipſum ſcribatur in inſtrumento: & in hoc fiat pactum [g], vt caſu proueniẽte [h] prior [i] ſit ſolus [k], qui ad hoc credidit: & huic ſolo caſui [l] cedere mulierem [m]: neq; facilè credendũ, neq; per teſtes, ſed negotio ex ſcripto geſto [n], & teſtium habente ſubſcriptiones, & ipſo opere procedẽte. tunc enim ſi per omnem huiuſmodi viã cauſa procedat, ſuſpicionẽ non habeat. & competit [o] contrahẽtes proprijs nõ priuari: alijs omnibus præualere mulierem, ſecundum quod iã à nobis datum eſt priuilegium.

Dote à patre pro filio data, & in ipſius patrimonium reuerſa, non licet patri cùm filia ſecundò nubit, eam diminuere: niſi patris ſubſtantia fuerit diminuta. tũc enim ſecundum eius facultates dos erit conſtituenda. Barto.

Quia verò iam legẽ [p] ſcripſimus, vt patres ſemel offerẽtes dotem pro filia ſub poteſtate [q], aut ſuæ quidem poteſtatis, † reuerſionem autem in ſemetipſum faciẽtem [r]: quęſitũ eſt apud aliquos, ſi competens eſt moriẽte genero, & remeante [s] ad patrem dote, quæ ab eo data eſt, hanc patrem ſemel offerentem, poſſe ad ſecũdas veniẽte nuptias filia minuere: aut hoc nõ facere, cogitantem, quia ſemel alienata eſt [t] ab eius ſubſtãtia: ſed ipſa mẽſura ei nubenti rurſus dare, tanquam ſi nec contigiſſet viduatam. hoc enim [v] nobis nunciatum eſt, quia triginta librarũ auri quidã pater exiſtens obtulit dotem: deinde filia viduata & ad ſecundas veniẽte nuptias, non iam triginta libras ipſe obtulit, ſed quinq; et decem ſolas: quoniam contigerat mulierem lucratam mediã antenuptialis donationis partem in quinq; & decem auri libras exeuntem: & pater nequaquam de ſuo obtulit triginta auri libras, ſed quinq; quidem & decem ipſe, quindecim verò ex lucro mulieris. Non iuſtum igitur exiſtimauimus hoc eſſe [x]: ſed ſimiliter in diuiſione [y] habere quidẽ eam præcipuũ antenuptialis donationis lucrum: ex paternis autem quinq; & decem percipere reliquas: tãquam ſtuduerit pater lædere filiam. Quid enim egerat [z], ſi non contigiſſet ſecundis eã nuptijs copulari, ſed manere eundem generũ viuũ? aut quomodo futurus erat minuere dotẽ iam à ſe datam, aut proprium [a] illius lucrum, ſuum facere, & in dotẽ ſecundi viri deducere? cùm vtique oporteret eam in paraphernis hæc habere [b], & forſan propter hanc cauſam ditiori nubere viro: nõ ſolùm triginta librarũ auri domina facta

Militare pecunia.

† Haloã. vel vt aliquis referatur inter ſtatutos.

Scripturæ aliqñ plus quam teſti creditur.

† Haloã. ita vt denuo dos ſibi reſtituetur.

Dos non eſt in bonis patris.

a Mulieribus. petentibus dotem, vel augmẽtum dotis. Accurſius.

b Et quia. repete nouimus.

c Cadunt. i. a priuilegijs propter lucra: vt. C. qui pot. in pig. habe. l. fi. & hic ſubijcit. et. ĩ. de priui. do. hęre. mu. §. quia enim. coll. viij. opiniones autẽ circa hoc dictas ſcripſi in. C. q po. in pig. habe. l. fi.

d Militant tunc dicitur quis pecunia militare, quãdo ex pecunia accepta militia emiſ, & a principe tantum datur: & vbi expreſſe non obligatur ei, ex cuius pecunia emitur: vt ſubijcit, et. ſ. de introd. & exhi. re. §. optimum. col. v.

e Militię. ſcilicet emendæ.

f Fieri. repete dedit aurũ fieri. i. vt fieret ſtatutũ de annona, vel præbenda ſibi danda.

g Pactum. alias factum.

h Proueniente. quia moritur ille, qui militabat propter alienam pecuniam.

i Prior. ſ. quã ſit ille, qui mutuauit ad refectionem domus vel ſimiles, de quibus. ſ. dixi.

k Solus. & non vxor. Accur.

l Caſui. hic accipe verbum ſupra poſitũ, ſancimus.

m Mulierẽ. idem in fiſco & primipilo: vt. C. de priuil. fiſci. l. quãuis. et de prim. l. ſatis. Azo. Item idem in caſu illius. l. aſsiduis. §. exceptis.

n Geſto. not. caſum in quo pl9 creditur ſcripturæ, q̃ teſti: vt in. C. ad Velleia. l. antiquã. §. j. & ff. de pba. l. cẽſus. & C. ſi mi. ſe ma. dix. l. ij ſed regulariter cõtra: vt C. de pact. l. pactũ.

o Cõpetit. i. conueniens eſt, ex quo ſic ſibi diligenter prouident.

p Quia verò iam legem. vt. C. de rei vxo. act. §. accedit.

q Poteſtate. vt tacite patri quæſita actio ſit: vt. C. de rei vxor. actio. §. accedit.

r Facientẽ. ſ. dotem: & hoc quando pactus eſt.

s Remeante. in lib. Azo. reuertente. alias reueniẽte. & hic repete, quæſitum eſt, ſi competens eſt hoc nõ facere. ſcilicet patre remeante.

t Alienata eſt. & not. dotẽ eſſe alienatã a patris ſubſtantia: & ſic non eſſe ĩ bonis patris: vt hic, & ff. de col. do. l. j. in fi. et. ff. ad legẽ Falci. l. pater.

v Hoc enim. audi in ſpecie qđ dixit in genere.

x Hoc eſſe. quod dictũ eſt, ſed iuſtũ eſſe ſimiliter &c.

y Diuiſione. facienda cum fratribus. Accur.

z Egerat. i. egiſſet. Accur.

a Proprium. antenuptialis donationis.

b Habere. ſ. quę ſunt antenup. lucri prioris viri.

Quind

eſt, ſcilicet quindecim[a] antenuptialis donatiōis, & quindecim: à patre oblatis: & non quadraginta & quinque[b], lucrum quindem in paraphernis ei conſtitutum, fortuna ei datum: quod autem ex largitate paterna oblatū eſt, manēte integro. Hoc autem ſancimus, ſi & patris ſubſtantia manſerit in ipſa figura, ī qua prius fuit. Sinautem fortuita quædam clades minuerit eius ſubſtantiam, vt neque volenti ſit poſsibile æquæ mēſuræ[c], qua prius[d], dare rurſus dotē: & probetur à patre[e] fortuita diminutio patris ſubſtantiæ: tunc non amplius cogi patrem dare ſecundò filiam iungentē, niſi inquantum ſubſtantiæ virtus eſt: ſed lucrum quidem prioris antenuptialis donationis habere integrum: tantam verò percipere à patre in ſecūdo ordine dotem, quātum ſubſtantiæ eius mēſura ſuſceperit[f]. Palàm enim eſt, quia hoc lucrū, quod ex antenuptiali dicimus donatione, cuius ſolùm ei vſum damus, ex omni neceſsitate moriens reſtituet filiæ, proprietatis antenuptialis donationis dominæ omnibus modis factę.

Filia ad ſucceſsionem cum fratribus veniens, dotem debet conferre viro exiſtēte locuplete: aut minus in ſua portione ſuſcipere, qui ſi ſit inops, debet actionem quam contra eum habet, cedere. in certis etiam caſibus hic inſertis mariti eam non releuat à dotis collatione inopia. Angelus.

Illud quoque ſancire neceſſariū exiſtimauimus, in plurimis videlicet & innumeris[g] rebus quæ ſitum. obtulit enim pater[h] dotem, aut fortè mater pro filia ſua. hanc autem illa obtulit marito: & defunctus eſt vir inops. deinde patre & matre[i] mortuis, exigitur[k] quæ nupſit, conferre ſuā dotem, aut minus tantò accipere. Si quidem[l] vir idoneus eſt: cauſa vndiq; abſoluta[m] eſt. Si verò nullius alterius domina cōſiſtit illa, niſi actionū, quæ contra maritum ſunt: at ille minus idoneus[n] eſt: & obijciatur mulieri[o], quòd iā data ſit dos pro ea: illa verò actionem cōferat, nullum habentem penitus effectum legis[p]: cauſa nobis digna putata eſt. Et nouimus quidē iam in plurimis iudicijs † duritiam poſtea ſic iudicatam, & mulierem coactam conferre dotem: aut certè reputare pro ſe datam, ex qua nullum ei omnino contigit effectū in ipſis rebus percipere.

Nos autē † ex alijs noſtris legibus iuuamus cauſam. Quia enim dedimus mulieribus electionem etiam cōſtante matrimonio, ſi malè res maritus gubernet, & accipere eas, & gubernare ſecundum decentem modum, ſicuti noſtra conſtitutio[q] dicit: ſi quidem ſuę poteſtatis & perfectæ ætatis mulier eſt, ſibimet culpam inſerat[r]: cur mox viro inchoante[s] malè ſubſtantia vti, non percepit, & non auxiliata eſt ſibi. ſic enim habitura erat in collationis ratione proprias res vndique & ſine diminutione †, & in ea minus tantò collationem facere. Sinautem[t] ſub poteſtate eſt, & ſine patris voluntate hoc agere non poterat: ſi quidem adiens patrem hoc dixit[v], & conteſtata eſt, vt conſentiret ei & res percipere etiam conſtante adhuc matrimonio, & ſecundis temporibus eas ſeruare, & hoc egit pater: etiam rurſus hic integra habebit ſua iura rebus ei ſuis ſeruatis: cū ēt antenuptialis donatiōis res vēdicare (q amulier) ēt cōſtāte mr̄imonio dederimus[x] ei,

a Quindecim in libro Ro. xxx.
b Et non quadragintaquinque. ſubaudi: ſed totius ſummæ. ſ. xlv. & ſic erat lucrū quidē &c.
c Menſuræ. i. ſimilis quam &c.
d Prius. i. primo viro ſub. dederat.
e A patre. no. q ſ probet. ſic. ff. de edē. l. ſi quis ex argētarijs. §. ſi. nam qui fuit ſemel diues; & poſtea præſumitur: vt. C. de proba. l. ex perſona.
f Suſceperit. No. particularis & pro rata diminutio. ſic ff. de leg. j. l. ſi hęres. in fin. tit. & ff. ad l. Fal. l. in ratiōe. §. ij.
g Innumeris. i. ſine numero. Accur.
h Pater. quando pater obtulit dotē.
i Matre. quando mater obtulit.
k Exigitur. per. l. C. de col. dotis. l. quidam.
l Si quidem. ex hoc verſi. colligitur auhtē. quod locum quæ eſt in dicta. l. dotis.
m Abſoluta. quia aut debet conferre, aut tanto minus accipere.
n Idoneus. ſ. ad dotis reſtitutionē.
o Mulieri. ſ. ad reſtitutionem dotis.
p Legis. cōdendę.
q Conſtitutio. vt C. de iu. do. l. vbi. & l. in rebus. in ſi.
r Inſerat. q. d. ſibi imputetur: vt. ff. de regu. iur. l. quod ſi quis.
s Inchoante. Sed videtur, quod debeat expectare tandiu, quod non ſit ſoluendo, vt. ff. ſol. ma. l. ſi conſtante. quæ eſt contra. So. hæc corrigit illam, vel illa ſecundum iſtam intelligitur: & erit hoc ſecundū conſuetudinem loquendi ſicut homines dicunt: iſte cœpit nauigare arg. ff. de fun. inſtru. l. cum de lanionis. §. aſinam. Sed quid ſi ſocero data fuit, & ipſe vergat ad inopiam? Rū. idem qđ in marito, cum eadem æquitas ſit. ar. C. ad. l. Fal. l. ſi. Itē quid ſi vtrique data fuit: & alter vergat? Reſpon. poteſt agi: vt hic: quia verū eſt male inchoari vti.
t Sinautem ſub poteſtate. ſic ergo filia agit cum conſenſu patris. ſed quare ipſe pater non agit: vt. C. de bo. quę libe. l. vlti. §. vbi autem. quæ eſt contra j. reſpon? Sed hoc ſpeciale fauore dotium, ne pereant, & prolis procreandæ cauſa. Vel hoc corrigitur: vel illa non negat filio poteſtatem agendi, licet cōcedat patri. Itē no. de ſimili denuntiatione: vt. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. l. fin. & C. de bo. quæ libe. l. fin. j. reſponſo. Accurſius.
v Dixit. ſ. patri et coram teſtibus: vt. ſubijcit.
x Dederimus. id eſt, con

Diues ſemel ſemp. talis præſumitur.

† Haloā. paulo id durius iudicatū.

† Cōcor. cum hoc §. c. per veſtras. iuncta gl. ſuper verb. ad inopiā. circa prin. extra, de do. īter vi. & vxorē.

† Haloā. et collationem in tāto maiore ſumma facere.

& poſteriori periculo omni liberari. Sinautem illa quidem hoc cõteſtata eſt patrem, ille autem neque mouit, neque conſenſit, & neque dedit licẽtiã filiæ [a] hoc agere: nõ eam periculũ pati, ſed & conferri nudam actionẽ cõtra inopis mariti res, & fortunã eſſe communem & ipſi, & eius fratribus: non tñ ex collatione dannificari: ſed cõpetentem ei partem dari ex paternis rebus, actionẽ illa quidem conferente, ab omnibus autem mouendam fratribus: & hoc proficiendo vniuerſis ipſis, ꝙ fortunæ euẽtus dederit. Sed ſi quidẽ pater in talibus caſibus obtulerit dotem, & de eius ſubſtãtia ſperari futura eſt collatio hoc valere [b]. Si verò maior [c] forte oblatio fuerit, & collatio circa illã vertitur ſpem †, ex patris inobedientia neq; mouere volentis, neq; permittentis ei mouere: tũc etiã per ſemetipſam filiã mouere, & non habere occaſionem, eò quod non potuerit mouere, & ſibimet auxiliari: & futuræ læſionis ex inopia viri amittere metum. Et nouimus Vlpianum ſapiẽtiſsimũ talia quęſiſſe: & inope viro comperto, iuuiſſe mulierem, & inquãtum vir idoneus eſt, collationem ei fieri voluiſſe [d]. Sed quoniam in multitudine legum exiſtentium antequam eas cõſtitueremus, & ad conſpicuum perduceremus ordinem, plurima & neceſſaria ignorabantur: & decreta [e] quę contraria vellent, à iudicibus poſita ſunt, ne vlla ſeductio [f] circa hoc fiat: propterea [g] neceſſarium putauimus, proinde [h] etiã in medio noſtræ poſitæ conſtitutionis [i] (quę etiam cõſtantibus matrimonijs mulieri auxiliatur) ad meliorem & magis conſequentem viam venientes præſentem ponere legem. Vt autẽ non per partes enumeremus perſonas, in quibus valere eam oportet, generali ſermõe decernimus: quapropter in quibus eſt collationis ratio, in his & cõſtitutionem valere: ſiue auus, ſiue mater, ſiue auia aut aſcendentium aliqua ſit perſona. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacrã inſinuata ſunt legem, tua celſitudo per programmata propria manifeſta facere vniuerſis ſolenniter procuret, & in ꝑpetuũ ſeruare feſtinet.

† Speciẽ.

TITVLVS IX.

DE DVOBVS REIS promittendi [k].

Duo rei promittendi conſtituũtur, ſi adiectum fuerit vnũquenque inſolidum teneri: quo caſu vtroque ſoluendo exiſtente & præſente quilibet conuenitur pro parte: & negotium communiter examinatur, & fertur ſententia: ſed alio non exiſtente ſoluendo in totum vel in parte, vel ſi eſt abſens conuenitur alter inſolidum, vel in eo quod alter ſoluere non poteſt: & per iudicem ordinarium ad iudicem venire compellitur: his omnibus in futurum obtinentibus. Bart.

Impe. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſsi. Orientalium prætoriorum præfecto, iterum exconſule ordinario & patricio.

[l] NOuimus pridẽ ponentes legẽ de electione mandatorũ [m], et fideiuſſorũ, & ſponſorũ, multas habentẽ & in cõmune vtiles noſtris ſubiectis legislationes [n]. In pſenti verò & aliud nobis viſum ẽ egere [o] quadã explanatiõe † et ĩcremẽto [p], nõ ex genere, neq; vſu ĩperfecto [q] & inutili conſiſtente. Si quis eñ alterna [r]

† Haloſ̃der, & neque ignobili cõtẽnẽdaque, nec communibus reipu. vſibus inutili conſtituta appendice.

eſt, cõceſſerimus: vt C. de iur. do. l. vbi.

a Filiæ. agenti de dote.

b Hoc valere. qd' de conſenſu dictum eſt. nam ſi mater, non eſt neceſſarius conſenſus patris: cũ non ſit profectitia, neque matris, cum nõ ſit in poteſtate.

c Si vero maior. i. magna. paruam vel magnam intelligo ſecundum qualitatem perſonarũ.

d Fieri voluiſſe. quod de eo rñſum inuenies. ff. de col. do. l. j. §. cum dos.

e Decreta. ſ. principalia. i. leges. Al.

f Seductio. id eſt ignorantibus ſubiectis, quæ debebãt ſeruare.

g Propterea. ſ. nos venientes perinde ad meliorem & magis cõſequentem viam.

h Proinde. i. poſt ea: ſicut dicitur abinde, & deinde.

i Cõſtitutionis. noſtræ poſitæ in medio. ſ. inter hanc & Vlpian. q. d. melius modo & ſublimius, quam conſueuerimus per legem noſtram. C. de iure do. l. vbi.

k DE DVObus reis promittendi.

Nomine duorũ & plures intellige: vt inſti. eo. §. duo. & dicuntur rei ſtipulãdi, qui eandem rem ſtipulantur: debendi: q eandẽ rem debẽt: vt. ff. e. l. j. & non a reatu: ſed a re, quam ſimul plures promittunt, vel ſtipulantur. vel reus. i. firmus, quia firmiter promittit, a reor reris.

l NOuimus. Electiõe. ſ. in iubẽda: vt. ſ̃. de fideiuſſ.

m Mandatorum. inter hos no. differentiã: vt diximus. ſ̃. de fideiuſ. §. [illegible]

n Legiſlationes. nam & alia præterquam de electione multa continentur in conſtitutione illa. Azo.

o Egere. ſ. ea lege.

p Et incremẽto. incrementum dico ex gñe & vſu non imperfecto, neque inutili: ſed perfectũ erit & vtile tam ad genus contractus, ſup quo ponimus, quã ad vſum: quia in frequẽtia eſt hic tractatus. & ſic ſuper frequenti fiunt leges: vt inſtitu. in proœ. §. cũq;. & ſ̃. de hære. & falc. in princi. ibi, quæcunque quidem &c.

q Vſu imperfecto. in lib. M. vſus.

r Si quis enim alterna. i. & vnus fideiubeat pro altero expreſsim ſeu tacite. Hic nota. pro Martino, ꝙ duo rei videanť inter ſe fideiubere: vt hic, &. ff. de duo. re. lege reos. in princ. ſed Ioan. contra & in prędictis leg. dicas, ꝙ ſpecialiter hoc fuit actũ pro Io. ff. de arb. l. ſi duo. &. ff. de excep. l. exceptiões. §. rei. tu dic ſecundum Azo. diſtinguendũ, an peruenit ad vtrumque eorum: & tunc quatenus ad alium peruenit, videatur alter fideiuſsiſſe. An ad vnum tantum, & tunc alter inſolidum videatur fideiuſsiſſe: vel ſi non eſſet diuiſa, ſed in communes vſus expenſa, tunc ſerua quod dicitur. ff. ad Vellei

Velle. l. vir vxori. in ſi. vbi hoc dicit. & ſecundum prædicta patet ſecundum M. dari act. mandati vni contra alterum, ſi ſolus vnus ſoluit ſecundum Io. non mandati, ſed negotiorum geſtorum. & ſic vario modo intelligunt. C. de duo reis. l. j.

eſt. ſ. de teſti. in prin.

k Omnino. id eſt, inſolidum. Al.

l Abſentes. ſed cum inuicem videãtur fideiuſſores: cur non datur præſenti tempus ad reducẽdum abſentem: vt. ſ. de fideiuſſ. §. j? Rñ. plus ibi operatur expreſſa fideiuſsio quam tacita: quæ quæſtio ſecundum M. procedit: ſecundũ Ioã. non: cum videãtur fideiubere admuicem, vt diximus. ſ. e. in prin §. j.

Expreſſum plus tacito operatur.

fideiuſsione [a] obligatos ſumat aliquos; ſiquidem nõ adiecerit oportere & vnum horum inſolidum teneri: omnes ex æquo conuentionẽ ſuſtinere [b]. Si verò aliquid etiam tale adijciatur: ſeruari quidem pactum [c]: nõ tamẽ mox ab initio vnũquenque inſolidum exigi: ſed interim [d] ſecundum partem, qua vnuſquiſq; obligatus eſt [e]: cedere [f] autẽ eum & contra reliquos actionẽ, ſi & idonei ſunt, & in eo loco. & ſi hoc ita ſe habere videatur [g]: ſiquidem idonei ſunt, & præſentes inueniãtur, illos periclitari cõplere [h] in ſingulos [i] in propria parte, quod ſub alterna promiſsione creditũ eſt, aut ex quo omino [k] obligati ſunt, & non commune debitũ propriũ, cuiuſpiã fieri onus. Si verò minus idonei ſe habere reliqui videantur, ſiue oẽs, ſiue quidam, ſiue in partem, ſiue inſolidum, ſiue abſentes [l] fortè: in illud tenere, quod accipere ab alijs non potuit [m]. Sic enim & illis ſeruabitur pactionis modus, & nullũ [n] ſuſtinebit damnũ actor, licet aliquid [o] inter ſe illi pepigerint [p] ignorãte iſto, qui habet eos obligatos: & vnuſquiſque tenebitur in id quod ab initio ſcripſerit: & artibus, aut dolis, aut tranſactionibus præuaricari, quæ conſtituta ſunt, nõ ſinendos. Sin autẽ ijſdem commorẽtur vtrique aut omnes locis: ſancimus, negotij iudicem deducere [q] illos mox, & communiter examinare negotiũ, communiter autem inferre † ſentẽtiam. Sic enim [r] & rei omnes obligabũtur [s] & ſubſtantię eorũ qualitas examinabitur: & debitum ſimiliter quidem ſecundum iuſtitiæ, ſimiliter autem ſecũdum legũ ordinem procedet. Si autem nõ adminiſtrator [t] ſit cauſæ iudex, ſed alter aliquis: damus licentiam aut incompetenti iudici interpellationẽ ſuſcipienti [v], aut in prouincijs his denunciatis clariſsimo præſidi, aut competenti [x] iudici cogere per ſuum officium, & illos [y] intereſſe liti, & partem eius fieri: vt nullum impedimentum huic noſtrę legi fiat: his omnibus incipientibus in cõtracti bus ſequentis tẽporis, & ab huius legis diſpoſitione: quod autem ante eam præterijt, poſitis pro his relinquimus legibus [z]. Quæ igitur placuerunt nobis, & p hãc ſacrã declarata ſunt legẽ: tua quoque celſitudo operi effe-

† Ferre

a Fideiuſsione. i. promiſsione: vt. ff. eo. l. aliter.

b Suſtinere. idem iure veteri videtur hoc caſu. ff. eo. leg. reos. §. ſi. &. C. eo. l. ij. & hic no. quod hinc ſumitur auth. quæ eſt. C. eod. l. ij.

c Pactum. hoc eſt quod tenebuntur inſolidum.

d Interim. i. donec appareat eos eſſe ſoluendo, qui præſentes ſunt.

e Obligatus eſt. repete exigi.

f Cedere. i. accedere. & ſecundum hoc ſiue quod ſequit, ſunt duę partes. ſi, & ve: pro &. q. d. accederet & cõtra alios ſi ſint idonei & præſentes. & hoc ſtatim clarius exprimit: & ſic ita corrigit hic quod eſt in. C. de duo. re. l. ij. quæ eſt contra: vt. C. locati. l. ſi diuiſa. quę eſt contra, vt & alibi vbicũq; dicit duos reos inſolidum conueniri: niſi in his duobus caſibus. ſ. qñ eſt abſens alter, & quando nõ eſt ſoluendo. & quod hic dicit in duobus reis, idem eſt in pluribus tutoribus: vt. ff. de tute. & rat. diſt. l. j. §. nũc tractemus. & fideiuſſoribus & conſtitutoribus: vt. C. de conſtit. pecu. l. fi. ſed non idem in pluribus fideiuſſoribus eiuſdem tutoris: vt. ff. rem pupil. ſal. fo. l. fina. Sed an beneficio huius l. poteſt renũciari? Dic ꝙ ſic: vt. C. de pact. l. pe. ſic ſe habet conſuetudo. Item nunquid & plures rei ſtipulandi ſimiliter diuidunt petitionem ſuam? Rñ. forte non: quia neque hoc dicitur in titulo; neque prodeſt reo. nam ſi etiam vni ſoluerit, liberatur ab omnibus vt inſti. e. §. j. &. ff. e. l. ij. Accurſius.

g Videatur. ſ. ſi ſit adiectum quenlibet inſolidum teneri.

h Complere. i. illos pati periculum complendi in propria &c.

i In ſingulos. ſ. actione competẽte. ſimile periculum

m Non potuit. ſic in tutoribus non ſoluendo conſtituto, alijs non: vt. ff. pro quibus rebus ad eũ. iu. ea. l. ñ ſic in fideiuſſoribus: vt. C. de fideiuſſ. l. iij. ſic. C. ad Velle. l. l. antiquæ. §. ſed ſi minus.

n Nullum. alias nullius.

o Aliquid. puta vt vnus non teneatur pro alio aliquo caſu.

p Pepigerint. ꝙ facere non poſſunt in præiudicium creditorum: vt hic, & C. de pact. l. debitorum. & l. pacto.

q Deducere. re et verbo, quod faciet tantum ordinarius nõ delegatus: vt. ſ. de exhi. & intro. §. ſi vero etiam quidã. coll. v. & hic ſubijcit. Ac.

r Sic enim. i. ſi omnia ſupradicta ſeruentur.

s Obligabũtur. inſolidum in contractu.

t Nõ adminiſtrator. i. non ordinarius: ſed delegatus forte. ſic ponitur adminiſtrator. C. de iudi. authen. ad hoc. & dicta auth. ſ. de exhi. & intro. §. ſi vero etiã quidã.

v Suſcipienti. ſ. delegato, ſi habet merum imperium: vt. ſ. de exhib. §. ſin autem non addant.

x Competenti. puta ſpectabili vel illuſtri. Azo.

y Illos. ſ. reos defendi, qui præſentes volunt adeſſe.

z Legibus. ſed cum olim vno conuento interim alter non conueniretur: vt. ff. de pac. l. quoties. §. ſi creditor. & vno conuento alteri ſolui non poterat: vt. ff. e. l. ex duobus. Item ab vno vel contra vnum facta cõuentione, interruptio omnibus vel contra omnes fiebat: vt. C. eo. l. fin. Quæro, cum hodie quaſi diuerſa ſunt, vt dixi hic, an prædicta iura ſeruentur, & an ſint correcta

ctuiq; cōtradere feſtinet.

TITVLVS X.

DE TEMPORE non ſolutæ pecuniæ [a] ſuper dote.

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonij, & eo ſoluto intra annum competebat: hodie verò ſi matrimonium intra biennium durat prædicta competit exceptio: & etiam eo ſoluto competit intra annum matrimonio verò ſoluto vltra biennium intra decenniū dicta exceptio viro & hæredibus eius competit. Bar.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſsi. per Orientem prætoriorū pręfecto, iterum exconſule ordinario & patricio.

Omnes pecuniæ non numeratæ replicatiōes [b] ſubiectas in aliquibus caſibus [c] non examinatas [d] noſtræ reliquerunt leges, ſed prolixitatem earū & effuſionē abbreuiauimus: † ne ſua negligentia, aut calliditate forſan negotijs [e] fruantur homines, & cauſas præbeant alijs [f]. Non enim ſub æqualitate ſemper [g] probationes erunt, eas exhibere volētibus: multa quoq; tempus refutat. Quapropter benefaciētes abbreuiamus in quibuſdam caſibus pecuniæ non numeratæ q̄relas: quas licet ex ijs, quę à nobis iā ſancita [h] ſunt, colligere [i]. Quia enim omne tempus matrimonij dabatur [k] viris, donec matrimonium cōſtaret, queri de non data dote: interpoſitio quoque maior facta eſt etiam poſt mortem virorum, vt & poſt repudium intra annū daretur querela. ideo exiſtimauimus breui & compendioſa lege velocē facere & pecuniæ non numeratæ ſuper dote q̄relam, & liberare à probatione mulieris in talibus ex longo tempore [l]. Si ergo annis duobus ſolummodo habeat aliquis vxorem, aut etiam his tēporibus minus, & nō accipiat dotem nihil ex taciturnitate vir lædatur, neque hæredes viri, licet tacuerit ille: ſed intra annum alium querela moueatur. breuitas em̄ matrimonij [m] ad hanc nos legiſlationem vocat. Si uerò maius biennio tēpus, minus autem decennio matrimonium protēdatur: damus marito queri [n], & dicere non illatam ſibi dotem, aut in partē, aut inſolidū: & ſi hoc fecerit, trāſmittere [o] querelam, ſemel marito querēte, & muliere, quia dedit non probante. Si autem neque intra decennium queratur: taciturnitate [p] mariti auferimus querelam: neque ei poſt decennium hoc agere ſinemus, nec annū dantes vlterius hæredibus eius. ſitq; in hoc non noſtra aduerſus aliquos pœna, ſed libertatis ſubiectorum diligentia [q]. Vbi enim licet in prolixo ſic tempore, decennij dicimus, proponere querelam: ſi tacite elegerit, palàm eſt voluiſſe, vel ſi non accepit dotem, omnino eum aut ſuos reddere hæredes: his valentibus [r]. & ſi repudio ſolui contingat matrimonium: in nullo diſcernentibus nobis ſiue mulier tanquam dotem offerens conſcribat, ſiue pater, ſiue alter quiſpiam pro ea: tempore in omni caſu tali (ſicut prędiximus) extendente ſuos effectus, & dante vel perimente querelam. Conteſtationem verò dicimus non in ſermonibus ſolùm (ſæpe enim indignationis, aut alterius incidens occaſio talia quædam virum præparat dicere: aut etiam ille quidem dixit nihil, teſtes autem redempti hoc mentiuntur) ſed oportet conteſtationem

correcta? Rñ. l. ff. eo. l. ex duobus. nō puto corrigi. Item nec corrigi. C. e. l. fi. ſed quod dixi, quod vno conuento alter interim nō cōueniebatur: hoc determinantur per hanc. l. vt omnes conueniātur, ſi ſunt ſoluendo.

a DE TEM. pore nō ſolutę &c.

b Omnes pecunię. Replicationes. i. exceptiones. Accurſius.

c Caſibus. vt in dote.

d Non examinatas. ad plenum.

e Negotijs. id eſt in ſuis negotijs callide vel negligenter verſentur homines.

f Alijs. i. hominibus callide vel negligenter verſandi. & ſic no. quod tollitur materia peccādi. ſic inſti. vi bo. rap. §. ſed ne dum.

g Semper. quoniā poſt longum temporis ſpatium, nec documenti integritas, nec artis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari: vt. J. hęc conſtitutio innouat conſtitutionem. Al. Item poſt temporis interuallum non eadem fides teſtibus habetur: vt. ff. de Carb. edic. l. iij. §. cauſæ.

h Sancita. vt. C. de non nu. pec. l. in contractibus. Accurſius.

i Colligere. in libro R. deeſt.

k Dabatur. vt. C. de dote cau. l. fi. Accurſius.

l Tempore. ſcilicet ſuſcipientes grauamē probationū.

m Matrimonij. quod durauit tantummodo per biennium. ſ. vt dictum eſt.

n Queri. alias conqueri toto tempore matrimonij: vt hic, & etiam poſtea per tres mēſes: vt. infra. §. ſi vero vltra biennium.

o Tranſmittere. ſcilicet ad hæredes: vt hic & C. de non. nu. pe. l. ſi itra. §. ſin autē. & l. cū vltra.

p Taciturnitate. imo videtur, quod ſtatim ſibi pręiudicet, cum ex cauſa fuerit confeſſus: vt C. de non nu. pe. l. generaliter. & ff. de probat. l. cum de indebito. §. fina. quæ ſunt cōtra. Sed ſpeciale in dote, vt nō ſtatim præiudicet confeſſio: licet ex cauſa ſic eſt ſpeciale in mutuo, in odium creditoris, vt tantum poſt bienniū præiudicet: vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. in prin. Accurſius.

q Diligētia. No. exceptiones non in pœnā, ſed propter ſubiectorum libertatem inducias: vt non omni tempore de ſuo iure dubitent: vt inſtitu. de vſucap. in princ.

r His valētibus. nam a. §. ſi ergo. vſque huc dictū eſt, quādo ſolutum eſt matrimonium morte viri, vel vxoris. Accurſius.

† Haloā. ne homines ex ſocordia ſorte ſua et īprobitate quaſi ex ꝓmercio fructum caperēt, alijſq; negocia faceſſerent.

Exceptiones in ſubiectorum libertates īducte ſūt.

In lite

in literis eſſe [a]. Si autem etiam in iudicio eam aliquis fortè facere voluerit: oportet omnino innoteſcere mulieri, aut ei, qui dotẽ omnino offerre cõſcripſit. Nam nihil eſt, quod prohibeat maritũ in ſemetipſum hoc agere, & queri quaſi: & partem quidẽ mulieris quod agitur, ignorare: † pro uidentiam verò ſui etiam ponere nullo valere modo [b]: & quia vel ab eo querela facta eſt, neſcire. Generaliter [c] igitur dicẽdum eſt intra biẽnium quidem matrimonio ſoluto ſiue morte, ſiue repudio, & ipſi marito de nõ numerata pecunia licere queri, & hæredi eius intra alium annum. Si verò vltra biennium vſq; ad decem [d] annos matrimonium extendatur: marito damus querelã [e] & hæredi eius intra menſes tres. Si verò tranſcurrerit [f] decennium: tunc neque marito, neque hæredibus eius querela erit, tempore ad omnia ſufficiente mulieri. Et ſi quidem intra ætatem maritus ſit, & non queratur [g]: tantùm ad in integrum reſtitutionem [h] ei damus tempus, vt tranſcendat [i] duodecim annos à tempore nuptiarum [k]. Nouimus enim eos, qui vehementer citius contrahũt nuptias, non minores quindecim annorum [l] ad hoc procedere: qua de re tranſit quintũ & viceſimũ annum: & erit poſsibile intra viceſimumſeptimũ [m] annum queri de non numerata pecunia dotis: moriente quoque eo intra prædictum tẽpus [n], hæredes habere [o] annũ [p] ad querelam. Si autem minores ſint non querentis hæredes, ſiue maioris, ſiue minoris: quinquennium habeant ſolummodo ad mouẽdam querelam non numeratæ pecuniæ: ſufficiente eo tẽpore, & non expectante exitum [q] omnium minorum tẽporum [r]: quod nos ad præſentẽ legem [s]

Quando ſcriptura eſt neceſſaria: vide in ca. j. in iij. gl. extra, de cenſ. li. vj.

a In literis eſſe. no. querelam non numeratæ dotis in ſcriptis fieri debere, ſic & in atteſtatione filijs furioſis facta: vt. j. vt cum de appel. cog. §. ſi quis de prædictis. ſic etiam in libello eſt ſcriptura neceſſaria: vt. ſ. de exhiben. §. ſancimus. col. v. & C. quãdo lib. prin. da. per totũ. ſic & C. de mand. prin. l. j. regulariter autem etiam ſine ſcriptura: vt. C. de pa. l. pactum. Item no. q̃ ſi fiat in iudicio, debet inoteſcere mulieri, vel ei qui dotẽ cõſcripſit. ſic & j. de litigioſis. §. omnẽ vero. in prin.

b Valere modo. ſ. mulierẽ, cũ ignoret: vt ſubijcit.

† Haloã. modo prius in animo reponat, nulla id ratione valere poſſe contra eũ, q qđ q̃rela aduerſus ipſum facta ſit, ignorat.

c Generaliter. repetit breuiter quæ dixit, & addit parum. j. ſ. de tribus menſibus. & no. q̃ hic ſumitur authẽ. quæ eſt. C. de dot. cauta non nume. pecu. ſuper. l. ſi.

d Ad decem. nõ eſt excluſiuum. Io.

e Querelam. ſcilicet dum viuit.

f Tranſcurrerit. vel tranſierit. Acc.

g Et nõ queratur. id eſt, conteſtationem ſecundum quod ſupra dictũ eſt, intra tẽpus nõ oppoſuerit.

h Reſtitutionẽ. hãc reſtitutionem putat Io. quod ſuo iure habeat minor & ſi eã non petat, ſed directe hãc exceptionem proponat. ſed hæc litera aperte dicit cõtra. vnde ſecus puto, q̃ ſcilicet petatur per officium iudicis: vt. ff. de mino. l. quod ſi. in fin. & hic cum ſcripſit ſe dotem accepiſſe poſt confectionem dotalium inſtrumentorum: ſi vero ante confectionẽ, non eſt neceſſaria reſtitutio: cum except. habeat iure communi ſicut quilibet maior. Sed certe licet habeat exceptio. iure communi, tamen reſtitui poteſt ſecundum Azo. vt. ff. de minoribus. l. in cauſæ. ij. § Pomponius. Accurſius.

i Tranſcendat. ſcilicet ius commune vſque ad ann. xij. vltra xij. non audiatur.

k Nuptiarum. contractarum ſecundum M. arg. C. de nupt. l. ſancimus. & ſic poterit opponi intra xxvij. ann. vna die minus ſi ponas maritum in vltima die xxv. ann. contraxiſſe. vel dic contrahẽdarum ſecundum Bul. vt probatur per hæc verba, nouimus enim eos &c. & ſic vſq; ad viceſimumſeptimũ annum vna die plus. nam a xv. an. completo in antea ſit computatio. Item contra M. facit aperte hic, vt dicit. & ſi quidem ſit maritus intra ætatẽ, & non queratur. nam & ex hoc oportet intra ætatem tempus exceptionis cucurriſſe, & eum non fuiſſe conqueſtum, quod nunquam dici poteſt eo caſu, quando in vltima die xxv. ann. contraxit, cum non poſsit exceptio tam breui tempore finita eſſe. ſcilicet vna die. Sed non attenditur ſecundum M. niſi quod conceſsio fieret intra ætatem. ſed certe imo eſt attendendum etiã, quod ſit præſcriptio completa: vt prædicta litera dicit, & ſic etiam ſecũdum eum cũ diceret vſq; ad xxvij. ann. produci oportet quod tantum ſit intra xxv. antequam potuerit exceptio cucurriſſe. & ita anno xxv. vſq; ad xxvij. annum vna die minus ad plus procedit, etiã ſecundum M. Sed nos Bu. ſententiã probamus.

l Quindecim annorum. de conſuetudine forte, aliud de iure: vt inſti. de nup. in prin.

m Intra viceſimumſeptimum. id eſt citra, vel ſecundum Ioan. etiã pone proprie.

n Tempus. xij. ſcilicet ann.

o Habere. ſcilicet maiores.

p Annum. ſpeciale. nam habere regulariter quis debet, quod defuncto ſuperat ſecundum omnes. Azo.

q Exitum. id eſt non conſiderabimus, quantum morienti vel ſucceſſori ſuo ſupereſt tẽpus.

r Temporum. nam ſemper tempora prædicta ſeruabimus.

s Ad præſentem legem. ſunt ergo hic minori ſex ſpecialia. Primum, vt licet hæc præſcriptio ſit temporalis, ſcilicet anni vel trium menſium: vt. ſ. proxi. tamen currit minori. vnde reſtitutio neceſſaria eſt, vt hic: alias contra: vt. C. in quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſſa. l. ſi. ſic eſt in quibuſdam alijs caſibus ſpeciale: quod dic: vt. ſ. de hære. & Falcid. §. pupillus. Secundum, quia alias reſtituitur minor intra tempora conſtituta a iure, ſcilicet xxx. an. vt. C. de temp. in integ. reſtit. l. ſi. hic autem intra xij. an. Tertium quia alias incipit quadriennium elapſo xxv. ann. vt. ff. de mino. l. interdum. hic autem a tempore nuptiarum contractarum ſecundum M. vel contrahendarum ſecundum nos. Quartum, quia maior minori ſuccedens habet quadriennium: ſed hic habet annum quantumcunq; ſupererat defuncto. Quintum, quia minor minori vel maiori ſuccedens habet ſua tẽpora ratione ſuæ ætatis: & poſtea quadriennium. hic autem quinquẽnium eſt. Et ſextum quia hoc quinquennium currit in minori ætate huius ſuccedentis adeo, vt non reſtituatur: alias contra: vt. ff. de mino. l. etiam el.

Minor plura ſpecialia habet.

Muliere

a Muliere nanque. mulier nupſit viro habenti xiiij. an. ex eo cōcepit: & durauit matrimonium per quatuor annos: deinde vir deceſsit: et poſt mortē eius elapſi ſunt xx. anni: & tunc agit de dote mulier ſed filius, quem ex dicto marito habuit exceptionē opponit ratione ſuæ ętatis: & ſic poſt xxiiij. an. a tempore cōtracti matrimonij. & dicit mulier eadēq; mater, quod non poteſt, cum tātum quinquēniū habet poſt mortē patris.

b Viceſimum. alias xxx: & ita dices durare matrimo. xiiij. an.

c Mouebat. ſ. filius defuncti.

d Contra matrē. ſcilicet marito maiori vel minori.

NEQVE VIrum, quod ex.

e Vel pro etiam.

f Solo. & non proprietate, & hęc prima pars expeditur j. eo. vſq; ad §. illud.

g Filios alere. & hoc expeditur j. e. §. illud. vſq; ad. §. ſi. qui incipit, nouimus. Accur.

h Seruent. et hoc expeditur. j. e. §. ſi.

EA quidem. Quod ſine. id eſt, ſubaudi.

k Tumultum. i. redūdat in tumultū: quia adhuc vacillāt apud hoies.

l Negotijs. datiui caſus eſt.

m Iudicia. ſubaudi circa. Accur.

n Terminata ſūt. i. ſtatuta ab alijs principib9 & a nobiſipſis. Al.

o Non diſplicētibus. i. non diſplicuerūt ſecūda, quæ viſa ſunt nobis meliora legibus primis. ſ. tractantibus de hac materia. & ſic participium in verbū reſoluitur. ſic not. q corrigit ſeipſum. ſic. ſ. de nuptijs. §. j. col. iiij. & j. vt fratrū filij. in princ. colla. ix. lex enim antiqua idē quod hic dicit: vt C. de ſecun. nup. l. quoniam. §. fi. & l. hac edictali. §. fin. ſed alia. ſ. de nupt. §. ſi vero. diſtīguit. nunc aūt dicit indiſtincte: ſed per aliā. j. vt fratrū fil. coll. ix. diſtinguit: vt iam dices. Acc.

p Seruandis. lucris.

q Simplici. hac ſcilicet,

mouit. muliere nanque[a] coniuncta quarto & decimo anno, poſt viceſimum[b] annū mortis patris abutens minori ætate, mouebat[c] quidē contra matrē[d] non numeratæ pecuniæ obijciens rationē poſt quartū & viceſimū nuptiarum annū. quod nos iudicantes curauimus, & propter has circūſtantias, & ætatem minorū in quinquenniū in præſenti decernimus lege: illo videlicet nō numeratā pecuniā obijciente, qui ſcriptus fuerit dotem ſuſcepiſſe, & ſecundum ſua tēpora, ſiue perfectæ ætatis ſit, ſiue minoris cauſa iudicāda. Valente hac lege ſuper ijs, quæ poſtea futuræ ſunt nuptijs. ſuper ijs enim, quæ conſtant, ſiquidem reſiduum eſt decenium, aut non minus biennio, hoc habeat tēpus in non numerata pecunia, qd† ei etiā poſt tranſmiſsionem dabit. Si verò aut minus ei biēnio reliquū eſt tempus, aut etiam exceſsit totum decennij tēpus: tūc ipſis quidē biennium damus ad querelā non numeratæ pecunię: eorum autem hęredibus & poſt ſolutionē matrimonij intra tres menſes, vt per omnia eis iuſtitiā ſeruemus. Quæ igit̄ placuerūt nobis, & per hāc ſacrā declarata ſunt legē, tua celſitudo manifeſta omnibus facere feſtinet.

TITVLVS I.

NEQVE VIRVM, QVOD EX dote eſt, neq; mulierem ex ſpōſalitia largitate lucrum proprium habere, ſed ſeruare dominiū ſuis filijs. vel[e] ſi ad ſecundas nuptias nō veniant, vſu ſolo[f] in lucro cōſiſtente: & vt repudio tranſigentes nuptias, lucrātes aut dotem, aut ante nuptias donationē, & ipſis ſimiliter dominium ſeruēt filijs: vſum habente perſona cogenda filios alere[g]. ſi vero bona gratia ſoluantur nuptiæ, & videātur occaſione damni detineri quędam: & hac arte† perimendæ, quæ detinentur, & filijs ſeruetur[h].

COLLATIO OCTAVA.

Matrimonio ſoluto morte, diuortio, vel bona gratia, lucrum dotis vel donationis propter nuptias debet ſeruari liberis illius matrimonij, quò ad proprietatem, vſufructu ſolo à lucrāte retento: & quod ab altero coniugum quæritur, retinetur: his obtinentibus ſiue coniuges ad ſecunda vota tranſierint, ſiue non. Bart.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſsi. per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconſule ordinario, & patricio.

EA quidem, quæ ſemper idem ſe habent, legibus non egent varijs, ſimplicitatē, & quod ſine[i] vllius diuerſitatis miſtura eſt, cōtinuè poſsidentia, & vtēria legibus ſempiternis ac ſacris nulla correctione egētibus. Quod aūt ſecundū nos eſt in redūdationis cōprehenſum tumultū[k], gubernatiua indiget ſapientia, ex legibus ſuperueniēte negotijs[l]. Vnde qm̄ nos neq; ad iudicia[m] ſegnes, multis interpellantiū cauſis, ſingulis quidē medemur, cōprehendentes aūt vnaquanq; qōnē dubitatā à nobis, & iudicibus noſtris, per legiſlationē, q̄ oporteat agi gn̄aliter in vnaquaq; quæſtiōe, exponimus. Itaq; illud añ oīa viſum qdē eſt forſan eſſe priſcis legiſlatoribus nō ſine quadā diuiſiōe: nobis aūt putatū eſt bene ſe habere tēperata lege ad ſimplicitatē cauſam tranſponere, & nūc inchoāte, & nihil perſcrutante horū, quæ prius terminata ſunt[n]: qm̄ & nobiſipſis pridē nō diſplicentibus[o] de hocipſo, quæ legibus viſa ſunt meliora ſecunda (nuptialibus năq; lucris ſiquidem aliquis coniunctorum ſeruauerit pudicitiā, manentibus apud ipſos validè, & eorum ſubſtantijs infixis: ſi verò veniat ad alterius perſonę coniunctionem, ex prioribus nuptijs filijs ſeruandis[p]) ſimplici.[q]

† Alias, quod et etiā reſtitutio in integrū dabit.

Corrigere ſeipſum ſcilicet.

† Parte.

quadam & meliori lege duplicẽ hanc placuit interimere. Si enim ſecũdis [a] miſta nuptijs mulier aut etiam vir fortè ad ſedam reſpiciens coniugẽ, q̃ ex morte lucrata ſunt, aut etiam ex repudio fortè, ſeruat filijs (cum vtique forſan & alij erunt eis filij ex nuptijs ſequentibus) quomodo iuſtum eſt eos, qui in ſolis filijs [b] legitimis moriuntur, nõ ſeruare eis lucra ex mortuis eorum parentibus, ſed alijs [c] ea trãſmittere? Scilicet quid erit pretioſius [d] filijs [e] apparentibus non ingratis? Propterea igitur ſancimus, ſi mulier moriatur, & eueniat lucrum fieri viro dotẽ: hãc omnino ſeruare filijs, ſiue ad ſecundas veniat nuptias, ſiue etiam [f] non. Et ex diuerſò ſi mortuus fuerit vir: mulierem antenuptialis donationis lucra [g] proprijs filijs ſeruare: vſum quidem lucrorũ ex nuptijs apud eos conſtitutum [h]: proprietatem verò eorum filijs omnino ſeruãdam: ijs, quæ ſuper parentibus ad ſecundas venientibus nuptias ſancita ſunt, in ſuo ordine ſeruandis. & hoc valere matrimonijs quocunque modo ſolutis, ab hodierna die, & in omne [i] tempus quod ſequitur, & his matrimonijs, quæ iam ſoluta ſunt quidem, ſiue morte, ſiue quolibet alio modo, adhuc autem pẽdente [k], eò quòd vnus ſuperſtes ſit. Nam ſi ambo defuncti ſint: hoc hæredibus non damus: ſed tanquam ſemel terminatum, veteribus relinquimus legibus. Illud certũ eſt, quia dum ſemel fuerit filiorum, & proprietatem lex deferẽs eis præſtiterit: tunc in ſucceſſionibus & alijs acceſſionibus, [l] ita & in his erit: ſicut & in prioribus ſancitum eſt filijs, qui propter ſecundas nuptias parentum, lucrum aliquod ex legibus ſunt potiti. Illud quoque ex quadam cauſa denuntiatum [m] nobis, ad legiſlationem deducere exiſtimauimus oportere. Quia enim † tranſegerunt quidem inter alterutros [n] & vir & vxor: filios autem, qui eis erant ex matrimonio, deſpexerũt eos ambo, et circumibant mendicantes [o]: propterea iudicauimus vehementiori [p] quidem fortè † conuenti [q] & melius ſe habenti vti lege: vt timore ſcilicet pœnarum quieſcant aut lucrorũ [r] cauſa iniuſtorum matrimonia dilacerare, aut etiam proprios negligere filios. Si enim omnino aut per tranſactionem [s], aut per modum [t] alium ſeparetur matrimonium: ſi quidem non ſunt filij: maneant priora in ſuo ordine. Si verò filij exiſtentibus fiat hoc, & neque filios erubeſcentes [v], dẽt tamen occaſionem ſpontaneam et tranſactionis, & per conſenſum factæ, aut etiam inuitę, forſan peccante † viro, aut committente digna amiſsione [x] antenuptialis donationis, aut muliere [y] digna caſu [z] dotis: neq; vir dotem lucretur, neque mulier antenuptialem donationem: ſed repẽtè caſu præcedente, aut dotis, aut antenuptialis donationis proprietatis lucrum mox ad cõmunes veniat filios, & eorum fiat, vſu ſolo apud tranſigentes manente: cogẽdo tamen eo, qui vſum lucretur, filios ex eo matrimonio & alere, & alia omnia miniſtrare eis ſecundum lucratæ ſubſtantiæ menſuram [a]. Nouimus autem aliquid etiam tale factum: quia & bona gratia diſſolui matrimonia, & recedere [b] quidem ante-

ſcilicet, quæ eſt melior antiqua duplici.
a Secundis. ſ. parentibus.
b Solis filijs. ſ. exiſtentibus ex primo matrimonio.
c Sed alijs. ſcilicet extraneis.
d Pretioſius. quã huiuſmodi lucra ſu pradicta eis ſeruari a parentibus.
e Filijs. ſcilicet prænominatis.
f Siue etiam. ſed hodie conceditur viro & vxori virilis portio ſecundũ numerum liberorũ: vt aliquid amplius ſit ei, quæ non nubit, quã ei, quę nubit, & ſic in iſta per alium determinatur & corrigitur: vt j. vt fra. fil. §. quia vero colla. ix. quæ eſt contra.
g Lucra ſcilicet ſancimus ſeruare.
h Conſtitutum. dicimus.
i Et in omne. ſ. lucrum. Al.
k Pendente. ſ. matrimonio: q̃a vnus coniugum ſupereſt vt ſubijcit. & ſic trãſit de plurali ad ſingularem. Azo. cum dixerit prius matrimonijs: nunc matrimonio. & ſecũdum Al. dicit q̃ pendet ſuperſtite illo, qui fecit lucrũ. & ſic not. quod dicitur pendere matrimonium vno tãtum ſuperſtite. Ac.
l Et alijs acceſsionibus. hypothecarum, quam in bonis ſeruãtis eas poſſunt vẽdicare filij: vt. C. de ſecũ. nup. l. hac edictali. §. vl. fructus ſunt eius ſeruat. Ac.
m Denũtiatum. ſ. a nobis. Accur.
n Alterutros. i. inter ſe vel adinuicem diuerterint.
o Mendicantes. ſ. filij.
p Vehementiori. i. duriorem pœnam inferente. Accur.
q Conuenti. quaſi dicat conuenti ſu

Matrimonium vno tantũ ſuperſtite pendet.

per interpellationẽ forte ad id, quod melius ſe habeat. Accurſius.
r Lucrorum. lucra iniuſta ſunt lucrantibus propter ſolutionem matrimonij: vnde filio applicatur ꝓprietas: vt ſubijcit. j. Azo.
s Per tranſactionem. quia vnus coniugum cõmiſit delictum, quare ab altero ſit repulſus.
t Per modum q̃a vnus repellit alium ſine cauſa: ſed in ſequenti. §. nouimus. loquitur quãdo bona gratia.
v Erubeſcentes. ſ. parentes. eſt dic q̃ filios, eſt accuſatiui caſus: & conſtrue ſic: & parentes non erubeſcentes filios dent actiones. &c.
x Digna amiſsione. i. quia vir commiſit ea ꝓpter quæ eſt dignus, vt donationem amittat. & idẽ in vxore ſubijcit, & ſi non cõmittat ſecundũ Azo. vt. j. §. dicit. Accur.
y Muliere. repẽte committente.
z Caſu. i. amiſſione.
a Mẽſuram. No. filium ali ſecundum ſubſtãtiam patris. quod facit ad idquod dicimus. ff. ad Mace. l. ſed iul. §. quod dicitur. Ac.
b Recedere. id eſt, redire

† Haloã. tranſigerũt

† Haloã. cõuenienti.

Filius ſecundũ patris facultates ali debet.

† Petente in vetuſtis & ſcriptis exemplarib.

nuptialem donationem ad eum, qui conſcripſit, dotē verò ad eam †, quæ obtulit: tamē occaſione quaſi damni [a] & aliarum cauſarum, auri quantitas non mediocris vtriq; data eſt parti, vt non videretur hoc nuptiale lucrū, neque ſeruaretur filijs ſecundum de hoc leges: ſed ſed extrinſecus accedens quaſi ex alia cauſa, lucrū fieret eius, qui accipere hoc egit [b]. Ideoq; ex hac arte factam curantes læſionem, ſancimus, vt vel ſi quid tale fiat, & adueniat alteri aliquod lucrū: & hoc ſimiliter ſeruari filijs, proprietate quidem mox veniēte ad eos: vſu verò ſolo apud lucrātem conſtituto. Sic abſtinebūt omni vitio: ſic omni deſiderio irrationabili: ſic nec inuiti, nec ſponte ſuis nocebunt filijs: ſed erunt temperati: maximè quidem circa ſuam caſtitatem: deinde etiam circa matrimonij affectum, quem competens eſt habere eos, qui ſemel coniūcti ſunt alterutris. Res eſt & caſtitate plena, & bonis moribus congrua, & paterno maternóque affectu plena, vt quod eis parentes ſponte non ſeruant, hoc poſt Deū, qui eſt communis omnibus pater (dicimus autem [c], qui imperium habet) per legem ijs, qui à parentibus læſi ſunt, ſeruet: vt hic quoque ea, quæ de lucris & ſucceſsionibus prīdē diſpoſita ſunt, teneāt. nihil [d] enim eorum innouamus, pter illa ſola, quæ expreſsim in hac lege cōſcripſimus. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, tua celſitudo operi effectuiq; tradere feſtinet.

TITVLVS II.
DE APPELLATIONIBUS [e].

Si in medio cauſæ appellationis ad arbitros itum ſit: licet decies milies biennium cucurrerit, non impeditur quis appellationem proſequi, niſi finito tempore compromiſſi biennium ſit elapſum. Angelus.

Imper. Iuſtinianus A. Ioanni glorioſiſsi. per Orientem prætoriorū præfecto, iterum exconſule ordinario & patricio.

SVbiectorū [f] noſtrum interpellationes legum nobis præbent occaſiones, pro ſalute ſubditorū conſcribendarum. Aditionem nāque nobis quidam patronus [g] fecit: quia lege [h] volente appellantem, & per biennium tacentem, aut certè exercentem quidem, non tamen perexequentem appellationū cadere certaminibus, & confirmata ſententia non poſſe vlterius procedere, ſed ratam fieri vtrique ſententiam. Heſychium [i] autem & aduerſarios [k] eius exercuiſſe quidem litem [l] apud pedaneum iudicem: addictum [m] autem eundem Heſychium appellaſſe: & cauſam contigit recurrere ad tuam cognitionem: & dum lis in iudicio tuę celſitudinis exerceretur, receſsiſſe [n] quidem à certaminibus apud te geſtis: arbitros autē elegiſſe cōmunes ex cōſcripto [o], & apud illos cōcurriſſe, & q̄dā exercuiſſe: poſtea verò neglexiſſe qdē electos arbitros, nō autē perſecutos apud eos motam litem, ſed tranſacto biennio †vti aduerſarios eius, quia non poſsit à condemnato exerceri in tuo iudicio talis lis: ſed oporteret eam confirmari ſemel biennio tranſacto: illum verò propterea non perſecutum apud tuam gloriam, eò quod litem apud electos diceret arbitros.

Sancimus igitur † memoratum quidem negotium, ex quo hæc nobis ſunt nunciata, nihil lædi ex curſu temporis [p], neque ratam eſſe iudicis ſententiam ſemel appellatione data: ſed & exerceri apud tuam gloriam, & terminum legitimum ſuſcipere: etiam ſi decies [q] milies pluſquam

redire.

a Quaſi damni. ſ. dati à viro vxori, vel contra.

b Hoc egit. id eſt, curauit.

c Dicimus autē. not. principem omnium patrem & legis: vt. ſ. de inceſtis nup. §. dubitatum.

d Nihil. No. omnia intelligi remanere, quæ expreſſe non corriguntur. ſic. C. de appel. l. præcipimus. in fi. et ſ. vt determinatus ſit nu. cler. in fi. col. j. Accurſius.

e DE APpellationibus.

f SVbiectorum. Sed quæ eſt differētia inter hunc titu. & ſ. de appella. & aliū de ijs, qui ingre. ad appellan? Reſpon. primus de appella. tractat de principijs appellationū: ſecundus ſcilicet de ijs, q ingre. tractat de fine. hic autem incidenter poſitus fuit, non ex propoſito: ſed ex quęſtione tali facta: vt in prin. huius conſtitutionis qua dicitur breuiter, quod ſi pendente cauſa appellationis compromittatur in arbitros, tempus qd' ibi fuit, non nocet exercitio, quod fieri habet intra annū vel biennium: vt. ſ. de ijs, qui ingre. ad app. §. j.

g Patronus. id eſt, aduocatus: vt C. de poſtula. l. qſquis. Accurſius.

h Quia lege. vt. ſ. de ijs, qui ingredi. ad appel. in princ.

i Heſychium. i. auunculum ſiue patruum, qui vulgo dicitur theius: vt. j. de hære. quæ ab inteſt. §. ſi autem defunctus. col. ix.

k Aduerſarios. inter ſe vl' inuicem. Accurſius.

l Litem. principalis cauſæ. Accur.

m Addictum. id eſt, condemnatum.

n Receſsiſſe. dixit aduocatus Heſychi.

o Ex cōſcripto. id eſt, ex communi ſcriptura & voluntate arbitros elegerunt. Accur.

p Ex curſu temporis. No. non læditur ex temporis curſu, qui negligēs non fuit: vt. ſ. de appel. §. ij. &. de ijs, q ingre. ad app. j. &. j. vt cum de appe. co. §. j. col. viij. &. ff. de minor. l. intra vtile. &. C. de inofficioſo teſtamento. l. cūtra maiores.

q Si decies. ſic. ſ. de hæred. & Falci. §. ad hoc.

Motæ.

† Haloā. quæ tamē obtulit occaſionem quaſi &c.

Princeps omniū pater eſt.

† Haloā. aduerſarios ſuos improbe hoc ſibi ſumpſiſſe in vſum.

† Ex hoc §. ſumpta eſt auth. q̄ eſt ſuper. l. ij. C. de tēpo. appel. & incipit, Si tamē in medio. & vide de materia huius authēticæ in Spec. titu. de appellat. §. nūc breuiter trāſcurrendū. veritē fallunt ſi tempori. vbi ſūt concor. iuris ciuilis & canonū.

biennij tempus exceſſerit, aut excedat. Deinceps autẽ in omni negotio, in quo tale aliquid agitur, & in medio motæ[a] cauſæ apud iudicem appellationis, aut nõ motæ[b], ſi aliqui eligantur alij, & propterea bienniũ[c] trãſeat, intra quod oporteat appellatiõis iudices litẽ decidere, & per quanlibet circunſtãtiam rurſus reuertatur ad iudices[d] appellationis cauſa: alijs quidem omnibus liceat vti partibus, tanquam ſi eos non cõtigiſſet deſerere quidẽ appellationis iudiciũ[e], ad electos autem veniſſe: non tamen poſſe vti, quòd biẽnium præterijt. Namq́ ſemel iudices alios delegit, non eſt iuſtum, vt taciturnitatẽ culpet eius, qui propterea læſus eſt: quia ijs, quæ geſta ſunt de electione iudicum, credidit[f]: & ideo nõ eſt executus, neq; cõpleuit litẽ illic, eò quòd apud iudices[g] illos ſit exercitum negotium. Hęc igitur in omni negotio ſeruari apud tuũ forũ volumus, & in omni alio, vbi ſecũdum appellationis iudicatur ſchema[h]: quatenus nihil iniuſtè circa noſtros ſubiectos agatur. Si verò etiam poſtquã deſeruerint electos iudices, biennij tranſeat tempus: tunc cõfirmari volumus ſententiam ſecundũ conſtitutiones de hoc factas à nobis. quod etiam deinceps in omnibus futuris ſecundum hos modos negotijs valere volumus, alijs omnibus, quæ de appellatiuis certaminibus priſcis dicta ſunt legibus, & à nobis in legum conſcripta ſunt codicibus, in propria virtute manentibus.

TITVLVS III.

† DE TESTAMENTIS IMPERFECTIS[i] à parentibus in filios factis: & de diuiſione rerum[k] à filijs corã parente: & de eius facultatibus facta & ſubſcripta.

Volens in ſcriptis teſtari inter filios, ſi non eſt literarum ignarus, manu propria filiorum nomina, quotas & quantas, non per ſigna ſed per literas totas deſignare debet, in quo libertas & legatum vxori & extraneis relinqui poterit. Angel.

Imper. Iuſtinia. A. Baſſo magnificentiſsi. comiti deuotiſsi. domeſticorum locum obtinenti Ioãnis glorioſiſsi. prætoriorum præfecti, iterum exconſul. & patricij.

A Conſtantino diuæ memoriæ lex ſcripta[l] eſt per antiquæ coniecturæ ſimplicitatẽ: porrò cauſarum varietas & natura eas[m] frequenter mutans, egere leges illas emendatione noſtra pręparauit. dicit itaq; lex, oportere morientium voluntates, quando ſunt parentes, omnibus modis inter filios tenere: † & tamen eos erubeſcit parẽtes exiſtentes[n]: quia eis & clarã rerũ concedit[o] ſignificationẽ, dicens, & ſi nõ manifeſtæ ſint eorũ diſpoſitiones, apparuerint autem ex quibuſdã indicijs & coniecturis & qualibet ſcriptura: & ſic eas valere[p]. & hoc in ſuis & emãcipatis filijs. Inſuper & Theodoſius[q] decreuit[r], nõ in patribus ſolũ hoc diſponẽs, ſed etiã in matribus & aſcẽdentibus vtriuſq; naturæ. Hãc apprehẽdẽtes licentiã hoĩes in tantã ingreſsi ſunt obſcuritatẽ, vt diuinãtibus magis, q̃ interpretantibus hæc egerẽt. Itaq; neq; perſonas ſcribẽtes[s], neq; rerũ dicentes notitiã, & fortè nec quãtitatẽ, tñ dignãtur coniecturis & veriſimiliũ ratione talia[t] permittere. Nos igit̃ omnia clara[v] & aperta cõſiſtere volẽtes (quid enim † ſic propriũ eſt legũ, ſicut claritas, maximè ſup defunctorũ diſpoſitiõibus?) volumus, ſi qs literas

a Motæ. per cõteſtationem. & ſic ſunt genitiui caſ9.
b Non motæ. quia per conteſtationẽ non cœperat adhuc cauſa tractari apud iudicẽ appellationis: appellatum tamen erat.
c Bienniũ. ſecus forte in cauſa criminali: vt. ff. ad Turpil. l. ab accuſatione. & l. ij. & C. ad Turpilia. l. quamuis.
d Iudices. i. arbitros: vt. ſ. poſuit. et ſic ponitur. C. de arbit. in prin.
e Iudicium. i. arbitrium. Accur.
f Credidit. id eſt confidit, quod debet arbiter ſumere cauſam.
g Iudices. id eſt, arbitros.
h Schema. i. forma vel figura.
i DE TESTAMENTIS IMPERFECTIS &c. *Et hoc dicitur vſq; ad. §. quia vero.*
k Rerum. repete teſtamẽtis factis. i. ſcriptis a filijs de diuiſione rerũ corã parente facta de eius facultatibus: & ſubſcripta. Sed P. hic ſcripſit malam eſſe hanc grãmaticã & falſam: quia nõ tractat de teſtamentis filiorũ inter parentes, ſed econtra. Sed certe ita recte intelligit, quod pater iuſsit inter filios diuiſionẽ fieri, et ipſe ſubſcripſit: vt. j. eo. §. vlti. Azo. vbi hæc ſecunda pars expeditur.
l A Conſtantino. Scripta. vt. C. famil. ercíſcund. l. vlti.
m Eas. id eſt, eã vel leges ſimiles, vel dic cauſas.
n Exiſtentes. i. ſupponere ſolẽnitati iuris communis reſpectu filiorum, quia &c.
o Concedit. id eſt, remittit.
p Valere. hoc iure veteri videbatur: vt. ff. de leg. ij. l. peto. §. mater.
q Theodoſius. ſ. conſtituit.
r Decreuit. vt C. de teſt. l. hac cõſultiſsima. §. ex ĩperfecto.
s Scribentes. id eſt, perſonis ſcribẽtibus. et ſic de alijs accuſatiuis hic poſitis, vt oẽs in datiuos caſus conuertãtur, & regãtur a verbo permittere.
t Talia. i. facere fieri teſtamentum.
v Clara. no. legẽ claram eſſe debere. & ideo cũ magna fit deliberatione: vt. C. de legi. & cõſti. l. humanum. ſic ff. de inſtit. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere.

Inter

† Haloã. de extremis volũtatibus, & bonorum in filios diuiſiõibus.

Lex debet eſſe clara.

† Haloã. & in tãtũ erga ipſos (ſi parẽtes ſint) verecunda eſt, vt obſcuram etiam rerum deſignatiõnẽ eis cõcedat, dicens &c.

† Vide pulchra dicta de legibus diſtin. iiij. cap. in iſtis. vbi p beatũ Auguſt.

ſciens, inter ſuos filios[a] voluerit facere diſpoſitionem[b], primùm quidem eius ſubſcriptione tempus[c] declaret: deinde quoq; filiorum nomina propria manu[d], ad hoc vncias[e], in quibus ſcripſit eos hæredes, non ſignis numerorũ[f] ſignificandas, ſed per totas literas declarãdas: vt vndique claræ & indubitatæ conſiſtant. Si verò etiam rerum voluerit facere diuiſionem, aut in quibuſdam rebus certis, aut omnes, aut quaſdam inſtitutiones ſtatuere: & harum inſcribat ſignificationes: vt eius literis omnia declarata, nullam vlterius contentionem filijs derelinquant[g]. Si tamen aut vxori, aut extraneis perſonis aliquibus voluerit relinquere legata, aut fideicommiſſa, aut libertates, & hæc propria ſcripta manu, dictaq; à teſtatoribus corã teſtibus, quoniã omnia conſequenter in diſpoſitione poſita ipſi & ſcripſerunt, & volunt valere: ſint firma: nihilo minuenda, eò quòd videantur in charta ſcripta, reliquam obſeruationem[h] teſtamentorum non ſuſcipientia, ſed hoc ſolùm immutetur†, quòd eius manus & lingua habent omnem virtutem chartæ præbitam[i].

Teſtamentum conditum inter liberos licet imperfectum, ita demum rumpitur per ſecũdum, ſi teſtator deſignat expreſſim coram ſeptem teſtibus adhibitis nolle valere primum quod fecerit: & aliud ſolẽne condidit ſcriptis, vel ſine ſcriptis. Ang.

Et ſi quidem vſq; ad mortẽ maneat hoc ſchema[k]: nullus poſtea deducet teſtes, quia voluit ſortè talem voluntatem commutare[l], aut conuertere, aut aliquid tale facere: cui licuit rumpere quod factũ eſt, & aliam facere voluntatem declarantem perfectã eius ſententiam, quam competit valere. hoc enim concedimus ei agere[m], hoc ipſum expreſsim[n] ſignificantẽ ſub præſentia teſtium ſeptem. quia etſi fecerit quandam talem voluntatem[o], non tamen eam valere vlterius vult, ſed rurſus vult aliam facere: & hanc aut in teſtamento perfecto faciat omnia teſtamentorum habente ſigna, aut in non ſcripta perfecta[p] voluntate: videri eum defunctum eſſe prioribus infirmis factis ex ſecũda eius ſecundum perfectum teſtamentum aut voluntatem diſpoſitione.

Si pater bona diuiſit inter filios, & filij in diuiſione ſcripſerunt: & promiſerunt eã ratam habere, vel ſimpliciter eam ſcripſerint, aut etiam ſolus pater diuiſionem factã inter liberos ſcripſit manu propria, rata debet haberi hæc diuiſio. Ange.

Quia verò nouimus aliquos diuiſiones facientes inter proprios filios, & præparantes[q] eos[r] his ſubſcribere[s]: & hoc ſchema ſuſcepimus. Si quis enim diuidat proprias res, & ipſos filios euocans, faciat ſubſcribere diuiſionibus ipſis, & ratas eas iudicare, & profiteri[t] filios hoc ſecundum hũc habere modum, ſit & hoc firmum in huiuſmodi rerum di-

† Alias, imitetur.

Teſtamentum vt rũpatur duo requirunt.

a Inter filios. ergo vbi extraneo relinquit, tria exigũtur, ꝙ ſcribat: & ꝑ conſequentiam, ꝙ dicat idipſum qđ ſcripſit corã teſtibus. Item ꝙ in fine ponat generalem clauſulam excluſiuam: quæ dixi & ſcripſi, volo ſeruari in filijs. primum exigitur tãtũ, ſicut in nouellis. Azo.

b Diſpoſitionẽ. id eſt, voluntatem in libro R.

c Tempus. ſcilicet declarandi. infra, proxi.

d Manu. ſ. ſcripta fuerint.

e Vncias. vbi in quotis partib9 inſtituit. idem et ſi in certis rebus. vt ſubijcit. Accur.

f Numerorũ. ſigna numerorũ ſũt hæc v. & x. & xx.

g Derelinquant. & ſic valet. & no. ꝙ vbi hæc ſolennitas ſit, nõ oportet filijs ſubſcribere, & alias fieri ſolennitates, de quibus dicitur. ĩ. de trien. & ſe. §. & ꝙ ſæpe. col. iij. vt patet ex cõtinuatione quã fecit, videlicet de illa authẽ. ad iſtã: vt. C. de teſt. l. hac cõſultiſsima. in authẽ. ꝙ ſine. Itẽ no. ꝙ tam hanc quam prædictã auth. ĩ. de trien. & ſe. intellexerũt Io. & Bulg. & Azo, loqui qñ paterfa. fecit teſtamẽtum in ſcriptis. ſi aũt condidit nũcupatiuũ, cur exigetur ſubſcriptio, cũ ibi nulla ſit ſcriptura. ideoque ibi veterẽ legẽ ſeruat, qñ ſit nũcupatiuũ, vt quoquo modo ſufficienti iudicio poſsit probari veritas eius: vt. C. de teſta. l. hac conſultiſsima. §. ex iperfecto. ex duob9 tamen teſtibus maribus vel fœminis: vt. ff. de mili. teſta. l. Lucius. ſ. reſpon. licet alias fœminæ repellantur: vt ff. de teſti. l. ex eo. & ſic patet, quod tantum in teſtamento in ſcriptis derogatur prædictæ. l. de teſta. per iſtam. ſed M. putabat in totũ ei derogatũ, dicens vt hodie non poſsit pater minus ſolenniter inter filios teſtari: niſi ſubſcriptio fiat ab ipſo vel liberis, vel omnia declaret per conſequentiam: vt hic, et exigebat numerum ſeptem teſtium. vt in perfecta voluntate, quia & extraneis dicit poſſe legari.

h Proferre. quando lis iam eſt conteſt. & cognitũ de cauſa per probationes rei. alioqui ab obſeruatiõe iudicij tantum abſolueret reum ſecũdũ quoſdam. Tu aũt breuiter mirabilia hic no. quia introducũtur hic teſtes ante lit. cõte. ſi reus vult in ſe onus ,pbationis ſuſcipere. ſic. ff. de proba. l. circa. Secundũ quia fertur definitiua ſententia ante lit. conteſt. ſic enim dicit et veritate ſubti. &c. et hoc ſecũdum M. et Io. Bul. cõtra: et dicebat legitimã ſententiam de miſsiõe in poſ. et hoc quãdo reus ,pbat: vt dictũ eſt. alias ab obſeruatione iudicij tantũ abſoluitur reus: vt. C. de iu. l. properandum. §. fin. Item tertium nouum nota, quod ampliatur numerus dierum: cum olim x. hodie xxx. ſint: vt dixi. ſ. §. proxi. Itẽ quartum: quia ante triẽnium finitur inſtan-

Sententia definitiua aliquãdo ante litis cõteſta. fertur.

i Actorem. ſic C. de iud. l. ſancimus. et. ſ. de his, qui ingred. ad appel. §. igitur. ibi, expenſis modis omnibus &c. colla. v.
k Prædictas. i. iterum de nouo faciẽdas et ſic bene computes, habes biẽniũ et ſex mẽſes ſecũdũ Io. Vel dic, quod loquitur de prædictis: et ſic habes annum tantum et tres menſes. quicquid ita mẽdicas, derogatur l. properãdũ. q̃ ſtatuit triẽnium. nam vel intra bienniũ et ſex mẽſes, vel intra annũ et tres mẽſes finitur hoc iudiciũ: ſic et alias finitur per annũ: vt. ſ. de hę. et Fal. §. illud col. j. ſecũdũ Azo.
l Actione. nũquid ipſo iure? Reſpõderi poteſt et allegari quod dixi. ſ. de inceſt. nup. §. j. Et nota, hic argu. contra variantes. ſic ff. de procur. l. in cauſæ. in prin. Sed ar. contra. ff. de collatio. bo. lege, nonnunquam.
m Deterior. No. deteriorẽ eſſe cõditionem pluries delinquẽtis. ſic et. C. de ſer. fu. l. quicunque. et. ff. de re mili. l. iij. §. ſi plures. et ff de pœ. l. ſi quis aliquid.
n Legis autem. vt. C. vt nemo inuit. agere vel ac.
o Priuilegio: id eſt, priuilegijs.

† C. eod. c. j. cũ gl. fina. poſt med. extra, de renunc.

p VT NEQVE miles, neque fœderatus &c.

† Hic tit. apud Haloand. eſt, De Militibus.

Cum

C Vm domini. Vtilitates. alias neceſsitates.
b Quibus. ſcilicet militibus.
c Militant. C. lo cati. l. vltima.
d Rebus. ſ. vt incontinentiæ Barbarorum refrenetur audacia, & publicæ res augeantur: vt ſupra dixit.
e Eis. ſcilicet priuatis. Accur.
f Implentes. ſcilicet milites.
g Triginta dierũ. argu. contra ſupra, vt factæ no. conſti. §. vt autem. col. v. Sol. vt ibi.
h Obſeruauerint. id eſt, obedierint.
i Optiones. ſimile ſi ra, vt liceat matri & auiæ. §. quod autem ſimile. C. de iure fiſ. l. pe. ſimile. ff. de bonis dãna. l. diuus. §. cum quis. Accurſius.
k Reuertantur. i. reuerti faciant.

VT DIVINÆ iuſsio. &c.

1 N Oſtræ. Corri gẽdũ. ſic. j. vt ſra. §. col. ix. in princi. argumẽ. contra ſupra, qui mo. na. eſſ. ſui. §. & tribus. col. vij.
m Nam præſenti. Incipit conſtitutio. Accur.

Iuſsio

Nullus militem, vel fœderatum in domo, vel propria poſſeſſione retinere præſumat. contrà faciens ſua dignitate expellitur: & eius bona publicantur: milites militia priuantur, & etiam iudices negligentes x. libris auri puniuntur, & exilio traduntur. Ang.

Imper. Iuſtinianus A. Theodoto Orientalium prætoriorum præfecto.

CVm domini Dei beneuolentia ad cuſtodiam noſtrorum ſubiectorum militarium rerũ incipit ordinatio. His enim prouidentia Dei diſpoſitis, Barbarorũ quidem incontinentia refrenatur, reipubli. verò res augentur. Et quoniã aliqui propriæ ſalutis pro nihilo facientes rationẽ, milites & fœderatos, qui debent pro libertate rei pu. cõtra inimicos certare, pręſumunt ſubtrahere, & in priuatas ſuas occupare vtilitates[a]: præuidimus per præſentem legem noſtram omnibus interdicere, vt nulli de cætero præſumant militem in quocũque relatũ numero, aut fœderatum ſubtrahere, & in ſua domo, aut in proprijs habere poſſeſsionibus, pro quibus[b] nos multos ſuſtinemus labores. Exercentur enim & militãt[c], vt cõmunibus vtiles ſint rebus[d]. Sint igitur omnes ſcientes, qui milites † aut fœderatos aliquos in ſuis habent domibus, aut poſſeſsionibus, aut qualitercũque obſeruantes, & quaſdam eis[e] proprias implentes[f] vtilitates: quod niſi intra triginta dierum[g] dilationem, computandorum ab inſinuatione per loca præſentis noſtræ diſpoſitiõis, eos expulerint: ſubſtantię quidem habentium eos, aut retinẽtium, publicationi ſubiectæ, fiſco applicabuntur: ipſi verò et dignitatibus et militijs quas habent, expellentur. milites verò & fœderati, qui † eos poſt dilationem obſeruauerint[h], nõ ſolum militia ſpoliabuntur, ſed etiã vltima ſuſtinebũt ſupplicia. ſciẽtibus etiã vniuſcuiuſq; prouinciæ iudicibus, qa ſi aliqui inueniantur in locis, quę ſub his ſunt exactoribus, aut cõuictoribus, aut perſonis aliquibus, aut dominijs, aut poſſeſsionibus, aut quibuſlibet proprijs vtilitatibus permanẽtes, et non celeriter iſtos comprehenderint, et ſupplicijs ſubdiderint, et milites quidẽ ad numeros ſuos tranſmittant, in quibus militant, fœderatos verò ad proprias optiones[i]: ipſi decem librarum auri pœnam exigẽtur, et inſuper exilio tradẽtur, vtpote noſtras iuſsiões pręſumentes negligere. Nemo igitur neq; diuino quodã typo de hoc forſan facto, neq; præceptis iudicum vtatur: neq; aliqui noſtrorũ iudicum huiuſmodi aliquos typos, aut præceptiones iudicũ ſuſcipiat: ſed cum omni celeritate militantes quidem ad proprios numeros, fœderati verò ad ſuas optiones reuertantur[k], & pro communibus certẽt rebus. Nullo enim modo de cætero cõcedimus noſtros milites aut fœderatos in quibuſdam omnino priuatis vtilitatibus occupari. Quæ igitur placuerunt nobis, & per præſentẽ manifeſtata ſunt legem, tua eminẽtia præcognoſcens, in hac quidem feliciſsima ciuitate edictis ſecundũ morẽ propoſitis, in prouincijs verò præceptionibus deſtinatis, omnibus manifeſta conſtituere feſtinet.

TITVLVS X.

VT DIVINAE IVSSIOnes ſubſcriptionẽ habeãt glorioſiſsimi quæſtoris.

Nulla diuina iuſsio per aliquẽ iudicẽ recipiatur, niſi ſit ſub velata ſubſcriptione quæſtoris denotãtis inter quos, & ad quẽ iudicẽ & per quã perſonã directa fuerit: cõtra faciẽs pœna xx. librarũ auri mulctatur. Au.

Imperator Iuſtinianus A. Theodoto ſacrorum prętoriorum præfecto.

NOſtræ ſerenitatis ſolicitudo remedijs inuigilat ſubiectorũ: nec ceſſamus inquirere, ſi qd ſit in noſtra republica corrigendũ[l]. Iõ nãq; † volũtarios labores appetimus, vt quietẽ alijs pparemus. Vnde ad vniuerſorũ vtilitatẽ pertinere pſpeximus, ſi ſacras etiã iuſsiões cũ competenti iubeamus cautela pcedere, ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate profiteri. Nã pręſenti[m] lege decernimus

† Cõcor. cũ hoc tex. xxiij. q. j. per totam illam quęſtionem et maxime i cap. militare.

† Hoc eſt qui poſt pfinitũ tempus apud hos pmanent.

† Cõcor. ſuper verbo genera. in cap bonæ memoriæ. extra, de poſtu. prelat. & i gl. j. in proœ. Decret. circa finẽ. & dicis Imperator in. c. eccleſia veſtra. in gl. ſuper verbo, vigilijs. extra, de elect. & in ca. cum inſtantia. in gl. j. extra, de cenſibus.

nullam diuinam iuſsionem [a] neq; per viri magnifici quæſtoris adiutores, neq; per aliam cuiuslibet militiæ, aut dignitatis, aut officij perſonam cuicunque iudici [b] conceſſam, à quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri quæſtoris [c] annotatio ſubiecta non fuerit, qua contineatur [d] & inter quos, & ad quē iudicem, vel per quā fuerit directa perſonā: quatenus omni poſthac ambiguitate ſubmota, nulla cuilibet excuſationis relinquatur occaſio. ſciētibus iudicibus, vel adminiſtratoribus vniuerſis, q; ſi in quolibet negotio ſacrā ſuſceperint iuſſionem, niſi cui quæſtoris viri magnificentiſsimi fuerit ſubiecta annotatio, mulcta xx. librarum auri, et officium eorum ſimili pœna plectetur. quibus [e] iubemus, ſi qua talis iuſsio ad eos peruenerit: mox ad prædictum virum magnificum quæſtorem referre, aut cum illo, qui hæc ingerit deſtinare: vt in eū vindicta ꝓcedat, quā in falſarios iura noſtra conſtituerunt, Theodote parens chariſsime atque amantiſsime. Quam legē perpetuò valituram celſitudo tua ad vniuerſorum faciat peruenire notitiam.

TITVLVS XI.

IN MEDIO LITIS NON FIERI SACRAS FORMAS, AUT SACRAS IUSSIONES: SED SECUNDUM ANTIQUAS LEGES GENERALES LITES DECIDI.

Index de cauſa cognoſcens, iudicare & procedere in ea debet ſecundum legem, non ſecundum ſacras formas, & iuſsiones lite pendente emanantes: & ſententia principis in ſcriptis lata non poteſt ab aliquo retractari. An.

Imperator Iuſtinianus A. Theodoto ſacrorum prætoriorum præfecto.

OMnia ſecundum noſtras leges agi volentes, & harum virtutem ſeruari ſtudentes, perſpeximus præſentē ſcribere legem ad ipſarū legum obſeruationem. Agnouimus enim, quoniam quidā iudicum volētes eis, qui cauſas dicunt, tergiuerſari, & celare ſuas feſtinantes dilationes, excuſant ſe frequenter, dicentes q; ſacræ formæ, aut ſacræ iuſsiones, aut diſpoſitiones ſpectabiliū noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquam diſponētes [f], quēadmodum oporteat negotiū examinari, aut iudicari. Et propterea ſancimus, vt dū lis examinatur, ſiue in pecuniarijs, ſiue in criminalibus, aut alijs quibuſcū q; emergentibus cauſis apud iudices, ſiue hic, ſiue in ꝓuincijs, neq; pragmaticū typū [g], neq; aliam præſcriptionē [h], neq; ſacrā noſtrā qualibet ex ſcripto, aut nō ſcripto iuſsionē, aut diſpoſitionē [i] in hac regia ciuitate ſpectabilium noſtrorū referendariorum, aut alteriuscuiuslibet diſponentē eos, quomodo decet inchoatū examinare, aut iudicare negotium [k]: inſinuare iudicātibus, aut inſinuatam valere: ſed ſecundū generales noſtras leges cauſas examinari & decidi. Quod enim in legū poſitū eſt poteſtate, nō egebit aliqua [l] extrinſecus diſpoſitione. Si quod enim ad nos negotium, apud iudicem [m] iam dictū, aut antequam hoc principium ſumat, perſpeximus nos hoc per proprium noſtrum iudicium [n] diſponere & dicere: hoc nequaquam alterius iudicis egebit iudicio. Sicut enim à nobis per ſacrum (ſicuti dictum [o] eſt) iudicium diſpoſita, aut deciſa non egebunt aliorum examinatione, aut iudicio, aut retractatiōe aliqua: ſic nos (quibus Deus † ſanciendi poteſtatem donauit) ſi aliquod iudicium in quolibet negotio protulerimus: non alij iudici hoc committimus, ſiue per formas, ſiue per diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum, aut alterius cuiuslibet, quo modo conuenit hoc negotium examinari aut iudicari: vtpote, quia à nobis ſemel iudicatum eſt, quod retractari à nullo

a Iuſsionem. id eſt priuilegium in quo aliquid iubet, vel concedit in fauorem. in cōmiſsionibus cauſarum forte eſt aliud, vt obſeruari in curijs videmus. Azo.

b Iudici. i. ad quēcunq; iudicē. Acc.

c Quæſtoris. Qui tribus modis dicitur: vel a quærēdo, de quo non loquitur hic, vt credo, vel qui legē diſprincipalibus libris vacat. de quo forte hic loquitur. tertio qui præeſt capitalibus cauſis ad ferendas vel legēdas ſententias: de quo forte hic loquitur: vt ff. de offi. quæſto. l. j. §. fi. & ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cū ærarium. et. §. quia diximus. Ac.

d Contineatur. ex hoc. §. ſumitur q; eſt. C. de diuer. reſcri. l. fi. §. fi.

e Quibus iubemus. ſ. iudicibus.

IN MEDIO litis &c.

f OMnia. Diſponētes. Scilicet nos per dictas iuſsiones.

g Pragmaticum typum. i. chartulā, quā ſcribebāt quid faciendum ſit. Ac.

h Præſcriptionem. alias deſcriptionem. Ac.

i Diſpoſitionem. quia nos volumus quod noſtræ leges voluē: vt. ſ. de iudi. §. omnes autē. col. vj. ſic. ff. ad Turpi. l. j §. j. ibi, pene vero per ſe &c. Et ſic no. q; nō licet ſupplicare lite pendente: vt hic, &. C. vt li. pen l. j. & ij. & facit. C. ſi contra ius vel vti. pu. l. fi. Ac.

k Negotium. ſcilicet relatum. Acc.

l Aliqua. ſ. nobis Imperatoribus.

m Apud iudicem. ita neq; iudicanda ab alijs aliorum doctrina. Azo.

n Iudicium. id eſt ſententiæ.

o Dictum. id eſt, inchoatum aut antiquatum.

A nullo

† Imo verius eſt, & qui in reſcriptis legitima approbat & minus legitima reſcindebat, atque cancellabat: vnde Py. in pfatione in tres Codi. libros ait, noſtra fuiſſe perſſimilem gallicano cācellario. de quo apud eundem & Bu. multa videre licet.

Lite pendente: ſupplicare nō licet.

† facit ad hoc. xxv. q. ij. cap. imperiali &c. vbi de hoc late tractatur.

valeat[a]: his videlicet tenentibus, quādo ſcripta talis aliqua noſtra procedit ſententia. Si verò aliqua dubitatio iudici de aliqua fiat lege: nunciet ad noſtram poteſtatem, & à nobis expectet cauſæ ſcriptam declarationem[b], aut interpretationem, & ſecundum eam decidat litem. Si verò dum cauſa dicitur: pragmatica noſtra forma, aut diſpoſitio ſpectabilium noſtrorum referendariorum[c], aut alterius cuiuſlibet, aut aliud aliquid horum, quę dicta ſunt omnium, iudicātibus inſinuetur, ordinans in his examinationem, aut ſententiam: iubemus iudicem quidem omnino nō reſpicere†: ſed his vacantibus, et nullam penitus habentibus virtutem, ſecundum generales noſtras leges cauſam examinare, & legitimo fini cōtradere. Si autem hoc nō cuſtodierit iudex: decem librarum auri cum ſubiacere pœnæ: vt etiā aliam noſtram maiorem indignationem experiatur: eidem pœnæ ſubiecto & eo, qui præſumet talem aliquam dictare formam & miniſtrantibus ei, & talem aliquam diſpoſitionē facientibus ſpectabilibus noſtris referendarijs. Et hæc dicimus, ſiue ex ſacra noſtra ſanctiōe[d] iudicare quiſpiam deputatus eſt, ſiue ex præcepto iudiciali, ſiue ſecundum arbitrium, aut compromiſſariorum ſchema quæſtionem audit, ſiue ſcripto, ſiue ſine literis. Sed vel ſi quis iudicum propriam deſpiciens ſalutem, ex aliquo tali pręſumpſerit ſententiam proferre: hanc ita infirmam eſſe volumus, vt neq; appellatione indigeat, neq; ex compromiſſo inferatur pœna. Nos enim omnes iudices ſecundum generales noſtras leges examinationes & ſententias ferre[e] volumus. Illud quoque indubitatū erit, quia neque iudicialis quælibet valebit iuſſio extra quid ordinatum eſt hac noſtra lege. Super hoc[f] autem & illud iudices noſſe opus eſt, quia competens eſt eos, & quę adhuc & nunc mouentur quæſtiones, ſecundum generales determinare leges[g], vel ſi quiſpiam pręceſſit impetrans ſanctionem diſponentem iudicātis examinationem, aut ſentētiam. Ei enim, qui tale aliquid impetrauit iam, ſententiamq; definitiuam nōdum promeruit, nihil ex ijs, quæ impetrauit, prodeſſe volumus. Si enim ſemel peruenit ſentētia definitiua data: nequaq; hāc[h] ex noſtra hac perſcrutari lege iubemus: licet appellatio ſubſecuta ſit, aut retractatiōis[i] eſt aliqua ſpecies contra ſententiam. Eam † autem[k] iuſſionem, quæ non diſponit quidem iudicantem aut iudicare futurum, quomodo oporteat quæſtionē fieri, aut iudiciū inferri, cauſam verò[l] fini ſtudioſè tradi legitimo[m] vult, aut actorum imponet editionem, aut iudicem coget legitimam proferre ſententiam, aut ſimul alium iudicem ſecundū noſtras præſtituras leges et fieri, & valere, & ſcripto, & ſine ſcriptura non prohibemus. Vt autē omnes noſtri ſubiecti, & maximè qui litibus atteruntur, noſtram pro ſe nouerint prouidentiam, & nullus hanc ſacram noſtram circumueniat legem, neque ignorantiam in ea proponat: ſancimus, in vnoquoque negotio initium apud iudicem accipere ex procemijs[n] mox, & ante ipſam perſonarum firmationem inſcribi eam, & monumentorum fieri partem. Sic enim geſtis præfulgens prohibebit ea, quæ præter eius virtutem tentantur circa eam, & circa ipſam forſan perſonarum.

a A nullo valeat. vt. ff. quis app. nō li cet. l. j. §. reſpon. & ff. de min. l. minor. §. reſpon. & de arb. l. nam magiſtratus. & ad Trebel. l. ille. §. tempeſtiuum.

b Declarationē. vt ſupra, de iudi. §. fi. & C. de leg. & cō. l. cum de nouo. & ff. de iud. cum. §. j. Et no. quod etiā principis ſententia debet eſſe ſcripta ſicut et cuiuslibet alterius: vt. C. de ſen. ex breui. reci. l. fi. Accurſius.

c Referendariorum. id eſt facta a referēdarijs voluntate principis. Acc.

d Sanctione. alias functione. Acc.

e Ferre. i. facere.

f Sup hoc. Quid addit prædictus hic §. cum dicat ſuper hoc? Reſpon. hic dicit de cauſis, quæ pendebant tempore huius legis, quibus pendentibus ſimiliter dicit ſupplicationem, vel impetrationem non tenere. Et ſic not. leges ad pręterita trahi & ad præſentia: quia hoc cauetur: vt. C. de leg. et cō. l. leges & conſtitutiones.

g Leges. leges dico diſponentes iudicantis examinationem, aut ſententias. vel pro etiam ſi quiſpiam pręceſſit impetrans ſanctionē. eternim &c.

h Nequaquam hanc. ſententiam definitiuam.

i Aut retractatio nis. forte ratione minoris ætatis, ſeu ſupplicationis. Al. adeo etiā, vt ſi poſt ſententiam ſiat lex noua, non valeat: vt infra, tit. proxi. in princip.

k Eam autem. ſic conſtrue, & habebis ſenſum, eam autem iuſſionem, quæ diſponit quidem iudicātē, aut iudicare futuram quæſtionem, quomodo oportet fieri aut tepere quomodo oporteat iudicium inferri.

l Cauſam vero. vero, pro ſed.

m Legitimo. q. d. illa iuſſio non valet, quæ diſponit quomodo iudices: ſed illa ſic; quę vult iudiciū cito finiri. Et ſic no. q quatuor caſibus hic ſupplicat lit. pendente. Primus vt iudiciū procedat. Secūdus vt acta edātur. Tertius vt ſententiam det iudex, q eſt idē quaſi primus modus. differt autem quia in tertio non reſtabat niſi ſententia. in prima et media cauſa facienda erat adhuc. quartus vt aſſocietur iudex, alias non ſupplicat lit. pendē. vt. hic, & C. vt li. pen den. l. ij.

n Ex procemijs. quæ

Principis ſentētia debet eſſe ſcripta.

† Cōcor. cum hoc tex. capit. cauſam q̄. cum gloſ. ſuper ver. commiſimus. extra de teſtib.

Leges ad præterita aliquādo trahūtur.

† Halo. ā. putius vertit hūc locum, nempe ſic, At qui iuſſionem, quę iudicanti quidē, aut iudicaturo formā nō pręſcribit, quomodo inquiſitionē in cauſa fieri, aut ſententiā ꝓferri oporteat, ſed illi vult legitimam adhiberi diligentiā aut actorū editionem inducit, aut iudicem legitimā cōpellit proferre ſententiam, aut in cognitionē ſecū dū noſtras leges aliū adit iudicem, fieri vtique & valere ſiue interuenitē te ſcriptura, ſiue abſque ſcriptura facta nō ꝓhibemus &c.

quæ ſunt huiuſmodi procœmia: reſpõ. anni domini q ſiũt. Item ſcribunt quidam hic incipit cã talis. Item libellus cum parris ſubſcriptiõe Item citatio & ſimilia, quæ quaſi procœmia ſunt. & poſt hoc debet hęc lex ſcribi, vt ſic pars monumentorũ ſiue actorũ. Tertio ſcribitur cõfirmatio perſonarũ. ſ. ſatiſdationis iudicio ſiſti. ſed videtur quod ſtatim poſt p̃dicta procœmia debeat fieri perſonarum confirmatio: vt. ſ̃. de exhi. §. ſancimus. &. §. illud vero. col. v. Reſpõ. illa ſecundum hanc intelligitur. ſed hęc hodie nõ ſcribitur, cum ſatis certa ſit.

a Secundũ quas. No. Imperatorem ſuſcipere imperiũ, vt ſecundũ legẽ iudicet. ſic. C. de leg. & cõ. l. digna. & not. ſ̃. eo. §. j. quod enim in legẽ &c.

VT CVM DE appel. &c.

b Poſtea. & ſic ad præterita referantur negotia: vt infra. c. j. reſpon. in fi. quod eſt mirabile. Azo.

c Et de alijs capitulis. ſcilicet quæ ſunt quatuor. namquinque principales partes habet hęc. conſtitutio, licet multa incidẽter alias dicat: vt dixi & ſum proſecutus in ſumma huius titul.

d Peruenit. Perſpeximus. circa illam facti quæſtionem.

e Sententiæ. hoc quando poſt ſentẽtiam.

f Relationes. hoc qñ poſt relationẽ ante reſponſionẽ, quæ expectãda non eſt: vt hic, & infra, vt iudi. non expe. ſacra iuſ. §. fi. col. ix. & C. de ap. l. iubemus. §. ff. et ſ̃. de iudi. §. pe. coll. vj.

g Referentem. Nota leges ad futura tãtum tempora trahi, vt &. ſ̃. de nup. in fi. co. iiij. & ſ̃. de reſt. & ea, quæ pa. §. hoc igitur, et infra, de hær. ab inteſt. §. fi. col. ix. & vt factæ no. conſti. col. v. ſed cũ dicat hic non trahi ad p̃terita etiam ſi hoc dicatur, eſt contra. C. de vſur. l. pe. & C. de legi. & conſt. l. leges & conſtitutiones. & ff. de leg. et ſena. l. non eſt nouum. Sol. hoc ſpeciale. vel dic trahitur ad præterita: ſ. facta in quibus iudicium non eſt inchoatum: ſecus ſi ſit inchoatum: vt hic.

firmationem: & præuaricari eam nitentibus per multa interminata refrenauit à talibus eos præſumptionibus, & ꝓprijs tempus nõ ſinit fieri pœnis. Vt enim iniquitatẽ ſimul & iniuſtitiam per omnia expellamus, propterea præſentem poſuimus legem, vndiq; eam, & per eam alias cautas & circũueniendas cuſtodientes reipublicę leges, ſecundum quas[a] & nos ipſi imperiũ, quod Deo dante ſuſcepimus, cuſtodire, noſtramq; rempublicã ab his legibus muniri ſemp optamus. Quę igitur placuerunt nobis, & per hanc ſacrã declarata ſunt legem, tua celſitudo ſeruare quidẽ ſtudeat: omnibus autem palàm faciat, proponens quidẽ eã in hac feliciſsima ciuitate, præceptis aũt ſolẽnibus vtens ad prouinciarũ pręſides: vt omnes homines ſciant eã, quam ſuper eos habemus prouidentiam.

TITVLVS XII.

VT CVM DE APpellatione cognoſcitur, ſecundum illas leges debeat iudicari, quæ tẽpore latæ ſententiæ obtinebant: non ſecundum eas, quæ poſtea[b] ꝓmulgatæ ſunt, et de alijs capitulis[c].

In cauſa appellationis debet ferri ſententia ſecundum legem, quæ vigebat tempore ſententiæ primæ: non ſecundum eam, quæ poſt latam ſententiam nouiter emanauerit, etiam ſi in lege nouiter emanata dictum fuerit, quod protrahatur ad præterita. Ange.

Imper. Iuſtinianus A. Theodo. Oriẽtalium ſacrorũ præto. præfecto.

Peruenit ad ſcientiam noſtræ ſerenitatis, quod cũ inter Euſtachium virum reuerendiſſimum Tholonæ ciuitatis epiſcopum, & Piſtũ diaconum eccleſiæ Telmiſſenſis fuiſſet cauſa cõmota, proceſsit à rectore prouinciæ definitiua ſententia, cõtra qua appellatio eſt porrecta. Iudices igitur apud quos appellatio ventilabatur, dubitantes, ad noſtram clementiam retulerunt, an ſecundum leges, quæ obtinebant, quando proceſsit definitiua ſententia: an ſecundum tenorem illius legis, quæ poſt definitiuam ſententiam à nobis promulgata eſt, eãdem cauſam examinare deberẽt. Nos itaq; iuſtũ eſſe perſpeximus[d] ſecundũ leges, quæ obtinebant tẽpore latæ ſententiæ[e] prędictã appellationis cãm examinari, & terminũ ſecũdum ipſas accipere. Præuidimus aũt & poſt hãc, ſi quãdocũq; dubitatio talis emerſerit, eã ſimili ordine terminare. Ideoq; ſancimus, ſi quãdo de aliqua cã ꝓceſſerit definitiua ſentẽtia, & ꝓuocatio fuerit ſubſecuta: appellationis examinatores ſecũdũ leges, q̃ tẽpore definitiuæ ſentẽtiæ obtinebãt, terminũ dare negotio hoc eodẽ videlicet obſeruãdo & in retractãdis ampliſsimæ p̃torianæ ſententijs, et in ſuggeſtiõibus iudicũ, quãdo vtræq; partes omnibus allegatiõibus ſuis renũciauerint, & iudices per ſuas relatiões[f], q d diſponi debeat, interrogauerint. In omnibus enim prædictis caſibus illas leges à cognitoribus ſeruari decernimus, quæ tempore ſentẽtiæ, aut certę relationis obtinebunt: tametſi cõtigerit poſtea legem promulgari non aliqd diſponentem, & tenorem ſuum ad prętærita quoque negotia referentem[g].

Lex futurum tẽpus reſpicit.

Poſtquã vna pars renũciauerit allegatiõibus: alia cogi debet intra xxx. dies proponere quicquid velit. & ſi hoc non fecerit, ad omnẽ eius malitiam ſeparãdã duo mẽſes dari debent: quibus elapſis iudex debet ferre ſententiam legibus conſonantem. Angel.

✝ Ex hoc §. ſumpta eſt authẽ. quæ eſt ſuper. l. iudices. C. de iud. & incipit, iubemus, vt quando.

Sed & hoc✝ pręſenti addimus ſanctio-

ni. Quia inter litigatores aliquando cõtingit, vnam quidem partẽ ſuis allegationibus renũciare[a], aliam verò ſcientẽ ſe malas cauſas habere, poſt cognitionalia certamina & dilationes, quas probationũ cauſa leges concedunt, nolle confiteri allegationes[b] ſibi ſufficere, ne citò cauſæ qualitas agnoſcatur: iubemus, vt quando vna pars allegationibus renunciauerit, alia verò pars dixerit ſe habere aliquid, quod proponat[c]: iudex negotij modis omnibus eam partem, quæ vtitur dilatione[d], compellat intra xxx. dies, poſtquam altera pars renunciauerit, quicquid velit, ſine aliqua intermiſsione proponere. quod ſi non fecerit, tunc ad eius malitiam conuincendam † alius vnus mẽſis indulgeatur à iudice. Si verò & ſic diſtulerit: alterius vnius ei dilatio prębeatur[e]: ita vt ſi vſq; ad prędictos tres mẽſes, quos litigatoribus protrahentibus cõceſsimus, ſuas nõ propoſuerit allegationes: tunc cognitor cauſæ non amplius expectans, modis omnibus proferat ſentẽtiã legibus conſonantem: vel ſi voluerit, referat: ne litigatoribus male certantibus liceat cauſarum exitum vltrà protrahere.

Parẽti nõ licet liberos præterire vel exhæredare, niſi ſi legitimã eis reliquerit portionem: niſi iure inſtitutionis eis reliquerit: vel niſi ingrati probentur expreſſè ingratitudine in teſtamento a parente: quæ cauſæ ingratitudinis hic per ordinem enumerantur. Bar.

Aliud quoque † capitulum pręſenti legi addendum eſſe perſpeximus. Sancimus igitur non licere penitus patri, vel matri, auo vel auię, proauo vel proauię ſuum filium, vel filiam, vel cęteros liberos p̃terire[f], aut exhęredes in ſuo facere teſtamento, nec ſi per quãlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabũtur ingrati, & ipſas nominatim[g] ingratitudinis cauſas parẽtes ſuo inſeruerint teſtamẽto. Sed quia cauſas ex quibus ingrati liberi debeant iudicari, in diuerſis legibus diſperſas, & non apertè declaratas inuenimus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt, aliquæ verò cùm eſſent dignę, prętermiſſæ ſunt: ideo neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti lege comprehendere: vt præter ipſas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere, niſi quæ in huius conſtitu-

a Sed & hoc præſenti. Renũciare. valet hic renũciatio propter allegationes iuris, & propter inſtrumenta: ſed propter teſtes forte ne producantur, non valet: vt ſupra de teſti. §. quia vero multi. colla. vij. ſed ſola ſcientia teſtificationem.

b Allegationes. quæ & in iure, & in facto, & in probationibus accipi poſſunt: vt. ff. de ritu nupt. l. ſi quis tu. & C. ſi ex fal. all. l. j. & ij. & C. de aduo. di. iudic. l. laudabiles. §. quoties. Accorſius.

c Proponat. Iudice interrogante, an aliquid noui addere velit: vt. C. de iud. l. iudices. & hic ſumitur auth. quæ eſt ibi.

d Dilatione. Prima, vel vltima.

e Præbeatur. imo videtur, qđ ſemel tantum. vel ad plus bis: vt. ff. de fer. l. vlti. contra. Solu. hic non loquitur de dilatione, quæ datur præſenti & petenti, ſed de quodam ſpatio, quod datur abſenti, vt alleget. & eodẽ modo opponi poteſt de eo, quod eſt. ſ. de litig. §. omnem. vbi tria edicta: & pro quolibet dies xxx. dantur. Vel dic ſpeciale hic, quãdo per allegatiões petitur: vt arg. ff. qui ex cau. l. ait p̃tor. §. fi. & l. j.

f Præterire. alias præterię. præteritio ad lineã fœmineã, exhæredatio ad maſculinam. ſic inſti. de exhære. li. §. mater. & qđ ſub ijcit, nec ſi per quãlibet dona. &c. no. quod oportet iure inſtit. aliquid filio relinqui: nec ſufficit iure legati. et ſic corriguntur hic iura antiqua. ff. de inoffi. teſt. l. Papinianus. §. ſi quis mortis. contra inſtit. de inoffi. teſta. §. pe. cõtra. ſ. de mona. §. ſi vero filios. contra et. ſ. de trien. & ſe. §. j. contra. & ſi qua ſunt ſimilia quibus dicitur, quod ſufficit quoquo relicti titu. relinquere. ſic ergo in minimo facta inſtitutio excludit querelam: vt. j. e. §. cæterũ. et agitur ad ſupplementum: vt. C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. & l. ſcimus. & de rei vxo. act. §. videamus. Vel dic, qđ prædicta iura loquãtur, quando non faciebat teſtamentum, ſed codicillos: hic quando ſolenniter teſtabatur. vnde iure inſtitu. ſibi, vt alijs debet relinquere. Tertij dicũt hanc intelligi ſecũdũ illas: & legunt ſic literam iſtã: nec pro non, & dic ſi, id eſt, quamuis per quamlibet donat. vel legati, vel fideicommiſſi, vel alio quocunque modo dedit debitam portionem: et aſſume, non licet exhæredare, dico, niſi forſan &c. Prima verior videtur, vt corrigantur.

g Nominatim. hic probat ſecũdũ M. quod hodie q̃rela ceſſet, niſi inter fratres turpibus pſonis inſtitutis: vt inſti. de inof teſta. §. j. hoc modo pater tenetur cauſam exprimere, vt hic: & hæres probare, vt. C. de inoff. teſt. l. omnimodo. Sylogiza ergo ſic, aut pater fecit teſtamẽtum, aut non. ſi nõ, ſuccedit filius ab inteſtato: vt infra, de hære. ab inteſta. §. j. & ceſſat querela. ſi vero fecit, aut inſeruit cauſam, aut non. ſi nõ: ipſo iure nõ valet, vt hic. ſi vero inſeruit, aut eam probat hæres, & tunc repellitur filius, & nihil habet vt. ſ. de immen. do. in fi. et ſic ceſſat q̃rela. Aut nõ pbat: et tũc teſtamẽtũ pro nõ valido eſt, et ab inteſtato ſuccederet: vt. j. §. ſiue igitur. et ſic ceſſat ſemper q̃rela quare M. non poſuit vnã auth. in C. de inoff. teſt. & inſt. e. dicentẽ: hodie ceſſat q̃rela &c. et ſic oẽs ti. de inof ſi. teſtam. ſunt correcti. Sed dic prædicta vera, niſi in vltimo caſu. nam ſi inſeruit cauſam, & hæres non probat: tunc quo iure admittitur filius niſi per querelam? & ſic ceſſant prædicta. Item nota, quod Pla. dicit hanc authẽ. ſuperfluam per leg. inſt. de exhæ. lib. §. noſtra. ſed eſt fal

† Cõcor. c. put nobis. cũ gl. ſuper ver. conuincenda. extra, de dolo & contumacia.

Præteritio & exhæredatio ad diuerſas lineas pertinent.

Ex hoc §. ſumpta eſt authẽ. quæ eſt ſuper. l. maximum vitiũ. C. de lib. præte. vel exhęr. & incipit, non licet. Et cõcor. cum hoc tex. gloſ. in. c. Raynutius. ſuper verb. relinquẽs. extra, de teſtamẽ. & vlt. volũ.

tionis ſerie continentur.

¶Cauſas † autem iuſtas ingratitudinis has eſſe decernimus [a]: Si quis parentibus ſuis manus intulerit [b]: ſi grauem [c], & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit: ſi eos in criminalibus [d] cauſis accuſauerit, quæ non ſunt aduerſus principem, ſiue rempublicam. ſi cum maleficijs [e] hominibus, vt maleficus verſatur: vel vitæ [f] parentum ſuorũ per venenum aut alio modo inſidiari tentauerit. ſi nouercæ ſuæ [g], aut concubinæ patris filius † ſeſe immiſcuerit. ſi delator [h] contra parẽtes filius extiterit, & per ſuam delationem grauia eos diſpendia fecerit ſuſtinere. ſi quenlibet [i] de prædictis parẽtibus incluſum eſſe contigerit, & liberi, qui poſſunt ab inteſtato ad eius ſucceſsionem venire [k], petiti ab eo, vel vnus ex his, in ſua eũ noluerit fideiuſsione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, in quantũ eſſe, qui petitur probatur idoneus. hoc tamẽ ꝙ de fideiuſsione cenſuimus, ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere. Si cõuictus [l] fuerit aliquis liberorum ex eo, quia prohibuerit parentes ſuos cõdere teſtamentum: vt ſiquidẽ poſtea facere potuerint teſtamẽtum: ſit eis pro tali cauſa filium exhæredandi licentia [m]. Si autem in ipſa prohibitione ſine teſtamento aliquis ex parentibus deceſſerit, & alij, ſiue qui ab inteſtato ad hæreditatẽ defuncti, aut cum ipſo filio [n], qui teſtamẽtum fieri prohibuit, aut poſt illũ vocantur: ſiue illi, quos hęredes aut legatarios habere volebat, vel qui læſionem aliquam ex prohibitione teſtamenti ſuſtinuerunt, hoc ipſum approbauerint: ſecundum alias leges [o] ſuper hoc poſitas talia negotia terminentur. Si præter voluntatem [p] parentũ inter arenarios, vel mimos ſeſe filius ſociauerit, et in hac profeſsione permanſerit: niſi forſitan etiam parentes eiuſdem profeſſionis [q] fuerint. Si alicui [r] ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem ſecundum vires ſubſtantiæ ſuæ pro ea prȩſtare, illa non conſenſerit, ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò †vſq; ad xxv [s]. annorum ætatem peruenerit filia, et parentes diſtulerint eam marito copulare, et forſitan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut ſine conſenſu parentum marito ſe, libero tamen coniungere: hoc ad ingratitudinem filię nolumus imputari: quia non ſua culpa, ſed parentum id comiſiſſe cognoſcitur.

Filij furioſi, ſi curam eius neglexerint, à patre ſanæ mentis effecto exhæredari poſſunt. extraneus verò, qui denunciatione in ſcriptis facta filijs mandauit, quod curam de patre habeant furioſo, & eis negligentibus curam, & diligentiam furioſo exhibuit: ad ſucceſsionem eius admittitur: teſtamento quò ad ſucceſsionem euacuato: quò ad alia cuncta capitula in ſua firmitate manente. Barto.

Si quis † de prædictis [t] parentibus furioſus fuerit, & eius liberi vel quidam ex his, aut liberis ei non exiſtentibus, alij eius cognati, qui ab inteſtato ad eius hæreditatem vocãtur, obſequium ei et curam competentem nõ præbuerint: ſi quidem

... eſt falſum: quia ibi non dicit de cauſa inferenda: ſed hic dicit. Ac.

[a] Has eſſe decernimus. & ſunt xiiij. vt ſequitur vſque ad. §. illum generalem autẽ &c. econtra quibus pater a filio exhæredatur, ſunt ſeptem: vt. j. e. §. et ſi quidẽ. vſq; ad. §. ſi talis at ille quibus frater exhęredat fratrem etiam turpi perſona inſtituta, ſunt tres: vt. ſ. de nupt. col. iiij. §. ingratitudinem. ſed ſi nõ turpi, tunc ſemper ceſſat querela: vt. C. de inoffi. teſt. l. fratres. & inſti. de inoffi. teſt. §. j.

[b] Intulerit. Hæc eſt prima.

[c] Si grauem. Hæc eſt ſecunda.

[d] In criminalibus. Hæc eſt tertia. Ac.

[e] Si cũ maleficijs. Hæc quarta. Ac.

[f] Vel vitæ. Hæc quinta. Ac.

[g] Si nouercę ſuæ. Hæc eſt ſexta.

[h] Si delator. Hęc eſt ſeptima. Ac.

[i] Si quẽlibet. Hęc eſt octaua. Ac.

[k] Venire. Nam fœminæ impediuntur fideiubere per Vellicianũ: vt. ff. ad Velleia. l. j. & ij.

[l] Si conuictus. Hæc nona. Ac.

[m] Licentia. ſic & econtra: vt. j. eo. §. & quod de ea.

[n] Filio. quia ſunt fratres eius, qui nõ prohibuerunt. Ac.

[o] Leges. quæ dicunt, vt prohibenti actiones omnes debeant denegari, & fiſco ſua portio deferatur: vt. ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. j. in princi. & C. ſi quis ali. teſt. pro. l. ij. alijs vero quibus aliquid ſit relictũ, non nocet quo minus percipiant, ſiue ſingulariter: vt ff. ſi quis ali. teſta. prohi. l. j. §. ſed ſi legatum. aut vniuerſaliter: vt. ff. ad Trebel. l. iij. § fi. & ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. ij. §. fin. nam vnius factum alij non nocet, etiam fratri: vt ff. ſi quis ali. teſta. pro. l. ſi quis dolo. §. j. hodie autem ꝙ plus eſt, in duplum tenetur, qui prohibuit: vt. j. vt nul. iudi. §. & hoc perueniet. Et ſic nota teneri impedientem. & ad hoc facit. ff. de eo per quem fa. erit. l. ex hoc. & de condi. cau. da. l. iij. §. fi. in fi. & de leg. ij. l. Lucius. §. Sempronia.

[p] Præter voluntatem. Hęc decima eſt cauſa.

[q] Profeſsionis. nam nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego: & nil doloſus doloſo: vt. ff. de dolo. l. ſi duo. & C. de hære. l. quoniam. & C. de inoffi. teſta. l. in arenam. Ac.

[r] Si alicui. Hæc eſt vndecima. & facit. C. de inoffi. teſta. l. filiam.

[s] Vſque ad xxv. ergo econtra ſi fuerit minor, & peccat in ſuũ corpus: iuſta eſt exhęredationis cauſa: vel etiam maior ſi copulet ſe ſeruo. arg. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. ibi, huius rei &c. et j. proxi. §. ibi, libero &c. Ac.

[t] Si quis de prædictis. Hæc eſt xij. hæc eadem ſeruantur in filijs: vt. j. eo. §. ſiue igitur. ibi. ſi liberis vel vno &c.

Teſta

[a] Cõcor. c. hoc. §. gloſſ. vlt. poſt me. di. in cap. vl. ibi, ſic & propter ingratitudinẽ. extra, de poſtu præ. & capi. Raynutius. in ſũ cta glo. ſuper verb. Trebellia. in prin. ex tra, de teſt.

[l] Dictio, filius, quid in oratione faciat nõ video, cum per dictionẽ patris, ſatis exprimatur.

† ex hoc textu ſumpta eſt authen. quæ eſt ſuper. l. ſi filiã tuã C. de inoffic teſt. & incipit, ſed ſi poſt.

† facit ad hũc. §. gl. in ca. inter dilectos. ſuper verb. acceſſoriũ in fin. extra, de fid. inſtr. quæ glo. in ſui. ſi facit mẽtionẽ iſtius. §.

à tali ſanatus fuerit infirmitate, erit ei poteſtas, vtrum velit negligentē filium, vel filios aut cognatos, ingratum vel ingratos in ſuo ſcribere teſtamento [a]. Si autem aliquo furoris morbo eum detentum extraneus aliquis viderit à ſuis neglectū liberis, vel cognatis, aut alijs ab eo ſcriptis [b] hęredibus, et pro miſericordia voluerit eū procurare: damus ei licentiā atteſtationem eis, qui ab inteſtato, vel ex teſtamēto iā facto ad furioſi hæreditatem vocantur, ſcriptis dirigere, vt eū procurare feſtinēt. Si autem poſt huiuſmodi atteſtationem neglexerint, & extraneus in ſuā domum furioſum ſuſceptum ſumptibus proprijs vſq; ad finem vitę ipſius procuraſſe monſtratus fuerit: eum, qui obſequiū ac diligentiam furioſo exhibuit, licet extraneus ſit, ad eius ſucceſsiōem peruenire decernimus, euacuata inſtitutiōe eorum, vtpote indignorum, qui furioſo (diximus) curam præbere neglexerint [c]: ita tamen, vt cætera teſtamenti capitula in ſua maneant firmitate.

Succeſsio teſtatoris, qui à ſuis redimi negligitur, applicatur eccleſiæ expendenda pro redemptione captiuorum: parcitur tamen minori xxv. annis: cui etiā permiſſum eſt res captiui pro eius redemptione vendere: qui cogitur habere ratum. Baldus.

Si vnum de prędictis [d] parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, ſiue omnes, ſiue vnus nō feſtinauerint eum redimere: ſi quidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere: in eius ſit poteſtate, vtrum hanc cauſam ingratitudinis teſtamento ſuo velit adſcribere [e]. Si autem per liberorum negligentiam, vel contemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate deceſſerit: illos ad ſucceſſionem eius venire non patimur †: quia non feſtinauerunt eius redemptionem citius ꝓcurare: ſed omnibus liberis in hoc negligētibus res vniuerſas ab eodem relictas, eccleſiæ ciuitatis ex qua oritur, applicari, inuentario ſcilicet ſub publica atteſtatione celebrando: ne quid ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad eccleſiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat [f]. Sed hæc quidem quātum ad perſonas dicta ſunt, quas exhæredare nō licet, niſi ingratitudinis cauſas vbiq; approbari contigerit. Occaſionem autem nobis ad generalē legem promulgandam hæc præſens cauſa noſcitur obtuliſſe. Sed vniuerſaliter iubemus, vt ſi ille, qui in captiuitate detētus fuerit, liberos nō habuerit, & alijs, qui ad eius hęreditatē vocati ſunt, eū redimere nō feſtinantibus, in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex ijs, qui neglegerit [g], ad hęreditatem eius perueniat, licet ante captiuitatē teſtamentū forſitan ab eo fuiſſet conſcriptū, in quo memoratas perſonas ſcripſit hæredes: ſed hac quoq; inſtitutione hæredum infirmata, et cæteris teſtamēti capitulis in ſuo robore permanētibus, ſubſtātiæ taliū perſonarū ſimili modo eccleſijs ciuitatum ex quibus orti ſunt, applicentur. & nullis alijs cauſis, quā in captiuorum redemptionibus expendantur: vt vnde illi à ſuis nō ſunt redempti, aliorū redemptio procuretur, & ipſorū quoq; animæ ex hac cauſa pijſſima ſubleuent. Hoc eodem obſeruando, & ſi aliam extraneam perſonam ante captiuitatem ſcripſit hæredem, & illa ſciens ſe ab eo hæredē ſcriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hāc autē pœnam cōtra illos valere iubemus, qui octauū & decimum ſuæ ætatis annum cōpleuerint. In huiuſmodi verò cauſis, quando pro captiuorum redemptione neceſſarium fuerit dare pecunias: ſi quis proprias pecunias non habuerit: licētia erit ei, ſi memoratę ſit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles ſupponendi [h], ſiue propriæ ipſius ſint, ſiue illius, qui in captiui-

a Teſtamento. nam poteſt eum inſtituere & exhæredare, & ꝓpter hoc §. iſte hic ponitur. ſi autem nil dixeris eo: hoc dices. j. eodē. in ſi. huius. §.

b Scriptis. Nota atteſtationē in ſcriptis dirigēdam: vt s. de temp. non ſo. pe. §. conteſtationes. colla. vij. Item no. de vi & authoritate denunciationis: vt hic, & infra, proxim. §. & C. de rei ven. l. ſi fundū. Item no. ꝙ delicto hęredis, licet nec ciuitatem nec libertatē amiſerit, amittitur hæreditas: vt j. prox. §. Item no. ꝙ aufertur ab indigno, & non applicatur fiſco, ſed benefactori. Item no. ꝙ ex benefacto extraneus ſit hæres. Item nota ꝙ legata valent, licet teſtamentū non valeat. quod plenius dices j. proxi. §.

c Neglexerint. quid ſi non faciat teſtamentum, nec aliquis extraneus eum procurauerit? Reſp. filij vel agnati ſunt hæredes: ſed poteſt eis auferri hęreditas: vt. ff. de ijs, qui. vt indig. l. iij. Vel dic in hoc caſu, ſicut in ſequenti, ꝙ eis denegetur hæreditas ex ſuo delicto: vt in proxi. §. Ac.

d Si vnū de prædictis. Hæc eſt tertiadecima.

e Adſcribere. q. d. ſi vellet eum nihilominus inſtituere, poſſet: et ſic non compellitur. Ac.

f Proficiat. & ſic fit inuentariū, quādo captiui directe inſtituuntur: vt. C. de epiſco. & cler. l. nulli. Ac.

g Neglexerit. ſic & ſi eum ægrum non curauit: vt. ff. de ijs, qui. vt indig. l. iij.

h Supponendi. no. minorem xxv. annis poſſe alienare & obligare: qđ eſt ſpeciale. alias e contra. C. de ijs, qui ve. æta. l. pe. & facit. ff. de reb. eo. l. ſi pupillorum. §. ſi. Accurſius.

Atteſtationes in ſcriptis fieri debent.

Teſtamento infirmo valent tamē legata.

Alienatio minori xxv. an. cōceditur.

† Facit ad hoc. C. de ſa. ſanc. eccle. l. ſancimus. & ca. pręcipimus. xij q. j. circa principium.

Et

tate detinetur: quoniam in prædictis omnibus, quæ pro captiuorum redemptione data, vel expenſa probabuntur, contractus huiuſmodi tanquam à perſona ſuæ poteſtatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos eſſe decernimus: nullo eis, q cum huiuſmodi perſonis in memoratis cauſis, quo prædictũ eſt modo, contraxerint, prẹiudicio generando: neceſsitatẽ ſcilicet habente eo, qui ex captiuitate redierit, tales cõtractus ratos habere, & eis [a] tanquam ſuis debitis [b] obligari.

Catholico non ſuccedunt filij, nec propinqui hæretici: ſed eccleſia ei ſuccedit, ſi clericus ſit, & laico fiſcus. hoc dicit.

Si quis [c] † de prædictis parentibus orthodoxus cõſtitutus ſenſerit ſuum filiũ, vel liberos non eſſe catholicæ fidei, nec in ſacroſancta eccleſia cõmunicare, in qua omnes beatiſsimi patriarchæ vna conſpiratione [d] & concordia fidẽ rectiſsimam prædicãt, & ſanctas quatuor ſynodos, Nicænam, Conſtãtinopolitanam, Epheſinam primam, & Calcedonenſem amplecti, ſeu recitare noſcũtur: licentiã habeant pro hac maximè cauſa ingratos [e] eos, & exhæredes in ſuo ſcribere teſtamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis cauſa decernimus. Generalem autẽ † prouidentiam liberis catholicis deferentes, iubemus ſaluis legibus, quæ iã de alijs hæreticis ſunt prolatæ, & circa Neſtorianos & Acephalos, hæc obſeruari, vt ſi quando parentes inuenti fuerint ſiue Iudiaco Neſtorij furori dediti, ſiue Acephalorum amplectentes inſaniã, & ideo ab eccleſiæ catholicæ cõmunione ſeparati: non liceat eis alios hæredes ſibi inſtituere, niſi liberos orthodoxos, & eccleſiæ catholicę communicantes, vel liberis non exiſtentibus, agnatos vel cognatos, qui ſcilicet catholici ſint. Quòd ſi fortè ex filijs alij quidam ſunt orthodoxi, & eccleſiæ catholicæ communicãtes, alij verò ab ea ſeparati: omnẽ parentum ſubſtantiam ad filios tantùm catholicos peruenire ſancimus: licet vltimas voluntates huiuſmodi perſonæ fecerint contra tenorẽ huius noſtrę cõſtitutionis aliquid diſponẽtes. Si verò poſthac fratres ab eccleſia ſeparati, ad eã conuerſi fuerint: pars eis cõpetens, in ſtatu, in quo inuẽta fuerit tẽpore, quo reditur, eis præbeatur, vt nullã de fructibus, aut gubernatione medij tẽporis inquietudinẽ, vel moleſtiã catholici patiãtur, qui ante prædictas [f] detinebant: quoniam huiuſmodi rerum, quas ex fratrum parte non communicantium catholici poſsidebãt, ſicut alienationem vetamus [g], ita prẹteritorum temporum fructus, aut gubernationem nullatenus ab his, à quibus detẽti ſunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem vſq; ad finẽ vitæ ſuæ in eodem errore nõ cõmunicantes permanſerint: tũc catholicos fratres, vel hæredes ipſorũ pleniſsimo iure dominij eaſdẽ res poſsidere decernimus [h], quòd ſi filij quidem omnes peruerſi, & ab eccleſiæ catholicæ cõmunione alieni inuenti fuerint, alij autẽ propinqui agnati, vel cognati religionem catholicam colentes, & cõmunicatores eſſe fuerint approbati: eos liberis hẹreticis anteponi, & eorum hæreditati ſuccedere. Si verò liberi & propinqui agnati, vel cognati ab orthodoxę religionis cõmunione ſunt extranei: tunc ſi quidem ſchema [i] clericorũ parentes eorũ habuerint: ad eccleſiã ciuitatis vbi domiciliũ habebãt [k], res eorũ volumus pertinere: ita, vt ſi eccleſiaſtici intra annale [l] ſpatiũ † huiuſmodi perſonarũ vendicare res neglexerint: earum dominium noſtri fiſci iuribus vẽdi-

c

a Et eis. ſcilicet contractibus. Al.

b Debitis. ex hac auth. v. notãtur mirabilia. Primũ eſt, licet teſtamentum non valeat, legata tamen valẽt: quod eſt cõtra regulam. C. de fideicõ. l. eã quã. Secũdum eſt: quod aufertur ab indigno, nõ applicat fiſco. alias contra videt. ff. de ijs, qb. vt indi. l. Claudius. & l. mulierẽ. & de legatis. iij. l. ſi deportati. & C. de ijs, quib. vt indi. l. hæreditas. Tertiũ, quod nõ dominus rẽ captiui alienat ſua authoritate. Quartum, quia minor xiiij. annis nõ patit huius. l. pœnam, cũ alias etiã impuberes & capaces doli nõ iuuantur: vt. ff. de regu. iur. l. pupillum. & inſti. de ob. quę ex de. naſ. §. ſi. Quintum: quia minores in alienatione tali non reſtituuntur. alias contra: vt C. de in integ. reſtitu. mi. l. iij. & iiij.

† Adde ad hũc. §. quod dicitur in. c. ſi qs epiſcopus. ĩ tex. & in gloſ. extra, de hære.

c Si quis. Hęc eſt quartadecima & vltima.

Cõſpiratio quãdo que in bonam partẽ ſonat.

d Cõſpiratione. no. conſpiratio in bona parte.

e Ingratos. neq; ab inteſtato ſuccedũt: vt. ĩ proxi. §. & ĩ. de hæred. quæ ab inteſta. §. ſi. col. ix. Accur.

f Prædictas. ſcilicet res: & hoc in odium hæreticorũ fratrũ. ſic & alias in fauorem ceſſat redditio rationũ: vt. C. de epiſco. & cle. l. orphanotrophos. & ĩ. de eccl. tit. §. penul.

† Hunc tex. inuenies. C. de hær. auth. ſita ſuper l. congnouimus. cuius initiũ eſt, Idẽ eſt.

g Vetamus. ſic ff. de iure do. l. ſi is. & l. fina.

h Decernimus. Sed nunquid filij loco patris ſui ſi ſunt orthodoxi, vocabuntur? Rñd. ſic: vt inſtit. de hære. quæ ab inteſta. §. cum filius.

i Si quidem ſchema. id eſt, clerici ſunt parentes.

k Habebant. illi mortui. Accur.

l Intra annale. Nota ergo ꝙ præſcriptio, quæ alias eſt xxx. ann. vt in hęreditatis petitione: vt. C. de hæred. pet. l. hæreditatis. erit hoc caſu eccleſiæ annalis: ſic & alias put. ĩ. de ſan. epiſ. §. antepe. col. ix. & ſunt hæc ſpecialia. alias contra ĩ. de eccle. tit. §. pro tẽporalibus: & poteſt hæc eſſe ratio qualiſqualis: quia eſt in acquirendis: vt ar. C. de acquir. poſſ. l. ſi.

† Cõcor glo. in ca. quoniam frequẽter. ſuper ver. intra annum. extra, vt lit. non cont.

cetur. Si aũt laici ſunt [a]: ſine aliqua diſtinctione ſubſtantias eorum ad res priuatas noſtras ſimiliter peruenire ſancimus. Quæ obtinere decernimus, etiam ſi teſtamento non facto tales perſonæ deceſſerint. Omnibus, quæ contra cæteros hæreticos in alijs cõſtitutionibus diſpoſita ſunt, & contra Neſtorianos, & Acephalos, & alios oẽs, qui catholicæ eccleſię, in qua prædictæ quatuor ſynodi & patriarchæ recitantur, non communicãtur, & ſucceſsiones eorum ſimiliter obſeruandis. Si enim [b] pro cauſis corporalibus cogitamus quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda?

Teſtamenta parentum, vel liberorum liberis, vel parẽtibus exhæredatis, vel præteritis legitimè cauſa inſerta & probata valent cauſa non inſerta vel inſerta & non probata nullũ liberis, vel parentibus exhæredatis vel præteritis præiudicium generat teſtamento vacuato, & ab inteſtato eis ſucceſſione delata: in alijs capitulis teſtamento firmitatẽ obtinente. Item cauſæ ex quibus aſcendentes à deſcendentibus exhæredari poſſunt, hic ſpecialiter enumerantur. Bart.

Siue igitur omnes memoratas ingratitudinis cauſas, ſiue certas ex his, ſiue vnã [c] quanlibet parentes in teſtamento ſuo inſeruerint, & ſcripti hæredes nominatã, vel nominatas cauſas, vel vnã ex his verã eſſe monſtrauerint [d]: teſtamentum ſuã habere [e] firmitatem decernimus. Si autem hæc obſeruata non fuerint: nullum [f] exhæredatis liberis præiudicium generari: ſed quãtum ad inſtitutionem hæredum pertinet, teſtamento euacuato, ad parentũ hæreditatem liberos tãquam ab inteſtato ex ęqua parte peruenire: ne liberi falſis accuſationibus cõdemnentur, vel aliquã circũſcriptionem in parentum ſubſtantijs patiantur. Si verò contigerit in quibuſdam talibus teſtamentis quædã legata vel fideicommiſſa, aut libertates, aut tutorum donationes relinqui, vel quælibet alia capitula cõceſſa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, et dari illis, quibus fuerint derelicta, & tãquam in hoc non reſciſſum obtineat teſtamẽtum [g]. ¶ Et hæc quidem de parentũ ordinauimus teſtamentis [h]. Iuſtum autem perſpeximus & econtrariò de liberorũ teſtamẽtis hæc eadem cũ aliqua diſtinctione diſponere. Sancimus itaq; nõ licere liberis parẽtes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus proprijs, in quibus habent teſtãdi licentiã, eos [i] omnino alienare [k]: niſi cauſas, quas numerauimus, in ſuis teſtamẽtis ſpecialiter nominauerit. Has aũt eſſe decernimus, ſi parẽtes ad interitũ vitę liberos ſuos tradiderint [l]: citra cauſam tamẽ, quæ ad maieſtatẽ pertinere cognoſcitur. Si venenis aut maleficijs, aut alio modo parentes filiorũ vitæ inſidiati probabuntur. Si pater nurui ſuæ [m], aut concubinæ filij ſui ſeſe immiſcuerit. Si parentes filios ſuos teſtamentum condere prohibuerint in rebus, in quibus habent teſtandi licentiam: omnibus videlicet in huiuſmodi teſtamentorũ prohibitione ſeruandis, quæ in parentũ perſona diſtinximus [n]. Si cõtigerit, aut virũ vxori ſuæ ad interitum, aut alienationem mentis dare venenum, aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitę alterius inſidiari: tale quidẽ, vtpote publicum crimẽ conſtitutum †, ſecundũ leges examinari, & vindictã legitimam promereri decernimus [o]. liberis autẽ eſſe licentiã nihil in ſuis teſtamentis de facultatibus ſuis illi perſonæ relinquere [p], quæ tale ſcelus noſcitur commiſiſſe.

† Conſtituimus.

a Laici ſunt. ſcilicet parentes, qui habent filios & agnatos hæreticos.

b Si enim. Not. animã corpori pręferendã & alijs rebus. ſic &. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. in fi.

c Siue vnam. no. ſufficere vnã de pluribꝰ cauſis: vt hic, &. j. e. §. ſi tales. & C. de reuo. do. l. fi. Sed ar. cõtra. ff. de tranſa. l. cũ hi. §. ſi pręcor. ſed ibi fuerat a iure expreſſum. Accur.

d Mõſtrauerint. per Conſtantinum probant filij ſe gratos. C. de inoffic. teſta. l. liberi. quæ eſt contra. Sed per Iuſtinianum corrigit: & probant hæredes: vt hic, &. C. de inoffi. teſta. l. omnimodo. Et ſic no. ꝙ propter præſumptionẽ etiam poſsidens probat, vt hic facit inſtitutus hæres: vt. C. de probationi. l. ſiue poſsidetis.

e Habere. & ſic etiam filius alimenta nõ habebit imo nihil: vt hic, &. C. de ſecũ. nup. l. fi. in prin. &. s̃. de hære. & Falc. §. exhæredatos. colla. j. &. s̃. de immen. do. in fine. colla. vij.

f Nullũ. ipſo iure ſecundum M. & Azo. ſed ſecũdum Io. & alios dic per ſententiã, & ſic aget querela. & ſecũdum hoc dices euacuato, id eſt, euacuando per querelam. & ſic tempus pro tempore: vt. ff. de leg. iij. l. etiã. & C. de iuſa. l. ſi Poſſidonium. ſed primi proprie ponũt, ſcilicet ipſo iure. et hoc plene dixi. s̃. e. §. aliud. Accur.

g Teſtamẽtum. No. ſcripturã pro parte tenere & pro parte nõ: vt hic, & C. de tranſa. l. ſi ex falſis inſtrumẽtis. &. C. de lati. liber. tol. l. j. §. fi. arg. contra. ff. de minori. l. ex cauſa.

Scriptura pro parte tenere poteſt.

h Teſtamentis. nã et ſi parentibus &c. ſic. ff. de inoffi. teſtã. l. nã & ſi. ad hoc. C. de impub. & alijs ſub. l. ij. in prin. &. ff. de inof. teſt. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. &. C. ad Tertyl. l. fi. in princ. & ff. de mili. teſt. l. ſi a milite. §. fi. Accur.

i Eos. ſ. parẽtes.

k Alienare. a bonis, ſcilicet exhæredando.

l Tradiderint. accuſando eos de aliquo maleficio.

m Nurui ſuæ. id eſt vxori filij. Ac.

n Diſtinximus. s̃. e. §. ſi cõiunctus.

o Decernimus. s̃. eo. §. j. Accur.

p Relinquere.

hæc ingratitudo eſt per obliquum.
a Diſpoſuimus. ſ. eodem titu. §. ſi qs de prædictis.
b Cenſuimus. vt ſ. eo. §. ſi vnum.
c Iuſsimus. vt. ſ. eodem. §. ſi quis de parentibus. &. §. generalem.
d Firmitate. imo videtur, quod non: vt. ff. de iniuſto & rup. teſta. l. filio. cõtra. Sol. illa corrigit iſtam.
e Teſtamento. ſcilicet per querelam, vt diximus. ſ. eo. §. ſiue igitur.
f Leges. vt. C. de inoffic. teſt. l. omnimodo. & l. ſcimus.
g Conſiderare. ſ. de hære. &. Falc. §. his omnibus.
h Pulcherrimam. alias pulcherrima: vt ſit proprium nomen. & alias pulcherrimam.

Inualida

Si liberis, vel vno ex his in furore conſtituto parentes eos curare neglexerint: omnia & hic obſeruari præcipimus, quæ de parentibus furioſis ſuperius diſpoſuimus [a]. His caſibus etiam cladem captiuitatis iniungimus: in qua ſi liberos detineri, & per parentum contẽptum, vel negligentiam non redemptos ab hac luce tranſire contigerit: nullatenus eorum parentes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij teſtari potuerant: ſed omnia in hoc quoque capitulo ſeruentur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis, qui ab inteſtato ad talium perſonarum iura vocantur, aut de extraneis ſcriptis hæredibus ſuprà cenſuimus [b]. Si quis prædictis liberis orthodoxus conſtitutus ſenſerit ſuum parentem, vel parentes non eſſe catholicæ fidei: hæc & in eorum perſona tenere, quæ ſuprà de parentibus iuſſimus [c]. Si tales igitur cauſas, vel certas, aut vnã ex his liberi ſuis teſtamẽtis inſcripſerint, & ſcripti ab eiſdem hæredes aut omnes aut certas, aut vnam ex his probauerint: teſtamentum in ſua firmitate [d] manere præcipimus. Si autem hæc omnia non fuerint obſeruata, nullam vim huiuſmodi teſtamentum quantum ad inſtitutionem hæredum habere ſancimus: ſed reſciſſo teſtamento [e], eis, qui ab inteſtato ad hęreditatem defuncti vocantur, res eius dari diſponimus: legatis videlicet, vel fideicommiſsis, & libertatibus, & tutorum dationibus, ſeu alijs capitulis, ſicut ſuperius dictum eſt, ſuam obtinentibus firmitatem. Si quid autem pro legatis ſiue fideicommiſsis & libertatibus & tutorũ dationibus, aut quibuslibet alijs capitulis in alijs legibus inuentum fuerit conſtitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæ quidem exhæredationis, aut p̃teritionis pœnæ, quãtũ ad ingratitudinis cauſas cõtra p̃dictas perſonas ſtatuendæ ſunt: ſi quæ autem ex his inter crimina reputantur, earũ authores etiã alias pœnas ſentiãt legibus definitas.

Nemini licitum eſt hæredibus propinquis & affinibus & coniunctis defuncti, & eius fideiuſſoribus vllam inquietudinem vel moleſtiam occaſione debiti defuncti, vel generaliter quacunque de cauſa, ad præfatas perſonas ſpectante ante ſpatium nouem dierum inferre: quicquid autem factum eſt intra prædictum ſpatium, eſt inualidum: nullo tamen ex hoc creditori circa tẽporalẽ præſcriptionẽ præiudicio generãdo. Bar.

Hæc autem diſpoſuimus, vt & parentes & filios à teſtamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterum ſi qui hæredes fuerint nominati: etiã ſi certis rebus iuſsi fuerint eſſe contenti: hoc caſu teſtamentum quidẽ nullatenus ſolui præcipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias leges [f] ab hæredibus impleri. Sola enim eſt noſtræ ſerenitatis intentio, à parẽtibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Conſiderare [g] nanque debent parentes, quia & ipſi filij fuerunt, & eadem à ſuis parentibus ſperauerunt. Et ſimiliter, qui nunc filij ſunt †, debent ſtudere parentum animos ſanare: quia & ipſi parentes fieri deſiderãt, & à ſuis filijs optant honorari. Vnde & conſtat ad vtriuſque partis vtilitatem atque cautelam, præſentem legem fuiſſe prolatam: quam ex hac occaſiõe promulgandam eſſe perſpeximus. In aliquo autẽ negotio diſceptantes, inuenimus pulcherrimam [h] filiam gratam quidem à ſua genitrice fuiſſe dictam, exhæredatam autem teſtamento nominatam tam in paternis, quàm in maternis facultatibus: & talem quidam ſcripturam, quia dolo eam & machinatione quorundam compoſitam fuiſſe comperimus, nullo modo permiſimus obtinere: filiam autem hæredem patris ac matris iuſsimus fieri: ſicut & in ſcriptis prolatum ſuper hac cauſa noſtrum manifeſtat arbitrium. ¶Meminimus inſuper legem à nobis fuiſſe prolatam, per quam iuſsimus nulli penitus eſſe licentiam corpora defunctorum debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere ſepulturæ. Sed in præſenti quendam cognouimus cuiuſdam mortui genitorem à ſepultura ſui filij redeuntem, nomine debiti tenuiſſe. ideoq; pium & humanũ eſſe perſpeximus, talẽ crudelitatẽ hac lege pijſsima coercere. Sãcimus † itaq; nulli penitus eſſe licẽtiã, aut hæredes, aut parẽtes, aut liberos, aut cõiugẽ, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiuſſores

† Haloã. ſtudeãt parentũ ſuorum animos demereri officijs.

† Facit ad hunc §. c. ex parte. iũcta gl. ſuper ver. appellationem. extra de ſepul.

ante nouem dierum ſpatium in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocũque modo inquietandi, aut aliquam admonitionem eis offerendi, aut in iudicium eos vocãdi, ſiue debiti gratia qđ à defuncto deſcendit, ſiue alterius cuiuſcunque cauſæ nomine ad memoratas perſonas ſpecialiter pertinentis. Si verò intra nouem dierum ſpatiũ aliquis auſus fuerit quãlibet de prædictis perſonis, aut conuenire, aut aliquam cautionẽ ſeu promiſsionem vel fideiuſsionem exigere ab ea: hæc omnia inualida eſſe[a] decernimus. Poſt nouem autem dierũ excurſum, ſi quis contra tales perſonas aliquas habere putauerit actiones: eas ſecundum leges exerceat: nullo videlicet præiudicio[b] actoribus ex hoc interuallo circa temporalem præſcriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

Qui cõſtituit, vel ſpopõdit pro alio: ſi quidem perſonaliter eſt locutus dicendo, ſatisfaciam, obligatur in quãtitate quam dixit. ſi dixit, ſatisfiet à me, & ab illo: illo nõ conſentiente, pro rata eſt obligatus. Si verò alternatiuè, ſatisfiet, à me aut ab illo: illo non conſentiente, ipſe inſolidum tenetur. Si vero conſtituens locutus fuit impersonaliter, nullus tenetur: ſalua tamen manente actione contra illos, cõtra quos de iure competit, his obtinentibus in quibuſcunque caſibus nondum finitis. Barto.

Ad hoc, aliud capitulum ad pecuniæ conſtitutionem ſeu promiſsionẽ reſpiciens, hac lege præuidimus definire. Sancimus igitur, ſi quando aliquis aut pro ſe, aut pro alia perſona pecuniã conſtituerit, vel ſpopõderit. dicens fortè cuicunque, Satis tibi facio. eum in quantitatem, quam dixit, modis omnibus obligari. atque promiſsionem ſeu ſponſionem ſuã adimplere & debitũ cõpelli perſoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi ſatis à me & ab illo & illo. illis quidem, quos nominauerit, non conſentientibus, nullum ex tali voce fieri præiudicium[c]: ſed nec ipſum qui hoc dixerit, pro illis perſonis, quas nominauit, aliquam exactionem ſuſtinere: pro ſe autem, quod ſecundum leges debere monſtratus fuerit, pro rata tantùm portione perſoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi ſatis aut à me, aut ab illo, & illo: tunc nominatis quidem ſimili modo non conſentientibus nullum fieri præiudicium: ipſum autem, qui hoc promiſerit, integrũ quidem debitum cogi perſoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi ſatis: eum, tali verbo vt imperſonaliter[d] dicto, tanquã ſi nihil promiſerit, ita ab omni exactione liberum ſeruari. Si quam autem contra nominatas perſonas putauerit ſibi actionem competere: eam ſecundum leges aduerſus eos ꝓponere, & legis auxilio perpotiri. Hæc autem obtinere ſancimus in cauſis omnibus, quæ nondum iudiciali ſententia, vel amicabili conuentione ſopitæ ſunt parens chariſsime atque amantiſſime. Celſitudo itaque tua præſentem noſtri numinis generalem conſtitutionem edictis quidem in hac regia ciuitate more ſolito proponendis, præceptionibus autem ad prouinciam rectores dirigendis, ad omnium notitiã faciat peruenire.

TITVLVS XIII.

VT LICEAT MATRI[e] ET auiæ & alijs [f] parentibus poſt legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint reſiduã facultatem ſuam diſponere, & alia capitula plura.

Contra voluntatem teſtatoris, vel contrahentis, patri non acquiritur vſusfructus. quòd ſi teſtator nihil diſpoſuit, aut à teſtatore electus deceſsit: iudiciarius cum cautione dabitur curator. Bal.

Impera. Iuſtinianus A. Theodoro præfecto Orientalium prætoriorum.

---

a Inualida eſſe. Imo maiores pœnas pati debet: vt ĩ. vt defun. ſeu fu. §. j. col. v. quæ eſt cõtra. Sol. pœna amiſſionis proprij & alterius tanti & tertiæ partis bonorũ locum habet, cum vel in moribũdum vel adhuc viuẽtem iniuriatur: vel quia prohibet exequias fieri. ſin autẽ in cautionibus exigendis locum hæc authen. habeat. Azo. Et ſic no. quod quædam cauſa funeris conceduntur, quæ alias non concederẽtur: vt hic, & C. de iure deli. l. fin. §. in computatione & C. de ſepulc. viol. l. fin. & ff. de in ius vocan. l. ij. §. pe. & §. fina.

Præiudiciũ nõ fit agere non valenti.

b Præiudicio. no. quod non fit præiudicium agere nõ valenti: vt. C. de præſcript. xxx. anno. l. ſicut in fi. & de anna excep l. j. in fi. et C. quando actio de pe. eſt anna. l. pe. & ff. de collu. dete. l. ij. §. j. & ff. de iudic. l. ij. §. pe. & ĩ. de ſan. epi. §. ſi vero epiſcopi. col. ix.

c Fieri præiudicium. nam non poteſt quis conſtituere alium ſoluturũ: vt. ff. de conſti. pec. l. eum qui. §. ſed & ſi quis conſtituerit. & inſti. de inuti. ſti. §. ſi quis alium. & ff. de duobus reis. l. his verbis. ſic e contra alij non poteſt conſtitui: vt in ea. l. §. Iul. ſcribit. & ar. ff. de verb. obli. l. ſi mihi & Titio. in principio.

d Imperſonaliter. ſic dicendo ſimpliciter, ſatis fiet tibi: non valet. & ſic nota certa & ſpecificata valere, quæ alias non valerent: vt. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi. §. quæſitum. et de acqui. hæred. l. ſi qs mihi bona. §. iuſſũ. & ff. ſi certum petat. l. fin. §. Labeo. & ff. de vſur. l. qđ in ſtipulatione. & ff. quod cuiuſque vniuerſita. l. itẽ. §. j. & ff. man. l. qui mutuam. § ſalarium.

Ex hoc §. extracta eſt auth. q̃ eſt ſuper. l. j. C. de cõſti. pec. & incipit, ſi quando. faciam.

e VT LICEAT matri &c. Hæc prima pars expeditur vſque ad §. ad hoc autem & illud.

f Et alijs. hæc expeditur ab inde per totum.

Diuerſis

Diuerſis capitulis ad nos relatis, neceſſariũ eſſe pſpeximus, generali hæc lege diſponere [a]. Sancimus igitur licentiã eſſe & matri, & auiæ, alijſq́ parentibus poſtquã reliquerint filijs partẽ, quæ lege [b] debetur, quod reliquũ eſt ſuæ ſubſtãtiæ, ſiue inſolidum voluerint, ſiue in partẽ, filio vel filiæ, nepoti vel nepti, & deinceps deſcen dẽtibus donare, aut etiã per vltimam relinquere voluntatem ſub hac definitione atq; cõditione, ſi voluerint, vt pater, aut qui omnino eos habent in poteſtate, in his rebus neq; vſumfructum, neq; quodlibet penitus habeant participiũ [c]. Hoc enim & extraneis relinquere poterãt, vnde nulla parẽtibus vtilitas naſceretur. Hoc itaque non ſolùm parentibus, ſed etiam omni perſonæ [d] licere præcipimus. Res autem ita relictas ſiue donatas poſitis ſub poteſtate perſonis, ſi quidem perfectæ ſint ætatis: licet ſub poteſtate ſint, licentiam habeant, quo volũt modo diſponere [e]. Si verò ætate minores ſint: per quẽ perſpexerit teſtator aut donator, hæc gubernẽtur, donec illi, quibus donata ſunt aut relicta, ad perfectam ætatem veniant: licentiam habente teſtatore vel donatore et matri & auiæ horũ, quibus res collatæ ſunt, ipſarum rerum, ſi voluerint gubernationem cõmittere: licet maritis iunctæ ſint memoratę mulieres: ita tamen ſi & ipſæ huiuſmodi gubernationem ſuſcipere voluerint. Siverò forſan is, qui relinquit aut donat, nullũ his diſpenſatorem ordinauerit, aut ab eo datus huiuſmodi gubernationem ſubire noluerit: aut moriatur ante, quàm illi perfectæ fiant ætatis: iubemus iudicem competentem curatorem fide dignũ cum legitima fideiuſsione rebus talibus [f] ordinare, q debeat relictam talibus perſonis ſubſtantiam gubernare atque cuſtodire, donec illi ad perfectã (ſicut dictum eſt) ætatem perueniant. In illis enim caſibus legẽ, quæ vſum parentibus [g] præbet, volumus cuſtodiri, quibus non ineſt ſpecialiter huiuſmodi conditio.

Liberi de libera muliere nati, cum qua nuptiæ eſſe poterant, ſi à patre nominati fuerint filÿ non adiecto hoc verbo naturales, legitimi efficiuntur: & matrimonium inter illa verba proferentẽ, & mulierẽ ex qua nati ſunt, interceßiſſe mõſtratur. & ſi pater vni ex filÿs talia verba dixerit: omnibus prodeſt, qui ex eadem matre ſunt orti.

Ad hoc autẽ † & illud ſancire perſpeximus, vt ſi quis filium aut filiam habẽs de libera muliere, cũ qua nuptiæ conſiſtere poſſunt, dicat in inſtrumento, ſiue publica, ſiue propria manu conſcripto, & habente ſubſcriptionem trium teſtium fide dignorum, ſiue in teſtamento, ſiue in geſtis [h] monumentorũ, hũc aut hãc filium ſuum eſſe, aut filiam, & non adiecerit naturalem: huiuſmodi filios eſſe legitimos, & nullam aliam probationẽ ab ijs quæri, ſed omni frui eos iure, quod legitimis filijs noſtræ conferunt leges: vtpote ipſo patre (ſicut dictũ eſt) filios proprios eos vocante [i]. Ex hoc enim & cũ eorum

a Diuerſis capitulis. Diſponere. ſcilicet quid iuris ſit in iſtis capitulis. Accur.

b Quę lege. vt. ĩ. de triente & ſemiſſe. §. primo.

c Participium. nam & iure veteri hoc licebat: vt. ff. ad Treb. l. Imperator. & ff. de hære. inſtit. l. quidã. licet nõ poſſet teſtator dicere, vt illud caſtrenſis eſſet peculij, niſi illud eſſet verum: vt. ff. de caſtrẽ. pecu. l. ſi forte. quæ eſt ar. contra: quia ſic ibi quoddam falſum induci tur. ſed hoc dic vt in ſumma huius ti. in princ. Sed nunquid etiam in naturali debito hãc cõditionem adijcere poteſt, vt patri nõ quæratur? Rñ. ſic: cũ in hoc filius nõ grauetur, imo eius cõditio melior effi ciatur. vt. C. de inoffic. teſta. l. filius matrem. Accur.

d Perſonæ. ſcilicet extraneę relinquenti. Accur.

e Diſponere. ergo & teſtamẽtũ facere ſecundũ quoſdam: quod non puto: vt. ff. de do. cauſa mort. l. tam is. §. filiusfamilias. nam etiam in proprieta te aduentitiorum filius non teſtatur: vt. C. de bo. quę li. l. fi. §. filijs aũt. Ac.

f Rebus talibus. No rebus dari curatorẽ: vt & quando patre recuſante filius adit hæreditatem delatam ex aduẽtitia cauſa: vt C. de bo. quę libe. l. fi. §. ſi autem patre. non autẽ perſonæ datur: vt. C. de cur. fur. l. fi. in prin. Accurſius.

g Parentibus. q eſt. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. & ſic no. hic caſus, in quibus vſusfructus in aduentitijs patri nõ quæritur. Primus qñ ſub hac cõditione relinquitur, vel datur a parẽte, vel ab extraneo: vt hic. Secundus ſi pater remittat vſumfructũ: vt C. de bon. quę lib. l. cũ oportet. §. ſin autem. Tertius in hæreditate fratris vel ſororis in quãtacunq; parte admittiť: vt. ĩ. de hæ. ab inteſta. §. ſi vero. Quartus in hæreditate, quã adit filius patre nolẽte: vt. C. de bon. quæ libe. l. fi. §. ſin autẽ patre. Quintus eſt in ſeruo filio legato, vt eũ manumittat: vt. C. de bonis quæ libe. l. fi. §. fin. Sextus ĩ lucro dotis vel donationis propter nupt. quã lucrifaciunt filius, vel filiafa. vt. C. de bo. quæ libe. l. non ſine. Sed hoc non placet. Idẽ videtur in ſeptimo ſcilicet in rebus, quæ filio obueniunt parentibus ſoluentibus matrimonium ſine cauſa rationabili: vt infra, vt nulli iudices. § quia vero aliquid. Item & in octauo quando ſcilicet vſusfr. filio relinqvitur. nam in eo pater vſumfructum habere nõ poteſt, cũ ſeruitus ſeruitutis &c. vt. ff. de ſer. lega. l. j.

h In geſtis. in figura. ſ. iudicij.

i Vocante. Ex hoc not. qđ patris ꝓfeſsio in ſcriptis valet ad legitimationẽ: vt hic, & ar. ĩ. qui. mo. nat. eff. ſui. §. ſi vero. & §. generaliter. colla. vij. ſic & valet, vt ſeruus liber fiat: vt C. de.

† Cõcor. cum hoc §. c. per tuas. in glo. ſuper ver. appellauit ante medi. ibi, item ſi pater filiũ. extra, qui filij ſint legit.

matre monſtratur [a] legitimũ habuiſſe matrimonium: vt neq; ab ea pro nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autẽ pater ex ipſa muliere multos filios habẽs, vni ex eis teſtimoniũ quodlibet ex prædictis præbuerit modis: ſufficere ex eadem muliere natis [b] ad legitima iura patris teſtimonium vni datum.

Liberi nati ex nuptijs legitimè contractis, licet non ſolennibus, ad paternam hæreditatem pariter vocantur cum filijs natis ex nuptijs ſolenniter contractis: ſiue præceſſerint eos, ſiue ſequantur. Barto.

Hoc quoque præſenti conſtitutioni perſpeximus adijciẽdũ, vt ſi quis ex nõ ſcripto per affectũ nuptialem vxorẽ acceperit, & ex ea filios procreauerit: ſoluto aũt matrimonio contingat eũ etiã aliam ducere coniugem cũ dotalibus inſtrumentis, & ex ea ſimiliter filios procreare: nullũ circa paternã hæreditatem alijs filijs ex indotata cõiuge natis præiudicium fieri: ſed cum alijs filijs ex ſecunda natis vxore, quę cũ dotalibus inſtrumentis copulata eſt, ad patris etiam illos hæreditatem vocari: cùm etiam ex ſolo affectu poſsit conſiſtere [c] matrimoniũ. Quod ſimiliter valere volumus, etiam ſi prius quidem cũ dotalibus inſtrumentis iungatur aliquis vxori: poſt illam verò alteram ducat ſolo nuptiali affectu.

Maximis dignitatibus decorati vſque ad illuſtres incluſiuè & excluſiuè, ſine dotalibus inſtrumentis nuptias non poſſunt cõtrahere, exceptis Barbaris. Inferiores autẽ cum dotalibus inſtrumentis & ſine, nuptias contrahere poſſunt. Ang.

Quia verò ┐ legẽ dudum protulimus [d] iubẽtem aut dotalia fieri documẽta, aut alias probationes procedere factas apud eccleſię defenſores, per quas nuptias competat confirmari, aut certè ſacramenta præberi: in p̃ſenti perſpeximus melius diſponere ea, quæ de his pridem ſancita ſunt.

Et propterea iubemus eos, qui maximis dignitatibus decorati ſunt, vſque ad illuſtres [e], non aliter nuptias celebrare, niſi dotalia ſcribãtur inſtrumẽta: niſi tamen aliquis antequã mereretur huiuſmodi dignitates, ex affectu ſolo duxit vxorẽ. Tales enim nuptias ante dignitates factas, & poſt dignitates legitimas manere p̃cipimus [f], et ex his natos legitimos eſſe filios. Poſtquã verò honorati fuerint aliqui huiuſmodi dignitatibus, nõ aliter ducere vxores, niſi cũ dotalibus inſtrumentis. Hãc autem legis ſubtilitatem † concedimus [g] ſubiectis noſtræ reipublicæ. Barbaris, licet dignitatibus huiuſmodi decorati [h] ſint, vt etiam ſub affectu poſsint ipſi volentes contrahere nuptias. reliquos autem omnes præter eos, qui maximis (ſicut dictum eſt) dignitatibus decorati ſunt, cuiuslibet ſint dignitatis, aut militiæ, aut ſtudij, ſi quidem voluerint, aut potuerint: nõ prohibemus eos cum dotalibus inſtrumentis ducere vxores. Si autem etiam hoc nõ cuſtodierint: & ex ſolo affectu celebratas nuptias firmas eſſe ſancimus, & ex eis natos, legitimos eſſe filios iubemus [i].

Vbi matrimonium eſt ſine dote, & præmoriens eſt locuples, ſuperſtes laborãs inopia ei ſuccedit in quarta parte: quamuis tam ex illo, quàm ex alio matrimonio extẽt liberi, minori tamẽ numero tribus: quia tunc cum eis pro virili ſuccedit. Alexander.

Quia verò legem [k] dudum poſuimus

C. de lati. lib. tol. §. ſimili quoq; modo. & inſti. de adoptio. §. fin. & ſic in inuentario profeſſio in ſcriptis valet: vt. C. ar. tu. l. ſi. & ad hoc. C. de nõ nu. pec. l. generaliter. non autẽ prodeſt, vt de extraneo filijs efficiat: vt inſtit. de adopt. in fi. & ff. de iu. patro. l. Caius Seius.

a Monſtratur. i. fingitur. Accur.

b Muliere natis. No. beneficiũ vni datũ, & alijs ſimilibus datum videri: vt. C. de diuer. re. l. j. & C. de aduoc. diuerſ. iudi. l. reſtituendæ. §. ad hoc. & ff. de teſta. tut. l. ſi quis ita. in prin. Sed ar. cõtra C. de trãſact. l. j. & ff. de iu. l. cum prętor. in princi. & ff. de interro. act. l. ij.

c Cõſiſtere. ſine dote et ſine inſtrumento: vt hic fuit, & ſ. quib. mo. na. effic. legi. §. pe. col. vj. & ſ. de nupt. §. nuptias. colla. iiij.

d Protulimus. vt ſ. quib. mo. nat. effic. legi. §. quantum vero in militijs. Accur.

e Ad illuſtres. incluſiue & deſcenſiue. Accur.

f Præcipimus. no. quod a principio valuit, non rũpitur, licet in eam cauſam veniat, a qua incipere non poteſt: vt inſti. qui. mo. teſt. infir. §. furioſi. & de leg. §. ſi quis debitori.

g Concedimus. i. remittimus. Acc.

h Decorati. ſed quare maius priuilegiũ eis conceditꝰ Rñd. imo dedecus cũ inter viriles cõputentur: vt. j. reliquos autem &c. & intelligo hoc de illis Barbaris, qui nobis ſubiecti ſũt. alias quomodo in eos. l. faceretꝰ hic ergo ſubiugati erant ſub imperio Romano. Accur.

i Iubemus. Hic no. quod matrimoniũ valet etiã ſine ſcriptura & dote: vt hic, & ſ. proxi. not. hoc autẽ fallit in tribus caſibus. Primus in illuſtribus & q̃ ſupra eos ſunt: vt in hoc. §. & j. eo. §. illo. Secũdus ſi aliquis in dignitate poſitus libertam in vxorẽ accipiat: vt. ſ. vt libe. de cæ. §. ſi quis autẽ. coll. vj. Tertius eſt ſi quis concubinã in vxorem accipiat: vt. C. de natu. lib. l. cũ quis. & vbicunq; lex de hoc facit mentionem. ſemper enim dicit cũ dotalibus id eſt, cum dote & inſtrumẽto. vel certe hoc fit ad filiorum legitimationem, nõ autem ad matrimoniũ: quia & ſine his valet: vt hic dixi, & inſti. de nupt. §. ſi. Item eſt & alius, vt quãdo ſcenicã vel aliquã meretricẽ quis accipit: vt. C. de nuptijs. l. imperialis. §. j. in fi.

k Quia vero legem. ſcilicet. C. de repu. l. vlti. & ſ. de nupt. §. ſi q̃s enim. col. iiij.

Matrimonium an ſine dote & ſcriptura valeat.

† Cõcor. cum hoc §. glo. in c. Raynutius. ſuper verbo, clare. in med. ibi, q̃nque tamen. extra, de teſta.

Dota

† Haloã. remittimus.

præcipientem, vt ſi quis vxorē aliquando ſine dotalibus [a] acceperit cum affectu ſolū nuptiali, & hāc ſine cauſa legibus cognita proiecerit, accipere eam quartā partē ſubſtātiæ eius, & aliam poſt hanc fecimus legē decernentem [b], ſi quis indotatam vxorē per affectum ſolùm acceperit,† & vſque ad mortē cum ea viuens, præmoriatur: accipere ſimiliter & eā quartam illius ſubſtātiæ portionē: ita tamē, vt nō trāſcendat hoc centū librarum auri quantitatē: in præſenti melius [c] vtrāq; legem diſponentes, ſancimus, in vtroque [d] caſu ex talibus matrimonijs natos filios legitimos eſſe, & ad paternā vocari hæreditatē: vxorē autē ex vtroque horū caſuum, ſi quidem vſque ad tres habuerit [e] filios ei⁹ vir, ſiue ex ea ſiue ex alio mrīmo. quartā partē ex ſubſtantia viri [f] accipere. Si autē amplius fuerint filij: tantum in vtroque ſimiliter caſu accipere [g] iubemus mulierē, quantū vni cōpetit filiorū: ita quippe, vt vſum ſolùm in talibus rebus mulier habeat dominiū autem illis filijs ſeruetur, quos ex ipſis nuptijs habuerit. Si verò talis mulier filios ex eo non habuerit: iubemus etiā dominij iure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per præſentem iuſſimus legē. Quæ tamen irrationabiliter excluſa [h] eſt, in ipſo tempore expulſiōis partē iubemus accipere, quę continetur hac lege. Virum enim in talibus [i] caſibus quartam ſecundum priorem nōſtrā legem ex ſubſtantia mulieris accipere, modis omnibus prohibemus. Illo indubitāter obſeruādo, vt Leonis piæ memoriæ cōſtitutio in omnibus alijs caſibus, qui nō cōtinentur præſenti lege, ꝓpriā habeat fortitudinē. Conſtantini verò piæ memoriæ legē ad Gregoriū ſcriptam, & ſuper ea factam interpretationē à Martiano piæ memoriæ, per quā mulierū cōiunctiōes (quas Cōſtātini lex abiectas vocauit) ad quoſdam dignitatibus decoratos, prohibentur: nullo penitus modo valere permittimus [k]: ſed licētiā volētibus præbemus (etſi quibuſlibet magnis dignitatibus decorētur) hmōi mulieres cū dotalibus inſtrumētis ſibimet copulare. Reliqui verò citra eos, qui maioribus dignitatibus decorati ſunt licētiam habebūt huiuſdi mulieres accipere, ſiue ſcripto voluerint, ſiue ſolo affectu nuptiali: ſi tamen liberæ ſint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

† Hal. oſ. ſola affectione maritali duxerit.

a Et id ſequitur La. Bel.

Diuortio celebrato liberi ad parentum hæreditatē nihilominus vocātur: & alēdi ſunt apud parentē, qui diuortij cauſam non præſtitit, expenſis alterius parentis cōmittētis cauſam diuortij: niſi alius inops ſit. Tunc enim apud diuitem alendi ſunt, his pariter obtinentibus in parentibus & liberis. Bartol.

Illud quoq; † diſponendū eſſe perſpeximus, vt ſi quando inter maritū & vxorē nuptias ſolui cōtigerit: ex huiuſmodi nati filij, nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum, ſed ad parentum hæreditatem vocentur, ex patris ſubſtantia indubitanter alendi. Et ſi quidem pater occaſionem ſeparationis prębeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias [l]: apud matrem [m] nutriantur, expenſas patre præbente. Si verò per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filij, & alantur [n].

† Cōcor. in c. ij. i. gl. ſuper ver. inudictur. poſt me. extra, de conuer. infi. vbi recitatur caſus huius. §.

a Dotalibus. ſ. documentis.

b Legem decernentem. vt. ſ. de exhiben. §. quoniam vero.

c Melius. No. ergo quod corrigit vtranque. & ſic nō dicuntur eſſe contrariæ.

d In vtroque. ſ. quādo eam reijcit, & quando prædeceſſit maritus.

e Habuerit. ſ. mulier.

f Ex ſubſtantia viri. ſ. quartā partem. ſ. ſi habet tres liberos vel pauciores. ſi vero plures: tunc virilem, vt dictum eſt.

g Accipere. ſcilicet quartam: vt in princi. huius. §. ſed in alio caſu accipit demum viro mortuo.

h Excluſa. i. reiecta vel repulſa.

i In talibus. Quæro an vtraque prædictarum. ll. corrigat: illa ſcilicet ſupra de nu. §. ſi quis enim. & illa. ſ. de exhib. §. quoniam vero. vt in neutro caſu vir ſuccedat vxori? Quidā ꝗ ſic. & pro eis eſt hęc litera, quæ dicit talibus caſibus: quaſi de vtroque prædictorum faciat mentionem. Tu dic, ꝗ tantū illam de nuptijs corrigit in eo, quod de viro dicit hic: vt patet ſtatim cum dicit ſecūdum hanc priorem noſtrā. nam de illa de nup. dicit: ſed corrigit per aliā, quę dicit nō diſtinguendū hoc caſu, qn̄ vnus aliū ſic reijcit: vt. ĵ. vt fra. ſi. §. ſi. colla. ix. & facit ad hunc §. ĵ. vt nul. iud. §. & ſi quando. &. C. de ſecund. nupt. l. cum alijs. Itē quęro hic, quid ſi nullus filiorum eſt, ſed aſ:ēdentes? Rn̄. præfertur vxor in ſumma cētum aureorum: vt etiā proprietatem habeat, in alijs tebus præferūtur parentes vxori: vt. C. vnde vir & vxor. l. j. Item qd ſi nullus deſcendentium vel aſcendentiū eſt, ſed tantum trāſuerſales? Rn̄. vxorem quaſi iure accreſcēdi in totum vocari ſecundum Bul. Sed Pla. contra. & verum dicit per. d. l. j. vnde vir & vxor.

k Permittimus. dictas conſtitutiones non habemus. nam lex illa. C. de inceſ. nup. l. humilē. quæ hoc dicit, eſt Valentini, non alicuius iſtorum: nō autem placet, vt dicat loqui de ea quę eſt. C. de pac. cōuen. l. ex morte. quia illa nihil de hac materia dicit.

l Non venerit nuptias. ſecus ſi veniret: quia tunc non nutrirētur apud eā: vt. C. vbi pup. edu. de lib. j.

m Matrem. quomodo hoc, cum dicat ius, quod ſunt alēdi vbi pr̄ iuſſit: vt ff. de ven. inſpic. l. j. apud eū? Rn̄d. ibi dicit, quādo pater deceſſerat, hic quādo viuebat. Itē hic præſtitit cauſam diuortij, quod ibi non fuit.

n Alantur. addit Ir. matris locupletis expenſis.

Egen

Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum eſſe, matrem verò locupletem: apud eã pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. quemadmodum † enim filij locupletes coguntur matrem egentem[a] alere, ita iuſtum eſſe decernimus & à matre locuplete filios paſci[b]. Quod autem de alenda matre & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoque in omnibus aſcendẽtibus deſcendentibusq́; perſonis vtriuſque naturæ valere præcipimus.

Marito atque vxori diuortium celebrare permittitur ex cauſis hic enumeratis. Bar.

Quia verò plurimas in veteribus[c] & noſtris legibus[d] inuenimus cauſas, ex quibus facilè[e] nuptiarum ſolutiones fiũt: ea cauſa perſpeximus[f] ex his abſcindere aliquas, quæ nobis indignæ ad ſoluendas nuptias viſæ ſunt: & eas ſolummodo nominatim præſenti inſerere legi, pro quibus rationabiliter poteſt ſiue vir, ſiue mulier repudiũ mittere. Nũc autem cauſas, ex quibus maritus repudium mittere ſine periculo poteſt, & dotem vxoris lucrari ſeruato in ea dominio ex eodẽ matrimonio filijs aut filiabus: quibus non extantibus[g], frui etiam proprietate, has eſſe decernimus: Si contra imperium cogitantibus aliquibus cõſcia eſt mulier, aut etiam viro ſuo non indicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatum tacuerit: liceat mulieri per quancũque perſonam hoc declarare imperio: vt vir nullam ex hac cauſa repudij inueniat occaſionem. Si de adulterio † maritus putauerit poſſe ſuam vxorem conuinci: oportet virum prius inſcribere[h] mulierem, aut etiã adulterum[i]: & ſi huiuſmodi accuſatio verax eſſe oſtẽditur: tunc repudio[k] miſſo habere virum † ſuper ante nuptias donationẽ, etiam dotem: & ad hoc, ſi filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris ſubſtantia, quantũ dotis tertia pars eſſe cognoſcitur: vt eius proprietati & dos, & à nobis definita pœna applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio: iubemus etiã dotem (ſecundum quod de hoc cenſent leges) aliaq́; mulieris ſubſtantiam filijs conſeruari: & ita adulterum legitimè cõuictũ, vnà cum vxore puniri: & ſi quidem habeat vxorem adulter: accipere eam & dotẽ propriam, & propter nuptias donationem: & ſi filios habeat, ſolo vſu mulier fruatur, donationis proprietate[l] ſecundum leges filijs ſeruanda. aliã verò mariti ſubſtantiam eius filijs ex noſtra largitate donamus. filijs autem non exiſtentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere ſancimus: aliam verò mariti ſubſtantiam omnem fiſco[m] ſecundum antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit inſidiata, aut alijs hoc facientibus conſentiens, viro non indicauerit. Si cum viris extraneis nolente marito cõuiuatur, aut cum eis lauatur. Si nolente viro foris domum manſerit: niſi forſan apud proprios parentes. Si circenſibus, aut theatris, aut amphiteatris interfuerit ad ſpectandum ignorante aut prohibente viro. Si verò contigerit aliquem citra vnam prædictarum cauſarum vxorem ſuam à domo propria expellere, & illa non habens parentes, apud quos poſsit manere, ex ne-

Alimenta hincinde in neceſsitatibus filijs preſtant.

† Cõcor. c. cum haberet. i gl. poſt med. extra, de eo q dux. i mat. quã pollu. per adult. vbi eſt bona gloſſa.

† Cõcor. cum hoc tex. capit. tuæ fraternitatis. in gloſ. ij. in fin. extra, de procur.

† Cõcor. cum hoc tex. cap. j. in gloſ. j. extra, vt lit. nõ cõteſta.

a Egentem. ſecus ſi locuples: vt. ff. de libe. agno. l. ſi quis a liberis. §. ſi impubes. & l. vlti.

b Filios paſci. no. alimenta hincinde in neceſsitatibus pſtari: vt hic, & C. de ali. præ. a pa. l. j. & ij. & iij. & ſ. neq́ virum quod ex do. §. fin. col. viij. & ſ. qui. mo. na. effi. ſui. §. pe. coll. vij. & ff. de lib. agno. l. ſi qs a liberis. & C. de ho. quæ lib. l. fin. §. hoc proculdubio. Item not. haberi diſtinctionem perſonarum apud quem debeant eſſe: vt hic, & C. diuor. fac. apud quẽ lib. l. j. & C. vbi pu. edu. deb. l. j. & ſ. de nup. §. eius. & C. de pa. po. l. filia. Hoc tamen no. quod vſque ad triennium mater alere debet: vt. C. de patria poteſta. l. penulti.

c In veteribus. vt C. de rep. l. cõſenſu.

d Legibus. vt. ſ. de nup. §. ſi igitur. col. iiij. & C. de repu. l. pe. & fin.

e Facile. id eſt ſine pœna.

f Perſpeximus. ſunt autem ſeptem: vt ſubijcit. Itẽ tres aliæ adijciuntur: vt j. eo. §. prædictis.

g Extantibus. ſcilicet filijs.

h Inſcribere. ſi accuſet iure extranei, non iure mariti: intra xl. dies accuſanti non imponitur neceſsitas inſcriptionis: vt. C. ad le. Iul. de adulte. l. quãuis. Vel hoc nouũ ius: illud autem vetus dicitẽ, qđ eſt verius.

i Etiam adulterum. quaſi dicat nõ ambo ſimul: quia hoc fieri nõ poteſt: vt argu. ff. ad legẽ. Iul. de adulte. l. ſi maritus. §. fina.

k Repudio. olim prius debebat repudiare, quam accuſaret vt. C. ad legem Iul. de adult. l. crimen. & ff. ad le. Iul. de adul. l. miles. §. volenti, quæ ſunt contra. Sed hodie poteſt: vt hic, & j. vt nulli iudic. §. ſi quando vero. collatio. ix.

l Proprietate. no. hic lucrari virum, ſi contra vxorem inſcribat. Sed videtur monaſterio dari in quod eſt mittenda hæc fœmina: vt. j. vt nulli indi. §. adulteram. coll. ix. quæ eſt contra. Solu. illud quando includitur in monaſterio, ſed hoc nihil eſt quia ſemper debet includi: vt dicitur ibi. Quare dicunt alij, quod hic in dote: ibi in alia ſubſtãtia mulieris dicit. Sed hoc non valet: quia i fine illius. §. adulteram. dicit pacta ſeruanda viro circa dotem. Si eñ lucraretur eam per legem, vt hic dicit, quare diceret ei in hoc ſeruari pactũ? Dic ergo tu, quod hæc ſecundum illã intelligitur. Acc.

m Fiſco. Sed hoc hodie corrigitur. nam non ſunt confiſcanda aliqua ſic indiſtincte: vt. j. vt nulli iudi. §. ſi. Acc.

Exiſtat

ceſſitate foris habitet no &c: iubemus nullam eſſe marito licētiam propter cauſam hanc repudium mittere vxori, eò quòd ipſe huius rei author exiſtat[a]. Cauſas autem pro quibus rationabiliter poteſt viro à muliere mitti repudium, ex quibus poteſt & dotem recipere, & propter nuptias donationem exigere, ſimiliter filijs ſeruanda donationis proprietate, aut filijs non extantibus habere etiā huiuſmodi dominium, has eſſe ſolas diſponimus: ſi cōtra imperium, aut ipſe cogitauerit aliquid, aut cogitantibus conſcius non indicauerit imperio, aut per ſe, aut per quācunque perſonā. Si quolibet[b] modo vir inſidiatus fuerit vitæ mulieris, aut alijs hoc volentibus ſciens nō manifeſtauerit vxori, & ſtuduerit ſecundum leges vlciſci[c]. Si maritus vxoris caſtitati inſidiatus, alijs etiā eā adulterandā tētauerit tradere. Si vir de adulterio inſcripſerit vxorem & adulteriū non probauerit: licere mulieri volenti etiam pro hac cauſa repudium deſtinare viro, & recipere quidem propriam dotem, lucrari autē & antenuptialem donationem & pro huiuſmodi calumnia, ſi filios nō habuerit ex eodem matrimonio, tantū ſecundum proprietatem accipere mulierē ex alia viri ſubſtātia, quantum antenuptialis donatiōis tertia pars eſſe cognoſcitur. Si autem filios habuerit: iubemus omnem viri ſubſtantiam filijs cōſeruari: firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione alijs legibus continentur[d]: ita tamen vt etiam propter illatam adulterij accuſationem, & non probatam, illis quoque maritus ſubdatur ſupplicijs, quæ eſſet paſſura mulier, ſi huiuſmodi fuiſſet accuſatio comprobata[e]. Si quis in ſua domo, in qua cum ſua coniuge cōmanet, contemnens eam, cum alijs inueniatur in ea domo manens, aut in eadem ciuitate degēs, in alia domo cum alia muliere frequenter manere conuincitur, & ſemel & ſecundò culpatus, aut per ſuos parentes, aut per mulieris, aut per alias aliquas fide dignas perſonas, huiuſmodi luxuria non abſtinuerit[f]: licere mulieri pro hac cauſa ſoluere matrimonium, & recipere datam dotem & antenuptialem donationem: & pro tali iniuria tertiam partem æſtimationis, quam antenuptiaptialis facit donatio, ex eius ſubſtantia percipere: ita tamen vt ſi filios habuerit: vſu ſolo mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali donatione & pœna tertiæ portionis mariti ſubſtantiæ acceperit, dominio communibus filijs conſeruando. Si autem filios non habuerit ex eodē matrimonio: habere eam taliū rerum etiam proprietatem præcipimus.

Nuptiæ regulariter conſenſu non ſoluuntur, niſi caſtitatis concupiſcentia, dote & donatione propter nuptias liberis ſeruata: altero autem vel vtroque alias nuptias poſtea contrahente, vel aliter luxurioſè viuente, delinquentis ſubſtantia ad filios debet peruenire, filijs minoribus per iudicem gubernatore dato. Filijs verò non extantibus ad fiſcum eorum ſubſtantia debet peruenire. Bart.

Quia verò ex conſenſu aliqui vſque ad præſens alterna matrimonia ſoluebāt[g]: hoc decætero fieri nullo finimus modo, niſi fortè quidem caſtitatis[h] concupiſcētia hoc fecerint. Si autem huiuſmodi perſonæ filios habuerint, tam dotem, quàm antenuptialē donationem eorum filijs cōſeruari diſponimus. Si quis autem horum, aut maritus forſan, aut vxor, poſtquam propter caſtitatē ex conſenſu ſoluerit matrimoniū, inueniatur alias contrahens nuptias, aut luxurioſè viuens: iubemus ſi quidē (ſicuti dictum eſt) filij fuerint ex memorato cōiugio, ſuper dotē & propter nuptias donationē eis tradi† & proprietatē penē[i] ſubſtātiæ illius, quæ cōuincitur deliquiſſe perſonæ. Si verò filij minoris ſint ætatis: gubernari eos, & paſci ab illo parēte præcipimus, qui nihil præſenti legi contrariū egerit. Si autem

† Haloā. & ꝓprietatem penes ex ſubſtantia illius &c.

Culpa alterius non proficit ei, q cauſam præſtitit.

Denunciare quis cogitur.

a Exiſtat. Nota non proficit alterius culpa cum ego præſtitero cauſam: vt hic, & C. de aſſer. tol. l. j. §. ſi. & ff. de eo per quem fac. eſt. l. ſi. §. fina & . s. de teſ. §. & hoc multoties. col. vij.

b Si quolibet. no. hic quem teneri ad denunciandum: vt hic, & ff. loca. l. itē quæritur. §. exercitij.

c Vlciſci. i. agendo iniuriarum vt in publico crimine: vt ff. de iniur. l. j. §. itē aut. & inſtit. de iniur. §. patitur.

d Continentur. i. vt vxor habeat vſum, & proprietatē filij: vt. C. de diuor. l. conſenſu. §. ſi vero. filio. Accurſius.

e Comprobata. quod eſt generale in alijs accuſatoribus: vt. C. de accu. l. fina.

f Non abſtinuerit. Nota primo alicui nunciandum, vt de offenſa ſatiſfiat vel deſinat: vt hic, & . C. de ijs qui latro. l. ij. & . C. de pat. pote. l. iij. & ff. de ſer. vrb. prædi. l. quidam hyberus. & . C. de poſtu. lege prouidendum.

g Matrimonia ſoluebant. vt. C. de repud. l. ſi conſtāte.

h Caſtitatis. etiā ſi in monaſterium non intrēt: vt hic in nuit. de hoc tamen plenius dic vt dixi ſupra de mona. §. ſi vero vxorem. Acc.

i Pene. philoſophicum temperamentum. nam & ſine fere habet. Azo. ſed hodie aliter de his bonis diſponi videtur: vt infra vt nul. iudi. §. quia vero. col. ix. quæ eſt contra. & facit ad hoc. j. de ſan. epiſc. §. ſi vero cōſtat. & §. ſponſalibus. & j. e. §. prædictis. & . s. de nup. §. mitiores. colla. iiij. Item nota hic cū diu poſtea tradatur ſubſtantia,

ambo parẽtes in hmõivitiũ incidant: tũc vtriuſq; parentis ſubſtantiã filijs applicari: diſpenſatorem autem ijs, qui in minori ſunt ætate conſtituti, ordinari prouidentia, competentis iudicis, & aliorum, quibus hæc ex noſtris legibus ſunt commiſſa. Si aũt filij nõ ſint: vtriuſque perſonæ ſubſtantiam fiſci rationibus applicari, & eos, qui talia deliquerunt, legitimis ſubdi ſupplicijs. Aliter enim ſeparationẽ matrimoniorũ fieri ex conſenſu, nulla ratione permittimus. Quod autem † à nobis ſancitum [a] eſt de ijs, qui in expeditionibus ſunt & in militijs conſtituti, ſiue milites ſint, ſiue fœderati, ſiue ſcholares [b] ſiue alij quidam ſub alia quacunque militia armata conſtituti: melius ordinare perſpeximus: & iubemus, quãtoſcũque annos in expeditione manſerint, ſuſtinere [c] eorum vxores: licet nec literas, nec reſpõſum aliquod à ſuis maritis ſuſceperint. Si qua verò ex huiuſmodi mulieribus ſuum maritũ audierit eſſe mortuũ, neque tunc ad alias eam venire nuptias ſinimus, niſi prius acceſſerit mulier, aut per ſe, aut p̃ ſuos parentes, aut per aliam quancunque perſonã ad priores numeri chartularios, in quo huiuſmodi maritus militabat, & eos ſeu tribunum (ſi tamen adeſt) interrogauerit [d], ſi pro veritate mortuus eſt eius cõiunx: vt illi ſacris euãgelijs propoſitis, ſub geſtis monumẽtorũ deponant, ſi pro veritate vir mortuus eſt: & poſtquam hæc geſta monumentorum confecta mulier pro ſuo teſtimonio perceperit, etiã poſt hoc iubemus manere ea per vnius anni ſpatium [e], vt etiã poſt hunc decurſum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autẽ præter hanc obſeruationem mulier præſumpſerit ad aliud venire matrimonium & ipſa, & qui ducit eam vxorẽ, velut adulteri puniantur. Si autem qui ſub geſtis monumentorum cum iureiurãdo teſtati ſunt, conuincantur etiam falſum poſtea [f] depoſuiſſe teſtimonium [g]: ipſi quidem militia denudati, decem auri librarũ pœnã compellẽtur exoluere illi, quẽ mentiti ſunt mortuum eſſe: ipſe verò licẽtiam habeat ſi voluerit, ſuam vxorem recipere. Si verò ſcholaris fuerit ille, de cuius morte dubitatio eſt: à primis ſcholæ & actuario: ſi autẽ fœderatus [h]: ab optiõe eius memoratam depoſitionem accipere eius vxorem: his obſeruandis & circa alios omnes, qui in armata militia referunt.

Matrimonium etiam ex tribus alijs cauſis ſuperioribus additis diſtrahi poteſt: & exceptis hac conſtitutione numeratis: & ex nullis alijs matrimonia diſſoluuntur. Bart.

Prædictis itaque cauſis [i] proſpeximus etiam has nominatim adijcere, ex quibus matrimonia ſine pœna licet tranſigere: hoc eſt de ijs, qui non potuerunt ab initio nuptiarum miſceri ſuis vxoribus, & quæ per naturam viris conceſſa ſunt, agere: inſuper de ijs viris ac fœminis, qui conſiſtente matrimonio ſanctimonialem conuerſa,

Vim

† Cõcor. cum hoc §. capit. in præſentia. extra, de ſponſa. & matrimo. & c. ij. extra, de ſecun. nup.

tia, quod non ſtatim quando pater monaſteriũ intrat. tenetur bona dare filijs.

a Quando autẽ à nobis ſancitum. vt ſ. de nupt. §. nouimus. vbi de decẽnio dixit, ſed antea per Conſtantinum ſtatutum fuerat quadriennium: vt. C. de repu. l. vxor.

b Scholares Ordines ſunt de armata militia: vt ſequitur. j. eod. §. ſi vero ſcholaris. & ſ. vt neque miles neque fœde. & C. loc. l. ſi.

c Suſtinere. i. expectare, ſed certe per quinquennium tantum: vt ſupra de nup. § ſed & captiuitatis. quæ eſt contra. Solu. hic cũ eſt in expeditione ibi captus. vnde ibi per quinquenniũ expectatur, cõputandũ a tẽpore quo cœpit dubitari: vt ibi dicit, & eſt pro hac ſolutione. j. eod. §. prædictis. in ſi. Sed nũquid in quacũq; militia ſic obtinet ꝙ hic dicitur? Rñ. non puto niſi ſit cõtra Saracenos vel cum principe contra hoſtes. alias ſerua legem antiquã. C. de repu. l. vxor. Sed iure canonum generaliter ſeruatur hæc authen.

d interrogauerit. Nota interrogari mulierem debere, ſi habet quem ſcit. ſic ff. de bono. poſ. l. in bonorum. & quis or. in bo. poſ. ſeruetur. l. ij. §. ii.

e Spatium. poſt ſacramentum præſtitum, vt hic dicit. Sed videtur quod ſi iam tempora luctus cucurrerunt: ꝙ ſtatim die ſequẽti poteſt nubere: vt ff. de infa. l. genero. in ſin. quæ eſt contra. Sol. quidam dicunt illam corrigi. Vel ibi quando certum erat mortuum eſſe: hic quando dubium licet vnus iurauerit cui non per omnia creditur. ar. C. de teſti. l. iuriſiurandi. Item quia ſimpliciter iurat, eſt ar. quod teſtis tenet dicere cauſam ſui dicti: ſed cõtrarium verius eſt: vt ſ. de teſti. §. & licet. col. vij.

f Poſtea. i. poſtquam nupſit etiam poſt annum. & ſic valuit matrimoniũ: vt. ſ. ibi, & poſt hoc &c. quare ergo permittitur viro recuperare? Reſpon. quia matrimoniũ tractum fingit fuiſſe nullum, licet tenuerit vere, vt ſupra dixit: ibi, & poſt hoc &c. vel qa hic mulier a marito, ſcilicet ſecundo ſine pœna poteſt & etiam debet & tenetur diuertere: vt ita alienata per ſecundum matrimonium recipiatur a marito, ſcilicet primo. nam vxor duorum eſſe nõ poteſt: alioq; diuortij cauſam præſtitiſſe videbitur primo marito, ſi a ſecundo ſe non ſeparauit.

g Teſtimonium. No. ergo quod ſacramentum reuocatur prætextu periurij [i]: vt. j. vt lit. iur. §. ſi quis. in fin. & C. de rebus credit. l. fina. regulariter tamen contra: vt. C. de rebus credit. l. ij. & ff. de in lit. iuran. l. finali. & ff. de re iudi. l. poſtrem.

i Concor. c. in dolo. xxxij. q. ij.

h Si autem fœderatus hoc nomẽ habuit. ſ. vt neque miles.

i Prædictis itaque cauſis. quas dixi. ſ. eo. §. quia vero plurimas adiungit iſtas, quæ erant per ordinem, vt hic ſunt in tribus §§§. ſupra de nu. §. ſecundum occaſionem. & §. per occaſionem. & §. ſed & captiuitatis. & eas cõfirmat in hoc. §. Accur.

tionem & monaſterij habitationem elegerint, & de ijs perſonis, quę in captiuitate aliquãto tempore detinentur. in his enim tribus caſibus, quæ de eis prioribus noſtris legibus continentur, firma eſſe ſancimus. Memoratas igit̃ omnes cauſas, quæ in præſenti noſtra lege continentur, ſolas ſufficere iubemus ad tranſactionem legitimorum matrimoniorũ. Reliquas autem omnes vacare præcipimus: nullãq; aliam cauſam citra eas, quæ nominatim inſertæ ſunt huic legi, poſſe ſoluere legitimum matrimonium, ſiue noſtris, ſiue veteribus legibus cõtinentur.

Mulier & vir peccantes pœna legitima puniuntur, & iudices & officiales negligentes. Bartolus.

Quia verò quædã mulieres inhoneſtè volentes viuere, feſtinant propria matrimonia ſoluere: ſancimus, ſi quando mulier citra aliquam prædictarum à nobis cauſarũ voluerit matrimonium ſoluere, licentiam quidem eam non habere hoc agere, ſi verò permanſerit in huiuſmodi impia voluntate, & repudium marito tranſmiſerit: iubemus dotem quidem viro dari [a], communibus filijs ſecundum legem ſeruandam. Si autem filios nõ habuerit: lucrum fieri marito: mulierem verò periculo iudicis negotium audientis tradi epiſcopo ciuitatis, in qua cõmuniter domicilium habuerint: quatenus illius prouidẽtia in monaſterium ipſa mittatur, vt quoad vixerit, debeat ibi cõſiſtere: etſi quidem filios habuerit [b] huiuſmodi mulier: duas partes propriæ eius ſubſtãtiæ dare filijs: tertiam verò monaſterio, in quod mittitur applicare iure proprietatis. Si verò filios non habuerit, ſint autem ei parẽtes: duas partes quidem ipſius ſubſtãtiæ monaſterio præberi, vbi mittitur: tertiam verò partem illius parentibus dari: niſi tamen ſub poteſtate eam habentes, irrationabili repudio conſenſerunt. In hoc enim cõſentientes, nihil eos penitus ex ſubſtantia filiæ habere permittimus: ſed hæc omnia venerabili monaſterio volumus applicari. Porrò neq; filijs, neq; parentibus exiſtentibus ei, omnẽ ſimiliter eius ſubſtantiam cõpetere monaſterio. Si verò iudex, qui negotiũ examinat, hoc non fecerit, id eſt, tradiderit [c] † in hoc deprehẽſam ciuitatis epiſcopo: vt debeat in monaſteriũ mitti, ſi quidẽ in hac felicisſima ciuitate ſit iudex: ipſe quidem xxv. librarum auri pœnã exigatur: officium autem eius aliàs x. Si verò in prouincia ſit huiuſmodi iudex, & nõ egerit, quę à nobis in hac iuſſa ſunt x. librarũ auri perſoluat pœnam, & officium eius aliàs v. Si verò iudex fuerit non habens cingulum [d]: ipſe quidem pœnam x. librarũ auri exigatur, miniſtrãtes autem ei quinque: quatenus mulcta, quæ hinc accedit à memoratis perſonis, per comitem rerũ priuatarum, & palatinorum ſcholã exigatur, & noſtro aſsignetur ærario. Si aũt & vir † circa mulierẽ tranſigere ſtuduerit matrimoniũ, & irrationabiliter repudiũ deſtinare: iubemus reddere quidẽ eum, quã ſuſceperit dotem vnà cum ſponſalia largitate, & tãtum ex alia eius ſubſtantia præberi mulieri: quãtum tertiam partem ſpõſalitiæ faciat largitatis [e]. & ſi quidẽ ei filij ſunt, ſolũ vſum & antenuptialis donationis & à nobis additæ tertiæ partis mulierẽ habere: proprietatem verò filijs cõſeruare. filijs autẽ non exiſtẽtibus, habere mulierẽ ſuper † vſum in ipſis rebus etiã proprietatem, & prędictas [f] quidem diſpoſitiones diſſolutis rationabiliter, aut etiã irrationabiliter nuptijs ordinamus: & omnia de memoratis caſibus ſecundũ hanc noſtrã conſtitutionẽ iudicari & decidi decernimus. Si quis autem propriam vxorẽ flagellis, aut fuſtibus cæciderit ſine aliqua cauſarum, quas cõtra vxores ad matrimonij ſolutionem ſufficere iuſsimus [g]: matrimonij quidem ſolutionem ex hoc fieri nolumus [h]: virum autem, qui monſtratur ſine huiuſmodi cauſa flagellis, vel fuſtibus cęcidiſſe vxorem ſuam, tantum pro huiuſmodi iniuria ex alia ſua dare ſubſtantia vxori etiam conſtante matrimonio, quantum

[a] Viro dari. id eſt data ſeruari. vel proprie ſi eſt data. Accurſius.

[b] Habuerit. cum olim de adulterio accuſabatur a primo viro: vt. C. ad legem Iul. de adul. l. penul. & facit ad hoc. C. de repu. l. iubemus. & .j. vt fra. filij. §. fi. colla. ix. Accur.

[c] Tradiderit. repete non.

[d] Cingulum. id eſt, adminiſtrationem. & ille dicitur magiſtratus.

[e] Largitatis. Hæc pœna de tertia parte non fuit impoſita ſcilicet in perſona mulieris: ſed detrudatur in monaſterium. Hodie eadem vtrique imponitur pœna: vt. j. vt frat. filij. §. penultimo.

[f] Prædictas. refert ſe non ad omnia quæ hac conſtitutione dixi. nã aliquãdo de licito diuortio, aliquando de illicito dixit: & hic dicit totum ſeruari ſicut dixit.

Vxoris caſtigatio viro pmittitur.

[g] Sufficere iuſsimus. vt. ſ. eodẽ. §. quia vero plurimas. & §. prædictis. Et ſic in illis caſibus verberare permittitur, & facit. ſ. de nupt. §. adſcriptitio. Accur.

[h] Nolumus. filius tamen poteſt dimittere patrẽ cogendo eum, vt ſe emancipet: vt. ff. ſi a pat. quis fuerit ma. l. fin.

Ex ſcrip

† Alias, legitur, nõ tradiderit. Accur. repetendam particulã, nõ admonet in glo.

† Haloã. contra mulierem.

† Præter

tertia pars antenuptialis facit largitatis.

Adulterium præſumptum in rii præſumptione probatum punitur, ſicut & verum, vindicta ſua marito quandoque permiſſa: his obtinentibus in caſibus futuris & pendentibus nondum finitis. Barto.

His quoq; † etiam illud adijcimus, vt ſi quis forſan ſuſpicatur aliquē velle ſuæ vxoris illudere caſtitati, & conteſtationes ei ex ſcripto [a] tres deſtinauerit habentes teſtimonia trium virorū fide dignorum, & poſt has tres ex ſcripto conteſtationes inuenerit eum conuenientem † ſuæ vxori: ſi quidē in ſua domo, aut ipſius vxoris, aut adulteri, aut in popinis, aut in ſuburbanis: eſſe licentiam marito proprijs manibus talem perimere [b], nullum periculū ex hoc formidāti. Si verò in alio loco talem inuenerit cū ſua vxore loquentē: non minus tribus teſtibus fide dignis cōuocatis, per quos ꝓbare poſſit, quod eum cum ſua vxore comperit, iudici tradere [c] crimina examinanti. Illum verò ꝓ veritate cognoſcentem, poſt tres ex ſcripto conteſtationes cum tali muliere eum inuentum, talem quidem tanquā ex hoc ſolo adulterij crimini ſubiacentē, nulla alia ratione quæſita punire [d]: licentiam autem exequi crimen [e]. Quia verò ita cōperiuntur aliqui impij, vt etiam in venerandis domibus præſumant in talibus ſe miſcere ſceleribus, & ibi de peccatis tractare, vbi cōſueuerunt Deum timentes peccatorum veniā [f] poſtulare: iubemus, vt ſi quis talis inueniatur in locis venerabilibus alienæ vxori, de qua in ſuſpicione eſt, poſt tres (ſicut dictū eſt) conteſtationes loqui, licentiam eſſe eius marito, vtraſq; perſonas defenſori eccleſiæ, aut alijs clericis tradere: vt ad eorum periculū diuiſim iſti ſeruetur, donec iudex hoc cognoſcēs mittat ad epiſcopū ciuitatis, quatenus ei iſti tradātur, vt debeāt ſuſtinere tormentum ſecundum leges [g], quæ interdicunt adulteros à ſanctiſsimis eccleſijs vendicari [h]: nullam neq; in hoc aliam iudicē quærēte de adulterio ꝓbationem, niſi tres (ſicut iā ſuprà diximus) conteſtationes: his enim tribus conteſtationibus oſtenſis, omnibus modis illi ſicuti adulteri punientur. Non enim debent huiuſmodi perſonæ in venerabili loco munimen habere, quem ipſi per ſcelus propriū deſpexerunt [i]. nam ſi eos, qui alibi rapinas mulierum, aut adulteria cōmittunt, & ad orationum domos confugiunt, ab eis [k] vendicari noſtræ leges non ſinunt [l]: quomodo illis, qui in ipſa eccleſia tale ſcelus ſtuduerint perpetrare, permittimus aliquod auxilium ex eccleſiaſticis terminis inuenire? ſed omnibus modis iudicibus eos † tradi, & pœnam ſuſtinere, qua digni ſunt, qui ſanctiſsima loca violare præſumunt. Quis enim ibi delinquit, vbi ſalutem petat? Et generaliter diſponimus, vt ſi quis inuenerit ſuā vxorem, aut filiam, aut neptem, aut ſponſam in venerandis locis cum aliquo loquentem [m], & ſuſpicatus fuerit turpis gratiæ cauſa eos colloqui: tradat eos defenſori, aut alijs ſanctiſsimæ eius eccleſiæ clericis, vt ipſi ſuo periculo vtraſque perſonas diuiſim tandiu cuſtodiant, donec iudex eos accipiat, & ſecūdum leges cauſas decernat. Quæ igitur per præſentem & in perpetuum valituram legem noſtra definiuit tranquillitas, in omnibus prædictis caſibus valere volumus: niſi tamē nondū aut iudiciali decreto, aut amicabili [n] conuētione deciſa ſunt, quę ſuū robur habere.

a Ex ſcripto. ſic ſ. de tempore non ſol. pe. §. conteſtatione. Accur.

b Perimere. ſi talis ſit, qui per legē Iul. potuerit occidi: vt. C. de adul. l. Gracchus. de quibus dicitur. ff. de adult. l. marito.

c Tradere. ſ. eſſe licentiā marito dicimus. Accur.

d Punire. no. hic aliquē ex præſumptione dānari: vt hic, & .j. vt nul. iu. §. penult. & .C. de adult. l. ſi qui. Sed contra. ff. de pœ. l. abſentem. in prin. Sol. hic eſt ſpeciale in odiū ſpernentis denūciationem ar. ff. de ope. no. nū. l. prætor. §. j. Et no. quod vtraq; parte præſente dari debet ſententia, niſi actor crimine probato receſſerit ex cā: vt. C. de adul. l. quamuis indubitat. & dānatur reus ad mortē ad inſtar ſacrilegij: vt. C. de adulte. l. quāuis. in fi. fœmina vero cōuicta per ſententiā in monaſteriū mittit verberata prius: vt. j. vt nul. iud. §. adulteram. col. ix.

e Crimen. ſcilicet volumus eſſe iudici.

f Peccatorū veniam. no. in eccleſia potius quā alibi orandum: quæ gremium non claudit redeuntibus: vt C. de ſum. tri. l. fin. licet alibi orare liceat: vt ſ. vt in priua. do. § j. in prin.

g Leges ſ. ſ. Simplex eſt hæc relatio: vt ibi, mulier, quæ damnauit, ſaluauit. nam nō eædem leges puniunt quæ interdicunt.

h Vendicari. id eſt defendi: & conſecutiue dicas. nā ex quo quis puniēdus eſt, nemo eum defendere debet.

i Deſpexerunt. nō debet quis eius in quem deliquit, implorare auxiliū: vt. ff. de mino. l. auxilium. in fi. & . ff. ſi quis ali. teſt. pro. l. j. in prin. & . ff. de arbi. l. ſed ſi ſeruū. in fi. & . l. ſeq. & . ff. de leg. ij. l. cum pater. §. libertis. & C. de pactis. l. cum proponas. & de trāſac. l. ſiue apud acta. & . l. ſi qs maior. Accur.

k Ab eis. ſcilicet eccleſijs. Accur.

l Nō ſinūt. quominus extrahātur: vt. ſ. de man. prin. §. neq; autem. col. iij. Accur.

m Loquentem. præcedentibus denūciationibus: vt diximus in vxore: alias eſſet iniquū. Accurſius.

n Amicabili. hic not. de adulterio trāſigi poſſe amicabiliter. Sed contra C. de [illegible]

† Facit ad hunc. §. c. ſi quis contra. extra. de cohab. clerico. & mulie. vbi tractat hec materia ſuſpicionis. Præſumptione damnatur quis aliquādo.

† Colloquentes.

Eccleſia ꝓ prius orādi locus dicitur.

Tranſigi poteſt ſup adulterio.

† Ex hac litera colligi poteſt delinquentem in eccleſia ꝓ delicto ibidē commiſſo ex ea extrahi poſſe at pro extra cōmiſſo nō poſſe: cum eo ſalutis cauſa cōfugerit: vt ſ. j. C. de his q. ad eccleſ. confug.

C.de tranſact.l.tranſigere.Sol.quod hic dicitur, non referas ad adulterij cauſam:de qua tranſigi non licet: ſed ad cæteros ſuperiores caſus omnes,qui ſunt in iſta conſtitutione ſecundum Io.alij dicunt hoc ius nouũ. vel gratis fieri poteſt remiſsio accuſationis non propter pecuniã, ſicut in alijs capitulis, q̃ non irrogant pœnã ſanguinis:vt.ff. de iure fiſ.l.in fiſc.&.l. eius. Vel hoc trahitur ad præterita facta, vel fieri poteſt tranſactio ante lit. conteſt.vel cœptã, non poſtea.

na.eſſi.ſul.§.tribus. Accurſius.
d Seruari.ſ.volumus. Accurſius.
e Conſtituimus.tunc ſcilicet. Accur.
f Cognoſcitur.vt hic,&.ff.de gra.cogna.l.j.ĩ prin. & inſtit.eo.§.j. Accurſius.

DE HAERE dibus ab &c.

a Venientibus. Hic incipit collatio ix.conſtit.j.ſed quidam hunc in cõſtitutione ſuperiori principium huius col.

b Plurimas. Introducta nam vſque ad tempora huius legis inter deſcendẽtes erat differentia, vt emancipati iure ciuili non ſuccederent,licet iure prætorio ſic:vt inſti.de hæredi.quæ ab inteſta.§.emancipati. Item qui erant nepotes ex filiabus, ſuccedebant cũ diminutione:vt.C.de colla.l.illam,licet hoc etiam ante hãc ſit correctum: vt ſupra,de triẽ.& ſem.§.neque.col. iij. ex tranſuerſali autem cognati iure ciuili non admittuntur: ſed nec iure prætorio,niſi poſt agnatos:vt patet inſtit. de ſuc.cog.in prin. & de bo.poſ.§.cũ de teſtamẽtis.&.ff. ſi tab.teſt.nul.ex.l.j.in prin.omnes ergo prædictæ differentiæ & aliæ, ſi q̃ ſunt, hac conſtitutione tolluntur. Et no.quod hic appellat cognatos ex mare & fœmina merito:quia cõmune eſt nomẽ ad cognatos & agnatos:quia tamen quædam priuilegia dabat lex xij.ta.agnatis:vt certo nomine eos poſſet appellare: agnatos eos vocauit.ſunt tamen ipſi cognati: vt patet ex diffinitione agnati:vt.ff.de leg.tut l.ſunt autẽ. & inſti.de le.agn.tut.§.j.

c Vacantibus.ſ.quæ contra hanc legem facerẽt.nec enim alias corrigit quæ ſaluari poſſunt.vt.ſ.qui mo.

Cognatus large quid cõtineat.

ſancimus. Glorioſa igitur & eminentiſsima autoritas tua in hac quidem inclyta ciuitate edictis propoſitis ad notitiam perducat vniuerſorum:in prouincijs autem per præcepta ad clariſsimos prouinciarum iudices deſtinata hæc omnibus facere manifeſta feſtinet: vt nullus penitus ignoret,quæ pro vtilitate noſtrorum collatorũ à nobis diſpoſita ſunt:,ta tamen vt omnibus per propria præcepta pronũciet:quatenus ſine quolibet iniuſto diſpendio noſtris collatoribus præſentis legis fiat inſinuatio.

TITVLVS I.

DE HAEREDIBUS AB INTESTATO VENIENTIBUS[a], & AGNATORŨ IURE SUBLATO.

COLLATIO NONA.

Si moriens deſcendentes reliquerit, præferuntur parentibus & agnatis & cognatis ex latere, & filij filiorum ſuccedunt in ſtirpes, non in capita: ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis, agnationis & cognationis. Ange.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſſ. præfecto ſacrorũ prætoriorũ Oriẽtis.

Plurimas & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas non iuſtè differentia ab inteſtato ſuccesſionis inter cognatos ex maſculis & fœminis introducta[b] eſt: neceſſarium eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationũ ſucceſsiones, per præſentem legem clara compendioſaq; diuiſione diſponere. Itaque prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus[c], decætero ea ſola ſeruari[d], quæ nunc cõſtituimus[e]. Quia igitur omnis generis ab inteſtato ſucceſsio tribus cognoſcitur[f] gradibus, hoc eſt aſcendentium, & deſcendentium, & ex latere (quæ in agnatos cognatosq;[g] diuiditur) primã eſſe diſpoſuimus deſcendentiũ ſucceſsionẽ[h]. Si quis† igitur deſcendẽtium fuerit ei, qui inteſtatus moritur, cuiuslibet naturæ aut gradus, ſiue ex maſculorum genere, ſiue ex fœminarum deſcẽdens, & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſit: omnibus aſcendentibus & ex latere cognatis prę ponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit: tamen eius filij cuiuslibet ſexus, aut gradus ſunt, etiam ipſis parẽtibus[i] præponi prę cipimus, quorum[k] ſub poteſtate fuerit, qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus, quę ſecundum noſtras alias leges patribus non acquiruntur[l].

g Cognatosque. cognati ex pte matris, agnati ex parte patris: vt inſti.de le.ag.ſuc.in princi.

h Succeſsionem. in hoc lex xij.tab. mutatur:vt inſti.de hære.quæ ab inteſ. §.primo.

i Parentibus.nõ ſolum agnatis & cognatis ex latere: vt hic,&.C.de ſecũ.nu.l.ſi quis prioris.in prin.&.C.de bo.quæ li.l.qđ ſcitis.& inſtit.de gra.co.§.repetitis.ſed cum pater ſit in primo gradu,vt ſi.ſuus: quare non ſic cito admittiſ, vt filius? Reſpõ. propter cõmune votum naturæ, quod vult potius deſcendere quã aſcendere:vt.ff.de bon.dã.l.cũ ratio. &.ff.ſi ta.te. nullæ ex.l.j.& vnde lib.l. ſcripto hęrede.in ſi. &.ff.de inoff.teſt.l. nã & ſi parẽtibus. & Paulus ait, ſi filius, ergo hæres per Deũ. Itẽ in quo peculio dices lo qui in caſtrẽſi vel quaſi? videtur qđ non, cum filio inteſtato moriẽte patre iure peculij occupet omnia bona: vt.ff.de caſtrẽ.pecu.l.ij. Itẽ in aduẽtitio nõ. nã in eo etiã ſi expreſſe diſponeret, diſpoſitio nõ teneret: vt C.de bo.q̃ li.l.fi.§.filijs. multominus in profectitio quod pater, vt peculiũ ſerui occupat poſt filij mortẽ:vt inſti.q.nõ eſt p.fa.teſta.§.j.& ſic in nullo? Rñ.in caſtrẽſi & quaſi aduẽtitio loqſ.nec obſtãt iura p̃dicta: q̃a in eo, q; dicũt patrẽ occupare prædicto modo corriguntur per idquod hic dicit.in profectitio autem non:vt.ĩ.eo.§, & ſic nota, quod * hodie filiusfamil.habet hæredem ab inteſtato deſcendentem: ſed ſi non eſt deſcendens, habet aſcendentem hæredem: vt infra, proximo.§.

k Quorum.ſcilicet parentum.

l Acquiruntur.vt ſunt caſtrenſia & quaſi aduẽtitia ratione

† Cõc.c. Raynutius. iuncta gloſ.ſuper verbo, clare. extra, de teſt.

* Filius famil.hodie hęredẽ habet etiã ab inteſtato deſcẽdẽs

Nam in vſu [a] harum rerū, qui debet acquiri aut ſeruari, noſtras [b] de his omnibus leges parētibus cuſtodimus: ſic tamen †, vt ſi quem horum deſcendentium filios, relinquentem mori contigerit, illius filios, aut filias, aut aliosdeſcendentes, in proprij parentis locum ſuccedere, ſiue ſub poteſtate defuncti, ſiue ſuę poteſtatis inueniantur: tantam de hęreditate morientis accipientes partem, quanticunque ſint, quantam eorum parens, ſi viueret, habuiſſet: quā ſucceſsionem in ſtirpes vocauit antiquitas [c]. In hoc enim ordine gradū quæri nolumus, ſed cum filijs & filiabus ex p̄mortuo filio, aut filia nepotes vocari ſancimus: nulla introducenda differentia, ſiue maſculi, ſiue fœminę ſint: & ſeu ex maſculorū ſeu fœminarum prole deſcendant [d]: ſiue ſuæ poteſtatis [e], ſiue ſub poteſtate ſint conſtituti. Et hæc quidē de ſucceſsionibus deſcendentium diſpoſuimus. Conſequens autem eſſe perſpeximus & de aſcendentibus conſtituere, quomodo ad deſcendentiū ſucceſsionem vocentur.

Parentes ſuccedunt deſcendentibus liberis ipſorum deſcendentiū non extantibus, gradus prærogatiua ſeruata. Si verò parentes eundem gradum obtinent: æqualiter admittuntur: cum quibus fratres ex vtroque parente cōiuncti defuncto vocantur: nec patri vſusfructus patronis eius filijs cōtingentis acquiritur. Bar.

Si igitur † defunctus deſcendentes quidem non relinquat hæredes, pater autem, aut mater, aut alij parentes [f] eis ſuperſint: omnibus ex latere cognatis hos p̄poni ſancimus: exceptis ſolis fratribus ex vtroque parente coniunctis defuncto: ſicut p̄ ſubſequentia declarabitur [g]. Si autem plurimi aſcendētium viuunt: hos præponi iubemus, qui proximi [h] gradu reperiūtur, maſculos & fœminas, ſiue paterni, ſiue materni ſint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hęreditas diuidatur: vt medietatē quidam accipiāt omnes à patre aſcendentes, quāticunque fuerint: medietatem verò reliquā à matre aſcendentes, quantoſcunque [i] eos inueniri contigerit. Si verò cum aſcēdentibus inueniātur fratres, aut ſorores ex vtriſque parentibus [k] coniuncti defuncto: cum proximis [l] gradu aſcendētibus vocabuntur. Si autē pater aut mater fuerint: diuidenda inter eosquippe hæreditate ſecundū perſonarum numerum, vti & aſcendentium & fratrum ſinguli æqualē habeat portionem: nullum vſum [m] ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valēte patre ſibi penitus vendicare: quoniā pro hac vſus portione, hæreditatis ius & ſecundum proprietatem per præſentem dedimus legem: differentia nulla ſeruāda inter perſonas iſtas, ſiue fœminæ, ſiue maſculi fuerint, qui ad hæreditatem vocantur: & ſiue per maſculi, ſiue per fœminæ perſonam copulātur: & ſiue ſuæ poteſtatis, ſiue ſub poteſtate ſint eius, cui ſuccedunt fratres †. Reliquum eſt, vt

ratione proprietatis: vt. C. de bo. quę libe. l. cum oportet. in prin. & §. j. & ij. & inſtit. per quas perſo. no. acquir. §. igitur. vſusfructus autem aduentitiorum patri dum viuit ſeruatur: licet filius decedat, vt hic ſubijcit.

a In vſu. i. in vſufru nam nudus vſus minus eſſet: vt inſtit. de vſu & habi. §. minus.

b Noſtras. ſ. prædictas cū oportet: vt inſtitu. per quas perſo. no. acquir.

c Antiquitas. vt inſtit. de hære. quæ ab inteſt. §. cum filius. & de ſuis & le. l ij. & ſic in ſtirpes inter deſcendentes diuiditur hęreditas ſed inter tranſuerſales non. ſed in capita: vt inſtit. de legit. ag. ſuc. §. hoc etiam in fin. §. & hoc iure veteri. Hodie vero vſque ad fratres & filios eorum in ſtirpes diuiditur, vltra in capita, & ſeruatur ius antiquum: vt. j. eo. §. ſi autem defuncto.

d Deſcendāt. hoc non erat neceſſe dici: quia iā erat correctum per id quod eſt. ſ. de trien. & ſe. §. neque. col. iij. vt dixi. ſ. ea. in princi. Accurſius.

e Poteſtatis. hic adijcit ſen. ſola naturali cauſa inſpecta. Vnde quęritur, an ſucceſsio adoptiuorum ſit ſublata. Et dic quod non: quia verbum ſola, tollit differentiam ſexus & patriæ poteſtatis tm. ſic & C. de iuriſd. omniū iudi. l. ij. Item not. qđ hic corrigitur totus ille titulus. ff. de coniun. cū emā. li. quo cauebat, vt ſi habeo fili ſi emācipatū & ex eo nepotem in poteſtate: quāuis iure prætorio ſolus filius mihi ſuccedat inſpecto iure ciuili, ſcilicet legis xij. tabu. ſolus nepos: vt inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati. tamen vtrunque ſimul vocauit. prędictus: vt. ff. de coniun. cū emancipat. li. in titulo. et l. j. §. j. nam cum hodie nulla ſit differētia, vt hic dicit: ceſſat prædictus titu.

f Parentes. quos accipe in infinitum vt. ff. de in ius voc. l. quique. §. parentes. licet quidam vſque ad tritauū. ſuperiores vero maiores dicuntur, inſpecta cōſuetudine Romanorum: vt. ff. de gra. cog. l. iuriſconſultus. §. parentes. Accurſius.

g Declarabitur. vt. j. eo. §. ſi vero cū aſcendētibus. Acc.

h Proximi. ergo auum maternū excludit pater, cū mater non ſuperſit. ſed aliud in deſcendentibus, ſi habeo filiū & ex alio præmortuo nepotem: vt. ſ. eod. §. ſic tamen.

i Quantoſcunq;. vnde ſi paternus auus ex vna pte eſt, ex altera maternus auus & auia: tantū hic ſolus, quantum illi duo habet.

k Vtriuſque parentibus. id eſt, ex patre & matre.

l Proximis. proximum accipe quē nullus præcedit: vt ff de verbo. ſigni l. proximus. Sed qdam dicunt cum patre & matre tātum, vt hi proximi tantum vocētur, & ſic dicunt fratrē repellere auum: cū pater cū quo admittitur, repellat dictū auū: vt arg. ff. de diuer. & tēp. præſcri. l. de acceſsionibus. vt hic, & C. de legi. hære. l. in ſucceſsione. ſed ſecūdum primū dic illam. l. de ſucceſſione eſſe correctā per iſtam.

m Vſum. i. vſumfructū. Et ſic no. q licet generaliter in aduenti

† Ex hoc text. ſumpta eſt auth. quæ eſt ſuper. l. ſi autem. C. de legi. hære. & incipit, poſt fratres.

† Cōcordā hoc text glo. j. in c. ſi. extra de ſigno.

Proximus quis dicatur.

† In vetuſtis ſcriptis nō habetur vox fratres.

Vſumfructū habet pater in aduentitijs filij.

tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in agnatos & cognatos diuiditur: vt etiam hac parte diſpoſita, vndique perfecta lex inueniatur.

Non exiſtentibus deſcendentibus, vel aſcendẽtibus vocantur fratres vtrinq; cõiuncti: quibus non extantibus vocantur coniuncti ex vno latere tantùm: & exiſtentibus vtriſq; vocãtur ex vtraque latere coniuncti ipſi & eorum filij, excluſis cõiunctis ex vno latere tantũ. Item filij fratrum vnà cũ alijs vocantur: alij autem excluduntur. Angel.

Si igitur † defunctus neq; deſcendentes, neq; aſcendentes reliquerit, primùm ad hęreditatem vocamus fratres & ſorores ex eodem patre & ex eadem matre natos [a]: quos etiam cũ patribus ad hæreditatem vocauimus [b]. His autem non exiſtentibus, in ſecundo ordine illos fratres ad hæreditatẽ vocamus, qui ex vno parẽte coniũcti ſunt defuncto, ſiue per patrẽ ſolùm, ſiue per matrẽ. Si autem defuncto fratres fuerint [c]. & alterius fratris, aut ſororis prę mortuorũ filij: vocabũtur ad hæreditatẽ iſti, cùm de patre & matre theiois [d] maſculis & fœminis, & quanticunq; fuerint, tantã ex hæreditate percipiẽt portionem: quantam eorum parẽs futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet. Vnde cõſequens eſt, vt ſi fortè prę mortuus frater cuius filij viuũt, per vtrãq; partẽ nũc defunctæ perſonæ iungebatur, ſuperſtites aũt fratres per patrẽ ſolùm forſan, aut matrem ei iungebãtur: præponãtur iſtius filij proprijs theiois, licet in tertio ſint gradu, ſiue à patre, ſiue à matre ſint theioi: & ſiue maſculi, ſiue fœminę ſint, ſicut eorum parens præponeretur, ſi viueret. Ex diuerſo ſiquidem frater ſuperſtes ex vtroq; parente coniungitur defuncto, præmortuus aũt per vnũ parentẽ iungebatur: huiuſmodi filios ab hęreditate excludimus: ſicut ipſe ſi viueret, ab hæreditate excludebatur. Huiuſmodi verò priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis præbemus fratrum maſculorum & fœminarum filijs, aut filiabus, vt in ſuorum parentum [e] iure ſuccedant. Nulli [f] alio omnino perſonæ ex hoc ordine venienti, hoc ius largimur. Sed & ipſis † fratrum filijs tũc hoc beneficiũ conferimus, quãdo cum proprijs vocantur theiois maſculis & fœminis, ſiue paterni, ſiue materni ſint.

Licet fratres ex vtroq; latere coniuncti vnà cũ aſcendentibus vocentur: tamen filij fratrũ non ſuccedunt. Ange.

Si autem cum fratribus defuncti etiam aſcendentes (ſicut iã diximus [g]) ad hæreditatẽ vocantur: nullo modo [h] ad ſucceſſionẽ ab inteſtato fratris aut ſororis filios vocari permittimus, neq; ſi ex vtroq; parente eorũ pater, aut mater defuncto iungebatur. quandoquidẽ [i] fratris & ſororis filijs tale priuilegiũ dedimus, vt in propriorum parentũ ſuccedentes locũ, ſoli in tertio conſtituti gradu, cũ ijs, qui in ſecũdo gradu ſunt, ad hæreditatem vocentur.

Illud palàm eſt, quia theiois defunctis maſculis & fœminis, ſiue à patre, ſiue à matre, præponuntur, ſi etiam [k] illi tertiũ cognationis ſimiliter obtineãt gradum.

Si non ſunt fratres, nec filij fratrũ: vocantur cæteri agnati & cognati ſecundũ gradus prærogatiuã in capita: ſublata differẽtia agnationis et cognationis. An.

Si verò neq; fratres, neq; filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit: oẽs deinceps à latere cognatos [l] ad hęreditatẽ

adoptiuis patri quæratur vſuſfructus: vt. C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. tamen hic fallit: & alias vt dixi. ſ. vt liceat matri & auiæ. in fi. j. reſpon.

a Natos. potiores ſunt ergo q duplici iure vtumur, quam qui vno: vt ſ. de conſan. & vteri fratribus. §. j. & §. fi. colla. v.

b Vocauimus. vt ſ. proxi. §.

c Fratres fuerit. No. ſi fuerint fratres. per hoc notatur, q filij fratris defuncti vocantur in ſtirpes, quando cum patris ſuccedunt ſuo patruo. ſi vero nullus frater ſupereſt defuncto, ſed filij fratrum: hi forte in capita vocabuntur. Azo. * Sed cõtra dico: vt arg. j. eo. §. ſi vero. in princ. nã innuit idẽ eſſe ſi ſoli ſunt fratrum filij in eo, quod dicitur, ſi vero neq; &c.

d Theiois. i. patruis vel auũculis. ſed videtur fratres ſolos vocari vt in inſt. de leg. agn. ſuc. §. hoc etiam. in fi. qui eſt cõtra. Solu. hęc illam corrigit.

e Parentũ. & ita in ſtirpes. Sed contra inſti. de leg. ag. ſuc. §. hoc etiã. in fi. vbi dicit in capita. Solu. hęc corrigit illam &c.

f Nulli. ſic ergo priuilegiũ ad aliũ non tranſit: vt. ff. quod cum eo. l. ſed ſi. §. ſoli. & ff. quarum rerum ac. non datur. l. j. §. penul. & ff. de re iudica. l. & ſi fideiuſſor. & ff. pro ſocio. l. verum. in fi. j. reſpon.

g Sicut iam diximus. vt. ſ. e. §. ſi vero cum aſcẽdentibus.

h Nullo modo. Sed hodie vocãtur etiam cũ theiois et auis: vt in authen. vt fra. fil. j. rñ. quæ eſt contra. Sol. hic corrigitur.

i Quandoquidem. i. quia. ratio enim erat, q̃a vocatur frater cũ aſcendentibus: quod eſt cõtra ius cõmune huius conſtitutionis, quæ tres tantũ facit ordines ſuccedendi: vnde ad cõſequentiã nõ producunt. & hoc hic dicitur. ff. de legi. & ſenatuſcon. l. q vero cõtra rõnem.

k Si etiã. i. quãuis. ſed quare, cum in eodem ſunt gradu? Rñ. iſti vocantur cum fratribus defuncti, q pro certo repellũt patres, patruos, & auunculas, & amitas, & materteras. ergo et iſti nepotes debẽt repellere.

l Cognatos. ſed vſq; ad quem gradum? nunquid ſeptimum vt olim? Rñd. quia ſic eſſet differentia inter agnatos, qui vſq; ad x. vocantur, & cognatos: ſed trahe omnes ad x. cum debeas ſucceſsiones dilatare: vt inſti. de ſucceſ. co. §. fi. & de bo. poſſ. §. adhuc autem.

Cogna

Iura duo fortiora ſuat vno.

† Ex hoc §. tracta eſt authẽ. ceſſãte quę eſt. C. de l. hære.

* Adde q idem tenet Azo. ipſe in authen. ceſſante. C. de leg. hæred. qđ non omnino diſplicet. Gloſſ. in. §. hoc etiã. in inſti. de leg. ag. ſuc. Cõtra vero ſentiunt Dy. Cy. Ia. ab Are. in d. auth. ceſſante quos hic ſequiť Bart. quẽ video. & Salice. in d. authen.

† Pugnãt hoc loco vulgata cũ gręcis. ſ. c. §. ſi igitur cum. & §. ſi cũ aſcẽdentibus. ſed cui potius habẽda fides, p nunciare nõ auſim. certe græca videtur æquitatis ratione niti.

vocamus ſecundum vniuſcuiuſq; gradus prærogatiuã, vt vicinores gradu, ipſi reliquis præponãtur. Si autẽ plurimi eiuſdem gradus inueniãtur, ſecundũ perſonarum numerũ inter eos hęreditas diuidatur: quod in capita noſtræ leges appellãt.

Nullã vero volumus eſſe differẽtiam, in quacunq; ſucceſsione, aut hæreditate inter eos, qui ad hæreditatem vocãtur, maſculos ac fœminas, quos ad hæreditatem cõmuniter definiuimus vocari: ſiue per maſculi ſiue per fœminæ perſonã defuncto iungebãtur: ſed in omnibus ſucceſsionibus agnatorum cognatorũq; differentiam vacare præcipimus, ſiue per fœmineã perſonam, ſiue per emancipationem, ſiue per aliũ quenlibet modum prioribus legibus tractabatur: & omnes ſine qualibet huiuſmodi differẽtia ſecundum proprium cognationis [a] gradum ad cognatorũ ſucceſsionem ab inteſtato venire præcipimus.

Tutela legitima defertur ſecundum gradum & ordinem, quò ad hæreditatem vocantur, ſi idonei ſunt: agnationis & cognationis differẽtia ſublata, regulariter mulieribus expulſis, exceptis matre & auia: quæ omnibus ex latere renunciãtibus præferuntur, ſolis teſtamẽtarijs eas præcedentibus, pluribus autem in eodem gradu exiſtentibus, magis idoneus eligẽdus eſt, tutelæ periculo omnibus imminente: legibus, quæ de hæreticorum ſucceſsione loquuntur: firmis manentibus. Bar.

Ex his † autẽ, quæ de hæreditate diximus & diſpoſuimus: & quæ de tutela ſunt, manifeſta cõſiſtunt. Sancimus enim, vnumquenq; ſecundum gradum et ordinem quo ad hæreditatẽ vocatur, aut ſolum, aut cum alijs etiam functionem tutelę ſuſcipere: nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum [b] ſeu cognatorum iure: ſed omnibus ſimiliter ad tutelam vocandis, quique ex maſculorum, quiq; ex fœminarũ prole deſcendunt minori coniuncti. Hoc autem dicimus, ſi maſculi, & perfectæ ætatis ſint, & nulla lege prohibeantur tutelam ſuſcipere: neq; excuſatione competente ſibimet vtãtur. Mulieribus enim etiam nos interdicimus tutelæ ſubire officium, niſi mater † aut auia [c] fuerit. His enim ſolis ſecundum hæreditatis ordinem [d] & tutelã ſubire permittimus, ſi inter geſta [e] & nuptijs alijs, & auxilio Velleiani ſenatuſconſulti renunciant [f]. Hæc enim ſeruantes [g] omnibus à latere cognatis, quò ad tutelam præponuntur, teſtamentarijs ſolis tutoribus præcedentibus eas. defuncti nanq; voluntatem & electionem præponi volumus. Si autẽ [h] plurimi eundem cognationis gradum habentes, ad tutelã vocantur: iubemus communiter conuenientibus apud iudicẽ, cui huius partis ſolicitudo eſt, vnum aut plures, quanti ad gubernationem ſubſtantię ſufficiant, ex ipſis eligi [i], & denũciari: & cum vel eos minoris res gubernare, tutelæ periculo omnibus imminente, qui ad tutelam vocãtur, & ſubſtantijs eorum [k] minori ætate tacitè ſubiacẽtibus pro huiuſmodi gubernatione. Hæc autem † omnia, quæ de ſucceſsionibus ſancimus, obtinere in illis volumus, qui catholicæ fieri ſunt. in hæreticis autem iam à nobis poſitas leges firmas pręcipimus eſſe, nullam nouitatem aut immutationẽ ex præſenti introducentes lege. Quæ igitur per hanc conſtitutionem in perpetuum obſeruandam ſanciuit noſtra tranquilitas, in illis volumus obtinere caſibus, qui à principijs Iulij menſis præſentis ſextę indictionis ſeu venerunt, ſeu poſthac emergent? Præcedentes nanque caſus, qui vſq;

[a] Cognationis. quæro ergo an dominus cognato ſerui ſui ſuccedat, cũ nihil niſi natura ſpectetur? Rñ. non: quia neq; per prætorem vocabatur, qui ſolam naturalem cauſam intuebat: vt. ff. de grad. l. ij. & inſtit. de ſer. cog. in princ. & in fine. & repetas hic quę dixi diligẽter. ſ. de conſangui. & vteri. fra. in illa gl. hic diſtingue &c. col. vj. Accur.

[b] Agnatorum. olim autem agnatis tantũ dabatur: vt. C. de legi. tut. l. j. quæ eſt cõtra: ſed hic corrigit.

[c] Aut auia. de matre etiã iure veteri dicitur: vt. C. quãdo mu. offic. tut. l. ij. ſed de auia hic addit.

[d] Ordinem. primo ergo mater, & poſtea auia admittitur. Sed an idem erit in cura, q; hic in tutela dicit? rñ. ſic: cũ ſit eadem ratio: vt ar. C. de cura. fur. l. cum repudiante. Itẽ nũquid hæc mater eſt legitima tutrix vel datiua? videtur legitima: vt. C. ad Tertyl. l. omnem. ſed a iudice dat: vt hic, cum legitimos nemo det: ſed lex xij. tabu. eos vocat: vt ff. de legit. tut. l. legitimos. Sed dic dici legitimã: id eſt: ſecundum legem a iudice datam.

[e] Geſta. ſcilicet coram iudice.

[f] Renunciant. & omni alij auxilio: vt. ſ. vt ſine prohi. ma. §. qa vero multã. col. vij. quæ renunciatio quo ad matrimonium nõ præiudicat. vt pdicto. §. Sed quo ad Velleianum ſic: vt ff. ad Velleia. l. pe. Sed cũ fiat iudici, quomodo agenti proderit? Rñ. ſi actio quærat ex ſtipulatione iudicis, multo magis replicatio: vt ſi opponatur de Velleiano, & replicet aduerſarius de renũciatione: vt. ff. rẽ pu. ſal. fo. l. nõ quaſi. Item cõtra. C. de procu. l. alienam. Sol. hic ſpeciale. Accur.

[g] Seruantes. id eſt, his renunciantes mulieres.

[h] Si autem. nũc redit ad materiam ſuperiorem. Acc.

[i] Eligi. hæc electio propter cõmodiorem adminiſtrationem fit vt communis hic, &. ff. de adminiſt. tuto. l. ij. Accurſius.

[k] Eorum. tacite obligatis. C. de admini. tut. l. pro officio. Accur.

Veteres

† Ex hoc §. ſumpta eſt authẽ. quæ eſt ſuper. l. ij. C. qñ. mu. tu. offic. fun. pòt. & incipit, matri & auiæ. & cõcor. gl. vnicã ante [illegible]ca. ex parte M. extra, de appel.

† Cõcor. gl. in c. dilecti. circa fin. extra, de arbi. & quæ hic dicuntur, recitãtur in c. ex parte M. in glo. vnica ante me. ibi, hodie tamen per authẽ. de appel.

† Facit ad hunc. §. c. excõmunicamus. circa med. ca. extra, de hæreti. vbi excludunt a ſucceſsione et puniuntur. hęretici alijs pœnis in d. capi. contentis.

a Veteres leges. vt ſupra, vt cum de appella. cog. §. ſi quis de prædictis. &. §. generaliter.

d Fiat. hoc pactum ſcilicet quatenus &c. Accurſius.

e Conſcribat. ſcilicet vir.

f Teſtari. quod eſt in quatuordecim annis: vt ff. de teſt. l. qua ætate. &. C. de teſta. l. ſi frater.

g Lege. Aelia Sentia: vt inſti. qui ma. non poſ. §. eadem lege. & iure medio: quod ibidem dicitur. Et nota quod hic loquitur in vltima voluntate: & ſi liber inſtitutionum ſimiliter. vnde patet legem Aeliam Sentiam non eſſe correctam etiam inter viuos facta manumiſſione a minore.

VT SPONSALITIA LARGITAS ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis.

1 Sponſalitiam largitatem. Sponſalitia largitas dicitur hic improprie. i. donatio propter nuptias. proprie enim diceretur quod donaret ſponſus ſponſæ: ſed hæc fit ad recompenſationem dotis: vt hic ſubijcit, et. ſ. de æqua. do. §. j. cum ergo hic ſit, dicitur ſpecialis contractus: vt hic, et. ſ. de nat. lib. in curia depu. in princip. ij. col. ibi, excipimus autem &c. hoc eſt per ſe contractus. Item & quod in ſe habet ſpeciale aliquid. nam cum aliæ donationes exigant inſinuationem, ſi fiant vltra quingentos ſolidos: vt inſtitu. de do. §. aliæ. & hæc eadem exigebat: vt C. de do. an. nup. l. ſi. §. ſimilique modo. niſi eſſet minor aut fœmina: vt. C. de do. an. nup. l. minoribus. tamen hæc hodie non exigit. & ſic alijs non connumeratur. i. aſsimilatur in hoc. Item nec in hoc: quia alia eſt ſimplex: hæc ob cauſam: vt. ff. de dona. l. j. Ac.

Donatio quingentos aureos excedens debet inſinuari.

c Apud virum. Quid eſt hoc dicere apud virum? Rn. quod reuocare non poteſt. Item ſi factum eſt hincinde factum in caſu alicuius eorum præmorientis: lucrabitur qui habet ſecundum pactum: quod ſue fuerit inſinuatum ſiue non, per hanc authen. ſed in hoc hodie corrigitur. nam ſi vir non inſinuet, et pacta dotalia cedant parti viri: nullam habet exactionem pro eo quod exceſſerit & inſinuatum non fuit: vt. j. vt fra. fil. ſucceſ. §. illud quoque.

ad memoratum tempus pertranſierunt, ſecundum veteres leges[a] incidi præcipimus. Tua igitur gloria per præſentem legem à nobis diſpoſita, ad omnium cognitionem venire procuret. in hac enim regia ciuitate edictis conſuete propoſitis: in prouincijs autem præceptis dirigendis ad clariſsimos præſides earum: vt nulli noſtri imperij ſubiectorum ſit ignota noſtræ circa eos manſuetudinis prouidentia: ita tamen, vt ſine omni diſpendio ciuium, aut prouincialium, in omni loco præſentis legis fiat inſinuatio.

TITVLVS II.

VT SPONSALITIA LARGITAS ſpecialis ſit contractus, et de diuerſis capitulis.

Sponſalitia largitas, quæ eſt ſpecialis contractus, ex omni parte valet, cuiuſcunque ſit quantitatis, etiam ſine inſinuatione. Bartolus.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſi. præt. præfe.

SPonſalitiam largitatem[b] contractum ſpecialem eſſe, & iudicari, & non alijs donationibus eam connumerari, per præſentem ſancimus legem: quoniam pro ea æqualitas dotis offertur. Siue igitur fiat ſub geſtis monumentorum eius inſinuatio, ſiue etiam non: iubemus, eam per omnia ſuum robur habere, tam apud mulierem, quàm apud virum[c], ſiue ab ipſo viro, ſiue ab alte ro aliquo mulieri detur ſeu conſcribatur, vel in viri perſonam donatio fiat[d], quatenus ipſas res in nuptialem donationem conſcribat[e]. & hoc valere præcipimus cuiuſcunque ſit donatio quantitatis: vel non (ſicuti dictum eſt) inſinuetur †.

Minores ex quo poſſunt teſtari, poſſunt libertates relinquere, antiqua lege ceſſante. Barto.

Et hoc quoque præſenti conſtitutione ſancimus, vt licentia ſit minoribus in ipſo tempore, in quo licet eis teſtari[f] de alia ſubſtantia, etiam ſuos ſeruos in vltimis voluntatibus manumittere, nullo eis impedimento ætatis faciendo: ſed vacante lege[g], quæ hoc primitus prohibebat.

Si vnum inſtrumentorum faciat mentionem alterius inſtrumenti: in eo quod de alio inſtrumento mentionem facit, & non editur, non probat niſi originale producatur: vel per alias probationes comprobetur. Bar.

Et hoc † inſuper iubemus, vt ſi quis in aliquo documento[h] alterius faciat mentionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, niſi aliud documentum[i], cuius memoria[k] in ſecundo facta eſt, proferatur: aut alia[l] ſecundum leges probatio exhibeatur[m]: quia & quantitas[n], cuius memoria facta eſt, pro veritate debetur. hoc enim etiam in veteribus legibus[o] inuenitur.

Appellationis tempus ipſo iure non currit, ſi per iudicem ſtetit, quominus cauſam examinet, & ſententiam proferat. Bartolus.

h Documento. priuato. ſecus forte ſi publicum alterius publici faciat mentionem ſecundum Al. quia tunc creditur exemplo. arg. j. vt fra. fil. §. illud. &. ff. de admi. tu. l. chirographis. Sed tu dic ſecundum Ioan. etiam ſi publicum ſit exemplificatum. nam ad hoc creditur exemplificatio: quia ſi continetur in alio, & poteſt eſſe quod in originali erant aliæ literæ vel cancellationes, quæ non continentur in exemplo. vnde non probatur plene per exemplum: vt hic, &. C. de edend. l. procurator. &. ff. fam. her. erciſc. un. l. ſi quæ. &. l. Pomponius Philadelphus. & de fide inſtru. l. ij. niſi originale ſit officio iudicis ordinarij publicatum. & ſic intelligitur. j. vt fra. fil. §. illud. &. ff. de admini. tu. l. chirographis. Ac.

i Aliud documentum. ſ. originale. Ac.

k Memoria. id eſt mentio.

l Alia. puta per teſtes.

m Exhibeatur. hoc quod &c.

n Quia & quantitas. ſcilicet hæc.

o Legibus. vt. ff. [illegible] l. ſi quæ cautiones. &. ff. de fide inſtru. l. ij. &. C. de eden. l. procurator. &. ff. quemadmo. teſta. aper. l. ſi. Ac.

† Multa hoc loco deſunt, quæ ex Haloandri verſione ſupplenda ſunt.

† Facit ad hunc. §. ca. j. extra de fid. inſtru. & ex hoc §. extracta eſt authen. C. de eden. ſuper. l. procurator. et incipit, ſi quis in aliquo.

v Inde

Hoc quoq; ſancimus, vt ſi quando appellatione ſecuta, in nouiſsima induciarū[a] die[b], aut pars vtraq;, aut ſolus, qui appellatione vſus eſt, occurrerit, & ſuā præſentiam manifeſtauerit iudici futuro appellatiōis examinare[c] iudiciū, aut cōſilia rijs eius, aut qui lites intromittūt, et iudex eum in definitis diebus ſuſcipere differat: nullū præiudicium[d] partibus †, aut vni earū ex hoc penitus fieri: ſed & poſt hoc examinari[e] appellatiões huiuſmodi, & ſententia legitima terminari.

A ſententia præfecti prætorio appellari non licet: ſed ſupplicari intra decem dierum numerum. qua ſententia executioni mandari debet fideiuſsione præſtita: ſupplicatione porrecta: aliter non, retractationis iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit. Bartolus.

Aliud † ad hoc capitulū noſtra indigens[f] prouidentia proſpeximus emendare. quia enim noſtræ[g] leges decernunt, ſi quādo glorioſiſsimi præfecti ſacrorū prætoriorū ſententiam protulerint, nullā appellationē aduerſus eā offerri: ſancimus, quoties ſentētia glorioſiſsimorū præfectorum cuiuſcunq; regionis proferatur, & vnus forſan litigantiū putauerit ſe grauari: habere eū licentiam petitionem[h] offerri glorioſiſsimis præfectis, qui ſententiam protulerunt, aut eorū conſiliarijs, aut cauſas introducētibus[i], intra decē dierum inducias poſt[k] prolatam ſententiam: vt hoc ſubſecuto, non aliter executioni ſententia cōtradatur, niſi prius fideiuſsiones dignas præbuerit victrix pars tantæ q̃titatis: q̃ta fuit cōdēnatio: vt ſi poſt hāc retractationē modo legitimo procedēte ſententia reſoluat̄: res ei cū augmētis legitimis reſtituatur. Si verò intra memoratas decē dierū inducias poſt prolatā ſententiam nō obtulerit libellū is, qui putat ſe læſum: iubemus, cauſæ executionem ſine fideiuſſore procedere: retractationis iure ſeruando[l] illi, qui ſe grauatum putauerit.

Si minor reſtitutionem petit, vt ſe ab hæreditate abſtineat: creditores in præſentia cōſtituti vocandi ſunt: omnibus autē vel quibuſdam in abſentia conſtitutis, & legitimè expectatis, reſtitutio nihilominus indulgenda eſt, curatore bonis dato, & bonorum inuentario facto. Barto.

Ad hæc quoque ſancimus, vt ſi cōtigerit minores velle ſe abſtinere ab hæreditate in ſe deuoluta, & à ſe ſuſcepta[m]: ſi quidē omnes creditores præſentes fuerint in illis locis, in q̄bus in integrū reſtitutio poſtulat̄, vocētur à iudice creditores[n], & præſentibus oībus † ab huiuſmodi hæreditate ſe minores abſtineāt. Si verò omnes, aut aliq̄[o] creditorum abſentes fuerint: iubemus minores volētes hoc agere, locorum iudicē, in q̄bus ipſi degunt, adire: illum verò per conſuetas citationes vocare creditores. & ſi intra ſpatiū triū[p] mēſiū nuſquā[q] appareant creditores: licere minoribus

---

a Induciarum. i. ſine biennij.

b Die. ſ. anno ſecundo in fi. & hoc innuit verbum illud inferius. ſ. in definitis diebus.

c Examinare. ſcilicet velle.

d Præiudicium. ſiue ergo ſtet per Imperatorē qui iudex ſit appellationis: vt. ſ. de ap. §. j. ſiue per alium iudicem: vt hic: nō currit tempus quantū ad effectū: quia datur reſtitutio: vt. ff. quibus ex cau. ma. l. ſed & ſi per. § ait prætor. & hoc in cauſa appellatiōis. In cauſa vero principali triennio tantum durat, quicquid cōtingat: vt. C. de iud. l. properandū. Sed quid ſi ſteterit per aliū? Rn̄ nihilominus currit tēpus, ſed agitur cōtra eum de dolo: vt ff. de do. l. arbitrio. § dol. ſed ſi ille nō eſſet ſoluendo, reſtitueretur ad li. vt ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. Ac.

e Examinari. imo videtur q̄ nō: vt. ſ. de ijs qui ingre. ad app. quæ eſt cōtra. Sol. ibi per partes ſtetit, hic per iudicem. arg. ff. qui. ex cau. ma. l. j. § pe. & l. ſed et ſi. § ait prætor. & ff. de dā. infec. l. ſi finita. § eleganter. & ff. ne vis fi. ei qui. l. fi. § fi.

f Indigens. ſcilicet capitulum.

g Noſtræ. vt. ff. de offi. præ. præto. l. j. § j. & C. de ſen. præfe. præto. l. j.

h Petitionem. id eſt, libellū. ſed ſupplicatio tantū principi ſit facienda: & ſic correctæ ſunt leges quæ dicūt ſupplicari præfecto: vt C. de pet. Ipe. offe. l. ſi quis. & de ſent. præ. præto. l. j. Sed dico q̄ inter hanc petitionē & illam ſupplicationē nulla ſit drīa: nec ſit neceſſarius libellus.

i Introducentibus. qui referendarij dicuntur: vt. j. vt litig. iur. § fi. & ſ. de referen. ſed an ipſi cognoſcunt de appellat? Reſp. abſit: cum ſint minores: vt. ſ. de ap. § fi. ſed princeps tantū vel cui ipſe cōmiſerit: vt ff. de mi. l. minores in princi. & § pe. Ac.

k Inducias poſt. mādatur ergo ſententia executiōi interim. ſed cōtra in appellatiōe ſeruat̄: vt. ff. nil inno. app. penden. & in tit. & in tex. nil in cauſa: vt. j. de ſan. epiſc. § œconomus. eſt & alia differētia quare pōt bis appellari: ſed ſupplicari ſemel tantū. vt. C. de preci. impe. offe. l. ſi quis aduerſus.

l Seruando. intra bienniū: vt. C. de ſen. tē. præfe. præto. l. j. quæ eſt contra. ſed ibi biennium poſt ſententiam datur, & poſt publicationē: hic autem dantur decē dies ante ſupplicationem. Acc.

m A ſe ſuſcepta. q̄ faciunt quandoque: vt. C. ſi minor ſe ma. di. per totū: vt quia ſit litibus et ſumptibus impedita: vt. ff. de mino. l. minor xxv. ann. Accurſius.

n Creditores. idē in legatarijs: quia eos hæc res tangit: argu. ſ. de hære. & Falcidia. § hinc nobis. & C. de autho rita. præſtan. l. fin. alias non valet reſtitutio: vt. ff. de mino. l. etiam. § fi.

o Aliqui. nō ergo præiudicat q̄ præſentes plures, abſentibus paucioribus. Argu. contra. ff. de pact. l. maiorem. & l. reſcriptum. & de curato. bonorum dan. lege ſecunda. Sed & hoc dici poteſt vt abſentibus per præſentes præiudicetur, dummodo vocentur abſentes. Acc.

p Trium. Quare trium? Rn̄deo, nec video & alias: vt. ſ. de litigatoribus. § omnem. & ſ. vt cum de appel. cogno. § ſed hoc præſenti.

q Nuſquam. i. auditorium loci.

---

† Cōcor. in ca. ſi autē. ſuncta gloſſ. penulti. extra, de reſcriptis.

† ex hoc. § eſt extra cta auth q̄ eſt ſuper. l. ſi quis. C. de precib. impe. of et incipit, q̄ ſupplicatio. & cōcor. ca. ad audientiā. in gloſ. ſuper verb. in irritum. ibi, ni fuerit appellatum. extra de reſcriptis.

Appellari pōt bis.

† Cōcor. c. j. cū glo. ſuper verbo, conſtiterit extra. de teſti.

Abſentibus an per præſentes preiudicetur.

ſine periculo ab huiuſmo di hęreditate abſcedere, iudice prouidente, apud quem igitur in integrũ reſtitutio, vbi debeãt hęreditarię res mobiles[a]: et immobiles cuſtodiri[b]: quantitate quippe harũ, publicia deſcriptiõe ſub geſtis monumentorum manifeſtanda.

Habens titulum & bonam fidem à mala fidei poſſeſſore præſcribit inter præſentes ſpatio x. annorum, & xx. inter abſentes, ſi verus dominus hanc poſſidere ſciuit, & ipſum nõ inquietauit. Si autem ignorauit: tunc non præſcribit niſi ſpatio xxx. an. Item ſi quis fuerit præſens certis annis, & certis abſens: ſuprà decennium ad præſcriptionem complendam adijci debent tot anni, quot fuit abſens. Ang.

Rurſus ſancimus†, vt ſi quis mala fide rem poſſidens, aut per venditionem, aut per donationẽ, aut aliter hanc rem alienet: qui verò putat eaſdẽ res cõpetere ſibi, hoc agnoſcens[c], intra decẽ annos inter pręſentes, et viginti inter abſentes non conteſtatus[d] fuerit ſecũdum leges emptorẽ, aut donationẽ accipientem, aut illum, ad quẽ res alio quolibet modo tranſlatę ſunt: eum, qui tales res habet, firmè eas habere, poſt decennĳ videlicet inter præſentes, & vicennĳ inter abſentes diſcurſum. Si autẽ ignorat verus alienatarum rerũ dominus, & quia res ei cõpetunt, & quia alienatio facta eſt, nõ aliter excludi hunc, niſi per trigennalem præſcriptionem nõ valente dicere eo, qui res hoc modo poſsidet: quia ipſe bona fide poſsidet[e], quando ipſe à mala fide poſsidente hoc accepit.

De præſcriptione verò decennĳ hoc ordinare pſpeximus, vt ſi quando quiſpiam in prædicta decennĳ temporali pręſcriptione in quibuſdã quidem annis præſens ſit, in quibuſdã verò abſens: alios tantos ei annos ſuper decenniũ adijci, quã tos ex ipſo decennio abſens fuit[f]. Hæc autẽ omnia, quæ de temporali præſcriptione decreuimus, nõ in præteritis, ſed in futuris tantùm poſt præſentem legem negotĳs atque cauſis valere præcipimus.

Teſtamentum ſuas vires obtinet, ſiue teſtator per ſe ſiue per alium nomen hæredis ſcribat, vacante lege, quæ contrarium aſſerebat. Bar.

Quia verò ante hanc legem[g] protulimus, vt teſtator aut manu propria aut per teſtes nomina hæredũ ſcribat in teſtamento: agnouimus aũt ex huiuſmodi ſubtilitate plurima teſtamẽta deſtructa, teſtatoribus non valentibus huiuſmodi cuſtodire ſubtilitatẽ, aut forſan nolentibus ſcire aliquos ſuam voluntatem[h]: iubemus licentiam quidẽ eſſe volentibus hoc ſeruare in proprĳs teſtamentis. ſi enim hoc nõ obſeruãt, ſed ſecũdum priſcam[i] cõſuetudinem teſtẽtur: etiã ſic firmum teſtamentum eſſe ſancimus: ſiue per ſe aliquis, ſiue per alterius perſonam nomen hæredis inſcripſerit[k]: ſi omnino reliquam legitimam obſeruationem in teſtamento teſtator obſeruauerit.

Res ab eccleſia in principem tranſlata poteſt à principe in alium transferri non obſtante legi in contrarium loquente. Bart.

Legẽ verò[l], per quam ſancimus non trãsferri ad alias res, quæ ad noſtram domũ ex venerabili eccleſia peruenerunt[m],

† Tractatur de hac materia in cap. ij. extra, de offic. iudi. vbi de hoc vide in gl. ſuper verbo, proponitur.

† ex hoc. §. ſumpta eſt authẽ. quę eſt ſuper l. j. C. de pſcrip. lõg. temp. & incipit malæ fidei poſſeſſore & facit ad hunc. §. gl. ij. in med. in ca. vlt. extra, de pſcriptio.

Mala fides venditoris emptori no cet.

a Mobiles. niſi quædam perierint per imbecillitatem ætatis: vt. ff. de mino. l. ait ptor. §. fin.

b Cuſtodiri. ſ. cuſtodiendo curatorem: vt. ff. de cura. bo. dan. l. j.

c Agnoſcẽs. quocũque modo ſciat. ff. de pe. hær. l. item veniũt. §. petitam. infi. Et ſic no. ſciẽtiam ſuam ei nocere: vt ar. C. de nup. l. ſi vicinis. ſed ex quo tempore hoc tẽpus x. & xx. an. computatur? quidã diſtinguunt ſi poſſeſſor venit vti acceſſione ſui authoris: tunc ex tẽpore quo poſſedit anteceſſor qui fuit malę fidei: & tunc xxx. an. nõ ex tempore ſciẽtiæ domini. arg. C. de præſcrip. long. tempo. l. j. & ff. de acq. poſ. l. Pomponius. §. cum quis. Alij dicunt quod etiam ſi quandocunque dominus ſciat hoc, decennio vel vicẽnio ſibi noceat. & hoc dicunt ex hac litera, quæ dicit: intra x. ann. &c. Sed ſecundũ hoc, quid ſi in vltima die ſciat: & iudicis copiam non habet? hoc aũt tempus cõtinuum eſt: vt. ff. de vſucapio. l. nunquam. §. j. q. d. iniquitas occurrit. Dic ergo primum verius eſſe: vt ex tẽpore ſcientiæ domini cõputetur.

d Cõteſtatus. e. tiã ex miſsione ex ecutoris: vt. C. de pſcri. xxx. an. l. cum notiſsimi. & d. ſicut & de his nic fit mẽtio.

e Poſsidet. ſ. qđ præſcripſerit, et q ſubijcit quandoq; quia, vel tẽporaliter. Et ſic not. hodie, quod mala fides venditoris emptori nocet hoc caſu olim cõtra: vt. ff. de publica. l. eã. §. ptor. et. C. de pſcri. long. tempo. l. j. & de peri. et cõ. rei vẽdi. l. dolum. Acc.

f Abſens fuit. vt duplicetur tempus abſentiæ: vt ſi abſens fuit quinquennio, ei dentur iterũ quinque anni poſt reuerſionem: et hoc quando ex voluntate abeſt. ſi autẽ ex neceſsitate: tunc ipſo iure non currit vel reſtituitur: & dic de qua abſentia hic loquatur. ſ. de ea, quæ eſt de vna in aliam puinciã: vt. C. de præſcrip. long. tempo. l. fi. & fac. ea. l. hãc. §. ĩ. q bus, ex cau. ma. l. necnon. §. ſi quis ſę pius.

g Hanc legem. vt C. de teſta. l. iubemus.

h Voluntatem. q eſſet neceſſe, ſi teſtaretur per nuncupationem.

i Priſcam. vt in. l. illa quæ eſt. C. de teſt. l. hac conſultiſſima. nam per illã non cogebatur ipſe vel teſtes ſcribere nomen hæredis.

k Inſcripſerit. dũ modo ipſe expreſſerit: quod eſt ſcribendum ſecundum quoſdam. ſi igitur non exprimat, nõ valet, ſecundũ eos. Ar. cõtra. ff. de leg. iij. l. nutu. ſ. is enim exprimit, cum annuit.

l Legem vero. ſc eſt. x. in collatio. v. in conſtit. vj. ve de cætero commutatio es. contra. Sol. hæc corrigit.

m Peruenerunt. ne per conſequentiam res eccleſiæ alienentur.

Aliena

vacare ſancimus tam in ijs, quæ iam ad noſtram domum legitimè peruenerunt, quàm quę poſtea peruenire futura ſunt.

Falcidia ceſſat re à teſtatore alienari prohibita. his obtinentibus in caſibus præteritis nõdũ finitis. Bart.

Si quando autem aliqs teſtamentum faciat, & aliquam rem immobilẽ ſuę familiæ, aut alteri cuicunque perſonæ nomine legati reliquerit, & ſpecialiter dixerit nullo tempore hanc rem alienari [a], ſed aut apud hęredes, aut apud ſucceſſores illius, cui relicta eſt, permanere in hoc legato iubemus Falcidiam legem locum penitus non habere: quoniam alienationem [b] eius teſtator ipſe prohibuit. Hęc autem obtinere pręcipimus in illis caſibus, qui nondum iudiciali decreto, aut per amicabilẽ conuentum, aut quolibet modo legitimo deciſi ſunt. Eminentia igitur tua, quæ per præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit trãquilitas: edictis quidẽ in hac regia ciuitate propoſitis, præceptis autem ad omnium prouinciarũ iudices deſtinatis, ad omniũ notitiam venire procuret.

TITVLVS III.

DE ALIENATIONE & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & alijs diuerſis contractibus in vniuerſis locis rerũ ſacrarum.

Nulla eccleſia ciuitatis Conſtantinopolitanæ exceptis quibuſdam, quibus conceditur, poteſt res immobiles, vel quæ inter immobilia computantur, donare aut alienare: niſi fiat alienatio imperiali domui. Ange.

Imper. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſsi. Orientaliũ prætoriorũ pręfecto.

Vltis & diuerſis legibus [c] ſup alienatiõibus, et emphyteuſibus, & locationibus, † reliquis [d] adminiſtrationibus eccleſiaſticarũ rerum, & de plantãtibus [e], præuidimus omnes [f] pręſenti comprehendere lege. Sancimus igitur nullam habere licentiam [g] ordinatores rerũ huius regiæ ciuitatis ſanctiſsimæ maioris eccleſiæ, aut orphanotrophij, aut noſocomij, aut xenodochij, aut ptochotropij, aut alterius venerabilis domus in hac regia ciuitate ſiue in eius finibus conſtitutę, exceptis venerabilibus monaſterijs [h], aut vendere, aut donare, aut commutare, aut ſub alterno [i] dono dare, aut alio quolibet modo alienare rem immobilẽ, aut ciuilem annonã, aut ruſticum mancipium, niſi ad imperialem [k] domum cõmutatio ſola facta eſt. Sed neque de colonis iuſtè dari [m] quidem concedimus [n]. Emphyteuſes verò à prędicta ſanctiſsima maiore eccleſia regię ciuitatis & commemoratorum [o] locorũ fieri iubemus [p] in perſonã eius, qui accepit, & alijs duobus deinceps hæredibus & non amplius de ſexta parte inſtantis [q] canonis dimittimus [r] ei, qui emphyteuſis iure acceperit.

a Alienari. hoc præceptum eſt ſeruandum: vt. C. de reb. alie. l. ij.

b Alienationẽ. alienaret autẽ legatarius in hæredem, hærede Falcidiã retinente. ſed certè imo videtur quod non: quia Fal. ipſo iure remanet in bonis hæredis, & in reliqua parte legati dominium in legatarium tranſit: vt. C. ad leg. Fal. l. ſi. Reſpon. hoc facit hic voluntas expreſſa teſtantis: ne fiat alienatio. Et ſic no. vnũ caſum, vbi ceſſat Fal. Sunt & alij vt ſi eſt relictum ad pias cauſas vt. j. de eccl. ti. §. ſi autẽ hęres. Item quãdo teſtator expreſsim vetuit: vt. ſ. de hær. & Falci. §. ſi vero expreſsim. collat. j. Item quãdo quibuſdam inſolidum ſoluit hæres vt. ſ. de hære. et falc. §. non autem. alias generaliter habet locum: vt. C. ad l. Fal. l. ij.

DE ALIENA- [illegible]

c Vltis. Legibus. ſ. prolatis: & ſic ſunt ablatiui abſoluti. & dicit de illa, quæ eſt ſupra, de non alie. collatio. j. Item & de illa, de eccle. re. immo. alie. collat. v. Item de illa. ſ. conſtit. quæ ex adſcrip. §. ſi. Itẽ de illa. C. de ſac. ſanc. eccl. l. ſancimus. & de alijs quas nõ habemus.

d Reliquis. ſubaudi & alijs contractibus, qui ſunt reliqua adminiſtrationis earum rerũ. & hoc in titulo. nam alienatio pertinet ad adminiſtratorẽ: vt. ff. ad Trebel. l. mulier. Azo. Arg. contra. ff. de offi. pcon. l. j. §. j. et hoc ſi habes in litera, & reliqua adminiſtrationis. &c. ſi autem habes, & reliquis adminiſtrationi alias diminuimus.

bes, planum eſt.

e De plantantibus ſ. ipſas eccleſias forte.

f Omnes. ſcilicet prædictas leges.

g Licentiam. hoc tenaciter in rebus eccleſiaſticis obſeruã ſecundum cõſuetudinem: vt fieri debeat earum alienatio conſenſu patroni, ſi quis ibi fuerit: vel plebani ſi capella plebanum habeat. alioqui cum authoritate epiſcopi: & ſi non faciat reuocatur: cauſa tamen cognita. ſ. an decepta ſit in contractu eccleſia. Item an pretiũ ſit in eius vtilitatem conuerſum, donare quoq; poteſt amicis bene merentibus [l] ſecundum Al. Item ſecũdũ conſuetudinẽ regni ẽt ſine eius cõſenſu vel authoritate ſolus platus dat in feudum.

h Monaſterijs. id eſt, monaſteria poſſunt alienari ſecundũ hoc: vt infra eo. §. hoc quidem. ibi, in alijs.

i Sub alterno. ſ. pari donatione: vt in nouellis co. tit.

k Ab imperialẽ. vt ſupra de nõ alie. §. ſinimus. coll. ij. et ſupra, vt decæ. com. mu. in princ. co. v. & ſic not. quod priuilegiatus a priuilegiato accipit. Ar. contra. ff. de rebus eo. l. ſi pupillorum. circa princ.

l De colonis. i. adſcriptitijs.

m Dari. id eſt, vẽdi vel donari, vel alio modo.

n Concedimus. quia inter mobilia computantur: vt ſupra, de non alie. §. j.

o Commemoratorum. alias memoratorũ ſubaudi, et plalatos.

p Iubemus. id eſt, permittimus.

q Inſtantis ſ. præſentis penſionis, ſiue reditus.

r Dimittimus.

Falcidia ĩ multis locum non habet.

Patronus in alienatione eccleſiaſticarũ rerũ debet cõſentire.

† Haloãder, quia rerum eccleſiaſticarum adminiſtratione promulgatis.

: Sic etiã põt manumittere bene merentes vt in. c. iij. in glo. j. extra eodem.

Colonus inter imobilia computatur.

De competentibus verò proaſtijs [a] ipſi ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ, & nominatis [b] venerabilibus domibus in regia hac ciuitate, aut in eius regione, aut māſione cōſtitutis: iubemus, ſiquidem hic reditus [c] habeant, integro canone ab ijs ordinatoribus, qui regunt ipſa venerabilia loca, emphyteuſim hanc ſecundum prædictū modum accipienti, & alijs duabus ſucceſſiōibus dari, & nullam omnino releuationem, ſed augmentum [d] fieri. Si verò non habeant ipſa proaſtia aliquos omnino reditus: licentiam præbemus ordinatoribus venerabiliū locorum in alia quantitate [e] hoc (ſicut prędictū eſt) in emphyteuſim dare. Si verò cōtigerit quālibet rem ex aliquo prædictorum locorum venerabilium emphyteutico iure datam, aut in imperialem domū [f], aut in ſacrum noſtrum ærarium, aut in ciuitatem aliquā, aut in curiam, aut in aliquam venerabilē aliam domum peruenire [g]: licentiam præbemus ordinatoribus venerabilium locorū, à quibus à principio emphyteuſis facta eſt, mox vt peruenerit in vnam prędictarum perſonarum [h] ipſa emphyteuſis, manifeſtare ſuam voluntatem intra biennium: & aut ab his derelinqui eandē rē, ad quos [i] peruenit, & annuā penſionem, quę pacto continetur, inferri, aut hoc recipere [k] emphyteuſi ſoluta [l], eò φ hoc ſibi prodeſſe exiſtimant [m]. Si verò † quædam [n] ſunt loca, aut ipſi ſanctiſsimæ eccleſiæ maiori, aut alicui venerabilium domorum [o] cōpetentia, in quibus antiquæ habitationes, depoſitæ [p] ſunt, & ex quibus nullus prębet̄ reditus: prædictæ verò venerabiles domus, quibus competunt hęc loca reędificare non poſſunt, licentiam damus ipſis ordinatoribus earū in emphyteuſes [q] perpetuo [r] iure tradere ipſa loca: ita tamē vt emphyteuſis in tertia parte [s] pēſionum, quæ ex habitationibus adhuc ſtantibus colligebantur, ex principijs tēporis emphyteuſeos procedat [t]: aut ſi emphyteuta maluerit, magis ſub iſto pacto accipiat loca, vt primitus ædificet, & ex adiectis illic per æſtimationem penſionibus medietatem partis dari venerabili domui, à qua ipſa loca accepit: & hoc fieri concedimus. Vtatur ergo huiuſmodi emphyteuta, & illic inuenta de depoſitis habitatiōibus materia. Si verò aliquis valuerit quanlibet rem immobilem nomine vſus accipere à ſanctiſſima maiore eccleſia regię ciuitatis, aut vnius memoratarum venerabiliū domorum [v]: non aliter hoc accipiat, niſi aliam rem mox dominij iure præbuerit, ex quo eandem rem accepit, tātum habentē reditum, quantum habeat res, quæ ei datur, & non maioribus fiſci pręſtationibus prægrauatum: vt poſt eius mortē, aut poſt tempus, in quo datio vſus conuenit, non tranſcendentem videlicet accipientis vitam: vtraque res integra, & in dominium &

a Proaſtijs. de proximæ villæ agris, vt dicunt: ſed magis videtur de remotis dicere: a pro, qđ remotionem * ſignificat: vt dicimus in procōſule. Sic enim licere a nominis interpretatione argumētari: vt inſti. de do. §. eſt & aliud. Sed primū verius, eſt vt innuit litera ſeq.

* Imo viciniā & admotionem ſignificat. Eſt enim proaſtium ſuburbiū.

b Nominatis. repete & nominatis.

c Si quidem hic reditus. ſ. proaſtia. Al.

d Augmentum. ſ. fieri poteſt.

e Quantitate. non dicit de qua. vnde ad arbitrium boni viri dico faciendā. hoc enim φ ſequitur, ſicut pręximus &c. vult φ in ſextā partem fiat diminutio. nā illud locum habet quādo aliquos habet reditus: vt. ſ. de non ali. §. ſi vero contra ſecūdū Al. ſed hoc ſtare nō poteſt: quia ille. §. ſi vero. expreſſe dicit quando nullos habet reditus, fieri tamen cōputationem intra xx. ann. niſi diceres hic in eccleſia Conſtanti. ibi in alijs. Vel dic qđ hic dicit ſicut prædictum eſt ſubaudi. ſ. in illo. §. ſi vero. qui eſt ſupra, de non alie.

f Domum. ſ. priuatam, vt differat a ſequenti.

g Peruenire. a Titio puta.

h Perſonarum. i. morum.

i Ad quos. eis ſubaudi ad quos &c.

k Recipere. ſcilicet remipſam.

l Soluta. id eſt, diſſoluta.

m Exiſtimant. alias exiſtimauit.

n Si vero quædā. licet materia præſens vſque ad. §. & hoc quidem. ſit de eccleſia tantū Conſtantinopolitana: vt. j. eo. §. hoc quidem. tamen iſte generalis eſt, vt ex hac litera colligitur: vt. j. eo. §. quacunque ideo. cū no.

† Ex hoc §. ſumpta eſt authē. quæ eſt ſuper. l. iubemus nulli. C. de ſacroſā. ecc. & incipit ſi quas ruinas. quæ authēt. eſt canonizata. ix. q. ij. § ſi quas ruinas.

o Domorum. prædictarum.

p Depoſitæ. i. deſtructæ ad terrā.

q In emphyteuſes. perpetuas. alias in emphyteuſim.

r Perpetuo. hoc expone vt diximus. ſ. de non alie. §. alienationis.

s In tertia parte. diſtingunt hic quidam, an ille qui accepit in emphyteuſim rem ruinoſam, vult ſoluere ſtatim, an poſtea quam reædificauerit: vt in primo caſu fiat diminutio in vj. parte ab eo qđ poterat colligi habitatione conſtante. φ intelligunt R. & Py. vt tertia pars præſtetur, et duę remittantur. Io. econtra ſ. vt duę præſtetur: & tertia remittaf. ſi autē a principio ſoluere nō vult, tūc præſtet medietatē adiūctæ penſionis: vt ſi tunc reddebat x. cum erat ruinoſa: & nunc lx. adiſtio eſt in quinquaginta. & ſic xxv. dabit annis ſingulis: vt hic dicit. & hoc eodē caſu dabit cōſtantem. ſ. x. & ſic xxxv. dabit: vt. ſ. de non alie. §. ſi vero minui. quæ videtur cōtra. nam cum in hoc eodem caſu loquatur, vt hic dicit: videſ conſtantē nunc penſionem ſolui. Sed ſolue vt dictū eſt. Sed nōne ſecundū prędicta magis grauatur, qui ſoluit ſtatim, cum tantum ei tertia remittatur, huic autem medietas? Rn̄. hoc ſibi videtur melius & leuius φ elegerit: vt inſti. de act. §. huic.

t Procedat. hinc ſumitur authent. ſi quas ruinas.

v Domorum. nam. l. iubemus. C.

in vſum, in eandem venerabilem domum perueniat. Locationes [a] verò ab ipſis venerabilibus domibus fieri concedimus in quantoſcunque cõtrahẽtibus annos placuerit, non tranſcendentibus videlicet triginta annorum temporibus.

Si verò † contigerit aliquam prædictarum venerabilium domorũ nomine fiſcalium tributorum, aut alterius cuiuslibet ſuperuenientis neceſſitatis venerabili domui, pecunijs egere: liceat eius ordinatoribus immobilem rem aut ſupponere, aut dare in ſpeciale [b] pignus: & creditor poſſideat eandẽ rem, & eius fructus colligat: et reputet ſibi tam in his creditis pecunijs, quã in vſuris, non autẽ maioribus, quàm quartam partem centeſimę. Si verò perſoluerint debitum prępoſiti eiuſdẽ venerabilis domus, aut ex fructibus adimpleatur [c] creditum: redeat iterum res ad venerabilem domum ex qua data eſt. Emphyteuſeis verò & hypothecas & vltra quinquennium volumus fieri à ſanctiſsima maiore eccleſia regiæ ciuitatis conſciẽtia & conſenſu beatiſsimi huius ciuitatis epiſcopi et patriarchæ, iurantibus præſentibus Deo amabilibus œconomis & chartularijs [d] eiuſdem ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, ꝙ non ad pręſcriptionẽ iuris eius contractus efficiatur. In alijs verò venerabilibus domibus [e], ſi quidem ſint chartularij, ipſos æquali modo iurare pręſente eo, qui pręeſt venerabili domui. Si verò non ſint chartularij, ab his, qui præſunt venerabilibus domibus, propoſitis ſanctis euangelijs, contractũ fieri in ſcriptis cum iureiurando addito huiuſmodi inſtrumentis, ꝙ non ad læſionẽ aut præſcriptionem venerabilis domus contractus efficitur. Oeconomis verò, et orphanothrophis, et reliquis venerabilium domorum ordinatoribus, necnon omnibus chartularijs, et parẽtibus eorum, & filijs & alijs, qui per genus eis, vel nuptiarum iure coniuncti ſunt, interdicimus emphyteuſim & locationes, ſiue hypothecas rerum ipſis venerabilibus domibus competẽtium, aut per ſemetipſos, aut per interpoſitam perſonam accipere [f]: ſcientibus eis, ꝙ ſi tale aliquid fiat, & hoc inualidum erit: & omnem ſubſtantiam, tam eorum, qui accipiunt, quàm œconomorum & chartulariorum, et ordinatorum: quibus ſecundum prædictũ modum coniuncti ſunt: in venerabilem domum, de qua rem accipiunt, poſt obitum eorum peruenire iubemus. Et hoc quidem ſuper ijs, qui maioris eccleſię ſunt & prædictarum venerabilium domorum, quæ ſunt in hac regia ciuitate vel eius circuitu adhærentium diſpoſuimus. In alijs verò ſanctiſsimis eccleſijs, & monaſterijs, & xenodochijs, & noſocomijs, ſeu reliquis venerabilibus domibus [g], quę in omnibus prouincijs noſtrę reipublicę poſitæ ſunt, verum etiam monaſteriorũ in hac regia ciuitate & eius circuitu adhærẽtium, conſequenter definire præuidimus. Licentiã igitur damus prædictis venerabilibus domibus, non ſolũ ad tempus emphyteuſim facere immobilium rerum ſibi competentium, ſed & perpetuè [h] hæc eis emphyteutico iure volentibus dari. Et ſi quidem ſanctiſsimæ eccleſię ſint vel aliæ venerabiles domus, quarum gubernationem loci ſanctiſsimus epiſcopus aut per ſe, aut per venerabilem chorum clericorum faceret, cum voluntate eorũ & conſenſu [i] fieri huiuſmodi cõtractum, iurantibus præſentibus œconomis et adminiſtratoribus & chartularijs [k] ipſis venerabilis domus [l], quod ex hac emphyteuſi nullum damnum eidem venerabili domui infertur. Si verò ptochia, aut xenones, aut noſocomia, aut reliquæ venerabiles domus ſint propriam adminiſtrationem habentes: ſiquidem venerabilia oratoria eſſe contigerit, cum voluntate maioris partis ibidem ordinatu-

Sumpta eſt ex hoc §. authen. quæ eſt ſupra l. iubemus nulli. C. de ſacroſan. ec. & incipit item prædium. quæ auth. eſt canonizata x. queſtio. ij. §. itẽ pdium.

Venditio rei ciuitatis fit in omniũ præſentia.

de ſacroſan. eccl. in Conſtant. ciuitate habet locũ ſed hæc in alijs ibidem adiacentibus ſed hodie idem eſt vbiꝗ: vt j. e. §. quęcunꝗ. & facit ad hunc. §. C. de ſa. ſan. ec. l. iubemus. §. fi. & ſ. de non. alie. §. ſi quis autem voluerit.

a Locationes. ſ. ſimplices.

b Speciale. multo magis generale. nam & per ſuperiorem legem de non alie. ſpecialiter prohibetur: vt ibi dicitur. §. alienationis. & §. ſi enim. Ac.

c Adimpleatur. qđ debet fieri: vt h. c, &. C. de pign. act. l. j. & ff. de pig. l. ſi is. §. j. & de diſtra. pig. l. j.

d Et chartularijs. illi qui ſcribebant eccleſiaſtica acta, et erant de ipſa eccleſia, & habebant omnia ad manus melius quã alij. arg. ff. de edẽ. l. argẽtarius. §. j. Et ſic no. ꝙ in omnium pręſentia fit etiã venditio rei ciuitatis &c. pſenti bus euangelijs: vt C. de ven. re. ad ci. pert. l. finali. lib. x.

e Domibus. id eſt monaſterijs. nã in his exceperat: vt ſ. eo. in prin.

f Accipere. non admittũtur vt quilibet: quod dic vt j. eo. §. œconomus.

g Domibus: in prouincijs conſtitutis, de quibus modo incipit tractare.

h Perpetuè. Hic dic vt dixi. ſ. de nõ alie. §. alienationis.

i Et conſenſu. ſic venditio rei ciuitatis: vt ſ. dixi, & C. de vẽ. re. ad ci. pert. l. fi. in fi. & idem in vẽditiõe rei, quę fuit curialis, quę fit a curia, vt. C. de prædijs curia. l. ij.

k Chartularijs. i. tabellionibus vel ſcriptoribus.

l Domus. ſiue oratoria. i. eccleſia: vt differat a ſuperiori.

Ordin

tium[a] clericorum, nec non & œconomi. Si verò xenones, aut prochiũ, aut noſocomium, aut alia ſit venerabilis domus: apud præpoſitum ipſius fieri conctractum, iurantibus ordinatoribus earundem[b] venerabilium domorũ in præſentia Deo amabilis epiſcopi, à quo præponuntur, aut ordinantur. quòd nihil ad læſionem[c], aut pręſcriptionem ipſarum venerabilium domorum de huiuſmodi contractu efficitur. In venerabilibus verò monaſterijs primates eorum cum ampliore & maiore parte ibidẽ deſeruientium monachorum contractum efficiãt. In prædictis verò omnibus iubemus inſcribi inſtrumentum cum iureiurando, quòd nõ ad læſionem, aut pręſcriptionem earundem[d] res agitur[e]. hac verò obſeruatione huiuſmodi præcedente, releuationem non amplius fieri à ſexta parte reditus, quę habet res[f], quæ in emphyteuſim datur. Quęcunque vero de lapſis domibus competẽtibus venerabilibus domibus, quæ in regia ſunt poſitę ciuitate, ſuperius[g] diſpoſuimus: hęc in his[h] venerabilibus domibus valere præcipimus. Hoc etiam ſuper ipſis venerabilibus domibus definire prçuidimus, vt ſi quidam ex eis, ſiue pro publicis collationibus[i], ſiue pro alia neceſſaria cauſa eiuſdem domus debitis obnoxij[k] fiant, & non eſt poſsibile de rebus mobilibus eadem perſolui debita: & primo quidem ordine in ſpeciali[l] pignore dari rem immobilem creditori, vt eius fructus colligens, reputet ſibi tam in ipſis debitis mutuis pecunijs, quàm in vſuris[m], non amplius quarta parte centeſimæ[n].

Si verò noluerit[o] iſto modo debitum tranſigere: iubemus, per eos quidem, qui à ſanctiſsimo patriarcha ordinantur, ſiue metropolitæ, ſiue alij epiſcopi ſint, ſiue archimandritæ, ſiue orphanotrophi, aut noſocomi, aut xenodochi, aut aliarum venerabiliũ domorum ordinatores, apud ſanctiſsimos patriarchas[p], à quibus ordinantur, aut præponuntur, monumenta fieri, & cum iureiurando ordinatorum, & conſenſu amplioris partis in eis[q] deſeruientium debitum[r] manifeſtari: & quia non eſt poſsibile[s] de rebus mobilibus iſtud perſolui. per eos verò, qui à metropolitis ordinantur, ſiue epiſcopi ſint, ſiue archimãdritæ †, ſiue orphanotrophi, ſiue ptocotrophi,

a Ordinantium.i.ordinatorum.alias ordinantium.i. ſeruientium. Accur.
b Earundem.ſ.domorum venerabilium.
c Ad læſionem. Nota aliqua permitti fieri ad vtilitatem, quæ ad damnum non permittuntur: vt hic & ff. de tranſact.l.cũ hi. §.eam.& inſtit. de autho.tut.in prin. et.ff.de bon.autho. iud.poſ.l. prætor. §.meum. Acc.
d Earundẽ. i.domorũ venerabiliũ.
e Res agitur.i.nõ tractus. Al.
f Res.ſi habet modo talem vel maiorem reditum quam tunc quando ad venerabilem domum deuenit, alias ſi minorem parum, tũc tempus quod venit cum ex diminutione, de qua hic dicit: vt.ſ. de non alienã. §. quia vero Leonis. ſi vero multũ diminuta ſubſtãtia eſt ob cladem: tunc ſerua quo dicitur. ĩ.proxi.§.quæcunque &c.et.ſ.e.§.ſi vero. Et not. quod hic ſumitur illa authen. perpetua &c. vſque illuc ſoluto &c. reliqua ſumitur.ſ. de non alie. §.quia vero Leonis.et.§.ſi vero. Accurſius.
g Superius.vt.ſ.e.§.ſi vero quædã.
h In his.i.in omnibus alijs per prouinciã cõſtitutis.
i Collatiõibus. ad quæ tenentur ecclesiæ: vt.C.de ſacroſanct eccle.l.placet ſed hodie non per.l.Friderichi.ad decorem.§.j.co.x.
k Obnoxij.alias obnoxiæ. Acc.
l In ſpeciali. olim tantum generale p̃mittebatur: vt ſ.de non alienan.aut p̃.§.alienationis.et.§.ſi enim.quę ſunt cõtra. ſed hoc corrigitur & permittitur etiam ſpeciale.
m In vſuris. hoc eſt in omni debitore & creditore: vt C.de pigno.acti.l.j.& de diſtract.pig.l.j.et caue tibi: quia licet hic permittat i.: ſorte, poteſt tamen prius in vſuris percipere creditor: vt.C.de ſol.l.j.& ſic nõ ſeruatur ordo ſcripturæ: vt in authen.de lega.§.ante hæredis.vel dic ſpeciale in eccleſia: vt hic.
n Centeſimæ. centeſima dicitur, quæ anno ſorti æquatur, quaſi rotunda: vt centenarius numerus eſt rotundus. & hoc raro permittitur. quarta ergo dicitur, q̃ quatuor annis æquiparatur, & ſic ſi bene computes, facit quinque denarios pro qualibet libra & quolibet mẽſe.
o Si vero noluerit.id eſt, creditor. non vult huiuſmodi pignus ſic accipere. Accur.
p Patriarchas.et ſic quilibet apud ſuum ordinatorẽ: vt hic, et infra ibi, per eos vero &c.in caſu tamen fallit, ſ.cum archiepiſcopus vendit. nã de ſua ſinodo duo debent interuenire epiſcopi: vt ſ.ĩ.vt nullus fabri.orato.do.§.fin.
q In eis. No.duo, & maiorem partẽ, & deſeruientiũ. maior aũt pars attenditur primo in numero; ſecundo in dignitate: vt.ff.de pactis.l.maiorem. deſeruientium autem ideo: quia ſi q monachi ſint de eodẽ monaſterio, non tamen ibi deſeruiunt ſed in ſuis cellulis ſtant, non exigitur conſenſus eorum. Itẽ neq; abſentiũ: oportet tamen eſſe præſentes duas partes omnium ordinatorum: vt.ff de decre.ab ordi fa.l.ij.&.ff.qđ cuiuſ.vniuerſ.l.nulli.&.l.plane.& maior pars illarum duarum partium debet cõſentire, vt.C.de decu.l.nominationem. & de prædi.cu.leg.ij.lib.x.
r Debitum.ſ.per eos: vt ſupra poſuit Sed quid ſi neſciũt quia nouiter fuit electus: et ſic non interfuit, quia parum eſt.qđ fuit electus? Reſpon.non compellitur peierare. ar.ff.de in lit.iur.l.videamus.ſed forte iurabit œconomus.vel alius qui ibi maior ſit: vt ar.ſ.eo.§.licentiam.in fi.§.
s Poſsibile.i.commode: vt ar.ff.de verb.ſignifi.l.nepos Proculo.

Vtilitatis gratia q̃dã licent, quæ alias non.

Ordo ſcripturæ quãdoque nõ ſeruatur.

Maior pars quando dicatur.

† Archimandritæ ꝓprie ſunt greges vel agminis pricipes ſi q̃dẽ apud grecos μάνδρος ſpeluca eſt ſiue cubile. At Imperat.propõ tifice non nunquã ſumit.hic vero ab epiſcopo ſeparat archimandritã. Sunt & archimandritæ Abbates, ab eo qđ in ſpeluncis & montiũ cauis olim inhabitabant. vel a grege paſcendo, dicuntur vt pręmonitum eſt. Nam & p̃lati paſtores dici nõ verẽtur. cũ prius id nomen vero paſtori Chriſto non diſplicuerit.

aut aliorum venerabiliũ locorũ ordinatores, apud eos ſimiliter metropolitas epiſcopos huiuſmodi monumenta conſcribi. ab illis verò epiſcopis, qui aut à patriarchis, aut à metropolitis epiſcopis ordinantur, & habẽt ſub propria iuriſdictiõe, aut monaſteria, aut ptochia, aut xenones, aut noſocomia, aut alias venerabiles domos, ſub ſimilẽ modum fieri geſta, ita tamẽ, vt ſiue apud patriarchas ſiue apud metropolitas [a] ſiue apud epiſcopos alios huiuſmodi geſta fiant, nullum pro his diſpendium, aut expenſam venerabiles domos ſuſtinere [b]. Propterea enim volumus [c] decætero apud iudices prouinciarũ, aut defenſores locorũ huiuſmodi monumenta à memoratis perſonis ſiue domibus agi, vt nullum diſpendium ſentiant, poſtquam verò iſta ſubſecuta fuerit apud memoratos ſanctiſsimos, aut patriarchas, aut metropolitas, aut alios epiſcopos: tunc per prædictos ordinatores debitricis domus venerabilis inſcriptis in publico ciuitatis loco proponantur per viginti dies: & iſto modo hortentur eos, qui emere voluerint immobilem rẽ: vt qui plus præbet, alijs præponatur. His verò omnibus præcedẽtibus, venditionem fieri pretio modis omnibus [d] pro debito dando [e]: vt non aliter habeat emptor munitionem, niſi pretium pro ipſo debito perſoluatur. & hoc euidẽter inſcribatur, ꝙ nihil ad læſionem aut præſcriptionem eiuſdem venerabilis domus efficitur. Si verò ſecundum prædictum modũ emptor huiuſmodi rei nõ inueniatur: iubemus creditorem ex iure prędictarum venerabiliũ domorum, quod pro ſoluto dicitur, eãdẽ accipere poſſeſsionem, iuſta & diſtricta æſtimatione facta: et addita in pretio decima [f] parte vniuerſę æſtimationis, in ipſa quantitate accipere rem creditorem pro ſolutiõe certo dominio poſſeſſurum: ita tamen vt ordinatores debitricis venerabilis domus & amplior pars deſeruientium huiuſmodi vẽditionibus cõſentiãt. Quod autem præbetur in hoc [g] immobilis res, non per electionem [h] creditoris detur, ſed ſecũdũ æquitatem: aliud quidẽ fructiferarum, aliud verò poſſeſsionum ſteriliũ eiuſdem venerabilis domus, & in reditu earũ, & in fiſcali ſolutione, & reliquæ ordinationis. Si verò qs aut epiſcopo [i], aut œconomo, aut ordinatori cuiuslibet venerabilis domus, ſiue in regia ciuitate, ſiue in ꝓuincijs conſtitutæ pecunias credidit, aut poſtea crediderit [k]: iubemus neque eis [l] hoc reputari pro venerabili domo, niſi primitus oſtenderint, quòd in vtilitates prædictæ venerabilis domus iſta profecerũt, neque ipſum creditorem, aut hæredes eius contra venerabilem domum habere aliquam pro ipſis actionem: niſi monſtrauerint, ꝙ in vtilitatibus venerabilis domus competentibus pecuniæ profecerunt [m]: ſed contra mutuas accipientem pecunias, aut hære-

a Metropolitas. ſ. archiepiſcopos. Accur.

b Suſtinere. ſ. debeant. ſic nihil dabitur tabellioni: vt C. de epiſ. audiẽ. l. tam dementis. Ac.

c Volumus. alias non volumus. Ac.

d Omnibus. fieri. ſupra, de non alien. aut per. contra. §. nos igitur. Sol. ibi regulare, hic ſpecialiter permittitur.

e Dãdo. emptor enim ſoluet creditori. vt. ff. de rebus eo. qui ſub tu. l. magis. §. ne tamen. & ſ. de eccl. re. immo. alie. §. ſancimus. A.

f Decima. ſ. ſi res valeat decem, detur pro xj. alij ſi valet xj. detur pro x: ſed ſed tunc non decima, ſed nona adderetur. Azo. Alij vt ſi res valeat decem, detur pro nouem: quia cũ in vno grauetur, quod accipit eam inuitus, in alio releuetur. arg. ſ. de trien. §. ſtudiũ. col. iij. Sed prima verior eſt: vt ar. infra de eccl. tit. §. ſin autem annale. Ac.

g In hoc. id eſt, in ſolutione.

h Per electionẽ. imo ad electionem creditoris: vt. ſ. de fideiuſ. §. quod aũt. quæ eſt cõtra. Sol. ibi creditor pretioſius metallum, ſcilicet, aurum mutuauerat. vñ in rebus pretioſioribus ſolutionem debet recipere. vel hoc ſpeciale in eccleſia, q́d eſt verius.

Aurum eſt pretioſius metallũ.

i Aut epiſcopo. nec ſufficit, quod is qui accipit, ſolitus erat in vtilitatẽ eccleſiæ vertere: vt. ff. de in rem verſo. l. quod ſi. §. quod tamen.

k Crediderit. ſ. aliquis creditor in præterito vel in futuro credet: vt ſubijcit.

l Neque eis. ſ. creditoribus. Accur.

m Profecerunt. No. credentem eccleſiæ debere probare in vtilitatẽ eccleſiæ conuerſum, vt hic. ſic & credentem minori: vt. C. ſi aduer cre. l. j. ſic & agens de in rem ver. vt. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed etſi. ſed agens exercitoria, ſufficit ſi ꝓbat nauem indigere eo tempore quo mutuat: vt. ff. de exerc. l. ſi. & intellige verſũ ſiue à principio vertit alẽdo familiã, vel ſoluẽdo creditori: vt. ff. de in rẽ verſ. l. j. et ij. §. j. ſiue ex poſt facto: vt. ff. ad Mac. l. ſed Iulianus. §. proinde. & §. ſi ab initio. Sed quid ſi ſolitus erat hic prælatus vertere in vtilitatem eccleſiæ et diligens eſſe? Videtur, quod hic præſumitur vertiſſe: ar. ff. de prob. l. cum de indebito. §. j. &. ff. de re mili. l. non omnes. §. a barbaris. Sed dico contra: vt hic, et ar. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed & ſi. in ſi. §. Item no. hic factũ perſonæ in dãnum eccleſiæ non redundare. hoc tamen fallit in tribus caſibus. Primus eſt de hæreditate hæretici: vt ſ. vt cũ de ap. cog. §. ſi vero liberi. Secundus eſt de hæreditate raptoris: vt infra de ſan. epiſ. §. pe. Tertius eſt in naue extructa contra felicem ambolam: vt. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. & hæc ſunt contra. huic. ſed certe non contrahẽdo, ſed delinquendo illud euenit. Itẽ q́d ſi mutuauerit pecu. toti capitulo? adhuc dico habere locũ q́d hic dicit, vt melius debeat probare, licet quidam dicant contra. ſed Azo dicit probari poſſe per ꝓſumptionem. per. l. ſi. ff. de exerci. to. vel quia ſit diligens, per. l. ff. de ꝑ-

Mutuans eccleſię in eius vtilitatem verſum, ꝓbare debet.

Perſonæ factum in dãnum eccleſiæ non redũdare.

des[a] eius ꝓprias moueãt actiones.

Omnes eccleſiæ, excepta maiore Conſtantinopolitana, & venerabilibus locis ei ſubiectis permutare adinuicem poſſunt, vtriuſque eccleſiæ indemnitate ſeruata: ea verò, quæ ab imperiali domo proceſſerunt, nullo modo alienari poſſunt nec etiam monaſteria. prædium autẽ inutile propter onus tributorum fiſcalium alienari permittitur, excepta maiore eccleſia, & exceptis œconomis & propinquis, quibus acquirere eſt prohibitum. Bar.

Hoc verò iubemus, vt excepta ſanctiſsima maiore eccleſia regiæ ciuitatis, & venerabilibus orphanotrophis, xenonibus, et ptochijs, quę ſunt in regia ciuitate, ſub eius conſtitutis ordinatione: licentiam eſſe omnibus ſanctiſsimis eccleſijs & venerabilibus domibus necnõ & monaſterijs tã in regia ciuitate, quàm in diuerſis prouincijs cõſtitutis permutatiões ad inuicem facere [b], quãdo vtrique venerabili domui ſeruatur indẽnitas: conſentientibus in ſcriptis aut per depoſitiones huiuſmodi cõtractui nõ ſolùm ordinatoribus vtriuſque venerabilis domus, ſed etiam ampliore parte in eis deſeruientiũ.

Ea verò, quę ab imperiali domo in quanlibet venerabilem domũ peruenerũt, aut poſtea peruenerint, nullo modo vẽdi, aut pignori ſupponi, aut permutari, aut omnino alienari cõcedimus [c], neque ſi ad alteras venerabiles domos tale aliqd egerint. Et quoniam cognouimus ab aliquibus fieri alienationes monaſteriorum, vt hæc à ſacra figura in priuatorum cõuerſationẽ trãsferantur: & hoc omnibus modis prohibemus. Si verò tale aliquid factum deprehendatur: licentiam præbemus ſanctiſsimo loci epiſcopo hoc monaſterijs vendicare [d], et in antiquam figuram reducere. Si vero quis de prędictis venerabilibus domibus, quæ in hac regia ciuitate, ſiue in alijs prouincijs ſunt (excepta ſanctiſsima maiore eccleſia regiæ ciuitatis) prædiũ habeat plurimis fiſcalibus tributis grauatum [e], ex quo nullus infertur reditus venerabili domui: licentiam prębemus eiuſdem venerabilis domus ordinatoribus tale prædium alienare quolibet modo voluerint, ad perfectam ſecuritatem eiuſdem venerabilis domus, geſtis monumentorum videlicet in huiuſmodi alienatione conficiendis ab illis, à quibus ordinatores talium locorum præponuntur, ſiue ordinantur: & iurantibus in ſanctis ſcripturis [f] pręſente [g] eiuſdem venerabilis domus & ampliore parte in ea deſeruientiũ, quòd neque [h] per proditionem, neque per gratiam, aut quanlibet [i] pręſcriptionẽ alienatio fiat, ſed vt ſeruetur immunitas [k] eidem venerabili domui. Oeconomis verò & ordinatoribus clericorum & chartularijs vbicunque venerabilium domorum conſtitutarum, aut parentibus eorum & filijs, & quibus ſecundum genus, aut ſecundum matrimonij iura coniunguntur, locationes aut emphyteuſeis, aut emptiones, aut hypothecas rerum immobilium ipſis venerabilibus domibus competentium ſubire, aut per ſe, aut per interpoſitam perſonam [l], ſecundum quod & ijs, qui in regia ciuita-

bat. l. cum de indebito. §. j. vel qa omnibus ſimul ſit data, per. l. C. de ſac. ſan. eccl. l. iubemus ſed in delicto loquitur: vt ibi dixi. prætterea hęc litera vult ſubtiliter probari ſicut in rem ver. vt dixi per. l. ff. de in rem ver. l. iij. §. ſed ſi ſic.

a Aut hæredes. vt ſupra de non alie. §. œconomum. col. iij. et argu. ff. ſi certũ pet. l. ciuitas.

b Facere. Permutat ergo cum eccleſia vel cum alio venerabili loco: vt hic, &. s. conſtit. q ex adſcrip. §. ſi. co. v. Item cum principe: vt. s. de non alienã. §. ſi nimus. &. s. vt decæ. non ſiant pigno. §. j.

c Concedimus. Hic not. quinque caſus, in quibus eccleſia nullo modo alienat. Primus qñ a principe res data eſt, vt hic. Secũdus quando ipſum monaſterium, vel eccleſia alienatur: vt infra. §. proxi. Tertius quando ipſemet emeret, vel cognato venderet: vt infra. e. §. œconomus. Quartus quã do ſub hac cõditione eccleſiæ res data eſt, ne alienetur: vt infra. e. §. ſanctiſsimas. Quintus eſt, quia hæretico non alienat: vt infra, de eccleſiaſti. ti. §. iubemus. His enim caſibus prohibetur alienatio etiam ſi tali modo fieret, in quo alias permitteretur. permittitur aũt alienatio in ſex caſibus: quod dic: vt ſupra de non alienan. §. nos igitur in fine.

d Vendicare. Quomodo vendicãtur eccleſiaſtica, ſicut hic dicit, et. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. §. ſane. in fine. §. maxime ipſũ monaſteriũ vt hic dicit, et ſupra de nõ alien. §. quia vero cognouimus. cũ vẽdicatio domino detur: et ideo cum in talibus dominium quis non habeat, ceſſare debeat vendicatio: vt. ff. de rei vendica. in. l. rem. §. loca. quæ eſt contra? Reſpon. vendicatur vtili, non directa. vel dic non quaſi ſua vendicat ſed quaſi eccleſiæ & eius nomine: vt & tutor nomine pupilli.

e Grauatũ. Sed hic quæritur, nõne tributa propter ſterilitatem minuuntur: vt. C. de alluuio. lege ſecunda? Reſpõ. propter ꝓterita tributa non ſoluta dicitur inutile. nam a poſſeſſore ſemper petũtur: vt. ff. de publica. l. imperator.

f Scripturis. Scilicet, ſupra ſancta euangelia.

g Præſente. ſ. epiſcopo. Al. vel alio prælato vendente.

h Quod neque. nunc computat ſacramentum.

i Quanlibet. ſcilicet pecunia accepta.

k Immunitas. ſ. indemnitas.

l Per interpoſitã perſonam. No. nõ admittuntur iſti vt glibet. vt et iudex de officio ſuo. vt. ff. de contrahen. emp. l. non licet. et tutor de tutela: vt. ff. de author. tuto. l. pupillus. et de re. co. l. quamuis. & creditor &

Eccleſia in quinque caſibus alienare nõ poteſt.

te ſunt, prohibemus[a].

Si conductor, vel emphyteuta rem acceptam deteriorem fecerit, vel canonem per biennium non ſoluerit, poteſt reijci de re, & damnum & penſionem ſoluere cogendus eſt, nulla actione pro melioratione competente. eccleſia autem repellere nolente exigere poteſt, quod ei debetur. Bar.

Si verò quis† aut locator, aut emphyteuta, cuius[b] rei competentis, aut ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ, aut alteri venerabili domui in quolibet loco noſtræ reipublicæ conſtitutæ, aut deteriorem faciat rem, quam quidem aut accepit, aut poſt hoc acceperit, aut per biennium[c] nõ intulerit (quod ab eo promiſſum eſt) emphyteuticũ, aut locationis canonem: damus licẽtiam venerabili domui ex qua locatio, aut emphyteuſis facta eſt, & quæ debentur ſolùm pro præcedente[d] tempore, & antiquum ſtatutũ locatæ ſiue emphyteuticæ rei exigi, et eijci de emphyteuſi ſiue de locatione, non valẽtem de emponematis† actionem aliquam cõtra venerabiles domos mouere. Si verò noluerint prædicti ordinatores expellere eum: exigi quidẽ eum præcipimus, quæ pro locatiõe ſiue emphyteuſi debere cognoſcitur vſque ad difinitiuum verè tempus completum, ſi bi datam rem tenere eũ, & quæ placita ſunt dare[e]. Si vero refugiat: licẽtiam præbemus præpoſitis eorundem venerabilium ocorum indemnitatem venerabilibus domibus de eiuſdem rebus fieri non valente neque hic de emponematis[f] †, aliquid prætendere.

Immobiles res eccleſiæ poſſunt alienari pro redemptione captiuorum, niſi earum alienatio eccleſiæ fuerit expreſſè interdicta. Item Hieroſolymorũ eccleſia res immobiles alienare legitimè poteſt pretio ſtatuto. Barto.

Sanctiſsimas verò eccleſias omnes ſeu œconomos ciuitatum[g] præcipimus alienare rẽ immobiles pro captiuorum redẽptione: niſi ſub hac conditione poſſeſsiones aliqui eis dederint, vt nullo modo has alienant[h]. Hoc autem concedimus vt Hieroſolymorũ ſanctiſsima eccleſia licẽtiã habeat domos competẽtes ei non poſitas in eadem ſancta ciuitate vendere, non minori pretio, quàm de penſionibus eius in quinquaginta[i] annis colligitur: vt ex earũ pretio reditus meliores emat. Si verò quidam cuilibet venerabili domui, ſiue in hac regia ciuitate, ſiue in prouincijs poſitæ, ſteriles poſſeſsiones donauerint, aut vendiderint, aut alio modo cõceſſerint[k], aut dereliquerint[l]: iubemus pro talibus rebus nullam læſionem ſuſtinere venerabilem domum, in quam huiuſmodi poſſeſsiones peruenerunt, aut fiſcaliũ nomine[m], aut alterius cuiuslibet cauſæ gratia prægrauari: ſed omne huiuſmodi onus in dantes & eorum hæredes recurrere, neceſsitatem habentibus recipere datas huiuſmodi poſſeſsiões, et reſtituere de ꝓpria facultate venerabili domui omne dãnum, quod ex huiuſmodi occaſiõe ei contigerit. Si verò etiã talis dolus in re ſubſecutus eſt, vt aliquæ pecuniæ ꝓ hoc venerabili domui darentur: et eas iubemus in

tor & emptor in emptione pignorũ vt. C. de diſtract. pigno. lege, qui ſub imagine. nec fideiuſſor: vt. C. de do. l. j. ſed videtur, quòd clerici poſſunt accipere: vt infra de ſancti. epiſ. §. ſi autem. Solu ibi de clericis ſubditis, hic de prælatis.

[a] Prohibemus. id eſt, ſicut prohibuimus de rebus eccleſiæ regiæ ciuitatis: vt ſupra. e. §. emphyteuſis. ita in alijs ciuitatibus. Accur.

[b] Cuius. id eſt, alicuius.

[c] Per biennium. Not. hic in emphyteuſi eccleſiæ vel cõductore bienniũ, vt hic, in emphyteuſi priuati triennium: vt. C. de iure emphyteu. l. ij. in colono priuati biennium: vt. ff. locati. l. quæro. §. inter. Sed quid ſi eccleſia habeat? Reſpon. ſeruabo quod hic dicit. arg. C. de fructibus & lit. expen. l. ſi.

[d] Præcedẽte. hoc ideo, quia cõtractus a princ. ſecundũ legem eſt initus: alioqui etiam pro futuro tempore ſoluit: vt ſupra, de non alienan. re. eccle. §. ſi vero quiſpiam. collatio. ſecunda. Az. quæ eſt contra. & infra eodem. §. ſi vero emphyteuſis. quod eſt contra. et ſic eo caſu locupletaretur eccleſia cum aliena iactura. ſed ſibi imputaret cum quia ſua culpa damnũ ſentiret &c. vt. ff. de regu. iuris. l. quod quis.

[e] Dare. compellitur reconducere vel tenere conductionẽ ſic. ff. de pub. & vectig. l. cotem. §. ſi. argu. contra in cod. tit. de publica. l. locatio. §. j. & de iure fiſc. l. iij. §. cũ quinquennium. Accur.

[f] De emponematis. i. de meliorationibus. Et ſic nota, quod ſi deijcitur propter nõ ſolutã penſionẽ, nihil obijcit de huiuſmodi meliorationibus. ſecus in colono priuati hoc eodem caſu: vt. ff. loc. l. colonus. quæ eſt cõtra. Accurſius.

[g] Ciuitatum. i. eccleſiarum, quæ ſunt in ſingulis ciuitatibus. & eſt ad hunc §. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. in fin. vbi dicit quod animæ hominum &c.

[h] Alienent. quod pactũ eſt ſeruãdũ: vt. C. de re. alie. nõ ali. l. ſi. & de pact. inter empt. l. fin. & ſupra vt ſpon. larg. §. fin.

[i] Quinquaginta. ſic et alias pretium ex reditu conſtituitur: vt infra, de eccle. titu. §. ſi autẽ annale. & ſupra eo. §. quod autem præbetur.

[k] Conceſſerint. ſ. inter viuos.

[l] Dereliquerint. in vltima voluntate: et hoc declarat verbum relinquere vt. ff. de tab. exhib. l. j. in fin.

[m] Nomine. nõ futuri temporis nomine: quia non põt cogi amplius præſtare quam percipiat vt. C. de allu. l. ij. & ſic nullum eſſet priuilegium: ſed præteriti, cuius nomine poſſeſſores tenẽtur: vt. ff. de pub. l. imperator. et cõcordat ad hunc. §. ſupra de non ali. §. ſicut autem. in fin. titu. col. ij.

Diſpo

† Cõcor. cũ hoc. §. c. vlt. cum ſuis gloſſ. extra, de loca. & cõdu.

† Emphiteumatibus. vide pium Anto. Barto. in annota ad. ll. c. xlvj.

† Emphiteumatibus.

proprium lucrum venerabilẽ domũ habere, ſteriles verò res ei, qui dedit & hęredibus eius omnino reſtitui. Ad hoc iubemus, vt nulla neceſsitas ſanctiſsimis eccleſijs vel venerabilibus locis tam in regia ciuitate, quàm in omnibus republicæ prouincijs poſitis inferatur poſſeſsiones ſteriles, aut frugiferas vbilibet conſtitutas emere, vt nõ inueniantur per hanc occaſionem & quas habẽt perdere, aut debitis obnoxiare. Si verò quis voluerit rem immobilẽ nomine vſus accipere ab aliqua prędictarum venerabilium domorũ (ſecundum ꝙ ſuperius de venerabilibus domibus, quæ in regia ciuitate ſint poſitæ, diſpoſuimus [a]) non aliter hoc accipiat, niſi aliam mox rem dominij iure præſtiterit venerabili domui, à qua eãdem rem acceperit, tãtum habentem reditum, quantum habet res, quę ei datur, et non maioribus tributis grauatam quatenus poſt eius trãſitum, aut tempus in quo datio vſus eſt placita, nõ tranſcendens ſcilicet eius, qui acceperit vitę tempus: vtranque rem integro iure & ſecundum dominium & ſecundum vſum in ipſam venerabilem domum peruenire. Et hoc quidem de immobilibus rebus iubemus. De ſacris † autem vaſis competentibus ſanctiſsimæ maiori eccleſiæ regiæ ciuitatis, aut alijs venerabilibus oratorij domibus in qualicunq; loco noſtræ reipublicæ poſitis generaliter conſtituimus, vt non aliter hæc vendantur aut ſupponãtur, niſi pro captiuorum redemptione [b]. Si verò ſunt plura vaſa in aliqua memoratarum venerabilium domorum, nullum neceſſarium vſum facientia, & contigerit huiuſmodi venerabilem locum debitis aggrauari, & non ſint aliæ manifeſtæ res, de quibus debeant debita reddi: licentiam ei damus, geſtis monumentorum (ſicuti ſuperius dictum eſt) conſtitutis, prædicta ſuperflua vaſa aut alijs venerabilibus locis neceſſaria non habentibus vendere, aut conflare [c], & ſimiliter vendere: & eorum pretium indebitum præbere: vt non immobiles res alienentur.

Contrahentes cum eccleſia contra vel præter formam huius conſtitutionis, pœna hic inſerta puniuntur, et etiam tabellio, quia talia contractuum inſtrumenta conſcripſerit. Bartolus.

Si verò præter hæc, quæ inſerta ſunt præſenti legi, contractus fiat ſuper competentibus rebus mobilibus et immobilibus vni memoratarum venerabilium domorum: reddi quidem eidem [d] ſanctiſſimæ eccleſiæ ſiue venerabili domui rem ſemper, quam tale [e] aliquid ſubſecutum eſt, cũ medij temporis fructibus: maneat autem apud eam & pretium aut antidorum, aut quod pro permutatiõe, aut alia qualibet occaſione datum eſt ei. Si verò emphyteuſis agatur præter hæc, quæ diſpoſita ſunt à nobis: reddi ſanctiſsimę eccleſiæ ſiue venerabilibus domibus vel locis eandem rem iubemus, & emphyteuticum, ſecundum quod placitũ eſt, dare. & pactum finiri ſecundũ virtutem emphyteuticalium inſtrumentorum. Si verò donetur res eccleſiaſtica, aut alterius venerabilis domus: & hãc reddi ſanctiſsimę maiori eccleſię, aut alijs venerabilibus domibus cum medij tẽporis fructibus, & tantum aliud, quantũ valebat ipſa res. Si verò hypothecæ cõtra hęc dentur: creditor quod ei debetur, perdat: & res venerabili loco reddatur, tabellionibus præſumẽtibus pręter hanc noſtrã legem talibus adminiſtrare inſtrumentis, perpetuo exilio condemnãdis. Si verò aliquid ante hanc noſtram legẽ ſecundum antiquas cõſtitutiones factum eſt: hoc iubemus omnibus modis propriã virtutem habere. Omnia verò, quę cõtra antiquas leges facta ſunt reuocari ſancimus: & res, quæ cõtra virtutem earũ data eſt, venerabilibus domibus reddat, & decætero ſecundũ præſentem legẽ omnia fieri diſpoſuimus: vacãtibus poſthac alijs oĩbus cõſtitutionibus, quæ ſuper talibus caſibus dudũ loquebãtur [f]. Eminentia igitur tua, quæ præſentem legem in perpetuum valituram noſtra ſanxit tranquilitas, inconuulſa obſeruare feſtinet: edicto in ſolennibus et legitimis locis per decẽ dies propoſito, et nullo pro tali occaſione in prouincias deſtinando. Nos enim prouidemus quaſi mo-

a D. ſecſuimus. vt ſupra, eodem. ſi vero aliquis.

b Redemptione. hoc autem idem erat iam conſtitutũ: vt. C. de ſac. ſanct. eccle. l. ſancimus. et ſupra, de non alie. §. iiſdem.

c Conflare. id eſt confringere, & ſic vendere, quod ſequitur. ſ. cuicunq;.

d Eidem. & in hoc caſu & ſequentibus lucratur cum aliena iactura. et ſic eſt contra. ff. de cõdi. indeb. l. nam hoc natura. Solu. eccleſia non iniuria, ſed iure fit locupletior: quia emphyteutæ ſuo poteſt obijci culpa: vt. ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. et dixi ſupra eod. §. ſi vero quis. & concordat huic & ſeq. §. quod eſt ſ. de nõ alie. §. quia vero Leonis. cum ſeq. & quæ ibi diximus, hic poſſunt repeti.

e Tale. ſcilicet illicitum.

f Loquebantur. ſ. ſi contra legem iſtam loquantur.

† ex hoc §. eſt ſumpta auth. q̃ eſt ſuper. l. ſancimus nemini licere. C. de ſac. ſan. ec. & incipit, Pręterea ſi habet.

VT

do ſine collatorum læſione omnibus præſens noſtra generalis conſtitutio manifeſta fiat.

TITVLVS IIII.

VT IVDICES non expectent ſacras iuſsiones: ſed quæ videntur eis, decernant.

Iudices vt exonerent ſe, & ratione odij euitandi, relationẽ ad principem facere non debent, ſed ipſi per ſe debent ſecundum iuſtitiam pronunciare: et ſi fuerint duo vel plures iudices, & diſcordant, omnes ſuam debent ferre ſententiam. Bar.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Gabrieli glorioſiſsimo præto. præfe.

QVoniã quidam iudicantiũ poſt multa litis certamina, & plurima à litigantibus facta diſpendia in negotijs apud eos motis, ſuggeſtionibus vtuntur ad noſtrã tranquilitatem [a]: præſenti generali lege hoc perſpeximus emendare, ne dilationes negotijs ex hoc fiant, & aliud rurſus principium examinationis [b] accipiant. Iubemus igitur, nulli iudicantium quolibet modo, vel tempore pro cauſis apud ſe propoſitis nunciare ad noſtram tranquilitatem ſed examinare perfectè cauſam: et quod eis iuſtũ legitimumq́ videtur, decernere. & ſi quidem partes ceſſauerint in ijs, quę decreta ſunt: executioni tradi ſententiam [c] ſecundum legum virtutem. Si autem aliquis putauerit explorata nouiſsima ſententia ſe lęſum: appellatione vtatur legitima: & hoc ſecundum ordinem legibus definitum examinetur, & perfectũ ſuſcipiat terminum. Si autem duo vel amplius fuerint cognitores litis, & aliqua inter eos emergat diſſonãtia: etiam ſic iubemus vnumquenque eorum ſecundum quod videtur ei, dare ſuam ſententiam. Quæ igitur per pręſentem legem in perpetuum valiturã noſtra tranquilitas definiuit, tã tua celſitudo, quàm omnes alijs iudices maiores & minores cuſtodire feſtinent: vt nullus penitus ignoret, quæ pro vtilitate noſtrorum collatorum à nobis diſpoſita ſunt: ita tamen, vt vniuerſis interdicatis proprio pręcepto, quatenus ſiue vllo iniuſto diſpendio noſtris collatoribus inſinuatio legis præſentis fiat.

TITVLVS V.

VT LITIGANTES [d] IVrent [e] in exordio litis, quia neq; promiſerunt dare iudicibus, neq; dabunt: & de ſportulis [f]: et vt quę [g] iubentur, referendarij compleant, & non miſceant ſemetipſos cauſæ, & per ſe exequantur.

Principalis nullas ſportulas poteſt exigere vltrà modum à lege ſtatutum: contrà faciens ablatum parti reſtituet, et triplum ærario nomine pœnæ ſoluet: & ſi iudex in prædictis vẽdicandis fuerit negligẽs: comes rerũ priuatarũ ipſum coget ad dictã pœnã ſoluendã.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſsimo ſacrorum prętoriorum præfecto.

PRęſentem legem proferimus vt & iudicum puritas appareat, & non valeat litigantiũ ſuffragium [h] circumuenire leges. Iubemus igitur, quoties apud quoſcunq; iudicantes, aut adminiſtratores litis [i], aut appellationes [k] examinantur: præ omnibus principales litigantiũ perſonas, aut illos, ad quos in mediũ negotiũ fortè migrauerit, in præſentia iudicũ tangẽtes ſancta euangelia, iurare ꝙ nihil penitus iudicibus, aut patrocinij cauſa ipſis, vel alij cuicũq; ꝑſonæ pro

VT IVDIces non expectent &c.

QVoniam. [a] Tranquillitatem. vt ſe exonerent niſi pro defectu iuriſdictionis: vt. ff. de off. procõ. & leg. l. ſolent. & l. ſi quid. & . C. de fal. l. vbi. vel niſi ꝓ dubitatione iuris: vt. ff. de iud. l. j. §. ſi. & non facti: vt ibi dixi per. l. ff. de iu. l. cum qui.

b Examinationis. quia oporteret ꝙ princeps per ſe vel per alium a capite videret.

Sententiam. Nota ꝙ quilibet debet iudicare: & plurium ſententia tenet [a] ſi ſunt impares: vt. ff. de re iudic. l. duo ex tribus. & de arbitr. l. item ſi vnus. ſi vero pares in cauſa liberali, pro libertate. in alijs autẽ pro reo valet: vt. ff. de re iu. l. inter pares. & l. Pomponius. & hoc in ordinarijs: in delegatis paribus expectat̃ declaratio delegãtis. vt. ff. de re iudic. l. duo. Accurſius.

d VT LITIgantes iurent &c. Hic debet eſſe, vt iudices non expectent ſacras iuſsiones.

e Iurent. Hæc prima pars expeditur infra, eodem. vſq; ad. §. & hoc.

f De ſportulis. Hæc ſecunda expeditur. j. e. §. & hoc quoque.

g Et vt quæ. Hęc expeditur. j. eod. §. qui vero. vſq; ad fi.

PRęſentem. h Suffragiũ. id eſt, pecunia pro ſuffragio data. Ac.

i Litis. principalis.

k Appellationes. ſic ergo iuratur de calumnia in cauſa appellationis: et ſic eſt in alia cauſa? Reſpon. eſt alia cauſa, ſed quod dicit iuratur, intellige ſi primo non fuit iuratum: alias nõ: & .j. de ijs qui ingre. ad ap. §. fin. & iuratur ideo tunc, quando non fuit primo iuratum: quia & probatio calumnioſe poſſet dari, cũ partibus de nouo probationes inducere permittat̃.: vt. C. de appel. l. eos. §. ſi quis. & de tempo. ap. l. per hanc. Sed quo ad hunc articulum, ꝙ nihil dabit iudici: dico q̃d iuret licet iurauerit prius, cum alius ſit iudex: vt. C. de appel. l. eos.

l Forte. vt ſunt hæredes: vel forte procuratores. alias ſ. in rem ſuam: alias de calumnia nõ iurant. ꝙ plene dicitur. C. de iura. calum. l. ij. §. ſinautem.

Perſo

Maior numerus trãſcendit minorem.

[a] Vide in hac gloſſ. abunde in c. fin. de regu. iur. & ij. q. 6. vj. §. diffiniui. verſ. Item plures. ſecundum Bar.

Iuratur de calũnia in cã appellationis.

hæc cauſa quolibet modo dederũt†, aut promiſerũt, aut poſtea dabunt, vel per ſe, vel per aliã quancũque mediã perſonam: exceptis ijs, quę proprijs aduocatis pro patrocinio præſtant, alijs que perſonis [a], quibus [b] noſtræ legesdari diſpoſuerũt. Hęc autẽ ſeruari præcipimus & in ſacro noſtro conſiſtorio, quando conſultationes [c] intromittuntur, vt ſub præſentia ſacri ſenatus memorata ſacramẽta pręſtentur. Si autẽ (vt contingit) aliqui litigantium nequeunt ad iudices venire [d]: tunc iubemus præſentes quidem iurare prędictum iuſiurãdum: ad abſentes autem dirigi ex officijs miniſtrãtibus aliquos cum aduerſa parte, vt eis præſentibus memorata ſacramenta ſimiliter præbeantur. Si verò mulier fuerit, quæ propter honeſtatem viris extraneis viris ſe demonſtrare non cõſueuit: tunc & abſente aduerſario, ex officio miſſos memorata ſuſcipere ſacramenta [e]. Si autem abeſſe partes in alijs locis [f] contingat, aut vnam earum: præcipimus abſentẽ in prouincia, in qua degit, iuſiurandum modo à nobis dicto ſub geſtis monumentorum apud iudicem prouinciæ, aut apud locorum defenſorẽ præbere. Illo videlicet † generaliter obſeruando, vt ſi quis litigantium abſens, vel præſens huiuſmodi iuſiurandum præbere noluerit, & hoc manifeſtetur iudici: per ſententiam eius, [g] actor quidem caſum actionis, reus autem condemnationẽ ſuſtineat [h].

Litigator pœnitentia ductus, ſi perſonam declarauerit, veniã meretur: ſed ille, qui dationẽ vel promiſſionem ſuſcepit, pœna hic inſerta punitur. Litigator autẽ, ſi probare nequiuerit, etiam punietur, iureiurando ab eo præſtãdo, qui dicebatur ſuſcepiſſe: ſed periurio poſtea detecto periurus de periurio poſtea eſt puniendus: tutoribus & curatoribus iuriſiurandi neceßitate & pœnæ periculo imminente. Bar.

Si quis autem ex litigatoribus dixerit ſe dediſſe alicui, aut promiſiſſe, & perſonam declarauerit, & hoc probauerit: ipſe quidem in euẽtu litis [i] veniam mereatur: qui verò accepit [k] †, aut promiſsionem ſuſcepit, aut ei probetur: ſi quidẽ pecuniaria ſit cauſa: quicqd datur, triplũ: quod verò promittitur, duplum à comite rerum priuatarũ [l] exigatur, & dignitatem ſeu cingulũ qđ habet, in vtroque [m] caſu amittat. Si autẽ criminalis ſit accuſatio: cõfiſcationẽ proprię ſubſtãtię patiatur: & mittatur in exilium, qui propter acceptilationem alienũ crimen in ſe transponi feſtinauit. Si autẽ datũ aut promiſſum litigator probare nequiuerit: iuret perſona, quæ datũ aut promiſſum dicitur ſuſcepiſſe, quia neq; per ſe, neq; per aliã perſonã aut accepit aut promiſsionẽ habuit: et hoc prębito ſacramẽto [n], ipſe quidam liber ſit: litigator aũt, qui nõ potuit [o] oſtendere, in pecuniarijs quidem cauſis ęſtimationẽ litis à comite rerum priuatarũ exigatur: lite quippe euẽtum [p] proprium ſuſtinente. In criminalibus aũt cauſis confiſcationem ſuarũ rerũ ſuſtineat, & cauſæ apud competentes iudices ſecundum ordinem legum terminẽtur. Si autem à litigatore manifeſtetur perſona, quę memoratum refutauerit iuſiurandum: tam in criminalibus quã in pecuniarijs cauſis memoratis ſubiaceat pœnis. Si quis autem litigantium iurauerit non dediſſe, aut non promiſiſſe, intra decem verò menſes poſt prolatam ſententiã numerãdos, oſtendatur dediſſe [q]: memoratæ pœnæ & contra dantes et contra accipientes habeant locum. In cauſis autẽ, quę per tutores aut curatores aguntur, ſacramenta quidem tutores aut curatores pręſtentur [r]. Si qua verò memoratarũ pœnarum locum habuerit per talia ſacramẽ-

a Perſonis. vt executoribus ſportulæ.
b Qui alias, q.
c Conſultatiões. i. lites. Accur.
d Ad iudices venire. propter infirmitatem: licet ſit in ciuitate: vt dicitur a. §. ſi nautẽ abeſſe.
e Suſcipere ſacramenta. forſitan, ſi hoc iudex proſpexerit vt iuret abſente aduerſario: vt. C. de iu. iur. propter calũ dã. l. ij. Al. & §. ſimili quoq; modo. et facit infra, vt nulli iud. §. neceſſarium. &. C. de offi. diuer. iudi. l. j.
f Locis. ſ. remotis.
g Eius iudicis. ſ. & quam longiſsime expellantur: vt C. de iuramen. calum. l. ij. §. quod ſi actor.
h Suſtineat. hic adiunge. §. infra. eo. in cauſis. et habebis authen. quod hic ſumitur in. C. de iur. cal. l. ij. in priu.
i Euentum litis. parcitur ſponte cõfitenti: ſic. C. de ijs q ſe def. l. j. &. ff. de iur. fiſc. l. edicto. & C. de tut. vel curat. lege prima, &. ff. de re milita. l. non omnes. §. fin.
k Accepit. et hoc conſtat, quia cõfitetur tunc.
l Priuatarum. comes palatij erat iſte
m In vtroque. et cum accepit, et cũ ſtipulatus eſt. Acc.
n Præbito ſacramento. ſimile ſacramentum eſt. ff. de eden. l. prætor. §. ſed & ſi. et de arbitr. l. ſi de meis, alias incipit idem Põponius ſcribit, ſi de meis. §. arbiter. & C. de fi. inſtru. l. fi.
o Nõ potuit. No. qui non probat, calumniari videtur: ſic. C. de aduo. diuer. iudi. l. j Sed ar. contra. ff. ad Turpil. l. j. Sol. ibi loquitur in caſibus vbi calumnia non punitur, vt in mandato. vt. C. de adul. l. quãuis. & alijs caſibus not. in ſum. ad Turpil. Accur.
p Euentum. licet incertus ſit: vt. ff. de pec. l. quod debetur ſtatuo.
q Emendatur ed diſſe ſpeciale eſt hic vt periurium: arg. quia à iudice delatum fuit ſacramentum: ſic vt. ff. de iureiurar. l. admonẽdi. alias contra: vt. C. de rebus credi. lege j.
r Præſtent. vt. C. de iureiur. propter ca. l. ij. §. ſin autem.

Suſtin-

† Cõcor. cum hoc text. capi. j. in gloſſ. ſuper ver. iuramẽtũ. in me. extra, de iur. cal.

† Cõcor. c. vlti. §. vlt. cũ gl. fin. extra, de iur. calũ qui. §. eſt ſũptus ex hoc tex.

Calumniatur qui non probat.

Quãdo autem etiam non probans calũniari videatur: docet Fely. in. c. ij. iij. col. verſ. in. gl. ij. cum ſe. de ca. & ibidem an qui per vnum teſtẽ duntaxat probat calũniaior dicatur poſt princip. c. verſ. not. qđ ille q.

† Haloã. vel promiſsionẽ acceptaſſe commonſtratur.

ta hanc tutores aut curatores ſuſtineant[a], nullo ex hos præiudicio generando ijs, qui ſub tutela aut cura eſſe noſcuntur.

Iudices prouidere debent, ne ſportulæ à litigatoribus illicitè exigantur, pœna eis imminente ſi tale delictum vindicare neglexerint. Item ipſis litigatoribus, à quibus ſportulæ licitè exiguntur, licet cõtra exigentes propria authoritate reſiſtere. Bartolus.

Et hoc quoque præcipimus ab omnibus iudicibus tam militaribus, quàm ciuilibus in omni loco noſtræ reipublicæ cuſtodiri: vt neq; magiſterianis, neq; præfectianis[b], neque alij cuicunq; executori concedant aliquid amplius à quacunque perſona ſportularũ nomine percipere, quàm noſtris legibus[c] declaratum eſt, nec ſi ſacram noſtræ tranquilitatis proferant iuſsionem. Sed ſi quidem inuenerint aliquid amplius exigentem: licẽtiam habeant et comprehendere hunc, et includere: et quadruplum exigere, quod plus acceperit: vt ſimplum quidem dãnum paſſo reddatur, triplum verò inferatur ærario. Si autem ciuilis aut militaris iudex ſiue interpelletur, ſeu quolibet modo neglexerit læſum (ſicut diximus) vindicare: ex ſua ſubſtãtia quadruplum ſecũdum prędictũ exigetur modũ[d]. Ipſam verò pœnam exigi iubemus per comitem noſtrarum rerum priuatarum. Et competentes iudices, ſi cognouerint aliquos ex ſuis officijs executores ſportularum nomine cõtra noſtras leges aliquid exigere, & hoc neglexeriat vindicare: damus licẽtiam† exactis nihil amplius exigentibus, quam ex noſtra conſtitutione definitum eſt, dare. & ſi qd amplius exigere eos voluerint: licentiam habeant eis reſiſtendi[e].

Iudex vel referendarius nullũ cogere poteſt ad pacta, vel tranſactiones faciendas cum aduerſarijs: Et ſi quis coactus hoc fecerit, nullum præiudicium ſibi generatur. Angelus.

Quia verò lex tam piæ memoriæ patris noſtri, quàm etiam noſtræ[f] tranquilitatis diſpoſuit nullo modo iudices ſuis ſententijs inſcribere tanquam ex imperiali verbo ex nõ ſcripto procedente, iuſſum ſit aliquos adhiberi, aut præſentari, ſed etiam[g] ſpectabiles referendarios noſtras iuſsiones ſecundum quod cõpetit, facere manifeſtas: eaſdẽ leges firmãtes, iubemus ſpectabiles referendarios in cauſis, quas docent, ſeu referunt ad noſtram tranquilitatem, nullã habere licentiam eos, aut adiutores eorũ, vel per ſe, vel per aliã quãcũque perſonã tenere aliquem, aut ſub fideiuſſoribus facere, aut aliquid exigere, aut cogere tranſactiones, aut pacta quædam cũ ſuis aduerſarijs exponere[h], aut quolibet modo in quacunque cauſa ſe permiſcere. Nihil enim aliud facere eos cõcedimus, niſi ſolas noſtras iuſsiones in quocũque negotio, aut ex ſcripto, aut nõ ſcripto prolatas, competentibus, aut deputatis inſinuare iudicibus. Si quid aũt præſenti legi contrarium aliquis eorũ p̄ſumpſerit agere: is quidem, qui damnũ aliqd', aut circunuentionem in ſuis rebus pertulerit, nullum præiudicium penitus circa ius propriũ ſuſtinebit. Qui verò tale aliquid egerit, ex ſua ſubſtãtia dãnũ læſæ pſonæ delatũ, per cõpetentẽ iudicẽ reſtituere cõpelletur, & ſup hoc cinguli & dignitatis ſuſtinebit amiſsionẽ. Hæc aũt omnia iubemus non ſolùm in futuris cauſis, ſed etiã in ijs, q̃ iã inchoatæ, nõdũ tñ ſunt terminatę ſeruari. Tua igitur eminẽtia p̄ſentẽ legẽ in ppetuũ valiturã, edictis ſolẽnibus ĩ regia ciuitate ppoſitis ad oĩm notitiã venire, pcuret: vt oẽs agnoſcãt, q̃ p cõi eorũ beneficio à nobis diſpoſita ſunt.

TITVLVS VI.

DE ECCLESIASTICIS TITVlis[i] & priuilegijs alijsque capitulis.

Princeps ſacras regulas in ſanctis quatuor cõcilijs expoſitas cõfirmat, & præcipit p legibus obſeruari: et ſedes

---

a Suſtineant. vt ſupra, de trien. et ſemiſ. §. ſtudium. in fin. et C. vnde vi. l. meminerint. in fin.

b Præfectianis. genera ſunt executorum, vt innuit litera ſequens.

c Legibus noſtris. ſed quibus noſtris, cum nullas dicat? ſed omnes dicunt vt iſta facientes de alijs mentionem: vt ſupra de mand. princ. §. deinde. col. ij. et ĩ. vt iud. ſine quoquo ſuffra. §. volumus. col. ij. & infra, vt differ. iudi. §. fin. Dic ergo, quod has leges de quibus hic fit mẽtio, non habemus. Vel dic earum ſenſus eſt talis, vt dicitur ſupra de iudi. §. nullo in clericis autẽ hodie certæ ſportulæ cõſtitutæ ſũt: vt infra de ſanc. epiſ. §. ſportularũ. et de his dices vt dixi inſti. de ac. §. tripli. Accur.

d Modum. et ſic iudex tenetur: vt. ff. de damno infect. l. iiij. in eum.

Priuato datur reſiſtendi facultas.

e Reſiſtendi. No. dari priuato licentiam reſiſtendi: vt C. de iure fiſc. l. prohibitum eſt. & C. de appell. l. quoniam.

f Etiam noſtræ. iſtæ leges erant in primo libro. C. qui fuit ante illum, quẽ habemus: vt in nouell. eo. tit.

g Sed etiam. ſecũdum dictum prædictarum legum, quæ duo dicebant.

h Exponere. vt ff. de legat. j. l. huiuſmodi in fine. contra ſed ibi non eſt pactum vel tranſactio: quia nec adinuicem habebant litem licet vnus vna actione, alius alia rẽ peteret, a quodam tertio. præterea ibi erat iudex compe... hic non.

DE ECCLEſiaſticis titulis.

i Titulus, id eſt, dignitas. Item titulus. i. ſcriptura quædam: vt. C. de ijs, q̃ pœ. no. l. j. Item titulus. i. ſubſcriptio, quæ ſic vulgo appellatur. Item titulus. i. priuilegium, & ſic hic accipitur: & quod ſubijcit, et priuilegijs, & pro i. priuilegijs &c.

De regu

† Halo... damus itẽ licentiam ijs, qui aggreſsionẽ ea de re patiuntur, ut quid executoribus amplius &c.

Titulus varia ſignificata habet.

ordinat & diſponit, omniaque priuilegia eccleſijs & venerabilibus locis indulta confirmat. B.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſsi. præfecto ſacrorum prætoriorum.

DE regulis eccleſiaſticis & priuilegijs, aliiſq; capitulis ad ſacroſanctas eccleſias & reliquas venerabiles domos pertinentibus præſentē proferimus legē. Sancimus igitur, vicem legū obtinere ſanctas eccleſiaſticas regulas, quę à ſanctis quatuor concilijs expoſitæ ſunt, aut firmatæ, hoc eſt in Nicæna trecentorum decem et octo, & in Conſtātinopolitana ſanctorum centū quinquaginta patrū, & in Epheſina prima, in qua Neſtorius eſt damnatus, & in Chalcedonia, in qua Eutyches cū Neſtorio anathematizatus eſt. Prędictarū enim quatuor ſynodorū dogmata, ſicut ſanctas ſcripturas accipimus, et regulas ſicut† leges obſeruamus[a]. Ideóque ſancimus ſecundum earum definitiones ſanctiſsimum ſenioris Romę papam, primum eſſe omnium ſacerdotum[b]: beatiſsimum autem archiepiſcopum Conſtantinopoleos nouę Romę, ſecundum habere locum poſt ſanctā apoſtolicam ſenioris Romæ ſedem: alijs autem omnibus ſedibus præponatur: per tempus autem beatiſsimum primæ† Iuſtinianeæ noſtrę patriæ archiepiſcopum[c] habere ſemper ſub ſua iuriſdictione epiſcopos prouinciarum Daciæ mediterraneæ: & Danię ripēſis, item Tribalneæ, et Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, atque Pannoniæ, & ab eo hos ordinari: ipſum verò à proprio ordinari concilio & in ſubiectis ſibi prouincijs locum obtinere eum[d] ſedis apoſtolicæ Romæ ſecūdum ea, quæ definita ſunt à ſanctiſsimo papa Vigilio. Simili quoq; modo ius pontificis, qd[e] epiſcopo Iuſtinianę Carthaginis Aphricanæ ciuitatis dedimus, ex quo Deus hæc nobis reſtituit, ſeruari iubemus. Sed & aliæ ciuitates & earum epiſcopi, quibus in diuerſis locis metropoliticum ius pręſtitū eſt, huiuſmodi priuilegio in perpetuū potiantur. Omnia priuilegia, vel ſolatia, quæ ex imperiali munificentia, aut etiam alio quolibet modo ſanctiſsimis eccleſijs, aut alijs venerabilibus domibus & locis collata ſunt, firmè eis per omnia conſeruentur.

Eccleſiæ habent immunitatem à ſordidis et extraordinarijs muneribus: exceptis ijs quæ pertinent ad refectionem & reædificationem itinerum viarum & ſimilium: & liberæ ſunt à lucratiuorum deſcriptione. Bartolus.

Ad hæc ſancimus omnium ſanctarum eccleſiarum, & omniū venerabilium domorū poſſeſsiones, neq; ſordidas functiones, neque extraordinarias deſcriptiones ſuſtinere[c]: tamen itineris ſternendi, aut pontium ædificij vel reparationis[f], ſi opus fuerit, ad inſtar aliorum poſſeſſorum huiuſmodi opus & ſanctas eccleſias & venerabiles domos complere, dum ſub illa poſsident ciuitate, ſub qua tale fit opus. Si quæ verò res ex curialium ſubſtantijs ad quamlibet ſacroſanctam eccleſiam aut aliam venerabilem domum ſecundum leges venerunt[g], aut poſtea venerint: liberas eas eſſe ſancimus[h] deſcriptione lucratiuorum[i].

Omnes præſcriptiones triginta annis aduerſus priuatos currentes in eccleſijs ad quadraginta annos extenduntur: hoc obtinente et in legatorum & hæreditatum exactione, et ad pias cauſas relictorum. Bar.

Canones pro legibus obſeruari debent.

DE regulis eccleſiaſticis. a Obſeruamus. Nota canones pro legibus obſeruandos vt hic, et ſupra quomodo opor. epiſco. §. j. & §. ſed etiam. de et de mona. §. fi. & §. ſi vero relinquens. & .ij. vt cle. apud pro epiſco. §. ij. & propter hoc cum canones dicant prohiberi vſuras, intelligūtur per .l. prohibitæ. In hac opiniōe fuit dominus meus Azo. nec obſtat, quod dicunt quidam alij. hic cōfirmari tantum illos canones, qui ſunt de quatuor concilijs, nam in illis etiam concilijs prohibitæ ſunt vſuræ, vt in Nicęno, vt. xlvij. diſtin. capitulo quoniam. præterea ſi nullus canon diceret, nec hoc lex, videtur, quod non poſſunt: quia ſunt contra legem Dei: & inferior nō poteſt legem ſuperioris tollere: vt. ff. de arbi. l. nam magiſtratus. et ad Treb. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. Item Paulus, Durū eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Pręterea cum hæc lex ſit de vltimis Iuſtiniani, qualitiā conuerſus hoc voluiſſe videtur. Sed contra. j. de nau. vſu. ſed illud ſpeciale eſt in nautico fœnore. Item cōtra. j. e. §. ſi autem diſtulerit. Sol. ibi ſpeciale fauore vltimę voluntatis, & ad pias cauſas.

Inferior ſuperioris legē tollere non poteſt.

† Cōcor. c. vlti. cū gl. vltima, extra, de ſecū. nup. & in capi. j. de no. opera. nuncia.

† De Salona Dalmatiæ intellige qd ex gl. obſerues. vij. q. j. c. ſcripſit. vt vehementer peccent, q Iuſtinianū per contumeliā Tracem appellant.

b Sacerdotum. vt ſupra, vt Ro. eccle. cen. an. gau. pri.

c Archiepiſcopū. & patriarcham.

d Eū. ſ. archiepi̅m.

e Suſtinere. hoc idem erat iure codicis: vt. C. de ſa. ſan. ec. l. placet. & l. neminem. & de epiſc. & cler. l. ij. Item ad pontes & ad ſimilia conferebant: vt hic ſubijcit, & C. de ſac. ſan. eccle. l. ad inſtructionem.

f Reparationis. pontium.

g Venerunt. forte per ſucceſsionem.

h Sancimus. Nota priuilegium dari hæredibus quod defuncto non competebat: ſic ecōtra hęredibus non datur. quod defuncto dabatur: vt. C. de priui. do. l. j. ſed regulariter hæres etiam priuileg. defuncti vti debet: vt. ff. de iure fiſ. l. fiſcus. quæ eſt ar. cōtra. & fac. C. de ſac. ſanc. ec. l. pe. in fi. & C. de imp. lu. deſcri. l. j. lib. x.

Priuilegium hæredibus datur quod defuncto non competebat.

i Lucratiuorum. mos erat & lex, quod ſi curialis donabat aliquid eccleſiæ, quarta eius dabatur curiæ: quod hęc lex tollit. et. d. l. C. de ſac. ſanc. ec. l. pe.

Quad

Pro temporalibus autem præſcriptiõibus decẽ et viginti & triginta annorũ, ſacroſanctis eccleſijs & alijs vniuerſis venerabilibus locis ſolã quadraginta[a] annorũ[b] præſcriptionem opponi pręcipimus: hoc ipſo ſeruando & in exactione legatorum & hæreditatum, quæ ad pias cauſas relicta ſunt.

Monaſterium & oratorium per epiſcopum orationibus & cruce ibi fixa inchoari debent, et ipſi fabricatores et eorum hæredes compellendi ſunt adimplere. Bartolus.

Si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium aut monaſteriũ[c] præcipimus non aliter inchoandam fabricã, niſi locorum ſanctiſsimus epiſcopus† orationẽ ibi fecerit, & venerabilem fixerit crucem. Si verò ſemel cœperit, aut nouã ædificare baſilicã, aut veterẽ renouare: modis omnibus cõpellatẽ à beatiſsimo locorum epiſcopo, & œconomis eius & ciuili iudice eã explere. & ſi is diſtulerit, hoc moriente: hęredes eius opus inchoatum adimpleant.

Qui in domo vel ſuburbano prædio eccleſiaſticũ miniſterium celebrare præſumpſerit aut alij celebranti conſenſerit ſine clericis, dominium amittit, & eccleſiæ applicatur, ſed ſi domino rei ignorante aliquis permiſerit: ipſe debet puniri, et non dominus. Bartolus.

Si quis in ſua domo, aut in ſuburbano eccleſiaſticum miniſteriũ miniſtrare præſumpſerit, aut alijs celebrare conceſſerit ſine clericis ſanctiſſimo locorum epiſcopo ſubiacentibus[d]: iubemus hanc domum aut ſuburbanum, aut prædium, vbi tale aliquid delinquitur, locis illius ſanctiſsimæ eccleſię vendicari per Deo amabilem epiſcopum & œconomum eius, & ciuilem iudicem locorum. Si verò † neſciente locorum domino eius curatores, aut cõductores, aut emphyteutę contrarium aliquid exerceri permiſerint: dominum quidem loci nullũ præiudicium, aut diſpendium ſuſtinere: eos autem, qui hoc fecerint, aut fieri permiſerint, ex prouincia, vbi hoc commiſſum eſt, expelli, rebus[e] eorum loci illius ſanctiſsimæ eccleſiæ vendicandis.

Legatum vel hæreditas relictum ſimpliciter ſub nomine magni Dei, debetur eccleſiæ illius ciuitatis, vbi teſtator habet domicilium. Ange.

Si quis in nomine magni Dei[f] & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti hæreditatem aut legatum reliquerit: iubemus eccleſiam loci illius, in quo teſtator domicilium habuerit, accipere, quod dimiſſum eſt. ¶ Si quis autem vnũ ſanctorum hæredem ſcripſerit, aut legatum ei reliquerit, & non ſpecialiter nominauerit locum, in quo eſt venerabilis domus[g], inueniantur autem in eodem loco, aut ciuitate plura oratoria eiuſdem ſancti: illi magis domui, quæ pauperior[h] eſt †, quod relictum eſt, præbeatur. Si autem non eſt in ciuitate Baſilica nominati ſancti, inueniatur autem in territorio eius: illi detur. Si autem neque in territorio eius reperitur huiuſmodi domus: tunc eccleſiæ ciuitatis, in qua teſtator domicilium[i] habuerit, quod dimiſſum eſt, prebeatur.

a Quadraginta: niſi in caſibus: vt ī. vt cum de appe. cog. §. ſi vero liberis. col. viij. cõtra. & ī. de ſan. epiſ. §. ſi quis rapuerit. in prin. ip. Ac.

b Annorũ. quid ſi eccleſia cõtra priuatum velit ſe tueri? Rñ eo modo ſe tuebitur, quo & alius priuatus: nec obſtat. ꝙ eſt in. ff. ꝙ quiſq; iur. l. j. quia ex liberalitate non per impetratiõem fuit eccleſiæ cõceſſum, vt in eo titu. l. iij. Item quid ſi eccleſia contra eccleſiam? Reſp. quadraginta anno. ſecundum Io. arg. contra ff. quibus ex cauſis maio. l. vlt. & ff. de mi. l. verum. §. pen. Nec obſtat qđ eſt in. C. de inoff. teſt. l. in arenã. ibi enim turpitudo eſt impedimẽto. Item nõne hæc ſuperflua eſt per illam. ī. hæc cõſtit. inno conſti? Reſp. non: quia in ea nihil dicitur de præſcriptiõe x. vel xx. an. ſed xxx. tãtũ. quæ ad xl. reducitur. Item quid de ædhibit. & quãto minoris & cæteris ſimilibus? dic ꝙ remanent in ſuo ſtatu: vt. ī. hæc cõſtit. in ſi. Sed nunquid reſtituitur eccleſia, cũ vſucapio & cæteræ minores præſcriptiones currant contra eam? Reſp. ſic: vt minor ſecundum omnes. Sed vſque ad ꝙ tempus? Reſp. quidam dicunt vſq; in infinitum: alij vſque ad quadriennium ex quo læſa eſt.

c Aut monaſterium. idem in qualibet eccleſia: vt. ī. de monachis. §. j. et ī. vt nullus fabric. ora. do. §. j. col. v.

d Subiacentibus. Nota nõ licere ſacra miniſteria fieri, niſi in eccleſijs, licet orare alias quis poſſit. alias domus

perditur: vt hic, & ī. vt in princ. do. §. j. & ij. & . C. de hæ. l. quicunq; . §. vniuerſi. et. §. ſeq. ſic et publicatur locus, in quo aliquis fit eunuchus: vt. C. de eunuc. l. j et in quo proſtibulatur: vt ī. de leno. §. ſi. & vbi falſa moneta cuditur: vt. C. de falſ. mo. l. j. §. pe. et §. ſi.

e Expelli rebus. Nota tutorẽ pro facto, ꝙ pro pupillo faciebat puniri: ſic & miſeri puniuntur, qui eorũ pupillorum pecunias fœnerant: ad ꝙ nõ tenentur: vt ij qui ob. perhi. §. quoniã autẽ. nec enim bonam fidẽ agnoſcere prohibentur: vt ff. de admini. tut. l. quoties. §. ſicut. in fin. §. & facit. C. de fal. monet. l. j. in ſi. & . ff. de publ. l. cotem. §. dominus.

f Magni Dei. i. ipſi Chriſto. Acc.

g Venerabilis domus. conſecrata in honorẽ ſancti, cuiꝰ reliquit.

h Pauperior. Nota prodeſt paupertas: vt hic, & . ff. mand. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorãtes: vt. ff. de tranſa. l. cum hi. §. in perſona. & . l. ſi in annos. & . C. de oper. liber. l. j. et. ff. qui et a qui. l. ſi quis hæres. et de epi. et cle. l. ſi quis ad declinãdam. §. ſin autẽ. E contra nocet: vt ī. de teſtib. §. ſancimus. & . ff. de excuſa. tut. & cur. l. ſpadonem. in ſi.

i Domicilium. Nota domicilium teſta

Turpitudo actionẽ tollit.

† Cõcor. cum hoc text. ca. ad audientiã. j. & ij. extra, de ec. ed. ędifi. ī.

Sacra miniſteria in eccleſijs fieri debent.

† Facit gloſ. in ca. j. ſup ver. procuratoris. circa mediũ. ibi nec delictum. extra, vt lite non conteſtata.

Paupertas aliquãdo prodeſt.

† Idẽ dicitur in cap. ij. iuncta glo. ij. extra, de teſta. & vlti. voluntat.

Si quis oratorium iuſſerit ædificari, debet intra quinq; annos compleri: ſed xenodochium intra annum: & hæredes adimplere cogendi ſunt, & etiam deſignata perſona per teſtatorem: epiſcopus autẽ loco inutilium perſonarũ alium exigere debet. Bar.

Si quis ædificationem venerabilis oratorij, aut xenodochij, aut ptochij, aut orphanotrophij, aut noſocomij, aut alterius reuerendæ domus in nouiſsima voluntate fieri diſpoſuerit: oratoriũ quidem intra quinq; annos compleri iubemus prouidentia locorum epiſcopi & ciuilis iudicis. xenodochium autẽ, aut ptochiũ, aut aliam venerabilẽ domum intra vnũ fieri annum †. ſi autẽ intra annum nõ fecerint hæredes xenodochium, aut quãlibet venerabilẽ domum à teſtatore diſpoſitã fieri: iubemus eos domum aut comparare, aut locare [a], vbi poſsint, quæ iuſſa ſunt adimplere [b], donec huiuſmodi domus venerabilis expleatẽ. Et ſi quidẽ ipſe teſtator decreuerit, qui debeant xenodochi fieri, aut ptochotrophi, aut alteri tales gubernatores, ſiue ſuis hæredibus huiuſmodi electionem commiſerit: iubemus modis omnibus hæredes eius, quæ ab eo definita ſunt, adimplere: locorum beatiſsimis epiſcopis inſpicientibus, ſi gubernatio rectè procedit. & ſi inuenerint non vtiles exiſtẽtes rectores: licentiã habentibus ſine damno alios pro eis opportunos efficere.

Legato vel hæreditate pro redemptione captiuorum aut alimẽtis pauperibus derelictis perſona à teſtatore deſignata ſecundum teſtatoris voluntatem debet omnia adimplere: perſona autem non deſignata epiſcopus vel œconomus adimplere debet, quod teſtator aut donator probauerit. ſi verò perſona deſignata ſemel & ſecundò monita adimplere diſtulerit, omni lucro priuatur: & epiſcopus vel ſuperior ſecundum teſtatoris voluntatem diſtribuere debet. Barto.

Si quis autem pro redemptione captiuorum, aut alimentis pauperũ hæreditatem aut legatũ reliquerit in rebus mobilibus, aut immobilibus, ſiue ſemel, ſiue annale: & hoc modis omnibus ſecũdum teſtatoris voluntatẽ [c] ab ijs, quibus iuſſum eſt hoc facere, cõpleri [d]. Si aũt ſpecialiter non dixerit, † quomodo pauperibus hoc reliquit: præcipimus ſanctiſsimũ epiſcopum ciuitatis, in qua teſtator habuit domiciliũ, percipere eaſdem res, & eius ciuitatis pauperibus erogare [e]. Si aũt pro redẽptione captiuorũ aliquid relinquatur, & non nominatim teſtator dixerit, per quẽ oporteat fieri redemptionẽ captiuorum: etiã ſic iubemus res ad hoc relictas, locorum epiſcopũ & eius œconomos accipere, & huiuſmodi piũ opus implere. in omnibus enim talibus pijs voluntatibus ſanctiſsimos locorum † epiſcopos volumus prouidere, vt ſecũdum defuncti voluntatẽ vniuerſa procedant: licet [f] præcipuè à teſtatoribus aut donatoribus interdictum ſit eis habere ad hoc aliquod participium. Si. aũt qui hoc facere iuſsi ſunt, ſemel & ſecundò [g] à beatiſsimo locorum epiſcopo, aut eius œconomis per publicas perſonas admoniti diſtulerint, quæ diſpoſita ſunt adimplere: iubemus eos omne lucrũ relictũ eis ab eo, qui hoc præceperit, amittere [h], & locorum epiſcopos omnes res cunctis (ſicuti dictum eſt) pijs cauſis diſtributas cũ fructibus & augmẽtis medij tẽporis & memorato lucro vendicare: & quæ teſtator diſpoſuit, adimplere: ſcientes quia ſi neglexerint: pro his omnibus rationẽ Deo perſoluẽt. Si autem ſanctiſsimus locorum epiſcopus reliquerit [i] aliquid horũ, quæ à nobis dicta ſunt: liceat ſanctiſsimo eius metropolitæ hæc omnia exigere & compiere: & omni alij licentia ſit huiuſmodi mouere quæſtionem, & ſtudere, vt modis omnibus cauſæ piæ compleantur.

Falcidia ceſſat in relictis ad pias cauſas: & hæres ſoluere recuſans intra ſex menſes ab inſinuatione te-

---

teſtatoris in dubio ſequi: vt. ff. de condi. & demonſtra. l. quæ conditio. §. j.

a Cõparare aut locare. id eſt, cõducere. nã promiſcue vtimur: vt. ff. de actio. empt. l. veteres. Accur.

b Adimplere. ſic & eius ſeruatur voluntas in diſpoſitione tutoris, qui adminiſtret: vt. ff. de admini. tu. l. iij. ſic & in funere a quo debeat funerari: vt. ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrũ. §. & hoc edictum.

c Voluntatem. qui dixit tantũ talibus pauperibus, tantum talibus religioſis.

d Compleri. iſti ſunt quos vulgo Bononienſes commiſſarios appellãt. Sed an habeant hi aliquam actionem contra hæredem, ſi hæres recuſet? Rñ. ſic: vel condi. ex lege: vel offi. iudi. ex hac. l. cũ enim ipſi teneantur: vt. j. eo. tit. §. ſi autem qui hoc facere. debent habere ius contra hæredem: vt. C. de epiſ. & cle. l. nulli.

e Erogare. forſitam, cum nõ ſint xenones vel ptochotrophia in ea ciuitate vel eius territorio: vt. C. de ſan. epiſc. l. ſi quis ad declinãdam. & j. eo. §. ſi qs. & hoc ſecundum Al. licet alij dicant. l. codicis innouatã eſſe.

f Licet. hinc ſumitur quod eſt. C. de epiſco. & cler. l. nulli aũt licet. Ac.

g Secũdo. dic vt j. de hære. & Falc. §. ſi quis autem diximus.

h Amittere. not. amitti lucrũ ſi defuncti volũtati nõ paret: vt hic. & ff. de excuſa. tuto. l. Neſennius. in pri. & C. de leg. l. pen. in fi. & ff. vbi pup. edu. de. l. j. in fin. & ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrum. §. & hoc edictum.

i Reliquerit. id eſt, non compleuit prædicta, quæ ſunt ab eo complenda: vel proprie lege.

Ad pi

† Simile habes i. c. iij. extra, de teſta. vbi teſtator præceperat cõſtrui monaſterium per hæredes.

† Haloã. cuius loci pauperibus hæc reliquerit.

† Cõcor. c. tua nobis. cũ gl. j. extra, de teſta. vbi verba huius tex. recitãtur in gloſ. ſuper verbo pijs voluntatibus.

ſtamenti numerandos ad vſuras & fructus tenebitur: & annale legatum alienari non poteſt niſi in prouincia remota fuerit relictum. Barto.

Si autē hæres, quæ ad pias.[a] cauſas relicta ſunt, non impleuerit, dicens relictam ſibi ſubſtantiam nō ſufficere ad iſta: præcipimus omni Falcidia[b] vacāte † quicquid inuenitur in tali ſubſtātia ꝓficere ꝑ iuſsione ſanctiſsimi locorū epiſcopi ad cauſas, quibus relictum eſt. Si autem legatum ab aliquo ad pias relinquitur cauſas: iubemus intra ſex menſes[c] ab inſinuatione teſtamenti numerandos, hoc modis omnibus præberi, quibus relictum eſt. Si autem diſtulerint, qui in hoc onerati ſunt, huiuſmodi prębere legatum: fructus & vſuræ[d] & omne legitimum exigatur augmentum à tempore mortis eius, qui hoc reliquit. Si autem annale legatū cuilibet venerabili domui relinquatur: ſiquidē qui hoc dare iuſsi ſunt, aut locus, ex quo iuſsū eſt hoc præberi[e], in ipſa aut vicina prouincia fuerit: iubemus nullo modo legatum alienari. Si verò loca aut perſonæ, ex quibus hoc dari præceptum eſt, longius fuerint: tunc liceat illis, quibus hoc relictū eſt, ſi & pars obligata conſentit, cōmutare legatū & pro eo percipere reditus idoneos, & cum augmento non minus quartę partis relictæ quantitatis[f], & neque plurimis tributis fiſcalibus prægrauatos, aut vēdere ſi voluerint huiuſmodi legatum, & nō minus pro pretio percipere, quā ex tali legato intra vigintiquinq; annos colligitur: ita tamen, vt huiuſmodi pretiū ad vtilitatem prædictæ venerabilis domus, vbi relictum eſt, proficiat.

De bonis poſt adeptam dignitatem quæſitis epiſcopi teſtari prohibentur, niſi præſumantur quæſita intuitu perſonæ, non eccleſiæ: in pias tamen cauſas poſſunt expendere. Bald.

Interdicimus † autem ſanctiſsimis epiſcopis res mobiles aut immobiles ſeſeq́; mouentes, quæcūque poſt epiſcopatū ad eos quoquo modo peruenerint in ꝓprios cognatos, aut in alias quaſcūq; transferre perſonas. In captiuorum verò redēptionem & egentium pabula, & alias pias cauſas, aut pro vtilitate proprię eccleſiæ ex his expendere licentiam habeant: & quicquid ex huiuſmodi rebus poſt obitum eorum in ipſorum facultate remanſerit, iubemus hoc ad proprietatem eccleſiarū, quarū ſacerdotium habuerunt, cōpetere[g]. In illis enim ſolūmodo rebus licentiā eis alienandi, aut relinquendi, quibus voluerint, damus, quas ante epiſcopatum probantur[h] habuiſſe: poſt epiſcopatū verò, quæ ex genere ſibi coniūcto ad eos deuolutæ ſunt[i], quibus ab inteſtato vſq; ad quartū[k] gradū ſuccedere poterunt. Hæc autē omnia, quæ diximus de rebus, quæ poſt epiſcopatum deuolutę ſunt ad ſanctiſsimos epiſcopos, & in reuerēdiſsimis orphanotrophiis, & ptochotrophiis, & noſocomiis, & xenodochiis[l], & gerōtocomiis, & omnibus aliis rectoribus venerabiliū domorum valere ſancimus in rebus, quæ in tēpore proprię adminiſtrationis ſecundū prædictū modum ad eos peruenerunt. Si quis autem † epiſcopus aut clericus, aut cuiuſlibet eccleſiaſtici gradus miniſter, aut eccleſię diaconiſſæ moriantur ſine teſtamentis & legitimis ſucceſſoribus: horū ſucceſsio eccleſiæ[m] cōpetat, in qua cōſtituti fuerint.

Hæretici res eccleſiarū ab eccleſiis nullo modo recipere poſſunt. Itē hæretici & Iudæi ſynagogā & ſpeluncam

Hæret

---

a Ad pias. ſ. eccleſię, orphanotrophio, noſocomio, xenodochio, vel pauperibus: vt. C. de ſacroſan. eccle. l. illud. & .ſ. eo. §. ſi quis autem.

b Falcidia. quia forte locū habet, cū hæres q̄ ad pias cauſas relicta ſunt ab initio forte implere noluit. ſi ēm ſpōte teſtatoris voluntati paruiſſet, Falcidiam habere poſſet: vt. ff. ad le. Falci. l. j. §. ad municipium. & C. ad leg. Fal. l. ij. ſecundum Al. & ſecundum R. Vel diſtingue vtrum eccleſiæ ſimpliciter. i. Deo: quo caſu locū habet Falc. aut eccleſiæ & ad cauſam piā, aut pro redēptione captiuorū: quo caſu locū non habet vt hic & ibi: vel melius fauore eccleſiæ dic correctum.

c Sex mēſes imo intra annum videtur: vt. ſ. de hæred. & Fal. §. illud contra. Sol. hic eſt ſpeciale.

d Vſuræ. hoc eſt contra. ſ. e. in prin. Sol. vt ibi.

e Præberi. puta fundum, vel vineā.

f Quātitatis. ſic ſ. de alı. & emphy. §. ſi vero ſecūdum prędictum. & facit ff. de tranſac. l. cum hi. §. eam tranſactionem.

g Competere. olim in omnib⁹ poterat teſtari: vt. C. de epiſc. & cle. l. ſacroſanctæ. quæ hic corrigitur. Accur.

h Probantur. eſt ergo præſumptio pro eccleſia. ſic. C. de do. inter virum & vxo. l. etiam. & ff. de dona. inter virū & vxor. l. quintus. arg. contra. C. arbi. tu. l. ſi defunctus. Itē not. quod eccleſiæ reſeruare tenētur: vt & .ſ. de ſeſti. § j. col. viij.

i Deuolutę ſunt. etiam per donationes inter viuos factas ſecundum Io.

k Ad quartū. de quarto gradu ideo dixit: quia vſq; ad eum gradum veriſimile eſt, ꝙ a talibus cognatis habent, nō occaſione rerum eccleſiæ, ſed in remotiorib⁹ cōtra eſt. Azo. ſi ergo vltra gradū iſtū daret ſibi quis, & nō occaſione rerū eccleſiæ: idē, vt ſit tm̄ iuris præſumptio ſecundū Al.

l Xenodochis. niſi forte renunciauerint ſeculo. nam tunc non poſſunt facere de aliquo teſtamētum: vt. ſ. de mona. §. illud. col. j. & not. hanc. l. de prælatis. de ſubditis autem dices. ı̄. de ſanctiſ. epiſc. §. presbyteros.

m Eccleſiæ. & ſic eccleſia vt vxor præfertur fiſco: vt C. vnde vir & vxor. l. j.

† Cōcor. cum hoc tex gloſſ. in ca. cum eſſes. ſuper verbo, improbamus poſt prin. extra, de teſt. & vlt. volunt. & gl. fina. in c. ſi. eo. tit.

† Cōcor. cū hoc. §. c. j. cū glo. ſuper verbo, ante. extra, de teſtam. q̄d ca. vt puto ſumptū eſt ex hoc §. vt eius verba manifeſtant.

† Cōcor. cū hoc. §. c. requiſiſti. in fi. cū glo. fi. extra, de teſt. & cap. vl. in gloſ. ſuper verbo, bonorum in fi. extra de ſuc. ab inteſta.

a Hæreticorum. Not. hæreticos ab actibus huiuſmodi prohiberi. quod facit ad id, quod eſt C. de iure emphyt. l. fi. §. ſi autē. & facit ad hunc. §. C. loca. & cōdu. l. curiales. & l. milites. & l. finali.

b Et ſancta eccleſia. ſ. ſi ita eſt. & facit. C. de hæret. l. ſi quis orthodoxę. in prin. Accur.

c Vendicari. ſ. prę cipimus.

d Indemnem ſeruari. ſic. ff. loca. l. ſi quis ignorans.

e Sine ſatiſdatione. iudicatū ſolui.

f Alienare. ſ. præcipimus. & concordat. C. de epiſco. & cler. l. orphanotrophos.

g Subiacere. imo hodie contra: vt. j. de ſanc. epiſ. §. œconomus. vel illa in œconomis & alijs gubernatoribus.

h VT FRAtrum filij &c.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur. l. j. j. eo. expeditur vſque ad. §. illud. Secūda abinde vſq; ad. §. quia verò mulieres. Tertia abinde vſque ad. §. fi. Quarta in. §. fi. prima eſt; vt fratrum &c. ſecunda, & vt mulieres & cætera. tertia, & rurſus &c. quarta, & vt ſimiles, & cætera.

† Acephali, hæretici ſūt. de his habetur xxiij. q6. iij.

Noſtras.

conſtituere non debet. Item etiam ab alijs quàm eccleſijs per emphyteuſim vel conductionē poſſeſſiones accipere prohibentur. Barto.

Iubemus autem nullū hæreticorū[a], neque per conductionē, neque per emphyteuſim, neq; per emptionē, aut alio quolibet modo res immobiles accipere à qualibet ſancta eccleſia, aut alio venerabili loco. ſi quid verò hæreticus pro tali cauſa prębuerit, amittat: huiuſmodi verò res venerabili loco, à quo etiam datæ ſunt, vendicentur, rector autem domus, qui ipſas res dedit hæretico, omni gubernatione remoueatur, & in monaſterio recludatur, & vno anno à ſancta cōmunione ſegregetur: cùm hæreticis prodiderit Chriſtianos. Si autē orthodoxus poſſeſſionem habens, in qua eſt & ſancta eccleſia[b], alienauerit, aut reliquerit, aut per emphyteuſim, aut per cōductionē, aut quālibet gubernationem hanc dederit Iudęo, aut Samaritano, aut Ariano, aut alij hæretico: ſancta eccleſia eiuſdē vici huiuſmodi vendicet proprietatē alienationis. Siquis autē hæreticorū (quibus etiā cōnumeramus Neſtorianos & Acephalos † Eutichianiſtas) præſumpſerit ſpeluncam ſuæ incredulitatis ædificare, aut Iudæi nouam ſynagogā conſtituere: locorum ſancta eccleſia ædificia ſuæ proprietati defendat. Si verò quis per emphyteuſim, aut cōductionem, aut etiam per quancunq; aliā gubernationē dederit poſſeſſionē huiuſmodi perſonæ: ſiquidē ſciebat dominus poſſeſſiōis eius, quia hæretico hanc cōmiſit: omnes reditus illius tēporis, quod in cōtractu trāſijt, eccleſiæ ciuitatis, ſub qua poſſeſſio conſtituta eſt, vendicari[c]. Si verò ignorabat dominus poſſeſſionis, quia hæreticus erat, cui hæc commiſſa eſt: ipſum quidem dominum propter ignorātiam indemnē ſeruari[d]: hæreticum verò in vtroq; caſu expelli de poſſeſſionibus, & eius ſubſtantiam applicari fiſco.

Orphanotrophi ſunt ſimiles tutoribus & curatoribus: & debent conficere inuentarium ſub geſtis perſonarum publicarum. Bart.

Orphanotrophi verò, tutorū & curatorum fungantur officio †, ita tamen vt etiam ſine ſatiſdatione[e] conueniantur de rebus orphanotrophijs, & ipſis proprijs orphanis cōpetentibus. Res autē competentes alicui orphanorū, publicis præſentibus tabularijs, aut ſub geſtis monumentorum in hac quidem regia ciuitate apud magiſtrū ſenſus habitis: in prouincijs autem apud iudices earū, aut defenſores locorum orphanotrophijs accipere & cuſtodire: & ſi neceſſarium putauerint, etiā alienare[f], & pretia earum orphanis conſeruare, aut alias res pro illis emere, non aūt ſubiacere[g] tutelaribus, aut curatorijs rationibus. Seruari autem iubemus venerabili orphanotrophio huius regiæ vrbis, & xenodochio, quod vocatur ſanctæ Mariæ Sanſo, & ſub eius gubernatione conſtitutis oratorijs, aut xenonibus, aut venerabilibus domibus omnia priuilegia, quæcunq; habet maior ſanctiſsima eccleſia Conſtantinopolitana. Quæ igitur per præſentem legē in perpetuū valituram noſtra ſanxit trāquilitas, tua celſitudo edictis ſolenniter in hac regia vrbe propoſitis ad omnium ſtudeat peruenire notitiam. Nos enim prouidebimus, quatenus ſine collatorum diſpēdio fiat etiam in prouincijs manifeſta.

† Facit gloſ. in. c. auditis. ſuper verbo, minoris. poſt prin. extra, de in integ. reſti.

TITVLVS VII.

VT FRATRVM FILII[h] † ſuccedāt pariter ad imitationem fratrū etiā aſcendentibus extātibus. Et vt mulieres nō inſinuata antenuptiali donatione non lædantur: non inſinuans autem vir, vel ſi cōpetat nuptiale lucrū, eo non fruatur. Et rurſus, vt mulieres non ſecundò nubentes dominæ ſint partis ſponſalitię largitatis, quantū pars facit vnius filij. Et vt ſimiles ſint pœnæ vtriuſque ſexus, dum ſine cauſa rationabili repudium mittitur.

† Quæ hac conſtitutiōe promulgantur, ea pene omnia habentſinſerta in nouella conſtitu. græca. cxviij. & cxix.

Filij fratrum ex vtroque latere coniuncti ſuccedūt vnà cum fratribus defuncti, & etiam cum aſcendentibus, ſublata lege, quæ contrariū diſponebat. Auge.

Idem A. præfecto prætorio.

NOſtras leges emẽdare nos non piget [a], vbique vtilitatem ſubiectis inuenire volentes. Meminimus igitur ſcripſiſſe legem [b], per quam iuſsimus, vt ſi quis moriatur relinquẽs fratres, & alterius fratris filios pręmortui: ad ſimilitudinem fratrũ, & præmortui fratris filij ad hæreditatem vocẽtur, paternũ adingrediẽtes gradũ, & illius ferẽtes portionem. Si verò moriẽs relinquat aſcendẽtium aliquos, & fratres ex vtriſque parentibus coniunctos ſibi [c], & filios ex præmortuo fratre: fratres quidẽ iuſsimus per ipſam legẽ cum parẽtibus vocari fratris verò filios excluſimus. Hoc itaque iuſte corrigẽtes, ſancimus, vt ſi quis moriens relinquat aſcendentiũ aliquẽ, & fratres, qui poſsint cum parentibus vocari, & alterius præmortui fratris filios: cum aſcendẽtibus & fratribus vocentur, etiam præmortui fratris filij, et tantam accipiant portionem, quãtam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet. Hoc verò ſancimus de illis filijs fratris, quorũ pater ex vtroque parente iungebatur defuncto, & abſolutè dicimus ordinẽ, quando cũ ſolis vocantur fratribus, eundem eos habere iubemus, & quando cum fratribus vocantur aliqui aſcendentium ad hæreditatem [d]: hoc iubentes ex cal. Ianua. præſentis indictionis vndecimæ. Illud quoque dignum correctione aliqua eſſe iudicãtes, partem hoc præſentis facimus legis: ex ipſo enim rerum inuenientes experimento neceſſariũ eſſe mulieribus, actis monumentorum ante nuptias donationes inſinuari: vt ſi principalia inſtrumenta pereant (quod facile eſt) per monumenta [e] matrimonij eius probatio maneat: ſancimus neceſsitatem habere viros ipſos, aut etiã, qui pro eis [f] ante nuptias donationes ſcribunt, ſi quingentorum ſolidorũ tranſcendit quantitatem, inſinuare eam in actis monumentorum, in regia quidem ciuitate apud magiſtrum cenſus †: in prouincijs autem apud vniuſcuiuſque ciuitatis defenſorẽ, aut apud quos omnino talia documẽta cõfici [g] poſſunt. Si verò non inſinuent eas: quantum quidem ad partem mulieris etiam ſic eas valere iubemus: & ſi tempus fiat exactionis [h], donationis [i] & [k] partis eius: non opponi mulieri non inſinuatam fuiſſe [l] donationem. Si verò dotalium pacta & horum euentus parti viri cõcedunt actionem dotis, aut etiam eius partis [m]: nullam eum habere iubemus actionem [n]; ſi non donationem inſinuauit, in actis monumentorum, ſicut dictũ eſt. viris enim habentibus poteſtatẽ inſinuare donationes, pro non inſinuatis periculum mulieribus imminere, ineptũ nobis eſſe videtur. Quia verò & mulieres ad ſecũdas nuptias nõ veniẽtes portione aliqua dignas vltra eas, quæ ſecundò nubũt, eſſe putamus [o]: ſi qua amiſſo viro, alterius abſtineat nuptijs: habere quidem eam vſum antenuptialis donatiõis, ſicut prius ſancimus [p]. habere verò eã & ꝓprietatis tm̃, quãtũ filiorũ quãtitas faciat: vt ſecũdũ ꝓprietatis rõnẽ vnius & ipſa filij pſonã obtinere videat [q]. Hoc verò valere nõ in mr̃ibus ſolis iubemus, ſed etiã in pr̃ibus & alijs aſcẽdentibus volumus ad ſcd̃as nõ veniẽtibus. Quia verò interdiximus dudum per noſtrã legẽ & viris [r] & mulieribus repudia mittere, & trãſigere

Corrigere ſe eſt honeſtius q̃ ab alio corrigi.

a NOſtras. Non piget. melius eſt ſeipſum corrigere, quã ab alio corrigi expectare: vt. ſ. de nupt. §. ij. colla. iiij.

b Legem. ſ. de hære. ab inteſt. §. ſi igitur defunctus. in ſi. quam corrigit hic.

c Sibi. ſ. ſimiliter relliquerit.

d Ad hęreditatẽ. q. d. idem eſt ordo caſus & ius, ſiue hi nepotes cum ſolis theijs vocãtur, ſiue cum theijs & ſuperioribus.

Exẽplo credẽdum eſt.

e Monumẽta. i. exẽpla primi inſtrumẽti, & exẽplificata corã iudice creditur ergo exemplo. vt. C. de re iudic. l. ſi. & ſic eſt contra. ſ. vt ſpon. larg. §. ad hæc. Sol. hic fuit facta inſinuatio corã ordinario iudice: vt patet ex ſequentibus: quia ſic dicit, quod debet fieri, tũc enim exemplũ valet: vt hic, &. ff. de admi. tut. l. chirographis. & C. de teſta. l. publicati. alias ſi non ſic inſinuetur, non valet: vt in contrario.

f Pro eis. Puta patres. Accur.

g Confici. vt coram defenſore ciuitatis: vt in authen. de defen. ciui. §. nulla. & C. de do. l. in hac.

h Exactionis. qa extitit caſus, quo mulier pacta eſt de lucranda donatione propter nup. puta præmortuo marito, ſecundum Io.

i Donationis. ſcilicet totius. Accur.

k Et. pro id eſt.

l Inſinuatã fuiſſe. hic innouat: vt. ſ. vt ſpon. lar. in prin. & ſumitur hic qđ eſt. C. de dona. ante nup. l. ſi. & authen. eo decurſum. in ſi.

m Partis. i. datũ ei lucrum caſu exiſtente. de quo pactus eſt de lucranda dote: vt puta præmortua vxore, ſecundum Ioan.

n Actionem. ſ. in eo, quod excedit eã quantitatẽ: quæ nõ debet inſinuari ſecundum Io. vt arg. C. de dol. l. ſi quis argentum. §. ſed in omnibus. & hoc ideo dico, quod vir vel mulier debet lucrari ex pacto in alio, in quo non eſt pactũ lucrari: cum non ſit ſimplex donatio, & non eſt neceſſaria inſinuatio.

o Putamus. vt. ſ. de nup. §. hinc nos. & C. de ſecun. nu. l. generaliter.

p Sancimus. per l. illam. ſ. neque virum, quod ex dot. §. præterea.

q Videatur. corrigitur ergo quod eſt. ſ neque virum. §. præterea. vbi nõ diſtinguebat.

r Viris. quę eſt. ſ. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero legem dudum.

s Tranſigere. id eſt ſoluere.

Differen

† Gloſſ. in. c. cũ in iure. ſuper verbo, ſedis. in me. in verſi. itẽ ſi ſentẽtia redacta eſt extra, de offic. delegat. inducit hunc textum ad hoc, quod ſi ſentẽtia delegati ſit redacta in publicã formã, qđ facit plenam fidem abſque oſtenſione cõmiſsionis ſuperioris.

a Differentiam. quãtum ad pœnã.
b Cognita. quæ cauſæ ſunt in prædicta cõſtitutione: vt lic. mat. & auię. §. quia vero plurimas.
c Hoc. ſcilicet ſeparare matrimonia ſine cauſa legitima cognita.
d In viro. cõtra §. vt lic. mat. & auiæ. §. quia vero legem dudum. Solu. hic illam corrigit: vt ibi diximus. Alij dicũt hic æquiparare corporales pœnas, non pecuniarias: ꝙ nihil eſt.
e Proximas. no. par delictũ parem exigere pœnam: vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quenquã. fallit ff. de pœ. quædã. l. & de incẽ. rui. nau. l. Pedius.

Pœnam ſimilẽ par delictũ exigit.

f DE RE-ſtitutione &c.
Huius ſenſum accipe ex titulo: et ponit tantum de vno teſtamẽto, in quo multa ſunt diſpoſita: & de quodam codicillo: & literam non lego, niſi vt notem: arg. infra. §. codẽ. manifeſtum.
TAnta nobis. Aut

matrimonia (niſi tamen quędam ſit cauſa noſtræ legi cognita) & pœnas hoc facientibus & viris & mulieribus impoſuimus: mutationem quandam circa pœnas viri ac mulieris facientes, & ad melius hoc transformantes, ſancimus, nullã eſſe differentiã [a]quantum ad pœnã inter virũ & mulierem hoc pręſumentes: ſed ijſdẽ pœnis, quæ contra mulieres à nobis definitæ ſunt, ſi ſine cauſa noſtrę legi cognita [b]matrimonia diſtrahũt, etiã viros ſubdi hoc [c]præſumẽtes, & ſimiles pœnas eſſe in viro [d]& in muliere. In delicto enim ęquali proximas [e]eis imminere pœnas, iuſtum eſſe putamus. Pręſentem igitur generalem legẽ noſtram manifeſtam tua gloria faciat per edicta ſolennia & ijs, qui hanc maximã ciuitatem, & qui prouincias habitant: vt nullus hominũ, quæ ad ſalutem communem ſancita ſunt à nobis, ignoret.

TITVLVS VIII.

DE RESTITVtione [f]fideicommiſſi, & nomine familiæ, quod vſq; ad quartum gradum locum habet, & quod familiæ nomine nurus etiam continetur.

Alienationis prohibitio perpetua vltra quartam generationem non extenditur, nominalis autem alios non continet: & vltimus de familia ſuperſtes res ad eum venientes in quãcunq; perſonam alienare poteſt: appellatione quoq; familiæ nurus continetur. Bar.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſ. ſacrorum prætoriorum præfecto, iterum ex conſule & patricio.

TAnta nobis humanitatis cura eſt, vt neq; priuatas cognitiones, quæ videntur nobis quæſtionẽ excedere iudicialem, legibus noſtris definire didignemur: neque cognitionẽ priuatam excedentem audire iudicia, per circuitus longos litigantes tradere afflictioni. Alexander igitur glorioſus ſuggeſſit nobis multoties Hierũ glorioſæ memoriæ patrem ſuum ſcribentem teſtamentũ nominibus iſtis vſum, Volo autem & iubeo meos hæredes Conſtãtinum quidem virum clariſsimum deputatã ei domũ cum omni (ſicut ſuperius ſcriptum eſt) coniuncto ei iure: & proaſtiũ †quod in cuparijs eſt, cũ omni (ſicut ſuperius dictũ eſt) competenti ei iure, & domum, quę in Antiochia eſt, †Catamianũ, Antiunium verò dulciſsimum proaſtiũ, quod in Blacernis eſt, †Cataeugenium & Iulianũ glorioſæ memoriæ viros. proaſtiũ, ꝙ in ſummitate ſinus ſubſtẽticij eſt, quondam Cataarchalirium glorioſæ memorię. Callipium verò virũ clariſsimum proaſtium bythalium ſiue philotheum. Alexãdum virum glorioſiſsimũ proaſtium, quod in Venetis eſt, non alienari non per venditionem, non per donationem, nõ per cõmutationem, non aliter quolibet modo, neq; eijci neq; alienari ipſam domum aut ſupraſcripta proaſtia à meo nomine & mea familia: ſed ſi (quod orandũ eſt mihi) fiãt eis filij, †& in filijs & in nepotibus legitimis aut naturalibus, ſi defuncti ſunt, relinquere vnumquenq; eorũ, quod deputatũ eſt proaſtium, & domus tam in adiacẽtibus huic regię ciuitati, quàm in Antiochis filijs & nepotibus ſingulorũ legitimis ac naturalibus. credo enim, ꝙ non deponãt neque ſupernaturalibus filijs, aut nepotibus meã diſpoſitionem & volũtatem. Si verò omnino ſine filijs omnes, aut quidã aut vnus ex eis moriatur (quod abſit) volo, & iubeo eos, qui ſine filijs, aut ſine filio futuri ſunt morituri, reſtituere ſuperſtitibus, ſiue ſuperſtiti eorũ fratri ſupraſcriptas domos tã hic, quàm in Antiochia, & præmanifeſtata quinq; proaſtia cum omni eorũ iure & omnibus competentibus indeſinẽter, †vacante videlicet inter eos de fideicõmiſsis, aut legatis ſatiſdatione. volo enim & iubeo nõ exigere eos ab inuicẽ huiuſmodi ſatiſdationes, præſumẽtes ſiue præſumẽtem præter meã paternã & amabilẽ circa eos intẽtionem exigere fratres ſuos, aut fratrẽ ſatiſdationẽ in his prohibitis alienari rebus: omnino eos fideicõmiſſo cadere. Et hæc quidẽ in teſtamento dixit: ſcripſit aũt & codicillos huiuſmodi, et in ipſis vſus eſt huiuſmodi verbis. Manifeſtũ igitur facio, quia dudum quidẽ in ſcriptis feci teſtamẽtum, & quæ

† Proaſtium ſuburbium eſt.
† Haloã. emptã ab Ammiano
† Haloã. redẽptum a glorioſę memoriæ viris Eugenio & Iuliano. & ſuburbiũ ĩ promõtorio ſinus Soſthenij, q̃d' olim in dominio Ardabunij glorioſæ memorię fuit
† Haloã. & relictis poſt ſe filijs aut nepotibus ſiue legitimis ſiue etiam naturalibus moriantur.
† Haloã. ceſſante.

in eo ſunt, ſecundū placitū mihi modū diſpoſui: volo & iubeo oīa quæcunq; eodem teſtamēto continentur, omnimodo valere, p̄ter illa ſola, quæ in hoc meo codicillo permuto aut ſubtraho [a] aliqua derelicta legata. Volo igit̃ & iubeo proaſtiū meū, quod appellat̃ Cuparia, quod in prædicto teſtamento Cōſtantino viro magnifico filio meo dereliqui, dari & pertinere perfecto poſſeſsiōis & dñij iure Hierio viro clariſsimo, & Eugeniſtato meo nepoti filio Cōſtantini viri magnifici integrū ipſum proaſtiū cū omnibus, quæ in eo ſunt prętorijs, & aſcenſum & deſcēſum: omnibus etiā coniunctis ſiue illatis cū conclaui domuum & ergaſterijs & balneo & hortis tā intra, quàm extra muros, & hippodromum, & quod in eo eſt hortū, & ciſternā, & omnia omnino quocūq; modo cōpetentia mihi iura ſuper iſto ipſo proaſtio: dari quidē volo eundem proaſtiū prædicto viro clariſsimo meo nepoti Hierio facto ſuæ poteſtatis per emācipationem à ſuo patre poſt obitū meū: nulla data licentia ei viro honeſto nepoti meo, ſed neque his, ſiue ex hoc meo teſtamēto, ſiue ex teſtamento eiuſdē viri clariſsimi mei nepotis ſuſcipiētibus iura eius vēdere, aut permutare, aut donare alicui, aut quocunq; modo alienare, aut ipſum proaſtium, aut partē aliquā ex eo, aut ius propter quod volo eundem proaſtiū, ſiue domū adiacētem intra ianuas, quæ ducūt circa venerabile oratoriū ſanctæ eccleſiæ, permanere per omnia & perpetuare in mea familia, & nunquā egredi de meo nomine. Volo aūt & iubeo, ſi cōtigerit prædictū virum honeſtum meū nepotē Hieriū mori impuberem, aut poſt pubertatē, ſine filijs tamen ex legitimo matrimonio ei progenitis, peruenire & cōpetere: ſiue reſtituere poſſeſsionē & proprietatē eiuſdē proaſtij, ſiue domus viro magnifico eius patri Cōſtantino, ſub eadē conditione non alienari aliqñ de mea familia, aut de meo nomine. In iſtis quidē ipſum procedere. Hierij verò glorioſiſsimi domū, quæ in Theopolitis adiacet ei, & ex paterna in eū peruenit ſucceſsione, alijs vendidit perſonis, eā verò domū, quę in hac feliciſſima ciuitate, inſuper & per codicillos datū ſibi proaſtiū, in quibus omnibus alienatio interdicta eſt, Conſtantino glorioſiſsimo eius tranſmittere filio. Illum verò mox prægnantē relinquētem vxorē vita functū, ſcripſit teſtamētum per quod diſpoſuit, ſi nō naſcantur filij, aut natus impubes moriatur: tā matrem ſuā Mariam glorioſiſsimā, quàm eius vxorē nobiliſsimam Mariā in eius vocari ſucceſsionē: & qm̄ nata fuit filia, & ipſa pupilla & tenera adhuc ætate ex hominibus deceſsit, in prædictas nobiliſsimas peruenire mulieres: reliquæ verò ſubſtantiæ, quæ in hac magna ciuitate ſunt, domus inſuper & proaſtiū expreſsim in codicillis glorioſiſſimo relicta ſunt Hierio: locū ſorſitā tam ex teſtamēto, quàm ex codicillorū ſermonibus adhibere: ipſe domū & proaſtium defendere ſolus, de Hierij glorioſiſsimi familia derelicta: quæ nunc & primùm habēs in Hierio meo nomine gradū. Sed ij, qui ꝓ Maria & Maria glorioſiſsimis fœminis verba faciebāt, teſtamenti quidem verbis nullū dicebāt locū habere, neq; cū legitur Alexandrū virū glorioſiſsimū locū habere, & vtrunq; ſuū perficere ipſum & citra Conſtantinū glorioſæ memorię, quā ad hos tanquā ad locū, & alienantem proaſtiū, quod ei derelictū eſt: ſuper quod alienationem inæqualiter alijs, q̄ ei pater interdicēs cōpetit. et alios fratrū eius hoc facere, & noſtras leges: qm̄ oēs continuē, in quibus tale aliquid diſpoſitū eſt, tranſgredi defuncti voluntatē omnibus ſimiliter ſubſtitutionē dicere, vt non permittas eis inuicē pulſantes multis provna cognitione iudicijs ſubijciatur. Ideo poſitas nos rememorare leges. Alexander verò glorioſus magis quidē & de proprijs alterutrū rectè viſus eſt appellare. Super codicillū enim ſapientē, et de reſiduis rebus voluntatē ſuā defunctū facientem, familiæ reſeruari volēs: ſed in proaſtio iuſtioribus verbis vſus, nihil rectè ei alienationē conferre, illas ex imperiali hoc facere impellenti iuſsione, venerabilibus pro his verbis vſa eſt pars alterutra, tā teſtatoris interpretātis voluntatē, quā noſtris vtentibus legibus, quę ſibi expedire putabant. Nos igitur legis & teſtamēti interpretationē propoſitā non ſola ſententia, ſed lege cōplecti cognitionis deciſionem putauimus oportere: vt tā præſentem quæſtionem decernamus, quā reliquis auferamus

[a] Aut ſubtraho. no. ergo pro opin. loī q̄ in codicillo poteſt adimi teſtamento legatū relictū, licet non ſit teſta. confirmatū: & pro hoc. ff. de adi. & tr. leg. l. libe. ſed Pla. & M. contra, niſi ſint teſtamēto confirmati: & pro ſe inducunt. ff. de teſta. l. hęredes pa. lā. §. ſed quia poſſet Sed certe in inſtitutiōe illa intelligimus, vt mutari nō poſsit niſi a capite omnia fiant.

Legatum teſtamēto poteſt per codicillos adimi.

¶ Expende verba hæc, quod quādo ſit in codicillis per hūc modum, ſi filius ipubes deceſſerit, aut poſt pubertatem ſine liberis: huiuſmodi ſubſtitutionem eſſe fideicōmiſſariā. Nam cum tractet materia fideicommi ſi, proinde intra pupillarem ætatem erit fideicōmiſſaria non directa Et hoc ob id quod fiat in codicillis, in quibus directo nō poteſt ſubſtitui. vnde ad fideicōmiſſū trahitur: vt. l. Sçęuol ff. ad Treb. ſecus ſi in teſtamēto: quoniam in pupillari ætate foret directa poſteā vero fideicōmiſſaria, vt hic no. Ang.

Vide omnino verſionē Haloan. nam hoc loco vetus interpres ad modū ineptius eſt, quemadmodum et per totam hanc cōſtitutionem.

Voluiſ

a Voluiſſe. Nota prohibitionē alienationis vltra filiū non extendi: niſi expreſſe dicatur. & facit. ff. de leg. j. l. filiusfamilias. §. diui.

Alienationis prohibitio vltra filium nō extēditur.

b VT NVLLI iudicum &c.

c Q Vęcunque. Subiectorū ſuorū. ptinēt

d Semper ſubaudi cupientes. Acc. Iudici

† Notabis ergo quod vbi ꝓhibitio de nō alienando facta eſt filijs, eā vltra filium nō extendi: ac ꝓinde nec ad nepotes, quod Iac. Beluiſ. ſic explicat vt verū ſit quando filij prohibiti deſignati ſunt ꝓprio nomine: vt hic, alias ſecus. At de hoc vide ꝑ Dyn in. l. filiusfa. §. diui. de legat. j.

† In hoc vide Alexand. ab Imol. in. l. qui rome. §. cohæredes. de ver. obli. & in conſil. lvj. incip. cōſideratis verbis teſtamenti. & & abunde in conſil. xxiiij. iij. part.

de huiuſmodi contentiones. vnde ſubtilius teſtamentum conſiderantes, verbis ipſis inuenimus hæredibus demonſtratis filijs alienationem interdictam, quando futuri eſſent ſine filijs fungi vitā: nō vlterius verò ijs, qui ſoluēcis ſucceſſerint filijs: ſed ſufficere defunctorū vſque ad † filiū ſtare interdictionem. Si enim & ipſi filios relinquētes moriant̄, qđ eſt relictū, neque in lōgiori à filiorū vita alienatiōis ꝓhibitionē voluiſſe[a] facere: codicillū verò in ꝓaſtio ſolo factū prohibere: & ijs, qui ex teſtamēto Hierio glorioſæ memoriæ iuniore dicimus res ſuſcipiētibus proaſtiū alienare. Etenim iſtis, q remāſerūt. velle defunctū ꝑpetuè in familia manere ſua: ea qdē, quæ in q̄ſtionē deducta ſunt: talia conſiderantes oportere humilitatis cognitionem in alijs quidem rebus, quæ Conſtantinus glorioſæ memoriæ Hierio ſeniori, de quibus ex teſtamēto factus eſt dominus, nihil accipere: ex his exiſtimauimus bene ſuggerere quæſtionē: vacare verò in iſtis actione non Alexandrum ſolū virum glorioſum, ſed etiam reliquam omnem familiam ex teſtamenti verbis vſque ad filios ſolū ſtare prohibitionem, & ipſum Hieriū glorioſæ memoriæ filium per quos ei facientes homines ſmariposeos Hierij iura, qui poſt eos familiæ ſubſtituētes partem alienauerūt, quæ apud eos tanquam in ſubſtitutione ex voluntate interdictorū vnius, in proaſtio verò neque ſi dominū codicilli Hierium oſtendāt glorioſæ memoriæ: multū nobis viſum eſt plenum eſſe pietate quatuor poſtea generationes † huiuſmodi in medium deduci quæſtionem. Nūc igitur glorioſis fœminis Maria & Maria adhuc ſuperſtitibus, quas & ipſas in familia iacēdo noſtris legibus & huiuſmodi verbis pro meritis non rectè, neque competenter Alexāder glorioſus ad ſe venientē inſtituis litē: tranſeūdo verò & iſtorū quatuor iā generatiōes trāſiſſe videnť: nō facere quidē antiquā tali ter iudicis cognitionē tradi maximè cōſtituēs filia adhuc pupillaris, aliter ætatis functa vita: vt ſi etiā ſine teſtamēto ille eſſet in matrē eius ꝑuenire proaſtiū: nō ipſius nouellæ verò legi: vtpote factę horū cā, & nullis Hierij glorioſæ memoriæ hæredibus circa volūtatē peccātibus eius. Etenim teſtamentū Conſtantinus ſcribens ſubſtitutiones aliquas fecit filia defuncta impubere: attamen nil ex hoc introducitur magnum: & ipſius ſecundum hoc legis pupillæ matri ſubſtantiam præbente marito circa tranſitum eam. Sancimus igitur neque Alexādrum virum glorioſum, aut eius filios, neque ſucceſſores relinquere Hierij glorioſę memorię ſenioris filios, neque alium quēdam ex omnibus in eius conſtitutum familia, quæ contra Mariam & Mariā glorioſas fœminas occaſione rerum apud eas cōſtitutarum, aut cōtra alios agere: apud quos res conſtitutæ ſunt: nunc autem in quibus futuro peruenerint tēpore, in q̄bus Hierius glorioſæ memorię prohibēs fecit alienationem, aut omnino quo memoriam prohibitione & familiæ nomē, & aliquod ius fabricare ex hoc: vt alijs Hierij glorioſæ memoriæ filijs ipſis alienantibus & conuenientibus, ſicut & reliquorum alienationibus & primitus leuarētur, & ipſis ſucceſſoribus, quæ poſſunt actiones competere de hoc & alijs, quod apprehendentes relinquimus intellectui ad huiuſmodi nobis ſufficientibus iudicium & legiſlationem: & hanc eſſe deciſionē non præſentis cognitionis ſolū, ſed reliquarū, in quibus prohibitiones factæ huiuſmodi ſucceſsionis tātæ proceſſerūt, & hæredum vltimus per medium aliquē pupillum ſucceſſerit. Tunc enim tempus & exteris à familia primi prohibentis licentiam habebit ex præſenti noſtra lege tranſmittere res. Communem enim hāc fecimus legem tā pręſentis cognitionis, quā poſt hanc euenientium taliter prohibitionē, tam eueniente nūc dirimētes cōtētionē, quā eas, q̄ futuræ ſunt, reſecātes.

TITVLVS IX.

VT NVLLI IVDICVM [b] LIceat habere loci ſeruatorem, niſi certis ex cauſis diuina conceſſerit iuſsio.

Nullus iudex pōt in loco, cuius ſibi gubernatio cōmiſſa eſt, cōmittere loci cōſeruatorē, id eſt, vicariū, niſi imperator tēpore expeditiōis, vel neceſſitatis, eis cōceſſerit.

In nomine domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Flauius, Iuſtinianus, Alemanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, felix, pius, glorioſus victor, triūphator nunquam non colendus A. Muſanio prętorio vrbis.

Q Væcunq[c] † ad vtilitatē noſtrorū ſubiectorū[c], intētionē hēe ſemp[d]:

† Haloā. Dū ſedulo circunſpicimus, q̄ ad ſubditorum noſtrorū vtilitatē ꝑtinent.

inuenimus diuerſas læſiones noſtris ſubiectis inferri ab emiſsis vicarijs in ,puincia ab aliquibus ciuilibus & militaribus iudicibus [a], & de hoc dudum legem [b] ſcripſimus, particularem aliquam facientes rei emendationē. perfectè iuuare noſtros ſubiectos ſtudentes, ſancimus, nullam licentiam habere pro tempore præfectos tā Orientis, quàm Illyrici prętoriorum, aut comitem largitionū, aut comitem priuatarū, locorum ſeruatores deſtinare in prouincias, aut ipſos prouinciarum iudices facere, & proprij cinguli loci ſeruatores emittere.

Sed neque vicaneos iudices in creditis eis prouincijs loci ſeruatores emittere in qualibet ciuitate [c]. Solum verò iubemus eſſe loci ſeruatores præfecturæ in Hoſdruma † in Meſopotamia: & ſi neceſsitas vocauerit [d], in alijs locis tempore expeditionis pro nutrimento eis deſtinato: & hoc quidem per noſtram iuſsionem. His inſuper iubemus, vt neque magiſtri militum, neque duces in prouincijs, in quibus adminiſtrare iuſſi ſunt, loci ſeruatores, aut biocolytas, aut latronum expulſores [e]. Si verò contigerit, neceſsitate faciente, ſiue magiſtros militum, ſiue duces deſtinare per noſtrā iuſſionem in alijs locis: tunc fieri loci ſeruatores abſentes, & hoc ſecundum noſtram præceptionem. Nulli verò liceat ciuili aut militari iudici circumire prouinciam ſine cauſa neceſſaria. Si verò aliqua neceſsitas vocauerit tale aliquid fieri: expenſis proprijs † hoc facere iubemus [f] tam iudices, quàm competens & obediens eis officium. Neque verò angarijs, aut ijs, quæ vocantur, epidemiticis [g], aut alio quolibet diſpendio grauari noſtros ſubiectos, neque conſuetudines nominare, aut quærere, quas forſitan aliqui prædictorum in proprium lucrum iniuſtè adinuenerunt. Malè [h] enim † adinuenta, maléque conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur: ſcientibus prędictis iudicibus ciuilibus & militaribus, quòd ſi aliquid præter hoc fiat: & qui facit, ſi loci ſeruator eſt, viginti librarum auri inferet pœnam, & cingulo ſpoliabitur: & qui fieri ſe acquieuit, cadens propria ſubſtantia, exilio ſubijcietur. Ad maiorem autē noſtræ diſpoſitionis cautelam, iubemus per loca epiſcopos, & prouinciarū rectores, & eos, qui ciuitates habitant, nullum contra præſentem noſtram diſpoſitionem ſuſcipere biocolytam †, aut latronum perſecutores, omnino enim nullum iudicum ciuilium, aut militarium conſtitutum in prouincia, habere loci ſeruatorem concedimus. Præcipuè quidem iubemus, prouinciarum rectores ſic rectè conuerſari, aut res gubernare. vt non neceſsitas fiat de qualibet re debentem [i] quæri, aut gubernari [k], ad prouincias aliquem deſtinari. Si verò opus fuerit tranſmitti aliquos in prouincias occaſione publicarum exactionū, aut quarūlibet emergentiū querelarum: neque ordinem neque nomen habere loci ſeruatoris. Deſtinatus verò in prouinciam, nullum ſubiectis inferat diſpendium: creditum verò ſibi opus adimpleat, iudice prouinciæ cum & eius officium adiuuante. Si verò contra ipſum iudicē fortè accuſatū tranſmittatur: tunc iubemus & prouinciale officiū obedire ei. Quemadmodū enim prohibemus loci ſeruatores fieri: ita omne periculum iubemus habere iudices prouinciarū, & corū officium: vt ſolicitudinē faciant tam publicarum exactionum, quàm locorū quietem: & vt omnis iuſtitia & læſio ſuſpēdatur. In quibus verò prouincijs aut iudices, aut exactores ſunt fiſcaliū, & opus habuerít aliquo adiutorio: iubemus iudices prouinciarū & officia corū omne ſolatiū & ſtudiū eis cōferre, vt ſine impedimēto fiſcaliū exactio procedat. Et omnes, quæ motæ fuerint, ſiue ciuiles, ſiue criminales cauſæ, & cōpetentes prouinciarū iudices ipſos iubemus ingrere, vt nulli ,pprio periculo has diſcutiant, & legitimū finē eis imponant. Super hoc aūt iubemus [l] pro-

a Iudicibus. repete inuenimus.

b Legem. vt. ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. fiant. collat. ij. Accur.

c Ciuitate. ſed idem prohibet: vt ſ. de colla. §. ad hoc prohibemus. Acc.

d Vocauerit. al's exegerit. i. fuerit neceſsitas nutrimenti. Accur.

e Expulſores. ſubaudi deſtinent. Accur.

f Hoc fieri iubemus, vt. ſ. de mand. princi. §. illud. collatio. iij.

g Epidemiticis. genus eſt expenſæ. Accur.

h Male. No. malam cōſuetudinem non ſeruandam: vt hic, &. C, de vſur. l. eos. in fine. & . ff. de legi. & ſenatuſcon. l. quod non ratiōe. &. C. quæ ſit long. conſue. l. ij. in fi. & in decre. diſt. viij. c. iij. & diſt. ix. c. j. & in noua conſtitutione Friderichi de ſtatutis. §. j.

† Oſdroēna.

i Debentem. i. ad quærendum debentem aliquam rem.

k Aut gubernari. i. ad gubernandum quālibet rem. alias eſt in litera de qualibet re debentem: alias de qualibet re debente.

l Super hoc autē iubemus. fingitur ergo cautum eſſe, vbi nō eſt cautum: vt. ff. de adop. l. his verbis. &. C. de rei vxo. act. in prin. & ff. ſi cui pluſquam. per leg. Falci. l. j. in fi. §. reſpon.

Rerum

† Sic epiſcopus tenetur mittere prędicatores g di acceſſum ſuam ſuis expēſis: vt in. c. inter cætera. d glos. ſuper verb. ſubminiſtrēt. extra., de offi. ordi.

† Cōcor. c. vl. extra de conſue. & c. cū eccleſia. de ſimo. cap. cum haberet. de eo q du. i vxo. quā pollu. p adulte.

† Biocolyta hic dicitur violentijs cohibēdis pfectus, ſicuti & Irenarcha pacis conciliator a Βιάζω aufero, violo, a quo Βιάιος, violentus raptor ac vehemens et Κωλύω prohibeo veto. vnde &, Κωλυτικός prohibituus.

uinciarum iudices mox, qui futuri ſunt cingula ſuſcipere, ſiue præſentes, ſiue abſentes ſint, cautelã impendere tam præfecturæ, quàm noſtris largitionibus & comiti priuatarum pro inferendis pecunijs vnicuique prędictarũ dignitatem: cùm etſi non caueant, tanquam facientes cautelam, ita iubemus eos & eorum officia ſubiacere prædictis dignitatibus. In illis verò ciuitatibus & prouincijs nolumus iudices periclitari pro fiſcalibus, et exigi, in quibus neq; ſcriniarij, neque iudices, neque alij quidam proprio periculo exactionem faciant.

Nullus occaſione lucrorum iniquitates & iniuſtitias facere debet. Item iudices ordinarij ac etiã delegati: etiam ſi ſint delegati à principe, appellationes ſuſcipere debent, quibus pendentibus nihil innouari debet. Bart.

Et hoc peruenit ad nos, quod quidam prouinciarum iudices ita iniquè agunt occaſione lucrorũ, vt neque teſtamenta concedant facere, neq; facta inſinuare, neque nuptias aliquas facere, aut ſuper nuptialibus donationibus monumenta componere, neque defunctorum corpora ſepulturæ tradi: neque rerum diſcriptionem[a] concedunt fieri, aut aliud qd huiuſmodi agi, aut ex geſtis, aut ex teſtimonijs. Propterea interdicimus omnibus iudicibus tam ciuilibus, quàm militaribus & eorum officijs, aut alij cuilibet aliquid præſumere. Si verò quidam huiuſmodi odibilem rem in quolibet loco noſtræ reipublicæ prę ſumpſerit agere, aut miniſtrare ei, qui hoc pręſumpſerit facere; iubemus huiuſmodi extra cingulũ factos, in exilium deſtinari: & de ſubſtantia eorum eueniens diſpendium, læſis in duplũ reſtitui[b]: nõ ſublato ab eis, neque alio q̃dem ex legibus adiutorio. Omnem verò damus licentiam locorum ſanctiſsimis epiſcopis & primatibus ciuitatum hmõi præſumptiones prohibere, & ſtudere, vt hæc omnia ſine impedimento & ſine diſpendio ſecundum legum virtutem procedant, & de his nobis nunciare. Illas verò, quæ ſecundum leges offeruntur appellationes ſuſcipere volumus omnino iudices[c], & eos, qui ſecundum noſtrã iuſsionẽ ſpãliter (qa[d] & à diuinis licet appellare iudicibus) audiũt, ſiue maiores ſiue minores ſint: & edere geſta ſine aliqua dilatiõe[e] litigãtibus, vt quæſtio legitima de his procedat. Super hoc iubemus appellatione porrecta ſecundum leges, neq; exactionem fieri[f], neque poſſeſsiones rerũ transferri vſque ad definitum ſuper ea iudicium.

Iudices debent ſecundum leges delinquentes punire, non alios pro alijs comprehendere, nec damna inferre: nec pignorationes, nec repreſalias facere, nec delicta vendere, pœna contra facientibus imminente. Barto.

Quoniam verò † contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in prouincijs committi: iubemus prouinciarum iudices omnia ſecundum leges vindicare: & peccantes tenere, & non alios[g] † pro alijs, aut ex q̃bus nati ſunt vicis[h], qui crimina prǽſumpſerunt, alium pro alio comprehendere[i], aut damnum eorum inferre vicis: ſed neque pignorationes facere propter peccãtem, aut criminis vindictam proprij lucri cauſa inferre, aut delinquentium res, proprium lucrum facere. Nos enim reos quidem ex legibus pœna ſuſtinere volumus: damna verò ſubiectis noſtris, aut lucrum ex hoc iudicibus, aut eorum hominibus[k] ſiue officialibus fieri nullatenus concedimus: vt ne propter rerum deſiderium inueniantur iniuſtè aliquos caſtigãtes, aut peccantes vendere. Si enim præter hæc fiat: ipſe prouinciæ iudex omne ex hoc accidens damnum læſis medebitur: & ſupplicijs ſubiectis, exilio tradetur & conſiliarius eius ſimile ſuſtinebit ſupplicium, ſi factis à iudice cõtraria legibus in ſcriptis conſentiat. Officium verò eius & alij, qui circa hoc propter lucrum propriũ ei obſecũdãt, nõ ſolũ dãna lęſis cõpellent reſtituere: ſed culpabiliores eorũ legalibus ſupplicijs ſubiecti, exilio tradent.

a Rerum deſcriptionẽ. puta inuentarium.

b Reſtitui. no. ĩ duplũ teneri illũ, q im pediuit aliquid mihi relinqui. olim pcipiebat, ſquod teſtator volebat cætera fiſco dabãtur: vt. ff. ad Trebel. l. iij. §. fina. & dixi. ſ. vt cum de appella. cogn. §. ſi conuictus. colla. viij.

c Iudices. ſi eſt recipiẽda appellatio: iudex eam recipere debet: alias punitur: vt hic, & ſ. de iud. §. noſtros. & C. de appella. l. quoniam etiã ſi a principe ſit delegatus; & tunc ad principẽ appellatur: vt hic & C. quorum appel. non re. per totum. Item ſi non eſt recipienda, non debet recipere: vt quia perfectus licentiam dedit: vt. ſ. vt ſpõ. larg. §. aliud. hac colla.

† Habes egregiam literam ſupra de iu. §. noſtros. coll. vj. cũ glo. ibid. Et adde etiam qd' a poſtolos quoq; vel non petẽte parte dare tenetur: vt. l. eos. §. apoſtolos. C. de appel. Cuius autẽ impẽſis dentur, not. gl. in c. ij. de appel. in cle.

d Quia interpoſitio eſt. Accurſius.

e Dilatione. C. de appell. l. iudicibus. contra ibi dicitur quod intra xxx. dies debet edere, hic ſine dilatione: vnde hanc ſecundum illam: & dic ſine dilatione. ſ. maiore.

f Exactionem fieri. nam nihil eſt innouandum ap. pẽ. vt. C. de ap. l. iij. & ff. de inno. per totum.

g Et non alios. vt. C. de pœnis. l. ſancimus. & ff. de pœn. l. crimen.

h Vicis. No. contra poteſtatem, qui punit contratã pro aliquo delinquente. Accur.

i Comprehendere. vt. ſ. vt non fiant pigno. §. j.

k Hominibus vt ſupra, de man. prin. §. oportet. colla. iij. plene dices infra, eodem. §. fina. Accurſius.

† Iſte. §. eſt elegantiſsimus et plenus philoſophiæ.

† Cõcor. l. ſãcimus. C. de pœnis. & ca. quæ ſunt. extra, de his quę fi. a ma. parte capi. & in glo. pe. in ca. ſicut tuis. cum gloſ. ſuper ver. deprehẽſum. extra, de ſi mo.

Definita

Crimiuoſus edictis legitimis eſt vocandus: & eo latitante iudex legitimè procedere debet, eo verò in alia prouincia degẽte capiendus eſt, & ad locum delicti transmittendus, vt ibi ſuppliciũ patiatur, pœna contra facientibus imminente. Bar.

Si verò † quis comprehenſorum criminum latuerit, aut reliquerit prouinciam illam, in qua crimina deliquit: iubemus legitimis edictis à iudice euocari eum: & ſi non obediat, illa in eum procedere, quæ noſtris legibus definita[a] ſunt. Si verò cognoſcatur, quòd in alia prouincia degit iubemus prouinciæ illius iudicem, in qua peccari quis huiuſmodi contigerit, epiſtola publica vti[b] ad prouinciæ illius iudicem, in qua delinquens perſona degit: ille verò qui publicas ſuſceperit literas, & periculo ſuo & officij ſui cõprehendere[c] huiuſmodi, & ad iudicem prouinciæ transmittere, in qua peccauit, ſupplicijs legitimis ſubijciendum. Si verò qui publicam epiſtolam ſuſceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipſum iudicem tres auri libras, & officiũ eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si verò iudex aut aliquis officij eius ꝑpter lucrum huiuſmodi perſonam non comprehẽdat, aut comprehendens non tranſmittat, & hoc agẽs conuincatur: ſpoliatus cingulo, exilio tradatur.

Iudex alterius iudicis ſucceſſor, iuſſionem prædeceſſori ſuo factam adimplere debet, niſi ſit cõtra ius vel publicam vtilitatem: quia tunc etiam ſecunda iuſſio expectatur. Bar.

Et hoc verò † iubemus obſeruari ab omni adminiſtratore, vt ſi contigerit in ſcriptis noſtrã iuſſionem fieri ad aliquem iudicem, & interea iſte quieſcat[d] ab adminiſtratione: is, qui poſt illum ſuſceperit dignitatem, accipiat[e] eam, & inſinuet[f]. & ſi quidem priuata eſt cauſa: & implere eam, & aſſequi, quemadmodum ad eum promeruit reſcriptũ[g]. Si verò huiuſmodi in ſcriptis iuſſio[h] publicum reſpicit: inquirat eã: & ſi quidem non lædatur fiſcus, quæ in ea comprehẽſa ſunt, adimpleat. Si verò ad læſionem eſt fiſci: nihil ſuper ea omnino agi: nunciare verò nobis primùm, vt ſecunda † noſtra fiat de hoc iuſſio Si verò & præcepta cuiuslibet iudicis ſint, & priuſquam inſinuentur hæc, aut præcipientem[i], aut ad quem pręcepta facta ſunt, cõtigerit remoueri de cingulo: ſic qui factus fuerit iudex, hæc ſuſcipiat & exigat, ſi legitimè facta ſunt: ſi verò contra legem aut contra publicũ facta ſunt hæc pro nõ ſcriptis eſſe iubemus.

Creditor, qui filios debitoris præſumpſerit pro debito retinere à debito cadit: & tantundem dabit eis aut parentibus eorum: & corporalibus pœnis afficietur. Bartolus.

Quia verò † & huiuſmodi iniquitatem in diuerſis locis noſtræ reipublicæ cognouimus admitti, quia creditores filios debitorum præſumunt retinere aut in pignus, aut in ſeruile miniſterium, aut in conductionem: hoc modis omnibus prohibemus[k]: & iubemus, vt ſi quis huiuſmodi aliquid

a Definita. vt requiratur, & bona eius annotentur: vt ff. de requi re. l. ij.

b Vti. Not. epiſtolã mitti: vt hic, & ſ. de quæſtion. §. damus. coll. vj. ſic & cum quæritur fugitiuus: vt. ff. de fugit. l. j. §. j.

c Comprehendere. ſic ergo inuitus ad locum vbi deliquit, trahitur. ſed videtur, quod ita demum ibi conueniatur vel accuſetur, ſi ibi inueniatur: vt ff. de iudi. l. hæres abſens. in prin. quæ eſt contra. Sol. ſpeciale eſt in delictis ſecundũ lo. vt hic, & C. vbi de cri. agi oportet. l. vlti. & ſ. vt iudic. ſine quo. ſuffr. §. neceſsitatẽ. & idem vbicunque certæ perſonæ cognitio mandatur, vt præſidi: vt. C. ne ſi. potẽ. l. j. & C. vbi quis de curia. vel cohor. l. vl. ſed in contractibus ſi ibi non inuenitur: bona quæ ibi habet, poſsidentur. non tamen inuitus reducitur, ſi alibi verſet, niſi habeat forum vel domicilium, vl' ſi aliter latitat: tũc enim poteſt idẽ qđ in criminalibus dici. Azo. Vel ſi velis dicas vt ſupra contraria. l. diximus.

d Quieſcat. vel quia finitum eſt eius officium vel receſsit.

e Accipiat. iuſsionem noſtram. Al.

f Inſinuet. i. deducat eam in publica acta.

g Reſcriptum. ſed quomodo hoc hic eſt, & j. px. cognoſcit ſucceſſor, cum morte mandatarij iuriſdictio expiret: vt & alias mandatum: vt. ff. de iuriſ. om. iu. l. & quia. §. ideoque? Rñd. hic non perſonæ, ſed officio fuit facta commiſsio vl' delegatio

h Iuſsio. non enim facile contra publicam vtilitatem concedendum eſt reſcriptum: vt. ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. ſi quis a principe. et C. ſi contra ius vel vti. pu. l. fi. & de ꝑci. impera. offe. l. nec dãnoſa. ideoque ſecunda iuſsio exigitur: vt hic & ſ. de mand. prin. §. deinde. quia melius deliberatur, quam ſi ſit vna tantum: arg. ſ. vt cum de appella. cog. § ſed hoc præſenti. col. viij.

i Aut præcipientem. hic videtur negari non poſſe iuriſdictionem finiri, quãdo mortuus eſt delegãs, vt hic fuit: vt. ff. de iuriſdi. om. iu. l. & qa. § ideoque. nam ſi etiam in dignitate vel in officio præcepit, non durat vltra tp̃s ſuæ adminiſtrationis: vt ff. de pœ. l. fi. Rñ. poteſt dici, quod hic ceperat delegatus: & hoc innuit cũ dicit, factus fuerit iudex. Vel dic quod ſucceſſor confirmauit: vt ar. ff. de iu. l. venditor. §. fi. & §. iudices. Vel hic nõ fuit delegatio, ſed iuſsio quædam. Itẽ quod ſubijcit, pro non ſcripto eſſe. ſ. q iuſsit princeps. vel ꝑcepit iudex, quo ſententiã ſui prædeceſſoris infirmat: vt ff. de re iud. l. Paulus reſpõdit. & C. ſen. reſcin. non poſ. l. j. Rñ. authoritate legis hoc fit. Vel verius nõ reſcidit: ſed reſciſſum declarat: nã ipſo iure nõ valet qđ i ꝑiudiciũ publicæ vtilitatis factũ eſt: vt. C. ſi cõtra ius vl' vti. pu. l. fin.

k Prohibemus. No. nõ valere contractũ ſuper libero hoîe, licet filio debitoris: vt. C. de acti. & ob. l. ob æs. etiã pte volẽte vl' pignorãte, vt. ff q res pig. ob. poſ. l. ſi. & q res pig. obli. l. q filios. niſi i caſu quo et vẽdere pmittit: vt. C. de pa.

† Facit ad hõc. §. c. vl. in gl. fin. in fin. extra, de fo. compe. vbi dicitur, quod ſi crimẽ eſt graue: remittit criminoſus puniẽdus ad iudicẽ, vbi deliquit. Conuenitur quis etiam inuitus vbi deliquit

† Cõcor. cũ hoc tex. ca. quoniã abbas. cũ glo. j. poſt princ. extra, de officio. delegati.

† Cõcor. c. paſtoralis. cũ glo. j. poſt princip. extra, de fide inſtrumẽ.

† De materia huius §. vide in c. ex reſcripto. cum ſuis gloſſ. extra, de iureiuran.

deliquerit: non ſolùm debito cadat, ſed tantam aliam quantitatem adijciat, dandam ei, qui retentus eſt ab eo, aut parentibus[a] eius, & poſt hoc etiam corporalibus pœnis ipſum ſubdi à loci iudice: quia perſonam liberam pro debito præſumpſerit retinere, aut locare, aut pignorare.

Si vxor crediti inſtrumento conſentiat proprio viro in damnum ſuum, vel ſuam ſubſtantiam, aut ſeipſam pro eo obligat: ipſo iure non tenetur, niſi manifeſtè appareat pecuniam in ipſius vtilitatem fore conuerſam. Barto.

† Et illud verò præuidimus pro ſubiectorum vtilitate corrigere: vt ſi qua mulier crediti[b] inſtrumento cõſentiat proprio viro, aut ſcribat, & propriam ſubſtantiã aut ſeipſam obligatã faciat: iubemus, nullatenus huiuſmodi valere, aut tenere: ſiue ſemel, ſiue multoties[c] huiuſmodi aliquid pro eadem re fiat: ſiue priuatum, ſiue publicum ſit debitum: ſed ita eſſe, ac ſi neque ſcriptum eſſet: niſi manifeſtè probetur, quia pecuniæ in propriam ipſius mulieris vtilitatẽ expenſæ[d] ſunt.

Mulier in cauſis ciuilibus non debet in carcere includi: in criminalibus verò committenda eſt fideiuſſoriæ aut iuratoriæ cautioni, vel debet tradi mulieribus cuſtodienda. Bar.

Neceſſarium verò credimus & illud cõpetenti adiutorio emendare, vt nulla mulier de qualibet[e] re includatur, aut cuſtodiatur: ſed ſi quidẽ pro fiſcalibus debitis aut priuatis pulſetur, ſecundum legẽ mulier aut per virum ſuum[f], aut per ſe, aut per quã voluerit perſonam legitimè reſpondeat, & tranſigat rem. Si verò vidua ſit, aut non à principio viro cõiuncta: liceat ſimiliter mulieri aut per ſe, aut per quos voluerit propria iura proponere ſecundum legem. Eum verò, qui præter hæc præſumpſerit agere aliquid prædictorum, iubemus, ſi quidem maiores iudices ſint: viginti auri librarum: ſi verò minores ſint: decem librarum auri pœnæ ſubiacere: obedientes autem eis in prædictis cauſis, ſpoliatos cingulo, pœnis ſubijci, & in exilium deſtinari. Si verò mulier poſt legitimam admonitionem noluerit inſtituere aliquem, qui pro ea reſpondeat, aut litigans addicta ſit, nec ſic includi, aut cuſtodiri eam: ſed legitima iura in competentibus ei rebus procedere. Si verò † crimen ſit, quòd infertur mulieri, in quo neceſſariũ eſt ipſam cuſtodiri: ſi quidẽ fideiuſſorem perſonę præſtare poteſt: ipſi credatur. Si verò iurauerit non poſſe ſe dare fideiuſſorem: iuratoriam cautionem faciat de obſeruatione iudicij[g]. Si verò grauiſſimum inueniatur crimen, in quo accuſatur: in monaſterium, aut in aſceterium mittatur: aut mulieribus tradatur, per quas poteſt publicè & liberè cuſtodiri, donec cauſa eius manifeſtetur: tunc autem illa procedant in eam, quæ legibus definita ſunt. Nullam enim mulierem pro pecunia fiſcali ſiue priuata cauſa, aut pro criminali quolibet modo, aut in carcerem mitti concedimus, aut à viris cuſtodiri: vt non per huiuſmodi occaſiones inueniantur circa caſtitatem iniuriatæ. Monaſteriã quidem, aut aſceteriam per nullam actionem trahi concedimus de proprijs monaſterijs aut aſceterijs[h].

In crimine adulterij pœna legitima maſculus puniendus eſt: mulier verò in monaſterium mittatur. Bartolus.

Si quando verò adulterij crimen probetur: iubemus illas pœnas peccantibus inferri, quas Conſtantinus[i] diuę memoriæ diſpoſuit: & illis ſimilibus ſubijciẽdis pœnis, qui medij miniſtri huiuſmodi impio crimini facti[k] ſunt. De ſubſtãtia verò adulteri, ſi habeat vxorem, dotem & propter nuptias donationem ei ſaluari: aut partem à noſtra lege[l] datã, ſi dotalia

---

de patribus qui filios diſtraxerunt. l. ſecunda.

a Parentibus. in quorum poteſtate eſt agẽtibus eis nomine. Azo. ſed videtur in quadruplum: vt. ſ. vt non fi. pign. §. j. ſed ibi in alio caſu dicit. Azo.

b Crediti. crediti nomen generale eſt: vt. ff. ſi certum petatur. l. j.

c Multoties. imo ſi cõſenſit multoties, debet ſic teneri: vt. ſ. vt immod. ante nupt. do. §. j. contra. Solu. hæc illã corrigit ſecundum Pla. & C. ad Velle. l. antiquæ. & l. ſi mulier. Sed Ro. & alij dicunt hanc loqui, quando pro marito interceſſit: q̃a quanto citius ꝑ eo intercedit, tanto facilius ei ſuccurritur: ne mutuo &c. ff. de donationibus inter virum & vxorem, lege ſecunda.

† Ex hoc §. deſumpta eſt auth. ſi qua mulier. C. ad ſenatuſcon velleianum.

d Expẽſæ. vt de creditore eccleſiæ. ſ. de ali. & emphy. §. ſi vero. aut epiſcopo & excipe ſi militer ſi ipſa circumuenit creditorem: vt. C. de diſtr. pig. l. ſi inter. Item excipe alios caſus, quos dixi. ff. ad Velleianum. l. j. in principio.

e De qualibet. i. pro qualibet.

f Suum. vt. C. de procurato. l. ij. & l. maritus.

g Iudicij. forte etiam hoc iurat, q̃ fideiuſſorem dare non poterat: vt. ſ. de litig. §. ad excludendum. coll. viij. & not. quod fauetur mulieri: vt hic, & C. de offic. di. iu. l. j. ſecus in mare. C. de cuſtodia reorum. l. ij. & iij. Accurſius.

Mulieres fauorabiles ſunt.

h Aut aſceterijs. vt. ſ. de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſi quando.

i Conſtantinus. C. de adult. l. quãuis. Accur.

k Facti. vt infra, de rapto. virgi. in principio.

l Lege. vt. ſ. vt liceat

† Caſus huius tex. ponitur in glo. ſuper verbo, poteſt. in ca. ꝑ veſtras. extra, de don. inter vi. & vxorem.

inſtrumenta non ſubſecuta ſunt, reſiduam verò eius ſubſtantiam, ſi quidem ſunt aſcēdentes, aut deſcendentes vſq; ad tertium gradum, accipiant hi ſecundum ordines & gradus. Si verò † non ſunt huiuſmodi aliqui: fiſco applicari hæc iubemus. Adulteram verò mulierem competentibus vulneribus ſubactā, in monaſterium mitti [a]. & ſi quidem intra biennium recipere eam vir ſuus voluerit: poteſtatem ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens [b]: nullatenus propter ea, quæ in medio tempore facta ſunt, nuptias lædi. Si verò prædictum tempus tranſierit, aut vir prius, quàm recipiat mulierem, moriatur: tondi eam, & monachicum habitum [c] accipere, & habitare in ipſo monaſterio, in omni propriæ vitæ tempore: & ſi quidem habeat deſcendentes, duas partes [d] accipere eos ſubſtantiæ, ſecundum legum ordinē diuiſas: reliquam verò tertiam partem monaſterio in quod mittitur, dari. Si verò deſcendentes non fuerint, ſed aſcendentes inueniantur, non conſentientes huiuſmodi iniquitati: quatuor vncias [e] eos ſecundum leges diuiſas accipere: octo verò vncias dari monaſterio, in quo includitur huiuſmodi mulier. Si verò neque deſcendentes, neq; aſcēdentes habeat, aut aſcendentes conſenſerint huiuſmodi iniquitati: omnem eius ſubſtantiam accipere monaſterium, illi conſeruandam: vt per omnes caſus viro pacta dotalibus illata inſtrumentis ſeruentur [f].

Matrimonio ſine cauſa diuortio, aut conſenſu ſoluto, delinquentes in monaſterium mittendi ſunt: pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum miniſtris: reconciliato autem matrimonio conſenſu vtriuſq;, priuſquam in monaſterium mittantur, pœna remittitur: ſed altero recuſante, ille ſolus pœnā legitima punitur. Bar.

Quia verò aliqui noſtram legem tranſcendere ſtudent, in qua euidenter cauſas enumerauimus, ex quibus ſolum repudia poſſunt trāſmitti aut à viro, aut à muliere: iubemus præter illas cauſas nullo modo repudia fieri, aut per conſenſum nuptias ſolui, & cōcedere inuicē delictis [g]. Si verò præter [h] à nobis definitas cauſas præſumpſerint aliqui ſoluere matrimonium: iubemus, ſi quidem deſcendentes habuerint, ſiue ex ipſo, ſiue ex alio matrimonio: ſubſtantiam eorum illis dari ſecundum legum ordinem, & tam virum, quàm mulierem in monaſterium mitti in omnibus vitæ ſuæ temporibus, & de ſingulorum facultatibus quaternas vncias monaſterijs, in quibus mittuntur, ſeparari: viro nihilominus neque vſum habente datæ partis filijs: † quoniam pater rerum filijs in poteſtate poſiti non habet vſumfructum [i]. Si verò deſcendentes non habeant, ſed aſcendentes inueniantur: tertiam partem ſubſtantiæ accipere eos, ſi non iniquitati ſolutionis matrimonij conſenſerint: duas verò partes monaſterijs, in quibus vnuſquiſque mittitur,

---

ceat matri & auię. §. quia vero legem dudum. & . C. de rep. l. vlt.

a In monaſteriū mitti. ſed videtur alteri corpori ad puniendū non dari: vt. C. de pœn. l. ne quis. quæ eſt cōtra. Sol. hic ſpeciale & illa corporibus, non cauſa religionis facta intelligitur.

b Metuens. hic corrigūtur omnia iura in quibus cauetur, vt maritus in adulterio deprehenſam non detineat: vt. ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis. nec dicat aliquis, ꝙ hic loquitur, qñ ignorabat maritus: nā eo caſu etiam iure veteri poterat retinere eam, cū ſuam ſententiā poterat obūbrare: vt. ff. de adulterijs. l. maritus. Accur.

c Habitum. non tamē eſt monacha, ſecūdum Io. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locū non habent, niſi ea mortua: vt. j. eo. in fin. huius. §. ſi autē eſſet monacha, cōtrarium eſſet: quia pro mortua habetur: vt &. C. de epiſcopis & clericis. l. fin. §. j.

d Duas partes. imo videtur, quod tantum legitimam habeant filij: vt. j. de ſanct. epiſc. §. ſi qua mulier. quę eſt cōtra. Sol. hæc per illā corrigitur: vel hic, quando inuita ingreditur, plus habent filij: ibi quādo volēs minus habet. ſ. tertiā & eccleſia duas partes. & eodē modo opponitur. j. §. proxi. & eodem modo ſoluitur.

e Vncias. ſed cū filij loco monaſterij habentur: vt. j. de ſanct. epiſ. §. ſed hoc præſenti. quare nō eſt prima cauſa filiorum: vt. ſ. de hære. ab inteſt. §. j? Rñd. hic loquitur, quando inuita intrauit. ſi aūt volēs, monaſterium præfert aſcēdentibus. vt ibi. Vel dic, ꝙ tēpore huius legis non pſumebat eccleſia ꝓ filio: vnde porior erat cauſa parentū: vt hic: ſed hodie ſic per. l. contrariā. vnde ſecundum hoc, hæc corrigitur, & parētes nihil habebūt. Vel verius hic nō ſemonachauit, ſed tantum totondit.

f Seruētur. patet ergo, ꝙ prius non fuit facta monacha, licet fuerit tōſa. ſed nonne probato adulterio maritus etiam ſine pacto dotē lucratur: vt. C. de rep. l. conſenſu. & . ſ. vt lice. ma. & auię. §. quia vero plurimas? Reſpon. illud corrigi ſecundum quoſdā. Vel dic, ꝙ cum eſt ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur. ſed cū accuſata & dānata criminaliter, ſubſtantia diuidiť: vt hic. Vel hoc cū extraneus accuſat: illud cum maritus.

g Delictis. id eſt, delictum.

h Præter. hęc verba cancellata ſunt in quibuſdā libris: & dicunt eam eſſe notam. ſed contra eos eſt argumen. ſupra, vt liceat matri & auiæ. §. quia vero quædam. colla. viij.

i Vſumfructum. & ſic eſt iſte vnus de caſibus ſpecialibus, quibus vſuſfru. patri non quęritur: vt dixi. ſupra, vt liceat ma. & auiæ. §. primo. in fine.

† Cōcor. hic tex. c. tuæ fraternitatis. in glo. ij. extra, de ꝓcur. & ca. gaudemus de conuer. coniu. qđ ca. eſt extractū ex hoc. §. vt dicit gl. ſuper verb. clauſtris.

Monachū non facit habitus.

† Haloā. viro nimirum ne vſum quidē fructū habēte in ea parte quæ dať liberis

Conſen

a Conſenſerint. idem in collateralibus cõſentientibus: vt. C. de inceſt. & inuti. nup. l. ſi quis inceſtas. §. teſtandi. Accur.

b Concedimus. id eſt remittimus. Accur.

c Turpiter conuerſatur. C. de adulte. l. ſi quis. & .s. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque. Acc.

d Articuli diſſoluuntur. vt quia tandiu trahebat ei brachium, donec auellebat ab armo. ſimilis prouidentia habetur. C. de pœ. l. ſi quis in metallum.

e Transmittatur. repete ſecundũ virtutem &c.

f Abſciſsionem. exigat. quod fit quandoque vt. s. de man. princip. §. coges. colla. iij. & C. de fug. l. ij. Sed quã? Rñd in qua minus poteſt. ar. C. de pœ. l. pe. Alij contra.

g Pro furto aũt. ſuſpenduntur enim vt. ff. de pœ. l. capitaliũ. §. famoſos[1].

1 vt ſcilicet terreãtur tali aſpectu: vt dicit ibi textus, & in c. clericus. extra, de coha. cle. & mulie.

h Proſcriptionẽ. alias, deportationem.

i Mulieres. ſcilicet vxores.

Filios.

ſeparari. Si verò neque deſcendentes, neq; aſcendentes inueniãtur, & aſcẽdentes conſenſerint[a] facto: iubemus omnẽ ſubſtantiam monaſterijs, in quibus miſsi ſunt, dari: vt non propter hũc contemptum, & Dei iudiciũ contemnatur, & noſtra lex tranſgrediatur. Sed & miniſtros talis ſolutionis nuptiarum, aut qui huiuſmodi incerta inſtrumẽta compoſuerint, corporalibus pœnis ſubijci iubemus, & in exiliũ deſtinari. Si vero ij qui mrĩmoniũ ſoluere pſumpſerunt, voluerint iterũ ſibi coniungi, priuſquã mittantur in monaſteriũ: licentiam eis damus hoc facere: & prædictas pœnas concedimus[b] eis, & proprias habere ſubſtantias, & ita adinuicem viuere, tãquam ſi nihil delictum fuiſſet. Vno verò volente matrimoniũ reuocare, ſi non conſentiat alia perſona: cõtra eum, qui noluerit, teneant pœnæ. Hæc verò omnia ſeruari iubemus, tam in regia hac ciuitate, quàm in prouincijs: tam à comite priuatarũ, quã à palatinorum ſchola, & prouinciarũ iudicibus, & officijs eorum: ſciẽtibus quòd ſi neglexerint huiuſmodi alicuius deilicti, & non omnia hæc cuſtodierint, & exiliũ & proſcriptionem bonorum ſuſtinebũt. Hæc verò iubemus ſeruare locorum ſanctiſsimos epiſcopos: vt prouidentia eorũ traditæ perſonæ in monaſterijs mittantur: & de rebus earum, quod à nobis definitum eſt, monaſterijs vendicetur.

Accuſatus de adulterio, & abſolutus: ſi poſtea cum eadem muliere turpiter conuerſari inueniatur, vel inter eos matrimonium eſſe ſecutum, matrimonium nõ valet, pœna ei mulieri imminente, nulla alia probatione exquiſita. Barto.

Si quis verò accuſatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legibus pœnas effugerit. & poſt hoc inueniatur cum muliere, de qua accuſatus eſt, turpiter cõuerſatus[c], aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuẽte marito, aut poſt eius mortem: neq; matrimonium valere iubemus, ſed eum, qui hoc delinquere præſumpſerit, & ſi prius profugerit, attamẽ licentiã damus omni iudici & comprehẽdere eum, & poſt tormenta vltimis ſupplicijs ſubijcere: nulla alia excuſatione aut probatione faciẽda: & mulierem caſtigatã, & detruſam monaſterio immitti iubemus: & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriuſq; verò ſubſtantiam ſecundum prædictum ordinem diuidi periculo (ſicut prædiximus) tam comitis priuatarum, quàm iudicis loci.

Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo, præterquam in crimine læſæ maieſtatis. Barto.

Quia verò nos oportet humani generis infirmitatẽ protegere: corporales pœnas ſecundũ aliquas partes imminuẽtes, interdicimus alterutras manus aut pedes abſcindi, aut huiuſmodi quędã inferri ſupplicia, per quæ articuli diſſoluũtur[d]: quia membrorũ diſſolutio grauior eſt vtriuſque manus abſciſsione. Propter quod iubemus, ſi quidẽ tale aliquid delinquatur, vnde leges mortẽ delinquẽtibus inferũt: ſecundũ legũ virtutẽ ſuſtinere eũ pœnas. ſi verò tale fuerit crimẽ, qđ morte dignũ nõ ſit, aut caſtigetur, aut in exiliũ trãſmittatur[e]. Si verò criminis qualitas mẽbri abſciſsionẽ exigat[f] fieri: vnã ſolã manum abſcindi. Pro furto aũt[g] nolumus omnino quodlibet mẽbrũ abſcindi, aut mori: ſed aliter eũ caſtigari. Fures aũt vocamus qui occultè, et ſine armis hmõi delinquũt: eos verò, qui violẽter aggrediuntur, aut cũ armis, aut ſine armis, in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis eos legalibus ſubdi iubemus. Vt autẽ† non ſolùm corporales pœnæ, ſed etiã pecuniarię mediocres fiat: ſancimus eos, qui in criminibus accuſantur, in quibus leges mortem aut proſcriptionẽ[h] definiunt: ſi cõuincãtur, aut cõdẽnentur: eorũ ſubſtãtias non fieri lucrũ iudicibus, aut eorũ officijs, ſed neque ſecundũ veteres leges fiſco eas applicari: ſed ſi quidẽ habeant deſcendentes & aſcendẽtes vſque ad tertium gradum, eos habere. Si verò mulieres[i] habeant, qui condẽnati ſunt: omnibus modis iubemus iſtas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si verò ſine dote talibus perſonis coniunctę fuerint: à legibus

† Ex hoc §. ſumpta eſt auth. quæ eſt ſuper. l. ſi. C. de bo. dã. de qua authen. facit mentionẽ ca. ex literis. in glo. ſup verb. maleficiũ. extra, de pigno vbi dicit, qđ ꝓpter maleficiũ viri mulier non punitur: vt hic in verſic. ſi vero.

definitam partem de tota ſubſtantia cõdemnati eas accipere, ſiue filios [a] habeant, ſiue non. Si verò neminem prædictorũ habeat, qui deliquit: tũc fiſco [b] ſociari eius ſubſtantiam. In maieſtatis verò crimine condemnatis, veteres leges [c] ſeruari iubemus.

TITVLVS X.

VT DIFFERENTES iudices [d] audire interpellantium allegationes, cogãtur ab epiſcopis hoc agere: & vt quando in ſuſpicionẽ habuerint iudicem, pariter audiat cauſam ciuitatis epiſcopus: & de cautela quam omnino oportet epiſcopum agere.

Epiſcopi debent iudices ad faciendam compellere, aut per ſe, aut per literas ad principem directas: & iudice exiſtente ſuſpecto adiungi ſibi debet epiſcopus: litigator autem principem adiẽs priuſquam adeat iudicem, vel epiſcopum, eſt puniendus. Bart.

Imperatoris Iuſtiniani A. edictum.

EX quo nos Deus Romanorum præpoſuit imperio, omnẽ habemus ſtudium vniuerſa agere ad vtilitatẽ ſubiectorum commiſſæ nobis à Deo reipublicæ, & illa facere, quæ omni difficultate & læſione atque contritione priuent: ne occaſione litium & aliorum quorundam diſcedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi. Propterea igitur, & in præſenti proſpeximus præſens edictum ad omnes dirigere ſubiectos, & palàm facere omniũ ciuitatum & vicorum habitatoribus: quatenus ſi quis habuerit contentionem aduerſus alium, ſiue de pecuniaria cauſa, ſiue de ſublatione rerum mobilium & immobilium, ſeſéque mouẽtium, ſiue de criminalibus: prius interpellet clariſsimum prouinciæ [e] iudicem: vt & ipſe ſecundum noſtras leges examinet ea, quæ proponuntur, & vnicuique iuſtitiam ſeruet. Si verò dum aliquis adierit iudicem prouinciæ, non meruerit iuſtitiam: tunc iubemus eum adire ſuum ſanctiſſimum epiſcopum: & ipſum mittere ad clariſſimum prouinciæ iudicem, aut per ſe venire ad eum, & præparare eum, vt omnibus modis audiat interpellãtem, & liberet eum cum omni iuſtitia ſecundum noſtras leges, vt non cogatur peregrè de ſua patria proficiſci. Si verò etiam ſanctiſsimo archiepiſcopo compellente iudicem cum iuſtitia determinare interpellantium cauſas, iudex differat diſcernere negotium, & non ſeruet litigantibus iuſtitiam: iubemus ſanctiſsimum ciuitatis illius epiſcopum dare ad nos literas ei, qui non meruerit, quod iuſtum eſt: inſinuantes, quia coactus ab eo iudex diſtulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo conuentus eſt, vt hoc cognoſcentes nos ſupplicia inferamus iudici prouinciæ, qui interpellatus ab eo, qui iniuſtitiam paſſus eſt, coactus à ſanctiſsimo archiepiſcopo, non iudicauerit, quę in dubitationem venerunt.

Si verò contigerit quendam [f] noſtrorum ſubiectorum in dubitationem habere iudicem [g]: iubemus ſanctiſsimum archiepiſcopum audire cum clariſsimo iudice, vt ambo per amicabilem conuentum [h] diſſoluant, quæ dubia ſunt: vt aut per annotationem ſcriptis factam, aut cognitionali-

---

a Filios. quod dic vt. ſ. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero legẽ dudum. colla. viij.

b Tunc fiſco. ſ. de inceſt. nupt. §. j. contra. Solu. quidã dicunt iſtã corrigere. Alij dicunt ibi ſpeciale, vt eſſet in crimine læſæ maieſtatis: vt. j. eo. in fi. Alij dicunt nõ eſſe contrariã. ibi enim confiſcatio fit bonorum eo viuente & in ciuitate permanente, qui deliquit. vnde cum ciuis remaneat pœnã ſentit amiſsiõis bonorũ. vbi vero de capitali crimine damnatur: qa ei nulla eſt pœna cõfiſcatio bonorũ, vt pote cũ bonis amodo non vteref, merito ceſſat confiſcatio. non enim res deliquit, ſed perſona: vnde perſona tantũ puniri debet: per cõfiſcationẽ vero nõ puniretur: vt. ſ. de man. princ. §. oportet.

c Leges. quę ſunt C. ad leg. Iul. male. l. fi. §. pe. & l. quiſquis. Accur.

d VT DIFferentes iud. &c. Prima pars expeditur. j. eo. vſque ad. §. ſi vero contigerit. ſecunda & vt quando &c. expeditur poſt ea vſque in finem.

EX quo Prouincię. hęc eadem dicuntur. ſ. de mã. princi. §. ſi tibi quoq; tertium. colla. viij.

f Si vero contigerit quendam. nunquid tam in actore, quam in reo hic loquitur? Reſpon. vt dixi. ſ. de execu. & ijs, qui con. & re. §. fina.

g Iudicem. i. præſidem.

h Conuentũ. qd dicemus, ſi lex illa nõ corrigitur, quæ eſt. ff. arbit. l. ſed ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. nunquid totus mundus errat. nam omnes videmus partes cogi, vt in ſe compromittant nam & arbitrium in ſe ſupplices libenter ſuſcipiunt, dico autem non ſuſcipiunt, vt ſint arbitri, ſed arbitrantes. & plus dico non arbitriũ eſſe, non ſentẽtiam: ſed tranſact. ſicut & venditio quę ita fit quanti Titius arbitratus fuerit: vt. C. de contrahen. emp. l. vlti. & inſtitutio. de emptio. & vend. §. pretium autem. quod ex eo poteſt apparere, quod nõ totum id, quod debetur, faciunt præſtari: & interdum reum aduerſus quẽ nihil probatum eſt aliquid præſtari iubeant.

Arbiter & arbitrator differunt.

beant. Item nihil poſtea cognoſcet de cauſis: ſed dicet ne quid actor petat amplius de eo, quod primitus petierat. quod ſecus obſeruaretur, ſi eſſet arbitriũ: in quo ad iſtar iudicij ſententia daretur. Io. Item quid ſi eſt iudex vnius, alterius non? Reſpond. videtur quod valeat cõpromiſſum. Vel dic ſecundum Bul. intereſſe vtrum ſit iudex rei, & tunc non valeat: an actoris, & tunc valeat: quia forũ ex perſona rei metimur: vt. C. de iur. omnium iudicam. l. iuris ordinem. Accurſius.

Forum ex rei pſona metimur.

[a] Cognitionaliter. id eſt, ſecũdum ordinẽ iuris. Ac.

[b] Si nõ ſtuduiſſet. ſ. de mandatis principũ. §. & non permittere.

[c] In peregrinis. pauperes facti propter non ſeruatam eis iuſtitiã, vel ad nos venientes propter eandem cauſam. Accur.

[d] Vnicuique. vt ſ. de defenſoribus ciuitatum. §. iuſiurãdum. & ſ. iuſiu. quod præ. & de iudi. §. antepenult.

[e] Iudicare. id eſt, condemnare. Accurſius.

[f] Eum qui. Sed quomõ hoc? duabus rationib⁹ hoc ſtare non poteſt. Prima: q̃a expreſſe inhibetur: vt. ſ. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. illud. quę eſt contra. Secunda quia de maiorib⁹ eſt: vnde durante officio conueniri non poteſt: vt. ff. quib. ex cau. ma. l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ij. quæ eſt contra. Sol. dicas. ꝙ hic de minoribus iudicibus dicitur: vt. ff de iureiuran. l. nec magiſtratibus. quod nihil eſt. dic ergo, ꝙ hic loquitur in furtis & ſimilibus, in quibus etiã durante officio põt conueniri: vt præ. §. illud: in prin. licẽ et vbi opprimit ſubiectos: quod & ibi permittitur: vt. C. ad legem Iuliã repetundarum. l. iubemus. & hoc probatur in fi. huius. §. quoniã qui debet vindicare oppreſſum &c.

† Facit ad hunc. §. cap. cũ tẽpore. cum gloſſ. j. extra de arb. vbi dicitur quod iſte. §. eſt in arg. qd' ordinarius põt eſſe arbiter. de hoc etiam vide in ca. literas. in glo. j. circa mediũ extra, de præſump. vbi dicitur qd' iudex non poteſt cõpellere partes, vt in ipſum cõpromittãt ſed ſi partes volunt in eum cõpromittere, hoc bene poſſunt Magiſtratus durante officio conueniri nõ poteſt.

ter [a] iudicetur inter litigantes: & forma detur iuſtitiæ legibuſq́; conueniens: vt non cogantur noſtri ſubiecti propter huiuſmodi cauſas recedere à propria patria. Si quis verò exiſtimans habere ſe aduerſus aliquem quanlibet actionem, neque clariſsimum prouinciæ iudicem interpellet, neque ſanctiſsimum ciuitatis epiſcopum adeat, et ita veniat huc abſque literis Deo amabilis epiſcopi ciuitatis: ſciat, quoniam & ipſe tales ſubſtinebit pœnas, quales futurus eſſet ſuſtinere iudex, ſi interpellatus ab eo nõ ſtuduiſſet [b] ei ſeruare iuſtitiam. Hæc autẽ omnia ſancire perſpeximus propter vtilitatem eorum, qui habitant per ciuitates & vicos: ne priuati proprijs prouincijs, & ipſi in peregrinis [c] affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim iudices gratis facimus, et iuſiurãdum eos iubemus ſubire, vt vnicuiq; [d] interpellanti iuſtitiam ſeruent ſecũdum noſtras leges. Si tamen †contigerit quendam noſtrorum ſubiectorum ab ipſo clariſsimo prouinciæ iudice lædi: iubemus eum adire ſanctiſsimum illius ciuitatis epiſcopũ: & ipſum iudicare [e] inter clariſsimum illius prouinciæ iudicem, & eum, qui [f] putatur lædi ab eo. Et ſi quidem contigerit iudicem legitimè, & iuſtè iudicari à ſanctiſsimo epiſcopo: ſatisfacere eum omnibus modis ei qui, interpellauit aduerſus eũ. Si verò refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipſa lis: ſi quidem inuenerimus, quia iuſtè & ſecundum leges aditus à ſanctiſsimo epiſcopo, ea quæ condemnatus eſt, non fecit: nouiſsimis eum ſupplicijs ſubdi præcipimus: quoniã qui debet vindicare oppreſſum, ipſum opprimere [g] reperitur. Sed etiam ſubiectum ei officium iubemus cũ omni ſtudio adminiſtrantes clariſsimis iudicibus interpellantes abſoluere, nihil accipientes præter illa, quæ noſtris conſtituta ſunt legibus.

Epiſcopus de iniuſtitiis iudicis & læſione ſubditorum iudicare debet: & læſo damnum facere emendari: pœna contra facientibus imminẽte. Item in ciuitatibus, in quibus ſunt iudices, ſubditi adire debẽt defenſorem qui inter eos iudicare debet. Bar.

Si verò hæc non cuſtodiant [h]: ſubdi iubemus ſupplicijs. Si tamen inuenerimus quendam ſanctiſsimorũ epiſcoporum pro gratia cuiuſpiã prodere iuſtitiã: regularem ei caſtigationem inferri iubemus: vt ſtudeant cũ timore Dei iuſtè iudicare: ne nos [i] imperantes [k] iuſtitiam, cogamus homines relinquere proprias ciuitates atque prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem, in quibus non ſunt iudices [l], iubemus eos, qui habent cauſas, adire defenſorem, & ipſum diſcernere inter eos. Si verò litem habentes voluerint defenſorem vnà cum ſanctiſsimo epiſcopo iudicare, & hoc agi præcipimus: neque autem monachum, neq; clericum, neq; epiſcopum iubemus venire huc abſq; literis ſanctiſsimi ſui patriarchæ [m]. Si verò hoc fecerint: ſciant, quia ſemetipſos ſchemate faciũt indignos. Si quis autem magiſterianus, aut præfectianus [n], aut cuiuſcunq; fortunæ exiſtẽs acceperit amplius ſportularũ, quàm definitũ eſt ſacris noſtris conſtitutionibus [o]: iubemus omnibus modis iudicẽ prouinciæ periculo proprio ſecundum noſtram

[g] Ipſum opprimere. ex hoc ſumit Ioã. quod non habet locum, niſi vbi ratiõe officij ſubiectos offendit.

[h] Si verò hæc nõ cuſtodiãt. iudices.

[i] Ne nos. alias nobis.

[k] Imperãtes. vel imperantibus.

[l] Iudices. maximi.

[m] Patriarchæ. vt. C. de epiſco. & cle. l. ſi qua per calumniam. in fi.

[n] Si quis autem magiſterianus, aut præfectianus. nomina ſunt officialium.

[o] Conſtitutionibus. ſic. ſ. vt lit. iurent. §. ijs quoq;.

D E

DE VSVRIS nauticis.

Maritima conſuetudo noſtris non repugnans legibus ſeruatur.

Facit ad hunc text. capi. cum ſit generale. cum gl. ij. extra de for. cõpet. vbi dicitur qđ iudex qui negligit facere iuſtitiã, litẽ ſuam facit.

Nuncium. Lex. vt. ff. de nauti. fœ. l. j.

b Immutabiliter. no. pro conſuetudine maris ſeruãda: quia tũc tenet: cum noſtris nõ repugnat legibus. & ſic intelligitur. ff. ad leg. Rho. de iac. l. dominæ Antoninæ & dicit. j. de ſtatu. & conſtit. §. pe.

DE

legem hoc vindicare, & vindictã inferre hoc præſumentibus. Si verò non vindicauerit hoc ipſe iudex: licẽtiam damus ſanctiſsimo vniuſcuiuſq; ciuitatis epiſcopo nũciare nobis †, quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam aut dignitatẽ, qui hoc præſumpſerit: vt & iudici periculum inferamus prætermittenti & deſpicienti noſtrã iuſsionem, & ipſum quoq; iubeamus puniri talia præſumentem.

TITVLVS XI.
DE VSVRIS NAVTICIS.

Leges antiquæ, & cõſuetudines in vſuris nauticis obſeruari debent perpetuò, & inuiolabiliter. Bar.

Imp. Iuſtinianus A. Petro glorioſiſ. præfecto ſacrorum prætoriorum.

NVnciũ audiuimus à tua celſitudine, cui occaſionem nos ipſi præbuimus. Duos enim iſtos, Petrũ & Eulogiũ ſupplicaſſe noſtræ ſacrę poteſtati, & per ſe explanaſſe dicẽtes, quòd conſueuerunt naucleris, ſeu negotiatoribus mutuare, & maximè in mari negotia facientibus, & hãc vitæ habere occaſionẽ. Ipſa verò marina credita vocare noſtra cõſueuit lex [a] traiectitia, & metuere eos, vtpote dubitationibus hinc eis exortis: oportere propterea fieri manifeſtũ, quæ valeat ſuper his cõſuetudo, vt & ſacra noſtra in hæc procederet iuſsio, quæ conſuetudinem ad certiſsimã duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturã cognoſcere, & hãc ad nos deducere, quatenus manifeſta nobis facta, quod videret, lege cõprehenderetur perpetua: tuãq; gloriã, vt à nobis iuſſa perageret, conuocaſſe naucleros, quibus hęc mutua curæ ſunt, & interrogaſſe, quæ aliquãdo antiqua cõſuetudo fuit: illos aũt & iuſiurandũ adijciẽtes teſtimonio, perhibuiſſe modos eſſe varios taliũ mutuorum. & ſi quidẽ placuerit creditoribus, in ſingulis ſolidis pecuniarũ, quas dederint vnũ tritici modiũ aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberẽt pro telonearijs: ſed quãtũ ad ipſos ſine teloneo nauigare naues, & hunc habere fructũ, & harum, quas crediderint pecuniarum, & inſuper etiã pro decẽ aureis vnũ percipere ſolidũ pro vſuris: in ipſos autẽ creditores reſpicere ex euentibus periculum. Si verò non erumpãt hanc viã creditores: octauã partẽ percipere pro ſingulis ſolidis nomine vſurarũ, non in tẽpus aliquod certum numerandũ, ſed donec naues reuertãtur ſaluæ. Secundũ hoc aũt ſchema cõtingit forſan & in annũ extendi tempus: ſi tantum foris moretur nauis, vt annum aut terminos ſuos ſumat, aut etiã tranſcẽdat citius, aut ea remeante tẽpus in vnum ſolũ, aut duos trahi mẽſes: & ex tribus ſiliquis vtilitatem habere: vel ſi ita breue ſit tẽpus, vel ſi apud alterũ extra debitorẽ maneat debitũ: hoc idem valere, aliã rurſus negotiatoribus profectionẽ aſſumentibus: & per vnũquodq; onus definiri ſchema ſecundũ quod cõpetit mutuũ, aut manere, aut permutare ſecũdum pactũ, quod ob hoc cõuenerit partibus. Si tñ poſt reuerſionẽ nauis ſaluæ, nequaquã nauigare ꝓpter tẽpus valentes reuertantur: triginta ſolùm dierũ inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vſurarũ cauſa exigere, donec vẽdi cõtingat onus: parcẽtes apud aliũ eſſe debitũ nõ reddendum, duas partes centeſimę dñis pecuniarum dare vſuras, & mutuare, & mox mutuũ in terrenũ tranſponere modũ: nequaquã maritimis periculis creditoribus moleſtandis, & hæc oẽs dixiſſe, cũ iureiurando perhibentes teſtimonium: quæ ad nos nunciaſti, vt nos ſanciremus, quòd nobis videret: & ſuper his dicebas hæc noſtræ nunciare poteſtati. Nos igitur & ipſa legentes geſta, & cauſam edocti, ſancimus ſecundũ quod teſtatũ eſt corã tua celſitudine: ita nunc & deinceps in omne tẽpus tenere: eò quòd neq; iã poſitis repugnet legibus, vt oporteat nũc & decætero ſecundum quandam propriam legẽ in naucleris aut negotiatoribus ſuper taliũ cauſarum hæc ſeruari litibus: & ſecũdum dictum modũ, prędictarum pactionum ita fieri etiã euentus, & alia omnia quæcũq; in prioribus teſtata ſunt apud ſedẽ tuam, vt ſecundum propriam legem teneãt in naucleris, aut negotiatoribus. Quod enim longis ita ſeruatũ eſt temporibus, & tenuit immutabiliter [b], ſicut teſtimonia apud tuam gloriã definierunt: quomodo non eſt iuſtũ, & in alijs omnibus valere, quæ poſtea erunt, & eſſe hanc eis rerum tranſactionẽ ex propria lege valẽtem, & altera quadam diſpoſitione non egẽtem:

DE INTER. dictis collegiis hæreticorum.

[a] Plurimum. Anathematizantur Nota ꝙ hæretici excõmunicandi ſunt: vt hic, & C. de ſum. trin. l. ij. §. quia vero. &. §. primo & ſecundo.
[b] Conſtitutionibus. vt. C. de hære. l. cuncti. &. l. quicunque. §. vniuerſi, &. §. nullum præterea. &. C. de epiſ. & cler. l. conuenticulum.

Alias, collectis.

DE RAPTIS mulieribus quæ raptoribus nubunt.

[c] Legis. Competere. vt C. de legi. & conſti. l. fin.
[d] Dubium. vt. C. de leg. & conſti. l. j. &. ff. de vulg. ſubſtitut. l. ex facto.
[e] Legem. vt. C. de raptor. virgi. l. j.
[f] Excepto raptore. vt in Lombarda, de rapto. virgi. l. viii.

Siue

ſed in naucleriis ſeu negotiatoriis occaſionibus in omne tempus valentem, vt puta generalem exiſtentem legislationẽ, et naucleris ſeu negotiatoribus, & eorũ contractibus expoſitam? Quæ debet etiã pars fieri iam à nobis poſitarũ legum, et iudicantes ad hanc reſpiciẽtes proferre ſententiam. Quæ igitur placuerunt nobis, tua celſitudo iugiter ſeruare feſtinet.

TITVLVS XII.

DE INTERDICTIS collegiis † hæreticorum.

Hæretici adulteras collectas, & adultera baptiſmata facere prohibentur. Bar.

Imperator Flauius Iuſtinianus felix, inclytus, victor ac triũphator ſemper Auguſtus, epiſcopo Conſtantinopo.

Plurimum eſſe & maximum bonũ omnibus credimus veræ & immaculatæ Chriſtianorum fidei rectam confeſsionem: vt per omnia hæc roboretur, & omnis orbis terrarum ſanctiſſimi ſacerdotes ad concordiam copulentur, et cõſonè immaculatam Chriſtianorum confeſsionem prædicent, et omnem occaſionem, quæ ab hæreticis inuenitur, auferant: quod oſtẽditur ex diuerſis conſcriptis à nobis libris & editis. Sed quoniam hæretici neq; Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum ſeueritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes ſanctę fidei catholicę et Apoſtolicæ eccleſiæ, adulteras collectas, & adultera baptiſmata latenter faciunt: pietatis exiſtimauimus per præſens noſtrũ edictum monere eos, qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæretica veſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatem perdant, ſed magis concurrant ad ſanctam Dei eccleſiam, in qua recta prædicantur dogmata, et omnes hęreſes cum principibus ſuis anathematizantur [a]. Noſſe enim volumus omnes, quia ſi decætero aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem: ne quaquam omnino eos ferimus: ſed domos quidem vbi aliquid delinquitur, ſanctæ aſsignamus eccleſiæ: his autem, qui colligunt, aut apud ſe colliguntur: ex conſtitutionibus [b] pœnas inferri omnibus modis iubemus.

TITVLVS XIII.

DE RAPTIS MVLIERIBVS, QVAE RAPTORIBUS nubunt.

Mulier rapta ſubſtantiam raptoris lucratur, niſi nupſerit raptori: quo caſu ad ſuos parentes deuoluitur, ſi tali matrimonio non conſenſerint: alias ad fiſcum debet peruenire, his obtinentibus in caſibus futuris, ac etiam præteritis. Bar.

Imperator Iuſti. A. Areobindo glorioſi. pretoriorum præfecto, ex præfecto almæ vrbis, & ex magiſtro militum.

Legis interpretationem culmini tantùm principali competere [c], nemini venit in dubium [d] † cùm promulgãdæ quoque legis authoritatem, fortunæ ſibi vendicat eminentia. Meminimus itaq; pro raptu mulierũ, ſiue iam deſponſatæ fuerint vel maritis coniunctæ, ſiue non, vel etiam ſi viduę ſint, legẽ antè poſuiſſe, et capitis ſubieciſſe, ſupplicio non tantũ raptores, verùm etiam comites eorum, necnon alios, qui eis auxilium tẽpore inuaſionis contuliſſe noſcuntur: et nõ tantũ parentibus mulierum, verum etiam cõſanguineis & tutoribus & curatoribus huiuſmodi dediſſe per eandẽ legem vindictã, & præſcriptis pœnis locum dediſſe, ſi iam nuptę vel deſponſatæ mulieres rapiãtur: cũ non ſolũ raptus mulieris, verũ etiam adulteriũ per huiuſmodi temeritatem cõmittitur. & ſuper alias pœnas, raptoris etiã, necnon aliorum qui cum eo fuerint, patrimoniũ raptę mulieri vendicari per eandẽ legem [e], præcipimus: vt dotis etiã marito dãdæ legitimo copia per raptoris ei miniſtraret ſubſtantiam. Illo quoque ſpecialiter adiecto, vt nulla ſit mulieri vel virgini raptæ licentia raptoris eligere matrimonium: ſed cui parentes voluerint (excepto raptore [f]) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa raptoris ſe cõiungere matrimonio: ſed parentes etiam, ſi tali cõſenſerint

† Cõcor. cum hoc princ. cap. inter alia. de ſen. excõmunica. ante med. ibi. vt igitur vnde ius prodit &c.

matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptã mulierem, ſiue volentem[a], ſiue nolentem, etſi raptoris ſit amplexa matrimonium contra noſtræ conſtitutionis tenorem: debere tamen eam raptoris[b] habere ſubſtãtiam, vel quaſi legis præmiũ, vel ex teſtamento forte, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerũt, ij prædictæ legis ſeriem intelligere non potuerunt. Quia enim tale ſtare matrimonium, etſi rapta voluerit, prohibuimus[c]: & ob hoc parentes raptę mulieris deportationis ſubiecimus pœnæ, ſi huiuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo raptas mulieres, raptorum eligentes connubium, præmijs honoraſſemus raptę datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationẽ vel[d] in poſterum reſecantes, priorem legem per præſentem interpretari cenſuimus[e]. Sancimus† itaque, ſi rapta mulier, cuiuſcunq; ſit conditionis, vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit, parẽtibus præſertim non cõſentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hæreditatem ſuſcipere, vel quocunque modo ſubſtantiam vẽdicare[f], ſed præmium, quod per legem noſtrã raptæ mulieri datum eſt, vt raptoris[g], et eorũ, qui ei auxilium tempore inuaſionis præbuerint, bona vendicet: hoc ad parẽtes, ſi ambo, vel vnus ſuperſit, qui nuptijs ſpecialiter non probantur cõſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo iure transferri[h]: et patrimonium raptoris non raptã iam habere mulierem, quæ coniugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas trãsferri, quas ſuperius nominauimus ei nõ cõſentiẽtes cõiugio. Nam nefarios† hmõi coitus pœnis corrigi, non præmijs cõpetit honorari. Quòd ſi parẽtes iam deceſſerũt, vel hmõi ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, necnon & aliorum, qui facinoris fuerint participes, fiſci iuribus vẽdicetur. Quam interpretationem nõ in futuris tantummodo caſibus, verũ in præteritis etiam valere ſancimus: tãq; ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali promulgata fuiſſet a nobis, pater chariſsime atq; amãtiſsime. Quæ igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, tua celſitudo effectui mancipari, obſeruari que præcipiat.

TITVLVS XIIII.

DE COLLATORIBVS ET ALIIS CAPITVLIS.

Diſpoſitiones & denunciationes collationum per ſingulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac conſtitutione poſitis: exemplarijs petentibus ſoluentibus datis, & de ſuſcepto ſecuritate præſtita: iudicibus, ac etiam executoribus contra facientibus pœna imminente. Item illi cui ſuperinducta poſſeſsio eſt, ſi ſenſerit ſe grauatum, permittitur licentia appellandi. Bartolus.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſsimo ſacrorum prætoriorum præfecto.

QVæcunque ad vtilitatem noſtrorum collatorũ pertinent per Iulium, et per Auguſtum menſem vniuſcuiuſque indictionis: particulares diſpoſitiones collationum futurę indictionis in foro vniuſcuiuſq; diœceſis glorioſiſsimorum noſtrorũ præfectorũ ſub confectiõe monumentorum manifeſtari: declarãtes quantũ vnicuiq; prouinciæ, ſiue ciuitati pro vnoquoq; iugo†, aut villis, aut centurijs, aut alio quolibet tã in ſpecie quã in auro, fiſcaliũ cauſa imminet: indicãtes quoq; ſpecierũ æſtimationẽ ſecundũ menſurã in vnoquoq; loco tenentẽ, et quicquid ex his i arcã inferri, aut in vnaquaq; dari, aut expẽdi oportet. Sic igit̃ compoſitas tales diſpoſitiones prouinciarũ iudicibus mox deſtinari, et in principijs vniuſcuiuſq; indictionis, et per eos proponi in ciuitatibus ſub eis conſtitutis intra Septembrem & Octobrem[o] menſes: ſed & volumus exemplaria eorum ex foro glorioſiſsimorum præfectorũ ſine dilatione dari: vt collatores cognoſcant, quemadmodum debent collationes inferre.

[a] Siue volentem. in eo quod voluit, quomodo punietur poſtea adulterium? Reſp. ꝙ patri iniuria facta videtur: vt. ff. de iniur. l. j. §. vlque.
[b] Raptoris. et in hoc male dicebant debere habere ſubſtantiam raptoris. Azo.
[c] Prohibuimus. ſ. & adhuc hoc prohibemus. lo.
[d] Vel. pro ſaltem.
[e] Cenſuimus. no. interpretari veterẽ legem per nouam.

Lex noua veterem interpretatur.

[f] Vendicare. ſunt & alij caſus quos diximus inſtitu. de leg. §. legari.
[g] Raptoris. ſcilicet bona.
[h] Transferri. no. dominiũ transferri ſine poſſeſsione: vt dixi. C. de pact. l. traditionibus. Ac.
[i] Mulierem. habentem.
[k] Comperit. no. pœnas imponi delictis: vt hic, & .§. vt nulli iu. §. quoniam. et præmia merentibus: vt hic, & C. de ſta. l. vt virtutum.
[l] In præteritis. No. ꝙ lex ad præterita trahitur facta. ſic. C. de leg. & conſtitu. l. leges.

† Secundũ iſta iura mulier rapta non poterat cõtrahere cũ raptore. ſecus eſt tamen de iure canonico: vt ia. c. fin. extra, de rapto.

DE COLLA[illegible] [illegible]

QVæcunque. Iu[illegible] go. l. nouum. Acc.
[n] In vno quoq;. ſecundum conſuetudinem enim ſunt menſuræ: vt. ff. de contrahen. emp. l. Imperatores. Acc.
[o] Et octobrem. innuit ꝙ in octobri: et in ſeptembri aptabuntur ad præſtationem tributorum. Accurſius.

Si vero

† Cõcor. l. qui contra C. de l[n]ceſ. nup. & in cap. j. in glo. j. in fi. extra, de don. inter virum & vxorem.

† Vt locus hic te non moleſtet, placuit admonere in re militari centuriam dici, quæ centum homines continet ſub vno centurione. Borũ etenim in hac iuſtus eſt numerus centenarius. ſed vbi ad agros id vertere ſcelerius ducenta in nuit iugera quaquã a centũ dicatur. Autore eſt columell. libr. vj de re ruſt.

Si verò ante inſinuatiotionē, ī alios titulos p̄ter eos, q cōtinētur particulari diſpoſitione anni collatores fiſcalia exoluāt, aut in ꝓuincia expēdāt: iubemus eis ī eiuſdē indictionis collatiōes hoc reputari: vt nullum ipſi patiantur damnum. Si verò ſecundum [a] à nobis definitum tempus non dirigantur huiuſmodi particulares diſpoſitiones [b]: qui quidem per tempus gubernant noſtrū prǽtorium, triginta librarū auri pœnā perſoluant [c]: vniuſcuiuſque verò ꝓuinciæ contractæ quinque & viginti librarum auri pœnam exigantur. Si autem iudex miſſas eaſdem particulares diſpoſitiões in prouincijs nō ꝓpoſuerit: decē librarū auri pœna damnabitur, & ſpoliationem cinguli ſuſtinebit: eius quoq; officium quinq; libras auri exigetur. Iubemus verò ſpecierum quidem illationem mox ex principijs vniuſcuiuſque indictionis incipere: argenti verò illationis titulum ſecundum definita tempora. Pro fiſcalibus aūt collationibus deſuſcepta [e], ſiue ſecuritates particulares aut plenarias omnibus ab ijs, q fiſcalia ſuſcipiūt fieri definimus, manifeſtantes & ſolidorū qualitatem & ſpecierum, necnō & iugorū ſiue villarum, ſiue centuriarū, et nomina poſſeſsionū, pro quibus functiones ſuſcipiunt. Si verò ſecundū prędictū modū deſuſcepta, ſiue ſecuritates nō fecerint: iubemus eos, & pœnā decē librarū auri exigi, & tormentis ſubdi: ſimiliter iudicē ꝓuinciæ decē librarū auri exigi pœnam [d], ſi de hoc interpellatus non iudicauerit, & cōpulerit deſuſcepta, ſiue ſecuritates ſecūdum quē diximus ordinē ſcribi. Hoc autē iubemus obſeruari, ſi quis forſan collatorū dubitat de poſſeſsione pro qua fiſcalia exigūtur, aut ꝓ qua fiſcaliū quātitate omnibus modis fiſcaliū deſcriptionum [e] cuſtodes cogi à prouinciæ iudice: aut illo negligēte, à locorū ſanctiſsimo epō eas ꝓferre, & fiſcaliū oſtēdere quātitatē, et ſeruitutē publicæ deſcriptionis exigi poſſeſſorem. Et in hoc quoq; [f] adiuuare noſtros collatores perſpeximus, vt nō neceſsitas inferatur poſſeſſoribus ſub hypothecis decimatiōes nominare in auro collationis, vt nō aliquā ex hoc ipſi patiātur læſionē: ſed eos, qbus in vnaquaque prouincia aut ciuitate periculū fiſcaliū exactionū imminet, ſiue iudices ſint, ſiue curiales ſiue exactores, aut canonicarij, aut alij qdam: proprio periculo & ſuſcipere pecúnias, et trāſmittere, et expēdere, in qbus deputatę ſunt vtilitatibus. Et hoc cuſtodiri [g] iubemus, canonicariū talē in ꝓuinciā deſtinari, q poſsit periculo ordinātiū eū exigere fiſcalia tributa, & ꝓ nullā occaſiōem īpulſorē poſt eū mitti, et dānū ſubiectis inferri impulſiōis: & ipſum vocabulū decætero perimimus. Si verò non opportunus inueniatur canonicarius: nō impulſor mittatur, ſed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipſum quoq; canonicariū cōtentū eſſe iubemus deputatis cōſuetudinibus, & nullā ſubiectis inferre læſionē. Si naūt aliquādo contigerit ſupindictionē cuiuslibet poſſeſsiōis cōſeruæ aut cōtributarię fieri ex illo tpe iubemus ſupindictū ſuſcipiētē, exigi ꝓ eo fiſcalia, ex quo tradita eſt ei ſupindicta poſſeſsio. Nō aliter aūt ſuperindictū fieri, niſi ex reſcripto de hoc examinatio fiat apud ꝓuīcię iudicē, et ſentētia eius ꝓcedat definiēs eū, q debet ſupindictū ſuſcipere. Si qs aūt putauerit ſe lædi: liceat ei ꝓuocare: vt ī foro glorioſiſsimorū præfectorū appellatio examinetur, & ſecūdū leges [h] terminū ſuſcipiat. Si verò aliquādo cōtigerit dominū cuiuſcūq; poſſeſsiōis aut nō apparere, aut ad fiſcaliū ſolutionē nō ſufficere, vt ex hoc ſupindictiōis neceſsitas ſuſcipiatur: iubemus hāc repēte tradi ijs, qui cōſerua aut cōtributaria p̄dia poſsidēt cū oībus, q ea inueniuntur agricolis & peculijs eorū, & [i] enthecis, et fructibus, & animalibus et oī alio inſtrō ibi inuēto. Si verò aut pſona q̄ debeat eā ſecūdū legē ſuſcipere, nō inueniatur, aut alio quocūq; mō diſferri ſupindictū cōtigerit: iubemus geſta cōfici apud ꝓuincię iudicē ſignificātia & qualitatē [k], et ſtatū eius poſſeſsiōis, et oīa ī ea inuēta: vt ſic eā curiales, aut exactores aut officiales ſuſcipiāt: et ſi poſtea īueniatr q debeat eā ſecūdū leges ſuſcipere: nō aliter fieri, niſi vt qd ꝓ occaſione exactorū,

[a] Si vero ſecūdū. ſic. C. de apo. publ. l. j. Accur.

[b] Diſpoſitiones. in prouincias. facit ſupra, vt lit. iu. §. et hoc. & C. de ſac. pa. & cē. l. pen. in fi.

[c] Deſuſcepta. id eſt, ſcripturam de ſuſceptis: vt ſupra, de manda. princ. §. coges. col. iij. et infra proxi. §.

[d] Exigi pœnā. §. ſcenicas. col. v.

[e] Fiſcalium deſcriptionum. C. de eden. leg. inſtrum. de fide inſtru. l. illatæ.

[f] Et in hoc quoque. ī. de eccle. tit. §. ſi quis autem in ſup. et infra de ſan. epiſ. §. ſi quis rapuerit. & C. de ſuſcep. l. iuſta et l. exactiones.

† Haloā a tractatoribus cuiuſque prouinciæ viginti librarum auri pœna exigetur.

[g] Et hoc cuſtodiri id eſt, conſeruari. C. de omni agro deſer. l. ſororū.

[h] Et ſecundum leges. ſupra, de iudi. in fi. Accur.

[i] Enthecis. de qbus habes exempla ff. de penu leg. & de ſup. leg.

[k] Qualitatem. et ſic conſcribuntur bona ab eo, cui ſuccedit fiſcus.

Eos au

† Entheca hoc loco velut & in decretis pōtificijs, ꝓ loco & gazę repoſitorio, ſicuti et apotheca & horreū ponitur, annorāte Beroald.

a Eos autem qui. C. de cano. larg. per totũ ſet. C. de exe. & exac. l. j. li. xij. Accur.

b Impoſitas. No. pro ſententia Pla. vt diximus. C. de procu. l. j.

c Denominato inferre. C. quando fiſ. vel pri. l. pe. Accurſius.

d Exigentium. ſupra, de man. princi. § ſi. & ſupra, vt omnes obed. iudi. prouin. col. v.

Exige

aut curialium, aut iudicum, aut officialium eius peius aut minus factum eſt, ei, q ſuſcipit, reſtituatur. Hoc quoq; iubemus vt pro pecunijs, aut ſpeciebus in prouincijs expenſis nõ exigantur collatores ea, quæ dicuntur tranſmiſſoria: pro ijs autem, quæ tranſmittũtur, non amplius præberi horum, quę ex initio in vna quaque prouincia deputata ſunt.

Executores in prouincias miſſi, exactiones inchoare non debent, niſi prius coram prouinciæ præſide mandatum inſinuauerint, hoc & in priuatis negotijs ſeruando, & executores & exactores nullam in cauſis priuatis executionem committere debent. Item debitor debitoris tributarij in ſubſidium debiti veritate probata conueniendus eſt: & exactorum excuſatio ex eo, quod in loco ſacro reſideant, admitti non debet aduerſus eos, à quibus ſe læſos eſſe dicunt. Item exactores iuſtis ponderibus & menſuris vti debent. Bar.

Eos autem, qui [a] in prouincias pro quibuſcunque publicis exactionibus dirigũtur, non aliter inchoare exactionem, niſi prius prouinciali iudicio inſinuauerint impoſitas [b] ſibi de hoc iuſsiones: vt exoluentes fiſcalia tributa, nulli pro his periculo aut damno ſubijciãtur: hoc ipſo & ſuper priuatis negotijs obſeruando. Hoc quoque iubemus, eis, quibus fiſcaliũ exactio iniungitur, nullam priuatarũ cauſarum executionem cõmitti: ſed & ſi quid eis tale iniungatur: nullo modo præſumere eos hoc agere: ne occaſione publicarũ functionum noſtri ſubiecti lædantur. Si autem aliquis pro veritate publica debẽs tributa, dicat executori eſſe ſibi alium debitorem: nõ licere executori moleſtiam aliquam denominato inferre [c], niſi prius debitor probetur nullo omnino modo poſſe publica tributa perſoluere. Hoc tamen prius requiri apud iudicem prouinciæ, ſi pro veritate debitor eſt is, qui denominatus eſt: et ita fiat exactio. in vtroque verò caſu ſi qs aut exequi, aut exigere citra ea, q̃ à nobis diſpoſita ſunt, p̃ſumpſerit: & cingulo nudabitur, & cõfiſcabitur, & exilio tradetur. Qui aũt iniũxerit, aut præceperit iudex, decem librarũ auri exigatur pœnam; & officiũ eius quinq; librarum auri ſubiaceat pœnæ. Nulli verò penitus liceat publica tributa exigentium [d], neque cẽſualibus aut rõnũ ſcriptoribus, aut alijs quibuſdã publicè miniſtrãtibus, excuſatione vti, q in ſacro loco reſideant. contra eos, qui dicunt ſe læſos ab eis in fiſcalium exactiõe. Nullus aũt penitus moleſtetur pro tributis terrarum, quas non poſsidet, ſed etiam ſi cõtingat agricultores alicui cõpetentes, aut adſcriptitios propriam habere poſſeſsionem, illos moleſtiam ſuſtinere. niſi forte propria volũtate tali functione ſe fecit obnoxiũ. Eos autem, qui publica tributa exigũt, iuſtis ponderibus et menſuris vti pręcipimus: vt neq; in hoc noſtros tributarios lædãt. Si aũt collatores putant grauari ſe, ſiue in mẽſuris, ſiue in põderibus: habeãt licentiam ſpecierũ quidẽ mẽſuras & pondera glorioſiſsimis pręfectis: auri verò et argenti & reliquorũ metallorũ põdera à glorioſiſsimo per tempora comite ſacrarũ largitionum accipere & has menſuras & pondera in ſanctiſsima vniuſcuiuſque ciuitatis eccleſia ſeruari: vt ſecundũ ea et grauamen collatorũ, & fiſcaliũ illatio, & militares, & aliæ expenſæ fiant.

Exactor pecuniam tributariam ſine dilatione & ſine diminutione præbere debet: nulla etiam poſſeſſoribus & habitatoribus diminutione facta & ſingulis annis epiſcopus cum quinque primatibus rationem exigere debet exactorum periculo. Item omnibus eſt adempta licentia loci ſeruatores mittendi. Bart.

Ciuitatũ verò noſtræ reipublicæ et habitantium eas perfectè proſpiciẽtes, iubemus nullã omnino eſſe licentiã fiſcalium, exactoribus cõmunicare pecunijs, q̃ operibus et frumentis ciuitatũ, et aquęductibus, aut alijs quibuslibet ſolennitatibus, aut ſalarijs deputatæ ſunt: aut retinere aliquid ex ijs, aut ad propriũ lucrũ redigere: ſed ſine aliqua aut immunitione has præbere: vt proficiant ab initio, in qbus deputatæ ſunt operibus. ſed neq; poſſeſſores aut habitatores ciuitatum pręſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecunijs aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his aut expendere. Si quis autem dare aut accipere ex his præſumpſerit, iubemus eum de ſuo in duplici quãtitate hoc ciuitati reddere. Sed neq; prouinciarũ iudices, aut eorum officia, aut alium quenlibet omnino participium habere aliquod ad prędictas pecunias, aut eorũ diſpenſationi ſemetipſum miſcere: ſed ciuitatis ſanctiſsimum epiſcopum & primates, necnõ et eius poſſeſſores conſtituere quidem patrẽ ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores. Singulis autem annis im-

a Exiget: eos. C. de epiſc. audi. l. iubemus.
b Denominant eos. fa. ff. de decret. ab ordin. fa. l. qđ eſt. & ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. & C. de ſuſce. et arca. l. exactores.
c Damus. arg. q prælatus ex ipſa electione aliqđ ius habet: nec poſtea eligētes mutare cōſilium poſſunt. extra de ele. l. cauſam quæ inter. Itē contra. §. de man. prin. §. eos autē. col. iij. & §. de admi. §. illud. col. vij. cōtra. Sol. vt ibi. Item ff. de offic. procon. l. iiij §. fi. contra. Solu. hic nouum.
d Latrocinia. C. de epiſco. & cle. l. ſi quis in hoc. & ff. de offi. præſi. l. congruit.

Ad

pletis, ſanctiſsimum epiſcopum cum quinq; primatibus ciuitatis rationes exigere eos [a], qui ab ipſis ordinati ſunt: & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe: exigi huiuſmodi diſpēſatores periculo eos conſtituentiū: & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex prædictis diſpēſatoribus inefficax inueniatur: repente hunc remoueri iubemus, aliūq́; pro eo à ſanctiſsimo ciuitatis epiſcopo et reliquis poſſeſſoribus (ſicut prædictū eſt) ordinari: ſcientibus ijs, qui denominant eos [b]: quia ſi quod damnum ciuitati contigerit, ex proprijs ſubſtantijs hoc medebuntur. Nulli verò liceat eorum, qui in officio ſunt glorioſsimorū pręfectorum, aut in alio officio, aut in ſchola cōſtitutorum, talia ratiocinia cōmitti, neq; ex pręcepto cuiuſdam adminiſtratoris, aut alterius iudicis ſcriptis, nec ſi pragmaticam, aut aliam ſanctionē, aut ſacrū commonitorium accipiat pręcipiēs ei aliquid tale. Sed ſi quid fiat huiuſmodi: licētiā habere vniuſcuiuſq; ciuitatis ſanctiſsimū epiſcopum & eius primates nō reſpondere pro memoratis capitulis talibus perſonis: referre autē ad nos, vt hoc agnoſcētes, et illatum ciuitatibus dānū ex eorū ſubſtantia reſtitui iubeamus, et cōpetentē vindictam talibus inſeramus. Super hoc iubemus ſcriniarios operū ſub pręfecto ſacrorū prætoriorū conſtitutos, nullū participium ad talia ratiocinia omnino habere, vacantibus omnibus per quæ eis, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter aliquid tale pridem cōceſſum eſt, aut poſtea impetretur. Pro prædictis enim cauſis rationes nulli committi volumus, niſi nos prodeſſe ciuitatibus exiſtimātes, virū opinionis bonæ, & dignitate ornatū elegerimus, qui debeat à nobis in ſcripturā diuinā iuſsionem percipere cōtinentē noſtrā piā ſubſcriptionē, & illius nomē et dignitatē, & cauſas & tempora, quorum ei ratiocinia committimus. Eos autem, qui à talibus perſonis rationes exigunt, omnem habere tutelam iubemus, aliquam quęſtionem nullatenus ſuſtinentes.

Loci ſeruatores regulariter prohibētur. fallit ſi iudex ex iuſta cauſa ad prouinciā venire impediatur: tunc cum vicariorū mittere poteſt. Item fallit cùm ex principis mandato ad aliam mittitur regionem. Bartolus.

Ad hæc ſancimus, in nullo noſtrę reipublicę loco eundē epiſcopū et iudicem eſſe et loci ſeruatorē glorioſsimorū pręfectorum aut magiſtrorū militaris cinguli: ſed nec aliquā exactionē fiſcalium tributorū agētem, loci ſeruatorē eſſe glorioſiſsimorum præfectorū aut magiſtrorū militū. Et ſimpliciter dicēdū eſt, nullū in prouincijs fieri loci ſeruatorē pręfectorū, niſi per noſtram iuſsionē in expeditiōibus, vbi vtilitas exigit loci ſeruatorē mitti eiuſdē præfecturę, qui debeat prouidere militaribus expenſis. Si quid autē extra hoc delinquatur, & cōmittatur: qui quidem loci ſeruatorem ſuū fecit, triginta librarum auri pœna exigetur, reſtituturus omne damnū, quod per eū, qui ab eo directus eſt, aliquis pertulerit. qui verò fieri præſumpſerit: proprio cingulo et dignitate et militia priuabitur, et x. librarū auri pœna mulctabitur. Ad hæc ꝓhibemus & in ꝓuincijs exiſtentes iudices et militares, in ciuitatibus aut caſtris loci ſeruatores in commiſsis ſibi prouincijs facere, ex quo videlicet in prouinciā acceſſerint, et in quātū in ea adminiſtrant, quinq; auri librarum pœna imminēte tam facienti loci ſeruatorem iudicis, quā fieri præſumēti. Antequā verò in ꝓuincijs veniāt iudices, damus [c] eis licentiā vices agentes ſuos inſtituere, qui debeāt omnia vſq; ad ſui pręſentiam agere, quæ poſſunt ipſi iudices facere: citra tū nouiſsimū ſupplicium, aut mēbri inciſionē. Sed ſi qs ex iudicibus ſecūdū iuſſionē nr̄am ī aliā regionē mittat: liceat ei per ſimilē modū loci ſeruatorē ſuū facere.

membri incisionē esse pœnam capitalem

Omnes iudices per ſe requirere debent delinquentes. & non per latronum inſecutores: pœna contra facientibus imminēte: & iudices debent per prouinciam proficiſci: eorum adminiſtratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, niſi ex principis iuſsione ad aliam vocentur. alias læſo ſacramento præſtito, omne damnū ſecūdū quod iurauerit, præſtare debēt, et pœnæ pecuniariæ fiſco applicari debent.

Iubemus autē omnes iudices tam militares, quā ciuiles per ſe requirere eos, qui latrocinia [d], aut violētias, aut rapinas rerum aut fœminarum, aut alia quęlibet in prouincijs illicita committunt, et ſupplicia eis legitima inferre, neq; pro his cau-

a Ad hoc iubemus. ſ. de mã. prin. §. illud. et. ſ. vt iud. ſunt quoquo ſuffr. §. illud. col. ij. & ſ. de off. procõ. l. obſeruare. in princip.
b Ad ciuitatem. aut de municipio ad municipium.
c Super hoc ſancimus. C. vt omnes tam ciui quam mil. & ſ. vt iud. ſi quo. ſuf. §. neceſsitatem. & ſupra, de admi. §. j. col. ij.
d Diſpendia fac. C. quãdo & quib. quarta pars de l. ij. & C. de curſu pu. l. non patimur.
e Compellentur. C. de bo. quæ lib. l. cum non ſolum. §. vbi autem. & C. de iud. l. properandum. §. ſin autem.
f Vendicari. vt ſ. vt nul. iu. §. ſi quis vero. col. ix. Acc.

DE SAN
ſiſ. &c.

Et hoc dicitur infra, eodem. vſq; ad §. clericos.
g Reuerendiſsimis. hoc dicitur. j. e. §. clericos. vſque ad §. iubemus.
h Monachis. hoc dicitur. j. eo. l. iubemus. vſque ad fin. conſtitutionis.
De gubernatione. Diſpoſuimus. vt. ſ. de nõ alie. coll. j. & ſ. de eccl. col. ix. et ſ. de ecc. re. imm. o. alie. col. iiij. Ac.
k Conſtitutionibus.

ſis accipere aliquid conſuetudinis nomine, vt omnes vndiq; noſtri collatores illęſi ſeruentur. Nõ enim permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici, aut latronũ inſecutores, aut violẽtiarũ inhibitores, aut tribunos pro talibus cauſis in prouincijs ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt nõ per tales occaſiones ampliores violẽtię inferent prouincialibus. Si quis autẽ iudicũ hoc nõ cuſtodierit: cognoſcat nõ ſolũ ſe cõmiſſo ſibi cingulo ſpoliãdum, ſed decẽ librarum auri pœnã exoluere eò, q; pręſumpſerit talem cauſam aſſumere: poſt tormenta verò et cõfiſcationem ſubſtantię in exiliũ & redigendũ & relegandum. Ad hoc iubemus[a] prouinciarum iudices et officia eorũ, ſi quãdo de ciuitate ad ciuitatẽ[b] veniũt, neq; angarijs, neq; deſcriptionibus, aut alijs expenſis collatores grauare, ſed ex deputatis ſibi de fiſco annonis expẽſas facere. Super hoc ſancimus[c], prouinciarũ iudices oĩbus modis poſt depoſitiõem cinguli quinquaginta dies in prouincijs cõmorari, et conuentiones aliquas contra ſe mouentibus reſpondere. Si verò cõtigerit aliquẽ ex eis ante completos quinquaginta dies deſerere prouinciam: iubemus omnes ab eo damnum aliquod paſſos, ſimul ĩgredi apud ſanctiſſimum metropoleos epiſcopum eiuſdem prouinciæ: & ſub geſtis monumẽtorum vnumquenq; tangentẽ ſancta euangelia palam facere illata diſpẽdia[d]; & ex illius ſubſtantia contra quẽ talia facta ſunt monumenta, omne damnũ lęſis reſtitui prouidentia & periculo per tẽpus præfectorum eiuſdẽ prouinciæ: ſcientibus, quia ſi hoc cõplere neglexerint, ipſi de proprijs facultatibus omnia damna læſis reſtituere compellentur[e]. Si quis autem ex iudicibus prouinciarũ aut euocetur ad aliam adminiſtrationem, aut opus ad aliã prouinciam ei credatur: iubemus eum legitimo procuratore cõſtituto cõuẽtiões pro damnis proponẽtibus reſpõdere. qđ niſi fecerit: ſancimus monumẽta apud ſanctiſſimum epiſcopũ (ſicut ſuperius dictũ eſt) agi, & pro damnis illatis eis iurantibus ſecundum geſtorum virtutem omne damnum reddi: prouidentia ſimiliter & periculo per tempus præfectorũ vniuſcuiuſq; prouinciæ tractatorum. Omnes autem pecuniarias pœnas, quæ præſenti lege continentur, à comite per tẽpus priuatarum rerum exigi eos, qui pręſentem legem nõ ſeruant, & noſtro fiſco vendicari[f] ſancimus: qui niſi eas vendicauerit: ipſe cum adminiſtrãte ſibi ſchola ex propria facultate huiuſmodi quãtitatem ſoluere cogatur. Quæ igitur per præſentem legem noſtram ſalutarem in perpetuum valituram, pro vtilitate & ſtatu noſtrorum collatorum diſpoſuimus, tua gloria inuiolata & immota per omnia ſeruare feſtinet, et ad omniũ notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate ſolenniter propoſitis: pręceptis autem ad clariſſimos prouinciarum iudices directis, vt per eos omnibus collatoribus manifeſta fiant.

TITVLVS VI.

DE SANCTISSIMIS EPIſcopis, & Deo amabilibus & reuerendiſſimis[g] clericis & monachis[h].

Epiſcopi debent eligi forma hìc tradita: & ſi hi ad quos electio ſpectat, eligere negligant per ſex menſes, electio deuoluitur ad ſuperiorem: & ſi electus fuerit poſt electionem de crimine accuſatus, ordinatio differri debet: donec de crimine iudicetur. & epiſcopus non per pecuniam, ſed meritis eligi debet, pro conſuetudine tamen debet dare pecuniam à iure ſtatutam. Item ordinatus in epiſcopum, à ſeruili & adſcriptitia liberatur fortuna & à patria poteſtate. Bar.

Imperator Iuſtinianus A. Petro glorioſiſsi. magiſtro ſacrorũ noſtrorũ officiorũ.

DE gubernatiõe, & priuilegijs, alijſq; diuerſis capitulis ad ſanctiſſimas eccleſias, & alias venerabiles domos pertinẽtibus iam quędã diſpoſuimus[i]. ſuper ſanctiſſimis autem epiſcopis et clericis & monachis dudũ in diuerſis cõſtitutionibus[k] diſpoſita, cum competenti correctione has

corum iudex cauſam examinet: & ſi inuenerit iudicium rectè factum, etiam per ſentētiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ iudicata ſunt, & non liceat ſecundo in tali cauſa[a] victo appellare. Si verò iudicis ſententia cōtraria fuerit iis, quæ à Deo amabili epiſcopo iudicata ſunt: tunc locum habere appellationem contra ſententiam iudicis, & hanc ſecundum legū ordinem[b] referri & exerceri. Si tamen ex imperiali iuſſione, aut iudiciali præcepto epiſcopus iudicat inter quaſcunque perſonas: appellatio ad imperium[c], aut ad eū, qui tranſmiſit negotium, referatur. Si verò crimē fuerit, quod aduerſus quamlibet memoratarum reuerendiſſimarum perſonarū inferatur: ſi quidē apud epiſcopum aliquis accuſat, & ipſe veritatem inuenire potuerit: ab honore aut gradu hunc ſecundū eccleſiaſticas regulas deiiciat, & tunc cōpetens iudex hunc comprehendat, et ſecundū leges[d] litem examinans cauſæ finem imponat. Si verò prius ciuilē iudicem adeat[e] accuſator, & crimē per legitimam examinationem potuerit approbare: tunc epiſcopo locorum geſta monumentorum palàm faciat: et ſi ex his agnoſcatur propoſita crimina cōmiſiſſe eū: tunc ipſe epiſcopus hūc ſecūdum regulas ab honore ſiue gradu, quem habet, ſeparet: iudex autem vltionem ei inferat legibus cōgruentem. Si verò epiſcopus putauerit geſta nō iuſtè confecta: tūc liceat ei differre, et nudare honore ſeu gradu accuſatā perſonam: ita tamen, vt huiuſmodi perſona ſub legitima cautela fiat, & ita ad nos negotium tam ab epiſcopo, quàm à iudice referatur, vt nos hoc cognoſcentes, quę nobis videntur, iubeamus. Si quis autē pro pecuniaria cauſa cōtra aliquam omniū memoratarum perſonarum habuerit actionem aliquam, & epiſcopus diſtulerit inter eas iudicare: licentiā habeat actor ciuilem iudicē adire[f]: ita tamen, vt accuſata perſona nullo modo cogat fideiuſſorem[g] dare, ſed ſolam cautionem ſine iureiurando cū hypotheca ſuarum rerū exponere. Si verò pro criminali cauſa accuſatio contra aliquam memoratarū perſonarū proponatur, ſub legitima cautela accuſata fiat perſona. Si autem eccleſiaſtica[h] cauſa eſt, nullam communionem habeant iudices ciuiles circa talem examinationem, ſed ſanctiſsimus epiſcopus ſecundum ſacras regulas cauſæ finem imponat.

Epiſcopus ab epiſcopo, vel ab alio conuentus: conueniendus eſt ſub archiepiſcopo: et ad patriarcham appellatio eſt, nulla cautione vel fideiuſſione pro lite ſinienda interpoſita. Bart.

a In tali cauſa. Nota caſum, vbi tantū ſemel appellatur. ſic. C. de aſſe. col. l. j. j. reſp. C. de ap. l. illud. §. ſimili modo. §. orientalē. ſic. C. de preci. impe. offe. l. ſi quis. regulariter autē bis poteſt appellari, licet non ter. C. ne li. in vna eademque cauſa. l. j.

Appellare licet bis.

b Ordinem. ordo legum eſt. C. de ap. l. præcipimus. & ſ. de nup. §. illud. vſque in fine.

c Ad imperium. No. a delegato appellari ad delegantem: vt hic, & C. de app. l. præcipimus. §. hęc ſi appellatio. & C. de iud. l. ſi. in ſi. Sed videtur, quod a delegato principis non ipſe princeps, ſed alius appelletur: vt ſupra, de app. col. iiij. §. fina. quæ eſt contra. Sol. ibi ad vniuerſitatem delegauerat: hic ad cauſam ſpecialem princeps delegat. ſed etiam ſi ad cauſam ſpecialem princeps delegat: non ipſe quandoque ſed alius appellatur: quod eſt, quando delegatus a ſe alij delegat: nam tunc ſe-

e Iudicem adeat. ex hoc & ſ. proxi. reſpon. datur intelligi: quia in crimine eſt actoris poteſtas, vtrum coram epiſcopo, an corā ciuili iudice clericum accuſet. & ad hoc eſt ſupra vt clerici apud pro. epiſc. con. §. ſi tamen. col lano ſexta. & hoc de ciuilibus criminibus. ſecus ſi eſt canonicum: vt infra, proxi. §. ſi autem eccleſiaſtica. Item ex eo, quod hic, & ſ. proxi. dicitur epiſcopum ſecundum legem iudicare, patet eum debere ſcire leges: vt. C. de legi. & cō ſti. Leges cum nō ex alterius, ſed ſua debeant conſcientia iudicare: vt. ſ. de iudi. §. j. Ac.

Epiſcopus leges ſcire debet

f Ciuilem iudicem adire. Nota quod poteſtas eſt iudex ordinarius ſcholarium cum ſit clericorum: vt hic, & in proœmio digeſtorum, in fine. ſed decretal. ſ. prorſus eximit: videtur clericos. vt extra de foro compe tent. c. ſi diligenti. Vel dic decretalem loqui inter clericos vtrinque. ſi autem actor eſt laicus: non. & ideo hoc caſu poteſt priuilegio renunciari vt. C. eodem. l. omnes. & ſic intelligitur. C. de pact. l. penul.

Scholares iuriſdictioni poteſtatis ſubſunt.

g Fideiuſſorem. Olim dabat œconomum ſuæ eccleſiæ: vt. C. de epiſ. et cler. l. cū cleri. 12. §. memorati. quæ eſt contra. ſed illa per iſtam corrigitur.

h Si autem eccleſiaſtica. vt de articulis fidei, vel ſimonia. & hoc quando hæc clerico obiiciuntur. ſecus ſi laico vt. ſ.

Si quis verò ſanctiſsimorum epiſcoporum eiuſdem ſynodi [a] dubitationem aliquam adinuicem habeat [b], ſiue pro eccleſiaſtico iure, ſiue pro alijs quibuſdam rebus, prius metropolita eorũ cum alijs [c] de ſua ſynodo epiſcopis cauſam examinet et iudicet, et ſi nõ rata habuerit vtraq; pars, quæ iudicata ſunt: tunc beatiſsimus patriarcha diœceſeos illius inter eos audiat, et illa determinet quæ eccleſiaſticis canonibus & legibus cõſonãt, nulla parte eius ſentẽtiæ contradicere valente. Si autem et à clero, aut alio quocunq; aditio contra epiſcopum fiat propter quanlibet cauſam: apud ſanctiſsimũ eius metropolitam ſecũdum ſacras regulas & noſtras leges cauſa iudicetur. et ſi quis iudicatis contradixerit: ad beatiſsimum archiepiſcopum & patriarchã diœceſeos illius referatur cauſa, & ille ſecũdum canones et leges huic præbeat finem. Si verò contra metropolitã talis aditio fiat ab epiſcopo aut clero, aut alia quacũque perſona: diœceſeos illius beatiſsimus patriarcha ſimili modo cauſam iudicet. Pro omnibus autem cauſis pro quibus apud propriũ metropolitam aut patriarchã, ſiue apud alios quoſcunq; iudices epiſcopi cõueniantur, nullam fideiuſsionẽ, aut cautionem pro lite exigãtur: ſic tamẽ vt iſti ſtudeãt illatis ſibi cauſis ſemetipſos abſoluere [d].

Œconomi & ſimiles coram epiſcopo rationẽ reddere debent, & licitum eſt eis à ſententia epiſcopi ad patriarcham appellare.

Œconomos autẽ & xenodochos, noſocomos, ptochotrophos & aliorum venerabilium locorum gubernatores & alios omnes clericos iubemus pro creditis ſibi gubernatiõibus apud proprium epiſcopũ, cui ſubiacent, conueniri, & rationem ſuæ gubernationis facere: et exigi [e] quod ex ipſis [f] debentes oſtenduntur, illi venerabili reddendum domui ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si verò putauerint ſe grauari: poſt repetitionem [g] metropolita cauſam examinet. Si verò metropolita fuerit contra quampiam prædictarum perſonarum huiuſmodi cauſas examinans [h] & debitum exegerit, & exactus putauerit ſe grauatum: diœceſeos illius beatiſsimus patriarcha cauſam determinet. Non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante examinatiõem & exactionẽ debiti proprios epiſcopos declinare, & ad alia venire [i] iudicia. Si quis autem ex eccleſiaſticis [k], cui aliqua talis diſpẽſatio credita eſt, ante rationum expoſitionem, & debitorum ſolutionem, moriatur: iubemus eius hæredes ſimili modo & rationibus & exactionibus ſubiacere.

Epiſcopi et clerici in vrbe Conſtantinopolitana degentes, ibi conueniendi vel cogẽdi nõ ſunt lite in prouincia cõteſtata: alias corã præfecto prætorio ſunt conueniendi: apocriſarij autẽ ad patriarchã vel metropolitam deſtinati, interim cõueniendi non ſunt: niſi de hoc mandatum habuerint, vel alios conuenerint, vel ibi contraxerint. Item epiſcopi vel clerici legationis tempore conueniendi nõ ſunt. clerici & monachi accuſandi ſunt iniuria loci repulſa: & loci reuerentia ſeruata. Item monaſterium per ſuum procuratorem agere debet. ſportularum quantitate legitima in ſupradictis perſonis & caſibus ſeruat. i. Bar.

Si quis epiſcopus aut clericus ex quacunq; prouincia in Cõſtantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis aduerſus eum actionem proponere, ſi quidem litis conteſtatio in prouincia pro ipſo negotio facta eſt, ibi litem compleri [l]. Si verò nondũ inchoata eſt: apud glorioſiſsimũ præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos, qui à nobis fuerint deputati iudices, conuenientibus eum reſpondere. Reuerendiſsimi verò apocriſarij [m] cuiuſcun-

vt ſ. de mand. prin. §. ſi vero canonicum col. iij.

[a] Synodi. id eſt, iuriſdictionis.

[b] Habeat. quis vnus epiſcopus conuenit alium ciuiliter & criminaliter in cauſa appellationis.

[c] Alijs. xij. ſ. vt xv. q. vij. §. ſi quis tomidus.

[d] Semetipſos abſoluere. id eſt, cito ſe expediant.

[e] Exigi. ſ. de eccle. ti. §. pe. contra. Solu. hic corrigit: & eodẽ modo corrigit q eſt. C. eo. l. orphanotrophos.

[f] Ex ipſis. ſ. gubernatoribus. Ac.

[g] Repetitionem. alias eſt redditionem, & alias repetionem: q idẽ eſt. nam antequã cauſam ap. proſequatur, mandatur executioni prima ſententia. vt hic, & in fi. huius. § ibi, non enim concedimus &c. ſic & alias. ſ. vt ſpõ. lar. § aliud. ſed hæc ſunt ſpecialia. regulariter eñi contra: vt. ff. nil innoue. ap. pẽ. & C. de ap. l. appellatione. & ff. de his qui not. infa. l. furti. in prin. et. ff. de is. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. §. pe. & ff. de teſt. l. qui a latronibus. §. fin. & C. de integ. reſtit. l. pe. & ff. de ap. re. l. j. et. ff. de ap. l. conſtitutiones. in prin. & ſ. vt nulli iudi. §. illas vero quæ ſecundum legem. hac col.

[h] Examinans. i. examinauerit.

[i] Venire. No. ſpeciale in ratione reddenda a dictis adminiſtratoribus vt quis non poſsit in alium iudicem conſentire cũ aduerſario, niſi ſub vno epiſcopo. regulariter enim contra: vt ff. de iudi. l. j. & ij. in prin.

[k] Si quis autem ex eccleſiaſticis.

No. hęredes œconomi teneri, ſicut ipſe: vt hic, & C. e. l. ſi quis presbyter. in fi. C de ſa. ſan. ec. l. iubemus. 6. œconomos. Al.

[l] Compleri. vt. ff. de iud. l. vbi ſemel.

[m] Reuerendiſsimi apocriſarij. id eſt, qui res eccleſiæ agunt: vt. ſ. quo. opor. epi. §. ſi vero metropo. ſic dicti, quaſi ſecreti nũcij. vel expone vt ibi. Solis

Cõcor. cũ hoc §. c. ſ. cũ glo. j. in fi. extra, de mu. pet. vbi dicitur. q eadem lege cõuenitur quis, qua ius ſibi tribui poſtulat.

que ſanctiſsimæ eccleſię, qui in regia ciuitate degunt, aut ad beatiſsimos patriarchas, aut ad metropolitas à ſuis Epiſcopis ordinati & deſtinati, neque pro ſuis epiſcopis, neque pro cauſa eccleſiæ, aut pro debito publico, aut priuato, aliquam cõuentionem ſuſtineãt, niſi mandatum habuerint à ſuis epiſcopis aut œconomo, aut aliquos conueniant. Tunc enim ſolis [a] illis, qui ab eis cõueniuntur, damus licentiam, ſi quam obligationem habent cõtra eccleſiam aut contra epiſcopos eorum proponere. Si verò & in quibuſdam cauſis vel actiõibus ſemetipſos obligatos fecerint, in tẽpore in quo reſponſa faciũt, pro his conuentiones ſuſcipiant. Si verò Epiſcopi † vel clerici pro ciuitate, aut pro ſuis eccleſijs propter ſuã legationem, aut ordinationem epiſcopi, ad regiã ciuitatem vel ad aliũ quẽlibet locũ proficiſcãtur: iubemus eos nullã moleſtiam aut importunitatẽ à qualibet perſona ſuſtinere: licẽtia exiſtẽte ijs, qui obligatos eos putant ſe habere, poſtquã ad prouinciã reuertũtur, cõuenire eos, nullo in ijs, quę ſe putant habere, eis faciendo præiudicio de temporalibus præſcriptionibus ꝓpter tempus [b], quod in tali cauſa protraxerint. Si quando autẽ cauſa emerſerit, vt admonitio, aut executio inferat pro qualibet pecuniaria cauſa, ſiue publica, ſiue priuata, clerico aut monacho aut monaſtriæ, aut cuicũque monaſterio, & maximè fœminarũ: iubemus ſine iniuria, & cum competenti honore admonitionem fieri: non tamen monaſtriam aut aſcetriã monaſterio abſtrahi: [c] ſed procuratorem ab eis ordinari, qui pro cauſa reſpondeat. Monachis autem liceat, ſiue per ſe, ſiue per procuratorem monaſterij cauſas agere: ſciẽte qui hoc præuaricatur iudice vel executore, quia & cingulo ſpoliabitur, & pœnã quinque librarum auri exiget per magnificentiſsimum comitem priuatarum rerum: executore, videlicet ſuper hoc verberãdo, & in exilium dirigendo: locorum ſanctiſsimis epiſcopis prouiſuris, vt nihil his contrarium fiat: aut ſi aliquid cõmittatur, memorata vltio ꝓcedat: iudicem verò vindictã differentẽ imponere ad ſciẽtiam noſtram epiſcopus referat. Sportularũ verò nomine omnem perſonam in quocunque eccleſiaſtico officio conſtitutam, & ad hoc diaconiſſam, & monachã, aut aſcetriam aut monaſtriã pro omni criminali et pecuniaria cauſa, cuiuſque quãtitatis ſit, ſiue à clerico, ſiue à quolibet in militia conſtituto admonitionem ſuſcipiãt aut in regia ciuitate, aut in prouincijs, quibus degũt: nec amplius quatuor ſiliquis [d] dare permittimus. Si verò ex noſtra iuſsione, aut ad iudicem, aut ad beatiſsimum patriarcham miſſus executor, in alias prouincias admonitionem offerat alicui memoratarum perſonarum: non vltra vnum ſolidum [e] accipiat. Si verò pro vna eademq́ cauſa multas ex memoratis perſonis admoneri contingat: [f] vnam & ſolam perſonam pro omnibus ſportulas dare ſancimus. Epiſcopus verò pro rebus eccleſiæ ſuæ nullã exactionẽ moleſtiãq́ ſuſtineat ſportularum, ſi pro talibus cauſis admoueatur exactio: actiones videlicet contra eccleſiã propoſitas œconomis [g] ſuſcipiẽ-

a Solis. imo videtur, quod debeãt omnibus reſpõdere: vt. ff. de iudic. l. ij. § omnes cum. & §. ſed ſi agant. Sol. hic nomine alieno agit legatus, ibi ſuo nomine. & facit. ſ. de excep. & ijs, qui con. & re. §. ij. Ac.

b Propter tempus. No. q vbi ius aufert agẽdi poteſtatem: temporalis pręſcrip. nõ currit: vt hic, & ff. de iudi. l. ij. §. pen. & ſ. vt cũ de ap. cog. §. meminimus. & C. de an. excep. l. j. §. fi. & ff. de iti. actuque priuat. l. j. §. ſi quis ꝓpter. & C. de præſcript. xxx. vel xl. ann. l. cũ notiſsimi. §. illud.

c Abſtrahi. nemo debet extrahi de domo inuitus pro cauſa ciuili: vt ff. de in ius vocan. l. plerũq;. & l. ſeq. ſed huiuſmodi religioſæ pſonæ multominus debẽt extrahi: vt hic, & j. c. §. prouidere. & ſ. apud quos oport. ca. de mo. §. prætera. idem de muliere dicit. ſ. vt nulli iudic. §. neceſſarium. Item not. q ſubijcit hic de procu. quem dicit conſtitui. nã ſi quis in ſua propria cauſa conſtituit, valet: vt patet ex definitione ꝓcuratoris: vt ff. de procur. l. j. Si vero ſit cauſa monaſterij, quomodo ab aliquo põt procurator conſtitui, cum nemo ſit dñs? imo ſyndici ad talia ordinantur: vt ff. q cuiuſq; vni. l. j. in fi. & l. item. §. pe? Rñ. impropriè & hic dicitur procurator. i. ſyndicus. vel dic procurator cõſtitui poteſt etiã in cauſa monaſterij a ſyndico lite cõteſtata ad inſtar ꝓcuratoris: vt. C. de procura. l. neq;. & l. nulla.

† Cõcor. cũ hoc. §. c. vlt. cũ gl. ſuper verbo potuit poſt prin. extra, de foro cõpe. & gl. j. circa prin. in ca. pen. extra, de iura calum.

d Quatuor ſiliquis. Quid eſt ſiliqua? Rñd. quidam quarta vnciæ, hoc eſt, xlviij. pars aſſis: vt ar. ff. de ann. lega. l. liberto. §. filiõ. Sed alij in prædicta l. liberto. habent in litera ſiciliquũ, non ſiliqua. Tu dic ſecundum Ioã. * q eſt genus monetæ ſiliqua, qua vtuntur prouinciales: vt medalia de ſancta Helena. & de hoc habetur mẽtio. ſ. vt nul. mutu. agri. te. eius ter. §. j. colla. v. Et not. q hic corrigitur illa lex, quę maiores ſportulas dicebat ſponi: vt. C. de epiſc. & cle. l. cũ clericis. in fi. et alia in eo. tit. l. oẽs qui. §. executoribus.

Siliqua quid ſit.

* Tu ĩ hoc vide Alciat. & Agrico de põd. & mẽſuris.

e Vnum ſolidũ. & in hoc caſu accipit plus: cum princeps aliunde illuc mittat iudicem: vt hic, & ar. ff. de iud. l. ij. §. legatis. ibi, vt in ꝓuinciã deſtinati &c.

f Cõtingat. quia prima perſona admonita deceſsit, itẽ ſecũda, item tertia. Az. Vel dic, quod oẽs canonici vnius eccleſiæ fuerũt admoniti. Accur.

g Oeconomis. in cauſa

tibus, aut illis, qui in eam cauſam ordinati ſunt. Qui verò cōtra hæc exigere ſportulas præſumpſerit: in duplum quod accepit, exactæ perſonæ reddere [a] cōpellatur: & ſi quidem militat, cingulum perdat: ſi verò clericus fuerit, à clero remoueatur.

Presbyteri & clerici in domo propria mulierem habere nō debent, niſi omnem effugiant ſuſpicionem. epiſcopus autem nullam mulierem ſecū habere debet. Ba.

Presbyteris autem, & diaconibus, & ſubdiaconibus, & omnibus in clero conſcriptis non habētibus [b] vxores ſecūdum ſacros canones, interdicimus etiā nos ſecūdum ſanctarum regularū virtutē, mulierē aliquam in propria domo ſuperinductam [c] habere: tamen citra matrē, aut ſororem, aut filiam, & alias perſonas, quæ omnē ſuſpicionem effugiūt. Si quis autē abſq; hac obſeruatione mulierē in ſua domo habet, quæ poteſt ei ſuſpicionem inferre, & ſemel & ſecundò à ſuo epiſcopo, aut à ſuis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam [d] de ſua domo noluerit: aut accuſatore apparente approbetur inhoneſtē cū muliere conuerſari: tunc epiſcopus eius ſecūdum eccleſiaſticos canones de clero eum amoueat, curię ciuitatis cuius clericus erat, tradendo.

Epiſcopū verò nullam penitus mulierem habere, aut cū ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquā hoc cuſtodiēs, epiſcopatu proijciatur. ipſe enim ſe oſtēdit indignū ſacerdotio.

Diaconiſſam verò nullo modo cū viro, ex quo poteſt inhoneſtæ vitæ emergere ſuſpicio, habitare permittimus [e]. Si verò † hæc non obſeruet: ſacerdos ſub quo ſubiacet, admoneat eam, vt omnibus modis talem virum ejiciat à ſua domo. Si verò hoc diſtulerit agere: eccleſiaſtico miniſterio & proprijs emolumentis alienata, monaſterio tradatur, & ibi omni ſuæ vitæ tēpore degat: rebus eius, ſi quidē filios habeat, inter ſe et illos ſecundū numerum perſonarum [f] diuidendis, vt cōpetentem ipſi mulieri partē monaſterium accipiēs, eam alat [g], & regat. Si autē non habuerit filios: omnis eius ſubſtantia inter monaſterium vbi mittitur, & eccleſiā, in qua prius erat conſtituta, æqua portione diuidatur. Si quis cùm ſacra miniſteria celebrātur, in ſanctam eccleſiam ingrediens, epiſcopo, aut clericis, aut miniſtris alijs eccleſiæ iniuriā aliquam inferat: iubemus hūc verbera ſuſtinere, & in exiliū [h] mitti. Si verò hæc ſacra miniſteria conturbauerit, aut celebrari prohibuerit: capitaliter puniatur: hoc ipſo & in litanijs, in quibus epiſcopi, aut clerici reperiantur cuſtodiendo. Et ſi quidem iniuriā ſolùm fecerit: is verberibus exilioq; tradatur. Si verò etiam litaniā concuſſerit: capitale periculum ſuſtinebit, & vindicare iubemus non ſolùm ciuiles, ſed etiam militares iudices. Omnibus autē laicis interdicimus litanias facere ſine ſanctis epiſcopis, & q ſub eis ſunt reuerēdiſsimis clericis. Qualis enim eſt litania, in qua ſacerdotes non inueniuntur, & ſolēnes orationes faciūt? Sed & ipſas [i] honorandas cruces [k] (cum quibus & in litanijs ingrediuntur) non alibi, niſi in venerabilibus locis reponi [l]: & ſi quando opus vocauerit ad litanias celebrandas: tunc ſolùm ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui conſuetè eas portare ſolent, & cum epiſcopo & clericis litanias celebrare, hoc cuſtodiētibus ſanctiſſimis locorum epiſcopis, aut etiā eorum clericis & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præſentis noſtræ legis virtutem, aut tranſcenderit, aut non vindicauerit: prædictas pœnas patietur, monaſteriorum & reuerendiſsimorū monachorum diſpoſitione.

cauſa eccleſiæ defendit œconomus: vt his, non autē in alienis vel publicis: vt. ſ. eo. §. aliū. qui eſt contra. Sed quid ſi agit contra epiſcopū nomine eccleſiæ? Rň. actorē poterit ordinare epiſcop9 authoritate archiepiſcopi: vt facit tutor: vt inſti. de cu. §. fi. nā œconomus vel ſyndicus ab vniuerſitate tantum inſtituitur: vt. ff. quod cuiuſque vni. l. j. in fi. & l. item §. pen. Qualiter aūt contra huiuſmodi perſonas libellus ſiat, plene dixi. ſ. apud quos opp. cau. di. mo. & aſce. §. præterea. col. vj.

[a] Reddere. & triplum fiſco: vt. ſ. vt nul. iudi. §. & hęc. quæ eſt contra.

[b] Non habentibus. i. non debentibus habere, vt omnes in ſacris ordinibus cōſtituti: vt ſ. quomodo opor. epiſ. §. neq; autem. & ſ. de nupt. §. ſed & ſi quis.

Ordinatus in ſacris nō debet habere vxorem.

[c] Superinductā. vt occaſio delinquendi nō prębeatur: vt inſtit. vi bo. rapt. §. ſed nedū. & fa. C. eo. l. cum.

[d] Eam. etiā matrem.

[e] Permittimus. hæc eadem habes ſ. quomo. opor. epiſco. §. quanta.

[f] Secundum numerum perſonarū. quod leges virilem appellāt: vt. C. de ca. tol. §. ſi autem legatarij. & ff. de leg. præſt. l. virilis. in prin. Accur.

[g] Alat. i. regat.

[h] In exilium. hic aut pro &, accipitur: vt in nouel. eo. tit. & C. de verb. ſigni. l. cum quidā. Al. Alij habent in litera &. & ſic eſt plana. & facit ad hunc. §. C. eod. l. ſi qs in hoc. & C. de ijs qui ad eccle. confu. l. denunciamus.

[i] Ipſas. aſs quas.

[k] Honorandas cruces. interdicimus nō alibi reponi niſi &c. cum crucibus et cū litanijs ſacra ingrediūtur. vel ſubaudi portant: & erit plana. & dic cum quibus ſ. crucibus ingrediūtur ſacerdotes.

Cruces vbi reponi debeant.

[l] Reponi. vt in ſacriſtia. Accur.

† Facit ad hunc. §. ca. ij. iū ſta gl. vlti. in fin. extra, de conuer. cōiug.

Iube

Abbas eligendus eſt non ſecũdum gradum, ſed meritis & virtute: & idem in abbatiſſa eſt ſeruandum. Bar.

Iubemus igitur [a] abbatem aut archimandritam in vnoquoque monaſterio ordinari non omnino ſecundum gradũ monachorum † omnes [b] monachi melioris opinionis exiſtentes eum eligant propoſitis ſacroſanctis euangelijs: dicentes, quia neque propter amicitiam, aut aliam quãlibet cauſam, ſed ſcientes eum, & fide rectum, † & vita caſtum, & gubernatione dignum, & qui poſſit monachorum diſciplinam, & omnem monaſterij ſtatum vtiliter cuſtodire, eum elegerunt [c]: & ſanctiſsimum epiſcopum ſub quo monaſterium conſtitutum eſt, eũ qui ita electus eſt, modis omnibus abbatem ordinare [d]. Hæc autẽ omnia, quę à nobis diſpoſita ſũt pro ordinatiõe abbatũ, valere præcipimus, & in venerabilibus fœminarum monaſterijs, & archimãdritis, & aſceterijs, & archiatris [e].

Ignoto ad monaſterium aſpiranti monaſticũ ſchema, niſi poſt triẽnium non detur, intra quod tempus probãti eum ſuum eſſe, redditur cum rebus aſportatis: notus verò incontinenti poteſt monachus ordinari. Debent inſuper vnà monachi habitare: nõ tamen dormire, & à mulierum procul eſſe conſortio. Ange.

Si quis autem ad monaſticam vitam venire voluerit: iubemus, ſi quidem notus eſt: quia nulli fortunæ ſubiacet, abbas mõaſterij ſi perſpexerit, ſchema [f] ei prębeat: ſi verò non cognoſcitur, aut cuilibet fortunæ ſubiacet: intra tres annos non accipere eum ſchema monaſticũ, vt intra memoratum tempus experiatur huius hominis conuerſationem monaſterij præſul [g]. Et ſi intra triẽniũ aliquis emerſerit dicens aut ſeruum, aut colonum, aut adſcriptitiũ ſuũ hunc eſſe, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quaſi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monaſteriũ eum ingreſſum: proprio domino hũc reſtitui cũ rebus, quas probatur in monaſterium introduxiſſe: iurando [h] primum [i], quia nihil patietur à ſuo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus cõuenerit, aut inquietauerit, aut contra aliquem memoratarum perſonarum quæſtionem fecerit: abbas monaſterij poſt tranſcurſionem triennalis temporis, ſi talem virum dignum iudicauerit: tũc det ei ſchema, & nullus ſit ei poſtea moleſtus propter fortunam, donec tamẽ deget in monaſterio. Res autem quas in monaſterium introduxiſſe videtur, illæſæ domino reddãtur [k]. Si quis autem memoratarum perſonarũ reliquerit monaſterium, & ad ſecularẽ venerit vitã, aut in ciuitatibus aut in agris circũiens, propriæ fortunæ [l] reddatur. In omnibus autem monaſterijs, quæ cœnobia dicuntur, iubemus ſecũdum canones monachos in vno habitaculo omnes ſeparatim [m] dormire: vt mutuũ alterutris teſtimonium [n] caſtæ conuerſationis præbeãt: niſi quidam tamen ex eis, aut propter longæuam in monaſterio conuerſationem quietè volentes viuere, aut ſenectutis atq; corporis infirmitatis cauſa in remotis cellulis intra monaſterium conſtitutis degant: & hoc cum cõſcientia & voluntate abbatis fieri. Hæc omnia in monaſterijs & aſceterijs fœminarum ſeruantibus [o], in nullo loco noſtræ reipublicæ eſſe monaſteria permittimus aliter [p]. Vbi aũt monaſteriũ inuenitur, oĩbus modis iubemus viros à fœminis ſeparari, & fœminas [q] qdã, in quo ſunt monaſterio remanere: viros aũt aliud monaſteriũ ſibimet facere. Si verò plura ſunt mõaſteria, vt neceſſe nõ ſit noua monaſteria ædificare, locorũ ſanctiſsimus eps̃ monachos cũ mõachis, & fœminas cũ fœminis ſepare,

[a] Iubemus igitur. quia fecit modo p̃xi. de monachis mẽtionẽ: igitur de eis incipit & proſequitur vſque in finem conſtitutionis.

[b] Sed oẽs. huic. §. cõcordat. ſupra de defenſor. ciuita. §. decreto. col. ij. & C. de offi. ma. offi. l. j. & de offi. præ. vr. l. fi. Accur.

[c] Elegerũt. & ſic monachi hodie eligunt: vt hic. olim epiſcopus, ſed corrigitur: vt. s. de mona. §. ordinationẽ. col. j.

[d] Ordinare. i. cõſecrare & confirmare, vt in nouellis. Accur.

[e] Archiatris. genera ſunt locorum religioſorum.

[f] Schema. i. ordinẽ monachalẽ. ſ. cucullã & ſcapulariũ: & etiã incõtinenti pfeſsionem faciat.

[g] Pręſul. i. abbas. & concor. huic. l. s. de mona. §. ſancimus. & §. iuuer. & §. ſi vero. Accur.

[h] Iurando. ſimile iuramentũ præſtat dñs quãdo ſeruum ad eccleſiã fugiẽtẽ recuperat: vt. C. de ijs, qui ad ecc. confug. l. præſenti. in fi.

[i] Primũ. ſ. eſt pręſtandũ a domino: quia &c. Accur.

[k] Domino reddãtur. nam non debet in rebus quis cum aliena iactura lucrari: vt. ff. de condict. inde. l. nam hoc natura. & ſic not. qđ tenet principale, nõ tamẽ tenet acceſſorium. Accur.

[l] Fortunæ. i. dño ſuo, vt. s. eo. §. ſi ſeruus.

[m] Separatim. i. nõ ſimul: ſed quilibet in ſua ſtatura ſiue cubili, vna domo tamen: vt hic, & . s. de mona. §. cogitandum.

[n] Teſtimonium. hic ſume. ar. ꝙ poſſit eſſe teſtis monachus & dic vt dixi. s. de mona. §. cogitandum.

[o] Seruantibus. ſ. abbatibus.

[p] Aliter. quã. s. diximus.

[q] Fœminas. No. defertur mulieri. Itẽ not. hic, ꝙ collegiũ reprobatur, licet alia cauſa religionis ſæ cõualeant: vt. ff. de colle. illic. l. j. §. ſed &. Item res eorum mares debent portare: vt. ff. de colle. illi. l. j. in fi. & j. proxi.

Diuidere.

† Cõcor. c. i. cauſis. circa prin. cum gloſſ. j. extra, de elect.

† Facit ad hoc glo. ſuper ver. eligendi in c. cum dilectus. extra de conſuetu.

Lucrari non debet quis cũ aliena iactura.

Monachus poteſt teſtificari.

& in alijs monaſterijs cõgregare procuret. quæcunque verò habẽtur cõmunia, inter eos ſecundum competens eis ius diuidere[a]. Fœminis autẽ quencunque ipſæ elegerint, ſiue presbyterũ, ſiue diaconum, ad faciendum eis reſponſum, aut ſanctã eis communionem portandam, ſanctiſsimus epiſcopus ſub quo ſunt deputet, quem rectæ fidei & vitę bonæ eſſe cognouerit. Si verò qui ab eis electus eſt, nõ ſit presbyter aut diaconus, dignũ tamen cũ huiuſmodi miniſterio epiſcopus iudicauerit: ordinationẽ ei imponat[b], qui dignus eſſe videbitur, vt reſpõſa (ſicut dictum eſt) monaſterij diſtribuat: ita tamen, vt neque ſic electus ad reſponſa fœminarum, in monaſterio[c] maneat.

Si rogatus de reſtituendo, nuptias non contraxerit. vel liberos non habuerit, aut ingrediatur monaſterium, deficit fideicõmiſſum: niſi alteri loco venerabili debeat reſtitui. Angel.

Sed & hoc[d] † præſenti addimus ſanctioni: ſi fortè quis ſub cõditione nuptiarum, ſiue liberorũ[e] ſiue dotis cauſa, ſiue antenuptialis donationis donauerit, ſiue reliquerit ſuis liberis, ſiue alij cuicũque perſonæ hæreditatẽ, ſiue legatum, aut ab initio purè relinquens eis, oneret eos ſubſtitutione aut reſtitutione, aut ſub vna prædictarum conditionum reliquerit, vel donauerit, ſubſtitutiões verò vel reſtitutiones eis fecerit, qui adiectis conditionibus quibuſcunque[f] ex ijs, quæ ſuperius enumeratæ ſunt: ſancimus, ſi perſonæ talibus cõditionibus ſubiectæ, ſiue maſculi, ſiue fœminæ monaſteria ingrediantur, aut clerici[g], aut diaconiſſæ, aut aſcetriæ fiãt, tales cõditiones inualidas & pro nõ ſcriptis[h] eſſe. Hoc autem ſolatio & clerici & diaconiſſę eccleſiarũ fruãtur, ſi vſque ad ſuam vitam in his perſeuerauerint, vt res ſub tali conditione donatas, aut relictas, ad pia opera expendant, aut relinquant. In perſonis enim, quæ in monaſterium vel aſceterium ingrediuntur, & relinquunt huiuſmodi conuerſationem caſtam: monaſterio aut aſceterio, vbi à principio ingrediuntur, res ſub tali conditione donatas aut relictas, cũ alia eorum ſubſtantia competere volumus[i]. Si tamen † in redemptionẽ captiuorum, aut egentiũ alimenta, ſub prædictis conditionibus ſubſtitutio aut reſtitutio fiat, ex nullo memoratorũ modo eã excludi ꝑmittimus

Si qua intrauerit monaſteriũ animo ibi manendi, & ſe & ſua monaſterio dediſſet: licet tamen ei poſt ingreſſum bona ſua liberis partiri. Angel.

a Diuidere. Not. ſic. ff. de col. illi. l. j. §. fina.

b Imponat. not. quod etiam laicum poſſunt eligere iſtæ fœminæ. ſicut epiſcopum: vt. ſ. eo. tit. j. col.

c In monaſtario .i. in clauſtro.

d Sed & hoc. duo dicit hic. §. primum, ſi dedi mulieri x. pro dote vel viro alicui pro donat. propter nu. vel nulla adiecta tali cauſa dedi clerico ſub tali cõditione, ſi contraheret matrimoniũ, vel ſi haberet & liberos, ꝙ tũc haberet demũ: hoc caſu ſi monaſterium intret: vel clericus ſeculo renunciet: impleta eſt conditio: vnde perinde habetur, ac ſi filios haberet vel matrimonium contraheret: & tunc haberetur, ac ſi nulla fuiſſet appoſita conditio: ſed pure eſſet relictum. & hoc dicit litera inualidas eſſe conditiones. nam hæc duo ſunt paria obligationem eſſe puram, vel eſſe cõditionalem: dũmodo cõditio iã extiterit: vt. ff. de cõdi. inde. l. ſufficit. ſed cũ purè dedi vel reliqui tibi cauſa dotis vel dona. propter nup. ſi liberos non haberes, vel matrimoniũ nõ cõtraheres rogaui vt reſtituas alij: certe ſi eccleſiã intres: videris liberos habere: & ideo fidei cõmiſſarius nil expectet. ac ſi nõ eſſet aliquid appoſitum de reſtituẽdo: niſi ſi dcic. ſit relictum ad pias cauſas: quo caſu etiã expectat, & nõ habet monaſteriũ ꝑ filio. Itẽ not. ex hoc. §. ꝙ eccleſia loco filij habet: qđ valet ad multa. & ideo qđã intelligũt hoc tñ his duobus, ſi liberos haberes, vel matrimoniũ cõtraheres non alias. Alij vbique dicunt ꝓ filio haberi, qa ſi inueniat ſe nõ inſtitutum, rumpit teſtamentum: vt plene dices. j. §. proximo.

e Liberorum. ſuper his duobus ponitur conditio: ſed quod ſubijcit ſiue dotis &c. cauſam dandi ponit, non condi. Quid ergo ſi aliam cauſam dicat donandi, puta vt emas ſeruum? Reſpond. non facio vim: vt. ff. de do. l. ij. in fin. & l. ſeq. ſed hoc ideo de his dixit: quia talia conueniunt in matrimonio de quibus hic dicit.

f Condit. quibuſc. ſic loquitur, ac ſi plures poſuiſſet: ſed certe non poſuit niſi duas. ſ. matrimonium, vel ſi liberos haberet. rogauit ergo hic reſtituere, ſi liberos non haberet, vel matrimonium non contraheret. videtur enim contraxiſſe & liberos habuiſſe ſi monaſterium intret. & facit ad hoc. ff. ad Tertyl. l. ij. §. liberi. ponuntur ergo hæc verba ſi fecerit, cum conditionibus adiectis quibuſcunque, pro ſingulari conditione quacunque ex ijs q̃ ſuperius numeratæ ſunt.

g Clerici. etiam ſeculares: alias fruſtra diceret ſtatim. quod debeat reſeruare ad pias cauſas cum ſi de monachis tãtum loqueretur, ipſo ingreſſu ſe & ſua dedicant Deo: neque vlterius eis adminiſtratio relinquitur: vt. ſ. de mo. §. illud. Si tamen velis tantum de monachis intelligere: dices hic monaſteria ingredi. ſ. vt conuerſi ſint, vel clerici ſiant. ſ. monachi. & quod ſequitur de rebus, dicas quod licet habeant de facto adminiſtrationem & vſum rerum: non tamen eſt de iure. nec abbas tenetur eis dimittere, ſi non vult. Item pro hoc quod hic tractat tantum de monaſterijs. Item quia fauore eccleſiarum non hominum hoc fingitur. ſi autem eſſet ſecularis clericus, poſſet dimittere cui vellet: vt. ſ. eod. §. presbyteros.

h Pro non ſcriptis. Primo caſu eſt inualida conditio. Secundo eſt inualida tota reſtitutio ſub conditione facienda. & ſic per conſequens ipſa conditio. Accurſius.

i Volumus. hoc concordat. ſ. de mon. §. ſi quis autem. & §. ſi vero relinquens. Accurſius.

† Cõcor. cũ hoc. §. c. in præſentia cũ glo. vlti. extra. de proba. vbi vide eam: quia eſt elegans ad hãc materiã.

Ingrediẽs religionẽ ſe, & ſua deo dedicat.

† Cõcor. ca. in præſẽtia. in vl. gloſſ. poſt princi. ibi, ſi autẽ rogatus eſt. extra de ꝓba.

Intra

Si qua mulier† aut vir monaſticam elegerit vitã, & intrauerit monaſterium[a]: filijs nõ extantibus, monaſterio, qđ ingreditur, res eius cõpetere iubemus. Si verò talis perſona filios habeat, & non antequã intret monaſterium, de ſuis rebus fecerit diſpoſitionem, & legitimam partem filijs deputauerit[b]: etiam ſic liceat ei poſtquã monaſterium ingreditur, ſuam facultatem in proprios[c] diuidere filios: ita tamen, vt nulli filiorũ minuat legitimã partẽ: quam verò nõ dederit filijs partem, monaſterio competat. Si verò omnem ſubſtantiã inter filios diuidere voluerit: propria ſua perſona[d] filijs cõnumerata[e], vnã ſibi partẽ omnibus modis retineat, quæ debeat iuri monaſterij cõpetere. Si verò in monaſterio degens moriatur, antequã inter filios ſuos prias diſtribuat res legitimam partem filij percipiãt: reliqua verò ſubſtantiæ pars monaſterio competat.

Sponſus monaſterium intrãs recipit arrhas, quas dedit ſi matrimonium non contraheret: & mulier quas accepit, reſtituit ſimplices, non autem duplicatas. Angelus.

Sponſalibus quoque ſecundum leges factis inter aliquos ſiue ſponſus[f] monaſterium ingrediatur: recipiat quæ pro ſpõſalibus arrharum nomine ſunt data: ſiue ſponſa monaſticam vitam elegerit, illa ſolũmodo reddat, quę ſimiliter arrharũ nomine accepit, pœna vtriq; parti cõcedẽda[g].

Si verò cõſtante adhuc matrimonio, aut vir ſolus, aut vxor ſola intrauerit monaſteriũ, ſoluatur matrimonium & citra[h] repudiũ, poſtquã tamen perſona pergens ad monaſterium ſchema[i] perceperit. Et ſi quidem vir elegerit monaſticam vitam: reſtituat prius mulieri dotem, & ſi quid aliud ab ea receperit, & ſuper hoc ex nuptiali donatione tantam partem, quanta ex morte viri cõpetebat mulieri ſecundum pactum dotalibus inſtrumentis inſertum.

Si verò mulier fuerit monaſterium ingreſſa: ſimili modo retineat vir nuptialem donationem, & caſum dotis ex morte

a Intrauerit monaſterium. Quid ſi cauſa orãdi? Rñ. non habet locum quod hic dicit, niſi quando abrenũtiauit ſeculo. vnde non facio vim ſi intret vt monachus vel cõuerſus, dummodo renuntiet: vt. ſ. de mo. §. ſi autem. nihil. Item quid ſi capellam intret? Rñ non habet locũ, q̃ hic dicit: nec ſi plebẽ: quia tales propria poſsũt retinere: vt ſ. e. §. presbiteros. Item quid ſi de rebus nihil dixit? rñ. tacite ſequuntur: vt. ſ. de mona. §. illud. Item ſi nõ habet liberos, habet tamẽ parẽtes: quid tunc? Rñ. P. idem. ar. ſ. eo. §. presbyteros. & ſ. vt nul. iudi. §. adulteram. non tamen diſtribuit fili⁹ inter eos ſecũdum eum. Tu dic quod nihil habent parẽtes: quia monaſteriũ eſt pro filio: vt. ſ. proxi. §. ergo ſuperiores excluduntur. nec ob. ſ. eod. §. presbyteros. quia ibi in ſecularibus dicit. Itẽ nec illa. ſ. vt nulli iud. quia ibi inuite intrauit: hic ſpõte. vel corrigitur per iſtam.

† Iſte. §. ſi tuatur pro authẽ. ſup. l. generalis. leg. C. de ſac. ſan. eccle. & in ci. ſi qua mulier. & eſt canonizata. xix. qõ. c. ſi qua mulier.

b Deputauerit. repete non. Accur.

c In proprios. Quæritur, an hæc diſpoſitio ſit teſtamẽtum: quod prodes quærere, ſi de actione vel numero teſtiũ quęratur? Dicit P. quod nõ: quia arbiter & iudex diuidit, nõ tamen teſtatur: quia non eſt dominus, qui ſic diſtribuit: vt. ff. de iu. cod. l. conficiuntur. §. ſi poſt teſtamentum. ſed Azo nõ curat de nomine dum teneat de quo agitur: vt. C. de conſti. pec. l. ij. §. fin. & ſic ſit, quicquid vis, vt ſit etiam teſtamẽtum. ſed certe & non dominus teſtatur ſecundum eum: vt. C. de ſecun. nup. l. fœminæ. in ſi. & inſti. de pupil. ſubſti. §. non ſolum. & potuit hęc lex etiam ſeruum concedere ius faciendi teſtamentum. Nec ob. huic ſentẽtiæ, ſi dicamus iure teſtamenti valere: quod dicitur. ſ. de mo. §. illud. coll. j. quia illa per hanc corrigitur hoc caſu. Si velles tenere opin. P. dicas quod lex illa, fœminæ. non obſtat: quia ibi mater domina eſt, licet habeat neceſſe filios inſtituere. Itẽ nec illa de pupil. ſubſtit. quia ibi eſt ſpeciale: quia filius ſibi non poterat teſtari: vt. ſ. eo. §. j. ſed ſecundum Azo. qui dicit eſſe teſtamentum, qua actione agetur contra monaſterium: quia forte omnes res tenet? Rñ. condi. ex hac. l. vt. ff. de condic. ex lege. l. j. Sed quid ſi filios non habeat, & fecit teſtamentum inſtituendo extraneos, tertiam partem aſsignãdo eccleſiæ antequam intret: nunquid eccleſia totum habebit? Videtur quod ſic ex hac. l. ſed cõtra eſt: nam cum eccleſia pro filio habeatur, vt dictum eſt: ſed naſciturus filius inſtitut⁹ nõ rumperet teſtamentum: vt. ff. de lib. & poſthu. l. filius. §. fin. ergo nec eccleſia. ſed ſi nihil eccleſiæ dediſſet, totum rũperet, ad inſtar poſthumi, q rumpit ſi ſe præteritum inueniat: vt C. de bono. poſſ. contra tabulas. l. j. Item opponitur: quia videtur, quod totũ debeat filijs dimittere præter quaternas vncias: vt. ſ. vt nulli iudi. §. quia vero. quæ eſt contra. Sed ibi inuita intrauit: hic ſponte.

d Perſona. vt tãtum ſibi retineat, quãtum habet neceſſe dare vnicuiq; filiorum, ſecũdum Ioan. alij ſic, id eſt retineat ſibi tantũ quantum alicui filiorũ dat cui plus dat. Tu potes dicere, quod virilẽ ſibi aſſumat partem: vt arg. ſ. eo. §. diaconiſſam vero. Sed an filij poſſunt cõpellere patrem viuentem vt diſtribuat? Videtur q̃ non: vt arg. j. proxi. reſpon. vt. ſ. vt lice. matri & auiæ. §. quia vero ex cõſenſu. & C. de do. inter vir. & vxo. l. res. puto tamen vt ſaltẽ ſubueniatur filijs quantum ad alimenta, non vt partẽ habeant niſi eo naturaliter mortuo. Vel ſi velis dicere quod petatur ſtatim poſt ingreſſum hæc portio, eſt argu. quod dicitur, quod ingreſſus pro mortuo reputatur: vt. C. de epiſco. & cler. l. Deo nobis. in ſi. ij rñ. & ſ. vt nul. iud. §. ſi vero prædictum tempus. Accur. Ingreſſus monaſteriũ ꝓ mortuo habetur.

e Connumerata. facit. ff. de collatione bonorum. l. j §. portiones.

f Siue ſponſus. ſi per verba de futuro dedit arrhas.

g Concedenda. id eſt, remittenda. & concordat. C. eo. l. ſi. in prin.

h Citra. Sed olim neceſſarium erat: vt. ſ. de nupt. §. per occaſionem.

i Schema. i. cucullam, vt dicunt: vel figurã ſiue formam ſecundum alios. ſed in topicis Ariſtotelis exponitur pro ornatu verborum, & ſententiarum. Accur.

mulieris placitum [a]. reliquum verò dotis mulieri reſtitui præcipimus, et ſi quid aliud ex rebus mulieris apud eum inueniatur. Ambobus autē monaſticam vitam eligentibus, iubemus vacātibus dotalibus placitis, virū retinere donationem antenuptialem, & mulierē propriam accipere dotē, & quicquid aliud viro dediſſe probetur: vt vnuſquiſque citra damnū ſuis fruatur rebus: niſi fortè ſponſus ſponſæ, aut ſponſa ſponſo, aut maritus vxori, aut vxor marito aliquid donare aut cedere [b] voluerit: quoniam neq; ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

Parentibus filium vel filios, qui monaſterium ingrediuntur, velut ingratos ab eorum hæreditate excludere non licet. Item parentibus non licet filios de monaſterio extrahere. Bar.

Nullam verò licentiā damus aut parentibus [c] filios, aut filijs parētes ſecularē vitā ſectantes [d], & relinquētes, velut ingratos [e] à ſua excludere hæreditate, monaſteriū, aut monaſticā in vitam ſubſecutos. Interdicimus autem parētibus filios ſuos monaſticam vitam eligētes, ex venerabilibus monaſterijs abſtrahere.

Monachus qui monaſterium reliquit, militia, honore ſpoliatus, in aliud per epiſcopum detruditur monaſteriū: & quod poſt eius ingreſſum quæſiuit, monaſterio applicatur. Ange.

Si monachus reliquerit ſuum monaſteriū, & in aliud ingrediatur: quaſcunq; res tēpore quo monaſteriū dereliquerit, habere videbitur: proprio monaſterio, in quod ab initio ingreſſus eſt, eas competere [f] iubemus. Prouidere autem ſanctiſſimos locorū epiſcopos, vt neq; monachi, neque monachæ circūeant ciuitates. ſed ſi quod neceſſarium reſponſum [g] habuerint, per proprios reſponſarios hoc agant [h], in ſuis manentes monaſterijs.

Si monachus reliquerit monaſterium, & ad ſecularem vitam migrauerit: hunc militia [i] & honore, ſi quem habet, prius ſpoliatum, ab epiſcopo locorum, & prouinciæ iudice in monaſteriū [k] mitti, & res quas poſtea habuiſſe probatus fuerit, monaſterio, in quod mittitur, competere. Si verò rurſus reliquerit monaſterium: tunc eū iudex prouinciæ in qua inuentus fuerit, teneat, & ſubdito ſibi officio commoneat.

Raptores monialium & ſimilium particeps, capitali pœna, & bonorum amiſsione plectuntur, bonis raptorū & aliorū criminis participum applicandis eccleſiæ, annali præſcriptione contra eccleſiam currente. Bar.

Si quis rapuerit, aut ſollicitauerit, aut corruperit aſcetriam, aut diaconiſſam, aut monaſtriam, aut quālibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem, huius res ex talis ſceleris participio iubemus venerabili loco, in quo talis fœmina habitat, per locorum ſanctiſsimos epiſcopos & œconomos eorum, necnō etiā cuiuslibet prouinciæ iudices & eorum officia vendicari. Eos autem, qui talia deliquerint, & participes [l] eorum ſceleris fuerint, capitale periculum ſuſtinere: talem verò mulierem, vbicunque eſt, cum proprijs rebus in monaſterio recōdi, in quo cautius † cuſtodiri poſsit, vt nō rurſus ī eodē crimine reperiatur. Si verò diaconiſſa fuerit, & filios habuerit [m] legitimos; legitimam

† Caſtius.

Fictio tātū valet quātū veritas.

[a] Mulieris placitum. fingitur vere mortuus: vt hic, & C. e. l. fin. j. & ij. rñ. & ſic tantum valet fictio, quantum veritas: vt. C. de ijs, q ve. æta. Impe. l. j. & ij. & C. de caſt. pec. l. j. & fin. lib. xij. Itē facit. ſ. vt lic. ma. et auiæ. §. quia vero lex.

[b] Cedere. tēpore ſeparationis.

[c] Parentibus filios. nunquid hoc caſu hoc voto obligat filiusfamilias? videtur ꝙ non: vt ff. de pol. l. ſi quis. §. voto. quæ eſt cōtra: ſed hoc eſt ſpeciale: vel illud in dāndo intellige.

[d] Sectantes. ſcilicet prius. ſed poſtea relinquentes: vt ſubijcit. ſ. ſecularē vitam.

[e] Ingratos. ob hoc ꝙ intrauit monaſteriū: vt. C. e. l. fin. §. hoc etiam. ſi alias ſit ingratus, nō efficitur ideo gratus, licet omnis macula peccati aboleatur: vt. ſ. de mona. in prin. Sed in nouellis contra. dicit ēm ꝙ ibi purgatur ingratitudo per ingreſſum. Sed nunquid cæteris agnatis vel cognatis poterit ſuccedere? Videtur ꝙ nō: quia dicit quædam authē. extraordiaria quõ oportet mo. & c. quē monachi nō habēt cognationē in terra. Sed illud intelligitur quantum ad hoc: vt nō accedat extra ad loquendū cognatæ vel cōſanguineę ſuę: quia: tali colore poſſet illicita agere: vt. C. e. l. Deo nobis. vnde dico, ꝙ pōt ſuccedere, & abbas per eū.

[f] Competere. hoc idem habes ſupra, de mo. §. ſi quis autem. & §. ſi vero relinquens. ſed quid de rebus poſtea quę filijs? Reſpon. ſecus eſt: vt. j. eo. §. ſi monachus.

[g] Reſponſum. ſ. neceſsitatē, vt alicui reſpōdeat in aliqua cauſa. Accur.

[h] Agant. ſed quē cauſam habent, cū nihil habeāt? Rñd. ex factis præcedentibus ſiue cōtractibus, pro quibus vel ipſi vel abbates cōueniuntur: licet per alios reſpondeāt: vt ſ. apud quos opor. epiſc. & mo. §. præterea col. vj. facit. ſ. de mo. §. ſi vero relinquens.

[i] Militia. quam in ſeculo adeptus eſt.

[k] Monaſterium. Duo cōtraria ſunt. ſ. eo. §. ſed neq;. & ſ. e. §. ſi ſeruus. Prima dicit indiſtincte curiæ. Secunda indiſtincte domino. ſed hanc in liberis: illā. §. ſed neque curialium. in * ſeruo intellige. & ſic nihil cōtradicit. Vel ſpecialem ſol. da illi. §. ſed neq;. vt ille ſecūdū iſtius diſtinctionem intelligatur: vt ibi dixi.

* Hæc ſol. Ba. nō placet vt quę pugnet cū §. ſed neq;. in verſ. hoc autem. & ibi etiā ſi nulli. vnde apud eum poſterior eſt probabilior: & de hoc dicito vt habetur ac no. xxvij. q. j. ca. nūc aliqua. & c. peruenit ſecundum Iac. Bel.

[l] Et participes. huic. §. concord. ſ. quõ opor. epiſc. §. quāta. &. C. eod. l. ſi quis non dicā. & l. raptores. &. C. de rap. virg. l. j. & ſ. de rap. mul.

[m] Habuerit. antequam eſſet monacha. alias eſſent ſpurij. Accur.

Partem.